

1
1031

1031

1031

1031

1031

1031

1031

1031

1031

1031


1031

BIBLIOTECA

Yala 1^o DE LA

Universidad de Salamanca.

Est. 13 Caj. / Núm. 18



10
1031

B-14150955
C-15721693

~~Num. 43. cap. I. num. 21~~
18

~~CCX.4.01.2~~

Cax. 202

COMMENTARIORVM
IVRIS CIVILIS
IN HISPANIÆ REGIAS
CONSTITVTIONES,
TOMVS TERTIVS.
QVINTVM LIBRVM NOVÆ RECO-
PILATIONIS COMPLECTENS.



CVM PRIVILEGIO.
EN MADRID,
Se venden en casa de Juan Hafrey,
ANNO 1612.

Cox. 2017

COMMENTARIORVM
IVRIS CIVILIS
IN HISPANIAE REGIAS
CONSTITVTIONES,
TOMVS TERTIVS.

QVINTVM LIBRVM NOVÆ RECO-
PILATIONIS COMPLECTENS.

AUTHORE DOCTORE ALPHONSO DE AZEVEDO,
I. C. PLACENTIAEQVE CIVITATIS IN HISPANIA-
rum Regnis ciue & incola.

HAC NOVISSIMA EDITIONE, COMMENTARIORVM
continuacione, suis locis legibus interiectis auctus, infinitis mendis typo-
graphicis castigatus, summarijs singulis legibus adiectis, & characterum
varietate distinctis allegationibus ornatus editus.

CVM INDICE GENERALI RERVM, VERBORVM,
sententiarumque notabilium.



CVM PRIVILEGIO.

EN MADRID,

Se venden en casa de Iuan Hafrey;

ANNO 1617.



TABVLA TITVLORVM IN
volumine hoc declarandorum.

T IT. 1. De los casamientos,	Fol. 1
Tit. 2. De las dotes, arras y joyas,	35
Tit. 3. De las mugeres casadas y solteras, y quando pueden estar en juyzio, y obligarse con licencia de sus maridos, o sin ella,	52
Tit. 4. De los testamentos y comissarios para los poder hazer, y de los executores testamentarios,	89
Tit. 5. De los lutos y cera que se puede traer y gastar por los defunctos,	149
Tit. 6. De las mejorias de tercio y quinto,	150
Tit. 7. De los mayorazgos,	210
Tit. 8. De las herencias y particion dellas,	233
Tit. 9. De las ganancias entre marido y muger,	291
Tit. 10. De las donaciones y mercedes que los Reyes han hecho y hizieren, y otras personas.	330
Tit. 11. De las ventas y compras, y retratos del tanto por tanto, de patrimonio, o abolengo,	346
Tit. 12. De la venta de brocados, sedas, paños: y como se han de medir y tundir, y de los corredores de mercaderias,	395
Tit. 13. De los pesos y medidas para comprar y vender mercaderias, y mantenimientos, y herraje,	400
Tit. 14. De los recatones,	402
Tit. 15. De los contratos de censo,	408
Tit. 16. De los contratos, obligaciones y fianças, y deudas, y cesion de bienes que hazen los deudores,	420
Tit. 17. De las Prendas y represarias,	442
Tit. 18. De los cambios, y cambiadores, y corredores dellos, y de los mercaderes y interesses.	448
Tit. 19. De los cambios y mercaderes que se alcan,	450
Tit. 21. De las ordenanças que han de guardar los officiales en la labor de la moneda, y de sus derechos,	456
Tit. 25. De la tasa del pan,	457

F I N I S.



SEQUITUR
LIBER QUINTVS
COMMENTANDVS
REGIÆ HVIVS
RECOPIATIONIS.



CONTINVATVRQVE liber hic quintus ad præcedentem hoc videlicet modo, nam cum superioribus libris. 3. & 4. actum sit de iudicibus, & iudicialibus, & terminis in iudiciorum progressu seruandis, coram quibus iudicibus, & tribunalibus eorum plerumque versantur & semper lites circa contractus, circa testamenta & vltimas voluntates, & alia pleraq; ijs concernentia, iure quidem subsequitur liber hic quintus vbi hæc comprehenduntur, quorum quidem contractuum, cum præcipuus sit matrimonij, in principio libri apponitur titulus primus, de los casamientos. Estque liber hic quintus vtilior, difficilior, & practicabilior totius nostre recopilationis, & in quo versantur difficiles materiae legum Tauri, super quibus Tauri legibus plura per plures Doctores nostros Hispanos scripta sunt: & nouissimè ordinarie multo post hæc commentauit librum hunc Licentiatus Matienço, cuius commentaria, vt docta & sapienter dicta, prout melius potuero, repetere non desinã, licet plurima ab eo dicta & ante eum scripta haberem, prout fidelissimè in processu referam, prout & alia plurimorum ex consulto referre omittam, solum substantialia textualium referendo, & breuitate qua potero vtiliora declarando, vltra & præter ab ipsis omnibus dicta examinando.

Titul. 1. De los casamientos.



IN huiusque rubricæ declarationem (tam de nominis diffinitione, quam de alijs matrimonij partibus) quamplura retulit Matienço in presenti: per ipsum videri poterunt, et per Didacum Perez hinc ante eum; vt ad vtiliora transgrediamur, et que magis necessaria sunt, nam hæc de nominis diffinitione per ipsos & per Summistas & per Couar. in 4. de sponsalibus videnda sunt: vobis enim non ita necessaria iudico esse examinare: et in progressu legis sequentis ad declaramus.

Sequitur l. 1. quæ erat l. 49. Tauri, & Curiarum
de Madrid. anno. 1563. cap. 58.

S V M M A R I A.

- 1 Matrimonium quid sit, & an sub eo sponsalia contineantur in terminis matrimonij clandestini, nu. 1. cum sequentibus pluribus & num. 4. declaratur diffinitio. 1
- 2 Lex puniens contrahentes matrimonia non comprehendit contrahentes sponsalia, 2
- 3 Differentia est inter matrimonium per verba
- 4 de presenti, & carnali copula consummatum.
- 5 3. nisi, ut ibi remissive, & num. 5
- 6 Substitutio reciproca, qua habet locum inter coniugatos habet locum inter sponfos de presenti. 6
- 7 Verbum sponsalia improprie ad de presenti refer-
- 8 tur proprie tamen ad de futuro. 7. & n. 8. ex hoc
- 11 inferitur ad concubinas, & n. 11. id repetitur.
- 9 Sponsa de presenti licet non de futuro continetur in statuto uxori lucra danti. 9
- 10 Pœna statuta in matrimonio non habet locum in sponsalibus de futuro 10.
- 12 Decretum 1. Com. Trident. sessio. 24. in sponsalibus de presenti, non vero de futuro intelligitur 12
- 13 Pœna est annullatio contractus, num. 13. ubi in contrarium allegantur aliqua.
- 14 Sponsa de futuro pro secunda de presenti tollitur adeo, ut secunda mortua non teneatur ad primam redire, 14.
- 15 Promissiones de futuro etiam clandestine factæ adimplenda sunt. 15
- 16 Dissolvitur nodus capitulorum. Ex parte, & requisivit, de sponsalibus, an sint compellendi, vel monendi, num. 16.
- 17 Declaratur Abbatis doctrina dicentis legem de matrimonio loquentem ad sponsalia de futuro extendi 17.
- 18 Sponsaliorum etiã apellatione non veniunt de futuro, quoties materia est indifferens. 18
- 19 Prohibito principali censetur prohibitum accessorium, quoties prohibitio non est temporalis. 19. velut, nu. 20. declaratur.
- 21 Sponsalia conditionalia neque talia dici possunt ante conditionis implementum. 21
- 22 Consensus & promissio an saltem valebit in sponsalibus clandestinis de presenti iam quod sponsalia ipsa non valeant. 22.
- 23 Voluntas ex inutili dispositione declaratur. 23.
- 24 Vbi lex assistit & resistit contractui, nulla civilis, neque naturalis ex eo oritur obligatio. 24.
- 25 Consensus sine partium renunciatio nihil operatur, ubi adest clausula decreti irritantis. 25
- 26 Ablata facultate contrahendi non oritur vlla obligatio etiam naturalis quãvis adsit iuramentum, 27.
- 28 Iuramentum non operatur in contractu ubi statuta forma non est adhibita. 28
- 29 Copula in sponsalibus de presenti clandestine contractis nihil operatur. 29
- 30 Parochus & testes non solum ad formam probat oriam, sed & ad substantiam contractus censentur requisiti. 30
- 31 Forma non servata omnia acta in contrarium nulla sunt, 31
- 32 Correlatiua sunt, non obligat naturalis obligatio, ergo neque conscientia, 32
- 33 Defectus ubi est in forma si non valet quod ago ut ago, neque, ut melius valere potest valebit. 33.
- 34 Naturalia in esse producta tolli non possunt, 34.
- 35 Naturale ius ex causa tolli potest, vel melius loquendo declarari, 35
- 36 Ratificari an possit matrimonium clandestinum. 36.
- 37 Religionis ingressu an impediatur copula inter sponfos de presenti clandestine contrahentes, 37.
- 37 Clandestinum matrimonium an sit presumendum si non apparet per quæ verba contractus est, 37
- 38 Matrimonium clandestine contractum in articulo mortis an sit nullum. 38
- 39 Matrimonium contractum coram parocho & testibus sub cautela vocatis an valebit. nu. 39.
- 40 Clandestinum matrimonium quod sit 40. & ibi, quomodo accipiatur verbum clandestine.
- 41 Denuntiationes si deficiant an dicatur matrimonium clandestinum. 41
- 42 Dispositio nostri text. an sit valida, eo quod videtur restringere libertatem contrahendi matrimonium. 42
- 43 Mediatores vel testes clandestini matrimonij etiam si sint mulieres puniuntur. 43. ubi 44 an teneantur ad damnum inde secutum.
- 45 Clandestina matrimonia contrahentes peccant mortaliter 45
- 46 Matrimonij nullitas an euitet, aut excuset pœnam, 45. & 46
- 47 Matrimonia clandestina hodie in modo & in substantia prohibentur. 47
- 48 Actus gestus nulliter ob solemnitatis defectum euitat pœnam, 48
- 49 Filie indignè nubentes absq. parentum licentia an peccent 49. ubi qualiter remittitur pœna tacite à parentibus,
- 50 Filie nubentes palam, & secundum formam nostri tex. puniri non possunt, etiam si licentiam à parentibus non peterent. 50. ubi, an consensus parentum requiratur in matrimonio non clandestino, & num. 51. an in filiis lex nostra procedat.

52 *Lex nostra an de filiabus prima vice clandestine nubentibus intelligatur, an & de viduis secundo clandestine nubentibus.* 52.

53 *Filia clandestine nubens etiam si Religionem ingrediatur exheredari potest.* 53.

54 *Iudex ex officio potest procedere ad puniendum clandestine contrahentes.* 54.

Svm. Clandestina matrimonia reprobantur, pœnamque tam ea contrahentibus, quam interuentibus, contractibus eorum imponit, prout in ea continetur.

Ibi, *matrimonio*, sed num & sponsalia tantum sub ijs verbis continebuntur, vt contrahens solum sponsalia de presenti clandestine pœnam nostri tex. incurrat: & videtur, dicendum quod non contineantur ex diffinitione verbi huius, *matrimonio*, quod est maris, & fœminæ coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens, vt probatur ex l. 1. ff. de rit. nupti. & capite primo 27. questione. 2. & §. primo instituti de patria post l. prima titul. secundo part. 4. Sed in sponsalibus non datur hæc maris & fœminæ coniunctio, saltem quoad habitationem simultaneam & continuam, sed potius ex decreto sancti Concilij Tridentini de reformatione sessione. 24. c. 1. reprobatur talis cohabitatio ante benedictionem, ibi (*præterea eadem sancta Synodus hortatur vt coniuges ante benedictionem Sacerdotalem in Ecclesia suscipiendam in eadem domo non cohabitent*), ergo cui non conuenit diffinitio, neque conueniet diffinitum, vt per Euerardum in centuria locorum, titulo à diffinitione ad diffinitum. Item & quia lex puniens contrahentes matrimonia, non comprehendit contrahentes * sponsalia, secundum glos. contrahere, in clementina vni. de consan. & aff. quam ad hoc allegat Abbas in capite primo numero 32. de postulac. pralat. Iason in l. si stipuler. numero 5. fol. 57. ff. de verbor. obligat. idem Iason. in l. secunda colum. final. ff. de iurisdiction. omnium iudic. & Suarez in titul. De los casamientos. §. de iure autem. in fine fol. 70. & alij relati per Conarru. in. 4. 2. par. c. primo §. 1. numero secundo & 3. & ita videtur prima facie tenere glosa. 1. in rubrica. titul. primo part. 4. & Suarez vbi supra, versicul. Sed vnum est aduertendum. Nihilominus tamen contrarium est tenendum, imò quod verba nostri text. ibi, *matrimonio*, etiam de sponsalibus de presenti intelligenda sunt licet copula, vel benedictione Ecclesie consummata non sint, eo quod nulla est differentia inter matrimonium per verba de presenti contractum, & matrimonium, carnali copula consummatum * secundum textum in lege quarta in principio tit. primo par. 4. nisi in casibus per legem illam dispositis, nam secundum tex. c. sufficiat. 27. quest. 2. c. cum locum, de sponsalibus c. si. de sponsa duorum. l. 2. ff. de rit. nup. & l. nuptias. ff. de reg. iur. & l. 5. tit. 2. p. 4. solus consensus cum voluntate contrahendi efficit matrimonium inter virum & uxorem, nuptias enim, vt vulgo dicitur ex dictis iuribus, non concubitus sed consensus facit: si ergo consensus & voluntas matrimonium efficiunt, ergo conuenit verbum, *matrimonio*, sponsalibus de presenti; præsertim cum si bene inspiciatur ver-

ba diffinitionis matrimonij supra positæ maris & fœminæ coniunctionem denotantia, non tam ad corporum, quam ad animorum † coniunctionem referuntur, vt inquit Casaneus infra allegandus numero. 28. qua quidem coniunctione alter alteri se tradit ad coniugalem vltim tacite, vel expresse, & hac intentione sponsalia contrahuntur, vt in vnione semper sponsati uiuant, & indiuiduam vitæ consuetudinem retineant, secundum text. in l. prima titulo secundo par. 4. Atque in hac coniunctione consistit consensus, secundum Conarru. dicto c. primo. §. 1. numer. 2. Quo fit, secundum eum ibi, vt lex, quæ de matrimonio copulato loquitur, intelligenda sit, in matrimonio ex consensu tantum perfecto, licet coitus secutus non sit, per text. in c. si. de frig. & malefici. c. per tuas. qui fil. sine legit. & alia iura ibi per eum allegata: Sic & reciproca substitutio, quæ habet locum inter coniugatos, habet locum * & inter sponsos de presenti, secundum Anton. Gomez. l. 47. Tauri, numero secundo vbi alia adducit similia, & per consequens verbum, *matrimonio*, nostri tex. de sponsalibus de presenti intelligitur, & verba diffinitionis ijs sponsalibus conueniunt, & cessat argumentum primæ opinionis in contrarium adductum: & sic doctores, tam in sponsalibus de presenti carnali copula consummatis, siue non consummatis, per verbum, matrimonium, loquuntur, vocantque matrimonium ratum, sed non consummatum, & matrimonium ratum, & consummatum: imò & verbum sponsalia improprie ad de presenti refertur, proprie tamen ad de futuro, † secundum tex. in l. secunda §. 3. tit. 11. par. 4. concubinaque sponsari de presenti, ita * & vxorati punitur pœna concubinarum, secundum Auend. respon. 10. De quo plura per Tiraquel. in l. 16. connubiali in glos. en prouar. numero 1. cum pluribus sequentibus. vbi pro & contra vsque ad numerum. 45. de ijs agit, sic hæc secunda opinio in materia nostræ legis tenenda est, & ita hanc opinionem, quod appellatione matrimonij etiam sponsalia de presenti contineantur, tenet Couar. vbi supra, numer. 3. §. 4. & Castillo in præfenti num. 10. per alia fundamenta, & probatur si bene consideretur ex c. 1. sessione. 24. Concilij Tridentini de reformatione, vbi sponsalia de presenti vera matrimonia appellantur, & optima l. 5. titu. 1. par. 4. & in statuto vxori lucra danti, vt & sponsa de presenti, licet non de futuro † contineatur, 9 communem testatur Casaneus in consuetudin. Burgund. Rubrica. 4. Desdroietz. §. 6. numer. 14. cum sequentibus pluribus, fol. 148. in magnis, & vide Minchacam, controuersiarum vsu frequenti. c. 3. num. 21. neque primam opinionem tenuerunt, glosator Gregor. & Suarez, pro ea allegati, nam loquuntur in sponsa de futuro, si bene inspiciantur: Neque etiam huic secundæ abstat doctrina illa glosa dictæ clementin. unica de consanguin. & affin. quia secundum Couar. vbi supra, si bene inspiciatur non loquitur in sponsalibus de presenti sed tantum in sponsalibus de futuro, in quibus pœna statuta in matrimonio non habet locum † in sponsalibus ijs de futuro, vt potè 10 quia ab eis rehilitur & receditur, per sponsalia alia de presenti contracta, & in sponsalibus de futuro communiter approbatam dicit glosam illam dictæ

dicta clem. unica Cou. in. 4. 2. part. c. 6. in principio. nune. fin. de sponsalib. & Didac. Perez. l. 1. tit. 1. pag. 4. versic. Præterea confirmatur lib. 5. ordi. & sic non sine mysterio. l. 8. colum. penul. in princ. titulo 1. pagina. 4. ponens exemplum in sponsalibus de futuro, vocat ea semper sponsalia, postquam autem sponsalia hæc de futuro carnali copula consummantur, quia tunc efficiebantur de præsentibus, vocat ea lex illa, matrimonia: Ex quod sub sequitur verbum sponsalia ad de futuro propriè referri, ex c. penul. & ibi notant Abb. & Præpos. c. ex literis sancti Siluani. c. sicut de sponsal. c. iuravit de probatio. & ibi Abb. Couar. vbi supra 1. parte. c. 3. in princ. numero 1. & in eadem. 1. part. c. 1. in princ. numero 4. in fin. Ex quibus etiam nouissime infero, quod cum decretum primum Concilij Tridentini de reformatione, sessione. 24. loquatur per verbum, matrimonium, intelligendum est loqui sicut lex nostra in sponsalibus de præsentibus, non vero in sponsalibus de futuro, * eo quod appellacione matrimonij in materia pœnali non veniunt sponsalia de futuro ex dictis, præsertim ex dicta gloss. dicta clem. unica de consang. & affi. & ex gloss. 1. in princ. tit. 1. part. 4. Sed capitulum illud. 1. pœnale est, eo quod contrahentes inhabiles reddit ad sic contrahendum, tum etiam quia contractum illum annullat, quod est pœna, * secundum tex. in. l. Senatus. ff. de contrab. emptione. tex. c. decet & ibi Doctores de immun. ecclies. & l. turpia legata, vbi scribentes de legat. 1. l. 1. non dubium, numer. 7. C. de legib. Optimè per Menochi. de arbitr. iud. lib. 2. centuria. 3. casu. 279. nu. 18. ergo. Verumtamen quia fundamentum claudicare posset ex dictis per Bald. in. c. super literis, de rescrip. relatum per Casan. in consuetu. Burg. Rubrica. Des droictz. S. 1. gloss. ne peut faire. numer. 3. fol. 127. & Burgois de Paz. l. 3. Taur. numer. 147. qui inquirunt non esse pœnam annulationem actus, si ex defectu solemnitatis annulleretur, prout in dicto decreto Concilij, annullari videtur: ideo declaratio hæc fundatur ex alio, scilicet, quod cessante ratione legis cessat eius dispositio, c. cum cessante, de appellatio. Sed ratio Concilij est, nè dum priore vxore cum qua contraxerat, relicta, cum alia palàm contrahat, & cum ea in perpetuo adulterio viuat; sed contrahens cum vna per verba de futuro, licet cum alia contrahat post per verba de præsentibus palàm non damus adulterium hoc, imo valent secunda hæc sponsalia de præsentibus & prima de futuro tolluntur, & etiam si secunda moriatur non tenentur primam desponsare, * secundum Cardin. in. c. sicut. numer. fin. de sponsal. ergo clarissime patet Concilium, sicut legem nostram, non loqui in sponsalibus de futuro, & sic intrepide tenendum est, & per consequens asserendum contrahentes sponsalia de futuro (quæ quidem sunt quedam futurarum nuptiarum promissiones, quantumvis clandestinè has promissiones faciant) tenentur omnino tam in conscientia, quam in iustitia illas adimplere, * vno eorum petente, neque posse venire contra fidem præstitam, etiam in iuramento tales promissiones vallatæ non sunt, secundum Abb. in. c. Ex literis. 2. in. 3. notab. de sponsalibus. & est. tex. in. c. 1. de spor. duorum, late per Felis. in. c. 1. solu. penul. de pact. & Hipolis. in rubr. de fideius. numer. 300. l. 1. in. 2. p. 4. tradit etiam

Couar. in. 4. c. 4. in prin. fol. 5. numer. 2. de sponsalibus, & fasit etiam. tex. in. l. 8. in fin. tit. 1. p. 4. & probatur etiam ex c. ex parte sancti Siluani, de sponsali. vbi probatur promittentem compellendum adimplere alio, cui promissum est, petente, cui tex. non contrariatur tex. alius in. c. Requisit, de sponsalibus, vbi videtur probari non compellendum, sed monendum potius, vt promissa adimpleat: quia tex. in. c. Requisit, † vel potest intelligi quoties aliqua coactio, preces, vel metus præcesserunt, secundum. tex. cum gloss. Enorden, in. l. 29. per. text. ibi, tit. 11. p. 3. vel melius secundum communem intellectum, teste Præposito in. d. c. Ex parte, & in. d. c. Requisit, quod omnino compellatur, nisi habuerit aliquam iustam causam contradicendi, vt putà, quid timeretur de morte sponsæ si sponsalia adimplerentur, vel, vt dicit Couar. vbi supra, numer. 5. Si ita sponsus, vel sponsa nollens adimplere esset obstinatus, vel obstinata quod nollet contrahere, etiam si mille censuris adstringeretur, tunc enim monendus est potius quam cogendus, nè conscientia periclitetur, vt nouissime inquit optimè Dom Didacus Lopez de Zuñiga, in suo tract. de voto, quæst. 1. numer. 53. cum 4. sequentibus: cessante tamen iusta causa cogendus est omnino fidem seruare, promittens ad petitionem illius, cui est promissio facta, etiam si clandestinè facta sit, in ijs enim sponsalibus de futuro Concilium, & lex nostra locum non habent: & ita pluribus sententijs me patrocinante determinatum est, & post hæc scripta mea, in lucem prodijt tractatus de iuramento confirmatorio conciuis mei Doctoris Gutierrez, meruissimè Canonici Ciuitatis ita ibi tenentis in 1. part. c. 51. numero 1. cum sequentibus aliquibus: & Alfonso à Vera-cruce in speculo coniugiorum, in appendice in. 9. dubio: & Didac. Perez in præsentibus in gloss. 1. pag. 4. versic. Præterea confirmatur, cum sequenti. & clarius tenet expresse idem Didac. Perez, ibi pag. 39. colum. 1. versic. 2. circa: & iterum pag. 37. versiculo quarto limitatur, & à congregatione Cardinalium sic declaratum est his verbis, decretum Concilij, sés. 24. c. 1. de reformat. matrimon. annullat tantummodo contractus matrimonij per verba de præsentibus clandestinè facti: sponsalia autem per verba de futuro reliquit in terminis iuris communis, præter quàm quod per copulam prædicta sponsalia non transibunt in matrimonium. Neque obstabit huic opinioni doctrina Abb. in. c. cum inhibitio, numer. 6. de clandest. desponsa. dicentis legem, aut Canonem reprobantes matrimonia clandestina ad sponsalia de futuro etiam, † extendi, vel quia doctrina hæc Abb. intelligenda est quoties inter personas prohibitas, puta inter consanguineos, hæc sponsalia contrahuntur, vel quod non est vera, & contra eam sit in pœnalibus tenendum cum gloss. & communi in. d. Clem. vni. de consangui. & affinit. Neque itidem obstabit si dicatur Concilium, & legem nostram publicam vtilitatem concernere & respicere, & sic ad sponsalia de futuro extendi, ex doctrina Abb. in. c. Tertio loco in fin. & ibi Felis. de probatio. Nam licet sanctorum & animarum salutem, & sic publicam vtilitatem continerent Concilium & nostra lex, continerent itidem & odium, quia pœnalia iura sunt, & sic indif-
ferentem

ferentem dispositionem efficiunt: & quotiescūque materia est indifferens, nunquam appellatione etiam sponsalium veniūt sponsalia de futuro, † *secundum Abb. & Felin. in dicto. capit. Tertio loco.*

18 Vterius non obstat quod prohibito principali censetur etiam prohibitum illud omne, per quod pervenitur ad illud, *ex l. oratio. ff. de sponsali.* quia regula hæc non procedit quoties prohibitio
19 † est temporalis, sed tantum quando est perpetua, *secundum las. & omnes in l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. & Greg. in Rubr. tit. 1. part. 4. in gloss. 1.* Sed in dicto Concilio temporalis est pœna, quia non in perpetuum clandestinè contrahentes inhabilitatur ad contrahendum matrimonium, sed tantum ad contrahendum clandestinè, prout denotant verba illa, ad sic contrahendum ponderando dictionem, *ad sic*, id est clandestinè, ergo non in perpetuum: vt nouissimè tenet Menochius. 1. *tom. presumptionum, lib. 3. presumptione prima, numero fin.* referens declarationem congregationis Cardinalium sic declarantium. Item, & quia ad
20 incurrendam pœnam * nō censetur idem esse dispositum in eo, mediante quo ad principale devenitur quod dispositum est in principale, *secundum Horosc. in dicta lege secunda, num. 24. columna 537. ff. de iurisd. omnium iudicum*, & sic vera est conclusio, scilicet, Concilium & legem nostram in sponsalibus de futuro non procedere, idque clarior est, si talia sponsalia conditionalia sint, quæ quidem neque sponsalia dici possunt ante conditionis † implementum, *secundum text. in cap. 1. §. final. de sponsalib. in sexto.* Sed est optima & noua alia
21 Quæst. noua quæstio in propositum dicti decreti Concilij Tridentini, scilicet, an, iam quod matrimonium de presenti clandestinè contractum in alidum sit ex dicto decreto, scilicet, consensus, fides, & promissio valebit, vt & in foro conscientie virtute eius adstringi possit * contrahens ad implementum eius, & videtur dicendum quod sic, quoniam ea quæ iuris naturalis sunt, tolli, aut immutari non possunt, *vt in §. sed naturalia, instituit. de iur. naturali. genti. & civ.* promissio autem ex consensu orta iuris naturalis est, quoniam nihil tam naturale quam vt pacta seruentur, & pax custodiatur, *c. 1. de pactis*, ergo per Concilium hæc fides, obligatioque ex ea orta, cum naturalis sit, non censetur sublata, & si non sublata, fatendum quod in conscientia est adimplenda.

Item, quia in dicto decreto Concilij solum contractus censetur vitiatu & forma eius, non vero promissio & consensus, ibi (& huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit.) Neque obstat quod eos inhabiles reddit, quia istud est ad sic contrahendum, id est, ad clandestinè contrahendū quasi ad publicè contrahēdū esset inhabilitas hæc, igitur cōpellendi ad hoc sunt, præsertim cū voluntas ex inutili dispositione † declaratur, *l. ff. de re. du. l. præ. §. ma. de l. 2.* & sic licet contractus annuletur, voluntas declarata contrahendi matrimonium in suo esse remanet: vt contrahens compellatur voluntatem adimplere: & hanc opinionem reperio tenuisse *Alfonsum à Veracruz in speculo coniugiarum in appendice in 9. dubio, versio. secunda propositio*: in contrarium tamen & hoc tenendum, imo neque in foro fori, neque in foro poli teneatur contrahens de presenti clan-

destinè cum aliqua fidem seruare, etiam si confors illa id petat, & ex sua parte itidem matrimonium de presenti ratum habuerit clandestinè contractum. Faciunt sequentia: Primo quia ex contractu nullo vbi lex contractui tali assistit, & resistit, nulla oritur non solum ciuili, verum †
24 neque naturalis obligatio, *ex text. in lege non dubium & ibi glossa. Pro insectis. Codice de legib. tex. in lege. cum lex. ff. de fideiusor. vbi Bari. numero 4 tradit gloss. 1. in lege quinta, titulo 12. par. 5. & Suarez in titulo. de las deudas §. fin. fol. 58. in antiquis*: & hæc est communis sententia *secundum Tiraquel. de iure const. pos. 3. parte limitatione. 7. & iterum in legibus connubialibus, l. 16. gloss. 4. nepleut, num. 2. & las. in lege finali, si non sortem in princ. num. 3 ff. de cond. indebiti*, & in dicta lege non dubium, numero octauo, *tradit latè idem las. in l. Gallus in princ. num. 16. ff. de lib. & posth.* & communem etiam testatur *Casiodorus decis. 5. num. 2. de iure patron. & decis. 2. de prob. & faciunt dicta per Mincha. controuersarum vsufrequenti. c. 10. num. 1. & sequenti.* idque clarius, & sine dubio procedit quotiescumque ultra resistentiam lex procedit annullando, quia tunc nulla oritur neque naturalis obligatio, *secundum las. in d. l. si non sortem, numero 3. per text. in l. contra iuris ciuili regulas, ff. de pact. communis secundum Mincha. de suces. creation. §. 3. nu. 36.* quicquid ibi ipse velit contrarium tenere, & vbi adest clausula decreti irritantis consensus, sine partium renūtiatio nihil operatur, † *secundum Tiraquel. alios referemem in l. si unquam, ver. reuertatur, num. 321. illud autem, nisi secundum eum ibi, num. 322.* id quod sub ea clausula decreti irritantis concessum aut prohibitu est, sit merè in fauorem vtriusque partis, & vtraque pars consentiat, hic tamen non solum Concilium assistit & resistit, verum & annullat contractus præter & contra formam ab ipso Concilio datam factos, ergo nulla oritur neque naturalis obligatio: Præsertim cum sit de iure, quod ablata facultate contrahendi * non oritur vlla obligatio etiam naturalis, *secundum text. in lege subemus Codice de sacros. ecclies. Tiraquel. in d. l. 16. connubiali gloss. 4. nepleut. num. 12.* in dicto tamen Concilij decreto aufertur facultas contrahendi aliter quam ibi disponitur, ergo nulla est orta, neque naturalis obligatio, item quia quotiescumque prohibitio dirigitur in personam, prout in dicto decreto Concilij, ibi, *qui alius*, etiam nihil valet contractus, neque oritur naturalis hæc obligatio, quamuis adsit iuramentum * prout communem testatur
27 *Couar. in c. quamuis pactum. 2. part. §. 1. numer. 4. ex Bari. in l. si quis pro eo, num. 9. ff. de fideius. præsertim cum secundum Couar. ibi, num. 7.* prohibitio tendit in fauorem publicum principaliter, licet secundario in fauorem priuatum, & ratio horum potest esse quoniam in contractu vbi non est adhuc ita forma statuta, nihil operatur iuramentum, † prout communem testatur *Couar. d. 2. par. §. 6. num. 1.* & sic quantumuis sponsalia de presenti clandestinè contracta iurata essent, imò & carnali copula consumpta, nihil operatur iuramentum, neque copula Concilio irritata, * quia ad sic contrahendum secretè inhabiles
28 iudicat, prout in copula tenuit nouissimè *Alfonsum à Veracruz in dicto apendice specul. coniugio nono dubio, columna finali, & nouissimè D. Guierrez*

tierez in canoni. quest. capite decimo-octavo, numero. 4. & facit communis relata per Couarr. in. 4. c. 3. §. 1. num. 12. de sponsalibus, & in iuramento post hac. Gutierrez de iuramen. 1. pa. c. 51. nu. 31. cum sequentibus. Si ergo hæc ita sunt multo minus obligabit, ubi non adest iuramentum neq; copula, neq; naceretur naturalis obligatio; præsertim quia parochus, & testes adhibendi in matrimonio ex dicto decreto Concilij, non solum ad formam probatoriam, sed & ad substantiam contractus censentur requisiti, prout patet ibi (de occultis non iudicat) iuncto versic. Qui aliter quam præsentem parochum, & c. & tenet Alfonso à Veracrucce in d. appendice in. 1. 5. §. 6. dubijs, & Rojas in de successione. ab intest. c. 2. nu. 22. §. 23. & quoties lex noua aliquid introducit de nouo cum certis modificationibus, omnia in ea contenta censentur esse de forma substantiali secundum Decium relatum per Tellum, in l. 3 Tauri. par. nume. 16. & a vbi latius diximus: & forma non seruata acta in contrarium nulla sunt, neq; effectum producant, secundum Boheri. decis. 1. num. 4. Imò quamuis in minimo deficeret, vitaretur secundum Additio. Segura in l. vnum ex familia. §. sed si fundum num. 14. de leg. 1. Substantiaq; deficiente nulla oritur naturalis obligatio, secundum l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. obligat. ad hoc allegatam per Menes. in d. l. cum quis, numer. 11. C. de iur. & fact. 19. & voluntas non iure subnixæ non parit similem obligationem, ex tex. in l. si creditoris, & ibi ipse Meneses. (de fidei com. ergo clarum est nullam ex dictis de præsentibus clandestinis oriri obligationem ciuilem, neq; naturalem, qua quidem naturali obligatione deficiente, conscientia obligatio etiam deficit, quia correlatiua sunt, nõ obligat naturalis obligatio, ergo nec conscientia, ¶ & è contra quia quos natura non obligat, nec conscientia, secundum Bald. & alios relatos per Tiraquel. in d. l. 16. connubiali. §. ne plent num. 12. Si ergo hæc ita sunt. prout sunt vera, manifestè patet neq; in iustitia neq; in conscientia teneri sic clandestinè contrahentes de præsentibus, adimplenda promissa, cum non detur fides neq; promissio, ex qua teneantur, potestq; dici, quod potui nollui, & quod volui adimplere nequii: neq; in hac materia questionis nostræ habebit locum regula, si non valet quod ago, vt ago, valeat vt melius valere potest, prout colliges clarissimè ex distinctione Bart. in l. 1. §. si quis ita nu. 5. ff. de verb. oblig. nam. vt inquitur Alex. & Corralius, ibi, ad §. si quis ita, & §. sed si mihi, vbi est defectus in forma, quod non valet vt agitur, neq; valet, ¶ vt valere potest prout & tenet Petr. Pekius, in c. in malis, num. 2. de reg. iur. in. 6. & hac opinione retenta, quam post hac vidi tenuisse Gutierrez vbi supra, & doctorem quendam relatum per Corduan. in sua summa, quest. 52 in fine, etiam si ipse ibi aliud teneat cum Veracrucce & cum ipso Gutierrez, cum hic contra teneat vt dixi. Non obstant contraria primæ opinionis, & primo illud quod adduximus quod naturalia tolli nõ possunt, quia id verum est, postquam sunt in esse producta secundum tex. in l. Iulianus verum debitorem. ff. de verb. obligat. ante tamen quam in esse deducantur tolli non possunt, secundum las. in l. non dubium nu. 8. l. de legibus, & in l. si non sortem. in princ. nu. 3. ff. de cond. indebit. & Did. Perez, hic pag. 40. colum. 1. ad fin. qui & in colum. 2. alia dicit in propositum per ipsum videnda prout ex dicto decreto tolluntur an-

te essentiam: item licet naturale ius tolli non possit, ex causa tamen ¶ tolli potest, vel (vt melius loquar) cum Couarr. in. 4. 2. p. c. 7. §. 9. num. 3. de sponsalibus, potest ex causa declarari vt in aliquo casu, & non seruata aliqua forma locum non habeat, prout ex instissimis causis fit in dicto decreto Concilij, & in nostra lege. Non obstat etiam, quod contractus annullatur & sic promissio remanet salua, quoniam quid est aliud contractus, quam voluntas & promissio, nam in contractibus non cortex verborum scilicet, promitto tibi, & c. vel accipio te in vxorè, consideratur, sed voluntas potius & promissio, ex qua transit in contractum, & hoc quod promittitur, & effectuat est contractus, igitur dum Concilium contractus annullat fidem, & promissionem & voluntatem eludit & infringit, & in habiles reddit contrahentes ad similes promissiones faciendas: Non obstat etiam aliud dictum Abb. in c. cum contingat, num. 11. de iur. iurando dicentis quod illud, quod dicitur, nullam oriri obligationem quoties lex resistit, procedit quoties lex illa consonat cum iure diuino, quia vltra quod ipse Abb. in hac doctrina non firmat pedes, asserti potest dictum decretum Concilij, tam ob euitanda periuria, quam adulteria, cõformare se cum iure diuino, quo quidem isthæc reprobata sunt, item consonat decretum cum illo Euangelij, qui male agit odit lucem, ergo qui clam contrahit, veram contrahendi viam ab ipso Concilio diuinitus promulgatam odit, & sic lucem, qua mediante in ijs matrimonijs contrahendis nos regere debemus.

Non obstant etiam alia, quæ possent adduci, quia ex dictis reijci, & repelli possunt, & sic remanet conclusio, quod neq; in iustitia, neq; in conscientia taliter contrahentes tenentur ad promissionem de præsentibus clandestinè factam implendam villo modo, & sic in facto obtinui semel: imo & fortius videtur quod expressa ratihabitione ipsorum contrahentium non posset ratificari matrimonium tale de præsentibus clandestinè contractum, quia Concilium illi resistit, quo casu neq; is, in cuius fauorem nullitas contractus apponitur, posset contractum ratificare, secundum Tiraquel. §. 4. connubiali, num. 98. possent tamen de nouo fieri matrimonium & sponsalia de præsentibus inter eodem adhibita forma decreti illius, quia tatum ad clandestinè contrahendum inhabiles reddit non vero aliàs, vt dictum est, prout reperij post dixisse glossatorem Salmanti. hic in colu. 1. pag. 42. & Alfonso à Veracrucce in appendice ad specul. coniug. dubio 8. & à congregatione Cardinalium sic est declaratum. Inferri etiam potest ex dictis, quod licet ante dictum decretum Concilij clandestinè matrimonium contrahens, vel sponsalia de futuro, & copula matrimonium vel sponsalia illa consumans non posset religionem ingredi, vt per Nauar. in additione ad c. 28. manualis in additione ad c. 22. sub num. 21. fol. 47. col. 1. post Concilium vero, ¶ etiam si clandestinè contrahens de præsentibus, vel de futuro copula carnali sponsam post contractum cognouerit, nihil impedit copula ad ingrediendum religionem, quia post Concilium, vt iam dictum supra, copula nihil operabitur, cessantque iam ex dicto decreto Concilij præsumpta matrimonia, vt optime & nouissimè per Menoch. primo tomo. de præsumpti. libro tertio, præsumptione prima, num. 519. tenebitur tamen ad satisfactionem defloratæ virginitatis, & ante satisfac-

Cœli-
 so qua-
 sionis.

Noua
 confide-
 ratio.

36

37

38

39

40

41

42

isfactionem fortassis non recipietur in religione, quæ notanda sunt, quia noua & singularia, & vt talia consideranda. Alia plura ex dispositione dicti Concilij inferit Did. Per. hic pag. 40. colum. 2. cū. 3 sequentibus.

Quæstio
secunda.
Quæstio
tertia.

Sed quid, si non apparet per quæ verba quis clandestinè contraxerit de præsentī an de futuro, de quibus sponfalibus iudicabimus, tradit Castil-
lo in præsentī num. 18. sed an pœnæ dicti Concilij & nostre legis locum habebunt quoties quis contra-
xit matrimonium clandestinum in articulo mor-
tis cum ea ex qua prolem illegitimam † ipse agros-
tans susceperat, & videtur quod non, ex dicto per
domini. consil. 66. colu. fin. quem referendo ita tenet.
Covar. in .2. par. c. 6. in prin. num. 12. in fin. de sponsal.
quem & alios casus, vbi matrimonia clandestina licita
sunt, refert Nauar. in man. c. 16. num. 37. de quo,
quoad euadendas pœnas testibus imponendas &
ipsis contrahentibus non dubito, prout post hac vi-
di Nauar. in Manuali Hispano. c. 16. num. 37. sic
tenentem. Vtrum tamen, quoad validitatem con-
tractus, & matrimonij, & prolis legitimitatē, val-
de dubito dicto Concilij decreto attento, nisi tā-
ta esset subitanea mortis suspitio & occasio quod
nulli alteri modo contrahendi daretur locus, neq;
ad petendam licentiā ab ordinario sic contrahen-
di, imò & adhuc tunc, si posset fieri, denuo prestā-
dus cessante infirmitate esset cōsensus coram par-
rocho & testibus, aliās non valeret, secundum Ma-
tienço, hic super verb. clandestino, nume. 3. in fin. &
iterum in glos. 7. nume. . Tu latius cogitabis, quid si
præsentibus testibus & parrocho sub cautela vo-
catis fiat, an valebit, * vide. Medina, in summa. c.
16. §. 13. fol. 231.

Ibi: Que la Igleſia uniere por clandestino. Sed
quod sit tale, * Castillo in præsentī, & Matienço su-
per verbo, clandestino, declarare intendunt, & Co-
uar. in .4. 2. par. c. 6. in prin. num. 10. & quomodo acci-
piatur verbum, clandestinè: & quod nobiles præ-
ferim a similibus matrimonijs, clandestinis de-
beāt abstinere, declarat Matthe. Afflic. in consti-
tutio. Sicil. lib. 3. Rubr. 19. num. 1. hodie tamen atten-
to dicto decreto Concilij Tridentini sessio. 24. de refor-
matio. c. 1. clandestinum matrimonium est illud,
quod sit non præsentē parrocho, vel alio sacerdo-
te, de parrochi licentia, vel ordinarij præstita, &
præsentibus duobus tribusvè testibus, prout ex
verbis ipsius Concilij decerpitur ibi (Qui aliter quam,
&c.) prout post hac reperij animaduersum per Ma-
tienço vbi supra, num. 5. in final. verbis, & rationes
quare matrimonia hæc clandestina reprobantur
deceipes clare ex dicto decreto Concilij, quas ante
retulit Soto. in .4. distinctione. 28. quæstione unica
artic. 1. colu. penn. eo quod ipse Soto ibi testatur se
aduisse dicto Concilio dum agebatur de dicto
decreto constituendo, & refert eas huius Did. Per.
hic pag. 27. in fin. cum duobus sequentibus & an, si
deficiant denunciations tantum, dicitur clan-
destinum & sic nullum, † vide Matienço hic glos.
1. nu. 1. plures allegantem tenentes quod non, &
idem Matienço in Rubr. nostritūli glos. 1. num. 34.
cum sequentibus aliquibus, & vo nu Nauar. in addi-
tio. n. c. 22. num. 70. & Medina in summa. §. 3. de
los casados, fol. 2. 2. & qui cquit dixerit Menochi. cum
fl. 69. lib. 1. Prim. um est tenendum etiam Con. c. 1.
attent o, vñ Et tenet concius mster in r. att. de iur. ci-
firm. 1. parte. c. 51. na. 29. & licia dicant quotæ lie,

Quæstio
quarta.

41
42
43
44
45

& communem & veram & moribus receptam te-
statur Mascardus, in tract. de proba. conclu. 1039. 2.
partis.

Ibi: Por el mismo hecho. Id est, ipso facto, adhuc
tamen tunc requiritur declaratio, prout alio in loco
diximus. & tradit Matienço hic super ips verbis: Sed
an valida sit nostræ legis dispositio dubitabile est,
vt potè libertatem matrimonium † contrahendi
restringere videatur, verumtamen, quia multa in-
conuenientia, periuria, dissentiones, & peccata e-
uidentur, insuperq; per tex. nostrum, neq; per di-
ctum decretum Concilij clandestinè contrahen-
tes non redduntur inhabiles ad contrahendum
publicè, vt in hac remanet dictum lege, iustissimæ
sunt dispositiones hæ, prout in præsentī asserunt An-
ton. Gom & alij, fieriq; posse similes dispositiones,
prout & tenet Couar. in d. c. 6. in prin. num. 17. cum.
3. sequētib; & latè Suarez in titu. de los casamientos,
in §. Quero primo, cum pluribus sequentibus, & in §.
de iure. fol. 70. pa. 2. in pri. & Matthe. Afflic. in consti-
Sicil. Rubric. 19. num. 12. vbi inquit quod hac de
causa milites nostri temporis commendatarij
non possunt, non certiorato magistro ordinis,
neque barones sine Regis assensu matrimonium cō-
trahere, & refert etiā Alfonso à Veracrucē in spe-
culo coniugiorum. 3. part. artic. 20. conclusio. 3. & secū-
dum huius nostræ legis dispositionem fuisse pron-
tium in Regio consilio testatur Græg. l. 10.
in glos. mag. in fin. titu. 1. p. 4. & plur a refert in propo-
situm Didac. Perez hic pag. 23. colum. 2. cum sequenti-
bus pluribus, & ex ijs potest iustificari dispositio legis
sequenti licet difficulter, vt ibidem Deo volente
videbit. Sed quam ratione seculares iudices, si-
cut Ecclesiastici, puniant contrauenientes legis
nostræ dispositioni, & Concilij Tridentini, nititur
probare Minchaca, de successio. creatione. §. 26. nu.
67. & 68. & ex dictis per Castillo hic num. 1. versic.
Oppono, & fundari potest, scilicet, quod cum puni-
re contrauenientes sit quæstio facti, dum noto-
rium est & probatum matrimonium ab ijs, par-
rocho & testibus celebratum, optimè seculares
super ijs contra laicum procedere possunt, ex di-
ctis in simili per Couar. in .4. 2. par. c. 8. in fin. num. 3. &
Felin. in c. cum. sit generale de for. comp. & Horosci,
in l. 2. ff. de iurisd. omn. iudic. & sic laici iudices ijs
dispositionibus contra venientes sepius punire
solent arbitrariè, quod an hodie puniant in glos.
sequen. dicemus.

Ibi; El, y los que en ello interuiniere. Etiam si sint
mulieres * tales mediatores, vel testes, secundum
Deci. consil. 87. §. 230. & Ioan. Durand. de arte test.
tit. 6. Cuiela. 18. hanc tamen pœnam non incurret
in foro conscientie, neq; ipsi principales, secundum
Minchac. de successio. creatio. lib. 1. §. 10. num. 664. fol.
128. argumento illius glosse, alibi per me satis ornate in
c. fraternitatis. 2. quæst. 2. licet secundum Minch.
ibidem tales mediatores & testes teneantur ad dā-
num * ex hoc parentibus illatum, quod considera-
bile est, secundum eum ibi, contrahentes tamen ta-
lia clandestina matrimonia † peccant mortaliter,
vt per Matienço, hic in glos. 1. num. 2. & faciunt di-
cta per Minchac. controuersarum. vsu frequenti c.
10. num. 1. cum sequentibus. Sed est optima quæstio,
iū tale matrimonium clandestinum esse aliquo
iure nullum an evitabuntur pœnæ nostræ legis,
ante enim licet clandestina matrimonia essent
prohibita, contracta tamen valebant, c. sufficiat.

Quæstio
sexta.

Quæstio
septima

27. *quest. 2. cap. 1. ubi Abb. & ceteri de clandest. de spons. l. fin. tit. 3. part. 4. & alia, quae vidi relata per Maiengo hic, glossa. 1. numero quarto.* Sed si ex aliqua causa nulla essent, vel propter aliquod impedimentum, an nostri text. pœna incurretur? tunc dicendum est quod non incurretur, quia lex nostra effectum considerat, & tunc nullitas excusat à pœna secundum Felin. in c. ex tenore num. 9. de rescrip. quis intelligit plura. quae ibidem à num. 2. reuulerat Bart. in l. ubi actum c. de transaction. & Casane. in consuet. Burg. Rubrica. 3. §. 8. versic. Dic. quod de hoc est decisio; & post hæc vidi plures alios retulisse Maiengo in presenti glossa. septima numero fin. Ex quibus & nos cum ipso inferebamus, quod cum ex decreto Concilij Tridentini supra allegato, omnes contractus matrimonij clandestini annullentur, & sic matrimonium ipsum clandestinum nullum sit, nullo modo habebunt locum pœnæ nostræ legis, quæ pœnas imponebat ante Concilij promulgationem in tempore, in quo matrimonium clandestinum validum erat, sed cum iam ex dicto decreto sit nullum, cessabunt pœnæ nostri text. & tantum arbitrariè ex dicto Concilio punientur matrimonium clandestinum contrahentes & interestentes ei, quicquid voluerit Molina, de primogeni. lib. 2. c. 16. numero 18 nam hic effectus iuris, si bene inspicatur, non autem solum factum consideratur, ut in glossa sequente considero: & inter seculares & Ecclesiasticos iudices contra laicos erit locus præuentioni constituto de clandestinitate matrimonij, nam si de hac non constaret, esset prius per Ecclesiasticum pronuntiandum, an esset matrimonium clandestinum, ut secularis iudex posset contra laicos procedere, contra quos non preuenit Ecclesiasticus iudex in cognoscendo, & in glossa sequente alia de his repetemus.

Ibi. *Y que esta sea en esta causa.* Ad des tam ad alias exheredandi causas in authentica de nuptijs. §. si vero causas propositar. Tenebuntur tamen hæc, sicut alias causas exprimere in exheredatione, hæc tamen pœnæ cessantiam ut in precedenti glossa diximus, propter nullitatem matrimonij à Concilio Tridentino constitutam, quicquid voluerit Molina de primogenijs Hispan. lib. 2. ca. 16. numero 16. ubi à numero 9. plura dicit, & rationes suæ opinionis meo videri ex decreto Concilij cessant, quod quidem effectum iuris considerat annullando contractus, qui aliam validi erant antea: ita quod licet antea clandestina matrimonia non in substantia, sed in modo prohibebantur, hodie tamen & in modo & in substantia prohibentur per Concilium
 47 *secundum Didac. Perez. hic pagin. 40. in principio.* Item iudicibus manum tribuit puniendi contrahentes, non vero parentibus. Item quia euitare periuua, & delicta est iuris effectum respicere; præsertim cum & in pluribus iuris effectum respicientibus actus nullam effectum producat, secundum Casaneum in consue. Bur. Rubrica. 3. §. 8. numero 5. cum sequentibus pluribus. fol. 122. ita quod illa Bart. doctrina in qua Molina se fundat non est viqueque vera, ut inquit Casaneus, ibi, à num. 1. versic. item intellige, item quia quoties actus est nullus, non aliunde quam quod gestus est contra constitutionem actum prohibentem, tunc procedit doctrina illa Bart. à Molina relata, sed si ex alio capite nullus esset, ut quia gestus est sine solē-

nitate, tunc utique propter nullitatem pœnæ uicitur, secundum Cardin. relatum, & secutum per Tyraquel. in legibus connubialibus gloss. 8. num. 207. ubi id esse verum asserit, & iterum de contrah. §. 26. gloss. 2. num. 11. & si iniquissimum esset, ut & tempore, quo valebat clandestinum matrimonium, ut inquit Molina ubi supra. numer. 15. filia remaneret exheredata & sine alimentis, quanto iniquius esset hoc tempore, quo matrimonium clandestinum non valet, & in conscientia an exhereditatio fieri posset, dubitauit Alfonso à Veracrucis in speculo coniug. 3. part. artic. 20. conclusion. 3. & sic contra Molinam, eo non citato vidi post hæc Didac. Perez. hic pag. 42. colum. 1. in fin. Cum sequentem meam opinionem, & alio modo respondentem regulæ Molinæ.

Ibi. *para que el padre.* Nisi pater ipse tali matrimonio clandestino consentiret tacite, vel expresse, prout in specie asserit Couarr. in dict. 2. part. c. 6. in principio, num. 21. cum lex nostra parentum consensum multum attendat, non quod ad validitatem matrimonij parentum consensus esset necessarius, nam non requiritur, & aliud sustinere impium esset, ut patet ex dicto decreto Concilij Trident. sessio. 24. de reform. c. 1. in principio contra dispositionem iuris civilis alium volentem, ut patet ex Suarez in tit. De los casamientos, versic. 1. fol. 59. & contra aliquos Canonistas talem consensum requirerentes relatos per Baegam, de non meliorand. filiabus, c. 18. num. 7. & 8. & per Alfonso à Veracrucis in speculo coniug. 1. parte artic. 3. pag. 3. versic. Ex hoc sequitur: requiritur tamen, per text. nostrum propter honestatem quandam & reuerentiam parentibus debitam, quam si omiserint licentiam parentum & indignè nuberent, peccarent mortaliter filij, vel filie, secundum Nauar. in Manc. 49. c. 14. num. 15. & ideo si parentes huic matrimonio clandestino consentirent, pœnam nostri text. non possent imponere filijs aut filiabus exheredandos; imò & si post contractum matrimonium cum filijs communicarent, & tractarent non esset locus pœnæ huic exheredationi, licet alijs pœnis sic, secundum Suarez ubi supra. fol. 70. versic. herius nota: Sed si filius vel filia, palam, & secundum formam Concilij nuberent sine licentia & requisitione parentum, nullo modo exheredari possent, secundum Couarr. in 4. 2. part. cap. 3. §. 8. n. 5. & sic dicendum, secundum eum ibi, num. 4. l. vidua. c. de nupt. dicentem filiam emancipatam ante 25. annum non posse secundas nuptias contrahere sine licentia patris, de honestate loqui, non de necessitate: hæc tamen si teneamus opinionem quod pœnæ nostri text. cessant, eo quod matrimonium clandestinum nullum est, ex dispositione Concilij, ista: omnia disputare non est necessè: erunt tamen necessaria ad sciendum an in matrimonio non clandestino consensus parentum requiratur, ut per Mol. ubi supra. num. 6. cum sequenti. Et non requiritur, & etiam requisitum & præstitum nihil efficere clarum est ex dicto decreto Concilij de clandestinis loquente.

Ibi. *En hijos.* Hæc est: oua ad pœnæ facta anno 1533. per inuictissimam. Regem nostrum, antea enim solum in thabus per legem Tanti nostram exheredationis pœna constituebatur, quod antea doctoribus præbuit, & præsertim Castillo hic, an & ad filios extenderetur, de inre enim

In L. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Lex nostra solum sponsalium contractu contentatur, neque consummationem matrimonij requirit, nu. 1. ubi an in sponsalibus de futuro intelligatur.
- 2 Verba secundū propriū sensum sunt intelligēda. 2
- 3 Lex nostra an in affine locū habeat, sicut in consanguinea, 3
- 4 Lex emanans in fauorem Ecclesia, vel Reip. etiā si pœnalis sic amplianda est. 4
- 5 Clam dicitur quid fieri, quoties fit eo modo, quo non possit ad notitiam eorum, quorum interest peruenire 5
- 6 Lex nostra in matrimonio tam clandestino si loqueretur esset contra libertatem matrimonij, 6.
- 7 Propinquiore remittente iniuriā alius non auditur tanquam propinquus. 7

Vuens cum Domino, neque sponsalia, ut matrimonium contrahat cum filia, vel consanguinea Domini intra tertium gradum, aliter nostri text. pœna puniatur, & qui possint hoc accusare declarat lex nostra.

Ibi: *Que viuere.* Qualiter hæc verba intelligerentur ad Auendañum in *dictionario in verbo, Viuir.* me antea referebam, nunc autem Matienço hic in *gl. 1.* & ad ipsa se refert, & alia dicit per ipsum videnda.

Ibi: *Se desposare.* Cum lex hæc sponsalia respiciat, sola ipsa sufficient, neque requiretur consummatio matrimonij per copulam, * quicquid in contrarium voluerit Sua. *ez in titulo De los casamientos §. de iure columna final. versicul. Sed unum est aduertendum, fol. 70.* lex enim nostra satis contentatur sponsalium contractu sine mandato Domini facto, præferim cum lex. 4. tit. 20. infra lib. 16. pœnam apponat carnalem copulam habenti cum filia, vel famula domini. Vltimus notandum est quod verba hæc, *se desposare*, in sponsa de futuro videntur intelligenda, eo quod *sponsare*, id est quod, spondere, & sponsalia proprie dicuntur futurarum nuptiarum promissiones & sponsiones, & sponsa dicitur illa cum qua est promissum coniugium in futurum: verbaque secundum proprium sensum * sunt intelligenda: *c. relatum. de cleri. non resid. l. si deicommissum. ff. de condition. & demonstra. l. fin. C. de iis qui veni. at. impetr. & diximus in l. supra proxima, præsertim attento versicul. sequente, Casare, quod ad sponsalia de presenti refertur, ut in d. i. precedente diximus & alternativa illa, Desposare, & casare, facit ut sufficiat alteram partem esse veram, *ex l. de antelle ff. de reb. dub. igitur de sponsalibus de futuro verba Desposare, sunt intelligenda in l. nostra, eo quod sic vult, & disponit, & ita voluit Didacus Perez hic in *gl. 1. pag. 43. lib. 5. ordin.* licet ipse velit distinguere, hoc esse verum quoad prohibitum, scilicet quoad pœnam, sed verbalis est hæc distinctio, ideo quoad omnia verbum, Desposare, intelligitur, & si e ti lege nostre dispositio valida fuisset, sponsa de futuro**

*Non
confide-
ratis.*

enim hoc non habebat locum in filiis, etiam si ignominiose ducerent uxores, * secundum communem asseriam per Alex. in authentica non licet C. de li. prat. & exhered. & Alfons. à Veracrucis in speculo coniugiorum 3. parte, articulo 20. conclusione secunda, licet Bald. in l. Nec si ium. C. de nupti. idem asseruerit de iure communi, verumtamen per legem nostram Baldi opinio approbata est, de quo alia adducebat Didac. Perez hic pag. 36. cum sequentibus.

Quaestio octaua. Ibi: *O hijas.* Sed num de filiabus intelligendum est prima vice clandestinè contrahentibus, an & de viduis secundo, clandestinè tamen nubentibus

52 * & Couar. in 4. art. 2. c. 6. in principio, num. 21. & 22, inquit se credere idem esse in vidua secundo clandestinè tamen nubente, si simul cum parentibus habitabat, prout & asseruit Alfonsus à Veracrucis, in speculo coniugiorum. 3. part. arti. 20. conclusione 2. contra Castellum hic num. si. contra tenentem, ego tamen siue vidua talis habitet cum parentibus siue non, idem dicerem, quia lex nostra non patriam potestatem, neque simultaneam patris habitationem considerat, sed solum reuerentiam parentibus debitam, quæ quidem & in habitate filia extra domum suam consideratur, igitur distinctio illa non est facienda præsertim cū & ipsemet Couar. in c. rainuntius in principio, num. 20. de testam. asserat quod licet filia clandestinè nubens, post religionem ingrediatur, adhuc per parentes exheredari potest, & ubi in Regio pratorio sic ex Palatio Rubeo asserit determinatum, & hæc procedit ut diximus si tenemus & hodie post Concilium pœnam hanc exheredationis locum habere, sed si contrariam opinionem sequamur, prout ego sequor, isthæc disputatione non indigent.

Ibi: *Otro ninguno.* Sed num verba hæc ad omnes pœnas nostri text. referuntur, vel solum ad pœnam exheredationis; & videtur quod ad solam pœnam exheredationis. quæ proprior est ijs verbis, & quæ parentes concernit, alia vero pœnæ vindictam publicam attēdunt: ego tamen teneo ad omnes extendi pœnas versiculū istum, cum sub vno contextu omnia præcedentia prosequamur, insuperq; parti principaliter iniuria fiat: *Et ita videtur tenere Castillo hic super ijs verbis, & post hæc voluit Matienço, hic in *gl. fin.* officium tamen iudicis non censetur ex hoc exclusum, poterit enim iudex procedere ex officio & ad harum pœnarum impositionem, prout quotidie procedit, præsertim attento dicto decreto Concilij permittente iudici arbitrarie punire decreto contravenientes, pœnam tamen exheredationis absque eo quod pater requireretur num esset imponenda, crederem non posse imponi per iudicem, & quod hoc voluerit lex nostra si bene consideretur, isthæc tamen cessant neque disputanda sunt nam etiam si sic diximus in hac lege pœna nostri text. ex dicto decreto Concilij cessant.*

34

futuro contrahens sine nostri text. forma, & domini mandato incurreret pœnam nostri text. in contrarium tamen faciunt dicta l. 1. *supr. eod.* vbi spœsalia de futuro non comprehendi diximus, & sic quod verbo hæc, *Desposare*, intelligantur secundum vulgarem usum loquendi, scilicet, de sponsa de præsentibus, *vt in l. 5. dicemus versicul. Secasano desposan.* & hoc certius videbatur, sed cum valida non sit dispositio nostri text. *vt infra dicemus*, sed de honestate non vero de præcepto procedat, non est vterius super hoc disputandum.

Qual.
prima.

Ibi: *Comparientia*. Sed an & de affine intra quartum gradum hoc verbum intelligetur, & dicendum est quod sic, † quia lex hæc, licet pœnalis esset, publicam vtilitatem & quietem concernit, & sic extendenda & non restringenda, & in affine eadem ratio militat, licet in consanguinea, quia vtraque in domo domini habitat, igitur idem ius licet pœnale sit, *ex gloss. singul. in c. in electionibus, de electione, in 6. versiculo. incerta.* Item quia lex nostra quietem & pacem reipublicæ concernit, & nē rixæ oriantur, prout ex similibus oriri solent, & vbi ius privilegiatum emanat in fauorem Ecclesiariū, vel reipublicæ non debet restringi, licet sit correctiuum, & pœnale, sed potius ampliari, * *secundum Bartol. in l. quemadmodum, numero 4. C. de agricol. & cens. lib. 11.* Item quoties extensio fit in fauorem publicum, etiam in odiosis facienda est, *secundum Hipol. in practi. §. diligenter. numer. 130.* in contrarium tamen possunt alia adduci, quæ adduximus *in l. 7. titul. 5. libr. 4 supra*, ideo dubia res est, in nostra tamen lege, & eius propositum primam tenerem, tum quia loquitur per verbum magis generale, tum quia est eadem ratio, tum etiam quia reipublicæ fauorabile: tu latius cogitabis.

Ibi: *Sin, u mandado*. Id est, clandestinè, tunc enim dicitur matrimonium clam contractum, cum non sit eo modo, quo possit ad notitiam eorum, * *quorum interest peruenire. l. clam possidere, & ibi notatur. ff. de acquirend. posses. & Montalius in propositum in l. 1. titul. 1. verbo, concejeramente, lib. 3. for. & glossator Salmantinus in l. 1. tit. 6. lib. 5. ad glos. 1. pagin. 173 & probatur expresse ex lege quinta, titu. 3. part. 4. & nisi legem nostram & verba hæc, *Sin, u mandado*, ita intelligas, loqui cum clandestinè contrahitur matrimonium hic prohibitum, nullo modo stare potest, quia est expresse contra libertatem matrimonij, & per consequens non valet, & nouissimè aduertit Mattienco hic, & ratio differentia est, quia si prohibetur hic matrimonium hoc, quia clandestinum, & factum sine patris reuerentia, & domini mandato expresse, vel tacito, non est contra libertatem matrimonij, quia non prohibetur publicè contrahere, sed in matrimonio non clandestino expresse esset lex nostra contra libertatem † matrimonij, & sic non valeret, prout expresse hanc differentia rationem assignat Matthæus *Afflicis, libro tertio, consti. Sicil. Rub. decima nona numero 13. in medio.* & non obstat quod si sic intelligatur videretur superflua attenda dispositione legis præcedentis, quia superfluitas hæc euitatur faciliter, si dixeris legem nostram specialem casum providere, legem vero præcedentem generalem: sed & adhuc*

tunc pœna nostri text. cessabit, eò quod iam ex Concilio Tridentino est nullum matrimonium clandestinum, & per consequens cessant pœnæ nostri text. *vt in l. præcedente diximus*, & sic arbitrariè punientur ex dicto decreto Concilij, & quia cum clandestinum non sit illud, quod sine patris mandato, & domini consensu fit, sed vbi parochus & testes deficiunt, nullo modo lex nostra sustineri poterit, quia esset contra libertatem matrimonij publice facti cum testibus & parochis, sed si sine eis fieret, & sic clandestinum esset, tunc quia nullum est cessabunt legis nostræ pœnæ, *ex dictis in l. præcedente*, & sic in vtroque casu lex nostra & eius rigor cessat.

Ibi: *Le maten*. Ex ijs verbis colligebat Tellus *in lege nona Taur. numero octauo, & nono*, quod cum iste coitus sit damnatus per legem hanc, filij horum non succedent matri *ex dispositio. d. l. 9.* quod mihi (salua pace tanti viri) falsum videtur, tum quia hæc pœna mortis in consequentiam exilij soluti per legem nostram imponitur, non vero principaliter propter delictum, & ea, quæ in consequentiam veniunt non ita sicut ea, quæ principaliter considerantur, *vt a patet ex dictis per Tirazuel. in tractat. rez inter alios adla, columna prima, cum pluribus sequentibus.* item etiam quia secundum illam legem. 9. *Tauri, quæ est l. 7. titul. 8. isto libro. infra*, vt filij incapaces hereditatis maternæ fiant, requiritur quod coitus sit damnatus ex parte matris, ita quod mater pœnam mortis, propter coitum incurrat, quam tamen pœnam mortis *ex lege nostra* mater non incurrit, ergo falsa est ad nostram legem doctrina Telli, præsertim attentis dictis in glossa præcedenti, & pœna coeuntis extra formam matrimonij cum famula domini, vel doming, *vide text. in l. 4. titulo vigesimo, libro octauo infra, & per nouiorem l. 4. titul. fin. infra libro sexto. ad quæ legis illius vigesima subscriptio se refert.*

Ibi: *Sus parietes mas propinquos*. Qui sint ij vide Did. Perez. *hic pag. 43.*

Ibi: *Perdonare*. Sumit hic argumentum Mattienco, quod propinquiore remittente iniuriam alius non auditur tanquam propinquus, † *& ita tenet Menes. lege transire, numero quinquagesimo-secund. C. de transaction. & voluit Ant. Gomez, tom. 3. c. 3. numero 61. & 56. & 35. & 36. & faciunt dicta per gloss. de todos, lege decima-tertia titulo primo, part. 7. & voluit Didac. Perez. libr. 1. ord. columna. 297.* Pro quo pòdero legem expressefam. 14. titul. 8. part. 7. vbi lex in accusando præfert vxorem, & ea diffidente propinquiore occisi, & eis negligentibus, sequentem in gradu admittit, si ergo prælationem inducit & sequentem admittit in casu negligentia, igitur propinquiore accusante, & desistente ab accusatione, sequens non est admittendus, quia non adest negligentia, & prælatio aliter nihil prodesset: item probatur hoc *ex l. 12. versicul. Otrosi, tit. 1. part. 7* ibi. *Qui no fuisse pariente*. Ergo à contrario si est consanguineus accusans, alius non admittetur: & hanc credo, ijs legibus attentis, veram & iuridicam, quicquid de iure civili dicant gloss. & Doctores. Item & quia si *ex l. 22. titulo 1. part. 7.* permittitur transactio in delictis, nihil operaretur multoties lex illa, si propinquiore prælato per legem in accusando transigente aliàs admittetur

Nova
conside-
ratio,
& Tel-
li re-
proba-
tio.

teretur: & istam etiam expressè tenet glos. Con sus, & glos. En el cuerpo, col. 2. in fin. in l. 2. a. titul. 1. par. 7. itaque quoad pœnam corporalem, & interesse damni, & expensas medici & curæ, alius non admittatur remittente & transigente illo, ad quem principaliter accusare pertinebat, admittetur tamen, quoad vindictam imponendam in satisfactionem reipublicæ, vel iudex ad hoc ex officio, vel per creationem fscalis procedet, prout quotidie fit. Sed si sint plures consanguinei in eodem gradu, vel plures hæredes defuncti ab omnibus est pax facienda, quia vnus non præcedit alium.

In L. 3.

S V M M A R I V M.

- 1 Lex nostra corrigit iura antiqua secundas nuptias improbantia, num. 1
- 2 Mulier secundo nubens etiam intra annum non amittit proprietatem, neque vsumfructum, quæ prior maritus ei reliquit in testamento. 2. licet si filios habet ex primo matrimon. tenetur proprietatem illis reseruare, nisi, vt ibi.
- 3 Vir, vel vxor non possunt vnum ex filijs meliorare de acquisitis à filijs mortuis ab intestato. 3.
- 4 Vxor, vel vir transiens ad secundas nuptias de sua lucrorum medietate disponere potest, neque tenetur reseruare filijs primi matrimonij. 4.
- 5 Bona in testamento, vel contractu alio ex coniugibus prouenientia non tenetur reseruare filijs primi matrimonij etiam si ad secundas nuptias trãseat. s. nisi sit in testamento mariti, vt ibi.
- 6 Tutelam filiorum primi matrimonij an perdet mater secundo nubens. 6. & an tunc tutor prouidendus debeat esse legitimus vel datiuus. ibi dem, vbi & an tunc poterit mater petere vt secundo marito detur tutela,
- 7 Vxor si intra annum secundo nubat non tenentur hæredes primi mariti restituere dotem intra annum, neque alimenta præstare, nisi vt n. 7.
- 8 Vestes lugubres viduæ datas tenetur ipsa restituere hæredibus primi mariti si secundo nubat. 8. vbi numer. 9. idem in lecto quotidiano.
- 10 Legatum à marito vxori relictum si non nupserit an valeat. 10. & quando veniet substitu. tus, & num. 11. ampliatur.

S V M M A R I V M.

Viduæ in anno etiam luctus possunt liberè & absque pœna & infamia contrahere matrimonium, non obstantibus quibuscunque legibus aut statutis.

Ibi: Puedan libremente. Et sic iure nostro Regio renouantur Canones secundas nuptias absque pœnæ & infamiæ incurfu permitteutes, reprobanturque & corriguntur leges ciuiles, quæ pœnas mulieribus secundas nuptias contrahentibus imponebant, † quæ quidem iura tam ciuilia,

quam Canonica vltra glossatores nostros in præfenti refert Couarru. in 4. parte. 2. capit. 3. §. 9. numer. 4. & Didac. Perez, hic in l. quinta titulo primo. lib. 5. ord. pagin. 51. cum sequentibus vbi in colu. 2. illius pagine. 51. inquit à iure diuino legem nostram ortum habuisse, & reprobat scctas Nouati Montani, & Catafrigum falso obseruantium secundas nuptias non esse licitas, de quibus secundis nuptijs plura tradit Tiraquellus in leg. boues. §. hoc sermone, in regula posita ante limitationes, numero 141. cum sequentibus, vsque ad fin. regula, & Silua nuptialis verbo, seni non est nubendum numero 47. cum sequentibus, aliquibus, & secundum eum ibi, numero 35. pœnæ secundarum nuptiarum non dabantur viro: corrigitur etiam ex lege nostra, l. 3. titulo 12. part. 4. vbi Greg. notat, & l. 3. titulo sexto, part. 7. secundum glossam Casase, ibidem. & vide Gabrielem libro tertio. commun. opin. titulo de secundis nuptijs, conclusion. 5. 6. & 7. plura dicentem in proposito, & Corras. libro 3. miscellaneorum. capit. 1. per totum. Quò sit secundum Couarr. vbi supra, foeminam intra annum secundo nubentem minime amittere proprietatem, neque vsumfructum bonorum, quæ illi prior maritus reliquit in testamento, † & Didac. Perez hic pagin. 53. columna 2. in fin. licet si filios habet ex illo matrimonio illis tenetur reseruare bona illa, sicut & eorum bonorum, quæ à filijs mortuis talis mulier ab intestato hæredauit, vel aliunde ex legis dispositione habuit, proprietatem amittit vir, vel vxor ad secundas conuolans nuptias, non verò vsumfructum, tenetur que talia bona filijs primi matrimonij reseruare, secundum Anton. Gom. l. 14. Tauri, num. secundo. & Telli. leg. 6. Taur. numero. 16. versicul. ab intestato, vbi asserit in hoc nullum discrepare, & communem dixit Niconicius relatus per Villalobos in arario mill, commun. opinio. litera B. numero 43. voluitque Couarru. in dicto. §. 9. num. 7. quamuis Gomecius Leon in sua centuria informationum iuris capitulo quarto. contra teneat, & inaduertenter velit, sumendo argumentum à bonis constante matrimonio acquisitis, cum multum differant hæc ab illis; vt in hac gloss. patebit, dum tamen talia bona prouenerint filio morienti à patre suo, vel ab alio ascendente, secus si aliunde prouenerunt, quia tunc non tenetur ad dictam reseruationem, secundum Matienço, hic gloss. 2. numero 15. & in casu in quo reseruationi locus sit, erit quoad proprietatem non vero quoad vsumfructum. & infra in 7. limitatione repecto vsumfructu enim dictorum bonorum à marito relictorum non priuabitur talis mulier, vel vir secundas contrahens nuptias, secundum supra dictos, & Anton. Gomez dicta l. 14. Tauri. numero 16. & 17. & Boheri. decisione 198. qui & in decisione 185 numero 17, cum sequentibus, hoc limitat, vt non procedat quinque modis vsque ad finem illius decisionis propositis, de quibus & per Anton. Gomez vbi supra numero 6. & verum in decisione 187. idem Boherius de ijs tractat. Ex quibus fit quod in acquisitis dicto modo à filijs mortuis ab intestato, vel ex legis dispositione vxor, vel vir ad secundas conuolans nuptias meliorare aliquem ex filijs non possint, † secundum Suarez in titulo, de las arrhas versiculo circa hoc, fol. 41. versiculo ad partem negatiuam, in antiquis; & Antonius Gomez, vbi supra, numero tertio, in fine. & etiam

eundem Suárez l. quoniam, limitatione. 10. legis Regia, numero primo pagin. 170. & faciunt tradita per Tellum. in l. 4. Tauri. numero 17. & in l. 6. numero 68. & in l. 19. numero 12. & hoc nisi sint bona acquisita constante matrimonio, quæ quidem licet ex legis dispositione quarantur, vxor tamen, vel vir transiens ad secundas nuptias potest de sua medietate disponere, nullam proprietatem, neque vsum fructum filijs prioris matrimonij reseruando, † *extextu in l. 14. Tauri que est. 6. titulo. 5. infra isto lib. hæc enim pars quauis ex legis dispositione deferatur, propter societatem coniugalem, deferatur & vniuique coniugis labore & industria acquisita censetur, statimque quod acquisita sunt bona hæc, dominium acquiritur eorum tam vxori quam viro, licet vxori reuocabiliter in vita mariti acquirantur, & siue filij extarent, siue non idem esset, ideo nimirum si de eis disponere possint, ut inquit Couarrub. dicto. §. 9. numero septimo & Villalobos in arario suo opinionum communium, litera B. numero 42. in fin. & Anton. Gomez l. 14. Tauri, numero. 3. neque perdent ea, etiam si ad secundas nuptias transeant, secundum Palacium Rubeum. in rubrica. §. 50. numero. 35. idemque dicendum est in bonis prouenientibus ex testamento, vel contractu inter viuos in fauorem superstitis coniugati ab aliquo, vel aliquibus filiorum suorum celebratis & confectis, bona enim inde prouenientia non tenentur coniux talis reseruare filijs primi matrimonij, etiam si ad secundas conuoluerit nuptias, † quia capit ea coniux hic tanquam extraneus, secundum Castillo, l. 15. Tauri, numero 1 c. & 2. & Boheri. decisione. 191. licet si ex testamento mariti vxor aliquid capiat, vel maritus ex testamento vxoris omnino tenentur reseruare filijs illius matrimonij, secundum Ant. Gom. l. 14. Tauri, col. 2. & Matiença hic, glos. 2. num. 3. & 15. Sed an & tutelam filiorum primi matrimonij perdat mater secundo nubens, † & videtur dicendum quod non, ex lege nostra corrigente leges infestantes secundas nuptias: sed nihilominus contrarium est tenendum, & sic quod perdat talem tutelam, quoniam lex nostra non videtur nec censetur corrigere casus speciales, per alias leges prouisos, prout est iste, ut patet ex authentica sacramentum. C. quando mul. iuro. offi. fun. pos. & ex l. 15. titulo. 16. part. 6. & quia hoc, quod mater in hoc casu perdat tutelam, inductum est in fauorem filiorum primi matrimonij, non vero in pœnam festinantium ad secundas nuptias, & similes dispositiones fauorabiles ijs filijs lex nostra & similes non corrigunt, sed eas tantum, quæ principaliter in pœnam secundo nubentium * sunt statutæ, secundum Innocenti. Ioan. Andr. & alios relos per Couarrub. dicto c. 3. §. 9. numero. 5. & 6. fol. 47. & hanc communem esse declarationem ad legem nostram & similes testatur Villalobos ubi supra, numero 28. & 29. Baeça de non meliorand. filibus. c. 1. numero. 8. & Rebuffus in tom. consti. Fran. titul. de constitutio. in proemio, glos. 5. numero. 66. & Gregor. l. 3. titul. 12. part. 4. verbo, hasta una non. Et conciliis noster Gutier. in repetitione l. nemo pote. §. numero. 20. & 21. de leg. 1. & antur c. ammatu. p. i. atur tutela propter hunc transitum ad secunda vxor, tutor*

Quest.
 p. 111.

Quest.
 p. 111.

prouidendus habeat esse legitimus, an vero datus, vide optimam quæstionem familiarem, 66. matre post, August. Veroi. & Cuman. consil. 94. & Socinum senioem, consil. 20. numero. 10. lib. 1. & Villabos in arario commun. epin. litera T. numero. 233. cum sequenti & Silua nupti. lib. 2. numer. 51. & quid si petatur à priuigno, vide Alti. de presump. Regula. 1. presumpcio. 22. numer. 4. pagin. 68. & an tunc possit mater petere, ut marito secundo detur tutela, vel alteri, vltra Veroium ibi, vide Baeçam de decima tutorum, c. 4. numero. 77. Eodem themate retento, si vidua intra annum nubat, non tenentur heredes prioris mariti restituere bona mobilia intra annum, neque alimenta præstare nisi maritus secundus esset pauper: * ipsaque tenetur hæredibus ipsis prioris mariti restituere * vestes lugubres ei daras quando prior maritus mortuus fuit, prout omnia hæc aseru Couarrub. in. 4. parte. 2. c. 3. §. 9. numer. 10. & Auendan, c. 10. pres. numer. 13. lib. 2. & Castillo l. 15. Tauri numero. 8. & 9. itidemque & lectum quotidianum ipsi viduæ relictum tenetur, si secundas nuptias † contrahit, trahere ad partitionem cum hæredibus prioris mariti, secundum text. in l. 6. tit. 6. lib. 3. fori quotidie v. i. tatum & consuetudine roboratum. Sed an valeat legatum per maritum vxori relictum si non nupserit, ita quod si nubat illud amittat, † vide per tex. & Doctores in authentica, cui relictum. C. de indic. vidui. toll. & per Anton. Gom. tom. 1. var. c. 12. num. 78. & in l. 14. Taur. num. 8. & 9. & melius Couarrub. dicto. 3. §. final. num. 11. & 12. & las. l. si mater distinctio. 2. C. d. instit. & substitum. sub. con. fact. & Villalobos in d. arario litera L. num. 14. asserentes communem esse, valere legatum factum vxori si honeste vixerit & vidualem vitam seruaerit, & tunc si nubat statim substitutus eius illud acquirit non expectata morte talis mulieris secundo nubentis, etiam si testator dixisset quod post mortem vxoris substitutus veniret ad legatum illud, * ut & per Socin. Iunioem consil. 110. num. 9. volum. 1. & conf. 106. numer. 6. 27. 29. & 30. volum. 1. & Terag. cessante causa regula. 1. num. 79. & Did. Per. l. n. titulo. 2. lib. 5. ord. pag. 81. versiculo quid si testator. & an si maritus consentiat in testamento vxorem suam viduam relictam secundo nubere, vel filij prioris matrimonij id velint, emittat pœnas secundo nubentium: hæc & alia in l. sequente dicemus.

Quest.
 111.

10

11

L. 4. quæ erat. 15. Tauri.

S V M M A R I V M.

- 1 Donationem in pramium virginitatis, vel nobilitatis amissæ vxor donataria secundo nubens an teneatur reseruare filijs primi matrimonij. num. 1.
- 2 Casus ubi reseruatio bonorum filijs primi matrimonij est facienda, remissiuè num. 2.
- 3 Patre ad secundas nuptias transeunte apud quæ sit filius educandus. 3.
- 4 Augmentum etiam doti tenetur vir reseruare filijs primi matrimonij. 4.
- 4 De bonis reseruandis filijs primi matrimonij vobis potest.

- potest maritus, vel vxor superstes dispo-
re, neque meliorare aliquem, dicto. n. 4.
- 5 An idem sit in bonis habitis ex hereditate
vnius ex filijs primi matrimonij. 5.
- 6 Arrha etiam sunt reseruanda filiis illius matri-
7 monij, neque possunt coniuges de eis dispo-
8 nere, neque eas alienare, nisi adsit iuramen-
tum in alienatione. 6. & 7. vel nisi, vt ibi,
& nu. 8. an possint in Arrhis vnum ex fi-
lijs meliorare, nisi filios non habeat mulier
nam tunc de eis ad libitum disponet.
- 9 Donatione propter nuptias an teneatur mu-
lier reseruare filijs primi matrimonij. nu-
mero 9.
- 10 Lex nostra etiam respectu aui vel auia, vel
aliorum ascendentium procedit. nu. 10.
- 11 Vidua luxuriose viuens tenetur reseruatio-
nem hanc bonorum filijs primi matrimonij
seruare, incurrit enim poenas nubentis secu-
da tam intra quam extra annum luctus. 11.
- 12 Vidua luxuriosa perdit medietatem lucro-
rum constante matrimonio adquirentium. 12.
- 13 Dotem an perdat vidua luxuriose viuens. 13.
& sequen.
- 14 Vidua luxuriose viuens siue intra siue extra
15 annu luctus perdit tutela filiorum. 14. vbi,
16 num. 15. an idem in viro: item & bona filij
17 premortui primi matrimonij. n. 16. 27. &
28. 28. & priuilegia viri, quibus gauderet si
18 honeste viueret. 17.
- 18 Vidua luxuriosa tenetur restituere heredi-
bus mariti bona quae maritus ei reliquit si
honeste viueret. 18.
- 18 Luxuriosa vidua an perdat facultatem testa-
di sibi a marito concessam, eo. nu. 18.
- 19 Singularibus testibus probatur mulierem im-
pudice viuere. 19. vbi, & an requiratur
quod palam impudica sit.
- 20 Pater, vel mater si transeunt ad secunda vo-
ta, an perdant facultatem substituendi filio
furi oso vel mente capto exemplariter. 20.
- 21 Legata bona a priori viro tenetur vxor le-
gataria transiens ad secundas nuptias reseru-
are filijs primi matrimonij. 21. nisi. vt ibi.
23 n. 23. & nisi filios non haberet. nu. 25.
- 22 Intellectus ad authent. ex testamento. C. de
secundis nuptijs. 22.
- 24 Vxor transiens ad secunda vota an perdat
25 hereditatem sibi relictam a priori marito.
24 & num. 25. declaratur.
- 26 Vxori si relinquuntur centum si vidualiter
vixerit & quinquaginta si nupserit, si nu-
bit solum. 26. habet. 26.
- 27 Vxor si non reddita ratione tutela nubat
secundo, an perdat iura prioris viri. 27.
- 27 Vxor nubens secundo perdit omnia bona ex
legis dispositione proacientia excepta sua
parte lucrorum constante matrimonio ad-
quirentium, & sic perdit bona habita a filio
premortuo primi matrimonij, siue mortuus
sit ante, vel post contractas secundas nup-
tias. 27. & 28.
- 29 Maritus itidem perdit si transit ad secundas
nuptias sicut vxor transiens. 29. etiam si
vigore statuti ad eum perueniant, vt ibi,
30 & sicut num. 30. perdet legatum ab vxore
factum, vt in vxore supra diximus. nu. 61.
27. & 28. vbi declaratur.
- 31 Filius haeres vniuersalis patris aut matris
non vendicabit rem alienatam a patre, quae
erat ipsorum filiorum. 31. vbi ampliatur e-
32 tiam quoad legitimam, nisi, vt ibi, vel nisi,
33 vt ibi num. 32. vel nisi vt num. 33.
- 35 Pater & mater si ex bonis filiorum primi ma-
trimonij aliquid habuerunt titulo heredi-
tatis ab intestato dictis bonis vti possunt
usufructu eorum per totum tempus vitae
suae, etiam si adsint alij filij dicti primi
matrimonij etiam vxorati & velati. 35.
- 36 Pater & mater secundo nubentes de consen-
su filiorum primi matrimonij non priua-
tur proprietate bonorum ab eis habitorum
neque reseruare ea alijs primi matrimonij,
filijs. 36. vbi an omnium filiorum consensu
requiratur, & an tacitus consensus suffi-
ciat, vbi cum n. 37. ampliatur.
- 38 Mater minor deueniens ad secundas nuptias
an succedat pleno iure. 38.
- 39 Mater nubens secundo si instituitur haeres a
filio, pleno iure succedit. 39.
- 40 Mater nubens secundo, an succedat pleno iure
41 filio post pubertatem morienti. 40. impubes
dicitur decedere ab intestato. 41.
- 42 Mater non tenetur reseruare filijs primi
matrimonij bona donata durante illo primo
matrimonio. 42. etiam si viri contempla-
tione donetur, vt ibi.
- 43 Mater binubens pleno iure succedit filio mo-
rienti primi matrimonij bonis tali filio ab
alijs quam patre prouenientibus. 43.
- 44 Mater binubens an perdat ornamenta iussa
tradi. 44.
- 45 Morientibus omnibus alijs filijs matrimonij,
coniux superstes pleno iure succedit etiam si
secundo nubat. 45.
- 46 Mulier si de licetia principi nubat secundo,
succedit pleno iure filijs primi matrimo-
nij. 46.
- 47 In adquisitis titulo lucratiuo procedunt ista
de reseruacione bonorum, secus si titulo o-
neroso. 47.
- 48 Pater, aut mater binubens an teneantur pra-
stare cautionem de reseruado bona adueni-
tia filijs primi matrimonij. 48.
- 48 Usufructuarius tenetur prestare cautionem
49 de vteno & fruendo arbitrio boni viri,
neque

- neq; potest testator hanc sibi cautionem remittere. nu. 48. & 49. & sequentibus ali- quibus.
- 50 Bona parentis binubi obligata sunt tacite pro restitutione bonorum filiorum primi matrimonij. 50.
- 51 Bona alienata per parētem ex bonis filiorum possunt per ipsos filios reiudicari. 51.
- 52 Inuentarium pater non tenetur facere de bonis filiorum, nisi dilapidator eorum sit 52. sal- tim quadam bonorum descriptio, vt ibi. & nu. 53. quid in matre.
- 53 Testator si prohibeat fieri inuentarium bono- rum adhuc tamen tunc debet fieri quadam bonorum descriptio. 53.
- 53 Plura in quibus mater est peioris conditio- nis quam pater. nu. 53. remissiuē.
- 54 Mulieres diligūt viros etiam vltra filios. 54.
- 54 Filius an in vita patris alienantis bona sua possit ea reiudicare. 54. remissiuē.
- 55 Si mater dum vidua esset heredauit vnum ex filijs primi matrimonij alijs eiusdem ma- trimonij filijs relictis: post autem alius ex superstitibus filijs mortuus est, an ex parte illius secundi filij hereditatem proprietatem, dubitatur. nu. 55.
- 56 In vsufructu succedunt parentes binubi filio primi matrimonij alijs filijs eiusdem ma- trimonij superstitibus. 56. Vbi & de fru- ctibus pendētib; idem dicit. Secus vero si non cōtraxerint secundas nuptias, nā tunc pleno iure succedunt.
- 57 Parentes in vita dotauerunt filiā commu- nem, & hac sine filijs mortua est mortua iam matre, & pater binubis meliorauit v- num ex filijs siue primi siue secundi ma- trimonij, an deducatur melioratio ex parte illa habita ab hac filia. 57.
- 58 Filijs primi matrimonij decedentibus cum descendētib; an dicta reseruatō bono- rum dictorum filiorum primi matrimonij sit seruanda. 58.

S V M M A R I V M.

In eiusdem casibus, in quibus tenetur vxor transiens ad secunda vota reserua- re filijs primi matrimonij proprietatem bonorum à marito primo habitorum, vel ex successione filiorum illiusmet matri- monij, tenetur & vir secundo nubens.

Ibi, EN TODOS LOS CASOS. Desuipra fuit à l. femina. C. de secundis nupt. l. mater. C. ad Tertulia. l. 2. C. de ind. vid. toll. Sed an dona- tionem factam à viro ignobili, vel scē vxori nobili vel iuueni in p̄m̄ium nobilitatis vel vir-

ginitatis amissæ, tenebitur hæc vxor donataria ꝛ secundo nubens reseruare filijs primi illius matrimonij, & in specie Cou. dicta. 2. parte c. 3. §. 3. nu. 3. tangit, & tenet quod non tenetur, quia est donatio remuneratoria in p̄m̄ium amissæ virginitatis vel nobilitatis, & Rip. in l. femina. n. 44. C. de secund. nup. & Palac. Rub. in rubr. §. 50. n. 35. & Didac. Perez. lib. 4. ord. colu. 1378. ad fin. in impressione antiqua & quamuis dici posset hoc habuisse vxorem hanc titulo lucratiuo & non o- neroso, ex dictis per Palac. Rub. in d. Rub. §. 71. n. 5. id verū esset in eo quod talis donatio excederet merita, & p̄m̄ium nobilitatis & virginitatis amissæ, ex dictis per eund. Palac. Rub. ubi supra. §. 32. maxime num. 5. ad fin. & qui sint ij casus, ꝛ vbi reseruatō nostri tex. facienda est, refert Cisuen- tes hic vltra alios Doctores, & patre ad secundas nuptias transeunte, apud quem sit ꝛ filius edu- candus, vide Curti Iunio. consilio. 94. numer. 2. volumine. 2.

Ibi, Reseruar. Prout ex d. l. femina. in princip. & in §. sed & si quis. C. de secund. nupt. colligitur & ex l. generaliter. eod. tit. & authent. de nupt. §. si ve- ro spectatur & l. 26. tit. 13. par. 5. & vide am- pliantem & limitantem optime Anton. Gabriel. lib. 3. titu. de secund. nupt. conclusionē. 1. & 2. & 3. Imo & augmentum dotis tenetur vir reserua- re, ꝛ secundum Syluam nuptialem verbo, diui- us non est nubendum. nume. 75. & 76. alijs tribus modis hoc ampliantem, videlicet quod neque in secundum maritum neque meliorando vnum ex filiis nō posset disponere vxor de dictis bonis, & quod etiam filij prioris matrimonij non essent hæredes patris, adhuc mater secūdo nubens non posset de dictis bonis disponere. Sed an idem sit, si mulier bona mariti ex successione filij abin- testato possideat, vt neque in eis possit meliorare vnum ex filiis si ad secundas nuptias transeat, & Sarmiento, in primo tom. select. in interp. lib. 7. c. 11. de interpreta. anib. lucrum dubitat, & tenet partē affirmatiuam quod potest, verum ex l. 15. Tauri que est nostra videtur idem dicendum in ijs bōnis sicut in alijs, vt in iis videtur tenere Matienço l. 3. glo. 2. num. 42. titu. 1. lib. 5. recopilat. & diximus in l. precedente nu. 2. vltra quem ampliatur & nostra conclusio, vt idem sit in Arrhis, scilicet quod de- bent reseruari filijs prioris matrimonij sub quo Arrhē illę constitutę sunt, ꝛ vt probatur ex dicta l. 26. & tenet Villalobos in suo exarrio mill. cōm. opin. litera A. num. 151. in fine, aded vt secundum Suarez in titu. De las arras, versio. de arrharum fol. 35. in antiquis, non potest maritus ipsas arrhas alienare, etiam cum consensu mulieris, neque ipsa vxor cum consensu viri, nisi in alienatione adsit iu- ramentum, * vt ibi per eum, & per Palaci. Rub. 7 in Rubr. §. 17. nume. 7. vbi sublimitat, dum mo- do habeat maritus vnde eas soluat, quæ quidem sublimitatio non vsquequaque placet, prout alibi forsan dicemus, vel nisi confirmetur morte alie- natio, secundum Suarez ubi supra quem vide, & in versio. circa hoc quatit ipse Suarez; an vnum ex filijs possit meliorare in arrhis, ꝛ de quo vide per Tellum l. 19. Tauri. nume. 12. & in l. 4. Tauri. num. 17. & Couar. 2. p. 4. lib. c. 9. num. 7. & per eund. Suarez l. quoniam in prioribus limita- tione, 10. legis Regia nu. 1. pag. 170. & Pelaez, de maioribus. 2. parte. questio. 53. per totam. Sed si mu- lier

lier hæc filios non habet ipsa lucratur eas, secundum *Castillo. l. 15. Tauri. num. 3.* Alio etiam modo Anton. Gomez hic ampliat legem nostrã, vt scilicet procedat in donatione propter nuptias. † Sexto ordinasi procedendo ampliatur lex nostra, vt procedat etiam respectu aui, vel auia, vel aliorum ascendentium * ad secundas nuptias transeuntium respectu nepotum & bonorum à parentibus nepotum, vel ab aliquibus ex nepotibus primis habitorem, secundum *glos. fin. in dicta. l. 26. & Castillo. l. 15. Tauri verbo las, & ibi Tell. & idem Tell. l. 6. Tauri. numero 20.* vbi & de quibus bonis intelligetur hæc ampliatio, & latius declarant, *Matienco, in l. precedente, in glos. 2. nu. 45. quem post hæc vidi.* Septimo ampliabis legem nostram ad mulierem viduam luxuriosè viuentem, quæ & ad hanc reservationem tenetur, hæc enim vidua luxuriosa non solum incurrit pœnas viduæ secundo nubentis post annum luctus, verum & illas, quas incurrit intra annum luctus, si adsunt filij primi matrimonij. † secundum *Ioann. Nico. in dicta l. generaliter numer. 15. hanc testantem communem opinionem, & Villalobos in arario mille comuni. opin. litera B. num. 3. 1. & litera M. nume. 244. & Tellus in dicta l. 6 Taur. num. 21. ad fi. quicquid in contrarium voluerit Anto. Gomez l. 14. Taur. num. 16.* quem reprobatur *Tellus vbi supra, qui & in hoc distinguit: communis tamen sequenda est, imo & quod plus est quod perdit vidua luxuriosa medietatem lucrorum constante * matrimonio acquisitorum, & applicatur hæredibus mariti, secundum *tex. in l. 9. infra isto lib. quã & alia referendo allegat Aviles in proœmio, cap. præ. n. 39. cum sequentibus pluribus, & Villalobos in arario suo litera B. n. 31. & Molina de primog. Hispan. lib. 1. c. 9. n. 49. vsque ad 55. Sed an perdat dotem suam vidua luxuriosa, † tradit lare Doctores hinc inde, vt licet videre ex *Conar. in 4. parte. 2. c. 7. §. 6. n. 10. cum 2. sequentibus & Clarus lib. 5. præf. crim. §. stuprum, versic. sed nunquid, & laxissime per Otavian. in decisione Pedamontana. 77. & per Roland. Valle consil. 86. volumine. 2. & Mancha controu. vsufreq. c. 8. num. 12. & Molin. vbi supra, qui omnes concludunt esse magis communem opinionem non perdere dotem, & in practica sic receptum videmus indistincte siue intra annum luctus luxurietur, siue eo elapso, quicquid, vnum tempus ab alio differre sic concordando opiniones, vellic Roland. vbi supra, & Sebastianus Medicis in tract. mors omnia soluit. 3. parte n. 108. Sed reiicienda est hæc concordia, & indistincte communior opinio in iudicando & consulendo sequenda, prout post hæc vidi *Molinam vbi supra, numero 55. eam & aliam reiicientem.* Sicut & perdit tutelam vel curam filiorum vidua luxuriosa siue intra annum luctus † luxurietur siue post, secundum *Iacob. de Bello Visu in authentica de resti. & ea que parit. in 11. mens. §. fin. & alios citatos per Ioan. à Garronibus, in authentica, eisdem pœnis. m. 23. C. de secund. nup. relatum per Didac. Perez, l. fin. tit. 1. lib. 5. ord. pag. 51. colum. 1. ad fin. & Aviles vbi supra. & Molina in dicto m. me. 49. cum sequentibus aliquibus, & Anto. Gou. l. 14. Taur. nu. 13. vbi inquit inter dicendã ei administrationem bonorum & nu. 14. inquit non esse****

106. vbi & ipsi referunt alia, quæ perdit vidua luxuriosa. imo & quod plus est, quod & bona acquisita ex successione filij præmortui primi matrimonij amittit vidua hæc luxuriosè viuens, † secundum *Castillo. l. 15. Tauri. 15. n. 16. communis secundum Tell. l. 6. Tau. n. 21. ad fin. quod intellige si ante pubertatem filius decedat, secus si post, vt & in hanc glos. iterum dicemus, & in l. 9. verbo, siendo, & tradit *Menesin, l. fideicommissum, num. 9. C. de fideicommiss. Perdit itidem vidua hæc priuilegia viro suo concessa, quibus gauderet si honeste viuere, † quod omnes tenere asserit *Horscius in l. cum quadam puella. num. 10. colum. 594. ff. de iur. omnium iudic. & Clarus vbi supra, dicto verbo stuprum, num. 7. bonaque, quæ maritus vxori reliquit, si honestè vixerit, si luxuriosè viuat tenetur vidua hæc in consciencia restituere † hæredibus mariti, secundum *Natur. in c. 28. additio. ad c. 23. numero 67. fol. mibi. 53. Sed an perdet facultatem testandi per maritum datam tempore mortis mariti, vide *Cifuentes l. 31. Tauri, nume. 4. vbi Tellus nume. fin. ad eum se remittit, & notandum est quod per testes † singulares probari potest, quod mulier inhonestè viuat, secundum *Syluam nuptialem lib. 2. num. 46. Neque requiritur quod palàm impudica sit, sed satis esse si occultè etiam luxurietur secundum *Antoni. Lara, in l. si quis à liberis. §. si quis ex his num. 145. cum seq. ff. de lib. ag. fol. 125. contra Pinelum ibi relatum aliud dicentem, dum ramen non vno tantum stupro torum violauerit, sed amplius quam vno, vt voluit *Costa. c. si pater. 1. par. verbo, legauit. n. 38. & 39. pag. 96. sic declarando legem nostram, & *Matienco l. 5. in glos. 8. num. 5. & 7. tit. 9. infra isto lib. Sed an per transitum ad secunda vota, (vt ad instituta redeamus) perdet pater vel mater facultatem substituendi exemplariter filio luxurioso vel mentecapto primi matrimonij, † vide *Boheri. de decisione. 188. & Anto. Gomez tom. 1. c. 6. nume. 9. Ampliatur & octauo conclusio nostri tex. quod in tantum mater secundo nubens tenetur filijs primi matrimonij reseruare bona, quæ à primo marito obuenerunt, quod quamuis ei relinquatur aliquid per viam legati per maritum primum, adhuc illa per transitum ad secunda vota tenetur filijs primi matrimonij reseruare, † ex *tex. in dicta. l. femina, in principio, & in auth. de nuptiis. §. si vero spectet. & probatur ex *text. nostro ibi, De lo que oniere del primero marido. & l. hac editali. §. his illud. C. de secund. nupt. & tenet *Ordaldus consil. 33. & id nihil prorsus dubitationis habet, secundum *Corrafi. libr. 3. Miscellan. c. 1. nu. 5. Sed poterit aliquis (prout hic aduertit *Cifuentes columna penultima) cum debita instantia dicere, quod videtur hoc contra *tex. in authentica ex testamento. C. de secund. nup. vbi probatur quod illud quod mater consequitur, vt extranea non tenetur filijs reseruare, sed in casu nostro capit vxor legatum vt extranea, cum debeat legatum hoc deduci de quinto bonorum, de quo poterat pater & sic maritus disponere etiam inter extraneos, vt l. 28. Taur. ergo. Ad quod tamen ipse *Cifuentes breuiter responderi posse inquit, quod illa iura loquuntur in testamento filiorum † respectu matris, nos vero loquimur in legato à marito relicto sed & adhuc ipse *Cifuentes instat contra hoc dicendo quod non videtur verè dictum, neque******************

Questio
tertia.

fatisfactū ad id quod dicitur quod capit tanquā extranea, & sic quod dicta lex *femina. in prim.* sit correctā sed cum hoc dicere sit refugium miserorum, ipse Cifuentes respondit quod vera solutio est, quod iste est casus specialis, in quo mater est deterioris conditionis quā extraneus, & potest defumi ratio specialitatis, ex iniuria quā primo marito facit per transitum ad secunda vota, vel verius ego dico ex iniuria & præiudicio filijs primi matrimonij resultantibus, & tradit Anton. Com. hic; vel verius forsam potest esse ratio, fauor filiorū primi matrimonij, quorum respectu maritus legatum illud vxori fecit putans cum ipsis primis liberis ipsam viuituram, & secundas non appetituram nuptias, & vt in memoriam legati ei relicti affectionē primi mariti, & recordationem haberet, quas si sciret in vita maritus vxorem suam non habituram, non ei relinqueret legatum: cumque legem hoc considerasse censendum sit, nullus est enim amor qui vincat parentum erga filios, merito quod quantumuis vxor legatum hoc capiat tanquam quælibet extranea caperet si ei relinqueretur, quod amitrat vxor illud reseruando illud filijs primi matrimonij per secundarum nuptiarum contractionem, & hæc mihi vera videtur ratio, nam bene facientibus benefacere ad antidota obligamur; sed si legatū relinqueret maritus vxori in remunerationē seruitiorum. non perdet quoad proprietatem † neque vsum fructum illud per transitum ad secunda vota, secundum Gram. consil. ciuil. 153. relationem & secutum per Grabrie. in dicto titul. de secund. nupt. colu. 1. n. fin. quod intelligo quoad illud quod est remuneratorium seruitiorū, secus quoad illud quod est gratuitum respectu seruitiorum. Sed an hæreditatem à marito relictam vxori suę perdet vxor ipsa per transitum ad secundas nuptias, * vide optimam decisionem. 186. Boherij, & Anton. Gabriel. dicto titul. de secundis nuptiis, conclusionem. 1. numero 16. & inquit Boheri. vbi supra. nume. 3. vxorem hæreditatem vel legatum à marito relictum non perdere, etiam si transeat ad secundas nuptias, † quoties nullum filium ex primo marito haberet, prout & infra hac lege dicemus, vel quotiescunque maritus centum reliquit vxori si vidualiter vixerit, & quinquaginta si nupserit, nam tunc cum cesseret dicta præsumptio, & constet de voluntate contraria testatoris volentis quinquaginta habere si nupserit: illa 50. habebit, si nuptias * secundas contraxerit, secundū Siluam nuptiale verbo, diuus non est nubendū. nu. 77. fol. 74. in antiquis, vbi & num. 76. limitat regulam legis nostræ, prout & infra videbimus. Et an, si non reddita ratione tutellæ nubat secundo mulier. perdat † lucra prioris viri, vide Boheri. decisione. 201. numero. 1. Nono ampliatur nostræ legis conclusio, quod etiam bona prouenientia ex successione filiorum tenetur mater reseruare filijs primi matrimonij, ex text. hoc: imo & generaliter omnia bona ex legis dispositione prouenientia, præter lucra cōstante matrimonio acquisita, tenetur reseruare, vt in l. supra proxima, dia. nus. de quo per Cifuentes hic sub. l. 15. Taur. n. 2. reiecta eius distinctione in quantum distinguit, an filius moriatur ante vel post transitum ad secunda vota, † nam indistincte habet locum nostræ ampliatio, secundū text. in

l. mater. C. ad Terul. & in authentica ex testamento. C. de secundis nuptiis, declarat Bart. & Ana. & alij plures relati per Anton. Gabriel. vbi supra, conclusionem. 3. n. 6. & Capola consil. ciuil. 58. nu. 19. & Afflict. optimè decisio. Neapol. 75. nu. 3. cum sequentibus, & facit text. noster hic generaliter loquens: & vido Tell. etiam in l. 6. Taur. num. 17. conclusione. 2. Ampliatur decimo nostræ conclusio, vt idem sit in marito ad secundas nuptias transeunte † sicut in vxore, ex text. nostro in presenti, & vt aduertit Tellus hic, dispositio hæc etiam iure ciuili procedebat ex Bal. & alijs per ipsum allegatis, & ex Decio, consil. 230. aut 270. & Capola consil. ciuil. 58. num. 19. & Durand. de arte testandi titu. 6. causa. 18. vbi hanc communem dicit, & Tiraguel. l. bones. §. hoc sermone de ver. sig. in principio, nu. 157. Bart. dicta l. femina, & in l. de emancipatis, C. de legit. hered. & communem etiam dicunt Ioa. Nico. l. generaliter. nu. 8. C. de secund. nupt. Ripa dicta l. femina. §. illud, n. 1. etiam si vigore statuti ad eū perueniant, secundum Ioa. Nico. vbi supra, nu. 38. & Ripam vbi supra, nu. 47. hanc etiam comunem dicentem, teste Villalobos in arario suo litera B. n. 35. & 42. vbi text. nostrum pro hoc allegat, ex quibus ipsemet Ioa. Nico. vbi supra, nu. 9. relatus per Villalobos vbi supra, nume. 43. inquit communem esse quod pater succedens vni ex filijs primi matrimonij tenetur reseruare proprietatem alijs filijs illiusmet primi matrimonij, & sic perdet etiam maritus secundo nubens proprietatem legati sibi ab vxore facti, † sicut diximus supra mulierem perdere, & hanc etiam dixit communem Cifuentes hic sub. l. 15. Taur. colum. fin. in principio. Est tamen notandum quod si mater, aut pater alienet bona ista, quæ filijs primi matrimonij tenetur reseruare, & filius superstes instituat a patre vel a matre hæres vniuersalis, cum teneatur de euictione, non vendicabit rem † illam alienatam, secundum Ioan. Nico. in dicta l. generaliter. numer. 33. comunem dicentem, & probatur ex l. 24. titu. 13. par. 5. quod & ibi ipse Ioan. Nico. in nu. 32. ampliatur etiam quoad legitimam, & comunem eam dicit, quod tamen intelligo verum quando pater teneatur ad euictionem illius alienationis secus vero alias, quia tunc & potest contra factum patris venire quamuis eius hæres sit, prout comunem restatur Ioan. Nico. dicto nu. 33. ex Bart. Paul. Angel. & Corn. l. fin. §. in computatione. & in l. cum a matre. C. de rei vend. quæ contrariæ videbantur, Imo & etiam si pater teneatur de euictione in casu quo filius hæres possit venire contra alienationem, non tenebitur filius hæres eius nisi in quantum vires hæreditatis patiuntur, de tracta falcidia de legatis, si cum beneficio inuentarij † hæreditatem acceptauit, secundum textum, & glos. in dicta l. cum a matre, & Suarez l. quoniam. 7. ampliatione nu. 7. pag. 39. C. de in offi. testam. & glos. entonces. in eadem l. 24. & Roland. Valle, in consil. 73. nu. 1. 2. & 3. volum. 2. & glos. l. 24. titu. 13. par. 5. verbo, entonces. Est tamen verum quod si pater non alienaret fundum filij aduentitium per contractum onerosum, sed per lucratiuum, vt putā per donationem, tunc etiā si filius sit hæres patris poterit illud † vendicare secundū Gameci. Leon. in centuria, informatio. iur. loco. 75. Dum tamen ibidem pater in donatione non se obligat,

Questio
quinta.

24

25

26

27

28

29

30

Notab.

31

32

33

obligasset ad euctionem, idemque esset si pater alienaret contra iuris prohibitionem, ut quia alienaret rem maioratus, nam tunc etiam si hæres esset patris posset venire † contra alienationem, *secundum Burg. de Paz. consil. 2. nume. 32. cum pluribus sequentibus, & nonisumè post hoc Martingo l. 7. titu. 11. glos. 1. nume. 72. infra istolib. 5. & aduclis vide etiam Boheri. decisione. 23. Vltorius ante quã ad limitationes nostræ legis deueniamus est aduertendum & notandum quod usufructus bonorum per mortem filij vel filię primi matrimonij patri vel matri acquisitus ita residet in persona patris vel matris ad secundas nuptias transeuntium, quod etiam si filius vel filia superstes primi matrimonij matrimonium contrahant de præsentibus & velentur, qua relatione exeunt patris potestatem & possunt aduentitia petere à patre, non poterunt usufructum*

35 * hunc horum bonorum per mortem filij alterius primi matrimonij acquisitum à patre auellere, sed eo potius per totum tempus vitæ suæ pater gaudebit, & mortuo patre & non antea consolidabitur cum proprietate: tum quia usufructus hic non prouenit ex bonis aduentitiis, de quibus loquitur lex illa. 47. Tauri, ut pater ex l. 5. titu. 15. par. 4. tum etiam quia l. hæc. 5. inquit patrem eo usufructu per totum tempus vitæ suæ fructurum: item & quia lex illa. 47. & 48. non loquitur de istis bonis quæ pater hæredauit à filiis, sed de aduentitiis non hæredatis ab aliquo ex filiis, cogita, quia est noua punctuatio. Alijs modis poteris ampliare conclusionem nostram text. ex dictis per Anton. Gabriel. in dicto titulo de secundis nuptiis per totum, & ex Villalobos in suo arario litera B. numer. 41. 44. & 45. & ex doctoribus in locis ordinarijs, maxime ex Ioan. à Garronibus in dicto titul. de secundis nuptiis. Quæ conclusio nostræ legis sic ampliata. limitatur primo, ut non procedat quotiescumque mater vel pater secundas nuptias contraheret de consensu filiorum primi matrimonij: † de quorum successione tractatur, quia tunc tã in proprietate quam in usufructu succedent parentes ij secundo contrahentes, *secundum Cifuent. hic limitatione. 1. ex glos. notab. in authentico de non eligend. secund. nuben. in principio verbo. copulantur, & Didac. Perez hic, qui dicit omnium filiorum consensum requiri, & Corrafi. in lib. 2. miscelanea. c. 1. numero fin. & Anton. Gabriel. in lib. commun. opin. lib. 3. de secundis nuptiis conclusio. 1. numero 34. & Meneses plures allegans in l. cum donationis, nu. 5. C. de transactio. pag. 105. vbi inquit tacitum consensum sufficere filiorum, ut et probat Parisius consil. 29. numero 84. cum sequentibus vol. 3. quod indistinctè verum non credo, cum in præiudicialibus tacens non habeatur pro cõsentiente, ut per Doctores in l. dotis. ff. solui. matri. & in Regula, qui tacet. de reg. iur. in 6. præsertim data maiorum reuerentia, prout patri debita, quis enim filius, præsertim puer & impubes, patri reclamabit? & sic expressum consensum requiri inquit Boheri. decisione. 185. nume. 20. vbi hanc & alias limitationes annexit, ita, *secundum errorem ibi, filij tacitum consensum in facto aliquo demonstrarent, puta si dum fieret diuisio inter matrem & filios primi matrimonij nuptiis iam contractis (secundis intelligo) renuntiarent filij om-**

nibus aliis bonis generaliter & specialiter, nam & generalis sola non sufficeret, *secundum Boheri. ibi, nume. 24. aliter enim secundum Boheri. ibi nu. 23. simplex tacitus consensus nihil efficeret, nisi expresse pacto dotis approbaret, secundum Molinam relatum per Baegam de non meliorand. filiabus. c. 10 num. 58. & 68. vbi num. 55. plures reuult tenentes idem quod Cifuent. veruntamen debet declarari ut dictum est, scilicet, quod tunc tacitus consensus sufficiat quoties facto aliquo demonstratus est, non vero aliàs, & sic intelligo etiam dicta per Menochi. consilio. 155. nu. 13. cum sequentibus aliquibus volumine. 2. quod & adhuc durum est, ut post hæc vidi optime animaduersum per Don Franciscum Sarmiento, in lib. 1. solutarum interpretat. c. 4. per totum, & hæc prima limitatio ampliatur, quod quamuis tantum de consensu & licetia primi mariti mulier contrahat secundo, vel maritus ipse, de licentia vxoris, adhuc non priuetur successione filiorum, sed in proprietate & usufructu in bonis filij vel filię mortuæ succedant, etiam si alij filij vel filię exierint talis primi matrimonij, † *secundum Cifuent hic & Corrafi. lib. 3. miscela. c. 1. nu. 12. vbi hanc testatur communem opinionem, & Ripam. in dicta l. formina n. 19. & Deci. in c. Ecclesia sancta Marie. numer. 33. de constit. & Anton. Gabri. lib. 3. commun. opin. conclusio. 3. n. 35. & Villalobos in arario suo litera B. nu. 37. & tenet alij relati per Menes. vbi supra Ex quo deducitur secunda limitatio ad nostrum tx. ut sufficiat licentia & consensus primi mariti, licet Corrafi. vbi supra, & consensum filiorum tunc requirat, & non absque ratione licet communis seruanda sit, quam & tener Parisius in d. consilio. 29. nume. 83. volumine. 3. Tertia erit limitatio nostræ conclusionis, ut non procedat in matre minore. 25. annorum, quæ propter minorem ætatem succedit pleno iure † *secundum Cifuentem hic limitatione. 3. etiam si deuenit intra annum luctus ad ætatem perfectam, prout communem testatur Iason. in l. minoribus an. ff. de iis quibus, ut indign. & Boheri. decisione. 185. quem referendo sequitur Anton. Gabrui. vbi supra, conclusio. 1. num. 47. Sed hanc limitationem non immerito improbat Cifuent. hic eo quod glos. l. 2. C. si aduersus delict. in qua dicti Doctores se fundant ad tenendam hanc limitationem loquitur in casu in quo mater minor nõ petijt tutorem filio intra annum, & ratio differentie est, quia cum mater non petijt tutorem, deliquit in omittendo, & sic excusatur à culpa, cum vero deliquit in faciendo, ut in nubendo non excusatur, & sic differunt ij casus, tu ta men latius cogitabis. Quarto fallit conclusio nostra quotiescumque mater instituitur hæres à filio non adhibita differentia † contraxerit nẽ matrimonium ante vel post mor-***

39 rem filij ex tx. in authentica ex testamento. C. de secundis nuptiis tenet Anton. Gabriel. alios referens & communem dicens in d. tit. de secund. nupt. conclusio. 3. nu. 19. & 26. & Cifuent. hic columna ante pen. in fine versiculo, tertio casu, & Anton. Gomez. num. 2. & Cast. llo. columna. 1. hic, & Boheri. decisione. 191. per totum & Tello. l. 6. Taur. nu. 7. & Villalobos in d. arario litera B. numer. 37. Quinto limitatur nostra conclusio, ut procedat quando filius aliquis vel filia primi matrimonij moritur ante pupillarem ætatem, secus si post, quia tunc

- 40 † in proprietate & usufructu eius hereditatem acquirit pater vel mater secundo nubens, *secundum Cifuent. hic limitatione. 4. quem sequitur Villalobos ubi supra, nu. 34.* Sed ipse Cifuent. *ubi supra,* iure optimo tenet contra istam limitationem, quia nullo iure fundari potest, imo per legem nostram & similes generaliter disponentes destruitur dicta distinctio, & quia *ex dicta authentica, ex testamento. & ex doctoribus in hac materia loquentibus* præsupponitur quædam maxima, scilicet, filium vel filiam primi matrimonij esse mortuum vel mortuam ab intestato, nam si cum testamento morerentur & matri hereditatem vel legatum relinquere, omnes ipsi Doctores afferunt succedere tunc matrem vel patrem in proprietate & usufructu bonorum eis per talem filium non relictorum, ergo præsupponitur, & decerpitur, quod filius vel filia sint habiles ad testandum, & ante pubertatem testari non possunt, *secundum l. 5. Tauri.* & ex contrario colligitur quod si testamentum non fecerint mater vel pater secundo nubentes non succedant, nisi tantum in usufructu, ergo distinctio, moriatur nê filius vel filia intra vel post pupillarem ætatem falsa est, & Doctores eam facientes sibi ipsi contrarij, & quia aliter superflua & de nihilo seruiret Doctorum opinio & limitatio, quod ex testamento talis filij vel filia, parentes secundo nubentes succederent in relictis in proprietate & usufructu, nullaque congrua ratio dari potest in vno casu vel in alio, decedat nê ante vel post pubertatem, tu latius cogitabis, quia licet impubes dicatur ab intestato decedere † *ut per Marienço, l. 5. glo. 1. nu. 22. cum sequentibus, tit. 8. isto lib. 5.* tamen generalitas nostræ legis & similitum vrget multum cōtra istam limitationem quintam, & hoc verius dicit Cifuent. *l. 15. Taur. in d. 4. limitatione* optime inquit quod Paul. in contrarium allegatus loquitur, cum mater luxuriatur, *prout & loquitur Villalobos, dicto num. 34.* & hoc verius credo cum Cifuent. Sexto limitabis nostram legem vt non procedat in donationibus factis matri conuolanti ad secundas nuptias per extraneum aliquem durante primo matrimonio, bona enim talis donationis non tenetur mater hæc reseruare filiis primi matrimonij, † *Prout communem testatur Ripa in dicta l. femina, numero 55.* etiam si talis donatio matri tali facta fuerit viri primi contemplatione concessa, *secundum Deci. in dicto c. Ecclesia sancta Mariae nu. 35.* Vterius & septimo fallit lex nostra in successione aui vel alterius personæ quàm patris, nã licet mater priuetur proprietate bonorum filij mortui si ad secundas conuolat nuptias, verum est in bonis, quæ filio huic à patre suo prouenerunt, † *secus vero si ab Auo, vel ab alio ascendente, † quàm à patre, prout communem testatur Ioann. à Garronibus, dicta authentica, ex testamento, nu. 27. C. de secundis nuptijs, & Boheri decisio. 192. nu. 5. & Villalobos in arario mille commu. opin. litera B. num. 39.* etiam si patris contemplatione adquiritur filio, *secundum Gabrielem ubi supra, dicta conclusione. 3. de secund. nupt. n. 31. & 32.* & hoc siue filius talis moriatur antequam mater transferat ad secundas nuptias siue post, *secundum Bar. & Doctores, l. mater C. ad Tertul. contra Paul. ubi aliud distinguuntem,* & idem esset si per filium mortuum
- acquisita essent aliunde quam à patre, *secundum Afflict. decisione. 75. n. 4. & Ant. Gom. hic, n. 2. & Gabrielem dicto titu. de secund. nupt. conclusione. 3. nu. 16. & Marienço hic glof. 2. n. 15. quem post vidi. sub l. 3. & Acofta. c. si pater, verbo, censendum nu. 9. ubi bonam proponit questionem.* Et an perdet ornamenta etiam in illa † tradi in casu renubij, vide Bertrand. *dicto consil. 36. n. 1. volu. 2. & consil. 241. nu. 15. volumine. 3.* relatum per additio. Afflict. dicta decisione. 75. licet & hæc non sint sine scrupulo, quia lex nostra non distinguit hoc neque dicta *l. feminae §. illud. & sic Palaci. Rub. in rubric. §. 50. in fin. cogitandum reliquit:* Additionator tamen nouus ibidem vitur distinctione, quæ mihi non displicet. Fallit octauo nostra conclusio, vt non procedat, quoties alij filij primi matrimonij nō supersunt, quia tunc proprietates ita sicut usufructus † remanet ascendenti nubenti, & sic, tunc filio ultimo vel descendente mortuo consolidatur proprietates cum usufructu, *ut tenet Doctores hic, & Tellus l. 6. Tauri, n. 69. & Castilo. l. 51. Tauri, n. 3. & Ioan. à Garro. ubi supra, n. 46. & Alexan. consil. 63. volumine. 5. & Anton. Gabriel. de secund. nupt. dicta conclusione. 1. n. 21. ubi cum. 4. sequentibus optime ampliat istam limitationem.* Nono limita, si de licentia principis mulier secundo nubat nã tunc cessat † hæc reseruatio, *secundum Boheri. decisione. 185. n. 25. & Gabrielem ubi supra, n. 43. & Anton. Gom. hic n. 6.* Decimo limita, vt procedat rex. hic in acquisitis titulo lucratiuo, secus si oneroso, † *secundum Palac. Rub. in Rubr. §. 50. n. 35. Ripam dicta l. femina nu. 35. C. de secund. nupt. Couar. 2. part. c. 3. §. 3. nu. 3. Castillo l. 1. 4. Taur. num. 2. & Gabriel. ubi supra, conclusione. 1. num. 40. & conclusione. 3. num. 34.* & hæc sunt principales limitationes huius conclusionis nostri *tx. alias videbis etiam per Ripam & Gabrielem ubi supra, & Boheri. in dictis decisionibus, & per Syluam nuptialem verbo, seni non est nubendum.* *Questio sexta. numer. 50. vsque ad. 54.* Sed est quæstio optima in propositum, num in casu, in quo pater aut mater transiens ad secundas nuptias tenetur reseruare bona supra dicta filiis primi matrimonij, tenebitur quilibet eorum præstare cautionem † de reseruando, & videtur dicendum quod sic, nam regulariter usufructuarius tenetur cautionem præstare de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, *ex toto tit. ff. usufr. quem admod. cau. & l. inter omnes. ff. qui sat. da. cog. adeo, vt neque testator † possit remittere cautionem hanc, extra. 49 in l. 1. C. de usufruct. & in leg. penult. C. vt in pos. legat. & l. si pecunia. in princ. ff. eod. tit. quicquid dubitauerit Bald. in authentica, cui relictum. nu. 22. C. de in dict. vid. toll. contra quem per dicta iura est communis opinio, secundum Minchac. de successio. creatione. §. 7. nume. 32. col. 2. ad fin. & concuem nostrum Doctorem Gutierrez in repetitione l. nemo potest, nume. 276. de legat. 1. ubi num. 277. hoc ampliat; pater tamen vel mater ad secunda vota transientes usufructuarij sunt bonorum filij mortui ex primo matrimonio, ergo eandem cautionem præstare tenentur: in contrarium tamen, quod ad hoc non teneantur, facit, quia afflictis non est danda afflictio, puniuntur tamen in amissione proprietatis talium bonorum propter transitum ad secunda vota, ergo affligendi non sunt alia via, ite & quia bona parentis secundo nubentis obligata tacite remanent pro*

50 pro restitutione bonorum ꝛ dictorum filiis aliis primi matrimonij facienda, *secundum text. l. 24. tit. 13. part. 5. Et in expresse tradit Fano de pignori- bus. 4. memb. secunda partis, numer. 19. fol. 29. ubi hęc communem testatur. imo & si dicta bona alienentur per talem patrem possunt per filios primi matrimonij reuendicari, ꝛ quia in eis proprietatem habent, & mortuo parente illo proprietatem cum usufructu consolidatur, igitur satis securi filij dicti remanent. Neque obstat illud de usufructuario pro prima opinione adductū, quia potest procedere nisi sit usufructuarius ex legis dispositione, secus vero si ex facto alicuius, puta, ex particulari dispositione testamēti, donationis, vel alterius contractus lucratiui, quid dicendū, & tenendum, & in hac quæstione distinguendus pater à matre est, ita quod pater non teneatur dictam cautionem præstare, ut pote quia neque inuentarium tenetur facere bonorum filiorum primi matrimonij, neque cautionem aliquā pro talibus bonis præstare, *secundum text. in l. cum oportet. §. non autem. C. de bon. qua. lib. nisi dilapidet**

52 bona pater hic, nam tunc inuentarium ꝛ facere tenetur, *secundum Boheri. decisio. 61. vel nisi bona sint mobilia secundam Ant. Gom. hic num. 5. quia tunc fiet quædam memoria eorum & æstimatione, ut sciatur quæ bona erant, & cuius æstimationis & valoris, sicut & quando prohibetur per restatorem ne fiat inuentarium bonorum pupilli filij sui, quia debet & tunc fieri quædam bonorum illorum descriptio, ꝛ *secundum Bacam de decima tutorum, c. 1. n. 50. & sic in vstra quæstione, quod pater non teneatur dictam cautionem præstare, est communis opinio secundum Ioan. Nicoti. l. generaliter. nu. 19. C. de secund. nupt. relatum per Villalobos in suo arario com. opin. littera B. nu. 47. in matre tamen ad secunda vota transeunte quod dictam cautionem præstet tenendum videtur, tamen quia inuentarium tenetur facere bonorum filiorum primi matrimonij, secundum Boheri. ubi supra. nu. 22. tamen etiam quia mater minus est privilegiata in hoc casu quam pater, perdit enim mater tutelam filiorum primi matrimonij per transitum ad secunda vota, ut in hac diximus lege, pater vero non, secundum Bacam ubi supra, c. 4. num. 51. ubi cum sequentibus alia refert in quibus mater est peioris conditionis quam pater, si ad secunda vota migravit, item & quia ob amorem mariti secundi & filiorum secundi matrimonij, & quia secundus maritus retinet penes se bona illa facilius presumitur eorum dissipatio quā in patre, & sic tenetur mater asecurare bona illa, pro quo faciunt dicta per Boheri. Decisi. 200. per totam, mulieres enim diligunt viros ꝛ etiam ultra filios, secundum Barto. l. Pater Severinam. §. pen. ff. de cond. & dem. l. 1. Et ibi glos. Amor. l. 4. pen. colum. Et l. 19. in fin. in. 16. pag. 6. nihilominus idē in matre quod in patre dicendum est, scilicet, quod si bona hęc sunt in mobilia nullo modo tenetur mater cautionem præstare si soluēdo sit, si vero sint mobilia, vel semouentia reuehantur præstare eam, & inuentarium eorum facere, & æstimationem, ut probatur ex text. in l. hac ad al. §. bussilla. C. de secund. nupt. & sic intelligo dicta per Bar. in Anthen. de nupt. §. si vero sit. n. 5. relatum per gl. Fincant. in l. 26. tit. 13. par. 5. dicentē præstari dā esse per matrem dictā cautionē. Sed an, si pater vel mater de facto**

alienauerūt prædicta bona, possit filius in vita eorum reuocare alienationē, tangit Gomecius hic. n. 5. & Cou. lib. 1. var. c. 8. n. 6. & Ripa. l. femine n. 69. C. de secund. nupt. & gl. l. 24. tit. 13. par. 5. Quid tamen, si mater dū vidua esset ante vel post contractas secundas nuptias hæredauit ab intestato legitimā vni⁹ ex filiis primi matrimonij, quo casu tenetur reseruare bona illa aliis filiis primi matrimonij, & sic proprietatem talium bonorū fratris sui mortui ipsis pertinet & sua est, etiā durante vita parentis binubi, ut inquit Ant. Gom. l. 4. Tauri, n. 3. vers. item adde proseguendo, quo facto succedit post, q̄ vnus alius filiorū superstitū dicti primi matrimonij moritur, est nunc dubiū an mater illa succederet filio huic in proprietate illa, quā habebat in patre fratris sui prius mortui, ita quod tūc proprietatem hęc consolidatur cū usufructu, quē ex parte illa mater binuba percipiebat, quādoquidē est hæres huius secundi filij mortui & ab eo nihil aliud habet q̄ hæredare possit, nisi proprietatem illā, an vero etiā proprietatem hęc remanebit aliis filiis superstitibus ꝛ primi matrimonij, & videtur quod consolidetur cū proprietate hac usufructus, & pleno iure ex tūc mater succedat, eodē q̄ proprietatem proprietatis dari nō possit neq; usufructus illius partis, quia mater iā illū habebat, & aliter mater hæres nomine tantū, diceretur, nō vero cū effectu si proprietatem non haberet, cū usufructu consolidatā, contrariū tamen dicendū est, imo quod in hac quæstione, & casu tenetur mater ad dictā reseruatiōnem, tunc quia & adhuc tūc remanentibus aliquo, vel aliquibus ex filiis primi matrimonij remanet & eadē ratio & fauor filiorū remanentiū, ergo & idē ius est statuendū. prout in simili inquit Tellus. l. 6. Tauri, n. 68. itē lex nostra & similes nullā differentiam cōstituunt, sed indistinctē loquuntur, & sic nostrū etiā casum cōprehendūt, materq; hęc nō est hæres nomine tantū, quia ultra partē istā, quā habuit ab hoc filio secūdo mortuo ab ipso habitā per mortē alterius fratris sui prius premortui, habet etiam partē bonorū istiusmet filij à patre habitorū, item quia in usufructu bonorū istius filii secūdo mortui succedit mater hęc, & sic cessat inconueniens dictum, itē nota quod reseruatō hęc debet fieri filiis illius matrimonij cuius erat filius vel filia mortui, nō vero si erat alterius matrimonij, ut in casu posito per Gabrielem. d. tit. de secundis nuptiis, conclusionē. 1. num. 27. Et patet ex l. femina, in prin. Et ex l. generaliter, ibi, communibus liberis. C. de secundis nuptiis.

Ibi, *Heredaren de los hijos*. Hęc est maxima limitatio ad legē l. tit. 8. infra. hoc tit. ubi ascendentes & sic pater & mater pleno iure succedunt filiis suis mortuis in omnibus bonis eorū ab intestato, ex testamēto in omnib⁹ excepto tertio de quo possunt filij disponere, nā lex hęc nō procedit ꝛ quoties pater vel mater superstites secundo nubunt, tūc enim nō succedūt pleno iure si alii primi matrimonij superstites, sed tantum in usufructu reseruado proprietatem illis aliis filiis primi matrimonij, prout inquit Castillo hic col. 1. ad eodē quod si mortuo vno ex filiis in potestate patris cōstitutis, fructibus pēdētibus, pater in super mortuatur dicti etiā fructus reseruantur, sicut proprietatem filiis aliis primi matrimonij matre eorū ad secūdas nuptias cōuolūte, *secūd. Auēd. resp. 5. vers. ex ista concinision.*

Ibi, *La propiedad*. Itaque binubus, vel binuba

vsufructum habebit, filijs autem proprietate reseruata, imo & eo ipso quod pater aut mater nubunt secundo, amittunt dominium & sic proprietatem bonorum à primo matrimonio habitorum à marito vel ab aliquo ex filijs, *secundum Anson. Gomez hic numero 3. ad finem*, ita quod solus vsufructus remanet penes talem parentem binubum, *prout & optimè per Boheri. decisione. 198. per totam, & 187.* ex quo à contrario licet notare *ex tex. nostro.* quod si mater aut pater non transierit ad secundas nuptias, pleno iure acquireret bona filij defuncti, & bona sibi à marito primo legata & donata, *prout aduertit hic Castillo, col. 1. in prin. & probatur ex tex. in authen. si tamen C. de secund. nup. & tex. in l. 6. Tauri. quæ est. 1. tit. De las herencias infra hoc eod. lib.* Est tamen in proposito singularis quæstio, quid si ambo parentes dum tres aut quatuor filias haberent dotarunt filiam vnam cõmunem sui primi matrimonij in centum, quæ quidè centum si bona nõ adfunt multiplicata soluenda sunt per medietatem de bonis amborum parentum dotantium, *secundum tex. in l. 8. tit. 9. infra isto libro*, post vero filia hæc dotata nupta & velata sine descendens mortua est, mortua iam antè eã matre sua, ita quod pater suus solus venit ad successionem *secundum tex. in d. l. 6. Tauri*, & cum pater succedit iã contraxerat secundas nuptias, & dum moriens esset in testamento meliorauit vnum ex filijs suis siue primi siue secundi matrimonij in tertio & quinto bonorum. Dubitarum fuit in facto an ex parte illa, quam habuit à filia præmortua deduceretur tertium & quintum, & in hac quæstione aduocatus quidam consuluit distinguendo, scilicet, quod ex parte illa & sic ex medietate illorum centum, quæ tali filia in dote prouenerunt ex parte ipsius patris deduceretur, ex alia vero medietate, quæ ex parte matris prouenit, non deduceretur, quia ius ciuile remanet illesum & in suo esse, quod pars redeat ad patrem dotantem sicut antea redibat, & pars matri dotanti, ex *tex. in l. 2. §. quod si in patris. ff. solut. matrim. uem & probatur ex tex. & glos. verbo, & hæc dicimus in authentico de nuptijs. §. hinc nos in fin.* vbi clare probatur quod in paternis rebus, quas mater tenetur reseruare & peruenerunt in filium, mater ipsa binubis habeat vsufructum, in alijs vero rebus, scilicet, in ijs, quæ mater filio dedit, vel censetur dedisse mater vsufructum habeat & proprietatem, & sic è contra idem in patre dicendum est, cum sit idem in hoc casu *ex lege nostra, & faciunt etiam, dicta per Bart. in dict. authentico de nupt. §. igitur nume. 6.* in contrarium tamen facit, quia cum per matrimonium & velationem filia hæc patris exeat potestati *secundum leg. 8. infra isto titulo, & lib. & dos ei tradita & viro suo sit effecta propriu ipsius matrimonij, ut per Capitulu, decisio. Neapol. 176. columna 2.* & actio de dote per matrimonium est effecta propria filia *secundum Baezam de dote c. 21. nume. 36.* cessat iam dictum *§. quod si in patris*, secundum Suarez *l. 9. tit. 11. lib. 1. fori §. fin. in fin. fol. 80. in antiquis*, & per consequens iam non potest attendi pars patris & pars matris, sed omnia illa centum in dotem data, sunt effecta propria ipsius filia, & tanquam talia tenetur mater vel pater binubus reseruare filiis primi matrimonij, & cum vsufructum patris in illis centum per mortem patris

expiret, consolidantur illa centum cum proprietate penes filios alios primi matrimonij existente, & non deducetur tertium & quintum de illis centum neque de parte aliqua eorum: & hoc verius videtur licet cogitatione non careat, & ideo tu latius cogitabis.

Ibi, *Los varanes.* Etiam si aui vel alij ascendentes sint, *secundum Tellum, hic in fin. & Ant. Gons. nam. 10. vbi ampliat. & Boheri. decisione. 187. & gl. fincan. in l. 6. tit. 13. par. 5. & in hac. l. iterum diximus.* Quid tamè si filij primi matrimonij defunt, adfunt tamen nepotes patris vel matris binuborum, an succedent ij in vsufructu illo bonorum reseruatorum, mortuis auo vel auia, nulla ex eis concessa parte filiis vel nepotibus secundi matrimonij? * & dicendum est quod sic, siue exte nepotes, vel vteriores descendentes primi matrimonij solummodo, vel in simul cum alijs filiis primi matrimonij, *& hoc per textu. in lege femina. §. illud. C. de secundis nuptiis, ibi (nullam ex priori matrimonio habuerit successionem) iuncta. lex. ex quibus & l. si quis prioris. C. eodem titulo, & tenet Gabriel dicto titulo de secund. nupt. conclusionem. 1. num. 8. & Bursatus consil. 12. n. 9. & hæc pro hac lege.* Alia per Doctores *hic & in locis ordinarijs videbuntur, & per Montoloniũ in suo promptuario iuris verbo, nubere, versiculo cui autem vult, vbi in verbo, nupta, versiculo, fecit nuptias,* declarat quando intelligatur factas esse nuptias.

Quæstio nona.

58

In l. 5. 6. & 7. quæ sunt eiusdem farinae.

S V M M A R I V M.

- 1 Lex nostra in sponsa de futuro locum nõ habet, & sic per secunda de presenti disoluuntur: quod secus si prima essent de presenti. nu. 1.
- 2 Communis vsus loquendi etiam in materia odiosa attenditur & ideo verbum, desponsada, de sponsa de presenti, & verbum, casada, de velata intelligitur. n. 2.
- 3 Inquisitores hæreticæ prauitatis cognoscunt contra nubentes secundo viuente primo coniuge. 3.
- 4 Vxores plures habere an licuerit aliquando iure naturali. 4.
- 5 Matrimonium itidem spirituale inter episcopum & ecclesiam cum vna & nõ cum duabus est contrahendum. 5.
- 6 Poena secundo nubentium coniuge primo superstitite. 5. & 6. & nu. 7. quo modo excusetur.
- 7 Quando priuatur, vel non maritus habitare cum secunda vxore. nu. 8.
- 9 Filij nati ex secunda vxore viuente prima an sint legitimi. 9.
- 10 An, si secundum matrimonium sit nullum, habeat locum legis nostræ poena. 10. et ibi n. 11. infertur contra Gometium Leon.
- 12 Facies hominis non est signanda, nisi in casibus à iure expressis. 12.

S V M-

SV M. Pœna contra secundo nubentes priore uxore viua in hisce legibus statuitur & continetur, cum qua concordat. *l. eum qui duas C. de adulter. §. l. fin. titulo. 17. part. 7. §. ibi glos. §. text. in l. 1. titulo. 7. lib. 4. for. §. habetur ad Roma. c. 7. ibi (namque sub viro est mulier viuente viro alligata est legi, si autem mortuus fuerit vir eius soluta est à lege viri)* igitur viuente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro, si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt non sit adultera si fuerit cum alio viro: *§. habetur in Concil. Trid. c. 2. session. 24. de reform.*

Ibi, *Que algunos*. Sed num & fœminæ comprehenduntur, dixi late in l. 1. glos. 1. titulo. 13. *De la restitucion. lib. 4. supra, §. late per Didacum Perez. l. 3. titulo. 1. lib. 5. ord. pagin. 45. colum. 2. in fin. cum. 3. sequentibus, §. melius Matienço hic glos. 3. numero 4. §. 5. §. infra num. 8.*

Ibi, *Por palabras de presente*. Quali secus si per verba de futuro, quia cum tunc secunda sponsalia de presenti contracta valida sint, & non prima de futuro, secundum text. in c. veniens. 20. de sponsalib. non incurrunt pœna nostri text. quod tamē non est si prima sponsalia essent de presenti, nam illa valida sunt, neque per secunda ꝛ de presenti etiam iurata & confirmata copula dissoluntur, & sic verba nostri text. ibi. *Casan o desposan*. verba illa, *Desposan*. de sponsalibus de presenti intelliguntur, & sic secundum communem & vulgarem vsam loquendi capiuntur, secundum quem vsam *Desposada*, intelligitur de illa quæ est sponsa de presenti & verbum, *Casada*, intelligitur de vxoratis benedictionibus nuptialibus secutis, & in materia etiam odiosa communis ꝛ vsus loquendi attenditur, ex l. habeo. §. ibi Bart. ff. de sup. legat. notat *Minchas controuersa. vsu freq. c. 30. num. 31. §. alibi diximus*. & sic non sunt superflua verba sequentia nostri text. *Casan o desposan*. & in simili casu tenet *Didac. Perez. in l. 2. glo. 1. tit. 1. lib. 5. ord. vbi in l. 3. pag. 8. versiculo. vltimus*, quærit quid sit si primum matrimonium fuit inualidum.

Ibi, *No temiendo a Dios*. Qua de causa etiam Inquisitores hereticæ prauitatis cognoscunt contractales nubentes, prima vxore vel primo viro viuentibus, ꝛ quoniam hæretici censentur: cum sentite videantur male de Sacramento matrimonij, *Simancas de inst. cathol. c. 40. n. 1. cum sequentibus. §. Dicitur regula. 250. limit. 3. §. Rebus. in concord. r. gni. Et ad. tit. de public. concubi. in glos. §. cum omne. col. 1. pag. 237. partis secunda. & nouissimè Rojas de hereticis. 1. par. n. 540. cum sequentibus aliquibus, vbi n. 549. inquit, quod ipse suspicatur solos Inquisitores de hoc crimine cognoscere posse, & tradit *Alfonsus à Veracrucce in speculo coniugi. tit. de impedimento ligaminis. in fi. glos. in l. fi. tit. 17. par. 7. §. nouissimè post hæc Matienço in presenti. glos. 2. §. latissimè Albertinus de agnoscen. asserti cath. §. heret. quæst. 23. per totam* & quamuis præuentioni locus esset in hoc delicto inter iustitias Inquisitionis dictæ, & indices alios ecclesiasticos & seculares, ita quod quilibet eorum qui præueneret cognosceret & puniret, hodie propter frequentiam actus vel quia ob istam causam aliud per Inquisitionem generaliter prouidetur, vel prouisum sit, particulari iussu aut mandato, ipsi Inquisitores cognoscunt.*

Ibi, *Se casan o desposan*. Qualiter hæc verba in-

telligentur diximus supra, in glos. por palabras de presente, & an licuerit aliquando iure naturali plures habere ꝛ vxores, tradit optimè *Couar. in 4. p. 2. c. 7. §. 3. per totum* inquitque *Tiraquel. in legibus connubialibus, l. 7. num. 24.* esse contra ius naturale, duas insimul ducere vxores, de quo *§. per Alfons. à Veracrucce vbi supra, §. Menochi. de arbit. in di. centuria 5. casu. 420.* & eodem modo matrimonium spirituale, quod contrahitur inter ecclesiam & Episcopum eius, contrahi non debet cum alia ecclesia, obtinendo eam insimul cum prima, ꝛ non enim licet Episcopo ad aliam ecclesiam transire, nisi prioris ecclesiæ vinculo dissoluto, text. c. sicut. 7. quæst. 1. notat *Corasi. in paraphrasi sacerdotiorum. tit. de postulatione. nu. 10. fol. 69. in paruis, §. Boheri. consi. 16. num. 12.* habensque duos Episcopatus vel vnum cum abbatiâ, bigamus dicitur quia carnem suam diuisit in plures, vt diximus. l. 1. nu. 4. tit. 6. lib. 3. supra.

Ibi, *De mas de las penas en derecho establecidas*. Quæ sint istæ pœnæ de iure civili & canonico, tradit *Angel. Areti. in tracta. malefi. in partes, che me aya adulterato, nu. 65. §. Grammati. voto. 17. §. Alex. consi. 165. vol. 7. §. 10. Montolonius in promptuario iuris verb. duo & dua in glos. qui accepit, §. Sylua nuptia. lib. 4. nu. 44. Palac. Rub. in rubri. §. 60. nu. 6. §. relati per *Dueñas regula. 290. limit. 3. §. Villalobos in antinomia iuris civilis §. regij litera B n. 7. §. Rebus. §. Rojas vbi sup. §. Ant. Gom. l. 80. Tauri. n. 27. cū. 4. sequentibus, §. Did. Per. in l. 2. glos. 1. tit. 1. lib. 5. ord. pag. 44. cum sequentibus §. Iul. Clar. lib. 5. pract. crim. §. fornicatio. n. 30. §. post hæc Matienço hic in fi. iure tamen nostro Regio puniatur per legem partitarū aliis pœnis vt in l. fi. tit. 17. p. 7. de quo *§. per Coua. vbi sup. ex lege tamē nostra ultra alias pœnas signatur in fronte litera Q. front. §. asserit Plaça de delict. c. de contrahente binas nuptias viuente prima, imponiturq; ex l. nostra. 7. pœna quinque annorum ad trirremes, hodie tamen ex l. 8. tit. 20. lib. 8. infra imponitur pœna ꝛ publicæ verecūdiæ, vulgo, *De verguença publica*. & decē annorū ad trirremes in casu, in quo pœna corporalis & signi in fronte erat imponēda, & itidē imponetur pœna aleuosiæ & confiscationis medietatis bonorū ex l. 6. immediate sequenti, & sic intelligit post hæc *Matienço hic glos. 3. n. 3. §. glos. 4. in fi. dum dixit legem nostrā 5. per legem illam octauam correctā, §. uerū in l. 6. gl. fi. nostri tituli*, fallitur tamē in eo quod dixit & voluit significare solum pœnam illius. l. 8. attendendam, nam & ultra eam imponetur pœna dictæ nostræ. l. sexta. quæ non censetur per illam. 8. alterata, remanebit tamen correctā. l. 7. nostra immediate sequens in quantum quinque annos ad trirremes imponebat, & itidem remanebit declarata. l. illa. fin. tit. 17. part. 7. quæ omnium bonorū amissionem imponebat, vt tantum sit in dimidietate, & sic leges hæc sunt intelligendæ & declarandæ & sic vsus eas declarat, & licet pœna aleuosiæ ex l. 2. tit. 23. §. l. 10. eodem titulo 23. lib. 8. infra esset alia quam per nos dicta est supra, quia tamen in hoc casu non adest ex parte mariti vel vxoris binuborum mors vel vulnus, nō imponitur tota pœna pro aleuosiâ imposita, sed habetur binubus hic vel binuba pro aleuosiæ & puniuntur pœnis supra dictis, non tamen puniuntur ignoras vel nescias an prima viueret vxor vel maritus, certioratus tamen per probationē de morte***

absentis, & petita licentia à iudice ecclesiastico
 7 contrahendi secundò ob hanc causam, † *secundum quod disponitur in l. fin. titu. 17. part. 7. de quolitate agit Matienço, hic glos. 1. imò & tunc quamuis secundo matrimonio cum effectu contracto appareat per vnum testem vel per aliam simplicem probationem primam vxorem adhuc viuere, & propter hoc accusetur vir talis ad separationem secundi matrimonij, & vir recuset & alleget de sua iustitia, lite hac pendente non est vir hic separandus à secundo matrimonio, vsque dum vere & plenè constet primam viuere vxorem
 8 † *ex tex. expresso in c. 2. ut lite pendente, nisi dum secundum contraxit matrimonium lis talis erat incepta, nam tunc non est permittendum accedere & cohabitare cum secunda vxore nisi per sententiam declaretur, secundum glossam secundam, & ibi Abb. num. 9. in c. tenor. extra de re iud. sic limitantes dictum c. 2. ut lite pend. & omnes dictæ pœnæ habent locum tam contra virum legibus nostris contrauenientem quam contra mulierem, secundum quod diximus in l. 1. glos. 1. titu. 13. De la restitucion de los desposados. supra lib. proximo, quicquid quantum ad pœnas velit distinguere glos in dicta l. fin. titu. 17. part. 7. inter mulierem & virum. Sed an si vir contrahat secundum matrimonium viuente prima vxore filij nati ex secundo † erunt legitimi, vide tex. in l. 1. titu. 13. part. 4. & ex dictis Doctoribus decerpes præsertim ex Dueñas Regula. 150. limitatione. 2. Quid tamen si secundum matrimonium est nullum, putà, quia clandestinè contractum, vel ex alia causa quam quod sit factum durante primo, committetur pœna * nostri tex. & videtur dicendum quod non, quia ex eo quod nullum est, nullus produci potest effectus, & ex nihilo nihil gigni potest, & non entis nullæ sunt qualitates, secundum Philosophum, nihilominus tamen contrarium est dicendum, quia in istis binuborum pœnis lex solum factam considerat, Bart. in l. quid ergo. §. cum autem. ff. de ijs qui not. inf. & ex text. nostro clarissime patet, & quoties factum consideratur, etiam si factum sit nullum incurruntur pœnæ propter factum illud de iure declarate & impositæ, secundum Bart. & Ias. in l. ubi pactu. C. de transactio. & Felin. in c. ex tenore. §. ceterum de rescrip. & sic in proposito nostro videtur tenuisse Anton. Gomez. l. 80. Tauri, numero 30. Ex quo
 11 infero contra † Gometi. Leon, in sua centuria informatio. iur. loco. 39. afferentem, secundas nuptias contrahentem non puniri etiam viuente prima vxore, si impotens ille esset ad contrahendum matrimonium, quia contra supra dicta videtur, nihilominus tamen in hoc casu mitius punietur, & fortassis mitissimè, quia primum matrimonium est declarandum pro nullo, & quoties primum pro tali declaratur, secundum licitum fuit, si cum secunda erat potens, & cum legitime factum sit, nullam pœnam meretur, vel saltem mitissimè punietur, nè aliis sit occasio aliud faciendi, quod secus esset quoties primum matrimonium fuit validum, secundum vero inualidum ex dictis causis, quoniam tunc non excusatur à pœna, quia illegitimè contractum fuit, secundum Bald. cons. 118. verb. matrimonij, lib. 1. num. 2. & Nipoli. l. 1. §. præterea. v. 24. ff. ad leg. Cornel. de fals. relator. nouissimè & secutos per Matienço in l. 6. sequente in gl. 1. nu. fi.**

Quæstio
prima.

9

Quæstio
secunda.

10

Ibi. *En la frente.* Specialis casus est hic, regulariter enim facies hominis cum ad similitudinem diuinæ imaginis sit facta non est signanda † nisi 12 in casibus à iure expressis, quorum vnus est iste noster, veruntamen rarissime signatur, nisi tanta esset talis viri aut mulieris binubæ dissolutio, vt non semel sed & bis & ter contraxerit primis viuentibus mulieribus, tunc enim ob atrocitatem & consuetudinem delinquendi, iuste signandus aut signanda esset in fronte, nè alios vel alias deinceps fallere possent, & omnibus noti essent.

In l. 6. ibi. *De la mitad de sus bienes.* Sed cui applicabuntur bona hæc, & lex nostra non declarat & videbatur dicendum, quod medietas cameræ Regiæ, & alia medietas hæredibus delinquentis esset applicanda, quia in consequentiam aleuosiæ commissæ videtur legem nostram pœnam hanc bonorum apposuisse & ex l. 10. tit. 23. lib. 8. infra ita diuiditur, vel videbatur quod omnis hæc bonorum medietas cameræ applicetur, cum propter delictum imponatur, ex dictis per Baecam de non meliorand. filiab. c. 36. num. 10. vel applicabitur secundum quod inquit applicandam Anton. Gomez. l. 80. Tauri. n. 27. Ego tamen credo applicationem faciendam secundum quod applicat tex. in dicta l. fin. titu. 17. part. 7. quæ in applicatione pœnæ huius bonorum non est alterata per legem nostram, sed tantum in quantitate, sicut omnia bona perditæ, vel medietas tantum bonorum, & sic applicatio remanet in suo esse, præsertim cum illius legis finalis applicatio sit conformis iuri ciuili, & dispositioni l. 5. tit. 31. part. 7. & similitum.

In l. 8. quæ erat. 47.

Tauri.

SUMMARIVM.

- 1 Matrimonio de presenti contracto non liberatur filius, vel filia à patris potestate, neque reincident vxor in potestate viri nisi benedictionibus receptis. nu. 1. Vbi ampliatur.
- 2 Lex nostra an fuerit utilis, vel litium seminaria. num. 2.
- 3 Velationem esse factam presumendum est probata separatione parentum, & continuo habitatione. 3.
- 4 Liberatur filius, vel filia à patris potestate etiam si adsint in domo patris, dum tamen vxorati & velati sint. 4.
- 5 Filius, vel filia si non exierunt patris potestatem per velationem, quia non fuerunt velati cum illa vel illo quibus cum matrimonio contraxerunt, si vnus eorum moriatur relicto filio vel filia, nepos hic vel nepotis remanent in potestate auctorum, & vsus fructus bonorum aui pertinet. 5.
- 6 Effectus producti ex velationibus coniugatorum, remissiuè. num. 6.
- 7 Velatione secuta filij talis matrimonij intrant locum patris & efficiuntur sui Auo. 7.
- 8 Liberatio libertatis cõcessio dicitur. 8. Vbi referuntur plures locorum consuetudines in quibus filij liberantur à potestate parentum.

9 Fran-

- 9 Francigena regulariter non curant de patria potestate, & ideo parentes non habent vsumfructum aduentitiorum. 9.
- 10 Filij vel filia etiã sexagenarij in patris sunt potestate regulariter, nisi nupserint & velati fuerint. 10. dum tamen sint viri potentes, vt ibi.
- 11 Matrimonium etiã si sit nullũ, liberatur filius à patria potestate per illud, & velationẽ. 11.
- 12 Filius per matrimonij spirituale an liberetur à patris potestate. 12. & 13.
- 13 Episcopali dignitate adeptus an liberetur filius à patris potestate & quando. 13. & nu. 14. quid per ingressum religionis.
- 15 Bona filij sacerdotis liberantur à patris potestate quocunque titulo acquisita sint per talem filium sacerdotem. 15.
- 16 Vsumfructum bonorum habitum per patrẽ ante sacerdotium filij non perdit pater per sacerdotij adeptionem. 16. vbi & num. 15. quid in clerico minorum ordinum.
- 16 Vsumfructum beneficij ecclesiastici à filio possessi an habeat pater. 16. Filij alibi matrimonij cõtrahentes & habitates an possint in patria, ratione originis auite, conueniri. 17. vsque ad 19. inclusiuẽ.
- 17 Etiam volens non potest se eximere à loco originis. 17.
- 18 Cuius originarius quodammodo est patrie hypotecatus. 18. vbi declaratur.
- 19 Origo propria per matrimonium perditur, quoad ea, per que persona vxoris extra patriam potest trahi & separari à seruitijs viri, secus quoad alia. 19.
- 20 Filius occisoris liberatus à potestate patris, talis succedit iam in occisi hereditate. 20.
- 21 Auus non potest pupillariter substituere nepoti ex filio suo coniugato, & velato. 21. secus si non esset velatus, vt ibi num. 22.
- 23 Filius velatus nõ transmittit hereditatẽ patris non aditam ex vi suitatis. 23. ex potentia tamen sanguinis & iuris deliberadi bene transmittet. 24. & ad extraneos ex capite tantum iuris deliberandi, vt ibi.
- 25 Emancipatus talis an gaudebit hodie beneficio. l. fin. C. de repub. h. ar. num. 25.
- 26 Filius velatus potest petere se ali extra patris potestatem, & extra domum patris. 26. & petere dotem & dona etiã si pater vellet ea in domo prestare, vt ibi.
- 27 Alimenta relicta in testamento vbi sunt prestanda. 27.
- 28 Filius in patris existens potestate an possit petere se alimentari extra domũ patris. 28. Alimentandus si ex causa alimentandus sit extra domum patris, expensas faciendas in prestatione alimentorum ipse soluet alimentandus de suo. 28. vbi quæ sit iusta causa prestandi alimenta extra patriam, arbitrio iudicis relinquatur, vt ibi.
- 29 Filia vidue hodie competit actio de dote & bonorum dotalium administratio quia per velationem exiuit patris potestatem. 29.
- 30 Socer iã nõ ager pro iniuria facta nurui. 30.
- 31 Patri non datur iniuriarum actio pro iniuria facta filio, vel filie velatis. 31.
- 32 Iniuria remissa per maritum amplius vxor accusare non potest. 32.
- 33 Filius licet non possit iniuriam sibi illatam remittere, tamẽ hodie si velatus est remittit eam sine patris consensu. 33. & 34.
- 35 Auus hodie in nihilo succedit nepoti suo habito à filio velato, ipso filio velato viuente, sed ipse potius in totum & pleno iure filio suo succedere recluso auo. 35.
- 39 Filia velata de sua dote hodie disponere potest. 36.
- 37 Emancipato filio exheredato conuenit bonorum possessionem causa litis agnoscendæ intentare, vt eius signo de iure agnoscatur ad quærellam intentandam. nu. 37. & sic hodie filio velato idem conuenit facere. nu. 38. cum. 3. sequentibus.
- 39 Habilitatus ad aliqua iura vel remedia non habet eorum effectus donec illa ad actum deducat. 39.
- 40 Hodie an sublata sit differentia emancipationis, & patrie potestatis & quoad quid. 39. & 40. 41. & 51.
- 41 Velatus filius statim succedit in fidei commissio relicto vt post mortem patris filio cedat. 42.
- 43 Donatio per patrem filio velato factam valida est. 43.
- 44 Velatus filius hodie sine patris consensu potest existere in iudicio. 44.
- 45 Auus paternus tenetur neptim dotare si ipsa & eius pater non habent vnde dotetur. 45.
- 46 Filius an præsumetur emancipatus si seorsum habitauerit à patre per aliquod tempus. 46.
- 47 Filius an per velationem sicut liberatur à patris potestate ita à curatoris potestate. 47.
- 48 Declaratio. l. 7. titulo. 17. par. 4. num. 48.
- 49 Filia remanens in regno debet esse sub curatoris potestate, vsque dum contrahat matrimonium. 49.
- 50 Filius velatus nõ solum in comodis verum & in damnis exiit patris potestatem. 50. quod secus in alijs emancipationibus, vt ibi.
- 51 Differentia emancipationis & patrie potestatis an & hodie durabit lege nostra attentata. 51.
- 52 Filius per velationẽ vel filia semel exeuntes à patris potestate nunquam ad illam redeunt. 52. etiam si in ingratitudinem inciderint, quod secus in alijs emancipationibus. numero 53. & 54.

SYMMARIUM.

Filius vel filia vxorati & velati pro emancipatis habentur.

Ibi, CASADO Y VELADO. Ita quod vnū sine alio non sufficiat, quoniam licet ex solo cōsensu absque aliqua solemnitate nuptiarum matrimonium contrahatur, *vt l. nuptias. ff. de reg. iur. tex. c. fin. de spons. duorum, & tradit Anto. Gom. hic. nu. 2. Plura succinte inferens*, tamen quoad effectum emancipationis per legem nostram inductum, vtrumque requiritur, scilicet, matrimonium & solemnitas nuptiarum, videlicet cōsensus & velatio quæ est benedictionū in ecclesia receptio, & per consequens per matrimonium solum de presenti non liberatur sponsus vel sponsa à patris potestate, neque reincident in potestatem viri, ¹ *† ex l. filiusfamilias. ff. de adulter. & l. 1. titu. 17. part. 4. Notat Anton. Gom. dicto. num. 2. quicquid dubitauerit Tiraquel. in legibus connubialibus. glos. 2. num. 1. cum pluribus sequentibus*, etiam si copula secuta sit, vel traductio ad domum ante velationes, ad verificationem enim copulæ vtrumque copulatum verificandum est, neque vnum absque alio sufficit, *ex l. si heredi plures. inst. de hered. instituend. notat Anton. Gom. hic post alios interpretes & Greg. l. 5. tit. 5. par. 6. in glos. 1. & nouissime concisus noster doctor Gutierrez in repetitione. §. sui num. 120. instu. de ijs qui sunt sui vel alii iur. cessantq; iam, vt ibidem ipse Gutierrez optime aduertit*, alia requisita per l. 9. tit. 11. lib. 1. fori. declarata, prout ante legem nostram ibi Montaluis & Suarez limit. 1. fol. 77. in antiquis, requiri concurrere asserunt. Et quāuis glos. magna in d. l. 5. asseruerit legem nostram in hoc verbo. *velado*, esse potius litium seminariam quam vtilem ² *† prout inquit Auiles. c. 47. pratorum §. 4. incipien. O casado. num. 3.* ego tamen non percipio in quo consistat litium hæc seminatio, præsertim cum hodie in qualibet parochia adsint libri, vbi inscribuntur nomina eorum, qui velantur in parochijs suis, nullusque alijs quam parochus, vel cui ipse licentiam præbuerit. benedictiones has in ecclesia tribuit, & ita videbis constitutum, *ex c. 1. sessione. 24. Concil. Tridenti. quod quidem capitulum licet loquatur de libro habendo cū matrimonium contrahitur*, communius tamē liber hic est illorum, qui velationes recipiunt, & constitutione sinodali in quolibet Episcopatu sic esset statuendum, prout in hoc Placentiæ statutum habemus & iustè. Probataque separatione parentum, & continua coniugatorum cohabitatione, velationem esse factam ³ *† præsumendum est, quoniam ex dicto c. 1. Concilij. ante benedictiones has & sic velationes desponsati in eadem domo manere nō debent, & proceditur iam per ecclesiasticos iudices contra aliud facientes, & compelluntur benedictiones recipere: ex quibus itidē infero, quod etiam si filius vel filia vxorati & velati remaneant in domo patris cū vxore vel marito proprio, liberati sunt à patris potestate, ⁴ † quia requisita nostri tex. impleuerūt, quicquid cū timore & restrictione quadam id velit asserere glos. mag. dictæ l. 5. titu. 5. part. 6. Infero etiam, quod quāuis filia despōsata filium ab sponso de presenti habuerit, & ea mortua itidemque post eam moriatur filius ille, & sponsus pater ip-*

sus filij sit hæres eius, tamē quia auus sēper filiū illum & sic nepotē suū retinuit in potestate eo qd mater eius nunquā exiuit patris sui potestacē *secundum Anton. Gomez. hic in fin. & Mattenco. hic gl. fin. nu. 1.* retinebit Auus ipse per totū tempus vitæ suæ vsū fructū bonorū ⁵ † filij illius nepotis sui, si quæ bona à matre vel aliū de aduēritia filius ille haberet, & mortuo cōsolidabitur vsū fructus hic cū proprietate quā sponsus gener suus à filio suo hæredauit. qui quidem vsū fructus non euauit per mortē filij, *vt inquit idē Mattenco. in l. 1. tit. 8. glos. 3. nu. 18. infra eod. lib. & sic habes hic vnū effectū velationis, quæ & alios casus vbi velatio requiritur vt effectus ⁶ † producat, vide per Auiles. vbi supr. & plenè per Abb. Feli. & Annani. in rubr. de spōsa, & in c. si inter virum, eod. tit. quos refert Castillo in l. 48. Tauri, verbo. Velando se.*

Ibi, *Sea anido*. Intellige verè nō vero fictè, prout aduertit optime hic Castillo, & Mattenco super ijs verbis cūq; vere patris potestati filius velatus exeat, & liberetur ab ea per liberationē hæc nepotes intrant locū patris ipsius & efficiuntur sui aui, ⁷ *† secundū Antoni. Gom. hic quæ sequitur nouissime concisus noster in dicto. §. sui. nu. 118. & 120. aliqua similia inferit. ex hoc ipse Anton. Gom. hic per ipsū vidēda.*

Ibi, *Por emancipado*. Id est, pro liberato à patria potestate, *secundum text. in l. fin. tit. 16. part. 4. & sic libertate concessa à manu patris, nam liberatio libertatis ⁸ † concessio dicitur, vt l. si viua. C. de bon. matern. l. cum oportet. §. cum autem. C. de bon. qua lib. & quibus alijs ex causis liberatio hæc à patris potestate fiat, vide text. in l. 15. cum sequentibus, tit. 18. par. 4. & addes illis legem nostrā. Et simile statuitur in Lögobardis, *secundū Suarez. l. fin. tit. 11. lib. 1. fori. versicul. & cum hac lege. fol. 76. in antiquis, & in Francia itidē, secundū Did. Perez. in l. 1. tit. 8. lib. 3. ord. col. 1028. vbi ex alijs legibus id confirmat, & ex Pictaueorum consuetudine idem seruari asserit Tiraquel. in principio, legum connubialium. nu. 1. cum pluribus sequentibus*, adeo enim concordia matrimonij, per tex. hic, & l. fin. §. fin. ff. de lib. & posthu. probatur, quod illud anteponunt patriæ potestati, *secundum Tiraquel. vbi supra, in parte. 5. glos. prima. n. 19.* propter hoc enim relinquit homo patrem & matrē, licet differant consuetudines Franciæ, & supra dictæ, quia hæc sponsaliorū contractu contentantur, nostræ verò velationem requirunt, *secundū quod aduertit Mattenco. hic in gl. 1. n. 4.* imo regulariter in Frācia nō curatur de patria potestate ⁹ † & ideo parētes nō habent vsū fructum bonorū aduentitiorū, *secundum Cardū de Grassalis, libr. 1. regali Fran. iure. 10. pag. 2. & 3.* & sic vt ad nostrā legē redeamus, licet de iure antiquo filius vel filia in patris erant potestate, *ex toto titulo C. & instu. de patria potest. & tex. l. nō in potestate. ff. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. & per tot. 11. 17. par. 4.* etiā si matrimonij cōtraxissent filij vel filia, *ex l. inter. §. filiusfamilias. ff. de adulter. & ex l. 1. titu. 17. part. 4. & notant Anton. Gomez. hic, & Suarez in dicta l. fin. tit. 11. in princip. fol. 73. & 74. & Tiraq. l. 1. cōnubia. n. 1. cū sequentibus, & glo. mag. l. 5. tit. 5. par. 6.* etiā si tales filij essēt sexagenarij ¹⁰ *† secundū dictos ex glos. l. si. §. pupill. ff. de verbo. oblig. hodie tamē ex tex. nostro hic, quāuis filius vel filia sine minores. 25. annorū si tamē nubūt. & velatur seruata forma sacro sancte matris Ecclesie, liberatur à patria potestate & pro emancipatis habentur, dū tamen**

11 tamen sint viri potentes, secundum Palaci. Rub. in rubrica. § 56. num. 4. fol. 32. & Bacam, de decima tut. c. 4. num. 20. & refert Rebusus, l. 1. §. iure proprio num. 196. versiculo interea non est. ff. de verbor. signi. pag. 855. vbi refert in Francia filium. 25. annorum exire patris potestatem. Quibus sic intellectis ampliabis primo conclusionem nostri text. vt procedat etiam si tale matrimonium fesset nullum, adhuc enim si velationes eius intercedant habet locum dispositio nostri tex. secundum Cifuent. hic in fin. pro quo facit illud quod diximus in l. precedente, in glos. T de mas, versiculo quid tamen si secundum, & tunc etiam si detur pro nullo matrimonium tale, & velatio eius per consequens non operetur effectum, non redibit in patris potestatem talis filius vel filia, vt dicemus in glos. fin. nostra legis. Sed num sicut per matrimonium carnale, ita & per spirituale, & sic per sacerdotium liberabitur filius à patris potestate, † & dicendum est quod non secundum tex. in c. constitutus, extra de in integr. rest. & ibi. Abb. num. 3. & in authentica, presbiteros. C. de Episcopis & Cler. idem Abb. in c. indecorum, de atar. & qualif. & in c. cum voluntate de sent. excom. & in Rubrica de pcul. cleric. numero 2. communis secundum Boheri. decisione. 121. numero 12. & glos. in dicto c. indecorum & in dicto c. cum voluntate. que contrarium tenuerunt, & Doctores has duas glosas sequentes loquuntur & procedunt, quoad spiritualia, † quoad hæc enim per sacerdotium exeunt patris potestatem, ex ca. si annum. de iudi. in. 6. & ita intelligit eas Grego. in l. 14. glos. Por Obispo. titu. 18. par. 4. & est hic communis intellectus secundum Ias. columna fi. & Horasci. numero 11. l. patre furioso. ff. de ijs qui sunt sui. aliter enim si glosas illas intelligeres etiam quoad temporalia, communiter reprobantur, vt vides, & asserit Didacus Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordi. columna. 112. in fi. cum sequenti. Sed si adipisceretur Episcopalem dignitatem, eo ipso quod est electus ad eam, etiam ante exercitium eius † exiret à patria potestate, ex c. si feruus. 54. distinctio. & ex l. 65. tit. 5. par. 1. & l. 14. titu. 18. par. 4. vbi glos. Para Obispo, & Couar. c. quia nos, de testam. nu. 5. quærit quid de ingrediente † religionem nunquam enim spirituale cum carnali & è contra æquiparatur, nisi in casibus in iure expressis, secundum Euerardum, in centiloquio, loco. 32. Est tamè verum quod licet per sacerdotium non liberetur filius à patris potestate, liberatur tamen bona eius siue habita occasione militiæ clericalis, † siue alterius cuiusque tituli ab vsu fructus perceptione, quæ aliàs patri competebar, secundum Couar. plura alia allegantem & dicentem, in dicto c. quia nos. numer. 1. & 2. vbi num. 2. hoc ampliat etiam ad clericum minorum ordinum, vsu fructum tamen, quem pater habebat bonorum filij ante eius clericatum † acquisitorum pater non perdet per adeptionem ordinum, secundum Couar. ibidem dicto numer. 2. & Did. Perez vbi supra, versiculo quod tamen privilegium, dum tamen, secundum Auend. respon. 17. num. 2. in fin. filius talis minorum ordinum se in prima exerceat tonsura, quæ est nimia suppletio, meo videri, idèo aduerte ad eam: ex quibus ignauis videtur quæstio glossæ. El usufructo, in l. 5. titu. 17. par. 4. quærentis an habeat pater vsu fructu

beneficij ecclesiastici à filio suo clerico possessi, non enim illum habebit ex dictis per Couar. dicta num. 2. & 3. & relatis per eum, & per glos. illam, quicquid velit dicere Anto. Gomez l. 48. Taur. num. 7. quæ sunt optima ad legem sequentem, quæ hic retulisse sufficiet, & sunt singularia vt sciamus quid operetur & quid non patria potestas, ex qua liberatione patriæ potestatis per contractum matrimonij, & velationem, quæ est nostra materia, multa inferri possunt sequentia.

Primò enim infert ex hac liberatione glos. 2. l. 32. titu. 2. par. 3. quod filius liberatus per matrimonium & velationem à patria potestate, non potest conueniri in patria naturali ratione originis auitæ, si alibi & extra patriam matrimonium filius hic contraxerit, & habitauerit, * cum aliàs propter patriam potestatem conueniretur talis filius in patria sua, qua quidem potestate cessante cessat & eius effectus, quantum ad hoc, secundum glos. illam ita tenentem. & Villalobos in antinomia iuris civilis & Regij litera F. n. 33. quod tamen durum mihi videtur, nam de iure quantumuis quis extra patriam suam nubat, nõ amittit neque perdit originem & naturalitatem suæ patriæ ex tex. in l. 1. C. de muri legul. & origin. lib. 10. tenet Platea, in leg. si in patria, nu. 1. C. de incol. lib. 10. imo & si quis vellet non potest se eximere à loco originario vbi natus fuit, & patres sui steterunt, secundum tex. in l. libertus. §. in adoptiva ff. ad municip. tex. in l. origine C. de muni. & origi. lib. 10. tex. optimus in l. 5. tit. 4. pa. 4. vbi probatur hoc esse debitum naturæ, quod nulla alia ratione quàm in lege illa contenta dissolui potest, & ibi glos. 1. inquit quod ciuis originarius quodam modo est patriæ hypothecatus, † idque in aui origine procedit licet non in origine proaui, secundum Boheri. decisione. 13. num. 6. & sic quamuis quis nubat extra patriam suam, retinet tamen & gaudet omnibus commodis & priuilegijs suæ patriæ, & omnia hæc subire potest. secundum Bart. in l. Imperatores §. item rescripserunt num. 4. & 5. ff. ad municip. Paulus l. rei iudicata §. si. num. 7. ff. solut. matr. per tex. expressum in l. 1. C. de mulie. & in quo loco. libr. 10. & ibi bona glossa. Neque obstat glos. communiter recepta in l. origine C. de muni. & origin. lib. 10. dicens per matrimonium perdi originem propriam, nam intelligitur quoad omnia ea, per quæ persona mulieris nubentis extra patriam potest trahi & separari, à sctuitiis viri, quoad alia vero minime † secundum Bart. & Paul. vbi supra, & glos. Casamiento, in dicta l. 32. titu. 2. par. 3. & Abb. in c. postulasti, numero 5. de for. comp. Si ergo hæc ita sunt, nullo modo per matrimonium & velationem extra patriam censetur talem se ab ea exemisse, quin in ea conueniri non possit, si ibidem reperitur, prout & ante legis nostræ promulgationem poterat ex tex. in dict. l. 32. & quia negandum est, patriam potestatem efficere, vt nepos conueniatur in patria sua, nam hoc verum non est, sed origo ipsa & naturalitas ibidem contracta efficit hoc, & acquisita ex aui Origine.

Secundò infertur ex liberatione nostri tex. à patria potestate, quod licet filij occisoris succedere non possint occiso ex testamento neque ab intestato argumento tex. in l. cum ratio §. fin. ff. de bon. damn.

Illationes plures procedentes ex liberatione patriæ potestatis, ab hinc describuntur.

Quæstio prima.

bon. damnā. & l. quæritur. ff. de bon. liber. tenent
 Gaudi. & Nipoli. relati & secuti per Anton. Gom.
 tom. 3. c. 3. num. 52. eo quod tunc si filius occisoris
 succederet, deuenirēt talia bona saltim quoad
 vsum fructum, ad patrem occisorem, quod
 est de iure prohibitum, ex l. Lutus in fin. ff. de iure
 ff. & l. indignum. ff. de ijs quibus ut in dig. notat
 Gomez, vbi supra, num. 51. & quod vna via prohi-
 bitum est non debet ad id alia admitti, ex iuris
 regula, verum tamen si filius hic occisoris esset
 coniugatus & velatus, quo casu vsus fructus bo-
 norum suorum non acquiritur patri, quia ha-
 betur talis filius pro emancipato ex lege nostra,
 20 & ex sequente, bene succedet † filius talis in tali
 hæreditate, quia deficit ratio eum aliàs exclu-
 dens, ita Anton. Gom. vbi supra d. num. 52. in fin.
 Tertiã tamen erit illatio scilicet, quod non
 poterit auus pupillariter substituere nepoti ex
 filio suo coniugato & velato nato, † cum talis
 filius coniugatus non sit in aui potestate, vt per
 21 Anton. Gom. tom. 1. c. 4. num. 2. columna. 2. in prin-
 cipio, & Grego. verbo, Que descenden, in l. 5. titulo
 5. par. 6. qua optimè de ratione nostra legis tractat, &
 ponit casum vbi hoc cessaret, & tenet Menes.
 in l. si emancipata nu. 14. pag. 22. C. de iur. & fact.
 ign. contra hoc tamen, aliquando consideravi
 optimum tex. in §. ad monendi, instit. quib. mod.
 ius. pat. pot. sol. vbi probatur liberum esse auo fi-
 lium dimittere, & nepotem in potestate retine-
 re, ergo & idem in nostro casu dicendum, nisi
 dicamus in illo. §. esse sic in emancipatione cõ-
 uentum & declaratum, quod in nostro casu nõ
 posset, cum ex legis dispositione & sic auo in-
 uito filius velatus patris exeat potestatem, sed si
 filius hic esset tantum desponsatus & non vela-
 tus, posset auus nepoti eius pupillariter substi-
 tuere † etiam si esset desponsatus de præsentì,
 22 secundum supra dictos, & secundum eund. Anton.
 Gom. hic in fin. verbis, item Anton. Gom. d. c. 4.
 columna. 2. in principio, hoc colligit alio modo
 scilicet, si filius mortuus est in vita aui.
 Quartò infeto, quod talis filius velatus & sic
 emancipatus non transmittet patris hæredita-
 23 tem non aditam virtute fuitatis, † sicut neque
 emancipatus per patrem transmitteret, secundum
 Anton. Gom. hic in fin. & eund. Anton. Gom. tom.
 1. c. 9. num. 24. & Menes. in dicta l. si emancipata,
 num. 12. C. de iur. & fact. ign. qui ad hoc legem no-
 stram allegat & bene, & nouissimè post hæc notat con-
 ci. noster Gutierrez in dicto. §. fin. numero 146.
 & 147. instit. de hered. qua. quia secundum eos
 per emancipationem desinit esse suus, quod ta-
 men licet verum sit, bene tamen transmittet
 talem hæreditatem talis coniugatus & velatus
 ad descendentes ex potentia sanguinis & iuris
 24 deliberandi, * & ad extraneos ex capite tantum
 iuris deliberandi, secundum Anto. Gom. dicto
 c. 9. num. 14. 42. & 48. vbi inquit quod si filius
 est in patris potestate recurrendum est ad leg.
 fin. cum materia C. de bon. qua. li. sed an emanci-
 25 patus talis gaudebit hodie beneficio † l. fi. C. de
 repr. hered. tradit concius meus in d. §. sui,
 num. 148.
 Quintò infeto, quod filius velatus poterit pe-
 26 tere se ali extra patris potestatem & extra do-
 mum patris † argumento traditum per Paulum in
 l. quidam cum filium, num. 6. ff. de verbor. oblig.

& petere secundum eum dotem & bona ad su-
 stinenda onera matrimonij, etiam si pater vellet
 ea illi præstare in domo propria patris, & hæc
 in filio emancipato, communis & vera reputa-
 tur opinio, ex lal. l. diuortio, num. 24. ff. solut. ma-
 trimo. vbi ipse Ias. idem asserit in muliere alen-
 da ab hæredibus viri mortui, vbi & hanc com-
 munem etiam testatur, quam & plures sequun-
 tur relati per Matierço, l. 3. glos. 2. num. 23. Et
 quid si alimenta relinquuntur alicui in testa-
 mento, † vbi sunt præstanda, vide Menoch. de 27
 arbitr. iud. li. 2. casu. 170. n. 8. cum sequentibus plu-
 ribus, lib. & Laram in l. si quis a liberis §. si quis ex
 his, n. 201. ff. de lib. agn. Sed si filius esset in patris
 potestate, vel qui alimentari debet ex legis dis-
 positione nullo modo potest petere vt extra
 domum † alimentantis alimentetur, secundum 28
 Alexan. in l. si cum dorem §. transgrediamur ff. so-
 lut. matrim. & ibi Bart. additio. num. 7. litera B. &
 additio eiusdem Bart. in l. liberis §. Lutus ff. de alim.
 & cib. leg. & Palac. Rub. in repetitio. c. per vestras,
 fol. 40. colum. 3. in medio, & fol. 97. colum. 3. in prin-
 cipio, in magnis, & Gregor. verbo, Do moren. in l. 2.
 tit. 19. par. 4. & hoc verum secundum omnes in dicta
 l. quidam cum filium, nisi ad sit iusta causa contra-
 rium iubendi, putà propter seditiones & discor-
 dias vitandas inter patrem & filium, quia tunc
 etiam si filius sit in patris potestate potest pete-
 re se extra patris potestatem alimentari, licet
 Bart. in dicta l. Diuortio, num. 3. in principio aliud
 velit dum dicit, quod quando ex iuris disposi-
 tione venit quis alimentandus ibi debeat ope-
 rari vbi alimenta præstantur, secus si ex disposi-
 tione testatoris, quoniam tunc vbi velit, ali-
 mentandus est, nam si iusta adesset causa, vt dixi-
 mus, vbi cumque voluerit alimentandus, præsta-
 buntur alimenta, etiam si expensæ in alimento-
 rum præstatione fiant, eo quod expensas has ali-
 mentandus soluere debet, prout optimè tenet &
 inquit Petrus Costalius, l. cum ijs §. si. pag. 50. in fin.
 ff. de transactio. quamuis Angelus relatus per Ho-
 roscei. in eodem §. fin. colum. 977. velit distingue-
 re, an fiant expensæ in ministratiõne alimento-
 rum nec nõ, nam in hoc ex capite loquitur An-
 gel. neque quicquam refert fiant nec nõ expen-
 sæ, quando quidem vt dictum est, expensas tales
 debet soluere alimentandus hic, asserit tamen
 Horosceius vbi supra, se vidisse semel litem agitari
 in chancelaria Pinciana inter quemdam generum
 & focrum suum: est tamen verum quod arbitrio
 iudicis relinqui debet, quæ sit iusta causa, prout
 oprime inquit Menochius de arbitra. iudi. lib. 2.
 centuria. 2. casu 170. numero 15. vbi à nu. 12. causas
 aliquas enumerat, & à nu. 8. plura in horum pro-
 positum post hæc dicit, & Thom. Gram. consilio
 ciuil. 33. per totum, vbi inquit quod in casu in quo
 extra domum sunt alimenta præstanda, præsta-
 buntur eatenus quatenus in domo præstaren-
 tur, & alimētans in domo expēdissēt si ibidē ea
 præstaret, filius tamen emancipatus indistincte
 potest extra domum patris alimentari petere extra
 semel ei dote consistuta, deueniat in paupertate
 secundum Bosseri, decisione 95. num. 9. & in ad-
 ditio. ad Diuum, in regula impurari, verbo, adde quod
 Bar. de reg. iur. in 6. vbi plures allegat, neq; vllam
 ingratiudinem committit filius emancipatus
 petendo alimenta extra patris domum, secundum Ias.
 vbi supra.

vbi supra. Ex quibus collige duas conclusiones: Prima est quod emancipatus filius potest petere se alimētari extra domū patris, cogi tamē pater non potest eum emancipare, *secundum glos. l. prima, C. de emancipat. lib. & l. 17. tit. 18. par. 4.* Secūda est, quod filius in patris potestate existens non potest alimēta extra domū patris petere, nisi adfit iusta causa, & hęc iudicis arbitrio reliquitur.

29 Sextū quod ex nostra liberatione à patris potestate elicitur, est, quod licet actio de dote de iure ciuili soluto matrimonio filia dotata & patri dotanti competat, pater tamē administrationem habet *ex l. 2. §. quod si in patris ff. solut. matrim. & iuxta cōmunem opinionem, ut per Curti. Iuni. consilio. 152. nu. 1. & 2.* ex tex. tamen nostro cū filia per velationem & benedictiones nuptiales liberetur à patris potestate soluto matrimonio, non solum ei soli competet actio de dote, verum & administratio bonorum dotalium, † *secundum Suarez, l. 9. titu. 11. lib. 1. fori in fi. velatum & secutum per Villalobos in sua Antinomia iuris ciuilibus & Regij, litera A. num. 31. & in litera F. nu. 38. & Baezam de non meliorand. filia b. c. 21. num. 36.* ante velationem tamen communis incorrecta manebit.

30 Septimum etiam corolarium est ex l. nostra, scilicet, quod focer iam non aget pro iniuria facta nurui † *secundum Gregor. in l. 9. tit. 9. p. 7. & Villalobos in dicta Antinomia litera F. num. 32.* nam cum *secundum eos* patria potestas filij efficeret, ut focer pro iniuria nurui illata agere posset, & velato iam filio cessat patria hęc potestas, cessat iniuriæ actio focero. Ex quo eodem etiam modo dicendum est, quod licet pro iniuria filio vel filia facta, patri actio competat *ex l. 1. §. fin. de iniur. illud tamen verum nisi filius vel filia sit † velatus aut velata, cō quod cessat iam tūc patria potestas, quæ ortum dictæ iniuriæ actioni præstabat, secundum tex. in §. patitur, instit. de iniur. & ex dicta l. 1. in fin. ff. de iniur. probatur ibi, filia familiaris: & sic iam tantum filia velata & marito eius competet actio hęc iniuriarum, remissa tamen iniuria per maritum amplius † vxor eius accusare non poterit, secundum Cataldi, in tradat. Syndicatus, num. 128. fol. 37. in paruis, column a. 3. in principio, & licet in practica ita vti videbā, nunquam tamen inuenire poteram hoc asserentem, neq; alium quā ipsū Cataldinum, vsq; nunc inueni hoc dicentem, & iure optimo, quoniam cum vir sit caput mulieris, illi conuenit de pace transigere, & mulieri spectat viro obedire, neq; debet quis diuersis iudicijs vexari.*

33 Octauo etiam infero, quod licet antea filius non posset iniuriam sibi illatam remittere, † *secundum tex. & ibi tradita in l. in personam ff. de pact. vbi Horosci. limitat duobus modis, & Didac. Per. lib. 1. ordin. colum. 296. ad fin. & Maranta in pract. pag. 308. num. 61. vel quando vltra eos filius ageret pro pulsatione, vel verberatione in eum illatis, tunc enim ipse & non pater aget, vel remittet iniuriam secundū glos. in l. sed si vnus §. filio familiaris ff. de iniur. ex tex. in l. lex Cornelia in principio, & in §. illud ff. eod. titu. & tenet Specul. titu. de iniur. §. 1. num. 33. paruis quarre, & expresse Nellus de Sancto Geniriano in tract. de banitis fol. 133. quest. 37. & additio hęculatoris vbi supra, litera O. vbi Colias allegat. & Villalpando l. 21. par. 2. §. 2.*

in fin. nu. 6. fol. 63. tit. 1. par. 7. vel si crimina illata cōtra filium essent publica quia tunc patris cōcordia filio non nocet, secundum Speculat. vbi supra, nam quod attinet ad ius publicum nihil inter patrem & filium, vel. quod attinet ff. ad Trebel. hodie tamen indistincte in filio emancipato per velationem vel alio modo iniuria ei illata, per ipsum & non per patrem remittenda est, † & agendum pro ea, quia deficit patria potestas, propter quam patri competeat actio hęc de iniuria & eius remissio.

34 Nono infertur, quod licet iure ciuili nepotē defuncto auus succedebat in vsufructu bonorū nepotis & pater in proprietate, *ex l. 3. §. fin. C. de bon. qualib.* hodie tamen cum filius pater nepotis per velationem liberetur à patris potestate per tex. nostrum si nepos talis decedat habitus à filio velato, pater ipse succedit in proprietate & vsufructu, & auus in nihilo, † quia patria illa potestas auum ad successionem vsufructus admittibat, quæ cum cesset, cessat etiam vsufructus acquisitio, *secundum Villalobos in Antinomia iuris litera F. num. 29. vbi num. 30. & 31.* alias duas illationes proposuit procedentes ex hac liberatione à patria potestate, quas per ipsum videbis, & ibi per Olanum *in concordia antinomialium litera F. n. 49. cum 3. sequentibus, vbi n. 51.* ponit aliā, scilicet, quod de iure cōmuni filia de sua dote disponere non potest, *ex l. senium & ibi Doctores C. de testam. ex lege * tamen nostra sic, & allegat Pal. Rub. in l. 5. Taur. nu. 4. sic notantem, quod intellige secundum iuris dispositionem.*

35 Decimo infertur per ordinem nostrum, quod ad rumpendū testamentum in quo filius emancipatus est præteritus vel exheredatus cū causa nō probata per hæredes in testamēto institutos, necesse est intentare bonorū possessionē causa litis agnoscēdæ, * vt eius signo de iure agnoscat ad quærellam intentandam secundum quod de iure ciuili dispositum reperimus, *vt l. 1. & per totum ff. & C. de bon. pos. contra tab. notat Ant. Gom. tom. 1. c. 11. num. 34. quod & hodie necessarium esse testantur plures per eum allegati, & communem dicit Sali. nu. 10. Alex. 8. l. fin. C. vnde vi, & Viglius in §. tunc autem, instit. de in offi. test. pluraque de hac bonorum possessione tradit Minchac. de successio. crea. §. 30. nu. 146. licet contrarium esse verum hodie testetur & malē Anton. Gom. vbi supra, vers. sed his non obstantibus, ibi, sed iam hodie, & glos. mag. l. 1. tit. 7. par. 6. contra quos cum communi ē nostris tenet Horoscus in l. cognitio, num. 6. colum. 506. ff. de offic. eius cui man. est iur. vbi inquit & declarat, quod ius tribuat hęc bonorum possessio, & quomodo intentetur, ex dictis doctoribus præsertim ex Minchac. decerpes, sed cum ex lege nostra filius per velationem eximatur à patris potestate tenebitur vtique seruare quoad rumpendum testamentum tale iura ciuilia dicta, † nam cum de iure ciuili emancipatus sit incognitus non potest ad quærellam admitti, nisi agnita prius bonorū possessione gratia litis agnoscēdæ, quaquidem habilitatur emancipatus vt remedio iuris ciuilibus vti possit, & datur ei velut in signū, vt cognoscat ut, secundum glos. l. Papi-
36
37
38
manus §. 1. ff. de in offi. testam. & in l. postūmus §. fin. eodem titulo, & in l. 2. C. vnde in iuris secundum Alex. in l. fin. numero 8. C. vnde legitimi, & Paul. in dicto.*

in dicto §. 1. quamvis Decius in dicta l. fin. num. 12. dicat fallam esse: neque obstat quod ex l. si. tit. 17. lib. 4. veritas sit attendenda & scrupulositas iuris vitanda, quia lex illa non tollit requisita ut quis admittatur ad agendum, ea enim lege non obstante, *ut ibidem dixi*, legitimanda est persona comparēs in iudicio, & quia habilitatus ad aliqua iura, vel remedia, nō habet eorum effectus

39 ¶ donec illa ad actum deducat, *secundum Anto. Com. dicto c. 11. num. 34. in medio*: neque obstat etiam quod hodie sublata est differentia emancipationis & patriæ potestatis, *ex tex. in authent. de hære. ab intestat. veni. §. nullam vero*, quia istud est verum & procedit quoties pater decedit ab intestato, secus vero si cum testamento, ¶ quia tunc non cessat dicta differentia, *secundum glos. irritum. in authentica, ex causa, C. de lib. præ. vel ex hæred. & glos. emancipatus l. Gallus §. & quid si tantum ff. de lib. & post. tradit Anto. Com. ubi supra, num. 14. in principio, & communem testatur Menes. l. si emancipata, numero 11. pagin. 22. C. de iur. & fact. ign. & concius noster Gutierrez in § sui, num. 132. insit ut. de hæred. qual.* quod subintelligit, quod non est sublata differentia ex testamento, ut sit verum si in eo filius emancipatus est præteritus vel exheredatus cum causa, secus si sine ea, ¶ quia tunc etiam ex testamento censetur sublata differentia dicta emancipationis, & patriæ potestatis, *secundum Baldum, & omnes in dicta authentica, ex causa, teste Anton. Gomez dicto tom. 1. c. 9. num. 24. declarat etiam & Meneses, ubi supra, dicto n. 11. quoad quæ sit, & quoad quæ non sit sublata dicta differentia emancipationis & patriæ potestatis, & infra hac l. num. 51.*

Vndecimo inferitur, quod si mater gravavit hæredem suum ut restitueret hæreditatem filiis suis post mortem patris eorum, qui cum eos emancipasset, dubium erat an cessisset dies fidei commissi, an vero esset mors patris spectanda, & respondet iuris consultus *in leg. Mulier. in principio ff. ad Trebellian.* quod cessit statim dies fideicommissi, attenda venisimul mente matris, quæ ideo censetur apposuisse conditionem mortis patris, ut pertineret hæreditas ad filios non vero ad patrem: *refert Alexand. consilio. 100. numero sexto, volumine. 4. velatio tamen ex tex. nostro liberat à patris potestate & emancipat, igitur idem dicemus. ¶.*

42 Duodecimo infero, quod licet donatio non valeat inter eos, qui coniugem aliquem contingebant per patriam potestatem de iure civili *secundum Palac. Rub. in repetitione rubrica §. 42. in principio*, quod quatuor modis contingere potest, *ut ibi ipse exemplificat*, hodie tamen *ex lege nostra* valebit, ¶ *secundum eund. Palac. Rub. ibidem in §. 43. in principio*, & sic in facti contingentia respondi antequam ipsum viderem *per tex. nostrum.*

Decimotertio, & finaliter infero, quod licet filius familias non possit in iudicio existere sine patris consensu, *prout in l. 4. supra, eod. latè per me dictum fuit*, tamen si velatus sit non egebit consensu patris, ¶ alias illationes poteris per te legendo invenire, hæc tamen sufficienter pro nunc. Est tamen notandum quod quamvis filius à patris potestate per velationem liberetur, adhuc tamen avus paternus tenetur neptim dotare ¶

44 si neptis non habet unde, *secundum glos. fin. in fi.*

l. octava, titulo 11. part. 4. de quo alibi in hoc tomo latius dicemus volente domino nostro.

Sed dubium est in propositum, num si filius seorsum à patre habitavit per aliquod tempus, ¶ si per decem aut viginti annos vixit seorsum à patre gerens se pro emancipato, præsumitur talis, ¶ & pro tali habetur, *secundum Bartol. & alios* 46 *relatos per Matthe. Afflict. decisione 183. num. 2. & Capiti. decisione 16. & Maranta, in l. is potest, n. 278. ff. de acquir. hæred. facitque text. in l. 4. titu. 1. par. 5. ibi. Otrosi dezimos. quod secus esset si solum filius reperitur in possessione iuris sui, quia tunc nō præsumitur emancipatus prout communem contra Bart. restatur Maranta ubi supra, num. 277. Sed an si ad vigesimum quintum annum filius perveniat censebitur emancipatus, in l. sequente dicemus Deo fauente.*

Est etiam & aliud non minus singulare dubium, num sicut filius per matrimonij contractum & velationem eximitur à patris potestate, ¶ & est quæstio quotidiana & in qua pluries habui consulere, & in ea reperies quod Paul. Castr. *in l. 2. C. si sapias in int. rest. post. tenet quod non liberatur, per text. in l. non et minor C. de procurat. & l. marian. C. quibus dar. pos. & sic sepè vxor alicuius, quæ est sub potestate mariti, est etiam sub curatoris potestate, & pro hac Pauli opinione considerabam tex. in l. 3. tit. 17. par. 6. in fin. ubi probatur quod si vxor est minor. 25. annotatum cum nubis, maritus non potest esse eius tutor aut curator, sed debet petere provideri vxori de curatore, si ergo hoc tenetur facere maritus, multo fortius si ante matrimonij contractum erat sub tutoris vel curatoris potestate, non censetur ab ea exemptus per matrimonij contractum, & eius velationem, nam turpius exciditur quam non admittitur hospes *ex l. patre furiosi & eius materia ff. de ijs qui sunt sui, vel alie. iur. & sic cum Pauli opinione transit Greg. in l. 3. verbo, Falsa, tit. 15. part. 2. & inquit Suarez in repetitio. l. 9. tit. 11. colum. 1. lib. 1. for. quod nunquam vidit obtentum filium vel filiã per matrimonij contractum & velationem liberari à curatoris vel tutoris potestate, & sic censeri maiore, pro quo & facit illud elegans Abb. consilium 91. volum. assentis, pupillum vel minore vsq; ad legitimam ætatē non exire curatoris vel tutoris potestatem, neq; huic opinioni obstare videtur. leg. 6 tit. 16. par. 7. ¶ ibi. Testo es, porque el huermano de spues que es casado y trae su muger a su casa no recibe embargo ninguno en demandar quera a su guardador de sus bienes. Quæ omnia cum in plurimum leges partitanti tunc iure cōmuni cōsonent, neq; intelligantur corrigere, nisi id expresse disponat, vel ex ipsa lege necessario colligatur, debet lex ista partitanti intelligi, ut nō obstat dictæ opinioni, quoties postquā nupsit implevit terminū ætatis suæ habile ad exendum à cura vel tutela, pro quo optimè pondero legem illam dicitur, *Despues que es casado, ponderado veibrim, Casado, quod intelligendum est de habili ad contrahendum matrimonium, & sic de masculino majori 14. annorum, & de femina maiori. 12. quæ sunt respectu ora ad contrahendum matrimonium à iure constituta, & quibus aduentibus cessat tutela, ite***

47 & hoc

Quæstio
secunda

Quæstio
iura.

& hoc clarius patet ex ipsismet verbis illius legis secundum impressionem meā, quæ est Gregorij Lopez, & quæ attendenda est ex iuribus & privilegijs in principio partitarum propositis, secundum quā impressionem dictio illa copulativa, *E*, nō est post verbum, *Casado*, vt prius retuli, sed post verbum, *A su casa*, hoc modo, *E non recibe embargo ninguno en demádar quēra a su guardador de sus bienes*. Pondera enim copulatiuā illā, *E*, quasi non sufficiat matrimonij cōtractus, sed & quod nullum recipiat impedimentum, quod adest de iure, si ætas nondum venit vt exiret à tutoris vel curatoris potestate, & sic verbum, *Guardador*, illius legis ita de tutore & curatore intelligi potest, vt tūc demum exeat tutoris vel curatoris potestatem per matrimonium, si adest in tempore habili ad exeundum à tali potestate, quod & ex alijs verbis illius legis decerpi potest, & quia leges semper disponere volunt in casu habili & proprio, & sic hęc etiam opinionem nouissime tenuit Mexia, in apparatu ad leg. De Toledo, sexto fundamento, secunda partis, nu. 10. per text. expressum in l. 2. cum fine l. prima ff. de minor. vbi est additio marginalis ita notans, & inquit Mexia ibi, se didicisse legem istam à Doctore Benito de Castro, & quod hęc opinio tenenda est, & probatur etiam ex text. in l. de his C. de admin. tutor. quam ad hoc allegat Baega, de debitore in ope. ca. 14. num. 4. & nouissime eam etiam sequitur. Parladorus in lib. suo reuē quotidian. c. 12. quem multo post hac vidi, mihi tamen in puncto iuris semper visa fuit verior contraria opinio: imo quod & à tutoris vel curatoris potestate per matrimonij cōtractum & velationes pupillus hic liberetur, licet difficulter obtinebis in practica, & hęc mea opinio saltim iure Regio attento, vera videtur, cum Segura ita tenente relato & secuto per Didacum Perez, leg. 3. tit. 11. lib. 4. ordin. columna. 1527. cum sequenti, vbi testatur ipse quod ita vidit pluries de cissum in hoc Regno per iudices, & allegat pro se dictam. l. 6. tit. 17. par. 7. quæ quidem si attentè inspiciatur probat nostram opinionem & conclusionem siue adfit litera, quam ibi refert Gregor. Lopez, siue secunda & alia litera, prout supra retuli eas: Neque obstat meus intellectus ei supra assignatus, quoniā est nimis superfluus & diuinatiuus ad literam eius, & quia siue vno siue alio modo literam legas, cum continuatiuè procedant eius orationes in hoc, expresse hęc secundam probat opinionem, & quia secundum intellectum dictū, manca & sine sensu remaneret illa oratio, *E non reciben*, &c. item & pro hac opinione considero. l. 3. tit. 15. par. 2. ibi. *Hasa que sea casada*, vbi disponitur quod si in Regno remanet filia debet adesse sub curatoris potestate vsq; dum matrimonium † contrahat, quasi tunc per matrimonij contractum exeat ab hac curatoria potestate, cum dictio illa, *Hasa que*, sit exclusiua casus contrarij, item si per velationem eximitur à potestate patris, quæ naturalis, & fortior, quàm tutoris aut curatoris est, cur & non liberabitur à tali potestate tutoria vel curatoria, quæ est accidentalis & debilior, quoniā propter vnumquodque tale & illud magis, vt in authentica, multo magis C. de Episcopis & Cleric. & sic hanc secundam opinionem ultra Seguram & Perez vbi supra videtur etiam tenere Gregor.

Lopez, sibi contrarius in l. 9. glos. Llamar, titu. 1. part. 2. in quadam ratione ibidem assignata, ibi, cum cesset tutela vel cura, & certe iis attentis hęc opinio videtur tenenda, quā & sequitur practicus Monterroso in practica sua pagin. 121. vbi dictam l. 6. tit. 17. par. 7. ad hoc allegat, & probat eam legem. 207. stilli, & hanc tenendo opinionem, nō obstat lex illa. 3. titulo 17. par. 6. quæ prohibet maritum nō esse tutorem vxoris, quia non ex hoc censetur excludere, quin non possit vxor contracto matrimonio & velationibus factis capere rationē administrationis à tutore vel curatore, nā equidem poterit, & nolle esse amplius sub administratione curatoris, nā & qui à tutoris potestate exiit, inuitus compelli nō potest curatorem recipere secundum text. in principio, & in §. 1. instit. de curatori. si ergo hoc ita est, cur & non erit idē in hoc casu, sed & si adhuc tunc vxor voluerit sub curatoris potestate existere poterit optime curatorem nominare, dum tamen non sit maritus eius, & hoc modo procedet. dicta l. 3. partitarum, nihilominus tamen vt inquit Suarez vbi supra, & experiētia me docuit, nunquam in practica poteris cum hac secunda opinione obtinere.

Ibi: *En todas las cosas*, Et sic in omnibus & per omnia, vt oprime inquit Anton. Gomez, hic num. 3. ideoque non solum in commodosis ipsi filio verum & in preiudicialibus intelligenda est lex nostra, † secundum eum & Castillo hic relatus 5^o secutos per Doctorem nostrum Gutierrez in § sui, n. 121. instit. de hered. qual. & difer. contra Suarez ibi relatum contra tenentem, & contra relatos per Baegam in, de non meliorand. filia. cap. 7. num. 24. vbi se remittit, quorum opinionem quoad legē nostram explodere debes, & sic cum Anton. Gomez & Castillo, & sequacibus tenere, prout post hac nouissime tener Matienço hic, in glos. 3. in principio, qui enim totum dicit nihil excludit. c. si Romanorum 19. distinctione: est enim hoc speciale ex lege nostra, in hac emancipatione per matrimoniū & velationem à lege nostra inducta, quod secus est in alijs emancipationibus, quæ quidem tantum in commodosis non vero in præiudicialibus operatur, vt licet videre per Couarrub. in c. quia nos, nu. 5. de testament. Sed an ijs nostræ legis verbis attentis durabit etiam * hodie abintestato 5^o differentia emancipationis & patriæ potestatis, de qua, in authentico, de hered. abintestat. veni. §. nullam, vbi corrigebatur differentia hęc abintestato, & videtur quod sic, nam si lex nostra in omnibus haberi filium vel filiam velatos pro emācipatis, iuraque emācipationis approbat, ergo & secundum ius antiquum, habitum ante authenticum illud, regulabitur emancipatio in omnibus, & sic quantum ad succedēdam abintestato, & per consequēs in nihilo erit sublata differentia hęc, sed nihilominus tenendum est legem nostram correctionem illam per illud authenticum inductam inter emancipationem & patriam potestatem non tollere, nam licet text. noster dicat in omnibus pro emācipatis haberi velatos filios vel filias, non est ex hoc intelligendum, vt comprehendatur generalis illa differentia emācipationis & patriæ potestatis vbi de iure specialiter inducta est, nam licet in omnibus habeatur pro emācipato, non tamen sequitur quod habeatur contra iuris formam & dispositionem.

tionem, sed quod in dō secundum eam regulatur, & ita tenendum est, & diximus supra, ea l. n. 39. cum 2. sequentibus.

Ibi, *Para siempre*, Ex iis verbis quæ continuationem perpetuam includunt & perpetuitatem denotant, ex dictis per *Boheri. decisione. 328. numero final. & Ausles in capitul. prat. numero 69. cap. 10. in glos. executione, & concium meum in repetitione legis, nemo potest. num. 475. de leg. 1. sequitur, inquam & deducitur ex iis verbis, Para siempre, quod si semel filius vel filia per velationes exiit à patris potestate, amplius ad illam non redibit, † quamuis viduus vel vidua efficiatur: de quo dubitauit *Boheri. decisione. 197. numero 4. & Casaneus in consuetud. Burg. Rubrica 3. la femme soit. §. 1. num. 21. folio. 127. & Tiraquellus. late in legibus connubialibus glos. 3. num. 1. cum pluribus sequentibus, & in hoc casu cessat regula, cessante causa cessat effectus, imo & quod plus est quod quantumuis talis filius vel filia ingratitudinem contra patrem commiserint non reincident in patris potestatem, * nam cum à lege acceperint emancipationem, nimirum si propter ingratitudinem non reuocetur, cum nihil à patre acceperint, quod secus est si ab ipso patre emancipentur, nam tunc si ingrati sunt, reincident † in eius potestatem, secundum textum, ubi notat *Bart. in l. qui liberatus ff. de adoptio. ubi Horosci. columna. 279. hoc ad legem nostram notat & applicat, quem sequitur concius meus in dicto. §. sui numero 122. in struit. de hered. qual. & glos. leg. final. tit. 18. part. 4. & nouissimè Lara, in l. si quis à liberis. §. si quis ex his, numero 12. ff. de lib. agnos. & sic intelliges quæ diximus. leg. 2. titulo 1. lib. 1. supra, & glos. leg. fin. C. de consul. & pat. libr. 12. quam & alias refert *Castillo, hic in glos. final. & hæc pro hac lege vltra omnes scribentes hic sufficiant.****

In leg. 9. quæ est 48. Tauri.

SUMMARIUM.

- 1 *Vsufuctus aduentitiorum semel acquisitus patri non cessat etiam si filij emancipentur. n. 1. secus per velationem, vt numero sequente.*
- 2 *Emancipato filio per patrem, dimidia pars vsufuctus aduentitiorum patri remanet. 2. Secus per velationem, vt ibi.*
- 3 *Emancipatus filius per patrem si veletur recuperat illam dimidiam partem vsufuctus, quam pater habebat. 3. & à contrario si non veletur retinet pater vsufuctum per tempus vitæ suæ. 4.*
- 5 *Filiusfamil. si de tertio bonorum suorum dispensat in fauorem extranei, an in proprietate & vsufuctu dabitur tertium illud illi extraneo legatario. 4. Vbi nu. 5. an & detrahent tertium de alijs bonis fratrum ante mortuorum.*
Acquisita ex successione vnius ex fratribus, alter frater velatus poterit à patre petere. in dicto num. 5.
- 6 *Filij sicut per velationem acquirunt vsuf-*

- 7 *fructum bonorum aduentitiorum à patre retentorum an & per aduentum ætatis 25. annorum. 6. Ad limitationē doctrinæ glos. cuiusdam, vt num. 7. dicentis filium sexagenarium non exire patris potestati.*
- 8 *Pater ratione patriæ potestatis acquirit vsufuctum bonorum filiorum suorum in sua constitutorum potestate, proprietates verborum filijs ipsis remanet. num. 8.*
- 9 *Per velationem filiorum non solum pater amittit vsufuctum aduentitiorum, sed & commoditatem. 9.*
- 10 *Pater an possit petere à filio expensas litis factas in rebus aduentiujs, quarum vsufuctu restituit ipsi filio. 10. Vel sumptus vtilis in rebus illis factos, ibi.*
- 11 *Onus rei vsufuctuarie an soluet vsufuctuarius vel proprietarius. 11.*
- 12 *Aduentitia bona quæ dicantur. n. 12. & 14.*
- 14 *optima dicuntur.*
- 13 *Filius non tenetur irahere ad collationem cū alijs suis fratribus bona suo labore acquisita, & sic neque soldatus. 13.*
- 14 *Castrensium vel quasi bonorum vsufuctus*
- 15 *& proprietates filiorum ea adquirentium sunt. nu. 14. in fin. & num. 15. quæ talia dicantur.*
- 16 *Salarium datum medico de publico an castrense dicatur. 16.*
- 17 *Bonorum post velationē filio acquisite in proprietate & vsufuctu acquirantur, secus de illis quæ ante velationem acquiruntur. 17.*
- 18 *Aduentitia esse quis probabit. 18.*
- 19 *Filius impubes velatus non exijt patris potestatem, & sic neque vsufuctum aduentitiorum acquirit. 19.*
- 20 *Pater in cōscientia tenetur filio velato bonorum aduentitiorum vsufuctu restituer. 20. & n. 25. ampliatur, & limitatur.*
- 21 *Lex vbi non est ab Ecclesia reprobata, neque continet in se peccatum in foro animæ est seruanda. 21.*
- 22 *Ex illo die, quo filius exijt patris potestatem tenetur pater reddere rationem administrationis, & ex tunc bona patris sunt hipotecata. 22.*
- 23 *Volens vnum quid, censetur & velle omne aliud, sine quō illud vnū esse nō potest. 23.*
- 24 *Verbum priuatiuum inducit ipso iure etiam si tempus futurum respiciat. 24.*
- 26 *Filius si tacite consentiat patri vt vsufuctu post velationem filij, an censebitur patri donasse ita vt pater ad restitutionem non teneatur. 26. Vbi & quid in filio patre permittente. num. 26. & 27.*
- 27 *Metus reuerentialis non sufficit ad rescindendum contractum. 28.*

- 29 Qui per reuerentiam non contradicit non
presumitur consentire. 29.
30 Pater licet aliàs vsufructu vti nō possit, po-
terit tamen commoditate eius vti, nu. 30.
Nisi pro velatione filius emancipetur.

S Y M M A R I V M.

Filius vel filia post matrimonij contra-
ctum & velationes factas acquirunt sibi
vsufructum omnium bonorum aduenti-
tiorum etiam patre eorū viuento, qui qui-
dem tenetur eis bona illa restituere nullo
apud se illorum bonorū retento vsufructu.

IBI, MANDAMOS. Sed quæ fuit huius legis ra-
tio dubitandi, nam si secundum legem supra
proximam filius vel filia velati à patris exeunt
potestate, & in omnibus & per omnia ab eo li-
berantur, sequitur necessario quod deinceps bo-
norum aduentitiorum suorum filij habebunt v-
sumfructum, ut in l. cum oportet, in principio. C. de bo-
nis. quælib. quoniam ad hoc vt pater habeat v-
sumfructum bonorum filij requiritur patria potestas
ut ibi & in § hoc quoque, insit. per quas personas nobis
acquiruntur, & l. 1. & ibi Doctores C. de bonis. mater.
Sed patria potestas cessat per velationem, ergo
& vsufructus perceptio, & sic filijs competit,
qui in bonis aduentitijs proprietatem habent,
igitur lex nostra non seruit de dubio: nihilomi-
nus tamen contrarium est tenendum, imo quod
lex nostra maximam habuit dubitandi rationem,
& est salubris dispositio & necessaria, etiam lege
supra proxima attentata, saltim in casu magis dif-
ficili, in quo semper lex nostra & aliæ Taurinæ
voluerunt providere: ponamus enim quod filius
velatur postquam pater per mortem vxoris suæ
incepit vsufructum bonorum aduentitiorum
percipere, quia filium in potestate habebat, non-
ne satis dubium erat, an filius iste velatus posset
vsufructum illum à patre abdicare? quando-
quidem patria potestas, quæ requiritur ad acqui-
sitionem vsufructus talium bonorum, satis est
quod interuenerit à principio, licet postea ces-
set, per quam cessationem non cessat vsufructus
semel acquisitus, & secundum Bald. relatum & se-
cutum per Anton. Gom. hic num. 5. ubi iura pro hoc alle-
gat, & Palac. Rub. in rubrica. §. 43. in principio, ergo
ad elidendum hoc necessaria fuit nostræ legis
dispositio: item & quia per emancipationem pater
emancipans filium retinet dimidiam partem v-
sumfructus & bonorum à filio ipso ante habitorū,
ex l. cum oportet, §. cum autem C. de bon. mat. l. fin. C. de
emancip. lib. l. 5. tit. 18. par. 4. & hoc non quia emā-
cipatio legalis est, quia in dignitatibus & medijs
alijs quibus filius à patris potestate liberatur ex
legum dispositione, non utique est in dubium
totum vsufructum patri acquiri, ut patet ex di-
ctis per Matienço hic, gloss. fin. num. 2. Sed quia lex no-
stra, in hoc casu voluit quid speciale constituere
in fauorem filiorum, & ob sustentanda onera ma-
trimonij, vt ex emancipatione per velationes
cōsecuta pater amittat totum vsufructum bo-
norum filij emancipati, vel filia emancipatæ per
velationis contractum, præsertim cum quasi sē-
per patres in matrimonijs filiorum & filiarum

Thmo. 3.

consentiāt, & eorum consilium saltim de hone-
state requirendum sit, præsertim à filiabus, & pa-
tre consentiente de iure etiam civili filio tali ac-
quirebatur vsufructus, secundum Angel. relatum
& secutum per Palac. Rub. ubi supra, & hodie ex tex.
nostro siue pater consentiat siue nō, filius talis vel
filia totum vsufructum bonorum suorum ha-
bebunt, igitur multa necessaria lex nostra dispo-
suit & declarauit, & alia correxit disposita de iure
antiquo in nostro casu tantum, ex quo ipse
Anto. Gom. hic. num. 6. quærebat quid si pater fi-
lium emancipat propter quæ dimidia pars vsu-
fructus ipsi remanet, an si post filius iste contra-
hat matrimonium & veletur, illa dimidia pars
vsufructus patri remanens & filio huic acquire-
tur? & inquit quod sic, & bene, quem post hæc
scripta refert & sequitur Matienço hic dicta gloss.
fin. num. 9. nam per velationem totum illum a-
misit ex lege nostra, & sic si pater habet vsufru-
ctum in bonis filij, & filius ille ante velationes
moriatur viuento patre, retinet pater prædictum
vsufructum per totum tempus vitæ suæ, & sic
talis vsufructus durat post mortem filij secundum
Anto. Gom. hic. nu. 5. eo quod à principio ad fuit
patria potestas, quæ sufficit ad acquisitionem v-
sumfructus, vt dicit in perpetuum nisi filius, vel
filiaveletur, ex tex. nostro hic. Sed an si filius, vel filia
in potestate patris constituti tempore mortis in
fauorem cuiusdam extranei disposuerint de ter-
tio bonorum suorum, de quo secundum l. r. ti. 8. in-
fra isto li. disponere possunt in hoc casu, an etiam
vsufructus bonorū illius tertij adimeretur patri?
& videtur quod non, quia non fuit finita patria
potestas per velationem, de quo tamen quia in-
stat tempus, videbis Tellum l. 5. Tauri. num. 2. cum
sequētib. Sed an tertium hoc detrahatur ex alijs
partibus fratrum primi matrimonij mortuorum
& ante hunc filium de tertio hoc disponentē, vide
ex Tell. l. 6. Tau. n. 68. & an acquisita ex successio-
ne vnus ex fratribus alter frater velatus poterit
à patre petere vide quæ diximus l. 4. supra eo.

Ibi, De aqui adelante. Lex hæc futura non præ-
terita negotia ante eius promulgationem acci-
sa respicit, sed nonne lex semper futura & non
præterita respicit? & fatendum quidē est, sed quia
lex nostra est vna de legibus Tauri, in quibus est
speciale vt etiam præterita respiciant nisi aliud
per eas dispositum reperiatur & hæc nostra est vna
de ijs, ideo declarauit quod volebat legislator in
præseti futura nō vero præterita respicere quod
est optimum ad l. 6. tit. 1. lib. 20. supr. vbi diximus.

Ibi, Casandose y veladose. Copulatiue hæc ambo
requiruntur secundum quod diximus in l. precedente
super verbo Velado, & hæc verba sunt gerundij in
do, & sic conditionem & formam substantialem
inducunt, vt alibi per nos dictum est, & sic perfectio-
nem actus & implementū cōditionis requirunt, &
præcedere debet. Sed an sicut per velationem fi-
lius vel filia adipiscuntur vsumfructum bonorū
aduentitiorū à patre, sic & adipiscuntur perueniē-
do ad ætatē & 25 annorum, & videtur quod sic ex
tex. optimo quem à nemine vsque adhuc ad hoc conside-
ratū vidi in l. 31. ti. 11. pa. 4. ibi. Fuerras ende si la ouies-
se de entregar a los hyos que no fuesen de hedad qui la
puede tener el padre o la madre, fasta que sean de he-
dad. Ergo à contrario considerando dictionem
illam, Fasta, quæ exclusiua est, & inclusiua,

C 4

includit

Quæstio
secunda.

Quæstio
tertia.

Quæstio
quarta.
& noua
ad legem
nostram.

6

includit enim in se casum cum fuerit filius. 25. annorum & abinde exclusiua est, vt possit filius à contrario sensu petere à patre dotem matris & sic bona aduentitia, inclusio enim vnus est exclusio alterius & è contra, ætasque 25. annorum est illa, quæ habilitat filium ad contrahendum cum patre, *secundum l. 9. tit. 11. lib. 1. fori*, & sic inquit Boheri. *deciso. 197. num. 3. vt in Regno Fræciæ & Ducatu Britannia*, vt per aduentum 25. annorum filius efficiatur capax petendi bona aduentitia, & sic fructu eorum vtendi, & pro hoc etiam considerabam. *l. illam. 9. tit. 11. lib. 1. fori* requirentem vltra matrimonij contractum & velationem ætatem viginti quinque annorum vt filius vel filia pro emancipatis haberetur, maioremque vim faciebat lex hæc fori in ætate quam in velatione. ad hunc effectum maxime si vt aduertit ibi Suarez *limi. 1. fol. 77. in principio, in antiquis*, esset apposta disiunctiua illa. *O de hedad de weynthe y cinco años*, quam in suo libro habere asserbat, quæ si adesset, esset ibi tex. expressissimus pro hac opinione, cum per disiunctiuam sola peruentio ad ætatem an sufficeret ad emancipationem hæc consequendam, & sic peti possent bona aduentitia à patre, præsertim attenda dicta lege partitarum, quæ pro hac opinione fortis videtur, & sic secundum hoc non procederet glos. & communis opinio in *l. fin. §. Pupillus. ff. de verb. oblig. dicens* filium etiam sexagenarium ¶ non exire patris potestatem, quam communem asserit Anto. Gom. *l. 47. Tauri. num. 1. & Pinel. in secunda parte l. 1. num. 34. C. de bonis. Mater.* sed potius communis hæc correctæ remaneret, veruntamen quia lex nostra de ætate illa mentionem non facit sed tatum de matrimonio & velatione vt filius vel filia emancipati sint & petere possint vsumfructum bonorum aduentitiorum à patre habitum, teneo ætatem illam 25. annorum non sufficere adhuc, neque per eam exire filium vel filiam patris potestatem, & sic nunquam in practica vidi de hoc dubitari, & argumentum à contrario sensu non est sumendum ex dicta l. partitarum pro prima opinione allegata ad corrigendum iura ciuilia, neque lex illa fori est attendenda nisi in locis vbi eius vsus probaretur, præsertim cum lex nostra & præcedens limitariue loquentes nihil de ætate meminerint, quasi ætas 25. annorum in hoc casu effectum non inducat, ad propositum ergo verborum nostrorum legis nostræ redeundo pro eorum declaratione notare habes quod pater ratione patriæ potestatis quam habet in filium, acquirit ipso iure ex legis dispositione vsumfructum in omnibus bonis filiorum modo proueniant à patre vel ab eius linea, modo à consanguineis, modo ab alijs penitus extraneis, & proprietates ipsi filijs reseruat, ¶ *secundum text. in l. 1. C. de bon. mat. & l. 5. ti. 17. pa. 4.* quod pluribus ampliat modis Anto. Gom. *hic nu. 1. cum sequent. plurib.* à quo desumpsit Matienço *hic in gl. 1.* quod & an in fructibus præbendæ Ecclesiasticæ à filio possessæ procedat dixi in *l. precedenti*, & cum hæc in patre procederent, limitauit ea lex nostra, vt si filius vel filia contraheret matrimonium & velaretur possent à patre vsumfructum bonorum suorum petere, vt consolidaretur cum proprietate, vnusquisque filiorum coniugatorum & velatorum partem suam petendo, & si vnus tantum

esset filius, omnem vsumfructum petet, & sic est lex nostra declaranda, alia de perceptione vsumfructus Doctores hic inculcant, quæ cum ad rem non faciant omiffa facio, per ipsos videbuntur.

Ibi, *El vsumfructu*. Intellige vt & commoditatē eius etiam percipiat, in correctionem doctrinæ illius quæ antea generaliter habebat, quod licet filius exhibat patris potestatem propter quod pater amittebat vsumfructum, non tamen amittebat commoditatem, ¶ *prout ex doctrina Barto. in l. item in potestate. ff. de ijs qui sunt sui vel alie. deducebat Carolus à Grassalis lib. 1. Regal. Fran. iur. 10. pag. 3. in paruis*, quod quidem quamuis verum esset & procederet quoad alias emâcipationum species, non tamen procedet quoad hæc nostri tex. emâcipationem, nam & commoditatem amittere pater: & quid sit vsumfructus & quotuplex declarat Castillo *hic*. Et an pater possit petere à filio expensas litis factas in rebus filij aduentitijs, quarum ¶ vsumfructum restituit ipsi filio, vel sumptus factos in perpetuam rei vtilitatem, vide late & optime per Pinel. *in 2. parte l. 1. C. de bon. mat. num. 68. & 72.* & an onus rei, ex qua percipitur vsumfructus soluet vsumfructuarius vel proprietarius ¶ vide Couarrubias, *lib. 2. vari. c. 2.*

Ibi, *De todos sus bienes aduenticios*. Sed quæ dicantur bona aduentitia ¶ melius quam alibi declaratur *l. 5. ti. 17. par. 4.* ex qua quidem approbatur doctrina illa Bart. relata per Anton. Gom. *rim. 2. c. 15. num. 11. in fin.* dicens quod illa, quæ quærit filius suo labore aduentitia reputantur *secundum glo. 2. l. 2. tit. 13. par. 5.* & sic filij sunt, quoad proprietatem, & patris quoad vsumfructum, & sic boues & alia lucra acquisita per filium ex labore suo, & soldatis conferre ea ¶ & diuidere cum alijs fratribus filius hic ea acquirens non tenetur, sed ea præcipua habebit, *ex l. 7. tit. 4. lib. 3. fori, & Montaluo in l. 5. tit. 17. par. 4. & in l. 29. Tauri quæ ponitur sub l. 3. tit. De las herencias. infra isto lib. Latius dicemus*, ex quo cum lucrata à filio labore suo dicantur aduentitia, nimirum, si ipso filio velato, sit eorum vsumfructus ei restituendus per patrem, & abinde cum proprietate consolidetur *ex text. hic in ijs verbis, De todos sus bienes aduenticios*, vniuersalitas enim illa, *todos*, nihil excludit, vt in *casu Romanorum 19. distinctione* & verbum *sus*, latine, *suum sua suum*, dominium denotat, & sic proprietatem ita quod in illis in quibus filius velatus proprietatem habet, lex nostra locum habeat, sicut & locum habebit in omni eo, quod pater promittit filio benemerito, illud enim aduentitium ¶ etiã dicitur, *secundum gloss. 3. l. 24. tit. 13. par. 5. ubi & alia refert, quæ aduentitia dicantur*, itidem & tertio locum noster text. habebit in bonis illis, quæ filius propter merita sua acquisiuit, puta, donatione extranei sibi facta, nam & hæc aduentitia dicuntur, *secundum Ias. in l. quod dicitur, num. 18. fol. 178. ff. de verbo. oblig. & probatur ex d. l. 5. tit. 17. par. 4. imo & quod plus est secund. Ias. ibi. n. 20.* omne illud, quod extraneus aliquis propter merita filij patri ipsius filij donaret vel relinqueret, vel promitteret, aduentitium dicitur, & pater vt filij videtur stipulari ea, & ibi ipse Ias. Dubitat an si pater stipuletur domum fieri filio in solo ipsius patris, superficies facta ipsi filio acquiratur, & aduentitium dicatur, cum ergo supra dicta bona aduentitia dicantur filio velato cui pertinent acquiruntur

Quæstio quinta.

10

11

Quæstio sexta.

12

13

14

quiruntur etiã quoad vsumfructũ ex lege nostra, omnem aduentitiorum vsumfructum tali filio restituendũ probante, illorum tamen bonorũ, quæ castrensia vel quasi dicuntur, lex nostra non prouidit, quoniam hæc talia filiis ipsis etiã non emancipatis adquiruntur in proprietate & vsumfructu, secundum tex. in l. 7. tit. 17. par. 4. vbi & ipsamet lex declarat quæ dicantur castrensia vel
 15 quasi, † de quo & per tex. & ibi glos. 2. in l. 2. tit. 2. part. 3. & per Conciuem nostrum Doctorem Gutierrez in repetitione §. sui num. 25. cum duobus sequentibus, insit. de hered. qualit. & differ. & quare Castrensia dicantur declarat. l. 16. tit. 17. par. 4. Et an salariũ
 16 datum medico de publico dicatur Castrense † vide Montal. l. 1. tit. 13. lib. 3. fori. Et intellige dicta scilicet, quod bonorum aduentitiorum pater vsumfructũ habet, eorũ scilicet quæ filio acquisita fuerunt anteaquam velaretur, nam eorum quæ filio obuenerunt post matrimonij contractum
 17 & velationẽ, acquisitio † fit filio tali in proprietate & vsumfructu, cũ tũc deficiat patria potestas propterquã patri vsumfructus eorũ acquiri poterat, secundum Anton. Gom. hic n. 6. Sed est dubiũ
 18 quis probabit quod sint aduentitia, & dicendũ est quod filius ea petens, † tum quia ipse actor est & actore non probante reus pater est absolue-
 nus, tunc etiã quia de iure ciuili omnia patris præsumebantur, & ex bonis mariti acquisita, secundum Palac. Rub. in rubrica §. 60. per totũ præsertim in n. 15. de iure vero nostro Regio ex l. 1. tit. De las ganancias, infra isto lib. præsumuntur lucrata constante matrimonio, ergo filius ea petens tãquam aduentitia, tenetur probare talia, esse probabitque per instrumẽta vel testes, vel inuentarium à patre factum, quia licet pater bonorum vxoris mortuæ inuentariũ facere non teneatur, hoc est verum tẽpore mortis, tẽpore tamẽ contracti matrimonij tenetur, imo & tẽpore mortis cogi potest quandã memoriã & descriptionem bonorum vxoris facere secundũ quod dixi in l. 4. supra isto tit. & lib. & per illã memoriã probari possunt bona illa: item intellige quod tunc potest filius velatus petere vsumfructum bonorum aduentitiorum, quoties pubes factus velatur, secus si ante, nam tunc etiam per velationẽ
 19 non exit patris potestati, † ut supra proxima glossa dixi, & tenet expresse Baeza de decima tut. c. 4. n. 20. raro tamen hoc eueniet.

Ibi, sea obligado, Aded vt & in conscientia tenetur pater vsumfructum horum bonorum aduentitiorum post velationẽ decursum ipso filio
 20 velato, cuius bona sunt, restituere, † nã cum lex hæc honesta, iusta & sancta sit, & in fauorem quodammodo matrimonij, vt eius onera sustentari valeant, merito quod in conscientia obliget, cum hæc sit proprietas similis legis, secundũ Soro, lib. 1. de iust. questione 6. artic. 4. consideratq; & tenet in proposito nostra legis gl. mag. col. 2. in l. 5. tit. 5. par. 6. & fundatur, nam causa acquisitionis talis vsumfructus est patria potestas, quæ tamen per velationẽ cessat, & cum causa deficiat, deficit & titulus ea capiendi, igitur aliena capit tunc pater, & per consequens ad restitutionem tenetur, & nisi restituat, rapit, item vbi lex ciuilis expresso non reprobat, ab ecclesia, neque continet in se
 21 peccatum, obseruanda est in foro animæ, † prout communem testatur Barba. in c. filius colum. 2. num. 8.

de testam. & ibi Couar. & qui potestati resistit Dei ordinationi resistit, ad Romanos 13. tradit Couar. C. cum esses num. 6. de testam. & in c. peccatum 2. par. §. 3. & facit optima l. 15. ritu. 18. par. 4. & ibi glos. pen. & fin. & tex. in l. litis. §. pater ff. de neg. gest. item & quia cum ex die quo filius velatur, fructus consolidentur cum proprietate ex text. nostro hic, ibi, Casando y velando. iunctis verbis, Aya para si, ex tunc tenetur pater reddere rationem administrationis bonorum illorum & vsumfructus eorum, secundum Fanum, de pign. 2. part. 4. membro num. 15. imo & ex tunc bona patris remanent filio hypothecata, † secundum eum ibi, num. 15. 16. & 19. diesque etiam tacita hominem interpellat & in mora constituit, secundum Iaf. in l. quoties in diem, num. 5. fol. 92. ff. de verbor. oblig. & sic læsam ex tunc pater conscientiam habet, igitur nimirum si ex tũc obligemus eum ad restitutionẽ filio huic & hæredibus eius, præsertim cum verba nostri tex. ibi, Aya para si, siue præsentis temporis ea esse dicas, siue futuri, vt dixit Tell. l. 16. Taur. num. 10. executiua & priuatiua sunt, nã cum filio acquiri dicat lex nostra vsumfructum, in consequentiam & in necessarium antecedens eo priuat patrem eo tunc gaudẽtem, tutissima enim iuris regula est, quod qui in sua dispositione vult vnum quid, cense-
 22 tur velle omne aliud, sine quo istud vnum † esse non potest in necessarium antecedens suæ dispositionis, vt l. necis §. 1. & l. illud ff. de acquir. hered. l. si uer legatum ff. de seru. notat Soci. l. un. in consil. 28. num. 6. volumine 2. & inclusio vnius est exclusio alterius, sed verbum priuatiuum etiam futuri temporis, quamuis de natura eius non sit priuationẽ inducere ipso iure, tali casu inducit eam † ex dictis per Felin. & Cuma. ab eo
 24 relatum in c. Rodolphus, nu. 25. de rescript. & Deci. c. ex parte 1. num. 3. eodem tit. & notat Didac. Perez in l. 17. tit. 3. lib. 1. ord. col. 146. versic. No pueda, & Iaf. in l. in emphiteuticarijs, nu. 13. C. de iur. Emphi. Sed cum ipso iure filio applicetur vsumfructus hic & in consequentiã pater eo priuetur, & per velationem filij, & statim filio applicetur, ex dictis per Tell. l. 4. Taur. num. 45. igitur in conscientia tenetur restituere vsumfructum post velationem perceptum, prout & succinte tenuit
 Gomez Arias hic quam legit sub l. 46. Tauri, num. fin. ideo multum patres ad hoc debent aduertere nẽ conscientias suas grauẽt, quod in rãtum verum est quod nõ solum tenetur pater restitu-
 25 tionẽ hæc facere de bonis præsentibus, sed & de futuris, * secundũ Castillo hic nu. 11. vbi & n. 12. inquit tũc teneri patrẽ ad hæc restitutionẽ quoties habet vnde possit, secus vero aliàs, quod tamẽ an in conscientia excusset si pater potuit aliquãdo restituere & noluit, cõsule Theologos. Sed est in propositum singularis quæstio, num si
 26 filius hic non contradixerit patri huic percipienti hunc vsumfructũ cõtra legis nostræ dispositionẽ, an censebitur donatum patri vsumfructum hunc post filij velationẽ perceptum, ita quod ipse pater & hæredes eius tuti remaneant tam in iustitia quam in conscientia, † & in hæc
 quæstione reperio qd Castillo hic dicto n. 31. tenet quod sic, & quod pater, & eius hæredes tũc non tenentur ad restitutionẽ hæc, quia filius cõsente remissit vsumfructũ hunc per patrẽ perceptũ dum
 vixit,

Quæstio
 septima.

Quæstio
 octaua.

vixit, sicut & in patre idem cēsetur si permitte-
ret filio nondum velato bonorum aduentitorū
vsumfructū percipere, quia neq; filius neq; hæ-
redes tenebūtur illum restituere patri vel hære-
dibus suis, * *secundū tex. in l. cum oportet §. sin au-*
tem res sibi memorato C. de bon. qua lib. & secundū
Tell. optimē in l. 17. Tauri. n. 59. & 62. clarius, &
optimē per Fracit. Beciū, cōsil. fin. n. 29. vbi ex hoc
inquit mortuo patre nō teneri filiū hos fructus
conferre, & Ial. in l. vt nemini. n. 2. C. de collatio. vbi
se remittit alibi vbi contrarium tenuit, ergo &
ē contratio in nostro casu si filius velatus cōcē-
tiat tacēdo, idem erit dicendū, & hoc solū argu-
mēto ita tenet Castillo, dicto n. 11. ego tamē salua
eius pace semper tenui & teneo contrariū, imo
quod si pater moriatur possit ipse filius petere
vsumfructū talem à patre perceptum, à die quo
ipse filius vxoratus & velat⁹ fuit, & pro hac mea
opinionē considero fundamentū ipsiusmet Do-
ctoris del Castillo, nam si pater censetur remis-
sisse vsumfructū à filio perceptū ex bonis patris
ipsius viuēte patre, quia pater ipse, neq; in vita,
neque in morte non repetiit à filio vsumfructū
hunc, neq; iussit repeti, nā si repeteret vel iube-
ret repeti esset vtiq; præstandum, non solū futu-
rum sed & præteritum secundum Tell. dicto n. 62.
& Paul. in l. cum oportet §. sin autem. n. 4. C. de bon.
lib. & faciunt dicta per Anton. Gom. tom. 2. c. 4. n. 21.
licet hoc de præterito non vsq; quaq; firmo, ex
dictis per Anton. Gom. hic n. 10 & per Aluaro, de
con. lib. ment. tes. lib. 1. c. 2. n. 8. in fine cū sequente.
Si ergo vt filius tenetur ad hanc restitutionem,
peritio patris vel iussus eius requiritur, & ijs de-
ficientibus vel aliquo eorū cessat restitutio, ergo
à contrario si filius mortuo patre percipiente
vsumfructū bonorum aduentitorū filij velati
petat vsumfructum hunc, vel peti iubeat resti-
tuen dum est omnino ipso filio petenti, vel iubē-
ti peti, ergo ex argumento eodem conuincitur
ipse Castillo, itē & quia nō militat eadem ratio
cum filius non repetit à patre viuo, vel cū pater
non repetit à filio, sed potius diuersissima, quo-
niam in patre non reperēte damus liberā volū-
tatem, qua quidē cum vsus in vita non fuerit, re-
mississe & donasse censendum est, in filio autem
respectu patris non liberā, sed coactam reper-
imus, nam ob patris reuerētiā tacebit, & reue-
rentialis hic metus licet non sufficiat ad rescin-
*dendum contractū, * contra glos. communiter*
reprobata in l. 1. §. qua oneranda ff. quarum rer.
actio. non detur, nisi illam intelligis vt per Couar.
in 4. par. 2. c. 3. §. 6. nu. 4. ad finem, tamen vt non cē-
seatur donasse neq; remississe vsumfructū suffi-
cit metus hic reuerentialis filij erga patrem, se-
condū Suarez allegatio. 24. in principio, vbi inquit
quod ille qui non contradicit propter reueren-
tiam non præsumitur consentire, † l. si cum dotem
§. eō autem ff. solut. matrim. neq; nocet silentiū
mulieris non audenti contradicere propter ma-
riti reuerētiā secundū Bal. in l. si sine, in principio
C. ad Velia. imo quamuis consanguinei alij tūc
adhibeantur, non censetur cessare reuerentiam
paternam secundum Suarez vbi supra, columna 2.
vers. adde Revr. Si ergo damus inter hos casus
differētem rationem, igitur non est arguendum
de filio ad patrem in hoc casu, præsertim si pater
est homo iracundus, terribilis & rursū cōditio-

nis, sicut in vxore in simili casu inquit Matthe⁹
Afflic. decis. 44. n. 8. & sic inquit Palde. Rub. in ru-
brica §. 42. & in hac diximus lege, quod si pater
ex præbēda filij percepit fructus, ter erit redde-
re eorū administrationis rationē & filius recu-
perabit ab hæredibus patris, & sic teneo cōtra
Castillo, scilicet, quod licet filius taceat in vita
patris, potest ab hæredibus patris fructus hos
petere, & sic in facto consulimus conciliis no-
ster & ego, absq; eo quod vnus ab alio de consi-
lio particeps fieret, & cū ipse prius in lucē edi-
disset, tractatum suum de iuramento confirma-
torio, ibidem in prima parte c. 4. n. 18. cum sequen-
tibus pluribus, produxit prius opinionē hanc, quā
tenendā credo pro nunc, tu latius eam fundare
poteris dum otium habueris.

Ibi, *sin le quedar parte alguna del usufructo dellos.*
Et sic neq; commoditas penes patrem remane-
bit, ex ijs verbis, quoniam appellatione, vsum-
fructus etiam commoditas venit, *secundū Castillo*
hic, n. 5. licet aliās si pater nō potest vti vsumfructu
bonorum filij putā, quia mater sic voluit, vel in
similibus casibus de quibus per Doctores in au-
thentica, excipitur C. de bon. qua lib. & per Anton.
Com. hic, potest tamē tūc vti cōmoditate dicta, †
putā, si bona hæc cōsistat in vaccis & equabus,
capris, & ouibus quorū vsumfructus sunt pulli,
& vituli, & partus alij ex eis nati, commoditas
autē est lac, & lana, & casei ouium, & caprarū,
qua quidē commoditate tūc vti poterit licet
vsumfructu non possit secundum glos. mag. in l. 5. tit.
17. part. 4. & Suarez in questione maioratus num. 15.
pag. 435. & in l. quoniam in prioribus, limitatione 1.
nu. 10. pag. 109. in specie tamen nostri texti, neq;
commoditate hac vteretur pater, & sic verba hæc
intelligi possunt, & bene, velut alio modo ea in-
telligit Anton. Gom. hic nu. 6. & Baeza de decim.
tato. c. 4. num. 19. & hæc pro hac lege cætera per
commentatores hic videbuntur.

In l. 10. & 11.

SUMMARIVM.

- 1 Princeps non potest aliquid statuere quod ma-
trimoniū liberā consensum impediāt. nu. 1.
- 2 Statutum tollens libertatem contrahendū ma-
trimonium an valeat. 2. Vbi, an metus re-
uerentialis impediāt matrimonium.

SUMMARIVM.

Litera Regie continentes, vt mulier
aliqua contra voluntatem & inuita nu-
bat cum tali, nulla sunt nulliusque valoris
& effectus, nullusque dominus, neque de-
bet, neque potest cogere subditum aut sub-
ditam cōtrahere matrimonium cū aliquo.

Ibi: MANDAMOS QUE LA TAL CARTA. Lite-
ræ enim cōtra ius ellicite nullo modo sūt ad-
implēdæ, vt latē diximus in l. 1. & 3. tit. De las prou-
isiones, lib. 4. supra: est autem contra ius tales lite-
ras patet, quoniam matrimonia libera de-
bent

bent esse, neque potest princeps statuere aliquid
 1 quod matrimonij liberum † consensum impe-
 diat, ut examinat Paul. Rub. relatus per Couar. in 4.
 pa. 2. c. 3. §. 8. num. 6. & preces talis domini (si sã-
 uire soleat in non obedientes) iustum metum
 inducunt, secundum Abb. in c. fin. qui cler. vel vou.
 & Alfons. à Veracrucce, in Speculo coniug. par. 1. ar-
 ticulo 8. de coactione conclusio 5. imo & statutum
 2 tollens liberam contrahendi matrimonij volũ-
 tatem non valere discutit † Baeça de nõ meliorad.

filia c. 2. num. 1. cum sequentibus, & an metus reue-
 rentialis impediat matrimonij cõtractum vide
 per Couar. in 4. parte. 2. c. 3. §. 6. num. 3. Anathe-
 matizanturque iam domini temporales subdi-
 tos ad matrimonia cogentes ex decreto 9. Concil.
 Trid. sessio. 24. de quo per Alfons. à Veracrucce in dicto
 articulo 8. in fin. & iterum in articulo 7. & in ap-
 pendice ad Concilium Tridentinum in titu. quom. in-
 tellig. vox illa anathemat. & hæc pro hoc titulo
 primo.



Sequitur titulus secundus de las Do- tes, Arras, y Ioyas.

L T QVONIAM matrimonia non solent esse sine dote, imò
 dote non existente iam multi matrimonium cõtrahere fugiũt,
 propter magna onera matrimonij, solentq; arrhæ & iocalia in
 matrimonijs interuenire, ideo post titulum præcedentem sub-
 sequitur noster titulus, ex quo quidem titulo & rubrica decerpitur, arrhas
 & iocalia nõ esse idẽ, sed diuersa, vt in l. sequenti, in glos. La octaua parte, dicemus.

In L. 1.

SVMMARIVM.

- | | |
|---|---|
| <p>1 Lex nostra & similes taxantes dotes an
 valida sint. n. 1.</p> <p>2 Casus plures, vbi excessus moderantur. n. 2.
 Lex nostra an dotes ante eam constitutas
 respiciat, & an futuras. ibidem. num. 2.</p> <p>3 Lex nostra omnes homines de mundo com-
 prendit. 3. Ex quo aliqua ibidẽ doctri-
 na reprobantur.</p> <p>4 Etiam si pater adquirat generum diuitem
 & nobilem nõ potest illi amplam & ex-
 cessiuam dotem promittere. 4. & 5.</p> <p>6 Promitti an possit per patrem aut matrem
 filia dotata & marito eius quod non me-
 liorabit alios filios. 6.</p> <p>7 Melioratus non dicitur capiens portionem
 de iure debitam. 7.
 Meliorata an censetur filia, de cuius legi-
 tima in dotis constitutione iubet nõ deducatur
 portio aliqua ad maioratum. 7.</p> <p>8 Meliorata filia ob dotem & pater melioras
 an sint tuti in conscientia. 8.</p> <p>9 Iuramento an firmetur talis melioratio. n. 9.</p> <p>10 Meliorari an possit filia pro dote nullis alijs
 filijs existentibus. 10. vbi si alij filij nas-
 cantur an reuocetur talis melioratio, &
 num. 11. an reconualescat melioratio si alij
 filij moriantur.</p> <p>11 Onus probandi an excedat dos nec ne, remis-
 sue. n. 11.</p> | <p>12 Lex nostra non procedit in filio masculino, nec
 in nepte eius, neque in nepte à filia proce-
 dente. 12.</p> <p>13 Extensio de nostra persona ad aliam fieri non
 debet etiam ex verisimili mente dispo-
 nentis. 13.</p> <p>14 Statutum excludens filias à successione non
 excludit neptes. 14.</p> <p>15 Donatio simplex facta per patrem filia exi-
 stente in potestate nulla dotis mentione
 facta an valeat. 15.</p> <p>16 Debita patris aut matris dotantium filiam
 an sint deducenda ad sciendum an dos ex-
 cedat nec nõ. 16.</p> <p>17 Prohibitus meliorare inter viuos nõ censetur
 meliorare ex testamento. 17. nisi, vt ibi. &
 ibi apponitur noua authoris consideratio.</p> <p>18 Excessus dotis filia constituta, quibus appli-
 cabitur personis. 18.</p> <p>19 Creditores patris non possunt agere contra
 excessum dictum, vbi & an filij. n. 19. cũ
 sequentibus pluribus, vbi & quid in patre
 examinatur vsq; ad num. 26. inclusiue.</p> <p>20 Clausula annullans cõtra factũ nõ operatur
 si velit ille in cuius fauore posita est. 20.</p> <p>22 Lex vbi resistit impeditur dominij trans-
 latio. 22.</p> <p>23 Verbu, pierda, dubiu est an sit lata sententia.</p> <p>24 Verbu, herederos, quoties agitur de re filiorũ,
 de eis & nõ de extraneis intelligitur. 24.</p> <p>25 Nullum ipso iure quoties aliquid est ipse qui
 fecit potest contrauenire. 25.
 Dos promissa ad sciendũ an excedat, quod tẽ-
 pus inspi-</p> |
|---|---|

- pus inspicietur. n. 25. vers. 4. & nō min^o.
 26 Donatio excessiua reuocatur per natiuitatē
 aliorum filiorum etiam in vita patris do-
 nantis. 26.
 27 Iuramento an confirmetur promissio ioca-
 lium excedens taxam legis. nu. 27. in fine.
 28 Maritus si habet filios legitimos, & natu-
 rales ex alia vxore non potest in iocali-
 bus ultra quintum dare. 28.
 29 Iocalia per extraneum data an possint ex-
 cedere taxam legis nostræ. 29.
 Fraus legi quomodo fiat in d. n. 29. remissiuè.
 30 Annulantur omnes promissiones & obli-
 31 gationes resciso contractu principali. 30.
 Vbi cum nu. 31. ampliatur.
 32 Cursus longissimi temporis an reualidet
 nullitatem nostri tex. num. 32.

S V M M A R I V M.

Taxa dotis filiabus præstanda lex no-
 stra declarat quæ sit, & alia.

ET pro introductione huius legis quærendū
 est an valeat huius legis dispositio, & vale-
 re defēdit optimè cōtra Hippolitū Couar. in 4.
 2. par. 3. §. 9. nu. 3. quem refert & sequitur Baeça,
 de non meliorād. filiabus c. 2. & additio. Segura in l.
 coheredi. §. cum filia fol. 45.

Ibi. *Atenta la desorden.* Hæc est principalior
 ratio decissiuæ nostri text. ex qua quidem deri-
 uatur alia scilicet, ne alij filij legitima sua de-
 fraudentur, nā data inordinatione dotium con-
 stituendarum, datur & damnum aliorum filio-
 rū inde proueniens, de qua quidem ratione latè
 tractat Baeça in præsentī sub tractatu illo de non me-
 liorand. filia. c. 2. licet aliquantulum confuset, sed
 in effectū hæc fuit ratio nostri text. scilicet in-
 ordinatus numerus dotis, & damnum ab inde
 proueniens alijs filijs, & finalis causa & ratio
 legislatoris fuit euitare damnum filiorum alio-
 rum opponendo ordinē & restringendo dotiū
 excessus, & fuit sãcta & iusta, & utilis dispositio.

Ibi: *De las dotes excisuias.* Quas restringi &
 coarctari iustè & prudētissimè lancitū est, prout
 & multis sanctorum & antiquorum authoritatibus
 probat Baeça hic dicto c. 2. nu. 16. cum sequentibus ali-
 2 quibus, & plures casus ꝑ vbi excessus moderatur
 vide per Auend. c. 14. præ. numero 3. lib. 1. & vide
 Minchacam controuersiarum vsufrequentiū. c. 5. n. 13.

Ibi, *De aqui adelante.* Ex ijs verbis videtur cō-
 fundi decisionem Ioan. Horoscij in l. Omnes po-
 puli, num. 149. ff. de iust. & iur. assentis disposi-
 tionem nostri tex. extendi etiam ad dotes con-
 stitutas ante huius legis dispositionem dum-
 modo nuptiæ earum post promulgationem no-
 stræ legis sint secutæ, quod tamen ex tex. nostro
 reprobatur, dotes constitutas post eius promul-
 gationem respiciente, non vero nuptias, & sic
 iure optimo reprobatur eum Baeça in præsentī. c. fi.
 nu. fi. ex verbis ijs nostri tex.

Ibi, *O persona que tuuiere dozientas mil marauedis.*
 Ex ijs verbis colligebat Auendaño, c. 14. præ.
 lib. 1. quem succinte sequebatur Didacus Perez
 in Repertorio, quod fecit ad pragmaticas Regias anti-
 quas, verbo, Reuocar, colligebant inquam, legem

Repro-
 batio
 Auend.
 & Di-
 da. Per.

nostram non procedere in aliis personis quam
 in habentibus hæc ducenta millia marapetino-
 rum quolibet anno, non considerantes verba
 sequētia nostri textu. ibi. *Y mādamos que ninguno,*
 omnem hominem comprehendere, & quanlibet
 personam ꝑ siue hanc siue aliam, minorem vel
 maiorem summam possidentem, imò & si nullū
 redditū quotanis habeat, sed res aliquas & pa-
 trimonium immobile vel mobile, aut se mouēs,
 quia quoties specialibus aliquibus præmissis se-
 quitur aliqua generalitas, nullus excipitur, sed
 omnes sub illa generalitate includuntur: item
 quare deberet limitari dos homini redditus hos
 habenti, & minus habenti non censeretur limi-
 tata, certe miserrimi ingenij est aliud dicere, &
 verba legis per corticem considerare, medullam
 autem spernere, nam nonnè ita in paucis rebus
 datur læsio aliorū filiorū ex excessiua dote vni
 filia promissa, sicut in habentibus hos annuos
 redditus? certe sic, licet non tam grauis summa
 erit vna lesio sicut alia in quantitate, sed in qua-
 litate sic, item quod maiori non licet, quare li-
 cebit minori? & sic iure optimo opinio illa
 Auēda. & Didaci Perez, reprobata fuit semper
 & eam reprobant Baeça, & relati ab eo, & est Baeça
 hic, c. 4. n. 2. & nouissimè post hæc Marienço hic,
 glos. 2. num. 3. qui hanc veriorē & receptiorē
 dicit opinionem, & quotidie in practica recipi-
 tur, & hanc voluit tenere Menesius in authentica, res
 quæ, num. 18. C. communia de legat. & hæc opinio
 approbata fuit in comitiis de Madrid, anni. 1573.
 c. 37. quod in secunda recognitione nostræ re-
 copilationis in subscriptione marginali apposi-
 tum fuit, verba tamen eius non inferuntur, ideo
 ad literam refero verba in modum sequentem.

Otrofi dezimos, que aunque por leyes de estos Rey-
 nos esta tassada y limitada la cantidad de los dotes
 que se han de dar y promerer, ni sea guardado, ni puede
 guardar, a causa del exceso grande que en la viuenda
 cesas necessarias para ella ay: y particular y principalmē-
 te, por razon de la demasia y soltura que se vsa en el dar
 de las joyas y vestidos al tiempo del casamiento, en todo ge-
 nero de gente, porque como cada vno haze la cuenta de
 lo que en esto ha de gastar, no se contenta con menos dote
 del que para ello es menester, y es causa de perderse y
 gastarse en ello lo que para viuir y sustentar la familia
 se da en dote, y de que al segundo año, o mes lo bueluen
 a vender forçosamente por la mitad de lo que les costo, y
 aun de otros muchos inconuinentes y discontētos que de
 ay se siguen: Y ansi es necessario poner en ello remedio, y
 el que a el Reyno parecia era que V. M. mandasse que
 ninguna persona pudiesse dar, ni diesse joyas ni vestidos
 dētro del primer año, despues que se desposare ni velare
 mas de lo que montare la veyntena parte del dote que
 recibiere, ni los padres, a titulo de dote pueda dar ni den
 las dichas joyas y vestidos en las dichas dotes en mas ca-
 ntidad que la veyntena parte. Y que para que esto se
 guarde y cumpla, sea obligado el escriuano, ante que se
 otorgare la carta de dote a poner en ella juramento del
 marido y de la muger de que ni han dado ni daran por
 si ni por otros directe ni indirecte mas joyas ni vesti-
 dos que los susodichos, ni los recibirán, so pena de perder las
 arras, y que el dote y arras en que no interuiniere el di-
 cho juramēto no valga ni haga fe, ni se pueda executar,
 a V. M. suplicamos assi lo mande ordenar y proueer.

A esto vos respōdemos q̄ en el entretāto q̄ sobre lo cōte-
 nido en vuestra petició se mirará lo q̄ conuēda proueer.

Los del nuestro consejo vean la ley que se hizo en las cortes de Madrid el año pasado de treynta y quatro (qua est nostra in presenti) para que las mugeres no puedan llevar en dote mas de lo que les cupiere de sus legitimas, ni la renuncien, y hagan guardar, cumplir y executar, sin excepcion de personas: y si para que mejor se guarde y execute fuere necesario añadir, o hazer en ella alguna declaracio se haga.

ECce ergo legem expressam, ibi. *Sin excepcion de personas.* Hanc nostrā contra Auend. opinionē approbans sicut & approbatur practica nostræ legis quæ semper vsitata fuit quicquid oscitanter dixerit Menesius *ubi supra, numero 23.* se audiuisse aliquando legem nostram apud peritissimos sub dissimulatione exoleuisse, sed fallitur qui dicto Menesio hoc assererat, & sic ipse *ibi numero 24.* inquit conueniēs esse nostram legem obseruari.

Ibi, *Hasta un quinto.* Ex ijs verbis reprobō etiam aliam Auend. opinionem, qui erroneè ex ijs colligebat *in dicto c. 14. prat. numero 19. lib. 1.* quod poterat filia meliorari si summa in lege nostra præscripta nō excedatur licet summa illa legitimam eius excedat, nam mētem legis Auend. non considerat, & sic *cum iure optimo reprobat Baeça, hic c. 3. numero 7. & 8.*

Ibi, *I mandamos.* Ex hoc versic. clarissime colligitur in omni persona dotante filiam, locum habere legem nostram siue sit diues siue pauper *vt in glos. o persona, supra eod. diximus.*

Ibi, *De tercio y quinto.* Neq; in alia minori summa legitimam tamen dotatæ excedere, vt aduertit Baeça. *dicto c. 3. in presenti, & ex presenti nostra leg. clarissimè deducitur nihil amplius quam legitimam permittere dari in dote, præsertim cum secundum l. 26. Tauri pro l. 10. tit. 6. infra isto lib. positam omne donatū per patrem filio vel filia in tertio & quinto veniat computandum, & cum lex nostra similes meliorationes excludat, hanc etiam licet totum tertium & quintū, vel vnum eorum non absorbeat, excludit filia per viam dotis donati, imo & quod plus est quod etiā si per viam donationis & meliorationis nō daretur sed simpliciter mille pro dote filia promitterentur, si in eis daretur excessus legitimæ nihil excessus valebit, ex tex. nostro generaliter prohibente nihil aliud quam legitimam posse filia pro dote assignari, nē filijs alijs præiudicaretur, & ita tenet Baeça, hic c. 3. per totum relatus per Doctor. Gutierrez de iura. confir. c. 59. numero 17. versic. sextum & vltimū partis primæ, sed an si excessus hic sit modicus an vitabitur, vel valebit, tangit Baeça hic c. 27. Vterius & reprobatur opinio glossæ magnæ *in columna. 2. in fin. in l. 8. tit. 4. par. 5.* asserentis legem nostram non procedere, quoties pater volens acquirere generum diuitem & nobilē dedit filia amplam dorem cum faciat negotium suum † & familiae suæ, nam cum tex. noster generaliter loquatur generaliter est intelligendus, item quia & in hoc casu militat ratio nostri tex. eo quod filij alij præiudicantur, neque ex genero nobili filij alij participant, & vnusquisq; sibi potius vult prodesse, quam alij, charitasque bene ordinata incipit à se ipso, gaudentque fratres potius habere facultates, quam fratrem in tunica sibi præferri, *secundum Baeça hic c. 2. numero 36.* & contra patrem, qui spiritali iustitia dotis nomine filiam meliorauit † vt*

nubat nobili vel potenti, inucht Bern. Diaz *in regula. 213. fallē. 4. ad si. relatus per Baeçam hic c. 2. n. 2.*

Quid tamen si vltra dotem pater promittat ipsi filia & marito suo quod nō meliorabit alios filios in tertio neque in quinto, nunquid si pater post augeat bona sua, & petat legitimam impleri ex augmento illo, quia tanquam augmentum dotis illud petere non potest, *secundum Baeçam hic c. 5.* sed petat in vim legitimæ id quod sibi ex augmento competit, valebit pactum illud & promissio de non meliorando alios fratres, qui tamen post meliorati sunt per patrem ipsum, an vero nulla erit ita quod de melioratione filia, hæc nil capiat, † & cum semel conciuis meus **6** Doctor Gutierrez Canonicus Ciuitatensis haberemus quæstionem hanc & in voce disputaremus, ipse tenuit opinionem quod non valeret, ego tamen tenui contrariam, imò quod valeat, & cum inuicem fundamenta vnusquisque pro sua parte in medium profferret, & ipse prius in lucem prodidisset quæstionem hanc, fundamenta sua & mea retulit *in tract. suo de iuram. confirm. c. 59. numero 14. cum sequentibus*, quæ cum ipse ea fideliter retulerit, prout sui moris est, non est necesse quod ea nunc repetam, ego tamē fundamentis illis pro mea opinione per ipsum adductis, semper tenui & teneo contrariam opinionem, dum modo non adsit intentio contradicendi ei, hanc enim nunquam habui neque habeo præsertim aduersus meum intimum & conciuem, sed quia hæc mihi semper placuit opinio hanc teneo, *quam posthac vidi tenuisse Matienzo, l. 6. glos. 1. numero 6. & 7. tit. 6. infra eod. ubi allegat adhoc Baeçam hic c. 22. numero 9. & nouissimè Angulo, in dicta l. 6. glos. 1. numero 4. cum sequentibus pluribus, quos ad hoc allegauit Vclarque l. 22. Tauri. numero 10. & sic eos sequi voluit cum nihil de hoc dixerit in l. 44. Tauri. glos. 16. in fine, ad quam se remisit, & Angulo, ubi supra, infert ex hoc plura notabilia, & omissis dictis fundamentis duobus inconuincibilibus urgeor multū ad hoc tenendum. Et primo quia in hac quæstione deficiunt duæ principales considerationes nostri tex. quibus fundatur eius decisio. Primo quia hic deficit melioratio in filia hac, quia non vtriq; vltra legitimam capit. Secundo quia deficit damnum filiorū in legitimis suis, & quoad primum patet deficere, quid est enim melioratio, nisi capere plusquā aduersarius & cōpetitor capit, ista autē nō capit plus, quia equalis est cum fratribus & fratres cū ea, igitur non est meliorata, capiens enim portionem de iure debitam † melioratus **7** non dicitur, *secundum Baeçam sic in ijs terminis & in fortioribus tenentem, in presenti. c. 22. nu. 8. & 9.* quoad secundū patet damnum non inferri filijs, quia cum legitimas suas integre percipiant, cōqueri se non possunt, nācum vt ex aduerso fatetur & verū est, tertium bonorū respectu filiorū, & quintū respectu etiā extraneorū non sit legitima eorum, nullum damnum patiuntur in legitimis filij ipsi sed equales potius sunt, ergo deficit intentus & ratio finalis nostri tex. scilicet, nē filia plusquam fratres percipiat, ergo promissio valida est, neq; aduertatur ei dispositio nostri tex. sed potius cōprobat eam, præsertim cū resulter in euitationē correctionis **l. 22. Taur. qua est l. 6. tit. 6. l. isto infra,** & in cōprobationē iuris ciuiliis secundū quod equalitas in filijs*

Repro-
batur
Grego-
rius
Lupus.

4

5

est plurimum attendenda, & secundum hoc cessant argumeta pro contraria parte adducta, cessant etiam responsiones contrarijs meis argumentis datae per conciuem nostrum, & praesertim cessat id quod ibidem in n. 19. ipse respondet, nam Baeça *ibi* allegatus non loquitur in casu in quo sit deductum ex omnibus bonis tertium & quintum, sed potius in casu in quo non esset deductum, sed deducendum, potius ex bonis filiorum, non vero ex dote filiae ipsius, aliter enim nihil dubij *ibidem* Baeça disposuisset, & sic vult *ibi* Baeça quod tertium & quintum non deducatur ex dote sicut pater disposuit, sed ex bonis aliorum filiorum, & tunc si hoc facto filia haec pro dote nihil aliud plus sua legitima in effectu percepit, valida est haec patris dispositio, & non defalcabitur dos eius, ut est *consonum l. 25. Tau. que est l. 9. tit. 6. infra isto lib.* sed si defalcatione hac tertij & quinti facta filia ipsa plus legitima sua percepit quam quilibet aliorum filiorum illud plus eis restituet, & hoc voluit *ibi* Baeça, & sic eius opinio pro nostra facit & explodi non potest, quod & fundatur ex eo quod dixit ipsemet Baeça *in praesenti. c. 1. nu. 30. in fi.* scilicet, quod si pater daret dotem & diceret, ne filia afferret in collationem, si ex hoc resultat melioratio, non est seruanda haec dispositio, & in hoc casu dicit esse correctam *authen. ex testamento C. de collatio. l. 3. tit. 15. par. 6.* secus vero si melioratio non resultaret, & sic videtur tenenda haec nostra opinio, quam tu latius suo tempore pensitabis, hanc tamen ego pro nunc teneo: limitari tamen posset, ut non procederet quoties in promissione tali de non meliorando tempore constituta dotis filiae huic facta, diceretur, quod si aliter fieret melioratio ipsi filiae & non meliorato censeatur facta, nam in hoc esset melioratio nulla, ne videretur filia meliorata in tertio vel quinto, vel in utroque, non tamen desineret valere promissio ipsa de non meliorando alios. Sed an censeatur filia meliorata de cuius legitima pater iubet ut non deducatur portio aliqua ad maiorum, vide per Baeçam *hic dicto cap. 22. qui cum 4. capitulis sequentibus* alia similia adducit in proposito, & *cap. 26.* quaerit an si filiae detur officium decurionatus, vel tabellionatus censeatur in hoc meliorata si detur ultra legitimam, quod dependet ab illa quaestione num officia haec sint in legitimam imputanda de quo suo in loco dicemus. Et an meliorata filia & pater meliorans sint tuti in

8 conscientia, † tradit Tellus *l. 26. Tauri. columna final.* & Baeça *hic c. 29.* vbi & determinat an iuramento firmetur talis melioratio, † *de quo & per Guierrium in dicto cap. 59. de iuram. confirm. nu. final.*

9 & quid si nulli alij adsint, an possit filia pro dote meliorari, † vide per eundem Baeçam *hic ca. 6.* &

10 an tunc reuocetur talis melioratio si alij filij nascantur, & quatenus tradit idem Baeça, *cap. 9. & in l. 3. titulo 8. in glos. Para se dezir, infra hic l. diximus,* & quid si filij nati tempore dotis & meliorationis

11 moriantur, an reconualescat melioratio, † vide *enla & ibidem c. 10.* & cui incumbat Onus probandi excedat nec ut dos legitimam, vide Couarrub. *lib. 2. var. c. 6. num. septimo, & Baeçam, hic capit. 36.*

Ibi, De hijis. Et sic in filio masculo non procedit, ut posthac aduertit Matienço, *hic glos. 2. nu. 5. & 6. & Tellus in l. 17. Tauri. numero 75. & Baeça, sup. 7.* vbi & examinant an in nepte ex filio ma-

sculo procedat, & in neptibus & auo, & sic an in nepte ex filia procedat, & videtur, non procedere in nepte, † propter verbum, *Hijas*, toties ¹² per legem nostram geminatum, quae geminatio plurimum operatur in iure ut per doctores *c. Ballista. ff. ad Trebelia. & per Euerardum in centuria locorum c. a geminatione, & Ias. in l. si constante numero 83. ff. solut. matrim. & Mexia in apparatu ad leg. De Toledo, in 4. fundamento primae partis, numero 6. cum sequentibus pluribus, fol. 7.* extensioque *De vna persona, ad aliam fieri non debet etiam ex verisimili mente disponentis, † secundum rex. l. si quis ita §. penul. ff. 13 de resta. tur. bonus rex. in l. si ita scriptum sit versi. quod non est e contrario, de leg. 2. Deci. consil. 291. numero 6. Burgos de Paz alia allegans in consil. 9. numero 13. & consil. 31. numero 34. lib. 5. Tiraq. de utroq. retrac. 1. par. §. 1. glo. 9. numero 38. fol. 139.* & facit in argumentum communis illa opinio asserta per Ial. *in l. qui exceptionem numero 1 ff. de cond. in deb. contra Paul. ibi, & Euerardum vbi supra loco 35. versi. sed ista regula, scilicet, quod statutum excludens filias † a suc- 14 cessione non excludit neptes, filiusq; clerici licet repellatur a successione matris, non tamen censeatur exclusus nepos vel neptis, secundum glos. natus, col. 2. in fi. in l. 11. tit. 13. par. 6. & ijs & alijs fundamentis, ita reperij tenuisse Tellum, in l. 17. Tau. numero 75. & Dic. Per. in Reportorio pragmaticarum antiquarum verbo, Reuocar, & posthac vidi sic tenentem Matienço *hic glos. 2. numero 6.* & tenuerunt plures aduocati huius civitatis Placentinae, quicquid Baeça, *hic c. 7. numero 11.* aliud velit, prout & voluit Pelaez *de maior. 1. par. quaest. 15. numero 19.* cuius tamen fundamenta, ut posthac aduertit Matienço, non sunt leuia, neque deberet esse peioris conditionis filia quam neptis, ut in simili inquit Tiraquellus *de primogenitura, quaest. 40. a numero 43. usque ad. 62. & quaest. 70. numero 3. & idem Tiraquel. de retrac. 1. par. §. 1. glos. 9. numero 38. & Pala. Rub. in rub. super repetitione. c. §. 69. numero 32. versi. inde est, & Castillo. l. 22. Taur. glos. O descendientes, & ibi Cisuentes & Pala. Rub. idem tu latius cogita licet prima plus placeat opinio, in nepte ex filio, in nepte tamen ex filia, crederem secundam tenendam opinionem, ut in statuto filiam excludente tenuit, Nata, *in c. quamuis pactum 28. col. 6. & 7. ques. de par. in 6.* & sic tandem Matie. *vbi supra,* reformauit suam opinionem primam, ut procederet quoties aorum melioratio non excederet legitimam quantitatem filiae debitae. Sed quid si pater vel mater facit filiae in potestate existenti donationem simplicem inter vivos tertij & quinti bonorum suorum, nulla mentione † facta dotis, aut matrimonij, an valebit? ¹⁵ dicendum est quod sic, quia lex nostra ex causa dotis tantum meliorationem reprobat, ut ex ea clarissime apparet, ite quia praesupponit dotes esse excessiuas, ergo ut verificetur dispositum, scilicet, non valere, verificandum est praesuppositum illud, quod sint in vim dotis meliorationes & donationes, ut non valeant *ex rex. nostro,* item quia alias esset corrigere iura permitteria donationes has, & praesertim *l. 10. titu. 6. infra isto lib.* quae in filiabus loquitur, sicut in filijs, quia loquitur per verbum, *Descendentes,* & ita voluit licet succincte noster Guierrius *in dicto tract. de iuram. confirmat. dicto c. 59. numero 15.* nisi fraus praesumeretur in tali donatione, & esset in fraudem facta, quia tunc idem esset ac si per dotem.**

Quæst. 4 Ibi, *Tertio ni quinto*. Imò neq; in vno tatum eorum vel in minori summa, *secundū quod diximus in hac leg.* sed quid si numeratis debitis patris dotantis dos non excedit legitimam, eis tamē non numeratis & extractis excedit, an deducēda sint & 16 extrahenda debita illa? Dic quod sic, † quia non dicuntur bona nisi deducto are alieno *ex l. subfignatum ff. de verb. sig. notat Baeça, hic c. 2. nu. 25. & latus c. 28. per totum.*

Ibi, *De cōtrato entre viuos*. Secus ergo si per testamentum quia prohibitus meliorare vel alienare inter viuos, nō prohibitus videtur meliorare vel 17 alienare per testamentum, † difert enim vltima voluntas à contractu in substantia, *secundū Castillo l. 22. Taur. glos. Entre viuos, & sic in specie nostra legis tenet eam late fundando contra Auen. Baeça, hic c. 20. per totum, quem refert & sequitur conciliis noster Doct. Gutierrez in dicto c. 59. de iuramento conf. n. 15. & nouissime posthac Matienço, hic glos. 2. n. 4. & glos. 3. n. 2. & Rojas, de successio. ab intestato, c. 3. n. 40. quod ex Baeça ubi supra intelligo verum, nisi melioratio in testamento facta fuit per viam contractus nomine dotis & pro dote, quia tūc idem erit, eo quod in testamentis ita sicut in cōtractibus contrahi potest, vel nisi secūdo, melioratio hæc in testamento facta habeat dependentiam à contractu, inter viuos, putà, si dum matrimoniū fuit cōtractum, fuit per patrem, vel matrē promissum verbo vel scriptura se melioraturos filiam illam amplius quā alios filios, vel si dum pater, aut mater moritur tractabatur de maritanda filia & vt matrimonium perficeretur, pater vel mater pro dote in testamento meliorauit eā in tertio, vel quinto, vel in alia quantitate, nam tunc idem esset, vel si alio modo per viam fraudandi legis nostrę dispositionem filia talis melioraretur in testamento, nam tunc idem esset quod in contractu. Ex quo infero quod si pater aut mater filiā dotantes per contractum inter viuos meliorauerunt eam in tertio vel quinto, vel in qualibet alia quantitate, & quia melioratio hæc non valebat, cōfirmauerunt eam in testamento, nihil valet confirmatio talis, tum quia habet principium nullū & super quo fundamētū cadere non potest, tum etiā quia 20 *ex l. verbis C. de donatio. inter vi. cōfirmatio in testamento facta dotis antea filiæ inter viuos promissæ & datæ vltra legitimā nihil operatur quia nō est de nouo datio nā qui cōfirmat nihil dat de nouo.**

Ibi, *Lo aya perdido y pierdo*. Quid sibi velint verba hæc declarat Baeça *hic c. 36.* & cui bona hæc perdita applicabuntur, ibidem declarando tenet 18 quod alijs filijs † quibus præiudicatur & benè, & Tellus Fernandez *in l. 26. Tau. in fi.* & post hæc Matienço, *in presenti glo. 4. in prin.* Ex quo infero quod cum ipsis filijs præiudicatis excessus hic sit restituendus, ipsi filij agere poterunt reuocatoria contra excessum illum filiæ factum, vel tutor aut curator filiorum nomine, ipsis tamē non petentibus creditores patris vel matris † dotantium agere non poterunt reuocatoria vel alia actione ad reuocandū excessum illum, nisi maritus ipsius filiæ dotatæ de fraude participaret *secundum rex. in l. fi. §. si à socero. ff. de his que in frau. cred. quem ad hoc notauit Ant. Gom. in l. 29. Taur. n. 34. & Segura in l. cohæredi. §. cum filia. num. 132. ff. de vulg. & pupilla. seclusa tamen participatione fraudis nullo modo creditores agere poterunt, idque maxime præce-*

dit si creditores sunt dote posteriores, *secundum Bart. in l. 1. n. 10. C. de iure fisci lib. 10. & videtur sentire Baeça, hic c. 32. nu. 17. fol. 156.* dote tamen reuerfa ad filiam agere etiam creditores patris dotantis poterunt, quia ipsa titu. lucratiuo possidet, *vt per Seguram, ubi supra, ex d. §. si à socero,* neque obstat quod contractus ipse dotis in quo dictus excessus adest, est nullus ipso iure, *ex tex. nostro,* quoniam hoc est verum quantum ad alios filios fratres dotatæ, & ipsis petentibus, secus verò si non petierint, tunc enim pro nullo iudicari non potest ad petitionem aliorum creditorū, quia clausula irritans contractū non cooperatur si velit ille & taceat in cuius fauorem † posita est, *secundum Baeçam hic c. 10. num. 67. fol. 69. ubi in propositum huius opinionis plura similia adducit licet ad aliu finem, & Octauia. decision. Peda. 94. num. 24.* poteruntque filij isti annullationem, & reuocationem dicti excessus petere, † *ex text. nostro,* in vita & post 21 mortem patris etiam cōstante matrimonio filiæ excessiue dotatæ per patrem, quidquid aliud de iure ciuili disputaretur à Doctoribus, *vt apparet ex Baeça, hic c. 32. 34. & 36. & ex Matienço, hic glos. 4. numero 2. cum sequentibus, & iterum in l. 3. tit. 8. glos. 7. numero 4. & sequentibus infra eod. & nouissime ex Ayora in tracta. de partitionibus 2. par. c. 20. dicente sic fuisse determinatum in Granatensī pratorio, nam, salua pace tantorum virorum & dicti Senatus, opinio eorum, scilicet, quod in vita patris filij non possint petere excessum, dictum declarari nullum & vt remedio nostri tex. nunquam mihi placuit neque placet, quamuis propter ipsorum authoritatem, aliquis meę non arridebit opinioni, sed contrariæ dictorum patrum fulcitæ dicto decreto Granatensī pratorij, de quo *vt dixi testatur Ayora, ubi supra:* Et pro mea contra eorum opinionem considero sequentia fundamenta à nemine considerata. Primū, quod lex nostra ipso iure annullat contractura, *vt ex finalibus verbis eius apparet dum dicit, Sean en si ningunos y de ningun valor y efecto,* insuperq; resistit parentibus & prohibet eis nē filios meliorēt pro dotibus, vbi- 22 cunque verò lex resistit & annullat, impeditur dominij † translatio, neque vlla nascitur naturalis, nec ciuilis obligatio, *vt per omnes in l. frater à fratre. ff. de cond. ind. & in l. 3. §. sciendum per textu. ibi ff. de donat. int. vir. & vxor. notat in presenti Baeça, c. 36. numero 4.* deficit enim titulus, ex eo verò quod nullum est, nullus potest produci nec sequi effectus, igitur gener & vxor eius contra fratres vtentes remedio nostræ legis, non possunt se exceptione aliqua iuuare, & sic restitutio etiam in vita patris est facienda fratribus petentibus.*

Secundum, quia pœna amissionis excessiue partis ipso iure imponitur, *vt pater ex verbis illis, Lo aya perdido y pierdo,* nam licet verbum, *Pierdo,* sit dubium, † an sit lata sententiæ, *ex dictis per 23 Tiraq. in l. si vnquam verbo, reuertatur numero 155. cum sequentibus,* tamen vbi adiicitur aliā dictio inductiua latam sententiam, tunc benè inducit priuationem ipso iure, *ex Tiraq. ubi supra, numero 153.* hic tamen adest illa aliā dictio, *Lo aya perdido,* quæ est præsentis, imò & præteriti temporis, & est executiua, & sic inducit ipso iure, priuationem, *vt in proposito tenet Baeça, dicto c. 36. nu. 4.* præmaxime accedentibus verbis alijs legis nostræ

in supplicatione appositis, *¶ por el mismo caso passe el derecho de la demasia a los herederos*, quæ sunt verba executiua, *¶ inquit Baeça, ubi supra*, vbicunque tamen actio ipso iure tollitur, prout hic tollitur genero & eius vxori, & transfertur in filios, quia verbū illud, *Herederos*, quoties agitur de re nostræ ²⁴ *simili*, de filijs intelligitur, *¶ secundum Alexan. Ias. & Bar. in l. Gallus §. quidam ff. de lib. & posth. & Baeçam, dicto c. 36. numero 5.* non solum filij, verum & ipse iudex ex officio debet & potest repellere illum, cui actio non competit, *¶ per Tiraq. ubi supra, numero 345.* & sic genero & vxori, quibus nullum ius retinendi dari potest, & filijs ius petendi competit, saltem ad excitandum officium iudicis, igitur filij non sunt excludendi in vita patris: Imò & quod fortius iudico, quod ipsemet pater ²⁵ *¶ id potest petere*, nam quoties aliquid est nullū ipso iure potest quis cōtra propriū factum venire, *¶ secundum Tiraq. ubi supra, nu. 406. & Baeçã, hic c. 11. nu. 82.* potestque tunc turpitudine propria allegari, *¶ per eundem Tiraq. ibi, nu. 420.* & hanc opinionem in patre sequitur eam veriorē dicens Baeça, *hic c. 34. nu. 1. & 2. & Matienço, in l. 3. glo. 7. numero 6. tit. 8. infra isto lib. & Angulo l. 10. tit. 6. glos. 9. numero 2. infra isto lib. titu. 5. & Palac. Rub. in l. 17. Tauri. numer. 44.* vbi & tenet, quod & ipsi filij possint id petere viuentē patre, etiam si Ayora *in d. 2. parte dicto c. 20.* aliud etiam in patre velit, & malè: quod si pater hoc potest, cur non & à fortiori filij poterūt etiam viuentē patre: Et in patre etiā de iur. ciuili *in terminis legis, si unquam C. de reuo. don.* sic eat, *¶ ut videre licet ex Tiraq. ibi, in verbo, in eiusdem datoris arbitrio, numero 1. pag. 305.*

Terrio, & prœrius accedendo ad materiam id fortificatur, nam licet agnatus, cui ius est reuocandi alienationem factam in extraneam, id facere debet intra annum à morte donantis & alienantis, *per §. Tius 1. si de feudo fuer. cont. int. domin. & agnat.* tamen est verum id, nisi alienatio ipso iure non valet, nam tunc statim potest agnatus, vel dominus non spectata morte alienantis reuocare *l. 1. §. sed & res, per quos fiat in ves. c. 1. versic. aliquin, tit. de alien. feud. notat Tiraquel. ubi supra, nu. 454* neque potest dici id speciale in feudo, quoniā id non ex feudi specialitate constituitur, sed ex natura annullationis ipso iure inductæ, quæ cui libet materiæ applicari potest, cum eadē sit ratio, & est hoc ita, meo videri, fortissimum argumentū, quod nullam patitur responsionem.

Quartò, & non minus fortiter facit, quoniam ad sciendū an dos promissa excedat metam nostræ legis tempus promissionis est inspiciendum, ²⁵ *¶ secundum veram opinionem, quam fundat optime Baeça, hic c. 31. numero 1. cum pluribus sequentibus, ubi ex lege nostra id clarissimè fundat, & in numero 3. refert plures ex Doctoribus primæ opinionis ita tenentis, & diximus in l. 3. titu. 8. infra isto lib.* licet in alterius statuti propositum contrarium voluerit Aymō Craueta, *consil. 778. per totum, volum. 5.* si ergo tempus promissionis est inspiciendum, non est spectanda mors patris, cessantque fundamenta contrariæ opinionis in quibus rotam vim & probā constituent, eam tenentes, scilicet, quod poterit pater augere bona & plura alia relinquere tempore mortis, quibus constet dotem non esse excessiuam, item quod poterunt filij mori ante patrē, nam hæc omnia cessant, si tem-

pus promissionis est considerandum, neque mors filiorum damnificat genero & vxori, quoniam si omnes filij moriuntur ipsi genero & eius vxori omnia deferuntur tam illa, quæ propter excessum restituerunt, quàm alia, & quamuis filij filios relinquunt, excessus ille si apud filios ipsos remansit, putà, quia emancipati erant tempore restitutionis, cōputandus est in legitimis eorum, & sic tanto minus à bonis patris consequentur, item in tempus mortis spectare, quid est nisi cuniculis subuere legem, & fraudibus occasionem præstare, *¶ in simile propositum inquit Baeça, in dicto c. 11. numero 89. & l. 29. Tauri. 3. titu. 8. infra eo. responde, ut ibi per me numero 18. & hic numero 25. & per Angulo ubi supra, numero 4.*

Quintò, quoniam ista nostra retenta opinione filij ad æqualitatem rediguntur, propter quam æqualitatem seruandam multa sunt introducta in iure, *¶ ut ex latè dictis per Mantiam, de coniectur. mente testator. lib. 6. tit. 2. numero 5. & sequen. & sic nimirum si filij in vita admittantur patris ad excessum hunc annullandum.*

Sextò quoniam si Baeça ipse *in dicto c. 34. num. 10.* fatetur, quod si petentes hoc in vita patris essent filiaæ fœminæ, & dotari non possent, cessaret dicta prima opinio, & sic possent remedio nostri tex. vti, cur non idem in filijs masculis, qui etiam dotandi sunt à parte, & eis præstandum vnde onera matrimonij cōtrahendi sustineant, cum sit eadem ratio, neque lex nostra distinguat, quoad agendum remedio nostri tex. fœminas filias à masculis filijs, igitur suamet declaratione confunditur opinio prima Baeçæ & sequatium, & hæc nostra fortificatur.

Septimò, quoniam ex dictorum patrum opinione maximum damnum filijs obuere possent, & ex nostra maximum commodum, tam ipsis, quàm filiaæ dotata, nam vt quotidie contingit, excessus iste solet esse magnus, qui quidem si ad petitionem filiorum aliorum redderetur patri, eò quod filij erant sub eius potestate constituti, nonnè poterit pater ipse cum excessu illo alia plura bona acquirere, & augmentare bona & hæreditatem, prout præsumitur patrem facturum, qui quotidie inhiat pro honore & cōmodo filiorum, respectu quorum nullus est amor, qui vincat paternū, sed si filij non possent reuocare excessum in vita patris, clarissimū est filios damnificari, igitur qui damnificatur omnibus modis est admittendus ad damnum reuocandum & euitandum, neque possunt gener, & eius vxor conquiri se fuisse illusos, præuidere enim debebant legis nostræ dispositionem, & legis ignoratiam nemini fauet, cum vbiq; peritiores possit cōsultere, & non possunt dicere se deceptos sed stultos *¶ inquit Baeça, hic c. 9. numero 80. & 95.* & eis potest dici, amici discite cautius negotiari.

Octauò & finaliter considero pro hoc *l. 8. tit. 4. par. 5. ibi. En tal manera que toda via finque en saluo a los hijos la su parte legitima tãbien en vida de su padre, como despues de la su muerte,* ponderando verba illa, *en vida*, nam si tenemus dictam opinionem, quod filij in vita patris nō possint petere excessum dotis sorori promissæ datæ per patrem, clarum est, quod in vita præiudicatur eis in legitima, & negari id nullo modo potest neq; eget probatione, quia de se patet, imò & in morte patris posset ob hanc

hanc causam alijs filijs præiudicari, nam poterit gener tunc habere cõsumpta omnia bona sua & vxoris tempore quo pater moritur, prout est ordinarium, *vt ex præfatione & supplicatione noue constitutionis in principio huius legis per me scripte & relata colligitur*, & sic filij tam in vita quam in morte remanerēt damnificati in legitima, igitur lex illa partitarum est optima pro nostra opinione, neque obstat responsio ad eam proposita per Baccam, *in dicto numero 10. c. 34.* scilicet, quod verba illa dictæ legis 8. partitarum, haberent hunc sensum, scilicet, patrē neque in vita, neque in morte posse præiudicare filio in legitima, non vero quod filius possit impugnare donationem, nam quorsum est hæc præseruatio legis illius, quod filius in legitima neque in vita, neque in morte per patrē præiudicetur, nisi vt cum effectu præseruatio fiat, & remedium adhibeatur ante causam vulneratā: Item quia si dicta lex partitarum in præcedenti casu, scilicet, quoties donatio reuocatur natiuitate filiorū, potest statim agi † ad reuocationē non spectata morte patris donantis, *vt ibi inquit glos. Que luego*, etiam si de iure ciuili aliud dicerent relati per Tiraq. *in l. frõnquam C. de reuoc. donat. in dicto verbo, in eiusdem donatoris arbitrio, num. 3. pagin. 305.* igitur & idem in sequenti casu, vbi deducta præseruacione lex illa partitarū agit censetur prouisum, cum facilius lex sequentia respiciat, quam sequentia præcedentia, & sic ijs fundamentis mihi hæc applaudit opinio, quod filij etiā in vita patris dotantis possint vt remedio nostri rex. cõtra excessum dotis, & suspicor, quod si dicti Doctores hæc fundamenta considerassent, eam tenerent, & sequerentur, sed quia multoties aliorum dictis confisi, vt grues vnus post alium currimus, non cõsideramus perfecte quæ consideranda sunt, & sic nimirum si maturiori cõsideratione noua erigatur ab aliquo opinio contra plures aliam tenentes, prout de iure videmus inter doctores ciuiles affirmari, quod vna fuit opinio cõmunis vsque ad tempora Bartoli, & post contraria Barto. seruat, vt communis, maximè, cum *vt supra diximus Palac. Rub. in dicta l. 17. Tauri, numero 44.* hanc nostram tenuit opinionem: neque obstat aliud fundamentum Doctorum contrariæ opinionis scilicet, quod viuentis nulla est hæreditas, & quod in vita patris filijs non est debita legitima, nā hic non agimus de hæreditate, neq; de legitima, *vt loquuntur relati per Tiraq. in dicto numero 3. pag. 305.* sed loquimur de pœna incurta, in amissione excessus dotis filix per patrē datæ ob contrauentionē nostræ legis, quod est differēs, & sic in quolibet tempore peti potest per filios tanquam nostræ legis, & eius pœnæ executores: vt voluit respondere Matienço, *hic glos. 4. num. fin. pro qua responsionē facit, nam illud, quod auferitur marito ex dispositione l. hac edictali. C. de secund. nup. non est legitima, sed pœna quàm filij lucrantur ex illa lege, vt ibi numero 10. communem restatur Bertrand. teste Villalobos, in arario mille comm. opin. litera B. numero 30. vel responde vt per Angulo, vbi supra, num. 4. vel, vt ego respondeo l. 29. Tanti in contrarium allegare super ea, in l. 3. titu. 8. num. 18. & seq. infra hoc libro. Nec placet concordia, quæ est Segura l. cohæredi. §. cum filie, numero 137. cum sequentibus, aliquibus ff. de vulg.) possit defumi, scilicet, an gener patris patris*

de fraude, quia vltra quod ab hac concordia deuiat Olanus *in Antinomia iuris ciuilibus & Regij, litera D. numero 51.* quoad creditores patris procedere posset, non verò quoad filios de quibus agimus, qui pinguius ius ex lege nostra habent, & ipsis excessus applicatur, qui quidem excessus solūmodo annullatur non verò tota dotis promissio, & constitutio, *vt optimè aduertit Palac. Rub. in repetitione capituli §. 24. numero 3. & ibi addition. litera E. notabili tertio alios ad hoc allegat, & Baeça, hic capite. 33. numero 14. cum sequentibus aliquibus.* Aliud autem quod à Doctoribus iuris ciuilibus disputabatur, scilicet, an durante matrimonio inter dotatam & eius maritum id posset peti, *de quo regulam, ampliaciones & fallencias descripsit Segura, vbi supra, numero 126. cum sequentibus pluribus, & Lara, in l. si quis à liberis §. idem rescripsit numero 33. & 34. ff. de liber. agnos. & Burgos de Paç. conf. 34. numero 4. & 5.* tamen iure nostro Regio attento *ex lege nostra* omnes Hispani scribentes magis communiter tenent, quod etiam constante dicto matrimonio id possit peti, *vt apparet ex Lara vbi supra, & ex Baeça & Marienço, vbi supra, relatis & verius esse & sic in cancellaria determinatum asserit Pal. Rub. in repetit. cap. per vestras d. notab. 3. §. 24. numero 3. & prius §. 22. numero 9.* vbi dicit sic fuisse decisum, nam lex nostra annullat contractum & promissiones prohibitioni legis nostræ contrarias, & prohibet nihil dandum filix vltra legitimam pro dote, & sic gener plus recipiens de se conqueratur, qui non præiussit præuidenda, & disceat cautius negotiari, *vt inquit Lara & Palac. Rub. vbi supra,* quæ omnia non sic reperies per aliquem considerata, vnusquisque meliora eliget & sequetur in iudicando & consulendo, nollem enim esse nouarum opinionum inuentor, & vt talis haberi.

Ibi, *La octaua parte.* In arthis, & male, voluit legem hanc in ijs verbis intelligere Didacus Per. *in additio. ad Seguram in l. 1. §. si vir uxori, numero 139. fol. 146. ff. de acquir. pos. & quod sic cotrigeretur l. 50. Tauri,* quæ est lex sequens vsque ad decimam bonorum partem permittentem in arthis dari, nam tex. *hic* non loquitur de arthis, sed de iocalibus datis sponsæ per sponium, quæ quidem multum ab arthis differunt, *vt patet ex rubrica nostra dū dicit, Arras y joyas,* copula enim illa, *Y,* inter diuersa ponitur, ex communiq; vsu loquendi, id etiam decerpitur, nam arrhæ dantur & promittuntur in premium nobilitatis, vel virginitatis amissæ, aut alterius sufficientis causæ, iocalia verò causa amoris & ornatus, *de quibus dicitur etiam in l. 3. infra eod. ideoque lex nostra in suo casu sponsaliorum iocalium est intelligenda, lex verò sequens in arthis, neque vna per aliam corrigitur, & sic reperij reprobasse Didacū Perez, Villalobos, in arario suo communium opinionum, verbo, arha, fol. 16. & Doctor Gutierrez, in tract. de iuramento confirmatorio prima part. c. 14. num. 13. vbi num. 5. tractat, an iuramento † confirmetur promissio iocalium excedens octauā hanc partē dotis, & D. Spino, in suo speculo testa. glo. 18. prim. n. 117. vbi n. 118. inquit quod si maritus habeat filios ex alia vxore non poterit donare illam octauā partem, † quia vltra quintū disponere non potest, & sic declarat nostra legem cum Amend. & Gutierrez, per eum relatis, & ex consequenti si ascendentes habeat*

non valebit ultra tertiam partem, de qua tantum disponere poterat, quia ascendentes habebat. Et an extraneus possit iocalia ultra octavam partem donare, † vide Gutierrez, *vbi supra*, numero duodecimo, regnicola tamen etiam de bonis quæ extra regnum habet non poterit legis nostræ metam excedere, vt per Pelæz, *de maior. 1. par. question. 58. numero 38.* vbi ex sequentibus idem decerpere esse cum regnicola existit extra regnum.

Ibi, *Cesen las fraudes.* Non enim aduersus legem fraus est admittenda, vt per Baeçam, *hic c. 20.* vbi declarat qualiter fraudem adesse probabitur. Et quot modis fiat legi fraus, vide tex. vbi Doctores *in l. contra legem, cum sequenti. ff. de legibus:* Et nota quod si intcio marito aliquid mater det vel promittat, nihil valet, vt dicemus *in l. 8. titu. 8. glos. 1. infra, cod. lib.*

Ibi, *T los contratos y promisiones.* Imò, & si quæ fideiussiones essent præstitæ itidem nullæ sunt, secundum Meneses, *in auth. ref. que, numero 19. C. communia de leg. & Baeça, hic c. 35.* resciso enim contractu principali & omnes obligationes & accessiones eius annullantur, † ex tex. *in l. fin. ff. de constit. pecun. & l. cum principalis ff. de reg. iur. tradit Suarez l. post rem, numero 16. pag. 319. & probatur etiam ex l. 56. colum. 2. tit. 5. par. 5. late Ripa, in l. ita stipulatus, numero 34. cum 4. sequentibus ff. de verborum obligationibus, & l. 1. in l. certi conditio. §. si nummos, numero 35. ff. de condictione indebiti, & in l. si ita stipulatus §. Chrysogonus, numero 48. de verbor. ob. Aded vt & constitutum nullum sit, nulla que ex eo transferatur possessio data contractus nullitate, secundum Auen. *respon. 12. numero 4. vers. & hoc probatur, de quo & per Anton. Gom. in l. 45. Tauri, numero 23. cum sequen. & Matthæ. Afflictis decis. 331. & 361. & 395.* vbi dixit, quod in tali casu spoliato à possessore non datur † remediū possessorium, vt & per Iaf. *in l. 1. §. si vir uxori numero 11. cum sequentibus ff. de acqui. pos. de quo tamen videnda sunt dicenda in l. 2. in glos. Etæz contrato, in 6. amplia. in fine, tit. 3. infra, eod. lib.**

Ibi, *Sean en si ningunos.* Etiam si matrimonium tale, in quo excessiua dos est promissa non sequatur, neque effectum forriatur, secundum Baeçam *hic c. 21. numero 7. cum sequentibus aliquibus, & an cursus longissimi temporis reualidet nullitatem hanc † tradit Baeça hic c. 34. & in c. 37. an per rescriptum principis eludatur lex nostra, & in c. 33. tradit an res & excessus hic sit restituendus cum fructibus & quatenus reuocetur, & an de euictione pater teneatur, si in dotis promissione se ad hoc obligauerit, in c. 32. numero 16. ipse Baeça tractat, & an iuramento confirmetur vide Gutierrez *in d. c. 14. numero 14. & 15.* Et nota, quod lex ista procedit etiam si puella nostri Regni nubat cum viro extraneo à Regno, prout contra Michacum tenet Pelæz, *de maior. 1. parte question. 58. numero 64. & faciunt quæ ibidem dixit in num. 37. cum pluribus sequentibus & antecedentibus.**

Ibi, *De ningun valor y efecto.* Et sic ipso iure secundum Iaf. *in l. filius familiaris §. diui. el. 2. in lectura numero 2. & 3. de leg. 2. & in l. de pupilo §. si quis forte. ff. de non. op. nuntiatione, & hæc pto hæc lege, cætera per Baeçam videri poterunt.*

In L. 2. quæ erat 50. Tauri.

S V M M A R I V M.

- 1 Arrhas si promittat mulier marito an excedere possit taxam legis nostræ, & sic decimā partem bonorum, numero primo,
- 2 Vxor ita marito dat arrhas sicut è contra. 2. Arrhæ an in quinto computentur, dicto numero secundo, remissiuè.
- 3 Pæna in sponsalibus promitti deponi non potest etiam inter attingentes ipsos sponso, 3.
- 4 Arrha quid sit & an tradeda sit statim, n. 3. & 4.
- 5 Datio arrharum in contractibus an faciat rem desinere esse integram, ita vt à contractu resilire non liceat, numero quinto.
- 6 Arrharum datione matrimoniū desolui non potest, & tunc debent arrhæ in quâritate consistere, 6. licet ex l. partitarū etiā in specie dari possint.
- 7 Arrhas perdit ille propter cuius culpam matrimonium non sequitur, & alter eas lucratur, 7.
- 8 Arrhæ, de quibus in presenti dande in præmiū nobilitatis vel alterius cause tempore sponsalium vel nuptiarum dari non possunt, 8.
- 9 Arrhæ hæ multum differunt à donatione propter nuptias, 9. Arrhæ hæ etiam vidua dari possunt ibidem.
- 10 Arrhas, quæ promittuntur loco pignoris & securitatis matrimonij, nullus lucratur secuto matrimonio, illas vero, quæ in præmiū sic, 10.
- 11 Donatio facta sponsæ ex causa iuuentutis, nobilitatis &c. valet etiam si excedat metam nostræ tex. si animo donandi fiat, numero undecimo.
- 12 Arrhæ à minore etiam constitui possunt in pecunia vel in re mobili aut semouente secus vero si in immobili, 12. nisi, vt ibi.
- 13 Arrhæ computandæ sunt deducto ære alieno, 13.
- 14 vbi, & n. 14. an officium Recloria & rebellionatus
- 15 cõputetur, vbi & quid in officijs iustitiæ, in n. 15. Arrhæ constituta ante matrimonij contractum an possunt excedere metam nostræ tex. ibid. d. n. 15.
- 16 Arrhæ an possint promitti per pauperem soluende in tempore, in quo bona habeat, nu. 16.
- 17 Iuramento an possit renuntiari remedio nostræ legis, 17.
- 18 Decima pars qualiter estimabitur si promittatur per possessore maioratus ad arrharum datione, 18.
- 19 Arrhæ constitutio an excedat nec nè metam legis, quis probare debet, d. n. 18. & 19. vbi qualiter & quando probabitur.
- 20 Arrharum promissio an in toto vitabitur, vel in excessu tantum, 20.
- 21 Arrhæ promissæ an veniant ad computationem valoris tertij & quinti vni ex descendentes pro melioratione assignati, 21. vbi, quod tempus inspiciatur ad videndum an excedant metam nostræ tex. ibidem.
- 22 Arrharum promissio non minuitur etiam si post facultates minuantur, 22. & 23.
- 24 Arrharum promissio potest fieri de bonis presentibus

- 25 *sentibus & de futuris, 24. ubi, secus si augmententur facultates, ut ibi, num. 25.*
 26 *Arrhas an poterit petere mulier viro vergenti ad inopiam, 26.*
 27 *Hypothecaria competens pro donatione propter nuptias an & pro arrhis competat & privilegiata, 27.*
 28 *Arrhas an vendicit vxor, cui promisse sunt, 28.*
 29 *Arrhas promittens si non habeat filios an possit excedere metam nostri tex. 29.*
 30 *Arrhas promittens an possit excessum decime partis ex quinto supplere. 30.*
 31 *Iuri prohibitiuo renunciari non potest, 31.*
 32 *Lex prohibitiua habet clausulā derogatoriā, 32.*
 33 *& sic statutum contrarium nil valeret, neq; à pœna excusaret, ut ibi, nisi, ut ibi, num. 33.*

S V M M A R I V M.

Legi fori prohibenti ultra decimam partem bonorum arrharum nomine dandam aut promittendam renunciari non potest, & tabellio aliter scribens punitur pœnis nostri tex.

I Bi, Ley de el fuer. Quæ est l. i. in principio, titulo. De las arras, lib. 1. for. ubi Suarez loquitur late, ultra Glosatorem Montaluum, & an valeat nostre legis dispositio, tractat Baeza, de dote sicutum c. ii. num. 10. & lex nostra procedit etiam, in muliere promittente arrhas marito in præmium nobilitatis, & vel honoris, aut diuitiarum, quia sunt correlatiua, & ita vxor marito arrhas dat, sicut vir vxori, & secundum Palac. Rub. in rub. §. 54. num. 1. & an arrharum promissio & datio computetur in quinto bonorum arrhas donantis, dicimus Deo volente in l. 12. in prin. tit. 6. infra isto lib.

Ibi, Ex arras. Nam licet in sponsalibus non possit adijci pœna ex c. gemma de sponsalibus, etiam in minima quantitate, & etiam inter eos, qui ipsos sponsos & iure sanguinis attingunt, secundum Abb. & alios relatores & secutus per Couar. in 4. 2. part. c. 3. §. 7. numero 5. & Villalobos, in arario mill. commun. opin. litera P. numero 87. 88. & Bartolo, Socin. consil. 3. numero 1. vol. 1. tamen arrha bene potest præstari in eodem sponsaliorum contractu, secundum eosdem ibi maxime, Couar. num. 6. non enim secundum eum ibi, numero 7. arrha ita facile constituitur, sicuti promittitur pœna, Cum arrha realiter tradi debeat, vnde non est mirum si in matrimonio promittatur, quod cum maturo consilio arrha tradatur, & sic de earum traditione constare debet, ut per Couar. ubi supra, numero 7. cum 4. sequentibus ubi ampliat hoc: est enim arrha proprie id quod traditur inter sponsos in pignus complendi matrimonij, & rex. in l. arrhis, & l. fin. C. de sponsal. l. i. tit. ii. part. 4. in prin. ad exemplum eius quod in venditione, ceterisque contractibus traditur, in venditionis, vel rei contractus argumetram & pignus, l. ex empto. §. si qui viuo. ff. de actio. empti. l. 2. C. quando lic. ab empt. dis. ced. not. a Couar. ubi supra, numero 6. ex quo sola in contractum deduci, num. datio arrharum faciat rem desinere esse integram, ut à venditione, & vel contra-

ctu non liceat discedere, & in hoc communiter & vere traditum est, teste Horoscio in l. iuris gentium §. adeo autem, numero 7. colum. 815. ff. de pact. & in l. ab emptione, numero 4. col. 945. ff. eod. tit. quod non facit rem desinere esse integram, nisi ut arrha & ut pars prætij detur, & in pecunia numerata consistat, tunc enim pars prætij dici potest, secus si in specie quomodo l. 7. tit. 5. par. 5. declarandam ipse Horoscio asserit in d. numero 7. qui & illud adijcit, si arrha potestate conuentionis non futura sed iam perfecta detur, desinere rem esse integram, nam & hoc genus illud locutionis significat, O por otorgamiento, quod nouum quibusdam videri solet, & vi ipsa tunc arrha ut pars prætij datur, neque ab emptione vel contractu licet discedere, dicta l. 2. C. quando lic. ab empt. dis. & sic ad nostrum propositum inferitur, quod per arrharum dationem contractus matrimonij & dissolui non potest altero contrahente inuito, oportereque tunc arrhas & pignora pro matrimonij securitate data in quantitate consistere, aliàs nihil agi, secundum tex. l. Titia. ff. de verb. oblig. licet per l. 84. titu. 18. par. 3. etiam in specie dari possit, imo & ab vtraque parte hinc inde secundum Gregor. Lopez ibi, contra Bart. per eum relatum, & notat in terminis Suarez in d. tit. De las arras, in princ. fol. 23. vbi inquit quod si propter culpam vnus non fiat matrimonium perdit ipse & arrhas, & alter eas lucratur, ex l. fin. C. de sponsal. & ex l. i. tit. ii. par. 4. & arrha ista secundum dictam significationem sumpta possunt in matrimonio interuenire, secundum dictos Doctores, & Anton. Com. hic numero 12. in medio, & glo. per tex. ibi. l. 39. tit. ii. par. 5. & de his arrhis in pignus & pro securitate dotis datis, licet & alterius contractus, non loquitur lex nostra, sed de arrhis, quæ secundum modum loquendi in Hispania, promittuntur mulieribus in honorem virginitatis, nobilitatis, aut diuitiarum, secundum Suarez ubi supra, & Anton. Com. hic numero 12. & Couar. d. §. 7. numero 12. & isto modo istæ arrha dantur in Castella, & tota Hispania nostra, danturq; ante contractum sponsaliorum sine post, imo & tempore benedictionis nuptiarum & secundum eos, & Suarez ubi supra in prin. & in versis. pone quod tempore, fol. 30. & Anton. Com. numero 11. & Castella hic numero 6. & Baezam de non meliorand. filiab. c. 5. numero 18. & 19. & secundum glof. mag. l. i. tit. ii. part. 4. nam non possunt dici donationes simplices, quæ non valent inter coniuges, sed remuneratoriæ in præmium virginitatis, vel iuuentutis, nobilitatis, aut alterius causæ, licet à cõmuniter accidentibus ante sponsaliorum contractum fiant, & de ijs hodie vrimur & rex. noster loquitur, nam de illis quæ antea loco donationis propter nuptias dabantur in Hispania, secundum rex. l. i. tit. ii. par. 4. non loquitur noster tex. cum secundum supra dictos maxime Couar. & Anton. Com. multum differant à donatione propter nuptias, & tres differẽtias etiam hodie describit glo. mag. in ead. l. i. & Anton. Gomez, l. 51. Tauri. numero 11. licet & hodie ex illa l. i. d. d. d. Meneses in archiep. res qua. numero 25. Cõmuniã de leg. & Palac. Rub. in rub. §. 21. & 24. & Buyos de Patz consil. 14 numero 1. vlt. l. arcam hodie loco donationis propter nuptias succedisse, sed ræo iudicio falluntur non enim tales dicuntur arrha, nisi illæ quæ sunt prædictæ respec-

bus præmij virginittatis vel alterius similis causæ dantur, & ideo etiam videtur dari possunt, si cum sene vel ignobili nubat, neque statim traditur, sed promittuntur potius soluendæ post mariti mortem, prout & probatur ex l. 4. infra isto tit. & lib. ibi, Pero si arras omere, & c. & sic lege nostra arræta & dicta lege fori, De las arras, adquam nostram se refert & d. l. 4. infra eod. non procedit iam dispositio dictæ l. 1. tit. 11. par. 4. quoad denominationem & etimologiam arrharum ibidem descriptam, & sic arrhas has nostri temporis (quæ sunt illæ quæ in præmium aliquod dictorum promittuntur) matrimonio secuto lucratur illa cui promissæ sunt, & hæredes eius secundum d. l. 4. infra eod. illas verò quæ loco pignoris dabantur antea secundum illam l. 84. tit. 18. par. 3. non lucrabatur vlla pars, si matrimonium ꝑ sequebatur, sed tunc si non sequebatur, tunc enim ut diximus supra culpofus in adimplendo matrimonio perdebat eas & consorti obediendi applicabantur, item in illis loco pignoris datis potest excedi taxa & meta nostri tex. eo quod loco donationis propter nuptias successerant, secundum d. l. 1. tit. 11. part. 4. in qua quæritas non erat declarata, & tenet ibi glos. mag. ad fi. in nostris verò meta nostri tex. est seruanda, & sic donatio propter nuptias in regno nostro non practicatur Anto. Com. hic nu. 11. in fin. Valeret tamen in vim donationis factæ ex causa iuuentutis, nobilitatis, aut ꝑ causâ alterius si hac conditione matrimonium contraheretur, etiam si decimam partem excederet, secundum Couar. in d. 2. par. c. 3. §. 3. nu. 2. vel ex causa dotis, ut ibi, & tradit vniuersimè Ayora in tractat. de partitio. 1. par. c. 7. num. 30. vbi & dubitat, an valebit nec nò, ex eò quod videtur donatio inter virum & vxorem, & inquit quod sic, ut dicit Couar. vbi supra, quia est remuneratoria in præmium nobilitatis, vel virginittatis amissæ, quoniam sit animo donandi.

Ex quibus infero quod à minore etiã constitui possunt arrhæ hæ nostri text. quia facit quicquid homo quilibet maior fecisset, promittitque eas in præmium & remunerationem virginittatis nobilitatis vel alterius causæ, & in pecunia, vel in re quæ seruando seruari non potest, promittuntur, secus verò ꝑ si in re immobili promitterentur, quia tunc decretum iudicis requireretur, secundum Anton. Com. hic nu. 14. & tradit Suarez, in d. tit. De las arras, §. sed vtrū minor. fol. 39. & glos. mag. in d. l. 1. tit. 11. par. 4. quod & receptus in dote asserit Couar. in pract. c. 28. nu. 10. in prin. si tamen, secundum eum ibi, post dationem arrharum, etiam in immobili re cõsistentium, transeat quinquenium post ætatem perfectam viginti quinque annorum, confirmatur talis datio, secundum Anton. Com. hic, num. 14. versic. vnum tamen est, & idem esset si iuramentum interueniret ex parte minoris in tali arrharum promissione intra metam nostri text. facta, quia tunc etiam valeret ex tex. & eius materia in authen. sacramenta puberum C. si aduersus vendi, & ibi Gutierrez numero 23. pag. 303.

Ibi, De la decima parte de sus bienes. Intellige tamen, prius deducto ære alieno, ꝑ quoniam antè bona dici non possunt, prout asserit Montaluis in d. l. 1. tit. De las arras, lib. 1. fori, quæ sequitur, ibidem Suarez versic. nota tamen secundum, fol. 34. vbi & optimè declarat, quæ dicantur esse in bonis, & in versic. nota primo, breuiter diserit vnde hoc origi-

nem habuerit, & in propositis Rebus. l. bonorum 49. pag. 360. versic. & sic. cu sequent. tit. de verbo. sig. aliqua tradit, & Ayora, de partitio. c. 7. nu. 19. & 20. & faciunt etiam d. in l. supra proxima, vbi remissuè tractant, an in taxa illius legis facièda, sit æs alienum deducendum: Et si habet bona libera inspicitur valor eorum, si verò bona restitutioni subiecta valor tantum vsusfructus æstimabitur, secundum Palac. Rub. in repetitione rubr. §. 25. in principio. Et an officium Rectoriæ vel tabellionatus & eorū valor sit in computatione hac attendendum tangit Auenda. Responso. 38. & tenendum est quod sic, quia in legitimam imputatur, ꝑ secundum quod dicitur 14 cemus volente Deo in l. 29. Taur. & per consequens officia iustitiæ habita à Rege, vt auditor Regius vel Corrector ciuitatis, hæc enim & similia officia, quæ non venduntur neque renuntiantur, neque in legitimam imputantur, secundum Auend. ibi, & Couar. lib. 3. vari. c. 19. in fine, & Anto. Com. l. 29. Tauri. nu. 21. & ibi Tellus nu. 6. & 7. Bæça, de dotibus c. 26. nu. 14. non considerantur neque æstimantur ad hanc decimam partem, ꝑ præsertim cum sint amobilia ad placitum principis, & plus in eis aliquando expeditur quàm valeant fructus eorum, & faciunt dicenda in l. 5. tit. 9. lib. isto infra in glos. 2. & tenet expresse Auend. Respon. 38. in fin. Sed an si ante matrimonij contractum fiat arrharum constitutio, excedi poterit meta nostri tex. & in hoc Bæça allegando Suarez in tract. de non meliorand. filia. c. 20. nu. 14. & c. 21. v. 1. asserit posse, est tamen contra legem nostram, & dictam legem fori generaliter loquentes tam antè quàm post matrimonij contractum, arrhæque non nisi ad matrimonium contrahendum constituuntur, à communiter accidentibus, & si ante fieret & valeret metâ nostræ legis excedendo, faciliter eluderetur lex nostra, & illa fori, & fraudibus via aperiretur, neque Suarez, quem ibidem Bæça pro sua opinione allegat, loquitur in hoc casu, sed in casu solum in quo per viam venditionis aliquis mulieri alicui, remota fraude, venderet maiorem partem bonorum suorum, & post multum venditione facta duceret illam in vxorem, hoc enim non est contra nostram legem, & fieri potest & valet, secundum Palac. Rub. in rubrica. §. 24. nu. 4. & post hæc tradit Matienço hic glos. 2. nu. 10. nisi dicamus Bæçam vbi supra, loqui quoties fraude remota promittuntur arrhæ per tertium aliquem qui tunc non sperabatur, quod esset eius maritus. Sed an per pauperem possint arrhæ promitti soluendæ in tempus, quo bona habuerit? ꝑ dic quod sic, 16 secundum Suarez vbi sup. §. nota ulterius. Et an iuramento valideret nostræ legis renuntiatio & dictæ legis fori, ꝑ & licet aliqui tenerint quod sic, vt 17 licet videre ex Ayora, in tract. de partitio. 1. par. c. 7. nu. 19. contrariū tamen est tenendum, propter præiudicium ex tali renuntiatione cõsanguineis promittentis obuenturum, & quia lex reprobat, & asistit, & resistit tali renuntiationi, & sic vt breuiter consulamus, hanc tenent plures dicentes eam veram receptam & magis communem relati per Matienço, hic glos. 3. num. 6. & 7. & per conciuem nostrum Doctorem Curier. in repetitione authentica sacramenta puberum n. 44. C. si aduers. vend. & in tract. de iuram. conf. 1. par. c. 14. nu. 2. & Villalobos in verbo arrha, in arario, nu. 251. & certe post hæc vidi Matienço hæc dicentem & scribentem, glos. 5. nu. 2. cum seq. aliquibus, & fateor coram

coram Deo & hominibus eum me nunquam vidisse vsq; nunc post mea multum, neq; ipse mea videre potuit, & in multis quasi eisdem verbis in scripturis concordamus, & sic licet multa omit- tam, alia tamen referam, ne videar transire velo- citer, & sine sale, & qualiter ista decima pars
 18 æstimabitur, si promittatur per possessore maio- ratus vxori suæ, † tradit optimè Molina de pri- mogenijs, lib. 1. c. 19. nu. 41. & Menes. in authentica, res qua nu. 30. C. comunis de leg. vbi quid si maritus est
 Quæst. 5 dux vel comes, & nouissimè Ayora, in tract. de parti- tionibus 1. par. c. 7. nu. 26. fol. 51. Et cui incumbat onus probandi, quod excedit decimam partem & sic metam nostri tex. arrha promissa, tractat Ant. Gom. hic sub l. 51. Taur. n. 13. & Cou. lib. 2. Var. c. 6. n. 7. quos refert Baeça, de nõ melior. filiabus. c. 36. n. 15. & Pel- lae in tra. maioratus 1. p. q. 51. n. 2. cum seq. & Gutier. in d. tra. de iuram. 1. par. c. 1. n. 21. Marienço hic gl. 2. n. 7. & 9. & Ayora, in d. c. 7. n. 27. fol. 52. & n. 29. & 39. Ex quibus omnibus si bene inspexeris, deduco ve- ram & tenendam conclusionem scilicet, quod si ipsa vxor vel heredes eius arrhas petant ab hæ- redibus mariti, & contradicatur, ipsi tenebuntur
 19 probare qualitatem hanc † quod non excedunt arrhæ metam nostri tex. quia ipsa mulier vel hæ- redes eius petendo certam quantitatem arrharum, censentur allegare ad propriae petitionis funda- mentum qualitatem illam, scilicet, maritum tot bona habuisse, quot suffecerant ad arrhas illas constituendas intra decimam partem bonorum, cum alioqui vltra decimam hanc cõstitutio non valeat, sed si maritus vel heredes eius peterent quod arrhæ promissæ & date excesserunt metam nostræ legis, ipsi ex dicta ratione tenebuntur pro- bare excessum, & sic ille, qui petit & actor est sus- tinet probandi onus, & poterit tunc excessus probari, vel per testes, vel per instrumenta, vel æstimum libri, si forte de consuetudine, aut statuto bona ciuium soleat alibrari. Sed an in totum vi- tiabitur arrharum † promissio, vel in excessu tan- tum, & dicendum est, quod tantum in excessu, quia vtile per inutile non vitiatur, cum separa- bilia diuidua sint, & in expresso tenet Suarez hic, vers. nota vltimus, fol. 25. & in casu in quo indiuidu- um esset id quod promissum est. pro arrhis, cum æstimari possit, adhuc tunc non vitiabitur vtile, secundum Castillo hic nu. 8. licet aliàs in re indiuisibili procedat regula illa vtile per inutile vitiatur, se- cundum Din. ibi de reg. iur. in 6. & per Ias. late in l. 1. §. penul. nu. 4. vsque ad. 22. ff. de verb. oblig. & in repe- titione. l. admonendi nu. 49. ff. de iur. iurando & di- cemus in l. 16. Taur. qua est l. 7. tit. 9. infra isto lib. & an arrhæ promissæ veniant ad computationem va-
 21 loris tertij & quinti pro melioratione † vni ex descendentibus assignati, tangit Tellus in l. 19. Taur. nu. 12. Et quod tẽpus inspiciendũ sit in arrharum
 Quæst. 7 datione † vel promissione, ad videndum an meta nostri tex. excedatur nec ne, Suarez relatus per Baeçam de dote c. 31. n. 10. inquit, quod tẽpus pro- missionis, cum maritus eo tẽpore habeat bona, si tamen bonis careat, inspicietur tempus præsta- tionis non vero promissionis, vt tenet ibi Baeça & Palac. Rub. per eum allegatus & Castillo, hic nu. 9. qui sic est intelligendus, ex quo infert Baeça, vbi supra, n. 12. quod si tempore quo maritus dedit arrhas, possi-
 22 debat facultates magnas † etiam si post minuatur, arrharum constitutio non minuitur, sed est

soluenda inspectis bonis, quæ bona fide posside- bat tẽpore constitutionis arrharum, poterit tamen maritus † promittere arrhas de bonis futuris, 24 quæ habuerit sicut de præsentibus, vt per Ayoram in tract. de partitioni. 1. par. c. 7. nu. 17. & sic secundum eum ibi, si arrhæ promissionis tẽpore excedebant decimam partem bonorum per maritum tunc habitorum, si inspectis bonis post acquisitis † non 25 excedat, valebit arrharum promissio dicta, Et an marito vergente ad inopiã † poterit vxor petere 26 arrhas sicut potest dotem, vide Ayoram, in dicto c. 7. nu. 22. allegante Suarez in dicto tit. De las arras, versic. pone quod maritus, vbi & in versic. sequenti querit Suarez an hypothecaria cõpetens pro donatione propter nuptias, competat etiam & priuilegiata † pro arrhis, de quo optime per Fannum de pignori. 2. 27 par. 4. memb. nu. 63. cum 3. sequentibus, & Ant. Gom. l. 53. Taur. nu. 41. & Couar. in 4. 2. par. c. 3. §. 7. nu. fin. & an vendicet † arrhas vxor, vide per Castillo hic 28 nu. 6. & quid si promittens arrhas non habeat filios an possit metã nostri tex. excedere, dic quod non † cum Baeça de non meliorand. filiabus c. 9. n. 83. & 29 quid si filios habeat prioris matrimonij an possit totam decimam partem, excedentem tamen de quinto bonorum promittere, † conciuus noster Doctor Gutierrez in dicto tract. de iuram. confirm. c. 14. nu. 7. & si. inquit quod non, & eo tacito tenet Spino in speculo restam. glos. 18 princip. num. 94. cum 2. sequentibus: mihi tamen aliud videtur, quia ar- rha non est proprie donatio, cum fiat ob causam & in remunerationem & præmium virginitatis vel nobilitatis, & sic in eo quod non excedit re- munerationem non est proprie donatio, secundum quod inquit Castillo hic n. 9. Cõcor. 2. & 3. in eo tamen quod excedit merita non poterit excedere quin- tum, quia esset mera donatio, quæ liberis existen- tibus ex legibus Tauri quintum excedere non potest, & sic intelligo dicta per conciuem nostrum vbi supra, nisi daremus fraudem in marito promittente in præiudicium filiorum primi matrimonij, nam tunc nihil vltra quintum valeret, & hac de causa arrha & iocalia non deducuntur de quinto bono- rum, vt per Ayoram, de partitiõ. 2. par. quæst. 44. per totam & alibi diximus. Et not. pro complemento huius glos. quod habet locum etiam si maritus tempore promissionis arrhæ sit extra Regnum nostrum, vt optime per Pelaez de maiora. par. 1. quæst. 58. nu. 31. cum sequentibus ante, & post, & ibi idem in- quit quoad bona extra Regnum existentia.
 Ibi, Renunciar. Superflua videntur verba hæc nostri rex. imò & eius principalis dispositio, nam si per illã l. 1. tit. De las arras, lib. 3. for. cautum & pro- hibitum erat nõ vltra decimam bonorum partem arrhæ constituerentur, quare hic necesse erat re- petere & disponere quod illi legi fori renunciari non posset, præsertim cũ lex illa fori ipsum con- tractum cõtrarium annullauerit, habemus enim de iure quod iure prohibitio renunciari non po- test, † text. & ibi glos. in l. 1. C. nõ fideius. dot. actur quem ad hoc notant Bart. & Hosci. in l. de us nu. 3. ff. de transactio. & relati per conciuem nostrum Gutier. in repe- titione. l. nemo potest n. 307. de leg. 1. vbi hanc communem restatur & Castillo, hic, n. 13. qui sensit istã difficultatem, qua quidem augetur, nam cum lex illa fori sit pro- hibitua habet clausulam derogatoriam † actus 32 contrarij, & nullitatem eius inducit secundum glos. Ley, l. 28. tit. 11. par. 5. & Abb. in c. ad apostolicam, nu. 15. de

15. de regulari. ubi optime loquitur, & sic quantumvis fieret statutum in contrarium nihil valeret, neq; à pœna excusaret secundū Auen. c. 2. prat. n. 14. lib. 7. per tex. in l. 3. §. Diuus Arian. ff. de sepulc. violat. Cum ergo contractus factus contra illam legem fori esset nullus, per prohibitionemq; legis, illi contractui derogaretur, quantumvis legi illi esset renuntiatū nihil operaretur, nam cum principalis contractus non subsistit, neque ea quæ ex eo sequuntur ex l. cum principalis ff. de reg. iur. & ex l. fin. ff. de const. pecun. qua de causa Castillo hic, vt legislator rem à superfluitate liberaret plures responsiones proposuit, & omisiss alijs, secunda est verior scilicet, quod illa lex fori vt valeret, eius vsus erat probandus, & cum per tex. hic iam approbata sit, non est necesse eius vsum probare cum in corpore iuris communis regij posita sit, eritq; hic vnus casus vbi renūtiari non potest legi, alios 33 inserit † etiam Castillo hic & refert eum nouissimè Matienço hic glos. 3. numero 1.

Ibi, *En perdimiento*. Hunc & alios casus, vbi iure nostro Regio priuationis pœna, & præsertim officij incurritur posui in l. 23. tit. 25. lib. 4. sup.

In L. 3. Tauri. 51.

S V M M A R I V M.

1. Idē an sit nō habuisse filios, vel habuisse sed mortui sint numero 1. vt de arrhis possit vxor tunc disponere, & numero 3.
2. Arrhas tenetur mulier filijs illius matrimonij reseruare, etiā si nuptias secundas nō cōtrahat. 2.
3. Licentia mariti requiritur quoties per cōtractum in casu à iure non prohibito vxor de arrhis disponit. in dicto numero 3.
- Vxor potest viuo marito de arrhis disponere quoad proprietatē, nā maritus dū viuit vsufructu earum vtitur & potitur. dicto num. 3. mortuo tamen marito consolidatur vsufructus in proprietate, ibidem.
4. Arrhas magnas si vir promittit vxori ob hoc, quod ipsa magnam dotem promissit, si dos non sit certa, non tenebitur soluere arrhas num. 4.

S V M M A R I V M.

Filijs non existentibus matrimonij in quo arrhæ interuenerunt, alij mulieris hæredes lucrantur eas & non maritus, siue mulier hæc testata siue intestata decedat, nisi aliud de arrhis dispositum sit.

Ibi, *Sino ouiere hijo*. Ergo si filium habuerit matrimonij illius, in quo arrhæ interuenerunt, neque de eis potest ipsa mulier etiam cum mariti consensu, neque maritus cum consensu vxoris disponere, imo neque de eis meliorare vnum ex filijs, vt diximus in l. 3. glos. En todos, supra, titulo precedente, imo & secundum quod ibi dixi tenebatur eas reseruare filijs primi matrimonij, si secundo nubat. Quid tamen si mulier hæc filios habuit ex matrimonio illo, tamen omnes mortui

sunt, num erit idem ac si filios non habuisset, vt disponere de arrhis † possit & dic quod sic, secundum Suarez in d. tit. De las arras, §. fin. in prin. fol. 43. in antiquis. Ex ijs etiam infero verbis nouissimè, quod si vxor ex matrimonio in quo arrhæ interuenerunt filios habet, non possit quamuis ad secundas non transeat nuptias, † de dictis arrhis disponere, sed omnino filijs primi matrimonij eas reseruare teneatur, quod deduco ex limitata facultate vxori concessa disponendi de arrhis, si filios non habuerit, ergo eis habitis non possit, limitata enim causa limitatū producit effectum, præsertim cū ex hoc reducatur ad ius commune, quo mediante æqualitas inter filios desideratur, & æqualiter inter eos venit arrha diuidenda, secundum Suarez, Pal. Rub. & Ant. Gom. relatos per Tell. in l. 9. Tau. nu. 12. licet ipse ibi contrateat, quæ sequitur Matienço hic in glos. 1. satis leui fundamento, scilicet, quod lex illa fori non est in vsu recepta, cum contrarij ex tex. nostro appareat, eam approbante, & sic eius vsum probare non est necessarium, vt dixi in l. 3. glos. 1. tit. 1. lib. 2. supra, & in lege precedente, sic etiam non obstat aliud fundamentum illius Telli, dum dicit quod per legem sequentem, relinquunt in electione vxoris eligere arrhas, vel vestes & iocalia, quia hoc non impedit quin si arrhas elegerit, non debeant regulari arrhæ secundū legis nostre dispositionem, regulabuntur enim, & sic cessant motiua ipsius Telli, quod tamen magis urgebat pro ipsius opinione erat, quod licet arrhæ hæc deferantur mulieri ex legis dispositione, non tamē deferuntur titulo lucratiuo, sed potius oneroso, quia in premiū virginitatis, nobilitatis, & similis causæ arrhæ præstantur, vt dictum est in hoc titulo, & cum dicto titulo deferatur non tenetur reseruare filijs, cum ad id tantummodo teneatur, quoties titulo lucratiuo deferuntur ei, secundum communem relationem per Couar. rub. in 4. parte. 2. c. 3. §. 9. num. 7. sed fundamentum hoc cessat, dicendo quod quamuis sint remunerationis causa arrhæ promissæ, adhuc tamen tunc sunt ex causa donationis data secundum Castillo l. 50. Tauri. num. 9. in prima & secunda concordantia, igitur titulo lucratiuo, & per consequens filijs reseruandæ sunt, ex dicta communi, & sic vera videtur, cōtra Tell. opinio dicta Suarez, Anton. Gom. & Pal. Rub. nihilominus tamen tu latius cogitabis, nam mihi contra Tellum tenendum videtur.

Ibi, *Las aya el heredo, o herederos de ella*. Etiam si extranei hæredes sint, hoc enim denotant in præfenti verba hæc, vt sic omnem hæredem etiam extraneum comprehendant.

Ibi, *Yo no dispo*. Hic est tex. expressè probans per argumentum à contrario sensu, quod filijs matrimonij in quo arrhæ sunt promissæ non existentibus, potest libera † vxor de totis arrhis disponere, quod & Clarus probatur ex l. fori in lege nostra approbata, idq; intelligo siue maritus nubat, siue non, siue fiat dispositio hæc per testamentum, siue per contractum inter viuos, vt probatur ex generalitate nostri tex. & ex lege fori dicta, ubi Suarez in §. penultimo, ita tenet Dum tamē adsit licentia mariti quoties per contractum vxor disponit de arrhis, nam absque ea contrahere non potest, secundum leges tituli sequentis, & si recuset absq; causa dare licentiam iudex præbebit. Item intelligo ratio.

*Nota
confide-
ratio.*

*Nota
confide-
ratio.*

*Nota
confide-
ratio.*

ligo quod in vita mariti potest vxor liberis non existentibus de arrhis disponere, ita quod quantum ad proprietatē statim acquiruntur arrhæ illi in cuius fauorē de arrhis disponitur, nam quoad vsumfructū qui est ipsius mariti dum viuuit, non statim acquiruntur, sed demum mortuo marito, cui in suo vsumfructu non est censendū legem nostram velle præiudicium fieri, item argumento dictorum per Suarez, in dict. tit. De las arras, §. fin. sicq; lex nostra & illa fori intelligendæ sunt, mortuo tamen marito tunc vsumfructus cum proprietate consolidatur. Notandū tamen est quod si mulieri promittenti viro suo magnam dotē, vir ipse hac de causa motus constituit vxori ipsi arrhas excessiuas, plusquā forte ei daret si tantā dotem non promississet, tunc si vxor in dotis promissione virum suum fefellit in non implendo dotem promissam, nullo modo possit ipsa vxor arrhas petere, neque hæredes eius, neq; de eis disponere in vita, neque in morte, secundum Suarez ubi supra, versi. Nota vlt. fol. 25. in antiquis, quæ refert & sequitur Baeza de dote. c. 23. n. 18. & vnde processerit legis nostræ dispositio, vide per Castill. hic c. 1. per totam. Ibi, *Y no el marido.* Quæ fuerit eius ratio, vide per Ant. Gom. hic n. 14. & ex hoc corriguntur leges fori juzgo, quæ ab intestato contrariū disponebant ut licet videre per Matienço hic glo. 2. & per alios commentatores.

L. 4. Tauri. 52.

SUMMARIUM.

- 1 Lex nostra est ampliatiua aliarū legum in sponsa de futuro tantum loquentium, num. 1.
- 2 Ad lucrādū arrhas vel iocalia nō sufficit traductio ad domū, nisi interueniat osculū pro medietate lucrāda, vel copula cōsumatio pro omnibus lucrādīs n. 2. neque requiritur traductio ad domum, sed osculū, vel confirmatio copula ut n. 3.
- 4 Animus donādi iocalia non requiritur in sponso, sed sufficit de cōtrario animo non apparere. 4. Sponsa an sit ornanda sumptibus viri. 5.
- 5 Corrigitur per legem nostram ius, & communis opinio disponens non valere donationē factam sponsa de presenti. 5.
- 6 Differentias inter sponsalia de futuro & de presenti, & conuenientias numero 6. & 7.
- 7 Sponsa de presenti sequitur domicilium sponsi, de futuro vero non 7.
- 8 Sponsa osculata lucratur medietatē iocaliū etiam si religionē ingrediatur 8. & 9. ubi idem si nullum sit propter iuris impedimentum tale matrimonium, nisi ut ibi.
- 10 Sponsa perdit iocalia propter adulterium nu. 10. ubi alia referuntur quæ perdit ob adulterium.
- 11 Sponsa perdit iocalia si ex culpa sua matrimonium non sequatur 11.
- 12 Donatarij culpa, si non sequitur effectus donationis, non consequitur eam, imo est inefficax. 12.
- 13 Sponsa de futuro osculata, si secunda contraxerit sponsalia de presenti, an amittet medietatem

- iocalium per osculum adquisitam 13.
- 14 Sponsa per osculū lucratur medietatē iocalium, dum tamē sit de osculata post sponsalia cōtracta. 13. ubi n. 14. idem esse si oscula precedant donationē, dum tamen tunc sint contracta sponsalia. Copula habita inter sponso si donatio iocalium fiat teneri potest, sponsam talem non lucrari iocalia in d. numero 14. ad finem.
- 15 Sponsa lucratur iocalia, etiam si nullam traxerit dotem 15.
- 16 Vir sicut mulier an lucratur ab sponsa datum, si carnali copula consummauerit matrimonium 16. ubi examinatur.
- 17 Sponsa non solum donatum ab sponso lucratur, secundum dispositionem nostri tex. verum & donati à consanguineis sponsi. 17.
- 18 Sponsa erit secuta in conscientia similia iocalia lucrando, secundum dispositionē nostri text. 18.
- 19 Sponsus si alienum annullum sponsæ missit, & matrimonio iam consummato alium loco eius dederit, valebit datio. 19.
- 20 Contractum inter sponso circa lucra horum iocalium seruabitur 20.
- 21 Animus donandi iocalia ex l. nostra præsumitur interueniente osculo vel copula num. 21.
- 22 Sponsa hæc post mortem sponsi inhonestè viuens perdet iocalia hæc. 22.
- 23 Copula precedens sponsalia non faciet sponsalia de futuro post secuta transire inde presenti, neque lucrari iocalia antea data 23.
- 24 Donatio absenti fieri potest mediātē nuntio, vel procuratore 24. ubi num. 25. an possit sponsa reuocare donationem hanc.
- 26 Sponsus si secuta copula carnali, & per eam cōsumato matrimonio, aliquid donauerit sponsæ, non lucrabitur illud sponsa. 26.
- 27 Iocalia si ante consummationē matrimonij tradantur sponsæ tempore velationum, an lucrabitur ea sponsa. 27.
- 28 Donata à consanguineis sponsæ sunt ipsius, nisi aliter se habeat consuetudo 28. Copula quibus cōiecturis probari possit eod. n. 28.
- 29 Sponsa an pretiosa vel non præciosa iocalia lucrabitur, secundum legis nostræ tenorem 29.
- 30 Vestes lugubres an lucrabitur vxor, & ei danda erunt. 30.
- 31 Amplexus in materia nostri tex. an idem efficiet quod osculum 31.
- 32 Mora purgatio non admittitur lapsis 20. diebus constitutis ad eligendum arrhas, vel iocalia. 32.

SUMMARIUM.

Sponsa de præseti, vel de futuro qualiter & quomodo lucretur arrhas, & ipsa vel eius hæredes disoluto matrimonio eas petere possint declarat & disponit lex nostra.

Ibi, *De presente*. Ex ijs verbis ampliatur & extenditur dispositio tex. in l. si ab sponso. C. de donatio. ante nupt. à qua habuit ortū l. 5. incipienti, si el esposo, titulo, De las arras, lib. 3. fori, & l. 3. titu. 6. par. 4. & l. 55. titu. 1. libr. 3. fori iuzgo, quæ tantum in sponsa de futuro loquebantur, sicque Doctores tam iuris civilis, quam Canonici eas intelligebant procedere tantum in sponsa de futuro, ¹ † per text. in l. 1. ff. de sponsalib. & l. inter eos ff. de donatio. inter. vir. & vxor. & l. cum hic status §. si quis sponsam. eodem titu. & ex eo quod per verbum, sponsa, tantum illa de futuro intelligebatur, ex leg. 2. & 3. titulo 11. part. 4. hodie tamen ex text. nostro, idem in sponsa de presenti dicendum est ad ampliationem dictarum legum, secundum Castillo hic in principio, & Montaluum in dicta l. 5. tit. 2. De las arras, lib. 3. for. & Palac. Rub. in rubr. §. 4. num. 1, vbi optime inquit quod ad lucranda ista iocalia, vel arras non sufficit traductio ad domum nisi ² interueniat copulæ consumatio, † vel osculum ad medietatem eorum lucrandam, & facit pro hoc communis aserta per Castillo hic nu. 18. versi. sed Ioan. Cal: quicquid contrarium & male voluerit glos. 2. l. 3. tit. 11. p. 4. imò &, quod plus est, quod non requiritur ad lucra nostri tex. acquirenda quod sponsa traducatur ad domum, sed sufficit quod ante traductionē osculum, vel copula in- ³ terueniat, † secundum Villalobos in Antinomia iuris civilis & Regij. verbo, donatio. nu. 24. & ita tenendum est licet antea traductio requireretur. Itē & eodem modo non requiretur animus donandi iocalia hæc in sponso, imo sufficit quod de contrario animo non appareat, † prout faterur Palac. ⁴ Rub. in rubrica §. 4. 5. & 6. de don. inter. vbi faterur quod postquam ibidem dicta circa hoc scripsit, & dubitauit an animus donandi in donante requireretur, tãdem inquit ad omnia illa dubia sedanda processisse nostram legem, secundum quam semper lucratur sponsa iocalia atēto tenore nostræ legis quamuis expressè non constet animo donandi dedisse ea, sufficit enim non apperere aliud esse conuentum & in §. 6. quærit ipse Palac. ⁵ Rub. an sumptibus viri sit † sponsa ornada quod iam hodie sic videmus fieri, si aliud non conueniatur, vltius & ex nostra lege corrigitur cõmunis opinio & tex. in l. penultima. ff. de donatio. inter. ⁶ probans non valere donationē factam † sponse de presenti, prout aduertit glos. 2. in dicta. l. 3. tit. 11. par. 4. & post hæc nouissime Matienço in glos. 1.

Ibi, *De futuro*. Hoc etiam disponebatur antea, vt in glos. procedente diximus, & per legem nostram extenditur ad sponsam de presenti, & sic erit hæc vna ex cohuenientijs inter sponsalia de futuro & de presenti in iure repertis, quã & aliàs ponit ⁷ Castillo, hui verbo, de futuro, † & aliquas differentias etiam annectit, & vltra per eum dictas est & alia differentia, scilicet, quod sponsa de presenti sponsi domicilium & forum sequitur sed sponsa ⁸ de futuro † verum receptiusque est quod non, secundum Horosci. in l. cum quadam puella, numero 9. & 12. ff. de iurisd. omn.

Ibi, *Suelto el matrimonio*. Etiam si dissoluatur per religionis ingressum, vt putà, quia sponsa de presenti nondum cognita à viro osculata tamen ⁹ ingreditur religionem, † prout potest, secundum tex. in c. ex publico de conuersio. coniug. Et tex. in c. 6. sessio. 24. Concilij Trid. & tex. l. 4. & 8. tit. 1. par. 4. &

in l. 1. tit. 2. ead. par. Tunc enim si osculata est lucratur medietatem iocalium, ex tex. nostro, vbi notant Cifuentes & Castillo, num. 3. & Pal. Rub. in rubr. §. 6. num. 3. & Couar. in 4. par. 2. c. 7. §. 4. num. 12. fol. 99. & glos. La mirad, d. l. 3. tit. p. 4. & post hæc Matienço hic glos. 2. num. 1. vbi idem dicit si sponso ante copulam ingrediatur religionē, vel si soluatur matrimonium quia nullum sit propter impedimentum iuris, † putà, quia reperti sunt consanguinei ¹⁰ in gradu prohibito ipsis ignorantibus impedimentum dum contraxerunt, prout est intelligendus Cifuentes hic, quia si sciebant illud ambo, vel ipsa mulier sola & nihilominus matrimonium contraxerūt, tūc dissoluto matrimonio propter hanc causam nihil lucrabitur hæc sponsa ex iocalibus illis, siue osculata, siue copulata sit, secundum text. in l. 11. iuncta l. 12. titu. 9. par. 4. quam ita declarando tenet Castillo hic num. 3. cum culpa ipsiusmet sponse tunc adsit, quo casu secundum dictam l. 3. titulo 11. par. 4. perdit dona hæc sicut & perderet si adulterium commississet, † ex tex. l. 15. titu. 18. par. 7. ¹¹ & ex l. fin. tit. De las ganancias, infra isto lib. Imò & matrimonio soluto propter adulterium vxoris bonorum interim lucratorum non consequitur vllam partem mulier hæc adultera secundum tex. l. 5. tit. 9. infra eod. per Ant. Gom. l. 53. Taur. num. 72. eò quod culpa ipsius mulieris dissolutū est matrimonium, perditq; itidem bona, quæ aliàs propter pactum habere debebat, secundum Pal. Rub. in rubr. §. 87. num. 2. eodemque modo si culpa ipsius sponsæ matrimonium non lucratur donata ab sponso quamuis osculata sit, † secundum tex. d. l. ¹² 3. tit. 11. par. 4. & tex. in l. cum virum C. de donatio. ante nupt. & tetigit in propositum Palac. Rub. in rubrica, dicto. §. 6. quod & in qualibet donatione est regulare, nam si culpa ipsius cui fit donatio non sequatur effectus, non consequitur eam, imo est inefficax, † secundum tex. in l. pater seuerinã ff. de cond. ¹³ & demonstr. & text. in l. 14. titu. 4. part. 6. quos & Socinum ad hoc allegat Tellus in l. 17. Taur. nu. 80. & ex illa l. 14. probari potest nostra assertio, nam ibi in donatione facta alicui mulieri vt nubat tali, si noluerit, perdit illam donationē, & facit etiam tex. in l. 22. tit. 9. par. 6. quæ quidē lex licet in promissione facta in contractu locum non habeat, prout magis communem restatur Ias. in l. 1. n. 6. C. de cond. & subst. sub. cond. fact. quia conditio non valet si matrimonium non sequitur, neq; vllus lucratur illud quod promissum erat, si nuberet Berta, tamē fatendum est quod redit ad ipsum promissorē, vel eius hæredes, si ergo redit, & in nostro casu redibit ad sponsum donantem, si ipsius sponse culpa matrimonium non sequatur, & ita tenendum est, licet in aliquo deuiauerit Matienço hic glos. 2. numero 2. Neque obstat si dixeris quod in præmiū honestatis amissæ lucratur iocalia hæc sponsa osculata vel copulata, secundum ordinem nostri tex. sed si in præmiū hoc lucrum acquiritur, cur debet illud amittere, quãuis matrimonium non sequatur: quia respondeo, quod culpa ipsius hoc officit, sciēti enim & cõsentiēti non fit fraus, neq; dolus, & ipsa se per culpã pœnæ amissionis subdit, cū sciens contraxerit matrimonium culposum, sciēsq; passã sit se de osculari, vel copulari, & ideo sibi imputet. Ex quibus inferri potest, ad diffinitionem alterius quæstionis per Castellum hic nu. ¹⁴ 4. propositæ, scilicet, si sponsa de futuro osculata per

De las Dotes Arras y Ioyas. l. 4. Tauri. 52. 49

per sponsum secunda contraxerit sponsa per verba de presenti, quo casu prima de futuro dissoluuntur *per iura vulgaria*, num debeat lucrari medietatem iocalium ei donatorum per primū sponsum, † & licet Castillo plures in hoc distinguat casus, tu tamen tene quod nisi aliud sit conventum tempore sponsaliorum, vel aliter excusari à culpa posset, nullo modo lucrabitur hoc sponsa illa, cum sit in culpa secunda contrahendo de presenti sponsalia sine consensu & licentia primi sponsi de futuro, *et ita colligitur ex Castillo d. n. 4. et melius, num. 5.*

Ibi, *Bejado*. Intellige postquam contracta sunt sponsalia non vero si ante, *secundum Couar. in 4. par. 1. c. 4. §. n. 13.* & colligitur ex *tex. nostro*, dum inquit quod donata ab sponso sponsa lucratur, secundum tenorē nostri *tex.* ergo supponit prius sponsalia contraxisse, *et tenet Matienço hic gl. 3. n. 1. et 2.* siue ante, siue post donationem osculum interueniat, *secundum Ant. Gom. hic n. 6.* Ex quo infero quod si copula præcedat donationem, interueniat tamē copula ipsa antequā contracta sint sponsalia, † lucrabitur mulier iocalia hæc, eo quod militat eadem ratio siue ante, siue post donationem copula interueniat, scilicet, ratio pudoris amissi, & in præmium eius fit, ergo idem debet esse ius, item quia lex nostra casum osculi equiparat casui copulæ ad hoc vt mulier lucretur, licet non in tanta quantitate, cum ergo quoad hoc quod est lucrum, ij duo casus æquiparentur, & in lege nostra quoad osculum sufficiat post sponsalia contracta donationem iocalium interuenisse, siue osculum præcedat donationē siue sequatur, *prout ex lege nostra clarissime probatur*, ergo idem est dicendum cum copula interuenit, quia æquiparatorum eadem est ratio & ius, verbaque nostri *tex.* ibi. *Ante de consumido el matrimonio*, tantummodo apponuntur ad differentiados casum copulæ, & casum osculi, quoad quantitatem lucranda, nō vero ad hoc quod habeatur respectus præcedat osculum vel copula donationem vel non, dum tamen sint iam contracta sponsalia, cum osculatur vel copulatur, idq; colligitur, *claræ ex versiculo. Pero si qualquier de ellos muriere despues de consumado el matrimonio.* Ecce ergo quomodo est ad differentiam eius quod disponitur quando moritur ante cōsummationem, clariūque hoc patet, ex isto versu. nā si post cōsummationē matrimoniij, statim vxor moreretur, sequeretur quod sic ante donata non lucraretur, quia præcesserit copula, quod versiculus hic nullo modo sustineri posset, hoc tamen est falsum, igitur opinio nostra est vera, item lex hæc in resolutione horum dictorum casuum in versu. *Pero si arras*, inquit. *Pero si arras ouiere, que sea en escogimiento de la muger, o de sus herederos, ella muerta tomar las arras, o dexarlas, y tomar todo lo que el marido le ono dado, siendo con ella desposado*, ponderanda sunt hæc finalia verba ex quo ad resolutionem lucri adquirendi nihil distinxit, effectnē donata ante vel post osculum aut copulam, sed solum considerat quod sint donata post sponsalia, ergo neq; nos distinguere debemus, & sic teneo quod siue osculum, vel copula præcedat vel non donationem iocalium spōsa lucrabitur iocalia *secundum ordinem nostri text. cum Ant. Gom. hic d. n. 6. et Auend. c. 15. par. n. 6. in fili. prim. in practicaque nū-*

quam vidi aliud fieri, neque distingui, & probatur optime *ex tex. nostro dictis modis considerato*, quicquid Matienço, hic cum alijs velit contra tenere & verius & receptius dicat, verius enim esse credo contrarium & sic primam opinionē, quā post hæc mea scripta vidi etiam securam, & veriore dicentem Ayoram, *in tract. de partitioni 1. p. c. 7. n. 37.* & gauisus sum eum videre, nullus tamen eorum nostra considerat fundamenta prædicta prima opinione, & sic cessat alia quaestio tacta per ipsum Matienço, *in gl. 4. n. 4.* imo, ibi idem, quod hic nos, vult si bene consideretur, nam petuntium si non est ad hoc determinatus non potest fieri donatio, ei ergo aut ibi hæc nostram tenet opinionem, aut male loquitur, imo & teneri potest quod si post copulam fiat donatio non lucrabitur illa sponsa quia iam est vxor, & cōsummatū est matrimoniu, *vt gl. Ant. in fr. eo dicemus.*

Ibi, *Gane*. Etiam si nulla dos ab sponsa ipsa vir ipse donans iocalia hæc & sponsaliam largitatem acceperit, *secundum Auend. c. 15. par. n. 3.* sicut in vxore, lucratur enim vir † quando matrimonio copula cōfirmatum est, id quod ipsa sponsa recepit, sicut sponsa quod ab eo recepit, dum sponsati fuerit, quod tamen dubium habet, eo quod in sponsa ita decifum habemus, *per tex. nostrum*, in sponso vero non, & quia non est par ratio in viro sicut in vxore, mulier deosculata vel copulata etiam ab sponso suo, de honestatē quandam incurrit, virumque alium sicut antea videmus non reperire, si sponso ille moritur vir autem nihil perdit, igitur non est idem dicendū in viro sicut in muliere, nisi animus donandi ipsi sponso ex parte sponsæ colligeretur, *vt licet videre ex Ant. Gom. hic n. 3. has rationes considerante*, & sic contra Auend. tenuit Palac. Rub. in rub. §. 6. *et Castillo hic n. 11. et tenent omnes secundum Matienço hic gl. 4. num. 2. et probatur ex l. 3. r. 1. par. 4. et sic tūc sponsæ vel eius hæredibus restituendum est datum sponso ab sponsa, etiā si copula interuenierit, quicquid Castillo hic n. 12. et Ant. Gom. n. 3. et Matienço hic gl. 4. n. 1. vellet distinguere in hoc casu osculum à copula & male ex dictis, & quia in muliere non datur animus donandi, cum genus mulierum sit auarissimum, *et ita tenet Gomez Arias. l. 50. Tauri, n. 19.* sed si deliberatus animus donandi daretur, & donum esset paruum, tunc vtique valeret & sponso relinqueretur, vel si hæc esset consuetudo. Vterius ampliatur, in tantum sponsam lucrari donata ab sponso, non solum si ad sponso ipso donentur, verum & si ab sponsi consanguineis † lucrabitur ea, secundum ordinem & dispositionem nostri *tex.* *secundum Pala. Rub. in rub. §. 3. n. 4. et 5. et in l. 45. n. pen. et Clar. in lib. 3. recep. sent. verbo, donatio. quest. 10. n. 2. et Roland. Valle conf. 10. n. 8. cum sequent. aliquibus li. 1. et videtur tenere Castillo hic n. 3. et 15. et sic in donatis à Socero idem erit, vt inquit ipsemet Pala. Rub. in ead. rub. §. 11. Iterum & quarto ampliatur conclusio nostri *tex.* vt procedat etiam si sponsa vel sponso ingrediatur religionem, *vt in hac lege remanet dictum.* Item, & quinto ampliatur lex nostra vt & in conscientia † sit secura sponsa hæc familia lucrando & eius hæredes, *secundum Minchacari de succes. creat. to. 1. §. 1. n. 26. ad fi.* Sexto ampliatur, quod si sponso alienū anulum sponsæ munerit**

Nota
confide-
ratio.

17

15

16

t

18

Conclu-
sio tenē-
da,

Thom. 3.

E

munerit

muneri misit, & post nuptias pro annulo ipso suo proprium dedit, valet donatio, quamuis sit facta
 19 † constante matrimonio, quia secundus annulus primum representat, habetque tunc locum regula, subrogatum naturam sapere subrogati, prout in expresso tenet Tiracellus de primogenitura, quest. 46. n. 40. Quibus ampliacionibus sic discussis limitatur primo nostra conclusio, vt non procedat secundum quod in hac lege remanet dictum, si propter culpam ipsius mulieris matrimonium non sequatur quia tunc nihil lucrabitur.

Limitatur & secundo nisi aliud inter sponso sit contractum, puta, si adiecta sit conditio quod in nullo casu talia iocalia, ad donantem reuertantur, quia tunc † sponsa lucrabitur siue osculata aut copulata sit, siue non, vel sponso lucrabitur si contrarium pactum sit factum, secundum Pal. Rub. in rub. §. 3. nu. 4. & 5. vel quod in omnem casum reuertatur ad sponsum renuntiando legi huic. Limitatur & 3. dummodo iocalium donatio non precedat copulam vel osculum sed post sequatur, secundum opinionem aliquorum, sed secundum meam & veram idem erit siue precedat siue sequatur, prout in hac late diximus lege. Notandum etiam est quod licet antea animus donandi iocalia hæc probandus erat, vt licet videre ex Claro lib. 3. recep. sentent. verbo, donatio, questio 10. in principio, præsumebatur enim commodatum vt ornatio appareret, secundum Bart. & alios relatos per gloss. l. 3. tit. 11. par. 4. ex lege † tamen nostra præsumitur interuentu osculi, vel copulæ. Quarto & finaliter limitatur nostra conclusio, nisi talis sponsa post mortem sponso inhonesti viuatur, tunc enim
 20 perdit dona hæc † & sponsalitiã largitatẽ, argumento l. res uxoris C. de donatio. ante nup. & l. 9. tit. 12. lib. 3. fori, & adductorum per Palac. Rub. in rubri. §. 67. & §. fin. & Auiles in proæmio, capit. prætorium, & Anton. Gom. l. 53. Tauri, nu. 72. & eorum quæ diximus in l. 3. tit. 1. supra hoc lib. & quæ sit quantitas, quæ ab sponso donari potest in ijs iocalibus in l. 1. huius tituli disponitur, scilicet id quod valet & æstimari potest octaua pars dotis receptæ & promissæ cum sponsa ipsa.

Ibi, La ouiere besado. Simile disponebatur in l. 3. tit. 11. part. 4. & intellige, dum tamen osculum vel copula post sponsalia contracta sequatur, vt in hac diximus lege in gloss. besado, ante enim sponsaliorum contractum osculum vel copula detestatur & punitur osculans vel corrumpens virginem pœnis à iure statutis, secundum Castillo hic nu. 6. & 7. & Couar. desponsali. 1. parte c. 4. §. 1. fol. 10. nu. 14. præcedens enim copula non facit transire sponsalia post secuta de futuro † in de præsentis, secundum tex. c. veniens 2. de sponsalibus.

Ibi, Lo que el esposo le ouiere dado. Siue per se, siue mediante nuntio vel procuratore ad hoc constituto. Par est enim aliquid fieri per se, vel per nuntium eius nomine interuenientem, & sic per relationem ad alium, videmus enim quod de iure etiam ciuili donatio potest fieri absenti per nuntium † vel procuratorem ad hoc constitutum, secundum tex. in l. qui mihi donatum. ff. de donatio. tradit gloss. in l. neque ambigi. C. de donatio, communiter approbata secundum gloss. l. 4. tit. 4. par. 5. per text. ibi, & l. 3. tit. 11. par. 5. de quo latius dicemus in l. 1. tit. De los contratos y obligaciones, infra isto lib. & cum in hac nostra leg. per sponsum donatio iocalium fiat, me-

ritoque valeat siue per se vel alium eius nomine fiat, prout tenet Castillo hic num. 14. per tex. in l. si sponsus in principio ff. de donatio. inter vir. & uxor. Et an possit sponsus reuocare donationem hanc, tan-
 25 git idem Castillo hic, dicto numero 14. vbi inquit quod sic, † & quod per pignorationem specialẽ, non vero generalem reuocetur, quod verum intelligo re existente integra, & sic antequam traditio intercedat, vel acceptatio donationis, si per scripturam fiat, & osculum, vel copula intercedat.

Ibi, Ante de consumido el matrimonio. Et sic ante copulæ interuentum, nam cum per copulam matrimonium consumetur, solum quando sponsus de præsentis, verum etiam de futuro ante Concilium Tridentinum, carnaliter cognouit sponsam suam, secundum tex. in c. is quidem de sponsali, & c. de illis, & c. per tuas, & ibi Doctores de conditio. app. tuncque verbo & opere consummatum dicatur, secundum tex. in l. 4. in principio, titulo 1. par. 4. necessario fatendum est text. hunc loqui cum nondum copula carnalis interuenit, probatque melior l. 4. & 5. tit. 10. p. 4. quæ iura & alia allegat Castillo hic num. 17. sic nostrum text. intelligens & plura ex hoc infert, & præsertim illud, scilicet, quod si sponsus contractis sponsalibus & secuta copula carnali aliqua donauit sponsæ non efficiuntur ipsius sponsæ, & suorum hæredum, † quia iam
 26 non sunt acquisitionis, cum matrimonium inter eos copula carnali consummatum sit, & sic cessare videtur legis nostræ dispositio, eandemque opinionem tenet gloss. l. 3. tit. 11. par. 4. & vide gloss. l. 23. eod. tit. & parti. facitque pro hoc tex. in l. quod sponsa C. de donatio. ante nup. & de iure verius videtur, licet vulgus ignorans multoties copulæ consummatæ admiserit indistincte & practica admisit, lucrati sponsam iocalia donata post copulæ consumptionem, vt asserunt Auend. c. 15. prat. numero 5. lib. 1. quem sequitur noster Gutierrez in allegatione 11. numero 7. & probatur ex text. nostræ repetente bis, verba illa, Ganen todo lo que seyendo desposados le ouo el esposo dado, & ibi, todo lo que el marido le ouo dando, siendo con ella desposado, & sic nulla facta distinctione præcedat copula donationem, aut non præcedat, sed sequatur post eam, nec obstant verba hæc, Antes de consumido el matrimonio, quia intelliguntur per velationem & translationem ad domum quoad osculum, licet quoad secundum casum in versu. Pero si, verba illa ibi posita, Despues de consumado el matrimonio, per copulam sufficit in hoc casu consumi, & hoc patet, quia in primo casu de osculo, differentia constituitur à casu copula sequente, ergo vt differat in casu primo osculi, verba hæc, Antes de consumido, per velationem & translationem debet intelligi. Quid tamen, si ante consummationem matrimonij per copulã, tempore velationum iocalia hæc tradantur sponsæ, num si post osculum vel copula interueniat † lucrabitur hæc sponsa, secundum ordinem nostri text. & in hoc Ant. Gom. hic num. 5. quem re-
 27 fert & sequitur Gutierrez vbi supra numero 7. tenet quod idem sit, sicut in donatis ante tempus donationis, & allegat Auendanius in dicto c. 15. prat. numero 5. lib. 1. & nouissime post hæc tenet Martiengo hic gloss. 6. reprobaturque ipse Gutierrez, Gregor. Lupum, in l. 23. tit. 11. par. 4. contra tenentem & meo videri reprobatur iniuste veram enim re-
 puto

Questio
 secunda.

Questio
 tertia.

puto opinionē Gregorij, & rationibus adductis per Anto. Gom. dicto n. 5. in princ. Item, & quia de proximo velanda pro velata habetur & copulata illa, quæ de proximo est copulanda, secundum Castillo hic, n. 18. & late per las. in lectione, & in repetitione, l. admonendi, ff. de iur. iuran. vbi late profecquitur, quomodo de proximo accingendus habetur pro accincto, item quis ducitur, nisi quod vestimenta & ornamenta tempore velationum per sponsum sponsæ tradita non tradenda neq; danda fore, si tempus velationis non existeret de præsentis & præ manibus, matrimoniumque tunc & traductio ad domum essent consummata, & sic non animi donandi data fuisse, sed vt ornatio tempore velationum apparet, & sic cum Gregorio Lupo, & ante eum tenuit, Palac. Rub. in rubr. §. 11. n. 2. vbi dicit quotidie sententari, quod ea quæ traduntur vxori, vt ornatio apparet, & sic prætiofa, puta, cum traduntur tempore velationis, non lucrari ab vxore, sed ab hæredibus viri quamuis copula post interueniat, idēque voluit ipsemet Auend. c. 10. prat. num. 13. lib. 2. de quo late per Roland. Valle consi. 10. n. 12. cum sequētib; aliquibus lib. 1. licet non ignorem ipsummet Palac. Rub. in ead. rubr. §. 6. nu. 3. tenere propter hæc dubia sedanda legem nostram processisse, vt scilicet, etiam donata tempore velationum secutis post osculo vel copula, esse ipsius vxoris & suorum hæredum, sed in dicto §. 11. vt vides cōtra tenet, & sic secundam opinionem Gregorij, quam credo veriolem, fundatque ex communi illa asserta per Bald. relatum per Castillo hic nu. 15. scilicet, quod donata à consanguineis sponsæ sunt ipsius sponsæ nisi consuetudo se aliter habeat, quia illa est omnino seruanda, Neque obstat dictæ nostræ opinionis lex nostra, quia non procedit lex nostra vbi cunctis animus donandi deficit. Sed an ex coniecturis & quibus possit copula probari, vide in simili per Dec. consi. 577. per totū.

Ibi, Precioso, no. Notanda sunt verba hæc, nihil enim excludunt, & sic præciofa & non præciofa ¶ veniunt, & in iis comprehenduntur & sponsa lucrabitur ea, secundum legis nostræ tenorem, vt hic tenet Anton. Gom. hic n. 4. & Castillo hic n. 21. & Palac. Rub. in rubr. §. 6. nu. penult. vbi fatetur legem nostram processisse ad dubia sedanda, quæ in hoc aderant de iure, & tenet etiam Montaluis relatus per Cifuent hic, & Villalobos in antinomia iuris ciuili & Regij, verbo, donatio. nu. 25. & Doctor spino, in suo Speculo testamen. glos. 18. princ. num. 115. & hanc post hæc nouissime tenet Matienço, hic glos. 5. nu. 2. vbi inquit alij omnes hic eam tenere, ita quod miretur Gregorium Lupum virum alioqui doctum contrariam tenere, imo quod præciofa nõ lucretur sponsa, sed illa tantum quæ prætiofa nõ sunt, & hanc tenet Gregor. Lup. in l. 33. tit. 11. par. 4. in fin. & Cifuent. hic, & Palac. Rub. dict. §. 11. & Matthaus Afflict. & eius additio. in decisione 315, & late Vitalis de Cambanis in tract. clausularum pag. 950. in paruis num. 11. cum pluribus sequentibus & gloss. Pafios, l. 23. tit. 11. par. 4. & tenent Abb. & alij relati, per syluam nuptialem, verbo, diuiti non est nubendum, n. 62. & hanc dicit veritatem Angel. consil. 134. vbi retulit tres opiniones, & hanc distinctionem, sint prætiofa vel non iocalia hæc communem & lege partitarum approbatam testatur Villalobos, in arario mill. commun. opin. litera V. num. 47. &

Thom. 3.

48. & secundum eam debet lex nostra declarari, & secundum hæc declarationem in audientijs declarari & determinari testatur, Palac. Rub. dicto §. 11. num. 2. in fin. & prædicauit & consului pluries, & per alios vidi consultum, & ultra alios tenet & fundat optimè licet breuissime, Pet. Ancha. cor. f. 181. in prædicto dubio parum, hæc enim prætiofa ornatus causa non vero donationis dantur secundum prædictos & relatos per Iul. Clar. lib. 3. recept. sent. verbo donatio, quæf. 10. versic. successiue, vbi hanc communem testatur, & Menochius de arbitr. iudi. lib. 2. centuria. 3. casu. 218. tandem distinguit inter hæc optime Clarus vbi supra, vltra quem ego dico, quod si secundum conditionis statum mulier hæc in publicum sine dedecore exire non potest sine iis, etiam si prætiofa sint, lucratur ea, secundum dispositionem nostri text. etiam si quotidiana non fiat, si vero mulier hæc sine dedecore, sine iis exire potest diebus etiam festiuis, si prætiofa sint non lucratur ea, secundum Montaluis, l. 6. tit. 6. lib. 3. for. glos. 2. colum. 2. ad finem, nam priori casu in effectu dici prætiofa non possunt, secundo vero sic qualitatibus mulierum attentis, & hoc est quod dicunt Doctores in arbitrio iudicum consistere quæ dicantur prætiofa vel non, secundum Alex. l. si vsus fructus, §. dos, ff. ad leg. fal. & Imola & relatos per Menochi. vbi supra, & Montal. vbi supra, & Marienço hic gloss. 5. num. fin. Sed an & vestes lugubres lucrabitur vxor * & ei danda sunt, tradit Palac. Rub. quod sic in rub. §. 11. nu. 8. & Auend. c. 10. prat. nu. 13. lib. 2. & Afflict. decisione 315. & Couar. in 4. par. 2. c. 3. §. 9. num. fin. vbi hoc etiam ad prætiofas vestes lugubres extendit, ego tamen teneo quod sunt præstanda attenda qualitate personarum & bonorum mariti, & consuetudine regionis cum Angelo in §. fuerat, nu. 41. instit. de actio. & eodem Angelo & Imola in l. si is qui quadringenta, §. si, ff. ad le. Fal. d. non enim dantur vestes he lugubres vt ornatiores viduæ appareant, sed vt viduitatem & mortem mariti representent, est tamen verum quod si vidua hæc secundas nubat nuptias, tenetur has vestes lugubres restituere, secundum Couarrub. vbi supra, & Auend. d. nu. 13. & in tit. 6. l. 13. infra eo. repeto.

Ibi, Sino la ouiere besado. Quid tamen si amplexatus est eam licet non ¶ osculatus, & Castillo, hic inquit num. 22. super iis verbis, & bene, non esse tunc locum dispositioni nostræ l.

Ibi, Despues de consumido. Quod quando dicitur supra, hæc lege, in gloss. Antes de consumido, diximus, neque per traductionem ad domum censetur consummatum ¶ vt dispositioni nostræ legis locus sit, nisi velati sint, vt in glo. 1. istius legis retulimus, & in gloss. Ante de.

Ibi, Todo. dum tamen non excedat octauā partem dotis receptæ secundum text. in l. 1. in fin. supra hoc tit. secundum quem lex nostra declaratur, vt ibidem dixi, non vero corrigitur neque abrogatur lex illa per nostram, vt inaduertenter dixit Castillo hic, n. 21.

Ibi, Seyendo desposados. Hic videtur esse text. cōtra id quod dixi supra hæc lege, scilicet, quod si tempore velationis aliquid datur sponsæ non lucrabitur illud sponsa illa, nam videtur hic esse text. contra hoc, & sic quod lucretur, eo quod tunc temporis desponsati sunt, nisi dicamus vt ibi diximus, quod cura tunc velandi sint statimque ma-

E 2

trimonium

Distin-
ctio Ari-
thorij.

30

31

32

trimonium consummandum, habentur pro velatis, vel melius eo quod donata tunc dantur, ut ornatio apparet, non veto, ut sua sint, & sic non lucratur ea, quia lex nostra animus donandi, ut sponsæ considerat, non vero tempus, & ubi de contrario animo apparet lex nostra non procedit.

Ibi, *Pero si arras.* Verba hæc limitatoria sunt præcedentium scilicet, ut tunc demum iocalia lucentur si arrhæ in matrimonio non interuenerint, vel, si interuenerint, mulier ipsa vel eius hæredes arrhas non petierint intra viginti dies,

vel respuerint eas adeo ut lapsis illis. 20. diebus purgatio more non admittetur, secundum Pelacæ de maioratibus 1. par. questione 48. numer. 7. in principio.

Ibi, *Despues de requeridos.* Hoc est enim regulare ut tempus non currat nisi requisitis & in mora à parte constitutis, argumento dictorum per me in l. si. tit. De las sentencias, supra, lib. præcedente, maxime si ex eorum mora & negligentia alteri est ius querendum ut hic.

Ibi, *Que los dichos herederos.* Sponsi donantis iocalia hæc intellige, vel ipse sponsus si uiuit, & hæc pro hac lege & toto titulo.



Sequitur titu. 3. de las mugeres casadas y solteras, y quando pueden estar en juyzio y obligarse con licencia de sus maridos, o sin ella.

H T Q V I A Titulo supra proximo dictum est de dotibus, arrhis & iocalibus sponsis tradendis, à maritis & sponsis suis, nunc & consequenter titulus hic sequitur disponens qualiter mulieres ipsæ possint contractus facere de licentia maritorum, vel sine ea, vel adesse in iudicio.

L. 1. Tauri. 54.

SVMMARIVM.

- 1 Verbum, potest, præcedente negatione importat
- 2 necessitatem. nu. 1. & actus in contrarium
- 3 factus nullius est momenti, & potest ex officio iudicis repelli. n. 2. & 3. imo & impossibilis redditur actus. ut nu. 4. nisi, ut ibi.
- 4 Rationem dubitandi & decidendi ad l. nostram, sub num. 4.
- 5 Ius querendum renunciari potest. 5. & sic
- 6 mulier constante matrimonio potest lucris renunciare. 6.
- 7 Vxor si moriatur antequam licentia mariti
- 8 utatur ad aliquem actum, an transibit in heredem eius. 7. & numero 8. quid erit si sub nomine dignitatis, ut uxori mea committi, concedatur.
- 9 Mulier si sine licentia viri repudiasit, an restituetur contra repudiationem. nu. 9.
- 10 Repudiatio hereditatis an per lapsum 30. annorum censeatur inducta. 10.
- 11 Personas alias, quæ sine aliorum licentia repudiare non possunt, remissive vide nu. 11.
- 12 Mulier an possit adire hereditatem sine consensu consanguineorum, stante statuto, quod sine eorum consensu contrahere non possit. n. 12.
- 13 Mulier an sine licentia mariti possit contrahere
- 14 Etus vitales facere. 13. & nu. 14. declaratur,
- 15 Mulier an sine licentia secundi viri possit acceptare lucra prioris matrimonij. nu. 15.
- 16 Hereditas quot modis adeatur, & an possit
- 17 mulier sine licentia mariti petere se mitti

in possessionem bonorum. nu. 16. & 17.

- 18 Mulier si adiuit cum beneficio inuentarij sine
- 19 licentia mariti, non tamen fecit inuentarij intra terminum iuris, an præiudicabit marito. 18. vbi n. 19. reprobatur Martiæus.
- 20 Mulier vidua, & qualibet alia soluta à potestate maritali, si adiit hereditatem sine beneficio inuentarij tenetur. 20.

SVMMARIVM.

Mulier coniugata sine licentia mariti hereditatem sibi obuientem ex testamento, vel ab intestato repudiare non potest, adire vero poterit cum beneficio inuentarij tantum, & sicut lex nostra habet duas partes, primam in principio legis, secundam ibi, *Pero, ita habet duo dicta, primum de repudiatione, secundum de additione.*

Ibi, *NO PVEDA.* Necessitatem importat verba hæc, verbum enim, potest, præcedente negatione appositum hanc habet naturam, ut necessitatem inducat, secundum glossam & Doctores, ibi, in regula beneficium de reg. iur. in 6. quæ & allegat ad hoc Hippol. in pract. §. sequitur n. 15. & Corsetus sing. 219. verbo, potest, Tiraquel. in leg. connubialibus gl. 2. n. 8. cum pluribus sequentibus. & latius gl. 4. n. 1. vbi n. 2. hoc ad similem legem nostram applicat, ita ut nullius sit secundum eum, ipso iure contractus in contrarium celebratus, & de vera interpretatione huius verbi, tradit Couar. in c. quamuis pactum 2. par. §. 4. n. 4. & 10. & communiter approbatam dicit glossam illam Parisius consil. 58. n. 35. vol. 4. & Couar. in c. tua nobis, n. 2. in fi. de testam. vbi ex d. gl. dicit etiam actum in contrarium factum nullius esse momenti, &

Minchaca relatus & secutus per conciuem nostrum Gutier. in tract. de iuram. confir. 1 part. c. i. n. 35. & 36. inquit quod iudex ex officio, potest repellere nulliter agentē ¶ & n. 38. hoc fortificat, præsertim in materia legis nostræ vbi præiudicatur tertio, & sic marito de quibus per Bar. Ias. nu. 17. & Doctores alios in l. Gallus, in principio. ff. de libr. & posth. & Rebus. in concordat. Reg. fran. tit. de Regia ad prælat. nomi. faci. in glo. non possint. pag. 88. in mediocri impressione, vbi inquit etiam quod reddit actum impossibile dictio, potest, præcedēte negatione, neq; legi sic loquenti ¶ renuntiari posse: quā tamen illius glossæ conclusionem intelligo, nisi absque intellectu resultaret, quia tunc non importaret necessitatem, secundum Abb. in c. quanto, nu. 1. de præsumptio. item & secūdo intelligitur dicta glossæ conclusio, quoties simpliciter apponitur dicta dictio, potest, cum negatione, ut hic, secus vero si lex præmittens negatiuam verbo, potest, ultra prouidendo procedat, quoniam ex hoc quod ultra procedit prouidendo, declarat lex, quod non vult actum omnino esse impossibile, secundum Iaso. in l. stipulatio ista. §. alteri, n. 17. fol. 65. ff. de verbo. oblig. & de verbo, potest, vide Bar. in l. i. nu. 3. C. de dilatio & in l. fin. n. 7. ff. de ferijs, habetq; ista lex rationem dubitandi ex l. 47. & 48. Tauri quæ quidem apponuntur sub titulo 1. huius lib. dum ibi disponitur filium vel filiā nuptos & velatos patris exire potestatem, ita quod tunc nulla patris licentia requirebatur: nec consensus ad eūdam, vel repudiandum hæreditatem ipsis filijs delatam, cessabatque tunc dispositio & materia l. cum non solum C. de bonis qua lib. cumque mulier hæc nupta & velata patris exeat potestatem, videbatur dicendum libere posse repudiare, vel adire hæreditatem ei delatam, cum à patris exierit potestate, verum cum in alterius, scilicet, mariti per matrimonium transeat, & ei subdita sit, iuxta illud Genesis c. 3. post comestionem fructus ligni vetiti, mulieri dixit Deus, (multiplicabo ætūnas tuas & conceptus tuos, in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui) & text. est quo hæc verba declarari possunt in c. manifestum in c. est ordo, & in c. cum caput. 33. quæst. 5. vbi inquit tex. (cum caput mulieris sit vir, caput autem viri Christus, quæcunque vxor non subijcitur viro, hoc est capiti suo, eiusdem criminis rea est, cuius & vir si nō subijciatur capiti suo hoc est Christo) & subiūgitur (& si ea mulier, quæ Christiana est & ex lege Dei subiecta viro, imperare desiderat, verbum Domini blasphematur, cum etiam gentiles fœminæ viris suis seruiant communi lege naturæ,) si ergo in viri potestate vxor transit, ut per Tiraquel. late de ijs agentem in l. 1. conubiali, n. 1. cum sequent. plurib. & Rebus. in l. mulieris, vers. mulierem constat subiectam ff. de verb. sig. pag. 112. nimirum quod adire, vel repudiare nō possit hæreditatem sine licetia mariti, verum quia hæc autoritas Genesis ex dictis capitulis declaratur in aliud propositum vxorē transire in viri potestatem, quam in nostrum, vt apparet ex Ioa. Montolonio in suo promptuario iuris, in verbo dolor, in glo. sub viri, vbi ipse ita tenet, & inquit ex l. velles, in fi. C. de reuocand. donatio. non reuocari donationem factam ab vxore prætextu absentia mariti & filiorū: melior ratio decidendi est ad tex. nostrum, scilicet, quod quia talis repudiatio vel aditio re-

dundat in præiudicium mariti si absque eius licentia fiat, eo quod ipse tenetur vxorem alimere, & bonorum eius reddere rationem & administrator est eorum, ideo lex nostra disposuit vt absq; eius licentia mulier hæc facere non possit, & si de facto fecisset, marito non præiudicaret, & hæc est vera ratio decidēdi ad nostrum tex. & sequentē, ut omnes Doctores in presenti fatentur, & nouissime tenet Matienço hic gl. 1. sed nonne sufficiebat lex sequēs etiam si lex nostra non fieret, & dicendum est quod non, nā nō obstāte lege sequēte poterat mulier nupta repudiare donationem ei factā, hæreditatē vel legata ei obuenientia, & relicta non seruata solēntate statuti dicentis, quod in alienationibus mulierum cōsensu mariti requiratur, secund. Palac. Rub. in rubr. de donatio. inter. §. 47. n. 12. vers. ex prædict. fol. 27. ex cōs. II. Paul. Cast. secundum vnā impressionē, & secund. aliam. 171. li. 2. eo quod ius ad eūdi nō est in bonis nostris, iusque quærendum ¶ renuntiari optime potest, neque ex hoc fraus vlla creditoribus facta dicitur, secundum text. in l. qui autem ff. de ijs quæ in fraud. cred. qui in repudiatione hæreditatis loquitur, & in terminis tangebatur Ias. in l. legatum, n. fi. de leg. 1. ex quo optime infert Pala. Rub. in rubr. n. 13. vbi sup. in cōtingētia facti vidisse determinatum in Regia Cancellaria, quod dum cōstāte matrimonio vir emeret quandā domum mulier ipsa promisit, ¶ nō petere mediētatē domus illius, quæ quidem domo empta, petiit post mulier ipsa mediētatem illius, & quod promissio eius, vt pote facta cōstāte matrimonio nō valeret, inquitq; Palac. Rub. ibi, & optime decusum fuisse contra eā & valuisse promissionem illam, quia iuri quærendo renuntiauit, quod optimum ad l. 9. tit. 9. infra isto lib. vbi repetemus fauēte Deo, ex lege tamen nostra cessat iā doctrina illa Paul. Castr. & nō procedit lex illa, qui autem in muliere nupta repudiante hæreditatem sine licentia viri sui, quia etiā si de facto sine tali licentia renuntiauerit nihil valet renuntiatio & repudiatio, etiam si iurata sit, neq; in iustitia, neque in conscientia obligat, ut in l. sequenti videbimus.

Ibi, sin licentia. Quid sit & an debeat præcedere actum vt sit de substātia, & an debeat esse expressa, vel sufficiat tacita, in l. sequēs. dicemus. Sed quid si maritus semel dedit licentiam vxori ad repudiandum, & atequā ea vteretur mortua est, relicto hærede nunquid in ipsum hæredem transibit licentia ¶ hæc, & Castillo hic n. 4. ex Bald. per eum relato inquit quod sic, quod tamen, ego intelligerem nisi licentia hæc esset personalissima, quontā tunc secus esset, sed quia hæc difficulter exemplificari possunt, missa facio. Et quid si sub nomine dignitatis licentia talis concedatur, puta, Titia comiti vxori meæ committo licentiam repudiandi hæreditatem, ¶ num transibit in successorem. vide dicta per gl. mag. colu. I. in princ. in l. 32. tit. 9. par. 6. Sed an si mulier cum licentia viri repudiavit restituatur contra ¶ repudiationem si minor est, vide Castillo, hic n. 5. & l. 18. tit. 6. par. 6. Ibi, Repudiar. Quibus verbis fiat repudiatio, vide Paul. Castr. l. fi. C. de repud. hered. & text. l. 18. tit. 6. par. 6. & an per lapsum triginta annorum cessatur inducta ¶ repudiatio vide Balb. de præscrip. 1. parte, 3. partis princ. n. 48. vers. sexto præmissa faciunt, fol. 10. vbi format quæstionem in duobus fratri-

Quæstio prima

Quæstio secunda

Quæstio tertia

10

bus : Alias personas quæ sine aliorum licentia repudiare nō possunt † hæreditatē, vide per Castillo, hic num. 7. cum sequentib. aliquibus.

Ibi, *Pero bien permitimos*. Verbis ijs determinatur quæstio illa in qua Bar. contra morem suum contraria protulit testimonia, ipse enim in simili statuto, in leg. apud Iulianum, §. final. ff. ex quibus causis in possessionem eatur, inquit quod stante statuto quod mulier sine consensu propinquorum contractum facere nō possit, poterit sine

12 tali consensu adire hæreditatem † cum adēdo non contrahatur, sed quasi contrahatur, & statuta debent stricte intelligi, cuius opinionem communem testabatur Ias. in l. possideri, colum. 2. ff. de acquirend. pos. & in l. more, n. 1. & 23. ff. de acquirend. hæred. & hanc sequuntur plures relati per Tiraq. in legib. connubialib. gl. 15. n. 119. undecimo quæro, & receptiorem hanc testatur Ias. relatus per Horos. in l. Barbarius, n. fi. ff. de offic. prat. col. 398. & Tiraq. ubi sup. n. 125. contrariā tamen opinionem imo quod, neq; tunc adire possit sine propinquorum licentia tenuit idē Bar. in d. l. more, in fi. & expressius in l. mutuum eod. tit. & hanc sequuntur plures relati per Tiraq. in d. n. 125. ubi hanc veriorē in punctu iuris & cōmunē appellat, sed quod durum esset à priori tanquam à cōmuniori in iudicando & cōsulendo recedere, & pro hac secunda opinione Tiraq. ibi, n. 126. & in seq. aliquib. iura plura considerat, & Horos. in d. l. Barbarius, col. 398. in princ. posuit hanc contrarietatem, veruntamen ex l. nostra dissolui potest, secund. Minchacā de successio. creatio. §. 46. & 47. & ex l. nostra cōcordari possunt dictæ opiniones, scilicet, quod prima procedat quoties cum beneficio inuētarij adiuit sine licētia mariti, secunda vero quoties nō adiuit cū beneficio inuētarij, cum tunc damnosa possit esse marito hæreditas, in primo vero casu non, eo quod nō tenetur ultra vires hæreditarias, ex quo

Regula generalis.

13 Horos. ubi sup. col. 398. n. pen. & fi. cōstituit regulā generalē ad l. sequentem, & ad nostrā optime cōducentem, scilicet, quod quoties contractus vtilis fuerint mulieri, possit illos facere sine licētia mariti, * idēq; testatur ipsemet Horos. in l. contra iuris civilis reg. col. 875. de pact. & hoc per tex. ubi omnes in l. cū ij. §. eā transactionē. ff. de pact. tenetq; Suarez in tit. De las deudas, limi. 4. fol. 48. & Ant. Gom. hic, num. 2. & optime Capol. l. eū qui, n. 3. ff. de vsucap. pro emp. & n. 26. incepit alia in propositum, & plura sic tenedo refert Tiraq. in legib. connubia, glo. 8. n. 62. vsq; ad 90. & à n. 56. quæst. incepit, & nouissime, post hoc Matienço l. sequente gl. 1. n. 14. & Maranta in pract. 4. par. distinctione 16. n. 29. & 30. & facit l. 3. tit. 5. par. 3. & d. per Cou. in pract. c. 28. n. 10. vers. quod si in rerū, quod verum intelligerē dum tamē, per maritum ipsum ratificetur & ratificatio fiat antequā per contrahentem cum tali muliere contradicatur, nam si

14 contradixerit, nihil operabitur ratificatio † neq; vtilitas contractus, ut voluit Tiraq. ubi sup. n. 88. & Cisuent. hic quæst. 22. & post hæc dixit Matienço in d. l. sequenti, gl. 1. n. 15. & in l. 5. infra, eod. in glo. 1. n. 8. & in minore voluit gl. in l. 3. tit. 5. verbo, à pro. ex quibus & diffiniri potest quæstio proposita per Minchac. de successio. creatio. §. 4. n. 50. in fi. num. scilicet, mulier possit sine licentia † secundi viri acceptare

Quæstio quarta.

15 lucra prioris matrimonij.

16 Ibi. *Acceptar*. Quot modis adeatur hæreditas, * vide optime per. dd. maxime Marātam in l. is po-

test ff. de acq. hæred. & per l. 1. tit. 7. p. 6. & nouissime & late per Mascard. 1. de probatio. concl. 40. vsq; ad. 53. & tunc potest adiri hæreditas cum hæres se sit sibi delatam, ut per Castillo hic num. 17. & sic poterit sine licētia mariti petere se mitti in possessionē bonorum* ex l. fin. C. de edict. Diu. Adr. quia adire 17 potest, secundū Menochi. de adipis. pos. reme. 4. n. 676.

Ibi. *Cō beneficio de inuentario*. Cessat enim in tali casu ratio nostri tex. prohibēs mulieri adire hæreditatem, scilicet, ne damnificetur maritus, nā cum adierit beneficio inuentarij nihil præiudicatur marito, cum ultra vires hæreditarias non teneatur, & sic nullum est periculū in additione, ut l. scimus §. & si præfatam, C. de iur. de lib. quid tamen si adiuit mulier cum beneficio inuētarij, † illud tamen non cōfecit intra tempus à iure statutū, vel secundum formā iuris nunquid præiudicabitur marito, & vxori ipsi, & in hoc Bal. relatus & secutus per Castillo hic n. 23. & nouissime post hæc per Matienço in præfati gl. fi. n. pen. inquit, quod de iuris rigore non excusatur, de æquitate vero sic, ego tamen æquitatem istam non video scriptā, rigore tamē sic ex iuris regula, quod nō cōficiēs inuētariū in tēpore, & secundū iuris formā tenetur ultra vires, ergo rigor est attendendus & præferendus, quia æquitas nō est scripta, & si rigor est attendendus erit nulla aditio hæc, tūc quia ex ea præiudicaretur marito quod est cōtra nostram l. tunc etiam quia par est adire sine beneficio inuentarij, vel cum eo, si beneficiū illud nihil prodest, nihil enim & inutile æquiparatur in iure ex iuris regula, & cum in vtroq. casu, scilicet, si non adiit mulier vxorata cum beneficio inuētarij, vel si adiit cum eo, illud nō fecit, militet ratio nostri tex. & sic mariti præiudicium, idem ius militare debet in vtroque horum casuum, quoniam dispositio regulatur ad rectitudinem rationis, & nihil aliud censetur dispositum in lege nisi id quod ratio eius dicit & disponit, ut per Tiraq. late in tract. cessante causa in reg. nu. 1396 & 144. & sic teneo quod nullo modo tunc marito præiudicabitur & per cōsequens, neq; vxori, quia nulla fuit aditio, ut dictum est, nisi licentia mariti adesset, vel approbatio eius expressa additionis mulieris, ex l. 58. Tauri, quæ est 6. infra eod. & an sufficeret tacita ex dictis ibidem decerpes. Ex quibus infero, male in propositum nostræ legis ex ea notare † Matienço, hic in gloss. 19 3. num. 1. quod si mulier adeat hæreditatem non confecto inuentario tenetur in solidum creditoribus hæreditariis, nam hoc est cōtra su prædicta, quæ ipsemēt in effectu tenuit, in ea gloss. 3. nu. 5. & cōtra tex. nostrum præiudicium mariti euitare intendentē & inclusiue disponentē, mulierē nuptā, de hac enim loquimur in hac lege, non posse adire sine beneficio inuentarij, nā si eā ratum permittit adire cum beneficio inuentarij, per consequens excludit eam in adeundo sine beneficio, quoniā inclusio vtius est exclusio alterius, & quia alias, versiculus iste, *Pero permitimos*, esset superfluus, præsertim cū per legē sequēte, quasi cōtrahere mulier prohibeatur, & in adeundo quasi contrahitur, ut in hac dictā remanet, & sic notabile & assumptū ipsius Matienço defumptū prout ipse vult, nō posset procedere, lege nostra attenda villo modo, item & quia Doctores quos pro se allegat Matienço, non loqu-

Quæstio quinta. 18

tur

tur in muliere nupta, de qua lex nostra tractat, & sic perperā ex ea colligit dictū assumptū, in muliere enim non nupta soluta, vel vidua t̄vera est opinio, quod teneretur si adeat h̄reditatē & non conficiat inuentarium, quam ultra Doctores, per eū allegatos tenet Tiraq. de retract. conuentionali §. 4. gl. 7. n. 16. col. 735. & Mincha. de succes. creatione §. 16. n. 6. cū sequentib. aliquib. & opinio h̄c fundari potest, ex tex. nostro, non vt fundat eā Matienço, sed ex specialitate nostræ leg. in muliere nupta disponente vt non adeat nisi cum beneficio inuentarij, aliter enim nō tenetur, quasi secus in muliere non nupta tempore additionis h̄reditatis, h̄c enim tenebitur ultra vires si adeat sine eo, vel cum eo si inuentarium non conficiat, & nisi sic inteligas loquutum Matienço perplexum te reddet eius notabile, quod ex nostra assūpsit lege, & ita loquitur, cum secundū cotas quas allegat sit intelligendus Doctor, modus tamen, quo probare vult, ex nostra lege notabile, est nimis generalis & deuians à nostra materia, ideo male collegit illud ab ea.

L. 2. Tauri. 55.

S V M M A R I V M.

- 1 Maritus est vsusfructuarius honorū vxoris ad onera matrimonij sustentāda, ex quo deducitur ratio nostri tex. n. 1. & ante.
- 2 Mulier coniugata si iurauit non esse cōiugatam, an valebit contractus ab ea factus. 2.
- 3 Mulier illa proprie dicitur, quæ corrupta est, ibidem, licet aliquādo pro virgine capiatur, vt ibi. & nu. 3.
- 4 Hermaphroditus sexui fœmineo incalescens an contrahere possit 4.
- 5 Sponsa an possit sine licentia sponsi contrahere 5. & sequent.
- 6 Vxoris & sponsa longa est differentia 6.
- 7 Soluto matrimonio per diuortium an requiratur licentia mariti. 7.
Si in tempus soluti matrimonij contractus cōferatur, an valebit sine licentia mariti ab vxore factus, ibidem: & iterum nu. 69.
- 8 Licentia expressa vel tacita saltim requiritur. num. 8.
- 9 Tacitus præsumptus consensus etiā sufficit 9.
- 10 ita, vt si maritus sit præsens cōtractui vxoris & taceat, sufficiat 10.
- 11 Mariti consensus & licētia præsimitur quoties patitur vxorē suā negotiari in certo genere mercantia 11. tenebiturque tunc vxor vsque ad illam quantitatem, ad quam vsque soluendam merces sufficiat 12.
- 12 Mulieres pueros nutrire solita obligatur eo 13.
- 14 quod adest tacitus cōsensus mariti 13. & n. 14. idē dicitur in muliere solita litigare, & esse in iudicio: imo & tunc tenebitur maritus: & vxor ipsa pro talibus cōtractibus conueniri poterit vt. n. 20. & 21.

- 15 Vxor si insimul cum marito & in eodē contractu marito se obligaret, sufficeret. 15. sicut in filio cū patre contrahente n. 16. licet sit passus dubius, secus verbo si in fauorem alterius tertij maritus & vxor se obligaret nā tunc nullū dubium est, quin obligati remanerent. n. 17. cum sequentibus.
- 18 Licentia, vbi requiritur, an debeat esse expressa 18. adeo, vt nullius temporis cursu præsumat. n. 19. & sequent. declaratur.
- 19 Statuto stante, quod mulier sine licentia viri contrahere non possit, aut propinquorum, si insimul cum eis contrahat cum aliquo, valet 22. vbi idem si contraheret cum vno ex consanguineis altero consentiente.
- 23 Maritus potest cum vxore contrahere 23. vbi cautela tunc apponitur.

Conclusiones pro nostri tex. declaratione colliguntur, & apponuntur in eo. n. 23.

- 24 Licentia h̄c an possit per maritum vxori sua præstari per nuntium, vel epist. n. 24.
- 25 Licentia h̄c mariti an debeat præcedere contractum vel sufficiat sequi 25. & 26.
- 26 Contractus super re Ecclesia factos sufficit post confirmari per Episcopum ad petitionē contrahentium 26. dum tamen, vt ibi, vbi & à quo tempore valet.
- Procuratoris acta facta sine domini mandato si ante ratificationem contradicantur, non possunt postea ratificari 26.
- 27 Contractus conditionalis ratificatio nō trahitur retro existente conditione ad diem celebrati contractus, etiam si extremum habile reperiat, si adest impedimentum 27. nisi conditio sit potestatiua, nam tunc non trahitur retro, vt ibi.
- 28 Nimia importunitas non præstat licentiam. nu. 28.

- 29 Licentia mariti pro substantia contractus ab vxore celebrati requiritur 29. & sic erit aliter contractus ipso iure nullus, vt ibi.
- 29 Vxor sine licentia mariti contractum facere non potest, cum ampliationibus & limitationibus. n. 29. cum sequentibus pluribus.
- 30 Opponi potest contra instrumenti guarentigij executionem fuisse factam per vxorem sine licentia mariti 30. adeo, vt & in executione sententiæ id possit opponi, vt ibi n. 31. & etiam intra 30. annos poterit agi de nullitate. n. 32. & n. 33. quod ex officio iudex supplere potest.
- 33 Exceptionis ex instrumento resultantis nulla est necessaria oppositio 33.
- 34 Vxor sine licentia secundi mariti non potest petere tutorem filio primi matrimonij. 34.
- 35 Vxor in foro conscientia etiā vti potest exceptione nostri tex. n. 35. & n. 36. idem in exceptione Velleiani, & filius fam. Macedoniano,

- 38 niano. n. 37. & n. 38. quod neque tunc denuntiatio Evangelica locum habebit.
- 39 Ex contractu ab vxore sine mariti licentia facto, neque naturalis obligatio oritur. n. 39
- 39 Vxor peccat si de facto sine licentia mariti contrahat 40. & contrahens cum ea itidem. n. 41. & iniuste detinet rem, ut ibi.
- 40 Hæres in conscientia non potest retinere hæreditatem ei in minus solemnè testamento relicta. nu. 42.
- 41 Naturalis obligatio tolli potest quoad effectus civiles. 43.
- 42 Fideiussor non potest accedere contractui ab vxore sine licentia mariti facto 44. cum 3.
- 43 sequen. vbi n. 45. an hæc exceptio fideiussori competat.
- 44 Contractu principali sublato omnia contenta in eo tanquam eius adminicula sublata censentur 46. & sic nec pæna nec euictio.
- 45 Fideiussor reidotalis venditæ per maritum obligatur d. nu. 46.
- 46 Fideiussor vxoris cõtrahentis suscipiens in se omne periculum an teneatur. 47.
- 47 Mariti licentia requiritur etiam si vxor cõtrahat cum patre suo 48.
- 48 Etiam mortuo marito erit liber vxor eius à contractu sine ipsius licentia dum viueret celebrata. 49. & sic poterit res dotales ab ea veditas sine licentia dicta vendicare. n. 50. nisi ut n. 54. & 55.
- 50 Laudum datum non precedente compromisso ratificari non potest 51.
- 51 Actus nullus à principio potest ex post facto ratificari 52. vbi declaratur. nu. 53.
- 52 Possessio transfertur ex contractu nullo 55. & sic competent tali possessori remedia possessoria 56.
- 53 Mulier si licentia mariti alienat rem dotalem mortuo marito cõfirmatur talis alienat. 57.
- 54 Mulier si mortuo marito velit stare contractui ab ea facto in vita mariti sine ipsius licentia an poterit inuito aduersario 58. vbi & an maritus mortua vxore possit cõsentire & n. 69.
- 55 Mulier si instituat heres viuente marito, & ipse testetur de rebus suis an per hoc videatur adire hereditatem illam 59.
- 56 Licentia data per maritum ad contractum vnum celebrandum illo celebrato cessat licentia illa 60. & ibi ampliatur.
- 57 Licentia mariti requiritur etiã ad constituendum procuratorem qui pro vxore in iudicio compareat 61. vbi & alia requisuimus.
- 58 Vxor non potest etiam de bonis paraphernalibus sine licentia mariti disponere 62.
- 59 Administratio paraphernalium hodie ipsi soli marito competit 63. vbi quæ dicantur paraphernalia.
- 60 Fructus bonorum paraphernalium sunt mariti viuente vxore & ideo non sunt hæreditibus vxoris restituendi 64.
- 61 Donatio, re causa mortis an sine licentia mariti possit vxor facere 65.
- 62 Bona mariti pro restitutione paraphernalium sunt obligata. 66.
- 63 Donationem etiam tacitam non potest sine licentia dicta facere 67.
- 64 Vxor neque fideiubere potest sine licentia mariti. nu. 68.
- 65 Pia etiã causa nõ potest mulier nupta donare sine dicta licentia 70. & nu. 71. quod neque elemosinã facere poterit, nisi ut ibi, & eodem modo, neque dotare poterit sine dicta licentia, ut n. 72. etiam si esset filia communis ut n. 73.
- 66 Marito absente si vxor pro se & filiis sustentandis aliquid vendidit, veniens maritus potest rescindere venditionem, emptori tamen remanet actio contra filios 74. & n. 75. aduertentia Auzhoris.
- 67 Vxor, absente marito cõ licentia iudicis an possit aliquã adoptare pauperculã, & valeat etiam si maritus reuertatur 76. & 77.
- 68 Vxor sine licentia mariti an possit consistere quod recepit pretium pro re aliqua. 78.
- 69 Fiscus succedens in bonis mariti cõfiscatis potest rescindere cõtractum ab vxore talis mariti absque eius licentia factum 79.
- 70 Vxor etiã si agat ad dotem ob inopiã mariti adhuc sine eius licentia cõtrahere nõ potest 80.
- 71 Mariti etiam dementis & furiosi licentia requiritur vel iudicis pro eo, ut vxor cõtrahere possit 80. amplia 19.
- 72 Contractus mulieris absque licentia mariti factus ipso iure nullus est. n. 80. ampli. 20.
- 73 Clausula annullatiua existente in lege omnia in ea expressa censentur esse de forma, in eadem ampli. 20.
- 74 Licentia mariti nõ requiritur vbi vxor eius facit actum ex necessitate 81.
- 75 Licentia an sit requirenda & habenda ab vxore quæ nõdum est ad domũ traducta. nu. 82. & 83. dubitat author de la Traductione ad domum plurima operatur 83.
- 76 Licentia mariti requiritur ad acceptandum mandatum extraiudiciale 84.
- 77 Mulier pro libera à nexu matrimonij reputata, an possit sine licentia contrahere, & an valeat contractus ab ea gestus 85.
- 78 Legis Barbarius dispositio ad alia non est trahenda vbi non militent eadem ratio & requisita. nu. 86.
- 79 Contractus à muliere sine licentia mariti factus & iuratus an valeat 87.
- 80 Testari potest mulier, & in testamento eligere sepulturam sine licentia mariti 88.

- 89 Vxor ex delicto bene obligatur & incurrit pœnam.
Prodigus delinquendo obligatur, ibidem.
- 90 Faciens contractum nullum contra legis dispositionem, pœnam eius incurrit.
- 91 Vxor an consentire poterit contractui sine licentia mariti.
- 92 Maritus si est præsens contractui & tacet, vel utilis est mulieri & marito, vel solita sit mulier, negociari valet sine licentia mariti, ubi quod in illo in quo solita est negotiari, valebit & non in alio.
- 93 Maritus si dedit licentiam vxori in principio litis, non requiritur alia in progressu.
- 97 Reuocato testamento, reuocatur etiam contractus reuocabilis in eo appositus.
Legatum traditione an fiat irreuocabile vel in donationem conuertatur ibidem.
- 98 Contrahi vt possit in testamento irreuocabiler debet esse præsens pars illa cum qua contrahitur.
- 99 Solemnitas eadem requisita in contrahendo, requiritur in distrahendo.
- 100 Maritus si est minor 25. annorum, an possit prestare dictam licentiam vxori, vel quid è contrario si ipsa est minor. nu. 100. & 101.
- 102 Vxor non potest aliquam liberare pacto de non petendo sine licentia mariti.
Vbi, & an poterit repudiare donationem ei factam neque debitum remittere.
- 103 Insinuatio requiritur in Remissione sicut in donatione.
- 104 Amullatio actus est pœna.
- 105 In quasi contractu an licentia mariti requiratur, ibidem. & nu. 105. quid si adesset iuramentum.
- 106 Tanquam procuratrix alterius potest mulier sine licentia mariti possessionem adquirere.
- 107 Licentia procuratorum iudicale etiam pro patre non posset sine dicta licentia exercere. nu. 107.
- 108 Mulier tanquam rea accusata in criminalibus sine licentia mariti adesse potest.
In preparatoriis iudiciorum, non requiritur dicta licentia, ibidem.
- 109 Mulier soluta si constituit procuratorem ad litem, & post nubat, an valebunt gesta.
Etiam cum licentia mariti non potest mulier adesse in iudicio pro alijs personis, ibi.

L. 2. Tauri 55.

SVMMA RIVM.

Mulier nupta durante matrimonio nõ

potest sine viri licentia contrahere, neque alia facere, quæ ei in lege nostra prohibentur, aliàs nulla sunt in contrarium acta.

ET pro huius legis introductione & clariori intelligentia dicendorum in ea scire debet, rationem suæ dispositionis fundamentale non esse sexus muliebris, prout male dicebat Casaneus, in consi. Burg. Rubr. 4. Desdiditum § 1. glos. Contraer, nu. 5 fol. 127. Sed potius ne marito præiudicium fiat & resultet ex contractu mulieris in bonis dotalibus arrhalibus aut paraphernalibus vxoris ipsius, & in alijs bonis conitante matrimonio acquisitis quorum omnium maritus est legitimus administrator, & usufructuarius ad onera matrimonii * sustinenda, secundum Doctores, hic ex Bald. in l. 1. C. de nudi & tradunt Suarez in titulo. De las deudas, limitatione 2. folio 47. in antiquis, & Palacios Rub. in rubrica §. 68. & Couar. in 4. 2. part. ca. 7. § 1. num. 1. & Tiraquel. in legibus connubiali l. 6. gloss. 16. num. 37. & sequentibus, & additio Segur. l. 1. §. si vir nu. 111. ff. de acquirend. posse. quod nouissime examinat Anton. de Lara in l. si quis a liberis §. si quis ex his, nu. 238. cum sequentibus pluribus ff. de lib. agnosces ubi n. 241. ita tenet:

Ex quo plura inferri possunt in progressu huius legis præsertim ad diffinitionem questionis per Castellum, hic numero septimo, octauo, & nono ventilatæ, num. scilicet, si mulier coniugata contractit cum Alienigena, & iuravit maritum non habere, vel mortuum esse, an ex hoc contractus valideret, & concludit optime non validari, ¶ ne marito præiudicium fiat, prout fieret si contractus valeretur quod secus est in minore iurante dolose se maiorem, hic enim tenetur quia sua res agitur & dolus non debet ei patrocinari in hoc casu, ex toto tit. C. si minor se maiorem dixerit.

Ibi, La muger. Quæ quidem proprie dicitur illa, quæ corrupta est l. alioquin ff. de contrah. emptio licet aliquando pro virgine capiatur, vt l. mulieres ff. de verbo sig. notat Capola. l. quaritur nu. 1. ff. de adil. edict. prout capitur in illa oratione, vbi Christus in cruce pendens, virgini matri suæ dixit (Mulier ecce filius tuus) in nostro tamen text. pro corrupta & sic in propriori capitur significato, & sic in sponsa cognita locum habebit, vt infra dicemus. Non tamen ex hoc excludo, quin, si mulier nupta & velata nondum cognita à viro fecerit contractum sine licentia viri sui, sub dispositione legis nostre nõ cõprehendatur, prout cõprehenditur * Et in hoc sensu etiã, improprie capitur in nostra l. verbũ, mulier, sed quia lex sepe prouidet in iis, quæ magis à communiter accidentibus fiunt, prout est mulieres nuptas amissa virginitate contractus facere, ideo diximus inspicere potius propriã significationem vocabuli huius in nostra l. Non tamen excludimus eius largam significationem quam verbum, mulier, simpliciter probatuũ comprehendit, vt virgo etiam nupta sub ea comprehendatur, vt per rebuff. optime in d. l. mulieris. Sed an idem erit in hermaphrodito, si sexui fæmineo incalcescat, dicendum est quod sic, ¶ prout verius esse testatur, Horosci in l. quaritur colum. 231. versi. 16. ff. de stat. hom. Sed an lex nostra in sponsa proce dat, * Couar. in 4. p. 2. c. 7. §. 1. nu. 4. fol. 90 cũ

Questio
secunda.
4
Questio
tertia.

Palac.

Palac. Rub. per eum allegato, inquit quod nō, quādoquidē tex. hic in muliere & marito loquitur, qui quidem tales dicuntur postquam simul cohabitāt, benedictionesque nuptiales recipiunt, secundum Abb. consil. 1. volum. 1. & in locis alijs relatis per Bertachin. in repertorio suo, verbo, sponsa, versiculo 4. & tenet Cifuentes, hic in quaest. 5. limitatio. 3. Et quia secundum communem vsū loquendi, qui propriae significationi vocabuli praefertur, ut l. librorum §. quod tamen de legat. 3. mulieris appellatione de nupta intelligemus, ut inquit Rebuf. in dicta l. mulieris. Et sic non intelligemus de sponsa, longa est enim differentia vxoris & sponsae, † ut licet videre ex Doctoribus allegatis per Didaco. Per. l. si. glos. fin. ad fin. tit. si. lib. 4. ord. Licet & contra hoc possent allegari dicta, per Auendan. Responsio. 10. & per nos, in l. 1. tit. 1. supra hoc lib. In nostro tamen proposito & materia non credere comprehendere sponsam etiam de presenti per legem nostram, cū per spōsalia, nisi velationes ad sint, mulier non exeat patris potestatem, neque trāseat in sponsi potestatem, cessetq; in spōsa praedudicium obueniens marito ex vxoris cōtractu, sponsa enim nihil sponso praedudicat, eo quod dotator tenetur ante velationes integrā dotem promissā persolvere, & sic cessat principalis ratio nostri tex. & ideo teneo cū Cou. ubi su. legē nostrā in sponsa etiam de praesenti non habere locum, & cū eo nouissime tenet cōciuis meus Doctor Guter. in tract. de iur. confir. prima parte c. 1. nu. 18. vbi num. 11. inquit, hoc nō procedere in spōsa cognita per sponsum, in ea enim procedit suster text. & cum in dubio sumus, an cognita sit necne, cōsulo, ut semper sponso de praesenti, de hoc enim loquor, licentiam requiras ad cōtractum faciendum ab sponsa eius. Et vide de ijs Tiraquellum in legibus connubialibus, glo. 2. empouboir, n. 1. cum sequentibus pluribus. & dicta per Mincha. controuers. vsu frequent. c. 3. num. 21.

Ibi, Durante el matrimonio. Secus tamen eo soluto per mortē mariti, vel alium modū, puta, per diuortiu, quoniam tunc non requiritur † licentia, secundum Tiraq. in legibus connubialibus, l. 1. gl. 6. de son mair, n. 39. cum sequenti, & laie & bene disputat Io. Gutier. canonicus Ciuitat. in tract. de iuram. cof. 1. p. c. 1. n. 54. cū sequentibus. & idē Tiraq. de vtroq; retract. ti. 1. §. 10. glo. vna, n. 17 & hoc dum tamē sit iā factum diuortium secus vero si est in fieri, & lis pendet super eo, tunc enim requiritur licentia, cautela tamen est bona, secundum Gutier. vbi sup. n. 78. vt in vtroque casu si potueris licentiā mariti requiras, quā si dare noluerit recurre ad iudicem, vt det ipse ex l. 57. Tauri, etiamsi diuortiu factum sit, sed an si in tēpus soluti matrimonij cōtractus conferatur valebit sine licētia mariti: vide per Tiraq. d. l. 16. cōnubial. gl. 8. de son mair, n. 291. cū sequentibus vbi, & n. 18. tractat, an maritus ea mortua possit consentire, & an soluto matrimonio possit mulier cogi ad obseruantiam cōtractus per eam facti marito viuo, sine eius licentia, Matienço hic in gloss. 1. numero 11. examinat.

Ibi, Sin licentia, intellige expressa, vel tacita, † vel verbis sonantibus licentiam, secundum Casane. hoc ad legem nostram notantē in consuetud. Bur. Rub. 4. §. 1. la femme, in gloss. sans licence, num. 1. & 2. fol. 130. col. 3. allegando ad hoc Palac. Rub. in rubric. §. 68. ut eum infra allegabimus, sufficiūt-

que verba æquipollentia, secundum Did. Per. libr. 3. ord. colu. 1039. in princ. immo & sufficit tacitus † praesumptus consensus, puta, quia scit mulierē agere in iudicio & tacet, neque contradicit, secundum tex. singularem pro hoc, & ibi glo. in l. 20. tit. 22. p. 3. col. 4. versi. Otro si dezimos, & faciūt tradita per Tiraq. in tract. res inter alios acta. limit. 20. & sic si maritus est praesens cōtractui mulieris † & taceat videtur consentire & licentiā praestare, prout per Petr. Costal. in l. 22. §. voluntate, fol. 423. ff. solu. matrim. & Doctores hic, maximē Cifuentes, quaest. 14. & Ant. Gomez, num. 6. dum tamen intelligat maritus quid agat, secundum Mincha controu. vsu frequenti c. 11. num. 6. & tradit hęc nouissime Matienço in l. sequenti in gloss. Licencia general, num. 7. & 9. qui & aiunt consensum hūc & licentiam mariti praesumi interuenisse, quoties maritus patitur mulierem negociari incerto genere mercantia, † tunc enim valet cōtractus ab ea gestus super mercantijs illis, secundum Anton. Gomez, hic numero 7. & iterum in secundo tom. variar. cap. 6. numero. 2. limitatione 9. & Suarez in dicto titulo, De las deudas, in 3. limitatione, & ante eos Bald. in l. si uxorem, C. de cond. in fert. per eos allegatas, & Palac. Rub. in rubrica §. 68. in principio, fol. 69. in magnis, inquit tamen Segura in repetitione, l. 1. §. si uxori, num. 124. quod tunc tenebitur mulier vsque ad illam quantitatem, ad quam vsque soluendam merces illae * sufficiunt, ad id tamen quod deest non tenebitur, quod est optimum verbum, item & idem erit dicendum in mulieribus pueros nutrire solitis sine viri licentia marito vidente & tacente, valet enim tūc cōtractus talis super hoc ab vxore factus absque viri licentia, † per supra dict. & per rex. in l. 13. tit. 20. lib. 3. fori, idemque esset si litigare soleret & in iudicio adesse, neque maritus cōtraderet † secundum Suarez vbi supra, quaestione 1. fol. 54. pagin. 2. in antiquis, & vide alia infra num. 20. & 21 vel si in simul cum marito cōtractum faceret & se obligaret marito † prout potest, secundum Castillo hic num. 10. & Anto. Gom. dicto c. 2. nu. 3. Opinio- nes con- trariae Hispanorum scriben- tium. & iterum hic nu. 3. & quod tunc praesumitur maritum licentiam praebere, secundum Auend. in titu. De las exceptiones, num. 43. versic. 3. infero, nam sicut filius familias cum patre, vel matre contrahens censetur ab eis licentiam contrahendi obtinuisse, * vt cōmunem testatur Altra. de praesump. li. 1. praesumptione 2. nu. 6. quem & alios idem tenentes refert Did. Per. in l. 1. tit. 8. li. 3. col. 1033. fallen. 9. & faciunt etiam dicta per Gutie. in auth. sacramenta puerū, nu. 50. & 51. C. si aduersus vendū. idem erit in muliere cū suo viro cōtractū faciente, scio tamen quod contrariū tenuerunt Ber. Diaz in regula 455. & conciuis noster Gutier. in tract. de iurā. confir. 1. par. c. 1. nu. 46. cum sequentibus. eō quod in sua causa maritus authorari nō possit, & hęc veriorē testatur Auend. in dicto nu. 43. in principio. & sequitur & consulit quod tunc ad eatur iudex, qui praestabit licentiam, & hoc etiam ego securius iudico, licet in pūctu iuris nostrae legis generalitate attēta primā tenerem, eo quod lex nostra nullā differentia constituit, siue mulier cōtrahat cum marito, siue cum alio tertio, & contrahere cum marito non est prohibitū, sicut neq; filiu cum patre, neq; authoritas aliqua in praestatione licentiae adhibetur, sed licentia tantum, & hęc

hæc siue expresse, siue tacite præstari potest, igitur contrahente muliere cum marito, quamuis non præstetur expresse licentia censetur interposita, præsertim cum sit præsumendum contrahentes noluisse contractum inutilem facere, & licentia à l. nostra requisita in fauorem mariti est introducta, igitur huic fauori maritus renuntiare potest, nihilominus tamen, quia passus dubius est, ut inquit, *gl. mag. sin. versic. item & quarto, in l. 5. ti. 11. par. 4.* & ego consulò idem quod Auend, *ubi supra*, quod in hoc casu iudex audeatur, qui licentiam & auctoritatem tali contractui, præstet: verum tamen est, quod si contractus hic à muliere & marito suo celebratus esset cum alio tertio, ¶ cum quo maritus & vxor contraherent, in tali casu quauis expresse maritus licentiam non præbuerit, tacite tamē censetur eum concessisse, & sic etiam respectu mulieris valebit contractus hic, *secundum Ant. Go. hic nu. 4. alios idem tenentes referentem, & Palac. Rub. in rubric. §. 47. n. 13. ad fi. fol. 27. & Casan. in consuetud. Burg. Rub. 4. §. 1. in gl. ne an si par. n. 6. vers. aduerte tamen, fol. 130. & conciuē nostrum in dict. tract. & c. 1. n. 52.* Sed contra omnia supra dicta facit illa communis opinio: relata per Auend. in dictionario suo verb. *Orogamieto. & in dict. tit. De las excepciones, nu. 39. & in c. 14. prat. n. 6. li. 1. quæ habet, quod vbicunque licentia requirit, ex legis dispositione debet esse expressa & expresso verbo concessa, neque sufficiat tacitus consensus, quæ & communē testatur Villalobos, in arario mill. com. opi. litera. L. n. 167. & plura allegat Tiraq. in gl. 7. legum connubial. n. 1. cum sequent. nam cum sit solemnitas extrinseca nō est præsumenda, secundum Ant. Go. to. 2. c. 11. n. 17. in princip. adeo vt nullo temporis ¶ cursu præsumatur, secundum Auen. in dict. tit. De las excepciones, n. 41. vers. 4. infero, & in c. 12. prat. nu. 26. in fin. lib. 1. ubi hanc communem testatur, & aded vt tunc, neque sufficiat per equipolens impleri, secundum Boher. decisione 1. n. 44. quam quæstionem late examinat Suar. in tit. De las deudas, quæst. 1. per totam, ided vel danda est concordia quam desumi posse credo ex Suarez ibidem, fol. 55. versic. praterea, & ex Auend. n. 41. scilicet, quod si probeatur quod tempore contractus adfuit præsens maritus & dicatur quod de eius voluntate contraxit vxor, quia à communiter accidentibus solet dari licentia, præsumetur data ex temporis diurnitate, de quo per Suar. in tit. De las deudas, versic. sed pone quæstionem fol. 52. vel si esset, vt ibidem ipsemet Auend. dicto nu. 41. versic. 4. infero, dicit esset tempus immemorabile lapsum post contractus illius perfectionem, vel melius si diu sciente & patiente marito emptor emēs à muliere eius possideat, secundum Ant. Go. to. 2. c. 11. nu. 17. in fi. & Tiraq. ubi supra, nu. 39. vbi nu. 44. hanc veriore & communiorem testatur opinionem, vel idem erit si maritus, vltra sui præsentiam contractui apparentem, ad actum aliquem posituum processit, putà, vocando tabellionem aut testes, tunc enim pro consentiente habetur, secundum Abb. in c. cum virum, de regular. & 1. in l. que dotis, numero 90. cum sequentibus pluribus ff. solut. mat. & Bal. l. fi. §. necessitatem, nu. 20. C. de bon. qua libr. & Palac. Rub. in rubr. §. 68. num. 21. cum sequentibus, & Tiraq. ubi sup. n. 23. cum sequent. aliquibus, & facit glo. in Clement. 1. & procurat. pro quo considera*

rex. in l. filiusfamilias, & ibi Bal. ff. ad Macedonia. sic & si diu mulier solita est negociari vidente viro & faciente, valent contractus in negotiatione illa per vxorē facti, etiam si expresse illis maritus non consenserit, imo & tunc tenetur maritus quia habetur tunc vxor eius ¶ tanquā quidā institor, secundū Casan. in consuet. Burg. Rub. 4. §. 1. gl. s' elle n' est marchande, nu. 1. & 10. fol. 131. in principio, vbi num. 8. quarit ipse Casaneus, num ex talibus contractibus in mercantia illa gestis, vxor ipsa possit in iudicio conueniri sine licentia ¶ mariti, & concludit quod sic, pro quo & facit quod inquit glos. iuncta tex. in l. 2. verbo, O en otro camino, ti. 5. par. 3. & supra, n. 11. cum sequent. alia diximus: eodem etiam themate retento si vxor & vir in simul contrahant satis videtur data licentia quandoquidē ipse maritus vltra præsentiam aliud quid facit, rogando tabellionē & testes, & sic nō est simplex licentia, prout vltra dictos tenet etiam Bal. in l. si filius, de re iud. & Latius in l. Tutius ff. quib. mod. pig. vel hipoth. sol. & ibi Angel. & Tiraq. l. 14. connubiali. gl. 5. verbo expresse, vers. ad secundum dico, & Hipoli. sing. 447. & Cifuent. hic quæstio. 13. per tex. l. cum pater §. libertis, de legat. 2. per quē & tenet Angel. in l. is qui hæres. §. fi. ff. de acqui. hæred. quod si statuto caueatur, prout hæc lege cauetur, quod mulier sine consensu propinquorum non possit cōtrahere, quod si contrahat in simul cum propinquis videtur dare licentiam contrahēdi, ¶ quem text. ad hoc etiam notat Paul. & Imol. in dict. §. fin. vbi Alex. num. 3. hanc dicit communem, & Anto. Gem. hic, num. 3. & si mulier talis contraheret cum vno ex consanguineis, & alter consentiret, videtur satisfactum, secundum Abb. in c. cum in veteri, nu. 11. de electio. quem sequitur Alex. in l. 1. §. fuit quæsitum, penultima colum. ff. ad Trebelli. licet contrarium tenuerit Ias. in dict. §. fi. nu. 10. aut. 20. per tex. & ibi Angel. in auth. de aliena. & emphit. §. aconomus, & contra Abb. dicit communem idem Ias. in dict. §. fuit quæsitum, colum. 1. & hanc tenere videtur Segura l. 1. §. si vir, num. 111. cum pluribus sequentibus ff. de adq. pos. concordari tamen hæc possent opiniones ex Bal. in l. si quando §. 1. C. de inoffi. testam. quod opinio communis procedat quoties auctoritas alicuius interponenda est ad actus firmitatem, ita quod absque ipsius auctoritatis interpositione nō valeat, secus vero si lex dicat quod absque licentia alicuius, quoniā tunc procedet prima opinio cōtraria, vt sufficiat cōtractum facere in simul cum illo, qui licentiam debet præbere, præsertim si introductū est, vt licentia præstetur in fauorē illius, qui præstare tenetur, prout in nostra lege dictū præstare debere maritum, & sic possunt intelligi fundamenta adducta per Auend. ubi supra, in quantum volebat non sufficere simultaneum contractum vxoris & viri sed adhuc tunc licentiam expressam requiri, nam procedere posset, quoties non vt licentia, sed vt auctoritas, esset præstanda, nam facilius præsumitur licentia quam auctoritas, neque obstat illud quod maritus non potest cum muliere contrahere, quia vt ex dictis patet, & ex dictis per Ant. Go. to. 2. c. 2. n. 3. & per Tiraq. in legibus connubialib. gl. 8. n. 111. & 112. potest optime, ¶ itē & quia tunc vt euitaretur omnis scrupulus, posset seruari cautela posita per Bal. l. 1. n. 2. C. unde vir & vxor, scilicet,

Concordia.

Alia concordia.

Cautela optima.

scilicet, quod vir renūtiat iuri consentiendi pro se introducto, prout & recitat *segura ubi supra, nu. 114.* vt saltem euitetur id quod ex Bar. l. 1. ff. de *auth. prest.* colligitur, dum dicebat dictā concordia ex Bal. procedere in cōtractu nō mere lucratiuo, facitque in simili quęst. minoris ad creditū cum patre contrahētis, de qua per Glossatorem Salmanti, li. 3. ord. colu. 133. in medio, tu tamen desume ex me meliorem cautelam, scilicet, vt expresse maritus det licentiam, sic enim opiniones euitabis, verumtamen si peruenerit ad negocium vbi similis difficultas esset altercanda ex dictis defendere potes partem tuam, & sic ex supra dictis decerpes conclusiones sequentes pro nostri tex. declaratione, quarum prima est, quod si maritus cōtractui per vxorem factō consentiat tacite, non simpliciter sed ad aliquem actū positium deueniendo. puta, vocando tabellionē, vel testes, & presentialiter cōtractui existendo, valet cōtractus ille, quāuis de expressa licentia non appareat, presertim si diurni temporis lapsu sit roboratus. Secunda conclusio est, quod si maritus & vxor simul contrahant, prout possūt vt dictū est, maritus q; renūtiat ad maiore cautelam, iuri de consentiendi pro se introducto, cēsetur prestitisse licentiā mulieri, & validū erit talis cōtractus, factō enim sicut & verbis voluntas declarat, secundū text. in l. si pater naturalis ff. de adoptio. ad hoc allegat. per Suar. in dict. quęst. 1. pag. penult. in princ. fol. 55. in princ. & an vbi requiritur expressum sufficiat tacitum Castillo hic nu. 10. remittit se ad Mat. Affli. decis. 44. sed an licentia hæc poterit per nuntiū, vel epistolam * mariti præstari vxori suæ, & dicendum est quod sic, secundum Castillo l. 56. Taur. num. 2. & Suarez in titu. De las deudas, §. quaritur vltimus, fol. 56. & Did. Per. lib. 3. ord. volum. 1036. versic. vtrum autem: imo & generalis licentia sufficiet, secundū text. l. 3. nostri ci. & lib. Et an si licentia detur vxori per maritum, quæ quidē vxor antequā ea vteretur mortua est, an transibit in vxorem sequentem, in leg. supra proxima tetigimus. Sed an licentia hæc debeat præcedere cōtractū, an vero sufficiat post

24
 Quęstio prima.

25
 Quęstio secunda.

26

27

mus quod si factus est cōtractus super re Ecclesie absque Episcopi autoritate, quæ interuenire debuit in ipso cōtractu, si ambæ partes post adeant Episcopum, & ab ipso petant cōtractū ¶ consumari, valebit cōtractus secundum Baççā de non meliorand. filia. c. 10. nu. 98. potest enim quamuis cōtractus nullus sit, ratificari per illum in cuius fauorem annullatio inducta fuerat, secundum eund. Baççam ibidem, nu. 67. & in prosecutione huius legis larius dicemus, & 12. rationes in confirmationem huius secundæ quęstionis aducebat Socin. consil. 15. incipi. visis predictis lib. 1. quem refert ad hoc Petrus Pekius ubi supra, lib. 3. c. 8. num. 3. & per totum illud caput de ijs tract. Neque obstant leges pro prima adductę parte, quia dicendum est procedere iure civili attento, secus vero iure nostro Regio vt dicebat Villalobos in Artinomia iuris civilis & Regij, verb. vxore, nu. 17. vel melius quod illud regulare est nisi per legem aliud exprimat, vt iam in nostra materia expressū est: intellige tamē sufficere licentiā & rati habitonē post cōtractū sequitā, cum ambę partes contrahentes, scilicet, mulier ipsa, & ille, qui cum ea cōtraxit, adūt maritum vt ratificet cōtractū illum, vel quādo antequā ab vna partem reclametur contra illum cōtractum, vir ipse ad petitionē alterius partis, ratificauit illū, & approbavit, secus vero si ante ratificationem hanc ab vna ex partibus reclamaretur cōtra cōtractum illum, petendo nullum declarari, tunc enim contradictione hac facta nihil operaretur ratificatio post reclamacionē facta, secundū Cifuer. hic quęst. 22. & in l. 58. Taur. probaturque argumento, tex. cum glos. in l. licet, C. de procuratori. vbi probatur quod si quis sine mandato alterius nomine agat in iudicio, & antequā acta ratificentur per dominum, cuius nomine sunt presertata, cōtra dicatur per aduersariū, dicendo quod non habet mandatum à parte aduersa, neque est eius procurator, nihil tunc operabitur ratificatio, concordatque l. 20. tit. 5. p. 3. sic declaranda vt tenet gl. 2. l. 3. tit. 5. par. 3. & gl. dict. l. 20. & Matienço l. 7. tit. 3. li. 5. recap. gl. 1. n. 15. & iterū in l. 5. eiusd. tit. & li. 5. & Pinel. in l. 1. pa. 3. nu. 33. C. de bon. ma. ergo idē & in nostro proposito & casu dicendum est, prout in propositum tenuit Dida. Perez. lib. 4. ord. col. 1035. in fin. licet in procuratore contraria communis est, vt asserit Petrus Pekius, in c. rati habitonem, nu. 11. in si. de reg. iur. in 6. & Doctor Guierrez consil. 7. nu. 1. alia adducit in propositum huius communis. Item intellige cōtractum illum tempore cōgruo & ante contradictionem ratificatum valere ex nūc, & non vero ex principali eius origine, secundum Did. Per. ubi supra, colu. 1036. in principio, faciuntque dicta per Rochum de iur. patron. verbo, pro eo quod n. 10. id etenim quod à principio nullum est, per ratificationem validari non potest vt valeat ex tunc, sed ex nūc, reperitur nāque extremū à quo incipere debebat inhabile, quia erat mulier cōiugata, neq; poterat sine licentiā mariti cōtrahere, & ideo tūc etiā in cōtractibus conditionali- bus nō trahitur retro ratificatio existēte cōditione ad diem celebrati cōtractus, si extremū à quo est inhabile, ¶ neque itidē trahitur retro etiā si tempore existentis conditionis extremū habile reperiat si adest impedimentū, secundū l. 1. existimo, nu. 1. ad fin. fol. 129. ff. de verb. oblig. & eund.

*eund. las. l. cum qui. §. si. num. 6. fol. 89. ff. de verbo. obli-
ga. §. Fanus de pignor. 2. memb. secunda partis, nu-
mer. 4. & numer. 6. alio modo declarat, & sic decla-
rabis & intelliges l. qui balneum & l. potior, in prin-
cip. ff. qui potior. in pig. hab. probantes contractus cē-
suales existente conditione trahi retro: idq; etiam
alio modo declarat Anton. Gom. tom. 2. c. 11. ad fin.
numer. 29. & Didac. Per. ubi supra, colum. 1090.
Item procedit si conditio est casualis, vel mixta te-
cus si potestativa, quia in ea non trahitur retro,
secundum las. l. si filius familias, in principio, numer. 2.
ff. de verb. ob. ig. & ante eum Bart. in l. si is qui, num. 4. 6.
& ibi eund. las. num. 311. ff. de verb. ob. ig. & vide glos.
l. 32. tit. 13. par. 5. quæ quia nostræ materiæ non sunt,
per eos videri possunt, sufficit intelligere in nostra
materia, quod licentiæ & contractus ratificatio nō
retrotrahitur nisi ex de obligationis ratificatæ, &
sic ex nunc non vero ex tunc.*

28 *Uterius notandum est quod si per nimiam im-
portunitatem maritus concessit vxori suæ licentiã
* visus est non cōsensisse, secundum Dida. Per. libr.
3. ord. colum. 367. in princip. pro quo faciunt dicta per
Boberi, decisio. 101. nu. 10. quod tamen non affirmo in
practica obtineri potuisse.*

29 *Ibi, No pveda. Necessitatem importat, & sic li-
centia mariti pro contractus validitate est de sub-
stantia & forma † substantiali contractus, adeo
quod ommissa ea nullus est ipso iure contractus, se-
cundum Doctores hic, & dixi in l. supra proxima in
glos. No pveda & licet iure civili hoc non requireretur
ex l. velle, C. de renouand. donatio. ex l. tamen no-
stra requiritur, & tenet Mincha. controners. vsufre-
quon. c. 10. num. 1. cum quatuor sequentibus vbi num.
quinto & 6. tenet in terminis nostræ legis contra-
ctum esse ipso iure nullum contra legem nostram
factum.*

29 *Ibi, Hazer contracto. Hic colligitur principalior
conclusio nostræ legis, scilicet, quod sine licentia
mariti vxor facere contractum † non potest,
quam quidem conclusionem, vt melius clarificetur
per ampliationes & limitationes, declarabim-
us.*

Ampl. 1
30 *Erit igitur prima ampliatio, quod contra instru-
mentum guarentigium per vxorem absque tali li-
centia celebratum opponi potest exceptio hæc &
impeditur talis instrumenti executio, † nam si le-
ge caueatur vt contra tale instrumentum nulla ex-
ceptio opponatur, opponi tamen poterit illa, quæ
contrahentem inhabilem ad contrahendum red-
dit, secundum Ioan. Andr. ad f. eccl. de sentent. §. vt
autem, in principio l. tutor. §. prodigus. ff. de iur.
iurando, & in specie ad nostram legem tenet Ho-
roscius in lege in traditionibus, numero septimo cum
duobus sequentibus ff. de ac. colum. 925. in principio,
& ante eum Suarez, in l. post rem, quæstione pri-
ma pag. 320. in principio. ff. de re iudic. & Auen-
dan. in titul. De las excepciones, numero trigesimo-
octavo, & Menesius in lege prima numero quin-
quagesimo. C. de iur. & fact. ignor. & concinis noster
Gutierrus in de iuram. conf. prima partit. capit. pri-
mo numero trigesimo-quinto. sufficere tunc pro-
bare tempore contractus mulierem illam nu-
ptam fuisse, vt instrumentum inuaidetur, nulla-
que eius executio declaretur, adeo vt & in ipsa
executione sententiæ, possit opponi exceptio
31 hæc * & defectus, secundum Menesium in di-*

*Elo numero quinquagesimo. & Suarez in titul. De
las demandas, in sine, fol. quinquagesimo octauo in sine
imo & tunc etiam intra triginta annos poterit agi
* de nullitate talis sententiæ & executionis nam
cum contractus, virtute cuius lata est sententia
vel executio facta, sit nullus, etiam intra triginta
annos potest agi de eius nullitate, secundum A-
uenda. in dicto tit. De las excepciones, in fi. imo si ex
ipso met instrumento, vel sententia constaret mu-
lierem ipsam esse nuptam nullamque adfuisse mari-
ti licentiam, absque opposicione exceptionis hu-
ius cessabit executio, * iudexque ex officio sic
debet iubere, quia quotiescunque ex inspectio-
ne instrumenti apparet de exceptione, nulla est
necessaria exceptionis illius oppositio, secundum
Alexand. in leg. quarta. §. condemnatum, numero
quarto, ff. de re iud. & Hipolit. in practic. §. ulti-
ma quæstio, numero quarto, & Auenda. cap. de
cimo-sexto prator. numer. 11. lib. 1. & Suarez dicta l.
post rem, pag. 330. in principio, & pag. 326. versic. sed
pro euidencia, numer. 38. & hoc quia tale instru-
mentum dici non potest, paratam habere execu-
tionem, cum delit persona, quæ ex eo obli-
gata resultet, & que sunt optima ad l. 1. & seq. tit. 17.
supra li. 4.*

Ampl. 2
34 *Ampliatur & secundo, vt neq; vxor possit filio
suo primi matrimonij tutorem petere sine licentia
mariti, † secundum Castillo hic numer. 31. & sequen-
tibus. & an Regina, citius est Regnum possit legem
in eo condere sine mariti licentia, vide per Burg.
de Paz in proemio l. Taur. numero 304. cum sequenti-
bus.*

Ampl. 3
35 *Tertio ampliatur, vt & in foro conscientiæ
mulier coniugata vt hac exceptione possit, secun-
dum Tiraq. plures allegantem, in l. 16. conubiali glos.
4. neplent, numer. 15. cum sequentibus aliquibus, &
Couar. in regula peccatum. 2. par. §. 3. numer. 8. & 10.
fol. 34. colum. 2. in antiqua impressione, quicquid
velit Segura. l. 1. §. si vir. num. 126. cum sequentibus
ff. de azur. pos. in quibus vxoris contractum sine li-
centia mariti factum absque fraude valere in con-
scientia, & quod per consequens vxor in conscientia
teneretur ei stare, quod est contra dicta & as-
serta per Couar. & Tiraq. & pro eis est, nam &
mulier in conscientia potest se iuuare † Veleiano,
36 secundum Ant. Gom. tom. 2. c. 13. numer. 16. in prin-
cipio, & filitis familias Macedoniano † secundum
37 eund. Anto. Gom. eod. tomo. 2. c. 6. colum. 2. in medio
& glos. No es, in l. 4. tit. 1. par. 4. & ante eos Abb. in
c. fin. num. 29. de rescrip. vbi, num. 28. inquit quod in
hoc casu, neque denuntiatio Euangelica † locum
38 habebit, & idem Abb. late in c. plerique, numer. 26.
de insinuit. Eccles. & noster Gutier. in repetitio. auth.
sacramenta. puberum, num. 83. vbi num. 84. limitat
hoc vno modo, & idem Gutier. in tracta. de iuram.
confirm. 1. par. c. 1. num. 42. ergo nimirum si & mulier
nupta dicta exceptione in conscientia vti possit,
pro quo & facit illud Rebus. de pacif. pos. num. 26. cum
5. sequentibus, nam cum desit naturalis obligatio, eo
quod lex hic assistit & resistit, prout diximus in l. 1.
tit. 1. supra isto lib. neq; conscientia obligat, vt ibidem
diximus, & quod in hoc casu naturalis † obligatio
39 non oritur, communem testatur Ias. in lege stipula-
tio ista habere. §. alteri numero sexto ff. de verb. obli-
gator. & Mincha de succes. creatione. §. quarto nume-
ro quinquagesimo & Couar. in cap. quanuis pactum.*

2. part. §. 4. nu. 6. versic. 4. ab eadem radice, & Angel. consil. 35. nume. 1. & Gutier. dicto c. 1. de iura. conf. c. 1. num. 39. & Minchac. controu. vsufreq. c. 10. numer. 1. communiorem dicit & sic ipse ibidem, & iterum in de controuersijs vsufrequentibus, c. 10. num. 17. & Casan. in consuet. Burg. perperam tenet vxorem nuptam teneri in conscientia stare contractui a se facto contra legis nostræ formam, & faciunt dicta per nos dicta. l. 1. tit. 1. supra isto lib.

40 ^{amp. 4} Quarto ampliatur, vt & ipsa mulier peccet, si de facto contrahat sine licentia † mariti, eò quod iniuste dispositioni legis nostræ contrauenit, secundum Tiraq. ita tenentem in l. 16. conuubial. glo. 4. nepleni. numer. 18. quicquid velit Mincha. controu. vsufreq. c. 10. num. 11. imò & quod fortius videtur, quod & ipse contrahens cum ea peccat & tenetur in conscientia ex contractu † cum ea celebrato sine mariti licentia, iniusteque detinet rem virtute ralis contractus, secundum Couar. in dicta regula. peccatum. 2. p. §. 3. numer. 9. in fin. cum sequentibus fol. 34. & Mincha. vbi supra, numero. 19. vbi numero 24. ita tenet Tiraq. vbi supra, numero 20. cum sequentibus aliquibus, nam prohibitione facta vxori contrahendi sine licentia mariti, censetur etiam alijs facta nè cum ea contrahant, secundum Cifuentem hic quaestio. 20. & sicut ipsa peccat legi contraueniendo, ita & cum ea contrahens, quicquid in contrarium velit Ias. in §. sed ista quidem. numer. 131. & 132. inst. de actio. & Alciat. de quinq. ped. presc. fol. 17. & idem Ias. in l. si non sortem. num. 4. ff. de cond. in deb. posset tamen hæc Ias. & Alcia. opinio intelligi quotiescumq; dat lex certam formam conficiendi instrumentum & contractum, tunc enim si lex vltius non procedat, si non seruetur forma illa valet ille actus, sed quando lex vltra formam datam procedit vltra prout nostra annullando contractum contrarium & priuando potentia illum aliter contrahendi, tunc nullò modo sine peccato fieri potest, neq; retineri id quod virtute eius fuit datum, quia cum tunc deficiat naturalis obligatio vt dictum est supra, & tenet Bart. l. cum lex, num. 4. ff. de fideius. & Casador. decisio. 5. de iur. patron. num. 2. & communem testatur in l. stipulatio ista. §. altari, numero. 16. ff. de verb. oblig. & Mincha. de succes. creatio. §. 4. numer. 50. & dixi l. 1. tit. 1. supra isto lib. merito quod in conscientia retineri non possit, sicut & hæres non retinet hereditatem in minus solemnè testamento relictam, * prout communem testatur Anto. Gom. relatus per conciuem nostrum Gutierrium in repetitione, l. nemo potest, numer. 461. de leg. 1. cum secundum eum ibi numer. 464. non debeatur talis hereditas naturaliter, neq; ciuilitè; neq; obstat quod naturalis obligatio per legem tolli non possit, quia naturalia quidem iura tolli non possunt, ex §. naturalia, institut. de iur. naturali, gent. & civil. & cum non possint, mulier non peccat, & nec contrahens cum ea, quia mulier tenetur in conscientia stare contractui, quoniam respondeo quod data priuatione potentie contrahendi deficit consensus & naturalis obligatio, vel melius, quod obligatio naturalis tolli non potest, per legem, verum est regulariter, sed quoad effectus ciuiles † bene tolli potest, secundum Deci. in l. pacta qua contra, C. de pact. & Bal. in l. non dubium. C. de legibus, ideo videtur quod, ea sublata, auferatur remedium naturale.

44 ^{amp. 5} Quintò ampliatur nostra conclusio, quod neque fideiussor potest accedere tali contractui † &

obligationi per mulierem nuptam factis contra legis nostræ formam, quoniam cum non oriatur ciuilis, neq; naturalis obligatio, fideiussor ei accedere non potest, secundum Bart. dicta l. cum lex. nume. 4. ff. de fideius. & Ias. in l. Gallus. in principio. num. 10. 16. & 17. ff. de lib. & posth. & in dicta l. si non sortem. in principio. ff. de cond. indeb. & Anto. Gom. in l. 53. Taur. numer. 60. & Baeçam de non meliorand. dot. c. 35. numer. 5. vbi nume. 9. hoc limitat in vno modo, scilicet, nisi fideiussor suscipiat in se periculum, & affirmet nihil fieri contra legem, & hanc etiã ampliationem proponit Mincha. Controu. vsufrequentibus. c. 10. num. 7. vbi in c. 11. inquit, quod neq; nouatio fieri poterit super tali contractu, & pro hac quinta ampliatione cõsidero tex. in l. 5. tit. 12. par. 5. In cuius quidem ampliationis exornatione, quarèdum est, num hæc exceptio competens mulieri huic sine licentia mariti contrahenti, competat * & eius fideiussori, quam quaestionem mouet Dida. Per. in l. 1. tit. 8. lib. 3. ord. colum. 1037. & nihil concludit in propositum. Ego tamen teneo quod competit tali fideiussori, ex dictis in hac ampliatione, & in precedente. scilicet, quod cum non oriatur ex tali contractu ciuilis neq; naturalis obligatio, nõ potest accedere fideiussor, vt tenent supra dicti Docto. & Gutier. noster in tract. de Iuram. conf. 1. par. c. 1. numer. 41. & probatur ex l. 20. tit. 12. par. 5. Item quia si principalis contractus non tenet, neq; itidem accessorius, prout est fideiussio, secundum Mattha. Afflict. decisione. 149. numer. 2. & probatur in l. si ff. de const. pecun. Faciuntque dicta per Hipol. l. si numer. 16. cum pluribus sequentibus. ff. de quaestio. & late per Rip. in l. 1. §. si quis ita numer. 16. fol. 160. ff. de verb. oblig. & Capola cautela 131. & quia sublato contractu principali omnia in eo apposita censentur sublata tanquam eius adminicula, * secundum Suarez l. post rem. pag. 319. numer. 16. per tex. in l. fin. supra dicta, & per tex. optimum, in l. tutores. §. curatores. el. 1. ff. de adm. tutor. vbi probatur, quod sublata causa cautionis interponendæ, censetur cautio sublata, & pro hoc facit etiam, tex. optimus in l. 56. tit. 5. par. 5. & ibi glos. & Ias. late in l. si ita stipulatus. §. Crisogonus. numer. 48. fol. 173. ff. de verb. oblig. Adeo, vt neque pœna, neque euictionis promissio valebit, secundum glos. in l. si patronus. ff. si quis, in fraud. patron. Et ita hanc opinionem quod fideiussor nõ obligetur, & sic quod exceptio hæc quod contractus fuit nullus, quia factus sine licentia mariti, cõpetens mulieri huic, competat eius fideiussori, teneo vt veram, eo quod si non posset eam opponere & solueret repeteret à muliere illa nupta pro qua intercessit, & per consequens, neque ipsa iuuaretur dicta exceptione, & sic prohibitum vna via, alia admitteretur, quod est contra iuris Brocardicum, & ita in similib. affirmauit Anto. Gom. in l. 53. Tauri num. 60. & Alex. in consil. 109. maxime, n. 117. volumine. 2. & Ias. consil. 133. volumine. 4. num. 20. & Bald. l. si preadium. nu. 5. C. iur. doti. & in l. & sis quem. C. de præd. minor. & Socin. consil. 3. num. 6. volum. 1. Hieronymus Gratus. consil. 2. articul. 62. numer. 20. & nouissime è nostris tenet Villalobos in arario mill. com. opin. litera D. numer. 263. vbi dici esse secus in viro alienante rem dotalem, qui si fideiussorem dederit obligatur, licet alienatio reuocari posset per mulierem, cuius res dotalis erat. Afferunt tamen Tiraquel. dicta. l. 16. conuub. glos. 4. n. 14. & Gutier. dict. c. 1. de Iuram. conf. firm. nu. 14. & Baeça, vbi supra, dicto. c. 35. n. 9. quod si fide-

45

Nova opinio auctoritas.

46

47 fideiussor hic, pro muliere nupta se obligans suscipiat in se omne periculum, & affirmauerit ꝛ non fieri contra legem vel statutum, obligabitur, quod tamen ego sublimito quoties affirmatio hæc esset quod mulier illa non erat nupta, vel quod dato quod esset, habebat licentiam à marito suo, tunc enim dicta limitatio procederet, secus vero si aliquid horum non affirmaret, nam tunc licet diceret non esse contra legem, mulierẽ illam nuptam obligari, nihil ei obesset, cum scire aduersarius teneatur leges regni, & quod est contra eas, mulierem nuptam se obligare sine licentia mariti.

Amp. 6. Sex tò ampliatur, vt procedat nostra conclusio, etiam si talis mulier nupta contrahat cù patre suo,

48 adhuc enim licentia mariti sui requiritur, ꝛ secundum Suarez in tit. De las deudas, l. 2. fo. 47. in antiquis, & iterum in l. 9. tit. 1. lib. 1. fol. 21. vers. nota, vltimus f. 79 & Menes in l. transacionem. n. 15. pag. 160. C. de transact.

Amp. 7 Septimò ampliatur nostra conclusio in tantum quod etiam soluto matrimonio mulier ipsa nõ tenetur ad obseruantiam contractus in vita mariti

46 sine eius licentia * celebrati, secundum Bald. relatum & sequuntur per Cisuent. hic. 5. questio. & Tiraq. in glo. 8. de son mari. leg. connub. num. 99. cum sequentibus aliquibus, & Matieuço hic. glo. 1. num. 11. & reiecta eius declaratione ita tenu. Et sic si mulier viuo marito, & sine eius licentia venderet res dotales posset marito mortuo eas reuendicare, ꝛ secundum

50 Suarez in tit. De las arras, §. de arrbarum conseruatione, versic. Sed dubium singulare est. fol. 37. in antiquis, ad ampliacionẽ legis. cum vir. ff. de vsucapio. quod & tenet Paul. in ea. l. cum vir. num. 6. cõtractus enim à principio fuit nullus, & ideo ex post facto confirmari non potest, secundum Rebus. in pract. benef. tit. de forma dimissoriarum literarum. num. 12. & etiam

51 videmus quod laudum ꝛ datum non præcedente compromisso ratificari non potest, quia nullum fuit. secundum Hipoli. in pract. §. diligenter num. 183. ergo nullo modo per mortem mariti confirmatur contractus per vxorem suam sine eius licentia in vita ipsius factus: nam si maritus sciuisset, contradixisset, & per mortem nolle potius quam velle dicendum est. Neque obstat doctrina illa Innocentij, in c. prudentiam. numero. 5. de offi. del. quæ ibi sequitur Abb. & sequuntur plures relati per Baçcam, de dot. c. 10. numer. 67. dicentis quod actus nullus à principio potest ex post facto ratificari * per

52 illum in cuius fauorem fuit nullitas inducta, quia Respondeo, quod id procederet quoties de ratificatione illius apparet, secus alias prout in nostra ampliacione præsupponimus nullam mariti apparuisse approbationem. Vel secundo Respondeo, quod illa doctrina Innocentij non procedit quotiescunq; non potuit à principio actus vllò iure valere, prout in nostro casu nõ potuit, quia deficiebat

53 licentia mariti, quia tunc cõfirmari nõ potest, * secundum Bart. & Horofcs. n. 26. colum. 415. l. obseruare. ff. de offi. proconf. & Deci. in. l. quod in initio. n. fi. ff. de regia. iur. neq; tenetur tunc talis mulier de euicitione, eò quod quotiescunque stat ratio prohibitionis, etiam si emptor fuisset ignorans nõ tenetur de euicitione ꝛ venditor, secundum Suarez ubi supra,

54 vbi alia optima in propositũ aducit, & in fine illius quæstionis videtur limitare hoc nisi mulier ipsa iurasset talem alienationem, quia tunc non posset etiam mortuo marito illam reuendicationẽ intendere Quod an sit verum in terminis nostræ legis

ex dictis in hac lege, in glos. Non vala & in. l. sequenti patebit. tentari tamen posset quod quauis contractus iste sine licentia mariti factus sit nullus, bene tamen ex eo transferetur possessio ꝛ si tradatur, secundum Ripam, & Paul. numer. 52. in l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. & Tiraq. l. 14. connubia. glos. 31. questio. 14. quia etiam ex inutili contractu transfertur possessio. secundum eos. & glos. & Doctores in l. 1. §. si vir vxori. ff. de acquirend. posses. & tunc erit effectus quod si turberur in possessione ꝛ competet ei remedia possessoria. ex l. 1. §. de iur. ff. de vi & vi arm. Palac. Rub. in rubrica §. 79. n. 9. de quo tu latius cogitabis, quia in l. 1. glos. si. tit. 2. supra hoc lib. aliquid tentauimus dicere. Alium effectum ponit Zaf. dict. §. vir. numer. 4. Quid tamen, si de licentia mariti mulier rem dotalem alienat, an mortuo marito, cum dos vxori iam pleno iure pertineat, confirmetur talis alienatio, * vide Ant. Gom. l. 58. Tauri. num. 62. & num. 57. alia dicit in propositum, sed quid erit si mortuo marito mulier ipsa quæ sine eius licentia contraxit velit stare contractui, aduersarius vero nollit, nõ quid poterit: vel an cogi quod stet contractui, ꝛ vide per Tiraquel. dict. legib. connub. glos. 8. num. 91. cum sequentibus pluribus, & ibi in glos. 6. num. 18. & seq. quærit an maritus mortua vxore possit consentire.

Alio & octauo modo ampliabis nostram conclusionem, nouissimè, scilicet, quod si mulier ab aliquo hæres instituat & constante matrimonio tam de rebus suis, quàm de hæreditate sibi delata testetur, non censetur * per testamentum hoc adiuuissè hæreditatem illam, nisi ad factionem talis testamenti mariti licentia adfuerit, quæ quidem licentia si ad sit, quantumuis ex aliqua causa reuocetur testamentum hoc mulieris, non censebitur reuocata additio tacita hæreditatis illius, quia per licentiam mariti validata fuit, & in quasi contractũ translata, vt optimè inquit Aluaradus de coniecturas mente testatoris, lib. . c. 1. n. si. ver. si vero eũ seq. fol. 172.

Octauo ampliabis conclusionem nostrã quod licentia data per maritum ad vnum contractum celebrandum, contractu illo facto, expirat licentia illa, * ita quod si alium contractum celebrare voluerit vxor illa, noua ad illum licentia requiratur, imo etiam si eundemmet contractum iterum cum alio celebrauerit, & possessionem tradiderit præteratur primus cui non fuit tradita possessio huic secundo cui tradita fuit, quia facto primo contractu spirauit licentia illa, & ideo secundus contractus non tenet. secundum glos. mag. colum. 2. in. fi. l. 50. tit. 5. part. 5. & est notabile dictum ad limitationem. l. quoties, C. de rei vendicatione.

Nono ampliatur nostra con. quod etiam ad cõstituendum procuratorem per quem mulier nupta vult cõtractum fieri nomine ipsius vxoris, debet in tali procuratorio adesse licentia ꝛ mariti sui ad illum procuratorem constituendum & contractum faciendum, vel ad assistendum pro ea in iudicio, secundum Tiraq. l. 16. connub. glos. 5. contracter. num. 83. cum pluribus sequentib. vbi optima examinat, imo & vltius in tali procuratorio debet aduerti, vt ipsa mulier iuret quod stabit procuratorio illi, & contractum per illum procuratorem factum non reuocabit, & ibidem renuntiet, & de mandatum & licentiam illud & iurandi, & renuntandi Velleiano & alijs.

Decimo ampliatur quod etiam de bonis extra

dotē consistentibus, & sic de paraphernalibus non potest mulier sine licētia mariti disponere per viā
 62 † contractus, ut ex tex. nostro hic generaliter loquente
 dis. omi vides, & ex eo quod, neq; horum bonorum
 63 paraphernalium mulieri administratio committitur,
 neque competit, sed tantum marito, *secundū glo.
 (Que la no) colum. 4. in principio, fol. 83. l. 6. tit. 11. part.
 6. & Gutierrez nostrum de iuramento confirmat. 1.
 par. c. 1. nu. 53. & Villalobos in arario, com. opin. litera
 B. num. 59. & quæ dicentur paraphernalia, vide tex.
 in l. 17. tit. 11. part. 4. & ibi glo. idem videtur tenere;
 & inquit fructus talium bonorum marito adquiri,
 & sic non tenentur hæredes mariti fructus horum
 64 bonorum paraphernalium in vita vxoris per maritū
 perceptos, mortua ipsa vxore, hæredibus * eius re-
 stituere, quantis antea de hoc dubitaretur, per
 Afflicti decisionē. 4. 4. num. 5. & 7. & eodem modo
 65 bona mariti † pro eorum bonorum paraphernalium
 restitutione sunt obligata, secundum Couar. id de-
 clarantem in lib. 1. variarum, cap. 7. numero primo.
 Undecimo ampliatur nostra conclusio, ut neq;
 66 donationem causa mortis mulier vxorata facere
 possit † sine mariti licentia, cum quoad solemnita-
 tatem & ordinem donatio-talis contractui æqui-
 paratur, secundum Ias. in §. omnium. num. 29. Instit. de
 actio. & Suarez allegatione. 20. versic. præterea corro-
 boratur, & Minchacam, Controuers. vsufrequent. c.
 12. folio. 56. & Anton. Gomez. tomo. 2. c. 4. num. 16. in
 fine. & Couar. 3. par. rubrica de testam. num. 12. fol. 22.
 vbi; & alios & Ripam allegat eam dicentem commu-
 nem quam & comm. dixit Ias. in l. 2. ff. de leg. 1. relatus,
 per Villalobos ad hoc, in Antinomia iuris ciuilibus, & Re-
 gij. litera D. numer. 203. & Molina. de primo genijs,
 lib. 2. c. 9. num. 4. & Tiraq. l. 16. connubi. glo. 5. (Contra-
 cter) à num. 64. vsq; ad. 90. & Clarus lib. 4. Senten-
 tiarum. §. donatio, questione. 5. numer. 1. & noster Gu-
 tierrez in. 1. par. de Iuramento confirmat. c. 13. num. 7.
 quamuis Alciatus in l. 2. in principio. ff. de verborum
 obligat. contrarium teneat, & veriorē dicat, & ita
 primam teneo, quidquid dixerit Matienzo, hic
 glof. numer. . . ex. l. si. tit. 4. par. 5. quæ lex nihil pro
 eo facit quoniam licet disponat quod qui potest
 testari potest donare causa mortis, hoc non nega-
 tur, debet tamen adesse licentia mariti ex lege no-
 stra, quæ per dispositionem legis illius partitarum
 non censetur in hoc correctā, sed potius illa, secū-
 dum nostrā declaranda est, prout, & ipsemet Ma-
 tienzo, hic glof. i. num. 10. intelligit, l. Tauri, permit-
 tentem vxorem, aut maritum posse dotare filiam
 cōmunem, nā id verum cum licentia mariti, ut ibi
 ipse intelligit & declarat ergo idem in nostro casu.
 Duodecimo, ut neq; donationem tacitam, vel
 67 expressam mulier facere non possit sine licentia
 mariti † secundum Tiraq. in dicta glof. 5. nume. 43. vs-
 que ad. 64. & Minchaca in controuers. vsufreq. c. 13.
 Decimotertio, quō d. neq; fideiubere poterit cū si
 68 de iurēdo cōtrahere dicatur * per Tir. vbi sup. n. 104.
 Decimo quarto, quod neq; iuramento firmabitur
 69 talis cōtractus, ut in gl. (No vala) huius leg. diximus.
 Decimo quinto, quod quantum mulier hæc faciat
 contractum, ut valeat mortuo marito, & sic tēpore
 quō ipsa libera sit à potestate mariti, adhuc nō va-
 lebit mortuo marito, nisi eo mortuo approbetur
 per ipsam mulierem, & tunc valebit ex nūc, nō ve-
 ro ex tunc, * secundum Peraltam in prælectione l. in hæ-
 redem, n. 77. de leg. 2. & Tiraq. relatum, per Aluarad.
 de coniecturata mente defuncti, lib. 3. c. 1. n. 26. & au

maritus mortua vxore possit cōsentire & approbare
 contractum vxoris sine eius licentia factum, vide
 Tiraquel. in legibus Connubia. gl. 6. nu. 18. & sequent.

Decimosexto ampliatur, ut neq; pia causæ pos-
 sit mulier nupta donare sine licentia † mariti ne-
 que ad piā causam secundum Iaso. in l. filius fami-
 lias. §. Diui. lectura. 1. n. 84. ff. de leg. 1. & Ducias Reg.
 31. limitatione. 4. & Suarez late in titulo de las Deu-
 das. folio. 44. in principio, & Palat. Rubens in Rubrica.
 §. 48. n. 3. quæ refert Cisnentes hic q. 17. tenet Tiraquel.
 in legibus Connub. gl. 8. n. 162. cū pluribus sequentibus,
 & tradit nouissime Bacca de dote. cap. 11. n. 49. cum
 sequentibus plur. vbin. 57. hoc verius dicit, & licet
 ibi in profecutione alios contra tenentes alleget,
 pro hac tamen veriori opinione facit nostræ legis
 fundamentalis ratio, scilicet, ne præiudicetur ma-
 rito, quo casu neq; eleemosynā facere * poterit se-
 cundum Palatium Rubeum, vbi supra, & Tiraquel.
 vbi supra, in glo. 5. n. 218. vbi & ad bona extēdit pa-
 raphernalia, cum ea, quæ corpus viro commisit, &
 res etiam commississe censetur prout ita tenendo in-
 quit glof. cap. quod Deo. 32. quæst. 5. & hoc nisi eleem-
 osyna esset parua, vxorq; ipsa sufficienter dota-
 ta ad potestatem mariti peruenit, ex quibus infero,
 quōd licet dotare aliquam esset causa pia causa-
 que dotis pia sit, secundum Hippolytum in Practica. §.
 nunc videndum. n. 14. & Tiraq. vbi supra, glof. 8. n. 162.
 adhuc tamen dotare † non poterit, quia si donare
 72 piæ causæ non potest neque dotare, secundum Pa-
 latium Rubeū & Baccam, vbi supra, & tenet Bald. in
 l. generali. C. de sacros. ecclesijs, & Abbas in c. Relatum.
 primo n. 5. de test. & in sponsa tenet Faber in l. cū nō
 solum. aut in l. cum oportet. C. de bonis qua liberis. imo
 quantumuis dotanda esset filia communis mulie-
 ris dotantis, & mariti sui, adhuc sine licentia † ma-
 riti eam dotare non posset, eo quod esset in mariti
 præiudicium, qui forsitan nō daret tantū vel aliter
 cōtraheretur, vel noller pro tunc filiā matrimonio
 collocare, ideo tunc nō valet contractus dotis se-
 cundū Suarez in præludijs legis, quoniā in prioribus. n.
 7. p. 127. & Bacca, de dotandis filiabus, c. 11. nu. 48. quæ
 sequitur Mariço, hic dicta glo. 1. n. 10. & ita tenēdū in
 distincte reiecta opinione & distinctione Ant. de
 Lara in l. si quis à liberis. §. si quis ex his. n. 256. cū tribus
 seq. & reiectis etiā, quæ dixit ibidē, n. 261. ex quibus
 omnib; in cōtingētia facti cōsului quōd si maritus
 absens est, & interea mulier eius fame perit & ad se
 & filios suos, & mariti sustentandos vedit aliqua bo-
 na sine licētia mariti, quia absēs est, & sine licentia
 iudicis à quo non est petita, maritus potest hæc ve-
 niēs cōtradecere, & potest veditōne talē retracta-
 re, & rescindere virtute † legis nostræ, quia nec ad
 74 pias causas alienare potest, in hoc tamē casu secundū
 Castilloin. l. 61. De Toro. n. 23. fol. 203. colū. 4. posset per
 emptorē agi cōtra filios ipsos, qui cōmodū ex hoc
 receperūt, quod vsquequaq; quoad filios pro vero
 nō affirmo, licet si iudex esse vel cōpellerē patrem
 stare huic cōtractui, vel præciū pro re illa datū resti-
 tuere emptori † cū versū sit in cōmodū & vtilitatē
 75 ipsius mariti patris eorū, qui de iure tenebatur eos
 alimentare data prius informatione, argumēto di-
 ctorū de minore 25. annorū sub patris aut curatoris
 potestate existente, cui quidē si per aliquē dentur
 alimēta, vel aliquid ad se alimērandū pater vel cu-
 rator, qui ad id præstandum astricti erant, tenebū-
 tur soluere illud, secundum late dicta per nostrum cō-
 suem Gutierrez in Repet. Authent. sacramenta pube-

rum, nu. 78. & 79. cū sequentibus C. si aduersus ven.
neque debet quis cum aliena locupletari iactura.

Ex ijs etiam fuit mihi dum hæc scriberem in fa-
cto propositum dubium per quandam principalem
mulierem quæ maritum absentem habebat,
& nesciebat ubi adesset, & ex eo filia paruula duo-
rum annorum ei relicta erat, quam quidem filio-
lam maritus quidam & vxor eius adoptare vole-
bant, qua de causa fui interrogatus, num si adop-
tio hæc fieret cum licentia iudicis data informa-
tione absentia mariti, valida foret, & licet videretur
dicendum, quod sic ex tex. & eius materia in
l. 6. infra isto iuu. ego tamen in hac facti contingencia
contrarium consului, imo quod etiam si adop-
tio hæc fieret ex licentia iudicis præstita prius
76 dicta informatione nihil valeret & retractari pos-
sit* per maritum reuersum, eo quod adoptio non
77 potest fieri sine consensu & licentia illius qui ha-
bet adoptandū* in potestate, per te. in l. in adoptioni-
bus. ff. de adoptio. tex. in l. cum adoptio, & ibi Oros-
cius colum. 277. ff. eo tit. & quia per text. in l. non
potest. ff. eod. titu/. filius naturalis non potest face-
re quin sit in patris potestate, si ergo filius hoc nõ
potest facere, ergo neque mater pro eo, & si hoc
fieri non potest, igitur neque in adoptionem dari
cum ex hoc patris potestas eludatur: item & quia
per l. 4. tit. 16. part. 4. filius infans si patrem non ha-
bet, qui debet consentire adoptioni, non potest ad-
optari per alium quam per principē, & tunc de-
bet princeps considerare ibidem descripta, si ergo
per alium quam per principem tunc adoptari non
potest si patrem non habet adoptandus, vel adop-
tanda, si patrem habet licet absentem, & ta-
lem qui nescitur ubi sit, vel an viuat vel morrem
obicrit, quod idem est, quia par iudicatur habere
patrem, vel illum inutilem, & de non entibus &
non apparētibus idem est iudicium, ex vulgaribus,
per alium quam per principem dicta filia adopta-
ri nõ poterat, & sic iudicis minoris licentia, & cõ-
sensus ad hoc præstitus nihil operabitur, quin si pa-
ter post veniat, illam adoptionem irritare possit, &
reiuendicare filiam suam si velit, & non stare con-
tractui adoptionis, quod est optimum & singulare
ad l. 6. infra eodem: & an mulier sine licentia mariti
78 possit confiteri ¶ quod recepit precium pro talire,
vide Tiraq. in l. 16. connub. glos. 5. Contra ster. numer.
112. cum pluribus sequentibus.

Ampl. 17
79 Decimo-septimo ampliatur, vt & fiscus succe-
dens in bonis mulieris hæreticæ confiscatis possit
rescindere contractum huius mulieris in vita ma-
riti sui, & sine eius licentia ¶ factum de re dotali,
secundum Simancas de Cat. inst. ca. 9. n. 160. etiam si
sit contractus ille iuramento mulieris firmatus se-
cundum eundem Simancas, ibidem num. 57.

Ampl. 18
80 Decimo octauo ampliatur, quod quāuis mulier
hæc nupta agat ad dotem propter inopiam mariti,
adhuc debet requiri, ¶ eius licentia ad contrahen-
dū, quāuis si præstare noluerit, iudex adhibita cau-
sæ cognitione præstabit secundum Castillo in l. 57.
Tauri. num. 13. cum sequentibus. glos. 2. contra Cifuē-
tem hic quæst. 16. contrarium & male tenentem.

Ampl. 19
Decimo nono ampliatur, quod quāuis maritus
sit demēs, furiosus, vel mēte captus adhuc eius licē-
tia requiratur, & in defectum eius debet adesse li-
centia iudicis adhibita causæ cognitione secundum
Bald. in l. si furiosi. in princip. C. de nuptijs. & Cifuē.
hic quæst. 2. & Aned. titulo de las excepciones. n. 41. & Ca-

stillo in l. 59. Taur. in glos. Estanierē. ubi hoc verū dicit
& late Tiraquel. in l. connub. glos. 8. n. 32. & Suarez. ti-
tu. de las deudas. limitatione. 9. per totam.

Vigesimo, vt neq; de bonis extra regnū sitis, se-
cundum Pelaez, de maioratu. 1. p. quæst. 58. num. 26.

Vigesimo primo, quod contractus sine licentia
mariti per eius vxorē factus ipso iure nullus est, vt
quod D. D. omnes hic, & in hac lege remanet dictū, &
tenet Suarez. titulo, de las deudas. § sed pone. fol. 57. in
ant. eo quod de forma & essētia substāiali est hæc
licētia mariti, cum clausula annullatiua cōtractus
in contrariū facti in lege nostra inseratur, & priua-
tiua potētia aliter cōtrahēdi, & clausula annulla-
tiua existente in lege & dispositione omne expres-
sum in ea cēsetur esse de forma, prout communē
testatur Mēchaca de successio. creat. §. 7. n. 18. fol. 99.
& §. 10. n. 25. inquit, quod nec in minima parte for-
ma vitari debet, & quia lex exprimes vel disponēs
aliquid de nouo cū certa modificatione omne ex-
pressum in ea cēsetur de forma substāiali secundū
Telum. in l. 3. Tauri. 2. part. n. 16. & qualitas omnis à
lege requisita est de tali forma, & Anedāno. Respō.
1. 4. in fine. & si aliter quā forma seruata fiat nullū
est: quibus & alijs modis quos diligēs lector inue-
stigare poterit cōclusio nōstri tex & eius dispositio
ampliari potest, ego enim substāntialiores amplia-
tiones delegi, alias inquirat lector; & ultra dictas
colliges aliā singularē ex dicendis in l. 8. gl. 1. tit. 9. infra
isto lib. Nūc vero ad limitationes descēsū faciamus.

Primo igitur modo limitatur nostra conclusio: Primo limitat.
vt nõ procedat in alienatione necessaria, hæc enim
sine mariti licētia fiet, vt per Cifuentes, hic q. 5. regu-
lariter enim vbi mulier facit actū ex necessitate nõ
requiritur licentia mariti, ¶ secundum Burgos de Paz.
in proæmio legum Tauri. num. 305. & 306. 81

Secundo limitatur, vt habeat locū, nostra lex in
vxore traducta ad domū, secus vero est in nõdum
tradita, ¶ secundum Palatium Rub. relatū & secundum
per Cifuentes hic dicta q. 5. quæ, & Palatium Rubicum
refert & sequitur additio Segura vnū ex familia. §. sed
si fundum. n. 42. in fi. de legatis. 2. plurima enim sunt
quæ traductio ad domum ¶ operatur secundū Pa-
latiū Rub. in Rub. §. 57. cū. 4. sequentibus: de qua qui-
dem limitatione dubito, nā & per traductionē ad
domū, nisi ad sit velatio, non perditur patria pote-
stas, quæ quidē cū non perdat non est mulier in
potestate mariti, & per cõsequens nõ priuatur po-
testate cōtrahendi sine licētia spōsi si nõdū est ve-
lata, prout in hac lege in glo. Ne la muger. dictū rema-
nerit ideo cogitabis de hac limitatione, tamē cū nu-
pta sit per spōsalia de presenti, licētia suimet spōsi
requirenda est prout video fieri & consulo. 82

Tertio limitatur nostra conclusio, vt nõ procedat
quoad acceptadū mādātū procuratoriū extraiudiciale
& sic procuratiōne extraiudiciale, nā hæc sine licētia
mariti vxor eius acceptare poterit per Cifuē. hic. q. 6. remissive quorū remissiones videbis. Tertio limitat.
84

Quarto limitatur, nisi talis mulier communiter
pro libera à nexu matrimonij habeatur à cōtrahē-
tibus ¶ secundū Cifuentes, hic. q. 7. quod verū (salua
eius pace) nõ credo, saltim quantū ad præiudicādū
marito neq; obstat leges per ipsū Cifuētes allegatæ
& l. 4. tit. 1. p. 5. vers. Orosi de ximos, ibi Porque creen
los hōbres quia loquūtur, quoad ipsius cōtrahentis
preiudiciū, nõ vero quoad tertij præiudiciū neq; i-
tidē obstat. l. Barbarius. ff. de officio prat. quia specia-
lis casus est propter errorē communem, & popu-
li. Quarto limitat.
85

li autoritatem eum creantis prætorem, & propter publicam vtilitatem, quæ versatur vt per ipsum gesta valerent, vt diximus in l. 8. tit. 9. numer. 14. lib. 3. supra & ideo ad alias quæstiones lex illa Barbarius (vt in dicto num. 14. dixi) non est trahenda, * præsertim vbi non omnia illa requisita militarent quæ tamen in nostra limitatione non militant, & sic non est tenenda dicta limitatio, & post reperi Tiraquellum sic tenentem in glo. 8. ll. connubiali. à num. 144. vsque ad. 162. vbi num. 135. quarit quid erit si mulier afferat se liberam à matrimonio.

Quinto limitatur, vt non procedat nostra conclusio, si contractus hic iuratus sit secundum Tiraquellum, gl. 4. ll. connub. num. 28. contra quem teneo cum pluribus per eum ibi allegatis, numer. 27. & tenet Antonius Gomez hic num. 8. & Conar. in c. quannis pactum. 2. part. §. 2. numer. 14. in medio & in 4. c. 7. §. 1. num. 3. fol. 90. in antiquis, & conciuus noster Gutierrez in Auth. Sacramenta puberum. C. si aduersus vend. numer. 39. & iterum in suo Tractatu de Iuramento Confirmatorio. 1. part. c. 1. numer. 34. & Auend. cap. 27. num. 15. lib. 2. & Palatius Rub. hic num. 18. & Tiraquel. l. 14. connub. gl. 2. quæst. si. & Ferratius Cant. 16. & hanc dicit veram, Simancas de Inst. Cat. c. 9. num. 160. licet add. Barto. in l. is, cui bonis. num. 9. litera. ff. de verb. oblig. dicat quod communiter Cano. & doct. tenent quod iuramento confirmetur, sed hoc procedere posset quoad præiudicium mulieris iurantis, non vero quoad præiudicium mariti, quoniam quoad maritum seruari non potest iuramentum sine interitu salutis æternæ ex dictis per nostrum Gutier. in dict. Auth. Sacramenta puberum, numer. 43. & Villalobos. in Aerario litera. l. num. 206. eo quod in præiudicium mariti nulla est obligatio & contractus, & per consequens omnia vincula in eo posita nulla sunt, & quia vbi nulla nascitur obligatio ciuili neque naturalis, omnia in eo contractu apposita nulla sunt, & non obligant.

Sexto limitatur, quoad testandum & legandum in testamento & quoad sepulturam eligendam * in eo, in hoc enim nulla mariti requiritur licentia secundum conciuem nostrum Gutierrez in tractatu de Iuramento Confirmatorio. 2. p. c. 4. numer. 4. & 5. & infra, in 10. limitatione.

Septima limitatio erit vt nostra conclusio non procedat, quotiescunque mulier ipsa deliquit, nam ex delicto bene obligatur & incurrit pœnam propter illud impositam * pura si vt in facto habui, mulier vxorata recepit famulum cum alio viuente contra dispositionem. l. 1. tit. 20. libr. 6. infra, vel vendidit triticum vltra tassam, nam cum tunc delinquit legi contraueniendo & eius dispositioni, merito quod teneatur, neque considerandum sit quod in delictis quasi contrahitur, & quasi contractus nullus fuit, quia sine licentia mariti factus, nam id quod principaliter agitur est attendendum. Agitur tamen principaliter deueniendo contra legis dispositionem excedendo tassam vel recipiendo famulum cum alio viuente, igitur hoc, non verò quasi contractus, est considerandum, mulier enim delinquendo tenetur ex delicto per. l. 78. Tauri, & ibi DD. item lex nostra prohibens contrahere mulierem sine licentia mariti non excludit obligationem ex delicto descendente, per mulierem nuptam perpetrato, secundum Suarez sit. de las deudas limitatione. 5. fol. 49. & Ant. Gomez,

hic numer. si. & Cifuentes. hic. q. 10. Nam & prodigus delinquendo obligatur, vt per Anton. Gom. Tomo. 3. cap. 1. numer. 75. & Suarez, vbi supra. Igitur habemus intentum: & quia licet contractus sit nullus, tenetur tamen illum faciens, si per contractum illum legi contraueniatur pœna legis illius & contrauenienti imposita, secundum Felu. in c. ex tenore. §. ceterum. de rescriptis. Bart. & Iason. in l. vbi pactum. C. de transf. Cassa. in Consuet. Burg. Rub. 3. §. 8. vers. Dic. quod de hoc est decisio Bal. item quia quoties factum consideratur, nuditas non obstat, vt dixi in l. 2. tit. 1. supra isto libr. 5. & quia alias faciliter eludi possent legum dispositiones & tassâ panis, & ita mihi tenendum videtur, licet Auend. Ref. 33. num. fin. aliud velit, nisi eum intelligamus loqui, quoad vt res mariti ex delicto vxoris perdat, hæc enim non perdetur, non verò loquatur quoad excusandam mulierem hanc à pœna legis, cuius dispositioni contrauenit, nam propter delictum potest mulier perdere bona dotalia, secundum l. 78. De Toro. q. 11. tit. 9. infra isto libr. Sed an contractui consentire poterit mulier vxorata sine viri licentia vel pignora * dare. vide Tiraquellum gl. 5. legum connub. numer. 108. & 135. cum pluribus sequentibus, & nouissime Matienzo, hic glo. 1. numer. 5.

Octauo limitatur nisi maritus sit præsens contractui & taceat, vel sit vtilis mulieri & marito, vel solita sit mulier * negociari sine licentia mariti viro vidente & non contradicente prout in hac lege dictum est in glo. licentia & in l. 1. gl. Sin licentia, supra eodem, ad ibi dicta te remitto numero. 20. & 21. vbi an pro ijs contractibus possit in iudicio conueniri. & no. quod in illa tantum negotiatione in qua solita est, procedet, non vero in alia, vt per Cassan. in consuet. Burg. Rubric. 4. §. 1. la femme, in text. s' elle n' est, n. 2. fol. 131.

Nono limitatur nostra conclusio, vt non procedat si maritus dedit licentiam in principio litis: nam tunc non requiritur & alia licentia ad probationem sententiæ, vel executionem, secundum Cifuentes hic. quæ. 15. nam sufficit in initio præstari secundum Speculatorem relatum & secutum per Castillum hic num. 10.

Decimo limitatur vt non procedat quoad testamenti * ordinationem pro vt supra in. 6. limitat. succiuncte dixi, & tenet Suarez in titul. de las deudas. fol. 44. in antiquis pag. 2. in fine, & Tiraquel. l. 16. connubial. glo. 5. contracter numero. 39. & Castillo hic numero. 4. & Cifuentes. q. 19. imo non valeret statutum, quod nõ posset mulier testari sine licentia viri & tanquam coarctans libertatem testandi, secundum Villalobos in Aerario com. opi. lit. M. numer. 238. Vbi hanc ex Iaso. communem testatur & iradic Casanens in constitutio. Burg. Rubri. 4. §. 1. glo. Ni ansi, numero. 1. fol. 130. quam limitationem sublimito, nisi in testamento mulier contraheret & testamentum ipsum fieret per viam contractus & pro vt fieri potest, secundum glo. Bart. Pauum, & Angel. in l. hered. palam. §. si. ff. de testam. & Auend. c. 29. pratorum vers. secunda con. numer. 10. lib. 2. quia tunc neque testamentum valeret saltim quoad contractus ipsius validationem sine licentia mariti facti, & ita tenet Tiraquel. vbi sup. nu. 101. vbi num. 102. tradit extra materiam nostram quod irritum testamento, non irritatur contractus in eo positus, quod tamen intelligere secundum Suarez in l.

in l. quoniam. q. 8. l. Regia, numer. 17. & 18. pagin. 221. quoties contractus ille est irrevocabilis secus vero si reuocabilis sit: quia tunc reuocato testamento reuocatur, & contractus reuocabilis † in eo appositus secundum eum ibi, & an traditione legatum transeat in donationem vel fiat irrevocabile vide optime Tellam. l. 17. Tauri, num. 83 cum pluribus sequentibus. & no. secundum Suarez ubi supra. quod ut contrahi possit in testamento irrevocabiliter * debet esse presens pars illa cum qua contrahitur, & cum Suarez in hoc est communis ut per lasonem allegatam per Tiraquellum. ubi supra, num. 102. & Alex. in lege stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligation. ubi à nu. 31. hoc aliquibus modis declarat, alias applicationes & limitationes ad nostram con. decerpes ex doctoribus hic & ex allegatis per Dueñas, in reg. 151. contractus factus ut alia declaremus.

Ibi. *Ni desistit.* Eadem enim solennitas, quæ requiritur in contrahendo, requiritur & in distrahendo † secundum Hippolytum plura adducen- 99 tem in pract. §. Restat. num. 6. cum pluribus sequentibus. & Grammat. in decisi. Neapolit. 10. num. 64. & an quamvis de distractu in presenti non exprimeretur, distractus comprehenderetur, vide per Tiraquel. l. decima-sexta, connubiali gloss. 5. contracter. numero 1. cum sequentibus pluribus, ubi numer. 31 hoc declarat aliquibus modis.

Ibi. *De sumarido.* Quid si maritus est minor * 25 100 annorum, vide Tiraq. ubi supra gl. 6. n. 41. fol. 329 ubi nu. 49 querit quid è cõuerso si mulier est minor 25. annorum velitq; rem immobilem alienare, an sufficiet licetia mariti sine decreto * iudicis, de quo ultimo, vide per Mexiam in apparatu ad l. de Toledo 6. fundam. 2. partis num. 8. & 9

Ibi. *Ni dar por quitto.* Et sic nõ poterit aliquẽ liberare pacto de non petendo † prout in terminis tenet Bart. in l. si vnus §. pacto. n. 13. in prin. ff. de pact. ubi Grosius in vers. 33. tex. nostrum pro hoc considerat, & late Minchaca de successione creatio. tom. 1. §. 4. nu. 48. & 49. & n. 51. querit, quid si de facto mulier faciat, an orietur naturalis obligatio eo deniq; modo non poterit repudiare donationem ei factam, secundum Suarez allegatio. 3. n. 15. cessante tã opinione P. Cast. ib. num. 12. relata per textũ nostrũ hic neq; ibi poterit facere remissionem debiti, quoniam remissio est donatio, & sicut in donatione excessiua requiritur insinuatio, sic & in 103 remissione debiti insinuatio requiritur, * prout communem testatur Menesius in l. preses numero 11. et 12. C. de transactio. & ideo sicut donationem sine licentia mariti facere non potest ut in hac diximus lege, sic neq; remissionẽ debiti ex verbis nostri tex.

Ibi. *Quasi contracto.* Cautè sunt apposita verba hæc, quia cũ hæc esset materia pœnalis respectu mulierum, restringenda erat, & ideo dispositũ in contractibus in quasi contractibus locũ nõ haberet, secundum gloss. in c. docet. de immunitate ecclesiarum in 6. & Ba. relatum per Suarez in ti. De las deudas. fol. 48. in prin. & in l. post rem. 8. limit. pagin. 310. ff. de re iudicata, & quod pœnalis esset respectu

mulierum constat ex annullatione actus, quæ est pœna, † per text. in l. Senatus. ff. de contrahen. emp. & te. 1. in d. c. recet. ubi Archid. & alij & sic per nostram legem videtur approbata iam doctrina Bart. in l. more. num. 1. ff. de acq. bar. de qua dixi in l. 1. hunc. & libri, dicta tamen in hac gloss. quam-

uis legis nostræ dispositio non esset edita veniebant limitanda, nisi adesse iuramentum in tali quasi contractu, nam tunc si ageretur de obseruantia contractus veniret, & quasi contractus, quia propter iuramentum efficitur fauorabilis dispositio, & ideo ad quasi contractum † extendenda, secundum Auen. c. 27. pratorum. n. 13. lib. 2. quod quia ad nostrum propositum nihil prodesset, quoniam iuramentum nihil operatur, ut remanet dictum supra hac lege, ideo iuste & cautè lex nostra verbalitè, quasi contracto, apposuit. & expressit quod de iure examinabat late Tira in glo. 5. connu. nu. 1 cum sequentibus.

Ibi. *Ni estar en juyzio.* Scilicet, neque per se, neque per procuratorem suum sine licentia mariti, secundum Pa. ac. Rub. in Rubric. §. 68. num. 17 licet tanquam procuratrix alterius potest possessionem † adquirere sine mariti licentia, secundum Suarez. titulo. De las deudas. fol. 48. pag. 2. in medio in antiquis, ubi inquit quod officium procuratoris extrajudicialis potest mulier suscipere sine licentia mariti, & tunc valent gesta per eam, prout & tenet Cisuen es hic. q. 6. licet procuratoris 107 iudicialis officium * etiam pro parentibus morbo & atate impeditis, non poterit exercere, secundum Villalobos in antinomia ver. uxor. num. 15 imo neque pro marito suo, secundum Castillo hic numero 30. in fine. neque pro petendo tutore filijs secundum eum ibi, ubi numero 33. hoc ampliat procedere etiam in criminalibus pro se, neque pro alio, quod intelligerem tanquam actrix, 108 sed ut rea accusatrix bene potest adesse † in criminalibus in iudicio pro se defendenda sine licentia mariti, & ita vsus obtinuit, licet iure aliud ex lege nostra defendi posset: in præparatorijs vero iudiciorum bene potest comparere in iudicio sine dicta licentia, secundum Castillo hic. numero 34. quid tamen si mulier dum soluta esset constituit ad litem procuratorem, & post 109 contraxit * matrimonium & procurator gessit negotia eius, nunquid valebunt gesta? vide per Cisuentem hic quest. 24. imo & etiam cum licentia mariti non potest nupta esse in iudicio pro alio quam pro se & suis, nè corrigamus iura antiqua & legem, titulo de los personeros. p. 3. disponentiam non pro omnibus posse adesse in iudicio, ut ibi vult gloss. 9. dum neque pro marito agere posse dicit.

Ibi *No vala.* Possunt verba hæc referri ad dicta in contractibus & quasi contractibus & distractibus, eo quod clausula in fine posita ad omnia præcedentia refertur, sed quia quamvis non referrentur, ex præcedentibus colligitur, quod non valent contractus quasi contractus & distractus, ideo hæc examinare non est necessè, referantur ne verba hæc ad omnia præcedentia: & in tantum non valent, quod neque iuramento confirmabuntur, secundum quod dictum est supra ista legẽ in quinta limitatione, & hæc pro hac lege sufficiant: alia per Doctores hic videbuntur.

S V M M A R I V M.

- 1 Mandatum generale cõprehendit speciale sine quo mādātũ generale erat frustratoriu, n. 1.
- 2 Mandatum generale licet detur exceptis aliquibus casibus speciale requirentibus poterunt alia expediri speciale requirentia. 2.

- 2 Licentia generalis per maritum concessa uxori ad contrahendum plus operatur quam mandatum generale cum litera. ibidem.
- 3 Mandatum continens quod possit facere idē quod ego. censetur cum libera. 3. Vbi quod potest prorogare solutionis terminum, & numero 4. declaratur, & itidem in num. 5.
- 6 Licentia generalis prestita uxori per maritū ad contrahendum non operatur ut possit alienare rem dotalem. 6
- 7 Licentiam semel datam an possit maritus re integra renouare, 7
- 8 Licentia concedi potest pro pluribus actibus, & tunc illa quemlibet actum de per se respicit, 8.

L. 3. Tauri. 56.

S V M M A R I V M.

Maritus potest licentiam generalem uxori suae tribuere ad contrahendum et assistendum in iudicio, omniaque virtute talis licentiae per uxorem facta valida sunt.

Ibi. General. Facit pro determinatione opinionis Cini, in l. fin. §. necessitate n. 4. & ibi Bal. col. fin. nu. 23. C. de bonis quae liberis, asserentis in simili casu valere licentiam generalem ad contrahendum ad creditum datam quibuscumque & in quibuscumque contractibus, prout & tradebat Bar. in l. si quis mihi bona. §. sed utrum col. fin. nu. 3. ff. de acqui. hered. & ad l. nostram applicat glossator Salmantinus in l. 1. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. 1036. in fine cum pluribus sequentibus, versio. dubitatur praeterea: habetque notare in propositum quod mandatum

- 1 generale comprehendit speciale * sine quo mandatum generale erat frustratorium, secundū Cur. Iuniorum in l. 2. nu. 43. ff. de iurisd. om. iud. hanc dicentem communē opinionem imo quamvis mandatum generale detur exceptis aliquibus casibus requirentibus speciale mandatum, adhuc potest mandatarius expedire alia requirentia mandatū
- 2 speciale † praeter expressa, prout communem testatur Couarru. lib. 2. variarum. c. 5. num. 8. hanc tamen licentiam generalem de qua in tex. nostro ego intelligo plus operari, quam mandatum generale, nam mandatum strictē debet intelligi. l. diligenter. ff. mandati, licentia vero haec non strictē, quia per eam reducitur mulier ad pristinam libertatem, & sic ad dispositionem iuris communis, & ideo nimirū si licentia generalis operetur, ut omnes casus quos mulier cum speciali licentia mariti facere poterat, possit & virtute dictae licentiae generalis, & ideo prorogare solutionem debiti poterit & transactionem & compromissa facere, & sic haec generalis licentia operabitur idem & plus quam operaretur mandatum generale cum libera, nam virtute generalis mandati cum libera, vel cum clausula illa. *Que podays hazer lo mismo que yo haria siendo presente.* Quod idē est ac si cum

libera * secundum gloss. l. 19. tit. 5. part. 3. Afflictis de cl. 305. num. 4. & 5. & est communis secundum Iaso. relatum per Villalobos in arario suo lit. P. n. 495. quidquid contrariam dixerit communem Berouius relatus per Meneses in l. transactionis placitum num. 17. C. de transactio. potest talis mandatarius mandatū generale habēs cum aliqua ex dictis clausulis prorogare solutionis terminum, secundum Bart. & omnes in l. qui Roma. §. Calimachus. ff. de verb. obligat. probatque tex. expressus in l. 19. tit. 5. part. 3. & in l. 4. tit. 11. par. 3. & l. 6. t. 14. par. 5. quidquid contrarium tenuerit Berouius, relatus per Villalobos in arario suo com. opi. litera. M. n. 15. & quidquid dixerit hoc non praticari Menesius, ubi supra, num. 8. & num. 30. nisi dixerimus, Bart. opinionē, per dictas leges partitatum approbatā procedere, quoties aliqua ex dictis clausulis vel similibus alia apponitur negotio principali * non vero instantiae, prout exemplificant Docto. maximē Iaso. & Paulus in d. §. Calimachus, putā quoties apponitur negotio principali & sic recuperationi debitorum, non vero si apponatur instantiae litis, puta ad agendū vel defendendum in iudicio, hoc videlicet modo quod in mandato ad exigendum in principio eius ubi datur exigendi mandatū nō apponitur aliqua ex dictis clausulis, sed tantū apponitur postquā super exactiōne debiti datur mandatum ad comparandum in iudicio cum libera & generali administratione vel alia simili clausula, tunc enim non poterit prorogare terminum solutionis, quia tunc instantiae litis apponitur & sic procedere possunt dicta per Berouium, & Menesium ubi sup. in declaratione dictae doctrinae Bartoli, & Hispanē loquendo appositam dices clausulam illam instantiae & non negotio principali, quoties dicitur. *Y para que sobre la cobrança de lo suso dicho podays entrar y entreys en juicio y hazer todos los autos diligencias pedimientos execuciones y protestaciones y requirimientos &c.* & statim subiicitur, *Y para ello os doy todomi poder cumplido con libre y general administracion. y para que hagays todo aquello que yo haria y hazer podria presente siendo, &c.* Hoc enim casu instantiae apponitur, & nō exactiōne nec negotio principali, ut enim negotio principali appositū diceretur, clausula haec ponēda est in principio mandati, dum datur ad exigendum vel in fine, dum tamen diceretur. *Y para lo uno y lo otro os doy poder cumplido con libre y general administracion.* Tūc enim utique posset prorogare solutionis terminum, secus verō si instantiae *ve dictum est* apponatur: & hunc communem intellectum & declarationem testatur Suarez, optimē haec exemplificans, in l. post rem questione 6. l. Regia incipit, quia supra visum est num. 21, pagina 344. ff. de re iudic. Secundo intelligitur dicta communis quod virtute dictae clausulae cum libera appositae negotio principali, posset prorogari solutionis terminus, in illis solum, quae non sunt maximē † prauidicialia, secus verō alias secundum glossam. quando in dicta lege decima-nona, titulo 5, part. 3, & Couarru. in Rubrica de testamentis, 2, part. numero 14. & alios ad hoc allegatos per Menesium ubi supra numero ex quibus adnotare poteris ad licentiam generalem mulieri datam per maritum ad contrahendum, tunc demum virtute talis generalis licentiae posse mulierem prorogare solutionem debiti marito praestandi, quoties non est in valde prauidicialibus, prout post haec aduertit Matienço hic

glosa secunda. licet attentari possit virtute huius licentia generalis ex vi legis nostrae mulieri per maritum concessae ad contrahendum, posse mulierem etiam in praedicialibus solutionem prorogare, quasi licentia haec generalis plus operetur quam mandatum generale, idque ex lege nostra probari potest ibi. *Licentia general.* Iunctis verbis. *Et si el marido se la diere vula todo, &c.* Cogita

Ibi. *Que no podia hazor sin su licentia.* A contrario desume, quod illud, quod cum particulari licentia mariti mulier facere non poterat, neque poterit virtute huius generalis licentiae, & sic prout aduertit, *Cifuentes hic*, quoad alienationem rei dotalis * licentia haec generalis non sufficit, quandoquidem maritus non potest specialem licentiam ad hoc dare ut per eum, & *Campetium de dote* 81. q. prob. 5. & *quaest.* 103. & per regulam & limitationes declarat *Cifuentes, hic*, sed an licentiam semel + datam possit maritus re integra reuocare, vide *Cassaneum in consuetudinibus Burg.* Rubr. 4. §. 16. ad fin. versicul. pone quod parentes, fol. 182

Ibi. *Todo lo que.* Hic est text. quod maritus potest dare licentiam pro pluribus actibus faciendis ab vxore, & tunc illa licentia respicit quemlibet actum de per se * secundum *Antonium Gomez* 10. mo 2. cap. 11. numero 16. versic. quarto confirmatur ubi plura similia allegat & hoc pro hac lege. cetera per Doctores hic videbuntur.

S V M M A R I V M.

- 1 Marito renitente licentiam uxori praebere ad contrahendum, potest eius superior, ut compellat eum, aliter ipse praestabit. num. 1
- 2 Res aliqua quoties sine alicuius consensu explicari non potest toties potest ex causa per iudicem cogi. 2
- 3 Licentia huius mulieri per iudicem praestanda debet esse cum causa cognitione. 3. debetque in instrumento licentiae fieri mentio de ipsa causa cognitione ut nume. 4. & n. s. ampliatur.
- 6 In hac causa cognitione quid versabitur. 6. & 9
- 7 Praescriptio currit contra mulierem nuptam marito urgente ad inopiam, 7
- 8 Licentiam in dubio praesumitur ex iusta causa datam fuisse per iudicem. 8
- 10 Iudicium non solum redditur in inuitum reum, verum & in inuitum actorem, n. 10
- 12 Praescriptio an currat in dotalibus contra mulierem viuente eius marito. 11. & nu. 12. an in paraphernalibus, & usque ad nu. 20. prosequitur & num. 17. limitatur.
- 15 Impedito etiam impedimento iuris & ex suo facto non currit praescrip. 15.
- 15 Praescriptio non currit antequam incipiat actio competere. ibi.
- 17 Praescriptio neque in donatione propter nuptias currit, neque in arrhis durante matrimonio. 17
- 21 Praescriptionem esse inceptam vel non, ante matrimonium quis tenebitur probare, n. 21
- 22 Dote fauendum ubi sunt opiniones. 22

23 Res dotalis quae dicatur, remissiuè. 23

24 Superiores prius debent compellere inferiores ad aliquid faciendum, quam suppleant illorum negligentiam. 24

25 Iudex supplere potest defectum mariti sicut tutoris, 25

26 Et sic supplet tutoris defectum ut denegetur beneficium abstinendi. 26

27 Non solum respectu impuberis sed & infantis, ut ibi nu. 27. & num. 28

29 Declarantur haec, cum num. 29 duobus modis & num. 30. an idem sit si tutor est negligens.

31 Appellari potest si iudex non praebet licentiam uxori in defectum mariti ad contrahendum vel in iudicio comparandum. 31

32 Maritus appellare non potest a licentia praestita per iudicem. 32.

33 Licentiam semel a marito vel iudice praestitam an sit licitum reuocare. 33.

L. 4. Tauri. 57

S V M M A R I V M.

Iudex causa cognita potest compellere maritum licentiam praestare uxori ad faciendum illud omne quod sine eius licentia facere ipsa vxor non poterat, aliàs ipse solus iudex eam praestare potest.

Ibi. *Elinez.* Iusta fuit eius dispositio ut plurimae maritorum cautelae evitarentur nolentium iniuste vxoribus licentiam ad contrahendum concedere, sed videtur dispositionem huius legis superfluum esse, habemus enim de iure quod viro sine causa renitente vxori hanc licentiam praebere, potest eius superior adiri, ut compellat * ad consentiendum & in defectum ipse superior praebet eam, secundum *Abba.* per text. ibi, in cap. nullus num. 1. de iure iuran. & ex *Bart.* & *Docto.* in leg. si cum dote. §. eo autem tempore. ff. solut. matrim. & ex notatis, per *Palatium Rub.* in Rubr. §. 22. num. 5. & *Suarez* in titulo De las dotes. 8. limit. per totam folio mihi. 50. & *tradebat* addit. *Abbat.* in dist. c. nullus litera. C. num. 1. plures allegans, quoties enim res aliqua sine alicuius consensu + explicari non potest, toties potest ex causa per iudicem cogi, ex te. in l. cum non solum. §. necessitate. C. de bonis qua lib. sic adnotante *Petro Costal.* in d. §. eo autem tempore, & ex allegatis per *Castellum* hic gloss. si. igitur superflua videtur legis nostrae dispositio. Quid dicendum? & in excusatione huius difficultatis, veraciter respondebis, nihil adesse superfluum in lege nostra, ex eo quod legem non habeamus de iure Ciuili, neque regio sic disponentem & declarantem approbantemque opiniones doctorum sicut ista nostra, & sic superflua non est.

Ibi. *Con conocimiento de causa.* Prout in l. in causa. §. causa cognita. ff. de minor. disponebat in aliud propositum iuris consultus, debet enim licentia per iudicem

3 per iudicem præstanda ¶ cum causæ cognitione præstari, aliter enim actus est nullus *secundum Bal. & Paul. in l. sed & si lege. §. praso. ff. de in ius vo. & tradunt relati per Tiraq. in legibus connub. gloss. 8. De son mari. num. 121. & 120* debetque de ipsa causæ cognitione fieri mentio in instrumento ipso licentiæ ¶ concessæ, & virtute eius, quis obligatur *secundum Bart. in l. si curatorem habens, nume. 8. C. de in integrum res. & in l. bonorum la 2. C. qui admittit, ubi hanc Angel. dicit veram opinionem, & Decius. 1. lectura col. 1. num. 5. & 2. lectura numer. 31. communem testatur Alex. consil. 103. nume. 13. part. 2. & tenet Anton. Gom. tomo secundo, cap. 14. numero 13.* licet contrarium tenuerit Specul. relatus & sequutus per Bal. in dicta l. bonorum, quâuis si bene inspiciatur Speculat. non tenet contrarium, si bene intelligatur prout illum intelligit Alexan. consil. 125. numero quinto. volumine 1 pro qua Bar. opinione est text. noster expressus, dum probat causæ cognitionem adhibendam, de hoc ramen constare non potest nisi informatio fiat & de ea in actis appareat, *secundum Iaso. in l. 2. num. 5. ff. de officio eius, cui neque obstat glossa in contrarium allegata in l. si ver. omnia. C. de fide instru. lib. 10. & in l. actor. verb. omnino. ff. rem ratam hab. quas allegat Bal. in l. cum bi. §. si prator ff. de trans. quia communiter hæ glossæ reprobantur, secundum Iaso. in l. sciendum. num. 5. ff. de verborum obligat. & adeo causæ cognitio per informationem requiritur, vt procedat siue ex tali informatione tertius lædatur siue non, * contra Decium in dicta l. bonorum lectura. 2. numer. 32.* aliter enim à communiter accidentibus non posset dari casus, quin tertius læderetur, & sic quasi de nihilo supra dicta sequerent, & in hac causæ cognitione versabitur, ¶ an bene vel malè maritus denegat licentiam hanc præstare, *vt apparet ex dictis per dictos Doctores,* puta si dum mulier vult durate in matrimonio alienata ex bonis suis paraphernalibus per maritum reuocare, ne in eis currat præscriptio sibi, *vt infra dicemus,* & sic in effectu exemplificare voluit, Couarruias libro primo variarum resolutionum. cap. 8. num. 8. vel cum maritus peruenit ad inopiam, quo casu cum & tunc currat præscriptio, * *ex communi asserta per Villalobos in arario communium opinionum in litra D. in n. 206. cum pluribus sequentibus,* in ijs & similibus casibus si maritus denegat licentiam, male agit, & sic tunc iudex præbebit adhibita de hoc dicta causæ cognitione, prout & in l. 2. huius tituli diximus in gloss. hazer. in finali ampliatione. aliam causam decerpes *ex lege sexta infra eod.* quando maritus est absens & nescitur vbi sit & vxori conuenit contrahere pro filiorum sustentatione, vel pro alia causa, & in dubio censendum est ex iusta causa datam fuisse licentiam, * & decretum iudicis interuenisse *secundum Iaso. in l. 2. numero 6. ff. de officio eius cui est mand. iuris.* & cum vt vides causæ cognitio requiratur, versatur circa plurima: 9 primo enim versabitur in citatio. adhibeda ¶ mariti præsentis, renitentis licentiam hanc præbere, *secundum Bart. in l. in causa. §. causa cognita. ff. de minoribus:* secundo vt litigantium iura exaudiantur, *secundum Soc. seni. con. 32. col. um. pen. libr. 1.* Tertio, vt iudicarius ordo obseruetur, neque enim testinanter & ex abrupto procedi debet, *secundum Anto. de Bur. in cap. auditis. 2. de electione.*

Quarto termini sunt statuendi, intra quos possint partes suas adferre probationes, *secundum Signorol. con. 203. n. 5.* Vltimo hinc inde sunt exaudiendæ exceptiones & replicationes si quas partes adducere volunt, *secundum Paulum in l. nam & postea, §. si damnetur. ff. de iure iura. Ruinum. con. 127 n. 19. si. 5. prout hac & alia alios allegans refert Meno. de arbis. ind. quast. lib. 1. q. 19. per totam,* hanc tamen marito præsentem & contradicente licentiam præbere intelligo, eo tamen absente & ob debita fugitio sufficit ad licentiã hanc præstadam summarie & absq; eius citatio. de absentia & paupertate ob debita deueniente constare, vt in iudicio possit talis vxor comparere ad opponendũ se prodote & bonis suis aduersus creditores mariti volentes bona mariti inter se dilacerare, prout experientia quotidie videmus præstari in hoc vltimo casu licentiam comparendi in iudicio, licet ad contrahendũ, non sic concederetur, nisi adhibito prius defensore pro parte mariti absētis, vt exaudiat in hac causæ cognitione, nũ vera sit vxoris petitio, & relatio, & sic consulerẽ fieri, licet in omnibus ijs breuiter & cũ breui termino procederẽ.

Ibi. Cõpela Ex ijs verbis not. Castillo hic in principio, hic esse text. probantem non solum iudiciũ reddi in inuitum reum, sed & in inuitum * actorẽ 10 idq; mirabile reddit, & alia ibidem allegat, ego tamen aliud colligo *ex lege nostra* & in praxi conducibile & honorificum, scilicet, quod etiam in bonis dotalibus currit iam præscriptio ¶ mulieri nuptæ viuo marito, in correctionem legis *in rebus C. de iure doti.* cum enim mulier hæc nupta possit per text. hic, maritum compellere vt præstet sibi licentiã existẽdi in iudicio, siq; tunc in potentia petẽdi rem dotalẽ à marito alienatam, non potest dici esse impeditam vt præscriptio non currat, & sic ne currat, iusta de causa poterit petere dictã licentiam existendi in iudicio, quam si maritus denegauerit iudex præbebit, quod si vxor petere distulerit, currat vtq; sibi præscriptio, & sibi imputabit mulier hæc negligentiam hæc, prout in paraphernalibus imputatur, & currit præscriptio, * *ex dictis per Coua. dicto lib. 1. variar. c. 8. n. 8. & Negus. de pignoribus. 6. p. memb. 2. num. 4. fol. 175. in paruis & ipse Couarru. sext. nostrum ad hoc considerat & allegat,* sicut & currit præscriptio mulieri non agenti ad dorem post quam maritus ad inopiam vergit. Nam cum agere tunc possit, iustaque causa petẽdi licentiam ad hoc sit inopia mariti, *vt probatur ex l. 29. iunl. xi. p. 4. & 8. tit. 29. part. 3,* sibi imputet, prout & videtur tenere Pala Rubens in repet. c. §. 3. fol. 61. & Suarez titulo De las deudas, 8. limitatio. per totã fol. 50. pro qua opinio. ficit doctrina Fabri. relati per Suarez l. 9. r. 11. lib. 3. fori. fol. 76. pag. 2. in fine, & quod tradit Boer. deci. 328. n. 4. & 329. nihilominus tamẽ 12 circa res dotales durum esset hoc in practica obtinere, imo nunquam vidi ¶ neque audiui obtentum, neque verum est meo iudicio, tum quia in dotalibus de iure habemus quod nulla mulieri currit præscriptio ¶ durante matrimonio, eo quod mulier est impedita viuo marito agere, *ex l. in rebus. C. de iure do. & tex. in d. l. 8. tit. 29. part. 3.* tunc etiam quia nulla potest assignari causa sufficiens vt mulier possit maritum compellere licentiã sibi præstare, sed potius potest dari ratio in contrariũ ad hoc vt maritus non compellatur consentire vel licentiam præbere, eo quod maritus dominus 14

est & possessor rerū dotaliū, ideo nimirū si alienet in vita vxorē, dareturq; aliter occasio quæstionibus & rixis inter maritum, & vxorem, si mulierē compelleremus agere, vt præscriptio nō curreret, quod esset adstricta ad contradicendum alienationem rerum dotalium per maritum factam, neque ratio illa quod si spectatur dissolutio matrimonij fortassis mulier hæc non reperiret probationem, est sufficiens ad compellendum mulierem petere in vita mariti, cum hoc in fauorem ipsius mulieris indutum sit, & fauor hic non est in eius odium retorquendus, neque correctionem iuris inducere debemus vbi non repetitur inducta, sed potius vitanda est omnibus modis: item & quia regula illa, impedito agere non currit præscriptio, procedit etiā impedimento iuris quantumuis * tale impedimentum processerit culpa seu facto impediti, *secundum Balbum in Tractatu de Præscriptionibus. 6. parte principali in princ. casu. 22. num. 21.* & præscriptio non currit antequam incipiat actio competere, *l. sicut in fin. principij. C. de præscriptione. 30. annorum* sed mulier hæc per legem hanc, (quamuis daretur licentia petendi à marito) caret actione, quia non est domina rerum dotalium vsquequo matrimonium dissoluatur, imo & eo soluto est maximum dubium an acquirat dominium sine noua traditione, *vt patet ex Campetio, in Tractatu de dote 1. part. questione 94.* igitur cum actione careat, merito quod non currat in dotalibus præscriptio durāte matrimonio. Itē & quia si aliud assereremus plurā alia resultarent inconuenientia, quæ ex Suarez *allegatione tertia, fol. 123. in antiquis*, colligi possunt, & sic quod in dotalibus nō currat præscriptio durante matrimonio in terminis nostræ legis quasi eam videret tenet Balb. *de præscriptione. 1. part. 6. partis princip. 16. casu. fol. 63.* vbi ampliat etiam si esset præscriptio 30, vel 40 annorum, † licet *secundum eum, ibi, & gloss. verb. En dote, in lege octaua titulo 29. part. 3.* si antequam res alienata esset dotalis præscriptio inciperet contra eam, etiam durāte * matrimonio, perfici posset, & ideo tunc posset compelli maritus licentiam præbere ad eam petendam, vel si maritus ad inopiam vergit, *ex dicta lege octaua.* prout loquitur Palat. Rube. *vbi supra*, pro prima allegatus opinione, & hanc secundam etiam tenuit glossa, *in l. 8. titul. 29. part. 3.* & Boeti. *decision. 328. num. 8.* & ita teneo quod in rebus dotalibus per maritum alienatis præscriptio non currit durante matrimonio, etiam lege nostra attenda, neque itidem curret in donatione propter nuptias neque in arris, *secundum gloss. mag. in lege 1. tit. 11. part. 4.* quicquid dixerit Mexia. *in l. de Toledo, in 9. fundamento 2. partis. num. 95 fol. 92.* imo & in paraphernalibus alienatis per maritum tētarī posset idem esse † cum & in eis iam sicut in dotalibus maritus habeat * administrationem, *secundum gloss. in l. 6. titul. 11. part. 4. vers. quel año. colum. 4. in princ. & Palat. Rub. in Rubr. §. 68. num. 16. vers. modo isto. fol. 49. col. 2.* quod tamen non ita audeo affirmare sicut in dotalibus, præsertim existente autoritate Couarru. *vbi supra*, in paraphernalibus præscriptionem currere asserentis, & *voluit glossa. En dote, in l. 8. tit. 23. par. 3. dum allegat Fabr. & Ab. pro hoc. & Suarez in titul. De las dendas. §. quaro vterius. fol. 56.* & tetigit Cifuentes *in l. 55. Tauri, in si.* prout & tenuit Gom. Leō. *in sua centuria in formationum. c. 16. n. 8.* dicentes quod circa aliās quā res dotalis præscriptio procedit eo quod per legē par-

titā 8. r. 29. par. 3. solum res dotalis excipiuntur, in quibus rebus dotalibus Arras & donationes propter nuptias ego comprehendo: Et sic ex dictis defumo regulā, scilicet, quod in rebus dotalibus per maritum † alienatis durāte matrimonio, nō currit mulieri præscriptio dum matrimoniū durat, & sic non potest compelli maritus præbere licentiā ad petendū bona hæc *ex l. nostra*, quod & in arris & donatis propter nuptias procedit. Limitatur tamen hæc conclusio vt non procedat in bonis paraphernalibus. Secundo limitatur vt & in dotalibus non procedat, si ante matrimoniū incepta fuit præscriptio. Tertiō, non procedit marito vergente ad inopiā *vt ex dict. patet.* Sed est dubiū singulare de quo iā vidi dubitatū in propositū rerū dotalium, ponamus enim quod vidua quædam soluto matrimonio petit à quodā tertio rē dotalē à marito suo durāte matrimonio alienatā, tertius verò ille se defendit, quod habet & possidet eā titulo & bona fide per spaciū. 30. vel 40. annorum, & sic est effecta sua & præscriptū ius si quod vidua illa in re illa habuit aliquādo, dubitatū fuit, num ad excludendū mulierē illā esset satis probare dictā possessionem & præscriptionē quadragenariā simpliciter, an vero esset necessē probare per hūc possessorē, præscriptionem illā esse inceptā ante matrimonij contractū, vel eo soluto, vel an ipsa tenebitur probare toto illo tempore nuptiā fuisse, vel tātō tempore durāte matrimonio, quo annumerato præscriptio nō potuit currere, neque impleri, * & videbatur quod mulier tenebatur id probare, quia videtur esse fundamentum suæ intentionis, item quia præscriptione probata interruptio vel non cursus eius debent probari per excipientem, nā quando locus vel tēpus est fundamentum intentionis, debet probari *per Bart. doctrinam in l. de pupillo. §. Sed vt probari. n. 1 ff. de noui. op. num. de qua doctrina pura dicit Tiraq. de nobi. c. 37. n. 74. & 75. cum seq.* sed iste possessor replicando quod præscriptum habet ius & probādo tēpora præscriptioni necessaria interim quod de interruptione, vel nō cursū nō constat habet fundamentum suā intentionē: quia reus non clare probat suā exceptionē, & ideo vti actor qui non probat suam intentionē, succūbit. *l. 1. & l. in exceptionibus. ff. de probat. & pro hac opinio. videtur tex. in c. illud. & melior in c. auditis. de præscriptionibus* neq; obstat quod non dicitur præscriptio inducta interim quod matrimonium durat, quia illud verū, si confiterit tēpore matrimonij contracti, inceptā præscriptionē & matrimonium tanto tempore durasse, quod eo dissoluto impleri nō poterit, secus verò aliās, quoniam tunc potuit præscriptio incipere ante matrimonium, vel eo soluto, & perfici, & sic mulier tenetur probare ad præscriptionem excludendam non potuisse incipere nisi iam matrimonio cōtracto, quoniam tempore matrimonij cōtracti possidebat rem illā & in dotem ei fuit præstita, & tali tempore maritus mortuus fuit, & hæc pro prima opinione: in cōtractū verò imo quod præscriptionem in hoc casu allegans tenetur probare ante matrimonium fuisse inceptā, vel eo soluto trāsiisse tantum tēpus in quo perfici potuerat, neque mulier aliud probare teneatur quam rem fuisse dotalē, facit quia dicta præscriptio non currit nisi ante matrimonium contractum incipiat vel eo dissoluto, ergo ante nulla præscriptio datur neq; currit, & si nō currit. necessariō fatendū præscriptionē allegatē teneri probare necessaria, vt præscriptio

20
Conclu.
sio cuius
limita-
tionibus

Quæ
primæ
concl.

21

currere posset, neque interruptionis est necessaria probatio, vbi nullus datur præscriptionis cursus, *arg. l. in rebus. C. de iure doti.* Etenim quia in ambiguis pro dote iudicandum est, *per l. in ambiguis. ff. de in. do.* & vbi sunt opiniones dote fauendū f. est *secundū Campe. de dote. l. p. q. 30. n. 5. itē & pro hac secunda opinione faciūt dicta per Maran. in l. is potest n. 199. ff. de acq. here. & in l. si adfor. nu. 78. cum 3. seq. ff. de proc. & per apolam plura in simili de tempore probando allegantem, deseruit. rust. præd. c. 9. n. 14. Cum 4. seq. & probatur hæc opinio ex dictis legibus. in rebus. ibi ex eo tempore opponitur. & l. 8. in fi. t. 29. par. 3. facit que doctrina Mut. de assuetis. decis. 387. n. 2. & 3 & hæc secunda mihi magis applaudet, licet, vt omnē tolleres scrupulum si probari posset, probarem dicta in prima opinione pro muliere rem suā dotalem petente: & quæ dicatur tres dotalis vide iura per Ant. Go. in l. 53. Taur. num. 17. & 20. allegata.*

Ibi. *Et si cumplido.* Hic est tex. probans superiores prius debere compellere inferiores ad aliquid faciendum, * quam suppleat defectū illorum, *secundum glo. Susbenari. in c. i. de præb. lib. 6. & est text. & ibi not. Ab. num. 21. in c. curiam dudum. de præ. l. 1. Abb. in c. relatum. num. 5. & in c. tua. num. 3. de clerico non residente, & archid. in c. hortamur. 71. dist. & glo. pen. in c. quantum. in fi. de magistris. & ita est intelligenda. Rub. de supplend. negli. præl. & pro hoc considero nouissimè tex. nostrum in ijs verbis.*

Ibi. *Que el juez solo.* Et sic est tex. hic quod iudex potest supplere defectū mariti sicut & supplet defectum tutoris. *† vt in l. si infanti. C. de iure delib. non solum iu aditione bonorū possessionis, verū & in hæreditatis, secundum Rom. in l. de Pupillo. ff. de noni operis. & sic iudex solus supplet defectū tutoris ad hoc vt impubes nō habeat beneficiū abstinēdi. † ad limitationem legis, impuberibus. ff. de acq. her. tenet glo. constat in l. restituta. §. si. ff. ad Trebel. & glo. in l. si impuberi. ff. de tuto. & cura. datus ab ijs. Et ibi Bar. & gl. in §. neque in fi. de autoritate præstanda. Rom. Ale. & Aret. in l. pupillus. ff. de acq. hered. & licet iste sit passus dubius, secundum Ias. in l. bonorum. l. 2. num. 10. C. qui admitti, tamen ista est communis opinio. secundum Decium. ibidem. lect. 2. num. 28. licet cōtra teneat Ang. in dic. l. Restituta. §. si. & in l. cert. C. com. delegatis. & Paulus in d. l. bonorū: quæ quidem communis vera est, non solum respectu impuberis sed etiam respectu † infantis. secundum Fulg. Alex. & Decium in d. l. bonorum. & Aret. & Rom. in d. l. pupillus. licet contrariū teneant Bald. Sali. Ang. & Ias. ibidem, hoc tamen verū est, quādo impubes non haberet tutorē, secus si haberet, nā tunc per autoritatē iudicis non suppletur * defectus tutoris. secundū Bart. in l. si curatorem habēs. C. de in integ. restit. com. secundum Decium. in d. l. bonorum. 1. lect. col. 2. ad fi. & Ias. n. 7. item intellige in iudicio volūtariæ iurisdictionis. Secus si contentiosæ, nam tunc non supplet iudex tutoris defectum * secundum Bart. in d. l. si curatorem habēs. & Bald. in d. l. bon. col. 1. vbi Decius cōmupē dicit: & alio modo etiam declarat ibi*

Quest. 2 Bald. in d. l. si curatorem habēs: quid tamen si tutor sit negligens. & dico quod tunc potest iudex interponere † decretū suū ad supplendū ipsius negligentiā secundū Ang. & Odofredum. in d. l. bonorum. cuius tamē contrariū Iaso. & Fulgōius: ibidem tenent. imo quod tunc iudex cōpelleret tutorē rātū. Possūt tamē ex l. nostra concordari scilicet, quod si tutor negligēs est in autoritate præstanda compellet eū

iudex. & sic loquitur Fulgōius & Ias. Si verò vltiā negligentiā adsit maxima perseuerantiā tutoris nolētis absque causa legitima autorari, tūc iudex adhibita causæ cognitione supplebit tutoris defectū & sic procedat prima Angel. & Odofredi opinio, & ex ijs iuste lex nostra disposuit quod si maritus sine causa noluerit dictam licentiā vxori suæ præstare, iudex cōpelleret eum, & si noluerit, iudex supplet defectū mariti adhibita causæ cognitione, in quo approbatur opinio Bar. & aliorum. in l. si cū dote. §. eo autē tēp. ff. solut. matri. dicentiū quod si vir nolit ab initio vxori vtiliter contrahenti consentire, iudex examinabit causā cōtradictionis, & si est iusta, bene quidē, sin minus marito nolēte, iudex permitteret mulieri cōtrahere vel in iudicio cōparere, et hæc sequuntur multi DD. relati per Tirag. in gl. 8. de sō mari. l. conu. n. 127. cum se. & n. 131. hæc assererat veriorē & cōmuniore quā per l. nostrā vides approbatam.

Ibi. *Se la pueda dar.* Non intelligas quod sit in arbitrio iudicis marito sine causa nolente dictam licentiā vxori suæ præstare, eam præbere adhibita causæ cognitione, sed quod omnino tenetur iudex id facere, aliàs potest ab eo appellari * prout patet ex dictis per me in gl. 1. huius legis. & secundum Castillum hic in glo. si. vbi ipse optime inquit, quod tūc expēlis ipsius mariti appellatio prosequitur. Si maritus ipse appellauerit à licentiā præstita per iudicē, nam potest maritus ob hoc † appellare, secundum eundē Castillum. ibidem in fi. verbis. & sic quod verbū, potest, nostri tex. inducat necessitatē, non est enim contra ius quod hoc importet necessitatē, etiā si simpliciter ponatur, & nulla præcedat negatiua. secundum glo. & DD. in c. beneficium de Regulis Iuris in 6. & Iaso. & DD. in l. Gallus in primo num. ff. de lib. & post. verbumque pueda, nostri tex. si bene inspiciatur, non refertur ad liberam potentiam iudicis in præbenda licentiā, sed ad id tantum, scilicet, vt si maritus nolit, ipse iudex suppleat. Et an licentiā semel à iudice vel marito præstitā licitum sit reuocare † vide Cassanēū in consuetud. Burg. t. de strois. Rubr. 4. §. 1. in tex. sans licence. num. 3. fol. 130. col. 3. in sine. & iterū eo tit. & Rub. 4. §. 7. nu. 4. fol. 163

S V M M A R I V M.

- 1 Ratio dubitandi & decidendi, in principio declaratur & num. 1
- 2 Licentiā vel qualitas ad actum aliquem requisita de bene actum præcedere. num. 1. & 2. & n. 3. quod nec ratificari potest.
- 4 Licentiā vbi ad euitandum præiudicium eam præstare debentis est danda, sufficit post actū sequi. 4.
- 5 Ratificatio locum habet etiam in ijs, quæ specialiter requirunt mandatum. §. nisi. vt ibi, n. 7.
- 6 Annulatio actus fauore alicuius inducitur potest per eum confirmari. 6
- 8 Ratificatio non habet locum si medium est inhabile. 8 vel extremum ad quod, vt ibi.
- 9 Gesta per procuratorem renocatum quando ratificari possunt, vt valeant. 9
- 10 Regularatum, & Reg. iur. in 6. declaratur, numer. 11 10, & 11

L. 5. quæ erat Tauri. 56.

S V M M A R I V M.

Maritus gesta ab vxore sine ipsius mariti licentiā potest ratificare specialiter vel generaliter.

Ibi, *El marido*. Ut eius intentionem percipias inhærendum est in primis, quæ fuerit huius legis ratio dubitandi, & dicendum, eam scilicet esse, quia quando de iure civili requiritur licentia ad aliquem actum, ut actus valeat necessario debet ꝛ licentia præcedere, ut diximus l. 2. glo. licentia supra isto tit. & lib. communemque testatur, Iaso. in l. vniuersa. nu. 8. C. de precibus imperat. offeren.

2 qualitasq; ad actum * requisita debet actum præcedere, ut per Bart. in l. excusantur, in princ. ff. de excus. tutorum, num. 10. Imo non valet actus si aliter fiat, quamuis ratificetur eò quod quoties actus à principio est nullus & vitiosus, ratificari nõ potest, neque conualescere, ꝛ secundum Rebuff. in prax. beneficiorum, tit. de forma. dimi. lit. nu. 12. & n. 11. pagi. 20. ex hoc aliqua infert. & Did. Perez in l. 1. tit. 8. lib. 3. or. sol. 134. in fin. ideo pro ratione decidendi, dicendum est quod cum nullitas hæc actus facti non præcedente licentia mariti respiciat ipsius mariti fauorẽ vel præiudicium, nimirum quod ipsius ratificatio validare actum illum possit, ex dictis per Baecam de dote, cap. 10. nu. 67. & per Doctores in gloss. sequenti. allegandos: contra hoc tamen facit quod lex hæc resistit huic contractui sine mariti licentia factõ, ergo si resistit ei ratificatio illius in cuius fauorem vel præiudicium prohibetur nihil operabitur, secundum Tiraq. in legibus connub. glo. 8. nu. 98. igitur pro ratione decidendi, dicendum est, quod ideo valet hæc ratificatio, quia non ad substantiã actus licentia hæc requiritur, sed ad euitandum

4 præiudicium mariti quo casu sufficit licentiam ꝛ post actum sequi, secundum Paulum Cast. in l. si cum dote. §. si cum eo tempore ff. solut. mat. & in l. licet ff. de iud. not. ad legem nostram Villalobos in sua Antinomia. ver. vxor. in num. fi. & hanc credo veram rationem decidendi cum ex legibus nostris licentia hæc mariti non detur ab authorizandam personã vxoris, sed nõ marito præiudiciũ resulet ex contractu per vxorem suam absque eius licentia factõ, & post hæc vidit Matien. hic in gl. 1. hæc sub nube considerantẽ.

Ibi, *Pueda ratificar*. Nam cum generalis licentia mariti sufficiat, secundum l. 3. supra eo. nimirũ quod ratificatio locum habeat, imo & quantumcunque specialis ad quemlibet actum requireretur adhuc locum ratificatio haberet, quoniam & in ijs quæ mandatũ exigunt ꝛ speciale ratificatio locũ habet & admittenda est, ex tex. in c. si. de iure iur. li. 6. quem ad hoc allegat Ang. in l. neque filius C. de rebus cred. & Con. lib. 3. var. c. 16. nu. 5. quod intellige, si antequam contradicatur actus ille & de eius nullitate allegetur, ratificatio fiat, prout sup. in l. 1. ver. licentia remanet dictum: proceditque ratificatio hæc ex eo, quod in omnibus casibus in quibus contractus rescinditur vel annullatur fauore alicuius vel pro eius præiudicio citando, ut inquit Ant. Gom. in l. 53. Taur. n. 6. eo volẽte potest confirmari & validus effici actus ꝛ ille, secund. eund. Ant. Go. to. 2. var. c. 2. n. 21. in fi. vbi ex hoc plura infert. & Did. Per. libr. 3. ord. col. 1035. in princ. & fuit doctrina Innoc. in c. prudentiam, num. 5. de offi. deleg. & Abb. ibid. nu. 19. & Bald. nu. 3. & Felin. in c. sicut. n. 7. de simonia. quod intellige verũ nisi licentia illa certo tẽpore requireretur, nõ tunc nõ sufficeret post tẽpus * illud ratificari, secund. Bar. in l. si. C. ad Macedonianum. & in l. quid ergo in princ. ff. de his qui notantur infamia. Ant. Gom. to. 2. c. 11. n. 30. ver. ex quibus & eundem Bar. in l. excusatur in princ. n. 10. ff. de excus. tutorum. faciuntque dicta per Auen. l. 2. cap.

prat. nu. 13. ver. 8. requisitum lib. 2. & Xuares allegatione. 12. fol. 147. pag. 2. in antiquis. præsertim si statim quod licentia adhibetur est exercendus actus ille, quoniã tunc adesse debet, secund. Felin. in c. cum te. n. 18. de rescriptis ex gl. constitutus q. 1. colu. 2. de etate & qualitate, sed cũ in materia nostra licentia generalis sufficiat ante sitẽ post actum factum nihil obstant supra dicta, quin ratificatio locũ habeat facta antequam contradicatur actus ille: ex quibus omnibus & alijs semel in causa beneficiãli & magni valoris consultus respondi, resignationem quandam & gratiã vni cõcessam vnus præbendæ non valuisse quantumcunq; ratificata fuit per resignantẽ, utpotẽ quia tempore concessionis gratiã ipsius resignatio reuocata fuerat à resignante, & mandatum ad resignandũ præstitum & notificata fuit reuocatio in tẽpore resignatario & in camera Apostolica, quod sufficit, ex notatis per Reb. in praxi. benef. tit. de reuo. mãd. procur. neque fuit in potestate resignãtis gratiam illam virtute mandati reuocati obtentam post ratificando validare, prout in simili inquit Reb. vbi sup. tit. ratione personæ & rei. n. 20. pag. 505. & Reb. ibidem tit. de infirmis resignãtib. gl. 10. n. 5. p. 519. vbi ita expresse tenet, & faciunt dicta per Affli. in decis. 355. & quia si medium est inhabile * nõ habet locũ ratificatio, secund. additio. Bar. in l. si vxor. §. si quis vxorem litera. C. ff. de adult. & idem si extremum ad quod est inhabile, ut per eundem Bar. in l. si is qui pro emptore. nu. 14. & ibi Ias. 127. ff. de usucapione pro emptore, cõcessionis tamen tempus dictę præbendæ, est extremum ad quod, idq; est inhabile, quia per resignantẽ resignatio fuit reuocata, ergo nihil operatur ratificatio. Neq; obstare dixi, gesta per procuratorem reuocatum posse ratificari in præiudicium ratificantis ꝛ tunc quia hoc locum habet nisi certo tẽpore consensus & licentia requiratur, itẽ & locũ habet hæc doctrina quoties illẽ actus, si à quocunq; factus fuisset ratificari posset & esset in potestate ratificantis illum ratificare, secus aliã, secund. Fel. optime in c. ex parte decani. n. 25. de rescriptis. Resignanti tamen nullã datur potestas, ratificãdi gratiam nullã, quia non est in eius potestate eam concedere, igitur: & sic in factõ cõsului: sed cõtra nostri tex. dispositionẽ propono difficultatem vnã: certum est enim, quod ratum quis habere non potest quod ipsius nomine non est gestum ex reg. ratũ de reg. iur. li. 6. hic tamen præsupponitur non nomine mariti factum esse contractum, sed vxoris nomine potius, quomodo ego ratum illum maritus habere potest cum sit contra dictã regulã, ideo dicendũ est quod regula illa non obstat, non. n. procedit in ratificantis ꝛ præiudiciũ, in eius namque præiudiciũ 10 dicta ratihabitio locum habet, secund. Bar. in l. aliena res. ff. de pig. actio. eundem Bar. in l. 1. §. sed. & si cũ quis ff. de vi & vi arm. & Petrus Pekius de reg. ratum n. 5. & melius n. 7. vbi declarat, verũ quoties licentia * non verò si secundũ errorem & ignorãter approbat, hic tamen in præiudiciũ mariti potest resultare contractus ab vxore gestus, igitur in eius præiudicium potest illum etiã non suo nomine gestum ratificare, & sic cessat regula illa, de cuius etiã intellectu vide Bart. in l. 1. num. 4. Cod. si in communẽ eademque causa, in integrum restit. post.

S V M M A R I V M.

1 Absentia mariti ut index det licentiam vxori ad contrahendum, an sufficiat abesse à loco contractus vel iudicij, num. 1. & nu. 2. & 3.

- 3 Absesse non dicitur qui propè est, aut statim rediturus eo. num. 3.
- 4 Ratificatio iudicis, an sicut mariti post actum à muliere factum idem operabitur. 4.
- 5 Ampliatur l. 4. supra eod. per nostram in n. 5.
- 6 Absens & præsens non consentiens equiparatur 6. & n. 7. quod videtur contradicere absens.
- 8 Spectandus quoto tempore esset maritus absens pro licentia præstanda uxori contrahenti. 8.
- 9 Defensor absenti existenti in partibus longinquis statim ponendus est. 9.
- 10 Probatio debet esse plena etiam si causa sit summaria. 10.
- 11 Citatio an requiratur in hac causa cognitione licentia præstanda per iudicem mulieri nuptæ ad contrahendum. 11.
- 12 Ratio dubitandi noua ad legem nostram, n. 12.
- 13 Preparatoria iudicij potest iudex sine licentia mariti. 13.

Lex 6. quæ erat 59. Tauri.

S V M M A R I V M.

Marito absente & de proximo non venturo vel imminente periculo, adhibita causa cognitione legitima vel necessaria, vel utilis uxori, iudex ipse licentiam huic mulieri præbere potest, valetque actus virtute illius licentiæ factus.

Ibi, *El marido esta ausente*. Sed an sufficiat abesse à loco, in quo agitur vel contractus est perficiendus, * videtur quod sic *ex text. in l. absentem. & in l. col. egarum §. 1. & in l. mulierum §. si. ff. de verborum sig. vel saltem quod non sit intra territorium iudicis eum cõpelle debentis, ad præstandam licentiam uxori, quasi cum tunc iudex eum cõpelle non possit sufficiat extra territorium ipsius abesse, vt in propositum inquit Auen. in declaratione ad l. 4. & 5. tit. De las exceptiones. num. 43. ver. quando autem, sic intelligens legem nostram quod intelligo quociens esset periculum in mora si spectaretur cõpulsio per requisitoriam extra territorium, tunc enim sufficeret existere extra territorium, eò quod est vnus casus nostræ legis hic, vt sufficiat periculũ in mora, secus verò si periculum hoc deficeret, tunc enim absentiam longiorem & latiore requirerem quoad terminos nostræ legis, & absentem tunc maritũ † dicerem, quociens est in longinquis & remotis partibus, neque speratur, quod de proximo veniet, aut ignoratur vbi nam 2 terrarum degat, nõ enim abesse † dicitur qui prope est aut statim rediturus est, *ex l. cum antiquitas, ibi, siquidem ex breui temporis intervallo. C. de test. & ibi notat Angel. & l. si longius §. si filius ff. de iud. l. 2. tit. 5. part. 3. l. pen. in si. ff. de vacatione mu.* tunc enim etiã si esset extra territorium iudicis vbi actus gerendus est, non potest præstari licentia per iudicem, sed expectandus est si de proximo vêtutus est, neq; periculũ adest, vel si nõ est de proximo vêturus, & cessat periculũ, mittetur requisitoria ad iudicem vbi maritus adest ad eũ cõpellendum præstare licentiã cũ informatione causæ legitimæ vel necessariæ &*

cum cõminatione: quod si noluerit eã præstare, ipse met iudex præstabit, & nocebit ei ac si personaliter eã præstaret, & sic vtitur & practicat, & in effectu in simili ita tenet & declarat Tir. in l. conub. gl. 8. de som. n. 6. cum plur. seq. maxime n. 19. aliter. n. vt ibi inquit Tira. faciliter l. nostra & maritus fraudaretur. Sed est dubiũ optimum & nouũ, an sicut mariti rati habitio sufficit pro validitate cõtractus ab vxore factus vt legibus supra proximis diximus, sufficit & rati habitio iudicis * secundũ formam nostræ legis adhibita. Et videbatur quod sic, nã licentia iudicis succedit loco licentiæ mariti, *ex text. nostro ibi, La que el marido lo auia de dar.* Ergo sicut maritũ poterat ratificare, ita etiã poterit iudex. Itẽ & quia quãdo cõtractus aliquis factus est sine cõsensu illius, qui debuit illũ adhibere, sufficit si cõtractu facto cõsentiat, vt in legib. preced. dictum est. Nihilominus tamen in hoc cõtrariũ videtur tenendum, ex eò quod l. nostra non permittit licentiã & cõsensũ iudicis sufficere post cõtractum præstari, prout permittitur quoad maritũ per legem præcedentẽ, cũ ergo in iudice hoc nõ reperimus, standũ est dispositioni juris disponẽtis, quod vbi licentia alicuius requiritur ad aliquẽ actũ, debet illa licentia præcedere actũ illum, neq; sufficit rati habitio, *ex text. in l. si quis mihi bona §. iussu. ff. de acq. her. l. 1. in l. qui in alienã, in princ. ff. de acq. her. n. 8. Cornuus, cõf. 43. vol. 2. & cõf. 89. vol. 4. Ale. cõf. 62. col. 2. vol. 2.* Nequẽ obstat quod succedit iudex in locum mariti, & sic debet eodẽ iure cõferri, nã id verũ esset nisi aliud reperiremus dispositum in vno quã in alio: itẽ nisi esset differens ratio, prout hic versatur, in præiudiciũ enim mariti vertitur ratificatio cõtractus per vxorẽ eius sine ipsius mariti licentia facti, ideo mirũ non est si ipse ratificare posset, quod tamen nõ est in præiudiciũ iudicis, ideo iudex ipse nõ potest ratificare, sed debet eius licentia actũ ipsum præcedere adhibita causa cognitione, de qua in nostra l. & ex ea clarissimẽ colligitur, cum prius disponat causæ cognitionẽ præcedere debere, vt possit iudex licentiam præbere, & sic supponitur cõtractum non esse factũ, sed faciendum, & quia aliter de facto procederetur, *ex d. per Mar. Soc. Inn. cõf. 32. ver. quantum enim ad l. lib. 1. & sic limitata potestas limitatũ producit effectũ, & ita teneo hanc secundã opinionẽ.* Ex l. itidem nostra colliges ampliationẽ * ad l. 4. sup. eo. vt idem, quod ibi disponitur quociens maritus absque causa recusat præbere licentiã uxori ad contrahendum, sit dicendũ quociens est absens neque speratur de proximo venire, vel est periculũ in mora, absens enim & præsens nõ cõsentiens, equiparatur, * prout ex istis duab. legib. 6 probatur, & tenet Bal. in l. si §. necessitate. col. 1. C. de bonis §. liberis: absensq; nõ videtur consentire sed cõtradidit * potius, secundum Bal. in l. Si quis col. fina. 7 ver. dubitatur C. de testib. & sicut si præsens esset maritus, & sine causa renueret præbere licentiã uxori ad contrahendum, iudex præbet eam, *ex dict. l. 4. supra eod. sic & ex l. nostra si absens est neque speratur de proximo vel est periculũ in mora cum causæ cognitione iudex præstet eam ex lege nostra.*

Ibi, *No se espere de proximo venir.* Si ergo speratur nõ haberet locũ text. noster, sed quo tempore esset sperandus, iudex ipse arbitrabitur † & diffiniet secũ. 8 *Cast. hic super his verbis, ex quo à iure nõ est tẽ. diffinitũ, vt in l. 1. ff. de iur. deli. & alijs iur. ab eo alle. & iudex id arbitrabitur ex distantia loci vbi maritus adest, &*

ex ne-

Que. se-
cunda
& no-
ua.
4

Nova
cõfide-
ratio.

ex negociorum perfectione finiendorum per maritum in loco ubi absens extabat, imò & tunc ad præstandam licentiam hanc prius est ipse maritus requirendus, si scitur ubi existit & non est in longinquis partibus, neque adest periculum in mora, quod si requisitus noluit venire, neque licentiam dare, tunc iudex eam dabit, ut per *Castillo hic super istis verbis*, & nu. 4. & hoc nisi periculum esset in mora, nam tunc non esset spectandus, neque requirendus, sed iudex causa cognita licentiam præstabit, prout ex textu nostro probatur. Ibi, *Ocorre peligro la tardança, prout voluit Suarez tit. De las dudas. 7. limitatione fol. 4. 9. in antiquis*, & idem esset si nesciretur ubi maritus existeret, neque de proximo expectabatur, tunc enim idem esset ut iudex eo non perquisito neque spectato, præstet dictam licentiam cum dicta causæ cognitione, prout in primis verbis nostri text. disponitur, quæ quidem verba & dispositionem ampliabis, ut procedat etiam quando maritus est in longinquis partibus, tunc enim quia aduentus eius de proximo non spectatur, non debet perquiri neque spectari, prout in principio huius legis diximus, sicut & in defensore ponendo bonis & absentis in partibus longinquis, tradit & tenet *gl. in l. 12. tit. 2. part. 3. ad limitationem doctrinæ Bal. in rubr. C. de suces. ed. dicentis quod si scitur ubi adest dominus bonorum, citandus est neque est ponendus defensor, nã istud verum est, nisi absit in partibus remotis ut in Indijs, tunc enim non est necesse eum citare, neque spectare, secundum gl. illam dict. l. 1. 2. & faciunt dicta per Tiraquel. in ll. conubiali. de sonmayr. gl. 8. numer. 17. cum pluribus ante & post: ita quod ex text. nostro & ex dictis casibus tres colliges, ubi maritus non est requirendus neque spectandus, primus quando est absens & nescitur ubi sit, neque de proximo spectatur, secundus ubi adest periculum in mora, tertius ubi in longinquis partibus moratur, tunc enim in quolibet horum casuum iudex ipse licentiam præstabit adhibita causæ cognitione.*

Casus tres ubi maritus non est requirendus, neque spectandus.

Ibi, *Conocimiento de causa*, Adhibita plena probatione absentiæ mariti & quod non speratur de proximo venire, vel est in longinquis partibus, vel periculum est in mora & de causa necessaria legitima vel utili, ad contrahendum, probatio enim debet esse plena * etiam si causa sit summaria secundum *Bal. in l. 1. colu. 1. in si. versiculo si quando C. ut possessio. leg. Castillo hic nu. 9.* nisi de re leui agatur, ut ibi per eum, Et quæ regulariter vertatur in causæ cognitione, vide per *Maria. Socin. l. un. cons. 32. incip. ex his verbis. Quantum enim ad primum lib. 1. & Menoch. de arbitrarijs iud. questione 19. per totam: & an in causæ cognitione partes * citandæ sint vel præsentibus esse, vide text. in l. neque in causæ. la. 1. §. causa. & ibi Bart. ff. de minoribus, & in l. de atate colu. 3. vers. uem quero eo. tit. idem Bart. in l. prolata vers. iuxta prædicta colu. 2. in l. ex stipulatione, & in l. cum iudex col. 1. in fine vers. Item ex hac lege patet. Cod. de sententijs & inter. & Alex. in l. qui Roma. §. Angerius in fin. ff. de verb. oblig. Felinus in c. cum venerabilis colu. 11. de exceptionibus, Bald. in l. perempt. rias colu. 1. vers. quero si iudex. C. sententiam rescindi non posse, Bart. in l. si finita. §. Julianus colu. 4. ff. de damno infecto. Quo ad propositum tamē nostri text. mariti citatio * & requisitio non requiritur quoties maritus adest in longinquis partibus, vel est periculum in mora,*

Tom. 3.

secus verò alias, ut in hac lege dictum remanet, quidquid indistincte velit non citandum, Matienco hic *gl. 4. numer. 2.* pars verò cum qua contractus est celebrandus nullo modo requiritur quod citetur.

Ibi, *Legitima o necessaria*, & quæ tales sint, & quomodo exemplificari hæc verba possint: vide per *Castillum hic verb. legitima & verbo necessaria & in l. 4. supra eo. tit. aliquid diximus.*

Ibi, *Opronechosa*, Sed nonne contractum utile mulieri supra in l. 1. & 2. huius tituli dictum est, per mulierem ipsam posse fieri absque licentia mariti, & in illa l. 1. probatur dum ibi adiri hæreditatē sine licentia mariti cum beneficio inventarij, probatur? quare ergo hic licentia iudicis in absentia mariti requiritur, vel iudicis etiam si sit utilis contractus mulieri. Et est singularis hæc ratio dubitandi, * ideo dicendum est, legē nostram loqui in absentia mariti extra locum ubi contrahendū est, neque spectatur de proximo eius aduentus, secus verò si præsens est in loco isto, & ita loquitur d. l. 1. *supr. eod.* Vel dicendum est legem nostram limitari & declarari ex d. l. 1. scilicet ubi notorium est contractum non posse esse damnosum mulieri, est utilem potius & eius marito, prout est in additione hæreditatis cum beneficio inventarij, tunc siue maritus sit præses in loco siue absens, poterit vxor sine eius licentia vel iudicis contrahere & valebit contractus, secus verò si non sit notorium, tunc enim si maritus est in loco quantumvis non consentiat valebit si utilis est ut dixi, sed si est absens non, eo quod absente eo facilius quilibet vxorem decipiet, quam si præsens esset in loco ubi contractus geritur, & quia facilius deueniet in notitiam mariti præsentis quam absentis, & sic vel contractū ratificabit vel contradicet & sic declarantur leges istæ, vna per aliã. Ex quibus displicet dicta per *Castillo hic verb. pronechosa* dū indistincte dicit siue maritus sit in populo præsens siue non, posse mulierem sine eius vel iudicis licentia contrahere, nã est contra nostrum text. maritum spectandū indistincte probatam si de proximo venire speratur, vel sin minus cum licentia iudicis adhibita utilitatis causæ cognitione.

Ibi, *Pueda*, Necessitatem hic importat sicut & importare dixi in l. 4. supra eo. *gl. si.* intelligenda tamen est dispositio nostri text. de habilitate, restringendo eam, scilicet, ut procedat & loquatur quod iudex possit licentiam hanc præbere in casibus in quibus aliàs potest de iure licentiam & auctoritatem præstare, secus vero aliàs, ut in adoptione, in ea enim quia iudex non potest licentiam & auctoritatem ei præstare non poterit mulieri huic ad adoptandum præstare, secundum quod dixi in leg. 2. *supr. eod. in gl. mag. 13. ampliatione.* Item & intellige in contractibus illis ubi maritus licentiam præbere poterit, secus verò aliàs, & ita probatur ex textu nostro, ibi, *La que el marido le ouiera de dar*, ergo si maritus eam dare non poterat neque iudex in mariti locum subrogatus, secundum quod diximus in l. 3. ant. 4. supra eod. sed dubitabile est quomodo, cum mulier hæc secundum l. 2. *supr. eo.* non potest in iudicio adesse sine licentia mariti, neque per procuratorem suum poterit ad præstandam causæ cognitionem, de qua hic comparere in iudicio, & dic quod eo

Præclara
rus in-
telle-
tus ad
l. 1. *supr.*
eod.

12

G 2

quod

quoad præparatoria ad licentiam † consequendam optimè adesse potest, secundum quod in elege diximus & tenet Castillo l. 55. Tauri. num. 39.

S V M M A R I A.

- 1 Dicitio vniuersalis, qualquier, omnia includit & nihil excludit, 1.
- 2 Bona filiorum, & vxoris illius, qui est primipilarius, sunt obligata pro administratione officij huius. 2. vbi & nam. 3. declaratur nouissimè. 3.
- 4 Officium primipilarij quod sit. nu. 4.
- 5 Speciale est vt pro marito primipilario sint obligata bona vxoris, secus pro alio tributo etiam regio. 5. & 6. nisi vxor ipsa aliud protestetur vt ibi num. 7.
- 8 Bona mulieris nubentis cum viduo tutore filiorum primi matrimonij sunt obligata pro tutela. 8.
- 9 Pronomen suus sua suū, denotat dominium. 9.
- 10 Mulieri acquiritur dominium bonorū lucratorum constante matrimonio, & possessio. 10.
- 11 Medietas lucrorum vxori pertinens an sit obligata pro fideiussione mariti, nu. 11. & 12.
- 13 Fideiubere non potest pro alio ille, qui habet liberam administrationē ad alienandum. 13.

Lex 7. quæ erat 59. Tauri.

S V M M A R I V M.

Pro qualibet fideiussione mariti ex quacunque causa facta vxor eius & bona ipsius vxoris non sunt obligata: differtque lex hæc à lege 9. infra eodem, quia hæc 9. loquitur cum mulier tanquam fideiussor mariti obligatur, lex verò nostra quando non obligatur pro eo, sed maritus ipse se obligat solus pro se vel tanquam fideiussor pro alio.

Ibi Ten qualquier manera o por qualquier razon, Ex vniuersalitate huius dictionis qualquier, præsertim geminative positæ, quæ quidem geminatio quam plura specialia operatur, vt per Euerar. à geminatione. & per DD. in l. Balista. ff. ad Treb. vt vniuersalis hæc dictio nihil excludit, * vt per Couarr. in pract. c. 25. num. 3. & per Mesa in pragmatica tasse panis super textualibus. versic. qualquier. fol. 131. inferri potest ad limitationem text. in l. satis notum. Cod. in quibus causis. pig. vel hipot. tacite contrahatur, probantis bona vxoris mariti primipilarij tacite esse obligata * pro male gestis per maritum in officio illo primipilarij, ad ampliationem l. 4. Cod. de primipilo. libr. 12. probantem bona filiorū hoc in casu esse obligata, inferri inquam potest, vt hæc procedere possint quoties ipsemet maritus exercet officium illud primipilarij, tunc enim pro male gestis sunt obligata bona filiorum eius, imò & eius vxoris, per

Nous
conside
ratio.

tex. in d. l. satis notum, & glo. fi. in l. 25. tit. 13. p. 5. pro limitatione illius l. 25. secus verò esset, si maritus ipse non esset, qui officium exerceret, sed alius tertius, cuius quidem tertij esset maritus fideiussor, tunc enim nullo modo bona mulieris erunt obligata † ex tex. nost. & ei generali dispositione. ex vniuersalitate & geminatione illarū dictionū qualquier, quæ est mea & noua cōsideratio & vera: quodque sit officij † primipilarij, tradit Ang. in d. l. satis notū & Alex. in l. à Dino Pio. §. in venditione num. 27. col. 8. ff. de re iud. optima. l. 16. tit. 9. part. 2. & l. 11. tit. 18. p. 4. glo. fin. d. l. 25. & Abb. cap. pen. extra de consuet. & ibi glos. antep. & dispositum in d. l. satis notum. speciale est * in primipilo vt ad dotem vxoris eius deueniatur, secundum Bart. in l. 1. n. 24. ff. solut. mat. Nam pro tributo etiam regio soluendo vel percipiendo non sunt obligata bona mulieris nuptæ * pro marito, secund. text. in l. 25. tit. 13. par. 5. & l. 8. infra proxima, nisi in hoc loco vbi seruari probaretur l. 201. stili. probātem quod si maritus est administrator bonorum alicuius seu arrēdator vel collector vectigalium bona vxoris suæ erunt obligata, quemadmodum bona mariti, nisi vxor ipsa a principio fuerit protestata se nolle lucrū † neque damnum ex talibus prouenturū, quod & dicere Dominos de Rota asserit Castillo. l. 60. Taur. col. 2. secus verò vbi non vsitatur illa. l. 201. stili. vt in l. sequenti dicimus iterum: Est tamen verum quod vir habens filios primi matrimonij si dum tutor eorū est, nubat secundo, bona secundæ vxoris sunt obligata * pro tutela illa secundum text. & ibi Bart. in l. si inter. ff. in quibus causis pign. vel bip. tacite contrah. l. 26. tit. 13. part. 5.

Ibi, Nō sus bienes, nota illam dictionem, latine suus sua suum, quæ quidem iure dominium * denotat, secundum glos. 1. quo iure 8. distinct. quam sequitur Bart. in l. 1. ff. de statu ho. Corsetus sing. ver. meus Abb. cap. 1. num. 26. de postulatione præl. & dominium habet mulier in bonis constante * matrimonio acquisitis, eò ipso quod acquiruntur per maritum, & ipso iure in eā dominium trāsfertat, imò & etiā possessio, vt tenēt omnes nostri Hispani relati per Auen. respon. 20. n. 1. & Cou. li. 3. varia. c. 19. nu. 20. Bæza de decima tuto. cap. 31. nu. 5. & de non meliorandis filiabus ca. 11. n. 106. & Ant. Gom. l. 60. Taur. nu. 1. & l. 77. n. 2. & 10. 2. c. 5. n. 3. in fi. & Tel. in l. 16. Taur. n. 11. & glos. mag. vers. mihi vero l. 55. tit. 5. p. 5. licet secundum eos non possit ante mortem mariti aliquid petere de bonis ijs lucratis constante matrimonio, vt suo loco dicam. Si ergo hæc sunt prout sūt & vera, manifeste colligitur ex text. nostro, quod si maritus fideiubeat pro aliquo etiā cōstante matrimonio nullo modo pro illa fideiussione erit obligata medietas lucrorū cōstante illo adquisitorum vxori pertinēs, neque ex hac medietate † erit soluēda fideiussio hæc, quæ est maxima doctrina si vera esset, & haberemus tex. pro ea. Et pro hac opinione etiā facit vltra nostrū text. sic consideratum, facit inquā, quia fideiubere est perdere & fideiubendo dicitur maritū ad inopiā † peruenire secund. Pal. Rub. in repe. c. concl. 1. §. 18. incip. ex quibus omnibus n. 9. cum seq. fol. 66. in magnis. Item quia secundum Cou. lib. 3. variar. c. 19. n. 2. in fin. solū causā necessitatis consideratur à lege permittente bona lucrata constante matrimonio alienari per maritum, ergo cessante necessitate cessat permissio, fideiussio tamen non solum non est necessaria, verum omnibus mo-

bus modis excusanda, vt *Proverb. 16.* ergo. Item quia si perspicue cōsideretur. *l. 5. tit. de la ganancias, infra istol. lib.* permittens marito alienare dicta bona lucrata, in contractu vltro citroque obligatorio loquitur, vt in venditione, locatione, permutatione, prout verbum, *contraer*, videtur denotare, sed in fideiussione cessat hęc obligatio, igitur cessat permissio: item & quia quantumuis quis habeat liberam administrationē ad alienandum, nō tamen * potest fideiubere, *secundum Alex. l. si constante in princ. num. 14. ff. solut. mat. & Pal. Rub. vbi sup.* igitur fideiubendo non tenebitur mulier pro medietate sua lucratorum constante matrimonio, prout voluit *Pal. Ru. vbi sup. & Mont. in l. 5. tit. 18. li. 3. fori. ll. gl. 1. in princ.* Et post hęc multo vidi pro ratione dubitandi nostrę legis & decidendi, hęc attulisse differentiam Matienzo, *hic glo. vna.* & nihil determinat, sed reliquit agendam. Verum enim verò, & ego teneo maritū fideiubendo præiudicare vxori in lucratis cōstante matrimonio, eò quod vxori dominum, quod in eis acquirit, acquirit reuocabiliter cōstante matrimonio per alienationē quamlibet mariti, non verò irreuocabiliter, & sic sicut qualibet alia alienatione quę sita hęc, & lucra alienare potest, sic & fideiubendo, & ita practica cōmuni indubitanter obtētum videmus: & teneo etiā hanc non fuisse rationem decidēdi nostri text. nec dubitandi, sed eam vere fuisse & esse scilicet, quod debita contracta ratione societatis simpliciter contractę & ea durante & cōstante soluenda sunt ex bonis sociorum, vt in *§. illud. Instit. de societate. l. 3. in fine cum l. 7. tit. 10. par. 5.* & nē sciat intelligeremus esse circa bona mulieris, disponit l. nostra vt pro nulla mariti fideiussione bona sua sint obligata, quę verò & irreuocabiliter sua sunt, non verò ea quę reuocabiliter sua sunt & est in potestate mariti ea alienare, prout sunt *d. lucra*, & hęc videtur ratio dubitandi & decidendi melior ad nostrā legem, vt de superfluitate non arguatur, prout Matienzo hic eam redarguere volebat.

S V M M A R I A.

- 1 Vxor pro mariti debito vel delicto non tenetur neque capi potest, num. 1. & 2.
- 3 Statuto an fieri possit quem pro delicto alterius puniri, num. 3.
- 4 Bona mulieris neque persona non sunt obligata pro debitis mariti etiam procedētib; a tributis Regijs quantumuis protestationem ipsa non fecerit, num. 4.

Lex Octaua.

S V M M A R I V M.

Mulier pro fideiussione, debitisque mariti etiam regi, vel eius fisco debitis incarcerari non potest.

Ibi, (no sea presa) vxor enim pro marito * non tenetur vt per totum *Cod. ne vxor pro marito & l. res vxoris. Co. d. de donatio. inter vir. & vxo.* ad eò vt & propter mariti delictum persona & bona vxoris non perdantur, *ex l. 76. Tar. qua est 29. tit. 9. infra*

Tom. 3.

isto lib. vbi dicemus quod neque propter patris delictum peculium aduentitium filij confiscatur, quod ad eò verum est quod etiam si debitum regi debeatur adhuc † vxor non potest capi propter 2 maritum, *ex text. nostro, & ex l. 25. tit. 13. part. 5.* & an statuto fieri possit quē ob alterius * delictū puniri, vide optime *Bart. relatū per Alex. in l. sepe nu. 13. ff. de re ind. & Cou. lib. 2. variar. c. 8. num. 7.*

Ibi, *Aunque las deudas sean nuestras*, etiā si mulier ipsa antequam maritus suus conduxerit bona regia, non protestauerit se nolle teneri & renuntiauerit † lucris, adhuc tunc non tenebitur ipsa, 4 nec capi poterit in correctionem. *l. 201. Stili*, de qua in l. supra proxima diximus, & dictorū per Cifuent. *l. 61. Taur. & Pala. Rub. in rubr. §. 66. col. 1. & Mont. l. 14. glos. 2. tit. 20. lib. 3. fori.* & idem *Pala. Rub. in ead. rub. §. 47. num. 13. & Casti. l. 60. Taur. col. 2.* requirētium mulierem teneri dictam protestationem facere, vt non teneretur pro conductione bonorum regaliū à marito suo facta, non est enim necessaria, quoad bona, neque quoad personam *ex l. nostra inuncta supra proxima*, vbi diximus nisi in locis vbi aliter de consuetudine habetur introducta. *d. l. 201. Stili*, & an pro debitis proprijs mulier possit incarcerari † dicemus. *l. si. infra isto tit. & lib. & quāuis Matienzo hic dubius sit circa l. hanc & supra proximā & finalem infra isto tit.* quali superfluo tot leges appositę fuerint, cum per dictam l. final. generaliter disponatur mulierem pro debitis capinon posse, quasi illud pro dispositione legis nostrę sufficeret: item ex l. precedente non tenetur pro debitis mariti, & sic superflua legem nostram Matienzo hic reddit. Nihilominus nulla darur superfluitas, tum quia l. præcedens solum prouidit quoad bona mulieris, lex verò nostra quoad personam, & d. *l. si.* loquitur quoad propria debita per ipsam contracta mulierē, lex verò nostra quoad debita mariti, itē pro debitis ipsius mulieris ex delicto descendētib; vel si ex persona sua sit mala, incarcerari ipsa mulier potest, pro debitis verò mariti etiam si ex delicto mariti descendant, ipsius vxor non incarcerabitur, *ex text. nostro*, igitur nihil superfluitatis lex nostra continet sic considerando. Et ratio dubitandi ad l. nostram decerpi potest eò quod maritus & vxor sunt duo in carne vna, iuxta illud *Genes. 1.* & mulier particeps lucrorum acquirentium constante matrimonio, & itidem aduersę fortunę marito obuientis, & sic dubitari poterat an & ipsa pro marito incarcerari posset, ideo lex nostra disposuit quod nō, neque vxor pro marito teneatur, & delictum vel debitum vnus alter soluat, anima enim quę peccauerit ipsa morietur *ex dictis per Couarru. d. cap. 8. num. 1. & sic l. nostra iuste & bene disposuit.*

S V M M A R I A.

- 1 Conclusiones quatuor ex lege nostrā collectis circa obligationem vxoris cum marito, in numeris 1. 2. 3. & 4. describuntur, antequam glossellulas apponamus.
- 2 Qualibet dispositio futura, non vero præscripta respicit, num. 1.
- 2 Mulier in conscientia potest se exceptione Velleiani tueri. 2. nisi in casibus vbi mulier non inuatur Velleiana, de quibus in nu. 3. & 4.
- 5 Mulieri heretica denegatur beneficium Velleiani. 5.

G 3

6 Mulier

- 6 Mulier ut uti non possit beneficio Velleiani, in-
strumento tribus testibus subscripto obligan-
da est. 6.
- 7 Mulier etiam pro marito fideiubens non tene-
tur. 7. etiam si in utilitatem mulieris conuertatur,
dum tamen sit de ijs quæ maritus prestare
tenetur. 8.
- 9 Mulier fideiubens pro marito quamuis renun-
tiet Velleiano nisi renuntiet & legi nostra &
iuret, nihil fit. 9.
- 10 Intellectus ad l. non dubium. Cod. de legibus. 10.
- 11 Mulier pro tertio aliquo se obligans non renun-
tando Velleiano, non obligatur nisi iuret, num.
11. & 12. & num. 13. constituitur differentia an
mulier fideiubeat pro marito, vel pro aliquo alio,
& num. 14. an requiratur maritum tempore
dotis constituta & restitutionis bona habere
ut uxor eius remaneat obligata.
- 15 Uxor si est minor non solum debet iurare contra-
ctum factum in simul cum marito verum illum
iurare ita ut nec ex vi restitutionis, nec ex alia
quacunque causa contra illam veniet. 15. & 16.
- 17 Mulier in causa fundi dotalis potest pro marito
fideiubere. 17.
- 18 Mulierem contrahentem cum viro non conuen-
cit confessio eius quod ad suam utilitatem pro-
uenit nisi probetur. 18.
- 19 Auth. si qua mulier. C. ad Velleia. in omni con-
tractu intelligitur. 19. & in omni se obligandi
modo pro marito, ut ibi.
- 20 Verbum, mancomum, id est manu communi. 20.
- 21 Uxor consentiens alienationi rei dotalis soluto
matrimonio potest illam petere, nisi pro dote filie
communis fiat talis alienatio. 21. & nu. 22. asse-
rimus ex hoc cessare communem opinionem Baldi
Novelli contrariam, nisi in locis ubi lucra non co-
municantur ut Cordubæ, ibidem nu. 23.
- 23 Mulierem cum marito obligari cuius effectus
sit. 23.
- 24 Cordubæ & similibus locis, ubi non adsunt lu-
cralia, mulier obligans se in simul cum marito
potest repetere id quod soluit ex bonis mariti so-
luto matrimonio. 24. nisi ut ibi num. 25.
- 25 Lex 53. Tauri, quoad loca ubi lucra communi-
cantur inter maritum & uxorem locum habet,
non verò in alijs. 25. nisi ut nu. 26.
- 27 Mulier si pro dote & libertate fideiubeat non
iuuatur Velleiano. 27. & nu. 28. idem si pro uti-
litate sua vel redditibus regis se obligat cum
marito.
- 29 Contractum esse in utilitatem mulieris qualiter
probabitur. 29.
- 30 Mulieri vel ciuitati mutuanti qualiter succur-
ratur ut possit mutuum recuperare. 30.
- 31 Maritus si accepit mutuum tempore quo illud
soluendo non erat, & illud conuertit in alendo
uxorem & filios, potest ab uxore & filijs re-
cuperari. 31.
- 32 Necessitas famis efficit ut & res dotalis pro

- alimentis vendi possit. 32.
- 33 Uxor tenetur alere maritum inopem. 33.
- 34 Alimenta cui debentur debetur & habitatio do-
mus. 34.
- 35 Mutuans vel vendens mulieri nuptæ an debeat
esse sollicitus quod pecuniâ vertatur in eius uti-
litate. 35. ubi an id in omnibus contractibus
procedat.
- 36 Probare quis tenebitur contractum vel nõ ver-
sum esse in utilitatem mulieris. 36.
- 37 Vir & mulier cum vendunt an presumatur æ-
qualiter eos pecunia potiri. 37.
- 38 Maritus tenetur uxorem infirmam curare &
medicum adhibere. 38. nec potest repetere expen-
sum in hoc, proditque lucrum ab statuto delatū
si eam curare negligat, ut ibi, & nu. 39. ubi &
delatam testamento uxoris prodit.
- 40 Mulier an possit vendere rem suam. 40.

Lex 9. quæ erat 61. Tauri.

S V M M A R I V M.

Mulier pro marito fideiubere non potest
etiam si allegetur contractum in suam
versum utilitatem: sed si in simul cum
marito ut principalis sese obligauerit
in uno vel diuersis contractibus, non
remanet cum effectu obligata, nisi in sua
vertatur utilitatem, tunc enim pro ra-
ta utilitatis tenebitur mulier, dum ta-
men utilitas non consistat in cibis, ve-
stibus & alijs necessarijs uxori ipsi per
maritum prestandis, in his enim non
tenebitur mulier: hæc tamen omnia ces-
sant ne si fideiussio vel obligatio mulie-
ris sit facta pro redditibus & tributis
regijs, tunc enim indistincte tenebitur:
quæ quidem lex ut melius & clarius
percipiatur eius intentus, per conclusio-
nes eam declarabimus, quarum conclu-
sionum sit.

Prima conclusio, quod deinceps mulier pro
marito fideiubere non possit etiam si dica-
tur & allegetur debitum tale in ipsius mu-
lieris utilitatem versum esse. 1. Con-
clusio.

Secunda conclusio, mulier in simul cum mari-
to & sic de mancomum, & tanquam principalis
obligari non potest, & si obligetur ad nihilum te-
netur siue sit in uno siue in diuersis contractibus,
nisi tantum in eo in quo probetur quod utilitas
ipsius mulieris versatur, in eo enim tenebitur. 2. Con-
clusio.

Tertia conclusio, & est limitatio versiculi fina-
lis præcedentis conclusionis, & secundum meum
& verum intellectum est etiam limitatio primæ
conclu- 3. Con-
clusio.

conclusionis, vt scilicet tunc demum mulier pro rata vtilitatis suæ teneatur, quoties vtilitas hæc nõ consistit circa ea, quæ maritus omnino tenebatur vxori præstare, puta in cibo & vestitu & alijs necessarijs, in his enim mulier non tenebitur etiam si in vtilitatem suam vertatur.

4. Con-
clusio.

Quarta cõclusio, & est limitatio omnium præcedentium, scilicet mulier in simul se cum marito obligans pro redditibus, & tributis regijs, vel pro iuribus eorum, siue tanquam fideiussor, vel vt principalis, se obligauerit, tenetur etiam si in ipsius vtilitatem non vertat. Quibus conclusionibus vera contextura legis nostræ declaratur, & in specie glossellulis sequentibus clarius videbis.

Ibi, *De aqui adelante*, (latine deinceps) id est in futurum, ¶ *vt inquit gloss. in Clemen. eos de regularibus & Cardina. in Clement. 1. §. 1. statutum. 3. opposit. de electione*, & hoc est regulare cuiuslibet dispositionis vt futura, non verò præterita respiciat regulariter, vt in cap. fin. de constit. diximus in l. 6. tit. 1. num. 1. lib. 2. supr. & sic quantumuis lex nostra sit de legibus Tauri, in quibus speciale est, vt præterita respiciant negotia, nisi aliud in contrarium disponatur, secundum text. l. 5. tit. 1. lib. 2. supr. hæc tamen nostra solam futura ex verbo isto respicit, & sic non ad præterita negotia extendetur etiam pendentia tunc temporis cum publicata fuit, secundum Castillo hic in glo. 1. numero 2. secundum quem dispositio nostra non est noua dispositio, sed renouatio, additio, & declaratio dispositionum antiquarum imperatorum, habuit enim ortum ab Auth. si qua mulier Cod. ad Vellei. §. l. 13. tit. de las demandas, libr. 3. fori & plures Stih leges de materia nostra allegat Cisuentes hic.

Ibi, *Obligat por fiadora*. In his verbis probatur. 1. huius legis cõclusio in principio desumpta, ampliatutque dispositio iurium ciuiliam verbis potentium, mulierem fideiubendo & intercedendo pro alio iunari Velleiano, vt per totum Cod. & ff. ad Senar. cons. Velleia. & in l. 2. §. 3. tit. 12. part. 5. quod adeo verum erat vt etiam in conscientia potest se 2. * hac exceptione Velleiani mulier tueri, secundum Abb. in cap. quia plerique num. 27. de immunit. ecclesia. eundem Abb. in cap. quoniam num. 29. de prescriptio. gloss. No es tenudo l. 4. tit. 1. part. 5. Anton. Gom. tom. 2. cap. 13. num. 16. in princip. & sic tunc neque denuntiatio euangelica locum habebit, secundum eundem Abb. in cap. fin. num. 28. de prescriptio, & hoc nisi in casibus vbi mulier non iunatur Velleiano, quorum octo ponit ¶ text. in l. 3. tit. 12. par. 5. & ibi glo. fina. addit alios duos, vltra quos adde alium, scilicet, quod mulieri hæreticæ denegatur 3. * hoc beneficium, secundum Pala. Rub. in Rub. §. 35. num. 5. & idem si mulier aliqua pro aliquo indemnitate promittat, quia promissio indemnitate validat actum aliam inuaidum, ¶ secundum Bald. in l. 1. Cod. de conuenien. ff. de debito libr. 12. quod pro nunc verum affirmo, & tenent plures relati per Rojas, in suis singularibus fidei sing. 136. & plures quæstiones in materia Velleiani vltra doct. in locis ordinarijs, vide per Barto. num. 7. Ias. 31. & Docto. alios in l. sciendum ff. de verbo. obligat. Tuncque mulier beneficium hoc Velleiani iunatur, quoties obligatur & fidei iubet in instrumentis tribus testibus signato, vel subscripto, nam si absque scriptura hæc fidei iussisset, tuta est ipso iure, nec est 6 opus dicto beneficio Velleiani vni, ¶ secundum

text. in l. antique §. final. Cod. ad Velleianum, & tradunt Docto. hic, præsertim Castillo, super verbo, obligat, assignans rationem huius doctrinæ, cumque hæc ita se habeant isthæc omnia pro text. nostro ampliantur, vt procedant etiam si mulier ipsa fideiubeat pro marito suo & cum eo, adhuc tunc non remanet obligata, sed vt * potest reme- 7 dio nostri text. & similis text. de iure authenticorũ sic disponentis, in Authentica, si qua mulier, & in corpore vnde sumitur Cod. ad Velle. imò & quod plus est ex text. nostro id in tantum procedit quod quantumuis debitum illud & contractus pro quo mulier fidei iubet pro marito conuertatur in vtilitatem mulieris, non obligetur, dum tamen sit de his ad quæ maritus tenetur, * prout patet ex text. hic, ibi 8 (*Aunque se diga alegue*) hæc est enim differentia quæ per text. nostrum inducitur, an mulier fideiubeat pro marito, vel tanquam principalis in simul cum eo & de mancomum, vt primo casu nullo modo teneatur quamuis vtilitas mulieri ipsi ex tali fidei iussione resulter etiam in alijs quam in cibarijs & alimentis necessarijs per maritum præstandis: in secundo verò casu obligetur quoties vtilitas mulieri ex obligatione prouenit, dum tamen contrahatur & obliget super alijs quam super alimentis & necessarijs vxori per maritum præstandis, & in isto secundo casu videtur loqui text. in d. Auth. si qua mulier dum dicit, Crediti instrumento contentiar proprio viro aut scribat, & sic videtur intelligenda nõ corrigatur: ex eodem etiã themate intelliges eadem auth. dum de vtilitate loquitur vt procedat, quoties vtilitas talis consistit in alijs quam in his quæ maritus omnino tenetur mulieri præstare, vt sunt cibaria & alimenta secundum text. ibi (*Pero si lo que se conuertio*). Imò & fortius inducitur aliud ex l. nostra, scilicet quod 9 quamuis mulier pro marito suo fidei iubens renuntiet Velleiano & eidem legi nostræ, nisi iuramento validet renuntiationem & contractum, adhuc tunc non remanebit obligata, * secundum glo. ren- 9 nunciando in l. 3. tit. 12. part. 5. si tamen iuraret, prout quotidie mulieres vxorata iurant, tunc obligatur omnino, prout communem reprobata glo. contrarium tenente, in d. auth. si qua mulier, restatur Socinus consil. 77. col. 6. vol. 1. & Mar. Am. haber. in Tract. de potestate & viri iura. 4. p. num. 61. & noster Gutier. in Tract. de iura. confir. 1. p. cap. 55. num. 6. p. text. expressum in cap. ex rescripto de iure iurando, & ita teneo quidquid alij tenuerint & cum eis Martien. hic in glo. 1. num. 5. & 6. & d. l. paritarum nihil horum excludit. Neque obstat l. non dubium Cod. de legibus, quam illa glo. pro se allegat, nam illam bene intelligunt Bart. & Alexan. ad eum in l. omnes populi, in princ. ff. de iust. & iur. & Ias. in l. principalibus col. 3. ff. si cert. petat. vltra quorum intellectum ego eam intelligo ex Pala. Rub. in Rub. §. 47. col. 2. scilicet quod text. in d. l. non dubium, non * in- 10 ualidat iuramentum sed iubet ne præstetur, id tamen intelligendum est, ne præstetur, scilicet in contractibus de se validis absque iuramento, sed in contractibus, qui iuramento confirmantur nõ proeedit lex illa, Non dubium, prout in similibus diximus latius in l. in. 1. lib. 4. supra, prout est cõtractus iste fidei iussoris & intercessionis pro marito, vbi licitum est iurare, aliter enim nihil valeret alis contractus quantumuis huic legi renuntiauerit, hoc enim operatur iuramentum in nostro

casu quemadmodum & antea operabatur, scilicet, quod si mulier pro alio tertio fideiubebat neque renuntiabat Velleiano certiorata de eo, nihil valebat contractus, * *secundum glos. sciendum. ff. de verbor. obligat. communiter approbatam, secundum Decium l. petens col. 3. Cod. de probat. pro quo est tex. in l. 3. tit. 12. partit. 5.* sed si licet Velleiano non renuntiaret, iurabat contractum & fideiussionem, 12 valebat, † & valet talis contractus, *prout communem testatur Ias. in d. l. sciendum num. 31. fol. 53. & Tiraquel. late in l. si unquam in prefatione num. 186. cum sex sequentibus, Cod. de reuocan. donation. & Mencha. de successio. creatione. §. 28. numer. 61. & Marc. Ant. ubi supra, d. 4. part. num. 61. & Hippolit. in practica §. 2. numero 64. Pala. Rub. in d. §. 47. col. 2. & gloss. in d. l. 3. tit. 12. partit. 5. & Guterium ubi supra num. 20.* Ergo itidem in nostro casu cum pro marito suo fideiubet, vt quamuis renuntiet nostræ legis remedio & Velleiano non obligetur, *ex l. nostra & eius dispositione, nisi iuret, & sic* 13 *est, lege nostra attentata maxima differentia, * an mulier fideiubeat pro tertio aliquo, an verò pro marito suo, nam si pro tertio aliquo fideiubet, sufficit quod renuntiet Velleiano de cuius remedio in scriptura Tabellio fide præstat se mulierem certiorasse, prout quotidie fit & asserunt prædicti Doct. præsertim Guterius ubi supra. dict. capit. 20. & Anton. Gom. tom. 2. d. cap. 13. num. 17. & tunc si mulier hæc nupta est, licentia mariti requiritur, non tamen iuramentum si maior est 25. annorum, nec interponi tunc potest iuramentum propter prohibitionem l. 11. tit. 1. sup. lib. precedentie nisi in casibus ibi permissis, sed si pro marito suo mulier fideiubeat vel cum eo & eius respectu intercedat, tunc utique nõ sufficiet solo Velleiano cum dicta certioratione renuntiare, verum & legi nostræ & partitarum & similibus alijs, & hypothecæ ac obligationi bonorum dotalium & aliorum ei peruenientium renuntiandum est, & iuranda est scriptura illa & contractus quantumvis talis mulier maior sit 25. annorum, prout supra dictum est, cum Greg. in dict. l. 3. & hoc ex text. nostro & tradit Pala. Rub. in Rubr. §. 17. num. 14. & 20. & 21. & post hæc multum vidi Matthiæno, hic in sine gloss. 1. succinctè considerantem. Imo & plus requirebat ipse Pala. Rub. ibidem vt valeret talis intercessio pro marito vel cum eo, scilicet quod adhuc tunc cum supradictæ renuntiationes fierent debebant marito remanere bona ex quibus mulier ipsa satisfieri posset pro dote sua, & itidem tempore restitutionis dotis bona superstantia & sufficientia pro dotis solutione requirebat ipse Pala. Rub. in nu. 21. prout & asserit Matth. Affli. decis. 313. & Ferrara, in practica. in forma lib. in acti. hip. in gloss. exceptionem excusationis, versic. sed pone questionem, ubi inquit quod sit cautus contrahens cum viro existente non soluendo, quod accipiat fideiussorem & expromissorem nec sit contentus quod eius vxor consentiat tali contractui, & iuri hypotecarum renuntiet, quia cum tunc maritus non sit soluendo, induci videtur quædam tacita donatio vxoris in virum, quæ de iure reprobata est, & sic non erit securus & adeo hoc ampliat ibi Ferrara, quod quamuis mulier iuret non sufficiet, & sic Pala. Rub. ubi supra. num. 23. Inquit in hisce casibus tria debere concurrere vt contrahenti cum tali muliere & cum marito suo consulatur. Veruntamen est quod ibidem ipse cū*

Nova
confide
ratio.

Pala. Rub. inquit esse verissimum, quod si iuramentum mulieris in tali contractu & scriptura interuenerit, nullum remedium vxori superest ex eo quod maritus † tunc nec tempore restitutionis 14 dotis non esset soluendo, prout & in effectu tenuit Afflictis ubi supra. decis. 311. nu. 4. ubi inquit ita fuisse iudicatum in consil. Neapol. & hanc dicit communem opinionem Villalobos in arario mille commun. opin. lit. 1. num. 193. & ita videmus vti & practicari quotidie & iure optimo, quia licet hæc esset donatio inter virum & vxorem, tamen ex vi iuramenti confirmatur, vt est communis opinio teste Couarr. in 2. p. Rub. de test. numero 10. & Due. in regul. 219. ampliatione 2. & veriore & communiore testatur Roland. Valle consil. 93. num. 4. volu. 1. vbi, num. 5. limitat, & nos ter doctor Gutier. in suo Tract. de iurament. confirm. 1. p. cap. 3. num. 7. & quia cum iuramentum hoc possit seruari sine interitu salutis æternæ omnino seruandum est. Verum tamen est quod si mulier hæc esset minor non sufficeret iurare contractum quia tunc præsumitur eam iurasse ratione minoris ætatis, argumento dictorum per Tellium, in l. 17. Taur. num. 108. in medio, sed esset necesse dicere & iurare, quod non solum ratione minoris ætatis, verum quod nec ex alia quacunque causa * veniet contra eum, vt optime aduertit 15 Tellius ibi num. 111. & gloss. legis 56. tit. 5. p. 5. & fuit prius aliorum per eos relatorum, inquit tamen Afflictis decis. 312. vt ad priora reuertamur, decisum & conclusum fuisse quod si non adsit iuramentum mulieris in tali scriptura in qua cum marito suo te obligat tanquam fideiussor, vel de mancomum, sed vir cum consensu vxoris vendit & renuntiat hypothecæ, & adsit aliquis extraneus obligatus cū marito pro restitutione dotis, quod soluto matrimonio non potest mulier ipsa agere pro bonis illis alienatis consequendis, * cum ab extraneo illo 16 possit dotem suam petere. Quærit tamen ipse Matthæus Afflict. decis. 209. quod si non iuretur, nec aliquis intercedat & obligetur pro restitutione dotis, confitetur tamen mulier pecuniam illam venditionis illius ad manus suas peruenisse, num satis erit, & duo membra constituit, de quibus infra hæc lege dicemus: tu tamen semper facies mulierem pro marito suo fideiubeantem vel cum eo insimul se obligantem quod renuntiet Velleiano, de quo asserat se certioratam per tabellionem, & tabellio det fidem de hoc, & renuntiet insuper legi partitarum & nostræ Tauri & iuri & obligationi pignoris & hypothecæ pro dotalibus rebus, aris, paraphernis & donationibus ante vel propter nuptias & alijs quibuscunque bonis competentibus. Insuperque fateatur pecuniam illam ad manus suas peruenisse & contractum in utilitatem ipsius redundare, iuretque ipsum contractum & scripturam & promittat sub iuramento illo se vel alium pro ea nunquam contra venturam contractui illi, ratione minoris ætatis si minor est 25. annorum, nec ratione læsionis aut alterius cuiuslibet & cuiuscunque causæ maioris vel minoris, & quod non petet ab hoc iuramento relaxationem, &c. & sic remanebis securus: in causa tamen fundi dotalis potest mulier pro marito fideiubere, * 17 *secundum Pet. Collal. in l. de die in sine ff. qui satisfacti cogantur, & probat. l. 3. tit. 22. part. 5.*

Ibi, *Atunque se digna lege*, ex his verbis videtur, quod cum mulier fideiubet pro marito nullo modo

Consi-
lium
an: ho-
ris.

modo teneatur quantumuis allegetur versum in eius vtilitatem contractum illum, imo & etiam si probetur, vt differat à versic. seq. cum intercedit, de mancomum, cum suo marito. Sed quia durus est hic sermo, dicendum est & verius mentem legis nostræ in his verbis esse, scilicet quod quantumuis in quolibet horum casuum vel cum fideiubet mulier pro marito suo, vel intercedit cum eo de mancomum, in instrumento fideiussionis, vel cōmunitatis, dicat & fateatur mulier in eius versum esse vtilitatem, nisi ita, † probetur esse, non sufficiat, prout & tenebat Bart. text. ibi in d. *Aub.* si qua mulier Cod. ad Velleia. & Rebu. alios referens in cōpendio alienati rerum Ecclesia numero 39. sed si probaretur vtilitas hic, tunc in quolibet dictorum casuum fideiussionis videlicet & cōmunitatis cum marito, & mulier ipsa itidem teneatur & obligetur, quia non assertioni & allegationi vtilitatis huius est standum sed probationi, & sic versiculus ille, saluo, omnium præcedentium est limitatiuus, & hic est verus intellectus nostri text. quem huic legi longe multo antequam Matien. super hac scriberet lege, assignavi & scriptum habebam, & gauisus sum cum vidi hanc eius scripturam idem volentem in præsentī in glo. 1. qui quidem & dubitat, quæ nam vtilitas poterit esse hæc ex fideiussione mulieri resultans, nam fideiubere est perdere, igitur nulla vtilitas mulieri ex fideiussione potest provenire, & sic intellectus de nihilo fertur, & ideo ipse considerat duas vtilitates, prima est si propter fideiussionem aliquid datur mulieri fideiubenti, secunda si forte ex fideiussione aliquid lucretur, cuius & ipsa dimidiam habet: & licet prima possit esse vtilitas, secunda verò non erit considerabilis, quoniam quantumuis ex fideiussione non teneatur, tenebitur tamen ex acceptatione lucrorum, & sic nullius erit considerationis secunda hæc vtilitas. Aliæ tamen vtilitates provenire poterūt, puta si propter fideiussionem mulier hæc provideat evictioni & indemnitati aliorum bonorum, siue dotalium, siue paraphernaliū, vel ex alia parte, propter fideiussionem maiorem sp̄e lucri speret, prout quotidie experientia docebimur, & casus contingens demonstrabit. Ibi, *Y ansi mismo mandamos*, Ex ijs verbis colligitur secunda nostri text. conclusio quam in principio eius proposuimus, processitque text. nostri dispositio ex text. in d. *Aub.* Si qua mulier Cod. ad Velleia. qui text. in omni contractu, † secundum Bart. ibi. intelligitur: Imò & in omni se obligandi modo pro marito, prout ex verbis illis, (*crediti in instrumento consentiat proprio viro, aut scribat, & propriam substantiam, aut seipsam obligatam faciat*) constat: & sic verba illa de utroque possunt intelligi.

Ibi, *A mancomum*, id est, tanquam duo rei principales, non vt ex ijs verbis in solidum vnusquisque teneatur, non enim tenentur, sed tantum pro partibus æqualibus, vt probatur ex l. 1. tit. 16. inf. isto lib. vbi latius Deo volente dicemus, & verbum ipsum, *mancomum*, hoc denotat, id est, manu † communi, & sic pro dimidia inter duos, & pro æqualibus partibus inter plures quam duos, nisi in solidum vnusquisque eorum obligetur, nam tunc quilibet in solidum tenebitur, vt ex d. l. 1. patet, & sic in hoc casu à fortiori procedet noster text. vt si pro minori summa, & sic pro debiti medietate vxor non potest obligari, non poterit pro maiori,

& sic in solidum, prout consideravit Cast. hic super his verbis & bene, nisi sit dotando filiam communem illius matrimonij, secundum quod dicemus in l. 8. in glos. *Que lo pague, tit. 9. infra isto libro*, & in hac lege iterum repero.

Ibi, *Marido y muger*, Idem dicas, si mulier nupta contractui patris sui viri, vel fratris mariti, siue filij sui, qui est in potestate mariti sui, & ambo in potestate soceri existunt, consentiat, secundum Pal. Rub. in rubr. §. 42. nu. 4. fol. 23. in magnis, quod vsquequaque pro nunc vt verum non affirmo, & alibi examinandum relinquo, nisi in casu in quo contemplatione mariti sui & ob eiusdem mariti vtilitatem & causam id fieret, nam tunc placeret dictum illud Palat. Rub. non verò aliter.

Ibi, *No sea obligada*, Adeò vt quamuis consentiat alienationi rei dotalis, possit rem illam soluto matrimonio petere, nisi talis alienatio fieret ad dotandum filiam communem, nam tunc tenebitur ei stare * ex text. in l. 8. tit. 9. infra isto lib. neque soluto matrimonio poterit contrauenire, secundum Baex. de dote filiarum cap. 11. num. 41. cum quinque sequentibus maxime num. 46. & sic cessabit iam cōmunis illa relata * per Bald. Nouel. de dote 6. parte priuil. 3. dicens quod si pater & mater insimul promittant dotem filia communi, mater magis videtur cum marito suo promisisse animo repetendi, quam de suo aliquid donandi, quem refert & sequitur Palat. Rub. in rub. §. 66. numero 11. fol. 46. & Ben. in c. Raynuntius, verbo dotem quam, num. 24. communis secundum Aymon. Crauet. consil. 77. col. 2. vol. 1. quæ quidem, vt dixi, cessat, ex d. l. 8. vt aduertit optime Baexa, vbi supra, imò, quod iam tenebitur cum effectu mulier pro parte sibi competente soluere ex parte sua dotem promissam filia communi insimul cum marito suo, secundum formam à dict. l. 8. constitutam: Imò & tunc cum ex d. l. 8. mulier vxorata obligare se possit cum marito suo pro dote filia communis non erit necessarium iuramentum, licet apponi possit sine pœna, ex l. 11. tit. 1. supra libr. 4. neque renuntiari nostræ. l. licet securius erit, & renuntiare nostræ legi, & vxorē iurare: Et cuius effectus sit * mulierem cum marito obligari, vide Boer. decis. 23. numero 7. cum duobus sequentibus. Ex quibus cum per quosdam ex vicinis ciuitatis de Cordoua, vbi dicta communio multiplicatorum durante matrimonio acquiritorum non vitur inter maritū & vxorem, fuissē consultus in hac materia. Respondi, quod in ciuitate illa esset adhuc seruanda dicta communis opinio & doctrina Bal. Nouelli, vbi supr. & relati per glo. 1. l. 9. tit. 11. par. 4. & p. Baexan in d. cap. 11. num. 41. cum quatuor seq. Pal. Rub. & aliorum supra relatorum, scilicet, quod ibidem in Cordoua & in similibus locis * in dubio vxor insimul cum marito se obligans ad dotem filia communis censetur animo repetendi à bonis mariti se obligare & repetere posse, id quod ex bonis ipsius vxoris pro dote illa fuerit solutum, nam licet obligatio quo ad generum valeat ex l. 3. tit. 12. p. 5. & veriore restatur Baex. vbi supr. num. 37. quoad bona tamen mariti mulieri huic dabitur repetitio, ex dictis per Aymo. vbi supr. & Corn. & alios relatos per Baecan. vbi supra. num. 41. cum sequentibus. & iterum in cap. 12. num. 3. Præsertim si maritus erat diues tempore promissionis, nam dicta l. 8. quæ 53. Tauri.

Tauri. quoad loca ubi mulieri medietas multiplicatorum competit, procedit, non vero quoad alia. Sed si de enixa & determinata voluntate vxoris constaret volentis de suo promittere dotem tunc
 25 & teneretur * & repetitioni locus deficeret, etiam in Corduba & similibus locis, in dubio verò, *ut dixi*, in Corduba & similibus locis repetet vxor, tum quia onus dotandi ad maritum pertinet, *ut l. fi. C. de dot. promiss. & l. 9. tit. 11. part. 4.* tum etiã quia vt fideiusor mariti videretur intercessisse, *ex latè dictis per Armon. cons. 91. lib. 1. que notanda sunt.*

Ibi, saluo si se probare. Delumptum est hoc à lege, *ita constante ff. de iur. dot. ad hoc allegata per Soci. Juniores, cons. 28. num. 9. vol. 2. & Molin. de Primogen. Hisp. lib. 4. cap. 4. num. 2.* & faciunt dicta de minore filiofam. per Doctore nostrum Gutierrez in Aurb. Sacramenta puerum, num. 79. cum pluribus sequentibus. C. si aduer. ven. & exemplificari potest, quoties ex pecunia habita ex re dotali filia aliqua illius matrimonij dotatur per patrem & matrem, tunc enim quoniam dos debet *secundũ d. l. 53. Tau.* solui de bonis mariti & vxoris dotantium, si multiplicata deficiunt, nõ poterit petere vxor rem illam alienatam & datam pro dote * filia communis, eò quod in eius vtilitatem versum est. Imò & si pro dote & libertate vxor fideiubeat non iuuatur † Velleiano, *ex l. dotare, & ex l. pen. C. ad Vellei. & l. 3. tit. 12. part. 5.* quas in omni pia causa intelligit Roma. & relati per Tyra. de prinil. cau. pie, prinil. 113. Et nota quod versiculum iste non solum ad versiculum proximè præcedentem, cum mulier se cum marito, obligat de manconium, refertur, sed & ad superiorem, cum vt mariti sui fideiusor intercedit, *prout in glos. Aunque digã y alogue, dictum remanet*, & in hoc casu cum probatur vtilitatem
 26 cõtractus versam † in fauorem huius mulieris, vel quoties pro redditibus regijs cũ marito sese obligat, non erit necessaria renũtiatio nostræ legis, nec iuramentum, quoniã obligatur in casu à iure permissio, licet, & tunc requiretur remedio Velleiani & similibus & hypothecæ dotis & bonorum renuntari, nisi esset talis mulier minor 25. annorũ, nam tunc propter minorem ætatem iurare teneatur, licet indistinctè videamus iurari quotidie cõtractũ, siuè in vtilitatem mulieris vertatur, vel nõ, prout in dubio consulo fieri & legi nostræ & similibus renuntari, quoniam interim quod non constat an in vtilitatem mulieris redundauerit, licitè iuratur, & cautè renuntiatur, in casu tamè quo notoria esset vtilitas non esset necessarium iuramentũ, si cõtractus non esset aliàs de requirẽtibus iurare ad eius validitatem, nè fortè in periculo validitas cõtractus apponatur, & tabellio in amissione officij incurrat. Qualiter autè constabit & probari
 29 poterit, cõtractum vtilè * esse mulieri, tradit Ferrera in pract. in for. lib. 3. in acti. hypo. glo. 1. & Couar. alios allegans. lib. 2. var. c. 17. nu. 3. in princ. & optima. l. 3. ti. 1. p. 5. & dixi. in l. 6. glos. si monstrare. tit. 2. lib. 1. supra, & qualiter succurratur mulieri, vel ciuitati mutuãti vt possit mutuũ † recuperare, optimè per Ferrera. *ubi supra*, cuius doctrina aliquando mihi profuit. Ex quibus asseritur per DD. quod si maritus accepit mutuũ tẽpore, quo illud soluendo non erat, & illud cõuertit in alenda vxore, tenetur vxor pro mutuo illo. Imò & aduersus filios res maternas possidẽtes potest mutuans agere, * *secundum Bart. & alios relatos per Bae. de debitore inope, ca. 1. nu. 53. &*

54. & Castillo hic. nu. 22. 25. & 26. & Matienço hic in glo. 4. nu. 2. & hanc receptiorem & veriorem testatur Lara. in l. si quis à liberis §. si quis ex ijs nu. 101. ff. de lib. agn. qui à nu. 83. vsque ad 115. ex professo id examinat, & tandem Bart. & Castelli contra Decium opinionem probat, nam necessitas famis efficit, vt & res dotalis † pro alenda vxore & filijs vendi possit, *secundum* 32
 Palat. Rub. in rubr. §. 17. nu. 17. sic in cancellaria iudicatum asserentem, & ita DD. teneri inquit Soc. Iun. d. cons. 28. nu. 9. vol. 2. per text. in d. l. ita constante & Moli. d. c. 4. nu. 2. & Pala. Rub. hic, eo quod tunc maritus, quia inops est, mulierem suam alere non tenetur, & ex text. nostro probatur. Ibi, *Eneras en las cosas que el marido la era obligado a dar.* Si ergo maritus ei dare non tenetur, quia inops est, in vxoris vtilitatem versum esse censetur, & sic teneri debent vxor & filij eius de rebus dotalibus soluere. Ex quo si maritus inops conduxit domum, ubi cum vxore vixit, tenebitur vxor propensione domus, quia maritus inops ei habitationem præbere non tenebatur, tenereturque vxor alere maritum * ino- 33
 pem, *secundum Bart. in l. si cum dote §. si in autem, nu. 6. ff. sol. mat. ubi inquit hanc sententiam DD. approbare, & plures eam sequentes refert Lara, in d. l. si quis à liberis §. si quis ex his, nu. 14. & 15. ff. de lib. agn. & cui debentur alimenta debetur & domus ad habitandum, † quia sine hospitio non potest duci vita ho-* 34
 minis, *secundum glo. Do morem in l. 2. tit. 19. partit. 4.* Sed an mutuans mulieri nuptæ, vel emens à muliere & eius viro debeat † esse sollicitus quod pecunia illa mutui vel emptionis conuertatur in vtilitatem mulieris, vel in eo ad quod mutuatur vel datur. Ferrera. *ubi supra*, inquit quod sic, *cum Paul. in l. quod si seruus ff. de in rem verso.* cuius contrarium tenuit Bar. in l. doli mali. ff. de noua. de quo & per DD. in l. 1. de deposito. & per Abb. in c. in quibusdam. num. 4. & 9. de fideiusor. & Alexand. in d. l. ciuitas n. 11. ff. si cert. pet. tradit an id in omnibus cõtractibus. procedat. Et an in omnibus personis idem sit disserit Costalius, in ea l. ciuitas & tradit hæc optime Deci. in l. creditor ff. si cert. pet. & de hac contrarietate perpẽdit. D. Gutierrez. in allegationibus suis, allegati. 1. & diximus in l. 6. tit. 2. lib. 1. supra nu. 17. hæc & alia. Quis tamen tenebitur in nostra probare materia, con- 36
 tractum versum in mulieris vtilitatem † dic quod ille, qui in ea se fundat *ut probat lex nostra, ibi. Saluo si se probare.* Quia est fundamentum suæ intentionis, *ut tenet Did. Perez. in lib. 1. ord. col. 66.* Sed an cum mulier & vir vendunt, præsumatur æqualiter 37
 pecunia potiri * vide Boeri. *decisi. 23. numero primo, cum sequentibus aliquibus.*

Ibi, *Pero si lo que conuertio*, Limitat præcedentè versiculum, vt tunc demum mulier obligata cũ marito suo teneatur pro rata vtilitatis sibi iniunctæ ex cõtractu, quoties est super alijs quam super his quæ maritus omnino mulieri præstare tenetur, tunc enim nullo modo mulier teneretur etiã si probaretur in eius verã vtilitatẽ, prout sunt alimẽta, vestitus, habitatio, & medicinæ, ac medici: tenetur enim maritus vxorem infirmam † curare, & medicũ ad hoc adhibere, *secundum Castillo hic n. 27. & 28. & Ioannem Garfam. in tit. de expensis & melioratio. cap. 3. nu. 44. & cap. 4. n. 24.* nec potest maritus repetere expensã, in hoc *secundum Pala. Rub. in rep. 1. c. n. 3. §. 1. fol. 85. in medio in magnis.* Et ideo si secundũ statuta maritus lucratur partem aliquam dotis, perdet illam
 * si

39 † si medicū non adhibuit, secundum Cepolam litem si serui. S. si mancipium nu. 5. ff. de adilitio edicto. pagin. 117. in paruis, & perdit itidem id quod vxor ei in testamento relinquebat, vt per text. Socinum. conf. 105. num. 1. & fin. lib. 3. ex text. l. 3. ff. de his quibus vt indig. & ex dictis & ex nostra lege declarabis sic text. in Auth. si qua mulier C. ad Velleian. & similes disponentes mulierem teneri in eo quod ad ipsius transit vtilitatem, nam procedit nisi sit de his ad quæ omnino maritus tenetur.

Ibi, En vestir la, Con. l. quod si nulla & ibi, Bari ff. de religio. & sumpti. fun. & gl. cap. clericus victum. 91. dist. Silua. nuptialis lib. 1. nu. 2. cum sequentibus. Traq. in l. 1. connubiali. col. 2. & an vendere possit * mulier rem suam, vltra Castillo hic num. 20. vide Anton. Gom. l. 51. Tauri. num. 62. & hæc pro hac lege, cetera præscribentes super ea videbuntur.

S V M M A R I V M.

- 1 Mulier pro debito incarcerari non potest etiam si sit fisci, num. 1. & nu. 2. & 5.
- 3 Etiam si ad hoc se obliget, & n. 3. etiam pro tutela administratione.
- 4 Mulier tutrix filiorum aut descendendum nõ tenetur nisi in quantum facere potest, nu. 4.
- 6 Renuntiare mulier nostra legi & eius remedio non potest. 6. & 7. contra Bar. dicentē renuntiano omni alij legi auxilio incarcerari posse.
- 8 Mulier si sit hæres debitoris fisci an possit incarcerari.
- 9 Mulier etiam per sententiam tondemmata ad debitum soluendum incarcerari non potest 9. vbi idem si per instrumentum.
- 10 Iudex iubens mulierem pro debito incarcerari, capite punitur. 10.
- 11 Mulier aut nobilis vel alia persona qua ob debitum incarcerari non potest, si sit debitor alterius sic priuilegiatae personæ an incarcerabitur, nu. 11. cum sequentibus vsque ad 22.
- 12 Priuilegia scholaribus cõpetentia non cõpetunt quãdo agunt contra alios scholares. 12. vbi ad minorem & ad viduã extenditur, vt contra similem non vtantur priuilegijs suis, nu. 13. & 14. Declara vt n. 19. & 20. & 21.
- 15 Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non gaudet priuilegio suo. 15. quod aliquibus modis declaratur, à num. 17. 18. & 19.
- 21 Ecclesia instituta hæres an possit detrabere Falcidiam de legato alteri Ecclesie relicto. 22.
- 23 Ecclesia contrahens cum alia Ecclesia restitui potest si damnificatur. 23.
- 24 Mulier fideiubens potest vti Velleiano contra aliam mulierem. 24.
- 25 Filius fam. tutus exceptione Macedoniari potest ea vti contra alium filium. 25.
- 26 Pauper contra pauperem vtitur priuilegio ne conueniatur vltra quam potest. 26.
- 27 Mulier pro debito ex delicto descendens incarcerari potest. 27. vbi & idem si ex quasi delicto procedat, debet tamen in loco honesto incarcerari si honesta sit. 28.
- 29 Mulieres inhonestæ & meretrices etiam à con-

uersatione virorum sunt abijciendæ. 29.
30 Mulier si occulte luxurietur non sufficit vt incarceretur. 30.

- 31 Impudica mulier qua dicatur. 31.
- 32 Mulier nobilis vel nupta etiam si inhoneste viuat, carcerari non potest pro debito civili. 32.
- 33 Potest mulier nupta adultera incarcerari quoties maritus consentit adulteria. 33. dū tamē prius constet de tali scientia & patientia.
- 34 Adulterium si est simul cum incestu an possit mulier nupta incarcerari. 34. vbi nu. 35. an iudex contra talem possit procedere, & num. 36. opinio autoris, vsque ad 43.
- 37 Casus mixtus quando sub simplici comprehendatur. 37.
- 38 Dubios & incertos casus debemus in hoc sensu accipere, in quo minus ledat. 38. 39. 40. & 41.
- 42 Concurrentibus causa qua nocet, & causa qua prodest, attendatur nociua, nisi sint sub vno & eodem et subiecto, 42.
- 43 Intellectus ad l. vim passam. S. prescriptione ff. de adulter. dict. num. 42.
- 43 Cautela an dari possit vt mulier nupta possit pro debito civili carcerari. 43.
- 44 Causa criminalis qua dicatur, vt reus relaxari sub fideiussoribus non possit. 44.
- 45 Mulier diues vel honesta etiam non nupta non debet incarcerari, nisi pro delicto vbi veniret impanēda pœna corporalis, sed debet imponi in domo cuiusdam honestæ matronæ sub fideiussione. 45.
- 46 Mulier an quoties est in fuga possit pro debito incarcerari. 46.
- 47 Mulier capi potest pro debito civili quoties de debito liquido constaret, & mulier malitiosè non solueret dum bona haberet. 47. vbi & idem in clerico dicitur.
- 48 Serua lena, vel venefica pro debito civili capi potest. 48. contra tenet autor in serua.

Lex 10. quæ erat 62. Tauri.

S V M M A R I V M.

Nulla mulier pro debito, dummodo ex delicto non descendat, incarcerari potest, nisi inhonestè & luxuriosè viuat.

Ibi, Por ninguna deuda. Et sic indefinita hæc æquipollet vniuersali, præsertim cū in singulari sit prolata, ex iuribus vulgaribus, & per cõsequens etiam si † sit fisci, secundum text. similem huic in Auth. Hodie C. de custo. reorum, & plura alia iura qua allegat Dueñas, in reg. 312. vbi ampliat & limitat aliquibus modis, & tradit Plaça de delictis. c. 34. per totum, & Baeza de debitore inope. c. 15. n. 2. cū 3. seq. & Men. de arb. iud. lib. 1. q. 88. n. 10. cum seqq. & ampliatur etiã si mulier * ad hoc se obligauerit, secundum Reb. in 1. to. const. Frã. tit. de lit. oblig. art. 11. glo. 3. n. 5. & comunem testatur Con. inf. allegandus in num. 5.

etiam si Baeza, *vbi supra* nu. 6. aliud velit, & in nostro regno lex nostra & ei similes vtuntur, licet in Francia non vti dictam Aut. *Hodie*. asserat Rebuf. *vbi supra* n. fin. Tertio ampliatur lex nostra, vt etiam

3 si sit pro debito † tutela, quā mulier administravit, incarcerari non possit, si honesta est, nec luxuriosè viuūt, & id probatur ex vniuersali negatiua nostri text. & ex exceptione inhonestatis tantum in l. nostra apposita, quæ exceptio firmat in omnibus alijs regulam in contrariū, & quia mulier tutrix filij vel descendētis (quoniam de alijs non potest munus hoc exercere) non tenetur nisi in

4 quantum facere * potest, vt per Villalobos in arario. *litera M. nu. 51. ex text. in l. sunt qui in id, cum sequent. aliquibus ff. de re iud. §. text. in l. 5. tit. 15. part. 5.* ideo nimirum si incarcerari non possit, prout in alio proposito dixi in l. 23. nu. 11. tit. 7. lib. 3. supra, & latius in l. fi. iii. de las entregas, lib. 4. *supra* n. 65. & sic hanc opinionem tenuit Bari. in l. si quis sub conditione. nu. 20. ff. de testam. tutela & alij plures relati & secuti per Matienzo hic glo. 1. n. 8. & Hipolit. in pract. §. attingunt. n. 65. & Men. de arbitra. iud. lib. 1. quæst. 88. nu. 12. quidquid contrarium voluerit tenere Bart. & cum eo

5 glo. l. 3. tit. 7. part. 3. Adeo vt etsi mulier paciscatur contrarium, adhuc * tunc non possit incarcerari, vt supra diximus ex Rebuffo. & communem testatur Cou. 2. var. c. 1. n. 3. & in c. quamuis pactum 2. p. in prim. num. 7. & Mench. de successione. §. 22. n. 82. Nam

6 neque renuntari * huic legi potest, secundum Abiles in procmio c. prat. fol. 5. num. 7. quod verius est, secundum cum ibi, & additio Bart. in d. l. si quis sub conditione nu. 18. *litera D.* contra Bart. *ibidem*. * tenentem, quod si renuntiat omni alio legū auxilio incarcerari possit, contra quem etiam tenet Cou. *vbi supra*. & late Baeza de decima tutorum c. 4. n. 46. & 78. & Minchaca controuersia illustri. ca. 97. per totum. & idem Baeza de debitore inope. c. 16. n. 58. & Dueñas d. reg. 312. limi. 2. et Villalobos *vbi supra* d. n. 51. & Olanus in Concordia Antino. verbo *Mulier*, & hoc ex l. nost. verum & iuridicum iudico: iure tamen communi

7 attento fatuum esse à communi contraria discedere assererat Viuius lib. 2. *communium suarum opinionum*, opinio. 37. quam sanctam & communem *ibi* Qu. 1. assererat. Sed an si mulier sit hæres debitoris fisci,

8 possit * incarcerari, vide Minchacā de success. creatione. §. 26. n. 83. imo & quod plus est, scilicet quod quamuis mulier sit per sententiam condēnata ad debitum soluendum, adhuc tūc † incarcerari non potest, sicut nec posset quantumuis per instrumētum esset obligata ad soluendū debitum aliquod per tex. hic expressum, quidquid de iure civili vellet aliud dicere Addition. Bart. in l. 2. in fi. C. de exactio. trib. lib. 10. imo & quod fortius est, iudex iubēs mulierem aliquam pro debito civili incarcerari, capite * punitur, secund. Amadeum de sindicatu. nu. 11. fol. 73. in paruis. Ex quibus inferebat modernus quidam noster Gomezius Leon in Centuria sua informationum iuris, loco. 14. n. 7. quod cū mulieres incarcerari non possint, neq; tenebuntur vltra quod facere possunt, quod tamen est pessimū argumentum, quoniam illi tantum non tenētur vltra quod facere possunt, qui expressi in iure reperiuntur declarati. Et nobilis non incarceratur, & tamen tenetur vltra quod facere potest, & sic istud argumentū est falsum, contrariū tamen argumentum est verum, non tenetur vltra quod facere potest, ergo non potest incarcerari, & sic cauendū est ab illo

argumento generali illius moderni. Est tamē quæstionis, num si nobilis vel persona quæ incarcerari non potest, debeat debitum aliquod alteri nobili, & personæ simile priuilegiū habenti, an & in hoc casu gaudebit † debitor hic dicta prerogatiua, nē

11 incarceretur. Et videtur dicendum quod non gaudebit, ex singulari doctrina Baldi. in l. 2. C. de priuileg. officiorum, dicentis quod priuilegia concessa scholaribus per Aut. *Habita*. Cod. ne filius pro patre, non competunt † eis, quando agunt contra alios scholares, quem sequitur Gomezius in §. rursus. num. 27. *Instit. de actionib.* Secundò facit doctrina Alex. consil. 103. volu. 4. quem sequitur Hieronymus Gratus, consil. 61. aut. 67. secundum alium ordinem, nu. 20. vol. 1. dicētis quod quando minor agit contra cōmunitatem, quæ etiam potitur iure minoris ætatis, nō potest restitui aduersus illam * cōmunitatem, & sic inquit Couar. in pract. cap. 7. nu. 4. quod mulier vidua non potest vti priuilegio suo vocandi ad curiam aliam viduam, vel minorem, * quasi regula

14 generali cautum sit, quod priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non gaudet * priuilegio suo, text. in cap. auditis, in fi. de integ. restit. text. in e. cum pro causa, de sententia excomm. text. in l. verum §. fi. 2. Respons. ff. de minoribus glo. in l. fi. ff. ex quibus causis maio. las. nu. 56. Gomezius 27. in d. §. rursus, & sic in specie videtur tenere Angelus in l. 1. ff. de offic. pratoris. His tamē non obstantibus contrariū tenēdū est, imo quod adhuc tunc nobilis gaudeat dicta prerogatiua nē incarceretur † pro debito civili alteri nobili soluendo, per text. in l. sed & milites. vers. cōequalitas ff. de excusa. tuto. & text. in cap. auditis in fin. de integ. restit. vbi probatur quod priuilegiatus contra alium † priuilegiatum vritur

17 priuilegio suo. Cui quidem regulæ non obstat & illa alia regula contraria pro prima opinione adducta, scilicet, quod priuilegiatus contra pariter priuilegiatū non vritur priuilegio suo, hæc enim regula procedit quando ambo † priuilegiati sunt

18 in specie de qua agitur, vt communem testatur Cou. d. num. 4. prout in casu tradito per eum *ibi*, videlicet in muliere vidua vocante minorem, aut pupillum, vel miserabilem aliam personam, ad curiā regiam in prima instantia virtute priuilegij, quod habet vidua alios sic conueniendū, hoc tamen priuilegio in hoc casu & sic contra minorem & personam miserabilem vidua vti nō poterit, eo quod persona miserabilis habet aliud priuilegium * in

19 specie contrarium ex l. 41. tit. 18. part. 3. quod vocari in ius quoad primam causarum cognitionem ad cancellariam neque ad curiā possit, & quia in specie priuilegiatur in hoc miserabilis hæc persona, nō potest per viduā trahi ad curiā in prima instātia. Et in hoc casu procedūt Baldi & aliorū doctrinæ pro prima allegatæ opinione, secus vero si vnus sit priuilegiatus in genere, alter vero non sit in specie in cōtrariū priuilegiat⁹, quia tūc vtetur priuilegio suo prout optimè declarat Bar. in l. fi. ff. ex quib. cau. maio. idē Bar. in auth. quas actiones. n. 3. C. de Sacros. Eccl. & *ibi* las. n. 16. idē las. in d. §. rursus. n. 56. & Go. n. 27. & Pau. de Morepico in rep. l. Titia. §. Titia cū nubere. col. 32. ff. de leg. 2. et Barb. consil. 38. col. 7. vol. 3. Abb. in c. auditis n. 8. de in int. re. cōmunis. vt clare sentit Dec. in c. in pres. n. 51. de pro. vel aliter & secūdò dici potest, quod quādo priuilegiatus qui agit est priuilegiatus in actū, & ille cōtra quē agitur, est priuilegiatus in habitu & potentia * tantū, tunc non vritur priuilegio suo,

suo, quod est idem in effectu cum superiori intellectu, *secundum Hom. dict. num. 27.* Vel aliter & tertio dici poterit, quod quando priuilegiatus actor agit de damno vitando, & ille contra quem agitur, agit de lucro captando, & tunc priuilegiatus agens de damno vitando præfertur & utitur priuilegio suo contra illum alium priuilegiatum tractantem de lucro captando, *secundum Ange. in dict. §. rursus. re-latum & securum per Ias. ibi. num. 56. & Gom. 27. in princ. & ante finem*, dicentem quod hæc Angeli solutio sibi videtur verior & minus periculosa & Decius *confi. 167. vol. 1. Hipoli. Singul. 99. Paulus cõ-si 37. vol. 2. & alij per eos relati, argum. legis finalis. C. de codicillis*, vbi nõ par ratio est lucra nõ capere, vel quæ sita amittere, & iste intellectus & primi relati sunt idem quod dixit Afflictis, *decis. 56.* scilicet, quod magis priuilegiatus præferri debet, & sic habens in specie secundum primum intellectum, & in actu secundum secundum intellectum, vel secundum tertium, agens de damno vitando, est magis priuilegiatus habentem priuilegium in genere, vel in habitu, vel de lucro captando tractante, prout ad o-culum patet, quia generi per speciem derogatur, potentiùsque est ius in esse deductum quam in spe & in euentu futuro, plusque fouetur damnificaturo, quam lucrum capturo. Ergo præferri debet magis priuilegiatus, & sic mulier vel nobilis aliam mulie-rem vel nobilem petentes incarcerari, non utique incarcerabuntur, quia habent priuilegium nõ in carcerentur pro debito ciuili, & hoc in actu & tractat de damno vitando. Ergo nullo modo incarcerari poterunt. Ex quibus omnibus inferri potest ad decisionem illius dubitatisimæ quæstionis, num, scilicet, Ecclesia instituta hæres possit detrahere Falcidiam de legato alteri Ecclesie relicto * & sic de legato pio. In quo Rõma. *in Authen. similiter, infra n. 40. speciali pia. causa circa ultimas voluntates. C. ad. l. Falcid.* inquit quod non potest, idem Rõma. *in l. Marcellus. in prin. ff. ad. Treb. & Alex. l. i. §. ad muni-cipium. nu. 2. ff. ad l. Falcid.* & hanc dicit veriore in puncto iuris, idem Alex. *in dict. l. Marcellus in princ.* & Gomezius *in dict. §. rursus. n. 27.* fundatur quod ex eo quod alia Ecclesie & loca pia, quibus legata sunt relicta reperirentur specialiter priuilegiata in legatis, Ecclesia verò instituta hæres in genere, legatariaq; Ecclesia priuilegiata est in actu, alia vero in habitu, item & legataria tractat de damno vitando, hæres verò de lucro captando. Ergo nõ debet gaudere priuilegio suo Ecclesia hæres institu-ta cõtra pariter priuilegiatam firmiori priuilegio & sic non defalcabitur legatũ. Contrariam tamen o-pinionem, imo quod defalcationi sit locus, tenent Dynus, Fulgo. & Angel. *in dict. §. ad municipiũ*, idem Angel. *in Authen. de Sanctis Epif. §. Sed hoc presentis*, & Abb. *in cap. cum causa. n. 2. de præbend.* idem Abb. alios allegans. *in cap. in presentia. col. fi. de appell. com-munis & ab ea non recedendum, secundum Deciũ ibidem num. 52.* fundaturque hac ratione, scilicet quia ratio propter quam non potest detrahi Falcidia de legatis pijs, cessat, quando Ecclesia est hæres instituta, & per consequens debet cessare dispositio. Item si bene consideramus, hæres est ille qui tractat de damno vitando, quoniam cum non habeat aliquid ex hereditate, quæ legatis exhausta est, si Falcidiam detrahere non potuisset, in damno esset, legataria verò in lucro, cum capere quærat, non verò perdere, igitur hæc secunda præualer

opinio. Secundò ex dictis infero quod Ecclesia quæ fecit contractũ cum alia Ecclesia & fuit in illo lesa, potest petere restitutionem in integrum aduersus illum contractum, contra aliam Ecclesiam, nec potest opponi quod ipsa est * priuilegiata, *secundum Abb. in cap. auditis. num. 3. per tex. ibi ad finem de in integrum rest. Ioan. And. in cap. in iudicijs, col. 6. de reg. iuris in. 6. in Mercuria.* Tertio infero quod mulier fideiubens potest vti Velleiano contra aliam mulierem, in cuius fauorem * fideiussit, *text. in. l. si. sine. C. ad Velleia. & ibi Bald. & omnes.* Quarto infero quòd filius familias qui est tutus exceptione Macedoniani potest illa vti contra alium & filium familias, *text. l. si filius. ff. ad Macedo. & ibi DD.* Quintò infero quod si pauper agit cõtra eum, qui non tenetur vltra quam facere potest, si obijciatur sibi exceptio inopiæ, alter prior pauper obtinebit replicando suam inopiam, & *ut tenet origina-liter Guillelmus de Cugno. l. si quis. ff. de pactis. & ibi Alue. Paul. & Bald. & Felin. in cap. dilecti filij. num. 5. extra. de exceptio. Hipoli. Singul. 99. quod est pulchrum ad. l. maritum. ff. solut. mar. & ad. l. sunt persona. ff. de reiud.* vnde si vxor agit ad dotem contra maritum eo casu quo agere potest, si maritus apponat exceptionem, se nõ posse teneri vltra quam facere possit, & vxor replicauerit se esse pauperem, obtinebit contra maritum, & sic de alijs, *secundum Bal. & Paul. in dict. l. si quis.* quæ omnia notanda quia singularia.

Ibi. *Que no descienda de delicto*, à contrario ergo sensu si ex delicto descendit, incarcerari & poterit, prout in nobili non incarcerando pro debito ciuili, disponit *text. in. l. 7. tit. 2. lib. 6. infra* vt si ex delicto debitum descendat incarceretur: ex quo corrigitur *text. in dict. Auth. hodie. C. de custodia reorum*, probans mulierem pro debito etiam ex delicto descendente incarcerari non posse, quod *ex tex. hic ut vides* corrigitur iam, & tradit Bæza *de debiore inope, capit. 15. num. 7. cum sequentibus aliquibus*, & ita consuetudine obtentum asserunt Imola, & alij relati per Clarum, *lib. 5. receptarum sentent. quæst. 28. numer. 3.* & post hæc refert Marienzo *hic in gloss. 2. vbi & ex Gomezio Arias in. l. 60. Tau. numer. 7.* idem esse inquit, si ex quasi delicto procedat, & hæc est prima nostri text. limitatio, debet tamen incarcerari in loco honesto, si honesta ipsa sit, & à conuersatione hominum remoto; *secundum text. in. l. 2. tit. 24. supra libr. præcedente*, & tenet Clarus *vbi supra*, & probat *text. in. l. 5. tit. 29. part. 7. vbi gloss. 1. ampliat* vt & inhonestæ etiam & meretrices debent esse separatæ à conuersatione viro- rum, & quia nec virorum honestas iniurianda est, debet- que tunc poni in alio carcere & non cum mulieri- bus honestis, quia meretrices non sunt dignæ legũ laqueis inodari. *l. ca. quæ. C. de adulter. secundum Pe-trum Alueri. & Saluet. in. l. quoniam. C. de custodia reorum.* Sed an debeat intelligi hæc limitatio in delicto ex quo pœna corporalis veniat imponenda, *in gloss. sequenti* videbimus

Ibi, *Si no fuere conocidamento mala de su persona*, Similis est *text. in. l. 2. tit. 24. supra li. 4. & l. 3. in princ. tit. 7. part. 3.* & attende ad verbum illud (*Conocidamento*) importat enim publicitatem, ita quod si occulte luxurietur, non sufficiat, * prout sufficeret si verbum istud non insereretur in nostra. l. Nã luxuriosa est illa, quæ aliũ quã maritũ cognoscit & incastè viuut. Mulier enim quæ passa est ab aliquo am-

31 plecti & osculari, impudica dicitur, † *secundū Bald. consil. 207. l. 4. relati. & secutum per clarum in l. si quis à libr. §. si quis ex his. n. 147. fol. 125. ff. de li. ag.* Et ideo nō sine mysterio lex nostra adiecit illud verbum (*Conocidamente*) ita quod publicè pateret incastitas mulieris vt carcerari pro debito civili posset. Et hæc est secunda nostri text. & eius principalis conclusionis limitatio de qua per Menoch. *de arbitr. iud. libro primo, quaest. 88 numer. 13. & Dueñas Regula. 312. limitatione prima.* non tamen esse necesse meretricari publicè fatendum est, sed sufficere si luxuriosè viuat, (publicè tamen) puta pro concubina publica alicuius, *secundum Couar. in quarto. 2. part. capi. 8. §. 11. num. 6. & Abiles plura in simili adducens in proœmio. cap. pratorum. num. 27. fol. 5. & Horoscium. l. satisque. ff. de in ius vocando. colum. 635.* dum tamen, *vt dixi & text. noster probat, si conocidamente mala de su persona.* Quod tamen sublimitabis verum esse & procedere nisi sit mulier nobilis, vel nupta, quia tunc etiam si inhonestè publice viuat, non incarcerabitur pro debito civili, 32 * *secundum Abiles ubi supra. & Hipolit. in pract. §. attingam. numero sexagesimo quinto. & Cifuentes hic & Conarr. & Horoscium ubi supra. & Caritium decis. Neapolita. 44. numero tertio. Additio Bartoli in lege nemo. numero quarto C. de exactio. tribu. libro decimo. & Meness. l. transigere. numero 93 C. de transact. & in muliere nupta, id sine dubio procedit, esset enim aliàs de adulterio eius cognoscere, de quo nulli alij quam marito secundum ius nostrum regium licet directe vel indirecte agere & tractare, ex l. prima, titulo decimo, libro octauo. infra, vt per Meness. ubi supra. numero 92. & 93. & Suarez in titulo. De los gouernos. §. quarto, numero sexto, pagina 417. & Pala. Rub. in repet. cap. §. 21. numero vigesimo secundo. folio 95. in magnis, & Hipolit. in Rub. de fideiussori, numero vigesimo primo. pagina. 641. in paruis. licet contra velit tenere glos. 2. l. 3. titulo septimo, part. 3. per text. ibi etiam in muliere nupta honestatem requirentem, qui quidem text. non obstat, non enim ex hoc quod dicta l. honestatem mulieris nuptæ requirat, censetur velle, quod si eam non seruauerit, possit incarcerari & de ea inquiri, cum adsit dicta l. expresse prohibens inquisitionem hanc ad petitionem alterius quam mariti, posset tamen verificari opinio dictæ gloss. vt procederet quoties daremus mariti consensum tacitum aut expressum consentientis * adulterium, puta quia publicum est adulterium, & ipse est de eo certioratus, & videt ingredi adulterium de nocte & de die & recipit dona ab eo, vel si non indignatur de adulterio, cum de eo notitiam habet, nam tunc leno præsumitur & potest eius vxor pro debito incarcerari, *vt expresse tenet Mathaus. Brunus, in tracta. de confiscatione bon. quaestione prima 4. partis. prim. numero sexto. & Thom. Ferratius, cautela 4 numero sexto, tunc enim posset de eo inquiri vt in consequentiam eius vxor incarceraretur ob debitum civile, sicut & tunc agi potest de concubinato contra eam & adulterum, ex l. 2. in fi. titul. 19. lib. 3. infra.* Debet tamen prius constare de scientia & patientia mariti, *prout post hac vidi consideratum per Coua. ubi sup. & Meno. in d. quaest. 88. n. 14. cum quatuor seq. & Matienzo in presenti glo. fin.**

n. 5. Est tamē singulare dubium, quod si adulterium est simul cum incestu, an tūc poterit mulier nupta incarcerari, & hoc depēdet à determinatione alterius quæstionis, scilicet, an possit iudex secularis, de Ecclesiastico enim nō dico, quia quotidie (licet nescio quo iure) procedit, procedere cōtra mulierē adulterā & incestuosā simul † in l. 2. tit. 17. in gl. 35 2. p. 7. dubitat de hac quæstione & tandē duobus fragilibus fundamentis remanet cum affirmatiua quod possit cognosci, & si vera hæc esset, possemus & in nostro casu tenere, quod si nupta hæc manifestè est notata de adulterio cum incestu, tūc posset incarcerari. Et fundatur Greg. *ubi sup.* ad tenendā suā opinionē, Primo ex text. in l. vim passā. §. præscriptione. ff. de adult. vbi inquit. te. præscriptione quinque annorum crimen incestus coniunctū adulterio non excludi. Secundo quia sub simplicibus mixta non * continentur. l. 2. in prin. & ibi Bu. 36 Paul. & DD. ff. de verb. obli. Ego tamen semper tenui contrariū: imo quod etiam si adulterium sit mixtum cum incestu, non liceat de adulterio inquirere, vt incestus pateat, & manifestetur, marito nō consentiente, & per consequens nec vt mulier talis incarceretur pro debito civili, & hoc quia d. l. Fori prohibēs alij quā marito accusare & agere de vxoris suæ adulterio, generaliter prohibet: ergo generaliter est intelligēda: Itē quod vna via prohibetur (*ex iuris regula*) alia via id non debet admitti. Item quia ratio quare alij non liceat quam marito accusare & inquirere de adulterio vxoris, est, quia fieret aliàs maxima iniuria marito & matrimonio, *vt inquit An. Go. l. 80. Tauri. n. 49. in medio.* hæc tamen ratio militat etiam cum adulterium concurrat cum incestu: ergo & idem ius militare debet, & eadem ratio prohibitionis. Itē & quia quādo simplicia simul iuncta sunt inseparabilia, tūc in fauorabilibus, si fauorabile iudicari potest cognosci in hoc casu de incestu, tunc sub simplicibus comprehenditur casus * mixtus *l. si uis scriptū. ff. de li. & post. 37 hu. Bart. in d. l. 2. in prin. ff. de verb. oblig. & ibi Alcia. n. 21.* hic tamē inseparabilia sunt adulterium & incestus simul commissā cū vna muliere, quia in totū committitur adulterium; & in totū incestus, nec esse potest in hoc casu vnū sine alio, *vt inquit Alcia. ubi sup. n. 29.* Igitur mixtus casus cōtinetur sub dispositione legis prohibētis aliū quā maritū inquirere non posse de adulterio, & sic cessat secū dū fundamentū Gregorij Lopez pro prima opinione adctum. Item quia dubios & incertos casus debemus in eo sensu accipere, in quo † minus lædant. l. 38 *semper in obscuris ff. de reg. iuris. cap. in obscuris. cod. 1. in 6.* sed cōsiderato & attēto adulterio minus læditur fama matrimonij, quia non potest procedi nisi ad petitionē mariti, igitur: præsertim quoniā quoties in vno quid occurrit quod potest nocere & potest prodesse, potestque trahi ad diuersos sensus, & effectus, prout in casu nostro, adest enim in eo copula, quæ potest trahi ad adulterium, & incestum, tunc ad eum sensum debet trahi, & ille sensus debet considerari, qui minus noceat, * & ad eū qui prodesse potest, nō verò ad illū qui nocere. 39 Nam & aliàs cum ex duobus simplicibus fit vnum mixtum, ex quo noua quædam species oritur participans naturam vtriusq; in quibus tamen repugnātia quædam deprehēditur, tunc illud mixtū debet sibi assumere quod vtilius & fauorabilius est * 40 ex altero suorum simplicium. l. prima C. de rei v-

Quæstio
nōua
& singularis
34

35

36

37

38

39

40

xoris actione l. 1. Cod. communia de legatis. notat Tiraquel. de retrattu Linagiel. §. 30. gloss. 1. num. 39. vbi & inquit quod alias quoque in commixtis sequimur naturam eius quod favorabilius est & benignius* ex Aluerico post gloss. in l. 2. §. 1. ff. ad l. Aquil. ad limitationem regulæ communis, quod vbi adfunt duæ regulæ vel causæ incompatibiles, vna quæ prodest & alia quæ nocet, attenditur nociua, vt scilicet, non procedat quando concurrunt sub eodem subiecto, * de quo alibi latius diximus: Hic tamen adulterium & incestus in eodem concurrunt subiecto, & sic in vna muliere, ex qua resultat quoddam mixtum, scilicet, adulterium & incestus, favorabiliusque, vtilius & benignius est in hoc casu attendi adulterium, tamen iniuria fiat marito & matrimonio & mulier hac de causa, si liceret de incestu cognosci, detrimentum pateret ob scientiam viri. Igitur non est curandum de incestu sed de adulterio, vt sic contra mulierem hanc procedi non possit, & ita teneo. Nec obstat primum fundamentum primæ opinionis ex dict. l. vim passam. §. prescriptionem, quia illi text. tres responsiones annectit Alciat. in dict. l. 2. in princip. num. 26 cum duobus sequentibus. ff. de verborum obligat. & primus eius intellectus placet, scilicet, quod ibi non probatur contrarium nostro intentui, sed potius fortificatur ex text. illo, ex quo ibi dispositio odiosa, videlicet præscriptionis, loquens in simplici, & sic in incestu, habet locum in casu mixto, puta quando est incestus iunctus cum adulterio: ergo pro nobis est ille text. Item quia & si aliud diceres, text. ille loquitur de iure civili, secundum quod alij quam marito de adulterio licebat accusare. Item ibi quoad præscriptionem tantum disponitur, non vero quoad accusationem adulterij, igitur nihil ille text. pro prima opinione. Et sic teneo quod etiam si incestus concurrat cum adulterio, non potest alius quàm maritus de quolibet eorum inquirere, cum etiã si agatur tantum de incestu resultat adulterium. Item teneo ex consequenti, quod mulier adultera & incestuosa viuente marito suo non potest in carcerari pro debito civili, nisi in casu in quo maritus sciret & consentiret, vt supra dictum est, quæ sunt notanda, quia nouissima & vera meo iudicio. Sed an dari poterit cautela aliqua vt mulier possit pro debito civili in carcerari, * & in hoc Zepola, in cautela 31. inquit quod sic, scilicet, quod index iubeat huic mulieri vt soluar, & si non soluit, tunc condemnatur de contemptu mandati sub pœna applicanda fisco, quia tunc in carcerabitur non tam ex non solutione debiti, quam ex contemptu illius mandati, & cum fisco teneatur, potest capi secundum Didac. Perez. lib. 3. ord. colum. 826. in princip. eo quod causa criminalis tunc dicitur, licet in hoc casu non tam hoc ego considerarem quam illud scilicet contemptum mandati ex eo, quod iure nostro regio attento causa criminalis iam illa dicitur vt quis in carcerari possit, nec sub fideiussoribus ab ea relaxetur in qua corporalis * pœna venit imponenda, attenda lege 9. titul. 4. part. 3. & l. 16. tit. 1. part. 7. & l. 10. tit. 29. part. 7. tradit Anto. Gomez de delictis cap. 3. num. 50. aliter enim etiam si pœna pecuniaria fisco applicetur, sub fideiussoribus relaxatur, secundum eundem Anton. Gom. vbi supr. cap. 9. num.

8. & Dueñas regul. 331. limitatione 3. & gloss. 1. dict. l. 10. & Conar. lib. 2. variar. cap. 8. num. 8. & facit l. 16. titul. 1. part. 7. & tradit Didacus Perez vbi supra colum. 749. & sic in propositum, inquit Horoscus vbi supra colum. 635. quod mulier nupta & diues & bonæ reputationis, vel si non est nupta est honesta, non debet in carcerari nisi pro delicto vbi veniret imponenda pœna corporalis, sed debet poni in domo cuiusdam honestæ matronæ † sub fideiussione, secundum Clarum libr. 5. sent. questione 28. numero 3. & Menochium dict. questione 88. numero 19. & 20. quamuis Boerius relatus per Rebuff. de literis oblig. artic. 11. gloss. 3. numero 33. velit quod etiam pro emenda ex delicto descendente in carcerari possit. Sed fallitur si emenda non est talis, quod pro ea esset corporaliter punienda, & sic posset ex dictis legibus regis lex nostra declarari, & quantumvis pro emenda non corporali esset tenendum in carcerari posse, deberet sub fideiussoribus relaxari, vt dixi in leg. 2. titul. 24. libro quarto ex text. ibidem, & tenet Menoch. dict. questione 88. numero vigesimo secundo, cum sequentibus, vbi idem in meretrice dicit vt sub fideiussoribus tunc relaxetur. Et sic est hæc vna nostri text. limitatio vt in carcerari mulier possit ob contemptum mandati superioris, vel vbi ex delicto debitum descendit, dum tamen esset tale ex quo veniret punienda mulier corporaliter, vel si esset fisco applicandum, non erat diues, nec fideiussores præstabat. Vterius limitatur noster text. quoties mulier est in fuga, tunc enim etiam pro debito * civili capi posset, secundum Didacum Perez, libro tertio, Ordinarum colum. 826. & Dueñas dict. regul. 312. limitatione finali, quod vsquequaque verum non reperio nisi in casu in quo secum bona asportaret, non vero alias.

Idem & in carcerari posset quoties de debito liquidò constaret, & mulier malitiosè noller solvere, † dum bona ad hoc haberet, tunc enim per capturam compelli ad hoc posset & cogi vt solueret, si contumaciter resisteret solutioni, secundum Menochium vbi supra, numero quinto, & in clerico, dixit Villalobos in sua Antinomia iuris civilis & regij, in principio folio. 2. colum. quarta in fine. Idem & secundum Mauenzo hic in gloss. final. in fine, serua, † lena, vel venesica pro debito capi poterit, quod non videtur verum, si non sint manifestè luxuriantes, nam lex nostra in nullo alio casu permittit in carcerari pro debito civili, nec statim sed vitam considerat, & sic in serua bonæ famæ & vitæ non crederem hoc verum, licet in venesica & lena admitterem, quia satis malæ ex suo corpore suspicantur, quæ alias vt male corporibus suis faciunt.

Nova opinio,
& Vera.
Nova opinio,
& conclusio,
& Vera

S V M M A R I V M.

1. Nullo modo possunt mulieres exire in publicum cooperta facie sub legis pœna, num. 1.
2. Verus huius intellectus datur & plura de honestate mulierum traduntur, num. 2.

Lex Vndecima.

S V M M A R I V M.

1. Mulieres facie & cooperta in publicum exire non debent cuiuscunque sint qualitatis sub nostri text. pœna, & quod iudices ex officio circa hoc procedant, sub comminatione residentie.

Ibi, *Pueda yr, andar ni ande tapada vel rostro en manera alguna.* Lex hæc iusta, & causa honestatis conseruandę facta est, & inhonestę vitę contrarię, & honoris mulierum conseruatiua: honestas enim est quasi honoris statum conseruans, vnde honestum est, quod sua vitabit, & ad dignitatem allicit, & est virtus contraria turpitudini honestas, & matri indecentię contrariatur, secundum *Archid. in c. erit autē lex. in princ. 4. dist. vnde Ecclesiastes 11. dicitur, honestas, & paupertas a Deo sunt. Et Sapien. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum Sapiencia, & innumerabilis per manū illius.* Habeturque honestas in consideratione, præsertim in ijs, qui ceteris exemplo esse debent. Et sic sicut à iure diuino, sic & à iure humano honestas attendi desiderarique solet. Ex quo primo dicit *text. in l. ex damni infect. in fi. in prin. ff. de damni infect.* honestus modus seruandus est non immoderata cuiusque luxuria subsequenda. Secundò dicit *text. in l. fin. C. ne ff. rem. quam ven. euin. lib. 10.* retractare fiscum, quod semel vendidit æquitatis, honestatisque ratio non patitur. Tertio dicit *text. in cap. 1. de far. fidel. in vsib. fendor.* vassallum debere domini sui honestatem procurare, & idem dicit *text. in cap. de forma. 22. question. 5.* Quarto dicit *text. in capit. honestum ea. cau. & questio.* honestum videtur, vt qui in sanctis audeat iurare, hoc ieiunius faciat cum omni honestate, & timore Dei. Quinto, dicit *text. in l. non aliter ff. de vsu. & habit.* non aliter mulier (cui, supple, est concessa habitatio) hospitem recipere potest, quam si is sit, qui honeste cum ea, quę vsū habebat, habitaturus sit. Sexto dicit *text. in l. eos qui circa medi. ff. de decurio.* inhonestum puto esse personas flagellorum iudibus subiectas in ordinem recipi, & maxime in ijs ciuitatibus, quę copiam virorum honestorum habeant. Septimo, dicit *text. in l. semper. ff. de ritu nupti.* Semper in coniuunctionibus matrimoniorum non solum quod liceat considerandum est, sed etiam quod honestum sit. Et idem ex iure canonico, cui statur in materia matrimoniali inter cetera impedi-

mentz matrimonij comperitur impedimentum publicę honestatis, quod ex sponsalibus oritur, & nedum matrimonium impedit, sed etiam dirimit iam contractum, *capit. duo pueri cum gloss. honestatis. de despon. impub. cap. 1. §. 1. & §. porro eod. titul. in 6.* Quod honestatis impedimentum restringit *Concil. Tridenti. session. 24. de refor. capit. 3. & an in sponsalibus de præsentī hoc decretum procedat, disponitur per Motum proprium Pij V. super impedimento publicę honestatis: vides igitur quantum honestas commendetur, & id præcipuè in mulieribus debet obseruari, & occasio turpitudinis tolli, prout per legem nostram prouidetur, vt & alia inconuenientia ex cooperta facie tollantur. Sed nonnè dicitur *Ecclesiast. 9. Auerte faciē tuam à muliere compta, & nē circūspicias speciem alienam: Quia vt inquit *text. in capit. nec solo. 32. question. 5.* non solum tactu, sed aspectu quoque appetitur, & appetit concupiscentia fœminarum: si ergo ita est, nonnè melius erit, mulieres ambulare facie cooperta, quàm comptam & apertam & visibilem trahere faciem, ne hominibus sit incentium concupiscendi? sed quia lex nostra non permittit comptas mulieres ambulare, neque quod homines facies earum videant & perspiciant, sed seruent dictum illud *Sapien. dist. cap. 9. Ecclesiast.* Idem cum hoc per illud capit. sit prohibitum, prouidet in præsentī Legislator, vt & alia inconuenientia tollantur, nē mulieres cooperta ambulent facie non tamen ex hoc censeri permittit, vt homines facies eorum ad concupiscendum perspiciant, sed in suo esse remanet dictum illud Sapiens, Ne faciem mulieris homo intueatur, ne ad concupiscendum eam alliciatur.**

Ibi, *En todos nuestros Reynos.* Verba hæc generalia de vrbantate sunt restringenda, prout regulariter restringuntur, *ex l. vt gradatim ff. de mun. & honor.* & sic vt intelligatur & procedant in locis, & populis illis, vbi si mulieres facie cooperta ambulauerint, militans inconuenientia in præfatione nostrę legis, & sic in supplicatione proposita & ostensa, prout militans in curia, Hispali, Pincia, & in alijs magnis & populosis locis ex diuersis gentibus habitatis, vbi viri non cognoscunt vxores suas coopertas, nec parentes filias, ob multitudinem mulierum coopertarum vagarim ambulantium, quod & vbi volunt, mutatis plerumque vestibus: Sed in populis paruis, prout hic Placentię & similibus, vbi omnes cognoscuntur mulieres quantumcunque cooperte ambulauerint, & secum portent scutiteros cognitos, & plerumque filios suos, & filias, cessant legis nostrę rationes, & consequenter eius dispositio & pœna, *ex text. & materia in capit. cum cessante de appellat.* proœmiumque legis inducit causam finalem, qua cessante, cessat lex. Quod quidem proœmium saltim eius rationes sub breuibus verbis legum compilatores debent transcribere, vt sic melius mens Legislatoris percipiatur, & ratio legem condendi, vt secundum eius rationem dispositio & pœna reguletur, & nē detur auidis iudicibus anxia molestandi subditos, & extorquendi ab eis pecunias contra mentem legis.

SEQUITUR TIT. IV. DE LOS
Testamentos y Comissarios para los poder
hazer , y de los Executores y
Testamentarios.

Et quoniam in iudicijs, materia Testamentorum, & Commissariorum, Executorumque eorum frequens est & quotidiana, ideo de his etiam in hoc libro post præcedentem tractatur, cum & mulieres etiã testari possint, & quid sit testamentũ & plura alia prosequitur hic Did. Perez, & Matien. sub l. i. in glo. i. quæ missa facio, vt ad textualium declarationem deueniamus.

S V M M A R I V M.

- | | |
|---|--|
| <p>1 Forma testamenti an mutari possit, & an sit factio testamenti & forma iuris positiui, numero 1. & 2.</p> <p>3 Minui solenitates testamentorũ possunt per Principem. 3. adeo vt & consuetudine minui possint. nu. 4. vbi & idem circa numerũ testiu.</p> <p>5 Hispanus si testetur extra regnum existens in loco vbi minor numerus testium de consuetudine requiritur, valebit testamentum. 5.</p> <p>6 Duobus testibus tantum barbari testantur. 6. & ideo si quis testetur apud eos, valebit testamentum cum duobus testibus, ibidem.</p> <p>7 Consuetudo certæ progeniei, an possit minuere numerum testium testamentorum. 7.</p> <p>8 Consuetudine Hispania maior natu succedit in maioratu. 8.</p> <p>9 Omnis ille testari potest, qui expresse non reperitur prohibitus. 9.</p> <p>10 Excommunicatus an testari possit. 10. & 11. limitatur.</p> <p>12 Testari an possit damnatus ad perpetuum carcerem. 12.</p> <p>13 Testamentum ingredi volentis religionem an valeat. 13.</p> <p>14 Remissa solenitate testamenti nuncupatiui, censetur et remissa in donatione causa mortis. 14. cum quatuor sequentibus quid sit tenendum.</p> <p>15 Lex noua corrigens vel minuens legem antiquã in vno ex casibus equiparatis, censetur & in alijs idem facere. 15. vbi quid si augetur.</p> <p>16 Requisita in actu consciendo requiritur & in eo destruendo. 17.</p> <p>18 Testes quinque requiruntur in adæptione legato- riu. 18. declara vt ibi. vbi & quot testes requiruntur quoties legatum reuocatur à lege.</p> <p>19 Donatio causa mortis qua dicatur. 19.</p> <p>20 Testamentum in quo notarius dicit quod vult illud valere iure codicillorum, vel donatio- nis causa mortis, & non aliter, an valeat vt</p> | <p>testamentum, 20.</p> <p>21 Donationem causa mortis si quis fecerit in testa- mento, an censetur legatum, vel donatio causa mortis.</p> <p>22 Tabellio vbi adest cõsecutioni testameti, an quin- que testes vicini requirantur. 22. & 23.</p> <p>24 Cautela vt testamentũ corã quinque tantũ te- stibus vicinis sine tabellione confectum, va- leat in perpetuum. 24. vbi conclusiones ex text. nostro resumuntur, ibi, & nu. 31. an li- tandi sint interesse putantes.</p> <p>25 Casus vbi testamentum valet minori numero quinque testium.</p> <p>26 Testamentum corã notario Apostolico factũ cũ trib. testib. an valebit in loco, vbi tabelliones publici aderat. 26. & an corã tabellione de cõ- cejo. n. 27. 28. & 30. limitatur & declaratur.</p> <p>28 Deputatione officij semel facta alius in eo se in- tromittere non potest.</p> <p>29 Notarij Apostolici, an possint se intrromittere in consciendis testamentis ad pias causas.</p> <p>31 Vltima voluntas manu testatoris scripta, an valeat.</p> <p>32 Testibus duobus probari potest factum fuisse te- stamentum cum debita iuris sollemnitate.</p> <p>33 Vicinus quis dicatur.</p> <p>34 Vicinitas testium in testamento adhibendorum tam in nuncupatiuo quã in scriptis testameto requiritur, sed in testamento in scriptis: in nu. 35. contrarium sustinetur.</p> <p>36 Vicinitas testium vbi requiritur an in du- bio presumetur, numer. 36. & 37. & 38.</p> <p>37 Vicinitatis sollemnitate acquirenda qua sint requisita.</p> <p>39 Vicinitas testium requiritur etiam in codicil- lis si minus quam septem sint testes. 39. & n. 40. ampliatum siue testetur inter liberos, si- ue non.</p> <p>41 Fæmine nõ possunt esse testes in testamento, vbi</p> |
|---|--|

- quid inter liberos, ubi & quid in codicillis, num. 42. & num. 43. quid esset de iure canonico, & num. 57. 58. iterum.
- 44 Testes testamenti non solum debent esse vicini, sed & omni exceptione maiores.
- 45 Maioritas testium an probanda sit pro validitate testamenti in quo sunt.
Lex ubi requirit idoneitatem & legalitatem testium pro plena probatione vel in superlativo graduprobanda est, ibidem.
- 46 Mulier in causa criminali testis esse non potest, nisi sit bona fama, et ideo probanda est bona fama.
- 47 Testes testamenti nuncupatiui an debeant esse rogati. 47. & 48. & 49. sequentibus usque ad 57.
- 49 Lex minuens numerum testium non censetur minuere qualitates alias a lege requisitas.
- 50 Testes inter liberos, & milites requiruntur testes esse rogatos, 50. & 51. & in testamento rustici, ut ibi.
- 52 Lex generalis non extenditur ad casum particularem in corpore iuris inclusum, nisi specialem de illo casu mentionem faciat.
- 54 Rogitus testium, an presumatur. 54. & 55. & 56. quid in testamento ad pias causas.
- 59 Religiosi, an possint esse testes in testamento.
- 60 Testes testamenti debent esse puberes. 60. etiam in testamentis priuilegiatis, ibi.
- 61 In testamento rusticorum, an solemnitas legis nostrae sufficiat.
- 62 Venientes ab intestato si sint instituti in secundo testamento minus perfecte facto, valet testamentum rescisso primo. 62. quid vero hodie erit ex legibus nostris.
- 63 Testamentum nuncupatiuum, an sit necesse coram testibus legi.
- 64 Forma essentialis testamenti in vno puncto concluditur.
- 64 Testamentum inter liberos, vel ad pias causas, valet coram duobus testibus, si eis presentibus notatum fuerit, 64. el segundo versic. ibi.
- 65 Testator coram septem testibus dicens illud esse suum testamentum, etiam si lectum non fuerit coram eis, valet si tradatur tabellioni presenti.
- 66 Testes requisiti in probanda expressa voluntate testatoris, an & ijdem requirantur in probanda tacita voluntate, 66. & 67. declaratur.
- 68 Probatio per coniecturas est probatio manifesta.
- 69 Testatorem velle potius exonerare, heredemque grauare censendum est.
- 70 Eadem quantitas si bis, vel saepius legatur alicui, non censetur multiplicatum legatum.
- 71 Legatum in dubio non presumitur omnium. 71. & 72.
- 73 Legatis centum alicui quoad viuat in testamento, & ultima voluntate censentur annuatim legata, secus si in contractibus.
- 74 Dictiones quoad, donec, & quoadiu. sunt implicatae, & precedentium reuerentia. 74. &
- habent in se temporis reuolutionem & interpretandam, ut num. 75.
- 76 Dubia testatoris voluntas duobus testibus declaratur 76. ubi & nu. 77. quod non hoc fecerim sufficiunt, & num. 78. quod per vnum etiam testem sufficiet id probari.
- 79 Testator si dicat ante testamentum se velle Titium heredem instituere, si post non instituat nihil agitur 79. & 80. declaratur.
- 81 Subscriptio testatoris, an requiratur in testamento nuncupatiuo. 81. ubi & quid in codicillis. Et nu. 82. an & testes debeant subscribere.
- 82 Subscriptio non requiritur, nisi in casibus a iure expressis.
- 82 Testis testamenti, an requiratur quod sit vicinus loci illius, vel sufficiat si vicinus loci subiecti.
- 83 Sed an sit testis notus & fidelis sufficiet.
- 84 Data penuria testium tres testes sufficiunt, siue rusticus testetur siue non, vel sit tempore pestis, vel non. 84. dum tamen sint vicini, ut ibi.
- 85 Tempore pestis an sufficiant tres testes non vicini, ibidem, & nu. 85. ponitur casus.
- 85 Penuria testium data si non adsint amplius quam duo testes & notarius, sufficiet. 85. ubi narratur casus mirandus.
- Penuria testium potest per dictos testes probari, ibidem.
- 86 Testamento relicta legata debentur quamuis in eo heres non sit institutus. 86. ubi num. 87. aseritur cessare iam Regulam contrariam antiquitus descriptam quod legata non deberentur, nisi esset adita hereditas ex testamento illo, & ibi ampliatur, nisi essent repetita a venientibus ab intestato, ut nu. 88. praesertim si clausula codicillaris est apposta, num. 89. & numero 90. declaratur.
- 91 Tacite quid censetur relictum a venientibus ab intestato, ut num. 91.
- 92 Per verba, Quisquis mihi heres erit, an inducatur tacita repetitio venientium ob intestato,
- 93 Alius casus ubi legata debebantur etiam non adita hereditate per heredem institutum, n. 93, quoties datur animus fraudandi in herede, ut ibi.
- 94 Testamento irrito ex causa prateritionis, vel exheredationis, debentur legata eius, 94. ubi limitatur, ut non procedat in legatis factis impugnantem testamentum, ex quo datur declaratio ad l. 24. Tauri inscriptam, in l. 8. tit. 6. infra isto lib.
- Legata debita rupto testamento ex causa prateritionis vel exheredationis, qua actione petantur, ibidem.
- Legata vniuersalia, an sustinebuntur ex causa prateritionis, vel exheredationis, ibidem.
- 95 Prateritione filij emancipati si rumpitur testamentum licet antea non conseruarentur, nisi certis personis, hodie tamen indistincte conseruantur, 95. & 96.

- 95 Titulus de legatis præstandis, an sit hodie correctus & in quantum. 95. & 97.
Authent. ex causa C. de lib. præ. nō habet locum in exheredatione vel præteritione filij emancipati ignoranter facta, ibidem.
- 98 Iuramentum interpositum in testamento habet vim clausulæ codicillaris, & operatur, ut legata debeantur non adita hereditate, ex causa præteritionis vel exheredationis. 98. & num. 99. ampliat, & num. 100. declaratur & limitatur.
- 101 Iuramentum nunquam supplet defectum consensus.
- 102 Aditio hereditatis an requiratur in donatione mortis causa.
- 103 Testator si cancellauit institutiones factas in testamento, non verò cancellauit legata. debentur ipsa legata, etiam non adita hereditate. 103. ubi declaratur & limitatur.
- 104 Ex præfatione facta in testamento colligitur causa finalis, qua cessante cessat institutio, nō tamen legata.
- 105 In casu l. ff. de heredib. instit. an debeantur legata in primo testamento relicta.
- 105 Duobus testamentis potest quis decedere uno valido quantum ad institutionem, alio inualido quantum ad legata.
- 106 Fautore libertatis sustinetur testamento quoad legata ex causa præteritionis, vel exheredationis nullo.
Adquisitio que fit præter regulas iuris communis ex legis dispositione, non appellatur adquisitio propria, sed adiectio honorum, ibidem.
- 107 Legatum in minus solemnè voluntate relictu persone valde dilecta testatori debetur à venientibus ab intestato.
- 108 Ardor liciti amoris operatur clausulam codicillarem.
- 109 Fiscus tenetur ad legata, & ad omnia in testamento contenta rupto testamento ex causa præteritionis, vel exheredationis.
- 110 Legata an debeantur ex ruptione testamenti à fratre intentata propter turpem personam institutam.
- 111 Spurius an dicatur turpis persona, ut eo instituto in testamento frater testatoris querelet illud.
- 112 Legatum alicui factum, ut alij restituat si iste legatarius prohibuit testatorem mutare testamentum, an debeatur legatum legatario, etiam non adita hereditate.
- 113 Legatum debetur etiam non adita hereditate, & vitiosa institutione heredis propter errorem in coniunctione personarum.
- 114 Legata pia ad sui confirmati onem non exigunt aditionem hereditatis.
- 115 Legata debentur etiam nō adita hereditate ubi testator prohibuit detractionem Falcidie.
- 116 Intellectus l. 1. sap. de sacro. Eccles. ibi, liber sit stylus, num. 116.
- 117 Legata ad sepeliendum debentur etiam non adita hereditate.
- 118 Stante statuto ut hereditate non adita debeantur legata, debebuntur.
- 119 Legata lege nostra attentata debentur etiam hereditate etiam ips, qua aditionem requirunt. 119. ubi ex hoc dicitur pupillarem sustentari.
Legata debentur iā hereditate non adita ex lege nostra, etiam si hereditas adiri possit, ibid.
- 120 Aditio hereditatis per venientes saltim ab intestato an requiratur ut legata debeantur et peti possint. 120. cū sequent. maximè. 136. & 137.
- 121 Falcidia an hodie habeat locum, cum hereditate non adita debeantur legata, ubi quid in Trebellianica.
- 122 Fructus rei legata debentur à die mortis testatoris
- 123 Dominium rei legata transit in legatarium à die mortis testatoris sicte, 123. declara ut ibi, & nu. 124. declaratur id verum, dum tamen res sit testatoris, & num. 125. dum tamen non sit fideicommissum vniuersale, & num. 126. quid in fructibus pendentibus, & quid in perceptis.
- 127 Fructus rei donata à quo tempore debeantur. 127. ubi quid in fructibus facta meliorationis.
- 128 Fructus per testatorem percepti in eius vita, nō debentur nisi rem cum fructibus legasset. 128 vel nisi fructus in vniuersitate, ut in grege consistant, quia tunc à tempore conditi testamenti debentur, ut & num. 129. si testator ex illa decessit infirmitate, ut ibi.
- 130 Moram quando quis dicatur incurrisse cum fructus à die mora debentur.
- 131 Executores hodie ex lege nostra possunt compellere heredes adire intra certum terminum, aliis eo elapso ipsi soluent legata, numero 131. contra ius ciuile.
- 132 Executor testamenti potest vendere res hereditatis data sibi potestate vendendi, etiam si hereditas non sit adita.
- 133 Annus executoribus de iure datus ad implendum testamentum, currit etiam hereditate non adita, seruata forma ut nu. 133. & nu. 134. & ibi an ignoranti currat iste annus.
- 135 Executores testamentorum possunt agere contra heredes pro legatis soluendis.
- 136 Codicilli hodie an dependeāt à testamento, ita ut infirmato testamento infirmetur codicilli.
- 138 Legatario usus fructus à quo tempore fructus debeantur. 138.
- 139 Herede & venientibus ab intestato nolentibus adire, & sic bonis ut vacantibus ad fiscum prouentis, an tenebitur soluere legata, vel fideicommissa. 139. & 141.
- 140 Intellectus l. recusare. §. si fisco. ff. ad Trebell. numero 140.

Bona transeunt in fiscum cum suo onere, quomodo intelligitur, ibidem.

- 142 *Hæreditatis petitio ita competit fisco succedenti in bonis hæreditarijs sicut hæredi proprio.* 142.
- 143 *Bona hæreditaria, an sint ex lege nostra obligata pro legatis.* 143.
- 144 *Actio quæ competit legatario ad petendum legata & fideicommissa, hærede scripto repudiante.* 144. & 146.
- 145 *Lex ubi confirmat aliquid, videtur illud confirmare cum omnibus suis qualitatib.* 145.
- 147 *Legata an debeantur ex testamento factò per testatorem coactum.* 145.
Lex id tit. 5. part. 6. an corrigatur per legem nostram, ibidem, & 149.
- 148 *Pupillaris substitutio, an conseruetur rupto testamento ex causa prescriptionis vel ex hæredationis.* 148. *ubi quid in exemplari.*
- 150 *Tutela datio & executorum nominatio conseruantur, etiã ex remedio nostri tex etiã si hæreditas nõ adeatur per hæredem scriptũ* 150.
- 151 *Testamentum in quo nõ est hæres, valet quoad legata & cetera in eo contenta.* 151. & n. 152. *quod corrigitur gl. l. 2. §. ff. de vulgari. cõtrarium dicentis, & ibi an idem sit extraneo hærede instituto, & num. 153. An tunc valebit in quinta parte.*
- 154 *Institutio hæredis tacita vel presumpta, nihil valebat de iure ciuili, nisi nomine proprio hæres nominaretur, et ibi ampliatur, nu. 154. & nu. 155. etiam si diceretur, nomino hæredem quẽ in tali scheda nominauit, & n. 156. & 157. idẽ si fiat ad interrogationẽ alterius, ita vt legitima alio titulo quã institutionis relinquere non poterat, vt n. 158. ist hæc tamen videtur quod hodie cessent ex lege nostra, vt nu. 159. cum sequentibus pluribus vsque ad 167.*
- 160 *Testamentum in scriptis, an valeat omissa hæredis institutione.* 160.
- 161 *Filio an in legitima conditio aliqua possit apponi, & si apponatur an vitietur testamentum attentata lege nostra, necne? numero 161.*
- 162 *Institutionum facta valet de eo, qui aliàs hæres esse debebat.* 162.
- 163 *Institutio ad interrogationem alterius hodie valere ex lege nostra aliqui tenent. n. 163.*
Institutũ in re certa haberi loco hæredis, an cesset ex lege nostra, ibidem.
- 164 *Legitimam ex lege nostra quoquo titulo relinquere posse lege nostra attentata concluditur in nu. 164. ubi declaratur cum num. 165.*
- 166 *Legitima ascendentium in bonis descendentiũ an quoquo titulo relinquere possit.* 166.
- 167 *Verbũ, Lego, adiectum vniuersitati bonorũ, an hodie inducat hæredis institutionem,* 167.
Institutio ex lege nostra, an & in testamento in scriptis necessaria non erit, ibidem.
Testamenti vna diffinitio, in qua verba, Cũ hæredis institutione, subaudienda non esse aserebatur per legem nostram, approbatur, ibidem.
- 168 *Testamentũ valet etiam si hæres institutus no-*

- tuerit acceptare hæreditatẽ, vt idem sit si non potuerit, nu. 168. ubi n. 169. an tunc transmittet hæreditatem, vt ibi exemplificatur.*
- Mulier per maritum relicta vsufructuaria omnium bonorum fratris testatoris post mortem uxoris hærede instituto, an si ipse moriatur ante uxorem, consolidetur proprietas cum vsufructu, ibidem.*
- 170 *Instituto hærede extraneo posthumo scienter præterito, licet testamentum non valeat, etiã si aliud posthumus vellet, legata valebunt,* 170. & 171. & 173.
- 172 *Casus voluntatis includit casũ impotentie, ita vt si hæres institutus est incapax, admittitur substitutus positus in casu voluntatis.* 172.
Dispositio facta in vno casu extẽditur ad aliũ, ubi vero similiter idẽ dissoneret testator. ibi.
- 173 *Rupto testamento ex præteritione posthumi, an legata debeantur, n. 173 ubi & n. 174. quid si adest clausula codicillaris, vel si esset ad pias causas, ubi & quid lege nostra attentata. num. 175. & n. 176. quid si legata essent pia, & ad exonerationem conscientie facta.*
- 177 *Executori testamentorum, cum annus currat etiam non adita hæreditate, an poterit statim vendere bona defuncti pro soluendis legatis.* 177. & 178.
- 179 *Testamento fratris rupto per fratrem ob turpis personæ institutionem, an legata ibidẽ contenta debeantur, nu. 179.*
- 180 *Hæres an & hodie cõpelli poterit à fideicommissario vniuersali adire hæreditatem.* 180.
- 181 *Ius accrescendi an detur hodie ex lege nostra legatario vel fideicommissario per n. 181.*
- 182 *Legitima sicut olim, ita hodie iure fideicommissi relinquere potest.* 182.
- 183 *Propria autoritate an possit quis apprehendere possessionem legati,* 183.

Lex Prima.

PRO cuius legis declaratione, quarendũ est, num forma testamenti * mutari possit? Et ad eius declarationẽ discutiendum, num testamenti factio * & forma sit iuris positivi, diuini, vel gentium. Et sunt qui putant esse iuris diuini, vt *Leuit. 25. cap. 16. Hæreditatis iure transmutetis ad posteros, & Nu. 27. & in alijs plurib. locis.* alij vero existimant esse iuris naturalis argumento legis si. *Co. quorum bonorum, lex naturæ fecit successiones. tex. in aub. de hered. & Falcid. §. principiũ. ibi (secundum naturam ei debetur successio) alij verò tenuerunt, inuentionẽ esse iuris gentium, licet quoad formã & solemnitatẽ sint iuris ciuiliis & positivi. Vltima tamẽ fuit opinio tenentiam testamenti successiones, hæreditatesque esse de iure positivo. secund. Glo. dominia. in fi. in l. ex hoc iure ff. de iustitia & iure, prout has opiniones refert Minihaca, de success. creatione §. 1. incipienti. Quoad quartã n. 1. cum seq. fol. 6. tom. 1. & Clarus in l. 3. Select. sentent. verbo, Testamentum, q. 2. et Tellius in l. 4. Taur. n. 31. & optime Con. lib. 3. var. c. 6. n. 7. Et inter omnes conuenit 3. opinio, scilicet, quod quoad formã & solemnitatẽ est iuris ciuiliis, licet*

sicut & successiones & hereditates iuris civilis etiã sunt, & inuentio testamenti est de iure gentiũ, vt reuertit Bar in linterdum n. 7 ff. de conditione in deb. & hanc dicit magis communem Corneus, & alij relati per Con. dict. c. 6. nu. 7. & Clarus, & Minchaca, vbi supra, & est maximi effectus secundum Clarum vbi supra, quoniam cum sit iuris civilis & positiuus quoad solemnitates, minui solemnitates hæ poterunt * per principẽ, arg. text. in §. sed naturalia Inst. de iure naturali gentiũ, & cini. adeo vt & cõsuetudine minui possint, * vt putã quod non publicentur & similia, ex text. in l. publicati. C. de test. & ex l. 2. C. quemadmo. test. aperiã. imo & circa numerum testiũ minorẽ in testamentis adhibendum, consuetudo ipsa sufficiens erit, prout apud Venetos extat consuetudo cõficcendi instrumenta corã tribus testibus, quod cõmuniter vbiq; seruari asserit Boerius decis. 228. nu. 6. & Ioannes Horoscus in l. de quibus nu. 129. ff. de legibus. & hæc est magis communis, secundũ Burgos de Paz, in l. 3. Tauri. n. 576. Et cum consuetudo circa solemnitatẽ publicandi testamenta dispõnere possit, cur & non circa numerum testiũ? quod inquit Horoscus, vbi supra procedere siue in ciuitatibus superiorem non recognoscentibus, siue recognoscentibus, etiam si talis consuetudo per dominum ciuitatis ignoretur, sequendo sententiam Bart. quam in iudicijs & in scholis ibidem approbatam testatur, contra Iacob. & alios cõtra tenentes, imò quod scientia principis requireretur ad huius cõsuetudinis introductionem, de quo alibi diximus in 2. to. in tit. de las prescripciones, cum que cõsuetudo hæc seruari debeat, inferri potest quod si aliquis Forensis Hispanus à loco vbi similis consuetudo adesset, minorẽ numerum testiũ requirẽs quam iure nostro requiratur, testetur in loco illo extraneo, seruetque consuetudinem dictam in testando cum minori numero testiũ, seruandum est testamentũ illud * in nostra Hispania, nam consuetudo loci vbi testamentũ celebratur, seruari debet, secundum text. in l. 2. C. quemadmo. testa. aperiã. & ibi Bald. & idem Bald. in Rub. ff. de rerum diuisio. & cõf. 265. lib. 4. incip. Damasco non seruatur ius Romanorũ & Ias. l. cunctos populos n. 44. C. de Summa Trinitate. & Cifuentes hic quæst. 21. & 22. Roma. l. si non speciali. Cod. de testam. & idem Ias. in l. ius autem civile nu. 33. ff. de iustitia & iure. Angel. in §. litorum instit. de rerũ diuis. glo. 1. l. 7. tit. 1. part. 6. Socin. consi. 33. ib. 2. Zepola de seruauit. rusticorum cap. 28. & hæc est communis secundũ Burgos de Paz, in l. 3. Tauri. n. 587. & secundũ Horoscũ, vbi sup. & n. 136. dicentem quod nõ defuerunt, qui contrariã cõmunẽ dixerũt. Sed pro ista est argumentũ vrgens, scilicet quod testamẽti factio est iuris positiuus, & ideo mutari potest consuetudine, dum modo talis consuetudo non diminuat testiũ duorum numerum, tunc enim non valeret, quia ius naturale refutaret, quod apud barbaros seruatur, duobus enim ¶ testibus testatur, quod sufficit secundũ ius naturale & gentiũ, imo & diuinum, & sic in Hispania valebit tale testamentum coram duobus testibus si quis apud barbaros testetur, secundum quod reperi relatum tenere Georgium Natam in Clem. sepe §. & quia colu. 2. de verb. signif. & latius in cap. quamuis pactum quæst. 4. de pactis in 6. & Cifuentes l. 3. Tauri. quæstion. 18. & ibi Anton. Gomez. & Burgos de Paz. nu. 624. & alij, licet contrariam teneat Bart. l. qui à latronibus ff. de testam. & licet cum Bart. com-

munẽ dicat Zasius & Claudius. l. ius civile. ff. de inst. & iur. & quidquid Ias. vbi supra, velit has communes cõtrarias cõcordare, cuius cõcordia nõ placet: sed cõcordia Ioannis Baptistæ de S. Severino, scilicet quod hæc secunda Bartoli opinio procedat in testamento factõ apud barbaros hostes & rebelles populi Romani, prima vero procedat de testamento apud barbaros factõ, cum quibus bellum nõ habemus, plus placebat, nisi & inconueniens daremus maximum ex ea, videlicet quod si quis Christianus captiuus apud Turcas ibidem testaretur attenta Turcarũ consuetudine, nõ valeret in Hispania, quod dicendum non est, ideo tenenda erit prima communis opinio, eò quod ex consuetudine minui potest numerus testiũ testamentorũ, prout & magis cõmunem dicens tenet Burgos de Paz, vbi sup. nu. 703. qui à nu. 693. vsque ad 714. id examinat, & nu. 7. 5. id declarat vno modo, & nu. 714. quod si est in portu, adeo, vt & consuetudo certæ villæ vel castri aut progeniei valebit & testamenta secundum eam facta * valebunt, secundum 7 Suarez. late in l. quoniam in prioribus 10 ampliatione. num. 15. cum sequentibus aliquibus: quam receptiorem testatur Horoscus. l. omnes num. 30. ff. de inst. & iur. & sequitur Boerius decis. one 155. nu. 29. Latissime Burgos vbi supra, à num. 588. vsque ad 624. Imo & circa successione potest introduci consuetudo, secundum dictos, maxime Suarez. num. 12. & sic videmus quod de consuetudine totius Hispaniæ maior ¶ natu, succedit in maioratu alijs fratribus exclusis, text. in l. 2. tit. 15. part. 2. & Couar. in pract. cap. 1. num. 7. & ita videtur probari in l. 41. Tauri. postea pro l. 1. tit. de los mayorazgos, infra isto lib. 5. dum ibi per consuetudinem inquit probari maioratum, quod late examinat Horoscus in d. l. de quibus, nu. 69. cum pluribus sequentibus, vbi prosequitur, quid in regni successione. Cum ergo sit testamenti forma iure civili inducta nimirum si minui possit, prout per legem nostram minuitur illa quæ circa testiũ numerum de iure civili & partitatu antiquitus habebatur, & posse minui testatur Decius relatus & sequutus per Telliũ. l. 3. Tauri. p. n. 3. Quo discussõ veniendum est ad text. ualiam. Ibi, Si alguno, intellige qui secundum ius testari non prohibetur, nã verba hæc generalia de habilitate sunt intelligenda & restringenda, secundũ text. in l. vt gradatim ff. de mune. et hono. non enim lex nostra processit ad habilitandum omnes, etiam prohibitos testari, ad testandum, sed tantũ ad ponendum nouam formam illis, qui de iure testari non prohibentur, & ideo de non prohibitis verbũ hoc, Alguno, est intelligendum. Et qui sunt illi, qui testari prohibiti non sunt, cognosces ex illis, qui prohibiti sunt, quos enumerant DD. in locis ordinarijs, & in legibus Partitarum, in tit. 1. part. 6. et per Abbatem in Ryb. de testam. et Ancar. et alios in c. 2. eod. tit. & latius per Francum in rubr. de testam. in 6. qui quidem licet filium familias inter prohibitos numerent ex l. qui in potest. ff. de testam. & dãnatum ad mortem, ex l. si quis filio exheredato. §. sed si quis ff. de iniusto rupto, tamen iam ex legibus 4. & 5. Tauri, que pro legibus 3. & 4. nostri tituli apponuntur, permittunt eis testari, vt ibidem videbitis. Et sic constituit potest regula cõmunis, scilicet, quod omnis ¶ ille testari potest qui expressẽ non reperitur prohibitus, secundum Anton. Gom. l. 3. Tauri. num. 1. cum sequentibus, vbi prosequitur personas prohibi-

prohibitas testari. Ex quibus cum excommunicatus prohibitus nō reperitur, poterit optime testari, prout in dict. l. 3. Tauri. num. 5. tenet Ant. Com. & Barba. consil. 238. vol. 1. Bald. in l. fin. col. 3. C. si à non comp. ind. Abb. in Rub. de testam. col. 2. Imol. cap. 2. eod. tit. Setua de benefi. 3. par. quest. 4. col. m. 1. communemque fatetur Felin. in cap. cum voluntate. De sententia. excom. item Felin. in cap. ad probandi. m. col. 2. de re ind. & Abb. in rubr. n. 5. de testam. Arretin. in l. si queran. ff. de testam. Gualdensis, de arte testandi. ti. 1. cautela 10. & communem etiam post alios plures testatur Benedictus in cap. Rainutus. verbo, Mortuo utaque testatore num. 288. & hanc tenet eam fundans pro utraque parte Maria. Socin. cap. sacris à nu. 475. usque ad 485. de sentent. excom. nu. & Did. Per. hic sub l. 1. tit. 2. lib. 5. ordin. pag. 63. col. 2. cum duabus sequentibus, & iterum l. 1. tit. 5. lib. 8. ord. pagin. 1. 5. col. 2. & Spino, in Speculo testam. in 11 parte Rubricæ, nu. 69. Licet contrariam tenuerit Monach. in c. quamquam. de usuris in 6. & licet hanc etiam dixerit communem Barba. in dict. cap. 2. de testam. per glo. in ca. decernimus. de sentent. excommun. in 6. quam proficitur singularem Francus, in dict. Rub. de testam. in 6. & tenet Cepola. cautela. 117. Sed à priori communi non est recedendum in iudicando & consulendo, nisi sit excommunicatus propter hæresim, † quia in eo speciale est, ut testari non possit secundum text. in cap. excommunicamus §. credentes, de hæreticis in 6. Authen. credentes Cod. eodem tit. licet testari damnato ad perpetuum * carcerem licitum sit, secundum Simancas de Instit. carbo. tit. 16. num. 5. & Did. Perez, in præsent. sub dict. l. 1. pagin. 64. versic. Quid in damnato. Sed an hodie sacri Concilij Trident. decreto aucto testamentum ingredientis religionem ante ingressum † factum valeat, vide nouissime per conciuem nostrum doctorem Gutierrez, in capit. quamuis pactum versic. De in nuptui tradebatur. num. 4. pag. 403. de pactis in sexto & alias personas, de quibus dubium erat an testari possent, enumerat Iulius Clarus in lib. 3. Selectarum sentent. verbo, Testamentum.

Ibi, Ootra posirimera voluntad. putà donationē causa mortis, in qua quidem, ut ex his verbis patet, idem numerus testium qui in testamento nuncupatio requiritur, cū quoad effectus potius vltimis voluntatibus quam contractibus æquiparetur, ut communem asserendo tradit Couar. in 3. p. Resp. de testa. nu. 15. cumque vltimis voluntatibus æquiparetur remissa solēnitate testamēti nuncupatiui, censetur & remissa in donatione † causa mortis, cū æquiparatorum eadem sit ratio iudicanda, & eadem dispositiuo. Et quia lex noua corrigens vel minuens † legem antiquam in vno de casibus æquiparatis censetur & in alijs corrigere vel minuere, prout est iuris regula, de qua in isto titulo dicemus, & ponit eam Ant. Gomez. tomo 3. cap. 11. in fine, & ita hanc opinionem in donatione causa mortis tenet Suarez allegatio. 20. col. 2. in princip. pagin. 174. in antiquis & Couar. ubi supra à num. 21. & Anto. Gomez. tomo 2. cap. 4. num. 16. per text. expressum in l. Marcellus. ff. de donatio. causa mortis. & Couar. ubi supra hoc optime declarat, pro declaratione considerās legem nostram & legem 3. Tauri. infra proximam, scilicet, quod licet remittatur solemnitas vel pars certa à iure requisita in testamento, non censetur

pro eadem portione & parte, vel tanta pars remissa eius quæ in codicillis vel donatione causa mortis requirebatur, vnde si lege noua sufficiant quinque testes in testamento, non ex hoc in codicillis vel donatione causa mortis sufficientes tres, sed eadem solemnitas requiretur, quam communem contra Ripam testatur ubi supra ipse Couar. sed si augetur dicta solemnitas in testamento non censetur augeta in codicillis nec in donatione causa mortis, secundum eum, ibi ex Roma. singular. 5. 3. Ex quo videbatur dicendum quod cum antea quinque testes requirebantur in donatione causa mortis, secundum text. in l. fin. Cod. de donation. causa mortis, & si tot non aderant præsumebatur donatio inter viuos secundum Alexand. & Ias. nu. 46. l. que dotis ff. solut. matri. non censetur minui numerus testium per text. nostrum in donatione causa mortis & eodem modo & fortius non requiretur quod hi testes essent vicini prout in testamento nuncupatio text. noster requirit, & est subtilis consideratio, veruntamen contrarium est tenendum, imo quod & in donatione causa mortis requiritur idem numerus testium & eiusdem qualitatis vicinitatis * sicut in testamento nuncupatio, quia lex nostra expresse ita requirit, nec stamus in meris coniecturis præsumptionis, prout in doctrinis supra relatis pro prima opinione testatur, & sic in certis non est locus coniecturis & cum lex nostra disponat in his verbis. Ootra posirimera voluntad. Ita & nos debemus intelligere dispositum, & per consequens eadem solemnitas requiretur in reuocatione donationis causa mortis, quia ea quæ in actu conficiendo requiruntur, & in eo destruendo * debēt adesse secundum Hippolytum in practico §. restat. n. 9. cum pluribus sequentibus & Decius relatus per Anto. Gomez. tomo. 2. c. 4. num. 19. & sic in ademptione legatorum quinque requiruntur * testes secundum Couar. 2. par. rubrica de testam. §. 11. vel quod si codicilli, & hoc si sine tabellione reuocatio fiat, si vero cum tabellione, tres sufficientes vicini tamen, licet si legatum reuocaretur à lege propter inimicitiam vel aliam causam lege expressam, secundum eundem Couar. ibidem, duobus testibus sufficeret causam illam probare, & quæ dicatur donatio † causa mortis ultra Couar. d. 3. p. rubrica & etiam in 2. par. & ultra Ias. Alex. & Docto. dict. l. que dotis, & Dueñas reg. 217. vide per Clarum in lib. 3. selectarum verbo donatio. q. 4. & conciuem meum Doctorem Gutierrez in tractatu de iuramento confirmatorio. 1. part. capit. duodecimo. Quod tamen si quis vocato notario & septem testibus in modum condendi testamentum solemnem, legata fecit instituit heredem vniuersalem ore proprio nominando eum, deinde notarius imperitus fortè volens apponere clausulam codicillarem scripsit quod quidem testamentum & vltimam voluntatem dictus testator voluit & vult valere iure codicillorum vel donationis causa mortis & non aliter neque alio modo, an talis scriptura † poterit in vim testamenti sustineri, vide Iulium Clarum ubi supra verbo testamentum questione quarta, numero final. & an si quis in testamento fecerit donationem causa mortis nunquid censetur, tanquam legatum † vel

21 † vel tanquam donatio causa mortis, vide eūdem Clarum in dicto verbo donatio. q. 5. num. 3.

Ibi. *Conferuano publico*. Ex literarum nostri textus corruptione processit aliquando dubitari, num & dum tabellio publicus existeret praesens ad confectionem testamenti nuncupatiui, de quo lex nostra & nos in ea loquemur, requireretur & ²² quinque etiam testes vicini, * & aliquibus visum est quod sic, *ex verbis alijs nostri text. ibi. Y si no pudieren ser auidos cinco testigos ni escriuano en el dicho lugar*. Ponderando dictionem illam (ni) que copulatiua est ut diximus in lege decima, titulo primo supra libro precedente & cum copulatiua sit verbum illud, *Ni escriuano*, Ad proximum precedentia referendum videtur, scilicet ad illa. *Y si no pudieren ser auidos cinco testigos*. Ergo si cum eis reperiri potest tabellio omnino adesse debet ad essentiam & validitatem testamenti nuncupatiui, item & ex alio quod lex nostra disponit, scilicet, quod cum testamentum hoc coram tabellione non fit, sint septem testes praesentes, ergo si septem debent adesse cum tabellio non adest, requireretur tabellio si tantum quinque adsint testes, quibus considerationibus hanc opinionem tenere voluerunt Couarruias in capite sum esse, numero primo de testament. & Telius in secunda par. legis tertia. Tauri numero decimo quarto. & in transitu tetigit Gregorius Lopez l. 22. verbo. Cinco. In fine tituli primi par. sexta, & Cisuentes in lege tertia Tauri contrarium tamen tenendum est intrepidè imo quod quantumcunque testes reperiri possint, sufficiant tres testes vicini si tabellio adest confectioni nuncupatiui testamenti, & quinque vicini sine tabellione quantumcunque tabellio inueniri posset, ex textu nostro ita expressis verbis id probante, ut nulla inductione eius egeamus ibi. *Y si lo hiziere sin escriuano, que sean y alomenos cinco testigos vezinos segun dicho es*. Ecce ergo quomodo textus disponit sine tabellione sufficere quinque testes vicinos, nec distinguit reperiri possit vel non tabellio, item & quia si haec opinio non esset tenenda nulla differentia constitueretur in lege nostra, prout constituitur inter hunc casum, & illum quoties tres testes tantum adsunt, & sic necessario ut vera sit differentia horum casuum tenendum est quinque testes vicinos sine tabellione sufficere, quantumvis tabellio in loco adesset. † Nec obstant verba illa nostri text. pro prima opinione ponderata, quoniam licet videantur virgere contra istam secundam opinionem, nihil tamen obstat & virgent, eo quod verba dicta. *Ni escriuano en el dicho lugar*. Non sunt referenda ad illa alia verba: *Cinco testigos*. Sed ad illa tantum, quae in principio lex nostra proposuit. *Deuen ser presentes a lo orogar alomostres testigos*. Hoc, scilicet, modo referendo singula singulis, quod si neque testes vicini reperiri possunt coram quibus sine tabellione nuncupatiue testari possit, neque itidem tabellio reperiat quoribus non quinque sed tres tantum testes reperiantur, tunc sufficiant tres tantum testes vicini & sic verba haec: *Ni escriuano en el dicho lugar*, limitent primam nostri text dispositionem, & verba priora eius, nec ex hoc negatur dispositio praecedens, scilicet, quod quo-

ties non vocatur tabellio, qui reperiri poterat, fieri posset nuncupatiuum testamentum coram quinque tantum testibus vicinis, aliter enim dicta differentia nostri text. adsint ne quinque an vero tres tantum testes vicini, nullius esset effectus, neque limitatio dicta de tribus testibus sine tabellione, quoties nec tabellio neque alij plures testes quam tres reperiri poterant, esset de regula, prout debet esse, nec est sumendum argumentum à contrario ex verbis illis. *Ni escriuano en el dicho lugar*. Vbi dicta absurditates resultarent, & illusoria in dictis redderetur dispositio nostri textus, non itidem obstant huic secundae opinioni illa alia verba supra pro prima ponderata opinione ibi. *Pero si el testamento fuere hecho ante siete testigos*. Quoniam verba haec procedunt ut ex sequentibus verbis patet. *No vezinos*. Quoties testes illi septem non sunt vicini, neque adest tabellio confectioni testamenti coram illis septem testibus facti, & ratio quare in hoc casu septem requiruntur, est ex eo quod in testibus non vicinis & incognitis facilius falsitas adhiberi posset, nec facile posset detegi, & ideo maior numerus eorum requiritur, quam in vicinis in quibus vicinis & sic cognitis testibus detegatur facilius falsitas, si quae aderat, & sic haec secunda opinio tanquam vera & in practica quotidie recepta tenenda est cum Antonio Gomez l. 3. Tauri numero quadragesimo septimo in medio & voluit Grego. verbo. En poridad. In d. l. 6. titulo primo, parte 6. & iterum in lege prima verbo. Ante siete titulo primo. ead. p. 6. & Coua. ubi supra numero 2 in medio dum generaliter loquitur & Castillo. d. leg. 3 Tauri numero primo, glossa prima, & Burg. de Paz ibidem numero 826. & Mench. de succes. creat. libro tertio §. vigesimo primo, numero 20. & post haec vidi Matienço sic succinè tenentem in praesenti in glossa tertia, numero sexto, & hanc etiam videtur tenere idem Telius sibi contrarius in secunda parte, dicta lege tertia Tauri numero decimo nono. versiculo respectu vero. & Gomezius Leon. in centuria informationum iuris loco. 55. & 58. numero secundo, & iterum in loco decimo tertio. & sic inquit Ioannes de Deo relatus per Ioannem Andream in additionibus ad Speculato. titul. de instrument. edit. §. compendiosè numero decimo quarto versiculo sed nunquid. verbo in fine. quod apud Hispanos non scribitur testamentum sed vocantur testes, debent tamen aduertere haeredes & legatarij descripti in tali testamento coram quinque testibus vicinis tantum confecto. ut citatis his quorum interest, scilicet illis qui ab intestato † ad bona illa deuenire debebant, quod comparèat coram iudice loci & petant redigi in publicam formam testamentum illud, examinando illos quinque testes, qui interfuerunt ut cum iuramento deponant & declarent sic ut ibi scriptum est testatorem disposuisse ut inquit text. in l. 4. tit. 2. part. 6, & ibi gl. & inferius latius dicitur. aliter enim nisi hoc fecerunt in vita testium illorum eis mortuis derisos repererunt, & nihil operabitur testamentum illud, & sicut percipias mentem & substantiam nostram l. colligo ex ea sequentis verissimas conclusiones ea arteta.

Prima sit igitur conclusio. scilicet quod testamentum nuncupatiuum factum coram tabellione, & tribus testibus vicinis illius loci ubi testator

Concl^o
siones.

1. Concl^o

vali-

validum est & firmum etiam si plures alij testes reperiri possent.

2. Conc. Secunda conclusio, testamentum nuncupatiuum (nam de hoc loquimur in hac lege) factum coram quinque testibus vicinis sine tabellione validum est & firmum etiam si tabellio reperiri posset, ut patet ex dictis, & ex sequentibus clarius patebit sic legem nostram determinasse.

3. Cöcl. Tertia conclusio, testamentum nuncupatiuum factum coram tribus testibus vicinis, si quinque nec tabellio reperiri potuerunt validum est & firmum & hoc probant illa verba nostri textus. *¶ si no pudieren ser auidos cinco testigos ni escrivano, &c.* Itaque verba hæc limitatiua sunt præcedentium, scilicet, quod si quinque testes reperiri non possunt, qui quidem si vicini sunt, sufficiunt sine tabellione ut in secunda conclusione, nec itidem potest reperiri tabellio, qui quidem cum tribus testibus vicinis sufficiebat ut in prima conclusione tunc ijs quinque testibus vicinis deficientibus sine tabellione, & tabellione deficiente, ubi quinque testes vicini non reperiuntur, tunc utique sufficient tres testes vicini, & hic est literalis intellectus & verissimus nostri textus. & in practica receptus, & communis secundum quem supra d. secunda opinio, scilicet, quod quinque testes vicini sufficiunt sine tabellione etiam si tabellio reperiri possit verissima est & tenenda, & plures alios casus ubi minor numerus quam quinque testium ¶ sufficit in testamentis vide per Mincha. de successibus creationum, libro tertio §. vigesimo-primo, numero vigesimo-secundo, cum pluribus sequentibus.

4. Cöcl. Quarta erit conclusio, & finalis circa hæc, & limitatiua omnium præcedentium, scilicet, quod testamentum nuncupatiuum factum coram septem testibus non vicinis, nec coram tabellione, etsi reperiri posset, habet tamen alias qualitates iure requisitas, validum est & firmum: & rationem huius conclusionis in præcedentibus assignauimus, & ex hac conclusione colligitur manifestè quam vera est conclusio secunda per nos proposita, nam si cum septem testes non vicini adsunt tabellio non requiritur, igitur neque cum vicini quinque reperiuntur, quia vicinitas supplet defectum illorum duorum ad numerum septenarium non vicinorum requisitum, ex quibus verba nostri textus usque ad versiculum *¶ mandamos remanent* satis declarata & clara.

Quæst. 7. Ulterius & secundo in propositum verborum nostri textus & huius glossæ primo propositorum quarendum est quod si testator volendo testari coram tabellione publico & numerario in loco ubi numerarij adsunt tabelliones, & non reperiatur talis tabellio propter quod testatus est coram aliquo notario apostolico cum tribus testibus tantum cum alij reperiri possent an valebit illud ¶ testamentum, & videtur dicendum quod non, quia omnia instrumenta publica siue testamenta coram tabellione publico & numerario fieri debent per contrahentes, aliàs nihil valent, ex text. in lege prima, titulo 25, libro quarto. supra. quem ad hoc allegat Couar. in practicis cap. 19. num. fin. in fine, imo & secundum l. 19. eiusdem tituli & libri, his

notarijs apostolicis sub graui pœna prohibetur ne inter laicos instrumenta, contractus vel testamenta conficiant & ipsis laicis insuper sub pœna idem prohibetur, hacque de causa disponitur, in lege octaua, titulo decimo tertio, libro primo, supra ut Episcopi & personæ ecclesiasticæ in locis suis ubi temporalem habent iurisdictionem publicos regioque tabelliones habeant examinatos & approbatos in regio consilio quibuscum acta iudicialia & extraiudicialia & instrumenta ac testamenta conficiantur, & quod super hoc dentur Regiæ prouisiones non vero per notarios apostolicos hæc adimpleantur, idque adeo verum est quod nec etiam coram tabellione concilij vulgo de concejo in locis ubi publici & numerarij adsunt, hæc fieri poterunt instrumenta & testamenta, & acta iudicialia * secundum textum in dicta lege prima, titulo vigesimo-quinto, supra libro quarto, nam cum per Regem propositi sint tabelliones hi publici & numerarij in loco & ciuitate quibus autoritas publica à solo principe dari potest, secundum Couarru. dicto capite decimo-nono, columna finali. merito si ipsis tabellionibus publicis & numerarijs presentibus alij dicta conficere non possint, semel enim facta deputatione alicuius officij alius in eo se intromittere non potest, * ex Bald. lege prima, Codice de postula. & in lege secunda, Codice. quomodo. & quan. Iudex. gloss. l. septimo. titulo nono, par. 2. ad Regemque pertinet homines eligere, qui tales contractus faciant, secundum Auenda. capite decimo prætorum, numero quarto. ubi supra & cum istud, ubi vers. 7. Ita in proposito tenere videtur & sic (ut ad nostram reuertamur quætionem) testamentum nuncupatiuum factum coram Apostolico notario nulla distinctione facta reperiri possit necne tabellio publicus, & cum tribus testibus, vel coram tabellione de concejo examinato & approbato, ubi adsunt publici & numerarij & cum illis tribus testibus, cum alij testes plures reperiri possent, nullius est momenti, & ita legum dictarum & nostræ dispositionibus attentis tenendum videtur, & ita sentit Roderi. Suarez in l. post rem. §. sed pro euidencia numero 36. in principio pagina. 325. ff. de re iudic. Et hoc non tam ex dispositione dictæ legis prima, titulo vigesimo-quinto, libro quarto. supra quam ex dispositione dictæ legis. 19. & sequentis, titulo eodem vigesimo-quinto, & libro 4. expressè prohibentium & defendentium ne notarij apostolici sese circa temporalia & profana intromittant, quidquid voluerit aliud dicere Didac. Perez in lege 26. titulo. 3. libro 1. ordinam. nam loquitur contra dicta iura inhabiles tales notarios ad hæc reddentia, coram tabellionibus vero de concejo ubi publici & numerarij non adsunt, vel coram regijs tabellionibus vulgo. Escrivanos reales. Deficientibus tabellionibus publicis & numerarijs & itidem deficiente tabellione de concejo fieri poterunt dicta testamenta, & valebunt coram eis cum tribus testibus vicinis etiam si alij testes reperiuntur quia dicta l. prima. titulo 25. non eos inhabilitat in hoc casu, sed permittit potius ut inquit Auendaño. dicto capitulo decimo. præto. numero sexto, libro primo. & ita teneo. Sed an notarij hi apostolici

Quæst. 8. pote.

29 poterunt ꝛ se intromittere in conficiendis testa-
 mentis ad pias causas vide per Burgos de Paz. l.
 3. Tauri. nu. 765. cum sequentibus paribus. Est tamen
 verum quod si in testamento nuncupatio
 non ad pias causas facta interuenirent cum nota-
 30 rio apostolico coram quo cõfectum fuit, qua-
 tuor testes vicini, & ipse notarius itidem ꝛ erat
 vicinus, valeret equidem voluntas testatoris, & a
 fortiori valeret si quinque testes vicini adessent
 & hoc non ex vi testamenti, quia nullum est &
 nullam facit fidem, eo quod coram notario apo-
 stolico est cõfectum ex. d. l. 19. sed ex depositioni-
 bus ipsorum testium & notarii deponentium
 illam fuisse determinatam voluntatem ipsius tes-
 tatoris redigendo in publicam formam coram
 tabellione publico & numerario ex mandato iudicis,
 & cum citatione partium interesse præten-
 dentium dicta ipsorum testium prout faciendum
 est vt valeat & probetur illa testatoris voluntas,
 vt in simili inquit Auenda. d. cap. 10. num. 6. versu-
 culo vbiunque lib. 1. & Antoni. Gomez. l. 3. Tauri
 nu. 46. & expressius Didacus Perez. l. 4. tit. 8. lib. 3.
 ordi. versu. quaritur tamen col. 1074. in fine cum se-
 quenti. & Melius glos. l. 1. tit. 1. par. 6. & eo quod
 notarius ille vt testis valet deponere secundum
 Conarru in capi. cum esset nu. 1. & 2. de testamen. &
 an tunc debeat aliquis citari ad depositiones di-
 31 ctorum testium ꝛ dubitabat Castillo l. 3. Tauri
 fol. 32. colu. 2. cum sequenti & nulli dubium quin
 citandi sint illi qui ab intestato succedere pote-
 rant tali testatori, alias nihil fit. Sed an vltima vo-
 luntas manu testatoris scripta sine testibus & nota-
 rio valida sit, vide Conarru. capi. relatum. 1. nu.
 12. extra de testamen. vbi inquit id indubitatum
 esse valere si indubitatum sit testatorem illam sche-
 dalam manu sua scripsisse & se retulisse ad eam
 pro testamento, quod tamen constabit per con-
 fessionem venientium ab intestato, vel per testes
 qui licet ibi descripti nõ sint, adfuerunt præsen-
 tes tempore quo testator se ad illam schedulam
 retulit pro testamento, & optime per Crassum
 lib. sententiarum verbo testamentum. q. 3. numer. 8.
 versu. quaestio nem.

Ibi, Cinco testigos. Non corrigitur ex his verbis
 numerus testium in nuncupatio testamento à
 iure civili & partiarum requisitus ex. l. 1. titu.
 1. parit. 6. sed potius diminuitur adhibita vici-
 nitatis qualitate, scilicet, vt sicut antea septem tes-
 tes requirebantur in dicto testamento sine ta-
 bellione cõfecto quamuis vicini non essent lo-
 ci vbi conficiebatur, hodie tamen quinque suf-
 ficiant etiam si non adsit tabellio, dum tamen
 vicini sint, & sic iure optimo dicit Telius in 1.
 parte legis. 3. Tauri. num. 4. & carius num. 16. legem
 hanc ordinamẽti in nullo corrigere ius commune
 sed tantum prout ex eius serie patet, vult dare
 nouam formam secundum quam cum testator
 voluerit coram tabellione testari, testatur ad-
 hibitis tribus testibus vicinis & tabellione, vel
 quinque vicinis sine tabellione, vel septem etiã nõ
 vicinis sine tabellione habentibus qualitates à
 iure requisitas, quæ est optima & vera considera-
 tio. quamuis Antoni. Gomez. l. 3. Tauri. nu. 47. in
 principio velit hanc l. correctoriam esse in totum
 iuris civilis. Imo & quod plus est quod potest per
 2 duos tantum* testes probari quod totidem testes
 per legem requisiti in illo testamento adfuerunt

& interuenerunt secundum Matthæum Affli-
 elis decisione. 14. numer. 5. & Cisuentes. l. 3. Tau-
 ri. quaest. 11. ex quibus cessat dictum Iaf in consilio
 157. relati per Peraltam. l. si quis in principio testa-
 menti. de legat. 3. nume. 59. dicentis quod si ampli-
 us quam quinque testes adsint in testamento,
 vitiabitur testamentum, cuius contrarium ibi
 optime tenet Peralta cum leges non excessum
 sed defectum inualident.

Ibi, Veçinos. Quis talis dicatur ꝛ tradit latissi- 33
 me in l. 3. Tauri Burgos de Paz verbo veçinos &
 vicinitas hæc requiritur siue sit testamẽtum nunc-
 upatiuum ꝛ siue in scriptis, vt ad hanc allegatur 34
 opinionem glos. ante penultima. l. 1. titu. 1. parti.
 6. & verbo. Ante siete testigos. Et Tellus in 2. parte.
 l. 3. Tauri nume. 15. & Castillo ibidem numero 1.
 in glos. La ley. In principio, salua tamen eorum
 paceteneo non esse necesse in testamento in scri-
 ptis testes esse vicinos ꝛ eo quod tex. noster in 35
 testamento tantum nuncupatio loquitur prout
 ex. l. sequente patet, & in testamento in scriptis
 lex sequens non requirit testium vicinitatem,
 ergo nec nos requirere debemus, præsertim
 cum ex. l. nostra vbi maior numerus quam quin-
 que testium adest, vicinitas etiam in testamento
 nuncupatio nõ requiritur, & sic tenendum est
 in testamento in scriptis vicinitatem testium nõ
 requiri, cum Burgos de Paz, & alij per me relatis in
 l. sequenti in glos. (siete) & glossator & Telius & Ca-
 stillo pro contrariis allegati nihil tale dicunt, nec
 asserunt in testamento in scriptis sed tantum in
 nuncupatio: sed an in casu in quo requiritur vici-
 nitas testium præsumatur ꝛ in dubio, & in hoc 36
 Doct. nostri contrarij sunt, nam Telius ipse in
 d. l. Tauri. 2. p. nume. 15. & 16. & Auenda. respon-
 so. 14. & Matienzo hic glos. 5. nu. 11. cum sequenti-
 bus inquit, quod non præsumuntur vicini, sed
 quod ipse hæres id tenebitur probare, cū sit fun-
 damentum læ intentionis & contrarium probare
 sit mere negatiuam probare. Item quia vici-
 nitas est quid extrinsecum & in facto consi-
 stens, populi enim consensus debet adesse, insu-
 per habitatio per decennium & fideiussorum ꝛ 37
 præstatio ibidem permanẽdi, vt traditur per Doct.
 maxime Burgos. l. 3. Tauri. 1. par. nu. 512. & Boe-
 rium decisione. 160. num. 17. & Bart. dicentem ita
 vi in l. 1. col. 4. ff. ad municipales, imo & debet
 contribuere ꝛ in tributis, secundum meos & Math.
 Afflielis decisione. 384. facta autem non præsu- 38
 muntur nisi probentur, igitur non est præsumen-
 da vicinitas hæc. Contrarium tamen imo quod
 præsumatur, tenuit Greg. in d. l. 1. titu. 1. par. 6. glos.
 ante siete, & Didacus Perez hic pagina. 89. & 90.
 in fine, ita quod per hæredem probari vici-
 nitatem non sit necesse, satisque dicitur formam
 nostri tex. probari circa vicinitatem testium, si
 per ius præsumitur in dubio, contrario non ap-
 parente & demonstrato per aliquem quod non
 sint vicini, ego tamen in hac contrarietate vti
 concordia crederem posse, scilicet, quod si per
 contradicentem testamento non allegetur testes
 non esse vicinos, tunc equidem in dubio præsu-
 muntur tales etiam si in testamento nihil de vici-
 nitate eorum dicatur, sed si allegetur vicinos
 non esse neque in testamento aliquid super hoc
 per tabellionem asseratur, tunc equidem non
 præsumerem esse vicinos nisi probetur, quia

Concor-
 dia Au-
 thoris.

per contradictionem efficitur res dubia & hæredi incumbit probare validitatem testamenti, cum sit fundamentum sue intentionis, sin autem in testamēto per tabellionem asseratur testes esse vicinos, tunc quantumuis aduersarius id neget præsumetur pro vicinitate, nisi contrarium probetur, quia sicut creditur tabellioni & eius testamento circa alia contenta in eo, videlicet quod talis testatus fuit & eo modo quo ibidem continetur, & quod tot & tales testes interfuerunt nisi contrarium probetur, ita & eodem modo credendum est circa vicinitatem testium in testamento per eum asseram, & hoc quoties ipse tabellio assereret illos esse vicinos, secus vero si diceret, qui testes asseruere esse vicinos illius loci, quia cum tunc tabellio id non affirmet sed in dicto testium relinquat, si allegetur non esse vicinos, probandum erit per heredem, quia verba relatiua tabellionis ex dicto aliorum procedentia non inducunt in hoc casu assertionem eo quod dubitatiue sunt prolata, & hæc mihi vera videtur & tenenda sub meliori aliorum censura & ita deducitur ex Didaco Perez d. pa. 89. col. 1. & 2. & Martienzo ubi supra nu. 16. quem post vidi vltius & in tantum vicinitas testium in testamento nuncupatio requiritur quod & in codicillis etiam est

39 habenda, si minori numero septem testium facti sunt, prout ex l. sequente clare probatur & patet ibi (y en los codicilos interuenga la solemnidad que se requiere en el testamento nuncupatio, o abierto) & ita expresse tenet Tilius in l. 3. Tauri. 4. p. n. 22.

Ampliatur & tertio quod & hæc procedant

40 siue testator inter liberos testetur siue inter extraneos, secundum text. Clarum, in l. sequente in principio, ex quo inferitur quod cum lex illa sequens eandem solemnitatem & formam iubeat seruari siue inter extraneos siue inter liberos quis testetur, quod in omnibus & circa omnia adæquatio hæc facta est, cum testator vult minori numero septem testium testari, & sic hodie nec inter liberos testando poterunt adhiberi fœminæ

41 si in testes, prout tenuit Anton. Gom. l. 3. Tauri num. 48. & gloss. 1. in l. 7. tit. 1. par. 6. & Cisuentes, in d. l. 3. Tauri, & Coua. in 4. c. 8. §. 4. num. 13. in fine fol. 128. & nouissime post hæc Molina, de Primoge. Hisp. lib. 2. c. 8. num. 27. ubi hanc testatur veriorē opinionem. & in numer. 57. infra repeto. non solum enim. l. nostra minuit numerum testium sed in simul cum diminutione requirit quod testes illi sint vicini, & quod iidem testes requisiti quoties inter extraneos quis testatur, requiratur & quoties inter liberos, nam adæquatio debet esse cum eisdem qualitibus. Contrarium tamen tenuit idem Anton. Gom. d. l. 3. Tauri. num. 52. quem refert & sequitur optime fundando Tellus Fern. ibidem in 1. p. num. 15. cum tribus sequentibus & Horoscus in l. in multis col. 229. vers. 4. ff. de statu hominū & voluit Couar. si bene inspiciatur in ca. relatum primo num. 5. de testam. quamuis ibi solum quoad ius canonicum & ciuile loqui videatur nō vero quoad ius nostrum regiū, quoad quod potest dici non tenere contrarium: nam æquiparatio hæc legis sequentis inter liberos siue inter extraneos quis testetur non est principaliter inducta ad hoc vt omnis qualitas & forma in testamento facto inter extraneos requisita requiratur in facto inter liberos, sed solum dispo-

nitur quod solēnitas nostræ in testamento nūcupatio adhibēda inter extraneos adhibeatur & in testamento inter liberos, non tamen ex hoc negatur quin alia specialia de iure inducta quoad testandum inter liberos hodie non procedant nam equidem procedunt vt puta quod testes fœminæ in testamento inter liberos sufficiant, & quod non requiratur lectio, neque publicatio testamenti nuncupatio inter liberos facti, nam clausula & dispositio generalis specialia non corrigit argum. gloss. singularis quotidiana & communiter approbata in l. 1. C. de silentariis lib. 10. l. doli clausula ff. de verb. obli. & ibi Doct. & licet lex minuat testium numerum, non tamē minuit nec tollit alia specialia inducta nec censendum est tollere, item & quia. l. nostra neminem coarctat vt secundum illam testetur (vt iam dictum est) sed quod possit quis secundum eam testari si voluerit, aut sin minus secundum ius ciuile & partitarum. Ex quo posset elici concordia inter dictas opiniones scilicet quod dum seruatur ius ciuile & partitarum inter liberos, & sic lex hæc consultijsima. §. ex imperfectio. C. de testam. & l. 1. tit. 1. par. 6. cum ea concordans & l. 17. tit. 16. par. 3. tunc nihil immutetur circa specialia testamenti nuncupatio inter liberos, si tamen testetur secundum solemnitate nostræ. tunc procedat prima opinio, vt scilicet inter liberos debeat seruari eadem solemnitas quæ inter extraneos in testam. nūcupatio quoad numerum & qualitate testium: & potest esse bona concordia, & licet ex dictis pro secunda opinione destrui possit, media tamen hæc via tutior videtur cum generalis adæquatio legis sequentis inter testam. inter liberos & testamentum inter extraneos multum arguat pro prima opinione, cum forma nostræ legis non verò iuris ciuilis seruatur, & quia si diminuitur numerus testium, cur est intelligendum quod testes qui aliàs in simili testamento inter extraneos facti, nō admittuntur, admittantur, si inter liberos factum sit, cum vtraque hæc testamenta quoad solemnitatem adæquētur & ita videtur tenendum. Et sic infero etiam quod quamuis olim in codicillis fœminæ testes esse poterāt prout omnes fatentur inquit Horoscus in l. in multis ff. de statu homin. col. 229. vers. 4. & etiam hodie poterunt esse, cum qualitas non censeatur mutata, secundum quod tenet Cisuentes. d. l. 3. Tauri. numer. 12. & ibi Anto. Gom. n. 70. & Mincha. de successio. creatio. §. 12. nu. 12. & 68. verior tamen est opinio quod & in codicillis hodie ex. l. nostra si secundum eius formam quis testetur fœminas testes esse non posse

42 si cum Molina id optime ex. l. nostra & sequente probante in d. lib. 2. maioratum. cap. 8. numer. 24. & 25. & 26. sicut & de iure canonico fœminæ

43 in testamento testes esse non possunt secundum communem asseram per Couar. in cap. cum esset. numero 14. de testamen. Vltius & 4. ampliatur quod non solum testes isti quinque vel tres ex forma legis nostræ requisiti in testamento nuncupatio debent esse vicini, sed & debent etiam esse omni exceptione maiores, si secundum gloss. ante penul. in d. l. 1. tit. 1. par. 6. nam cum

44 secundum glo. ubi lex nostra minuat numerum testium de iure Ciuili & Partitarum requisitorum in testamento nuncupatio, debet intelligi & limitari vt testes tales sint omni exceptione maiores,

Concordia Auctoris.

maiores, vt inquit consuluiffe Deci. *conf. 105. nu. 14. post medum*, de quo Decij dicto non ita generaliter illud intelligēdo meminit Tellius Fernan. *in d. l. 3. Tauri. 2. p. n. 1. versi. sed quando probetur.* & tenet idem quod Decius & terigit Burgos de Paz *in ca. l. 3. Tauri. nu. 356.* & sic asserit glossator partitarum, *vbi sup.* fuisse pronuntiatum in cancellaria Pinciana in causa testam. in loco deserto facti vbi tres tantū testes haberi potuerūt, & vnus eorum non erat omni exceptione maior, & propter hoc inquit testamentum inualidum pronuntiatum fuisse, glossator tamē *ibidem* inquit se dubitasse de illo Decij dicto in casu vbi nulli alij testes haberi potuerūt, eod quod tunc nulla dari potest culpa testatoris quē post hęc vidi sequutum per Matienzo *hic in glo. 7. n. 8.* Burgos verò de Paz *vbi sup. n. 257. cum. 2. sequentibus* de illo Decij dicto indistincte dubitat & tenet indiscriminatim in nullo casu requiri testes esse omni exceptione maiores, si aliàs lege prohibitum non sit esse testes in testamento. Ego tamen si licet meū inter tantorum patrum iudicium proferre, teneo indistincte siue alij testes haberi potuissent siue non potuerint, in testamento nuncupatio requiri vltimicitatem, testes esse omni exceptione maiores, maioritatem tamen reduco ad terminos iuris scilicet quod illi dicantur in hoc casu maiores omni exceptione qui expresse perius prohibiti non reperiuntur esse testes in testamētis, non verò requiratur alia maioritas & dignitas eorum & hoc est quod in effectu voluit Burgos de Paz. *d. num. 57.* & placet mihi eorum dictum & voluit Decius in quo supra dicti faciunt fundamentum *in d. consil. 105. nume. 4. & 5.* si bene inspiciatur & reducatur ad terminos iuris: aliter enim posset dici legem nostram, quę prouidere voluit validitati testamentorum fallacem fuisse testatoribus. I. enim nostra non requirit aliam maioritatem testium quam de iure antea requirebatur, quia si requisisset, expressisset, si ergo testator qui tempore testamenti à communiter accidentibus nihil aliud quam testari & animam exonerare intendit, intendere deberet maioritati & dignitati testium & non intendisset quia lex nostra non requirit, faciliter à lege nostra numerum diminuente, nec aliud quam vicinitatem requirente, & quod non sint testes de reprobatis à iure falleretur. Igitur omnino dicendum maioritatem dictam esse illam, quę à iure non prohibeatur & in dubio omnem testem in nostro casu præsumi maiorem exceptione nisi aliud demonstretur à iure dispositum, nè dū testatoribus fauere vult lex nostra, cōtrariā eā faciamus testatoribus, & quę in eorum fauorē introducta sunt in odium retorqueantur & nascerentur iniurię, vnde iura nascuntur contra legis Brocardicum, & sic meam iudico opinionem veram esse indistincte, siue possint siue non alij testes haberi, quod non requiritur quod sint omni exceptione maiores & sic probatissimę vitę & famę, sed sufficiat maioritatem hanc verificari quoties non sunt de illis, qui prohibiti sunt à iure esse testes in testamēto. Sed est quæstionis, an iam quod teneamus opinionem illam quod debeant esse testes tales omni exceptione maiores & probatę fidei, præsumuntur tales, an verò probari debeat per hæredem * vel legatarium qualitas hæc maioritatis

Tom. 3.

exceptionis eorum tempore testamenti, & videtur dicendū quod deberet probari quia quotiescunq; optima opinio testium est inductiua plene probationis quę alias plena nõ esset, tunc de plena & optima opinione testium articulandū & probandū esset, *secūd. Hippol. in præf. §. quoniam. n. 55. & Ceppo. conf. 57. n. 7. itē* & quia quādo lex requirit testes esse idoneos per nomē superlatiuū, non præsumitur hæc idoneitas testium nisi probetur, *secūdū Angel. l. 1. §. idē ff. quē ad mo. 1. est. ap. quē* & alios *commune hanc Angeli propositionē asserendo refert Couar. in c. relatum. 1. num. 6. fol. 67. de testam.* Nihilominus tamē in propositum cōtrarium est tenendū, imo quod non requiratur probatio maioritatis huius testium in testamēto nuncupatio adhibitorū, etiā si teneremus opinionem quod maioritas in eis requireretur, sed quod potius tunc præsumantur tales esse nisi contrariū probetur, ex eo quod omnes testes legitimi præsumuntur nisi cōtrarium probetur, *ex c. presentium de testibus. l. si quis testibus & in auth. si dicatur. C. de testibus. gloss. ca. 1. cod. iuu. & omnes dicuntur fide digni & omni exceptione maiores, qui nulla exceptione repelli possunt & lege non reperiuntur prohibiti. l. 1. ff. de testibus cap. si. de præsumptio. l. ex eo. ff. de testibus,* & ita hanc opinionem in fortioribus terminis, scilicet, cum lex expresse requirit testes esse legitimos, tenet Couar. *vbi sup. nume. 6. & eo sequuto Mantica de coniecturis vlti. vol. lib. 6. tit. 3. n. 10. cum 3. sequenti.* *ibidemque* responder ad illud Angeli dictum, scilicet, quod multi contra tenuerunt quos *ibi* refert Couar. item etiam quia Angel. & sequentes eum loquuntur in statutis, nõ vero in dispositione iuris cōmunis, in statuti enim dicta verba sunt intelligenda in sensu quē Angel. & sequaces probant, vt aliquid sit additum iuri communi, item & procedit Angeli dictum, quoties statutum ipsum requirit quod legitimi sint testes exprimendo verbum (*legitimi*) vel simile sed in nostro casu secundum ius cōmune loquimur, prout est nostra lex nec vllum verbū de testium legitimitate in nostra lege exprimitur, ergo quoad eam cessat illa Angeli doctrina nec maioritas hæc testium probanda est, sed præsumitur potius si cōtrarium non probatur. Vel procederet Angeli dictum, quoties lex geminatiuè loqueretur & requireret testium idoneitatem, tunc enim probanda esset quāuis contra eos nihil opponeretur, *secūdum Auend. c. 6. per tot. nu. 7. l. 1. vbi in versi. in vno casu, tenet cum Couar. vbi sup.* nec obstat si opponatur ex illo Decij dicto *per glo. antepen. d. l. 1. tit. 1. par. 6. relato,* scilicet, quod ex eo quod lex nostra minuit numerū testium testamenti nuncupatiui est intelligendū, quod debeāt esse testes omni exceptione maiores & quod ita sit probandum, quāuis nihil contra eos opponatur, quia *vt ibi dicit glo. illa quota* quās Decius *ibi* allegat non probant ex toto dictum suum, & Decius ipse aliquantulū dubius loquitur, itē & quia *secūdum glo. illam,* illud Decij dictum intelligi potest in illo, qui non potest esse testis propter defectū iuris quem patitur, qui quidem merito cum legitimus non sit & iure reprobatus si talis defectus publicus sit (*vt ibi dē inquit glo. illa & ad hoc aduertendum dicit*) repellatur nisi per probationem legitimet. Item & quia ego respondeo quod illud Decij dictū non

I 2

obstat,

obstat, nam etiam si requiretetur quod eò quod lex nostra minuit numerum testium testamenti nuncupatiui deberent esse omni exceptione maiores, non tamen ex hoc excluditur quin tales de iure præsumantur nisi contrarium probetur, & sic ipsa præsumptio iuris, quæ pro vera & liquida probatione habetur, probat & patrocinatur istam testium maioritatem. Nec obstat etiam regula illa Hippolyti pro prima opinione allegata, quia in ea optima opinio testium est inductiua plenæ probationis, in nostra verò lege non est inductiua plenæ probationis sed potius numerus ipse testium per legem hanc requisitorum plene probat, venitq; in consequentia non verò principaliter maioritas ipsorum, ita quod maioritas ipsa non est illa quæ efficit plenam probationem, sed numerus ipse testium à lege nostra requisitus, qui quidem diminuitur per legem nostram in fauorem testatorum & dispositionem eorum & ut facilius testari possint, nec necessitetur tot testes, inquirere quot antea iure civili & partitarum requirebantur in quorum requisitione plerunque testatores deficiebant *vt colligitur ex Couar. vbi in vers. hac vero.* Vel secundo respon. quod illa Hippolyti doctrina procedit quoties maioritas ipsa testium facit in testes illos admittere, qui alias non admitterentur nisi existente illa maiori-
 46 esse non potest nisi sit bonæ fame *secundum Ant. Gom. tom. 3. cap. 12. num. 13. in fine:* vel in testibus singularibus contra indices se corrumptentes vel contra usurarios, qui alias etiam mille sint, nihil probant sed si sint tres & bonæ opinionis & fame licet singulares sint, probant, *secundum text. in l. 4. titu. 6. lib. 8. infra & l. 6. titu. 9. lib. 3. supra, vbi dixi,* tunc enim cum testes hi non essent admittendi ut plene probarent, nisi optima eorum opinio probaretur, nimirum si probanda omnino sit ut probet, *prout tenet Auend. cap. 2. pratorum. numero 19. vers. 4. ex eisdem li. 1. & Couar. vbi sup. vers. 5.* Et sic ex supra dictis teneo quod quamuis quis proteruè vellet tenere opinionem quod testes ij testamenti nuncupatiui debeant esse ex lege nostra omni exceptione maiores & probata vitæ, in dubio tales præsumi debent nisi contra allegetur, *vt & voluit Dida. Pérez, hic pag. 89. colum. 2.* Sed an testes ij debeant esse rogati at-
 47 tentra lege nostra & videbatur dicendum quod non, primo quia. l. partitarum. i. titu. 1. par. 6. dum testamento nuncupatiuo loquata est nunquam requisitum quod testes essent rogati, in testamento verò in scriptis id requisitum quasi firmare vellet regulam in contrarium in testamento nuncupatiuo, de quo prius dixerat, item & quia lex nostra & sequens nullam mentionem faciunt de rogitu testium circa nuncupatiuum testamen-
 48 tum, ergo nec nos requirere debemus, ad eò ut nec in testamento in scriptis lex sequens meminerit de dicto rogitu, prout in vtroque non requiri testamento, asserit Anto. Gom. d. l. 3. Tauri. nume. 29. & 116. item & quia statuto disponente quod valeat testamentum coram duobus testi-
 bus non requiritur quod illi sint rogati *secundum Bal. relatum per addi. Abb. cap. 2. nu. 4. l. 1. E. de probatione,* ergo nec requiretetur in nostro casu: nihilominus tamen contrarium est tenendum. Imo quod requiritur testes nuncupatiui testam. debere

esse rogatos sicut & in testamento in scriptis, primo ex eo quod quoriescunque lex noua minuit numerum testium non censetur velle minuere qualitates alias à lege requisitas in testibus illis
 49 *secundum Doct. nepotem in l. sciendum. n. 142. ff. de leg. 1. relatum per Tellium. l. 3. Tau. 1. p. n. 14. 15. & 16.* & assignat rationem quia lex in solo nu. testium derogat iuri communi. *& ibi Tellius allegat Curium luno. & Parisium idem tenentes,* iure tamen Ciuili statutum erat quod testes rogari deberent in testamentis *ex l. heredes palam §. si ff. de testam. l. hac consultiissima. §. per nuncupationem. C. eod. titu. l. 1. titu. 1. par. 6. tradit Alexand. consil. 70. volu. 2. Boerium decisio. 24. nume. 1. 7. & 8. & comunioem testatur Ias. relatus & sequutus per Didacum Perez hic pag. 88. colum. 1.* ergo. Item & quia si in testamento inter liberos in quo tot priuilegia in iure sunt constituta requiritur quod testes esse ro-
 50 gatos *ex l. 7. tit. 1. p. 6. & idem in testamento militis quod in puluere testari potest requiritur vt in l. 4. eod. titu. & partita.* & in testamento Rustici *ex l. 6. ibidem,* à fortiori in testamento quolibet requiretetur, præsertim cum de iure Ciuili & Partitarum septem in testamento nuncupatiuo testes requirebantur. Secundo vel tertio quia lex generaliter loquens non extenditur ad casum
 51 particularem in corpore iuris inclusum, nisi specialem de illo quod casu mentionem lex talis faciat, *secundum gloss. in l. sciendum. ff. qui satis dare cog. gloss. l. de curionibus. C. de silentarijs lib. 10. Bal. in l. non plures in fine. C. de sacrosanctis Ecclesi. particulariter tamen & specificè, vt dixi,* de iure requirebatur rogatus testium, ergo per generalem dispositionem nostri text. non censetur id derogatum, nec per l. illam. i. titu. 1. par. 6. quæ circa testamentum in scriptis id requirebat: Nec argumentum à contrario in illa sumendum est, cum esset alias corrigere ius ciuile & lege alias Partitarum, quæ in fauorabilibus
 52 testamentis *vt dixi idem per ius ciuile circa hoc statuunt.* Et sic cessant arg. pro prima opinione adducta & illa Bal. doctrina relata per addi. Abb. in d. c. 2. de probatio, ultra quod Bal. ibi relatus loquitur in statuto non vero in legis dispositione, contra Bal. tenuit Pau. Cast. per add. illam Abb. relatus, & fortassis verius, & ita hanc opinionem, quod etiam hodie rogatus testium requiratur, etiam in testamento nuncupatiuo * tenet glo.
 53 (*Que se anllamados*) in d. l. 1. tit. 1. par. 6. & nouissime Montal. referens & sequens, Mencha. de successio. creat. §. 13. n. 64. & 65. hanc ibi asserens esse comunem opinionem. Inquit tamen gloss. d. l. 1. quod licet notarius non attestetur de rogitu testium per duos tamen testes probetur sufficere * & de iure nostro regio & ex comuni pra-
 54 ctica & obseruatione iudiciorum præsumuntur rogati, quoties testator passus est quod testes describantur in testamento vel se testamento subscriperunt quod vel aliquo ex alijs modis per Bart. & Ias. n. 41. cum sequenti. l. sciendum. ff. de verbo. oblig. relatis. vbi. nu. 39. & 40. late examinabat Ias. an præsumerentur rogati, & sic à nostris tenebant Pala. Rub. d. l. 3. Tauri. n. 66. & sequenti & ibi Castillo verbo no haga se col. 2. & Anto. Go. ibi. nume. 29. & nouissime post hac Machien. in præfenti glo. 8. num. 8. & ante eum Didacus Perez hic pag. 88. col. 1. cum principio sequenti. In testamento
 55 tamen

Q. 3.

56 tamen ad pias causas non requiritur ꝛ rogatus
 testium, prout communiter testatur *Couar. c. relatum*
l. nu. 4. de testam. quidquid velit dicere contra-
 rium *Mencha. ubi sup. n. 62.* Sed an ita quod de-
 beant esse rogati requiretur etiam quod sint ma-
 sculi an vero feminae sufficiant? ꝛ dicendum est
 57 masculos esse debere nec feminas sufficere nisi
 in casibus specialibus vbi aliud expresse per mis-
 sum reperitur, nam de iure Ciuili & Partitarum
 masculi requirebantur *ex d. testes. inst. de testam.*
§. l. qui testamento. §. mulier. cod. iuu. l. 1. §. 9.
tit. 1. par. 6. l. 17. tit. 19. par. 3. & sic per
 generalitatem legis nostrae id non censetur cor-
 rectum *vt sup. remanet dictum*, & quia si cum
 septem testes requirebantur de iure Ciuili & Par-
 titarum & ex l. nostra adhiberi possunt in testa-
 mento nuncupatio qualitates eorum alias requi-
 site & nunc lex nostra requirit, cur & non eadem
 requirentur qualitates quoties quinque tan-
 tum testes adhibentur in tali testamento *ex. l.*
nostra, & sic masculinitatem in eis requiri te-
 nuit *Cifuent. l. 3. Tauri. nume. 12. §. Pala. Regb.*
n. 24. §. Castillo col. 7. verbo sic te testigos Anto. Gom.
n. 5. §. glo. dos. l. 7. tit. 1. par. 6. in quibus quod
 lex nostra ordinamenti communiter fuit intel-
 lecta in testibus masculis & tenet alij relati nouis-
 sime per *Marien. hic glo. 8. n. 3.* vbi iure optimo re-
 probat *Mincha.* aliud & male volentem & *supra*
num. 41. diximus iterum, & idem dicendum est in
 terminis legis sequentis quae se ad nostram referit,
 cum in referente eadem qualitates & condiciones
 requirantur quae in relato requiruntur *ex. l. si*
prior maritus. ff. solut. mari. quod illa glo. in d.
 l. 7. extendit etiam si inter liberos pater teste-
 tur, quod tamen vsque quaque non affirmo cum
 inter liberos contrarium *supra hac glo.* conclu-
 serimus. Sed an in codicillis idem erit vt feminae
 58 possint esse testes in eis iure ꝛ nostro regio? *Dida.*
Perez hic in pag. 87. colum. 2. tenet quod non
 erit idem, quia lex sequens numerum testium
 respicit non vero qualitates, & iure Ciuili in co-
 dicillis poterant mulieres esse testes *ex gloss. com-*
muniter approbata. l. fin. C. de codicillis, ergo &
 hodie. Sed contra tenui semper & vidi post te-
 nuisse *Matienco l. 2. sequente in glo. 9. n. 8. cum se-*
quentibus aliquibus, vbi late fundat, & dixi *sup.*
 59 *Quaest. 5.* Sed an monachi & religiosi ꝛ poterunt esse testes
 in testamento, dicendum est quod sic *secundum*
Couar. c. relatum. num. 5. in fine de testamen. dum
 tamen sunt masculi *vt diximus §. tenet Perez hic*
pag. 89. colum. 1. in princ. Imo & testes testamenti
 60 debent esse ꝛ puberes vt possint percipere quid
 testator dictauerit, *secundum tex. §. testes. inst. de*
testam. l. 1. §. 9. ut. 1. p. 6. Etiam in testamētis priui-
 legiatis *secundum Menoch. de successio. area. §. 12. n.*
 61 *Quaest. 6.* 70. cum pluribus sequentibus. Item & quarendum
 est an lex nostra ita procedat in testamento nun-
 cupatio facto inter Rusticos sicut ꝛ inter ciues,
 & tenendum est quod sic *secundum glo. (en por-*
dad) l. 6. tit. 1. par. 6. dummodo velit, secundum
 formam nostrae legis testari & in ciuitate vel loco
 vbi testes haberi possunt, testetur, quonia tunc non
 gaudet privilegio. *l. fi. C. de testamen. ex commu-*
ni omnium doctrina in ea. l. fi. prout testator Tel-
lius. l. 3. Tauri. 1. par. n. 8. quia non tam Rusticitati
 quam loco privilegium illud conceditur *vt inquit*
Clarus receptorum sententiarum verbo. testamen-

tum. quaest. 6. num. 6. & sic Rusticus testans in lo-
 co vbi copia testium adest tenetur seruare legis no-
 strae formam, ita vt si coram quinque testibus sine
 Tabellione aut cum tribus & Tabellione teste-
 tur, testes illi debeant esse vicini loci illius, sed si
 secundum ius ciuile & partitarum testari velit,
 septem testes sint necessarij licet vicini non sint,
vt inquit tex. noster, ibi (Pero si el testamento fuere
fecho) cum in hoc casu de iure ciuili vicinitas tes-
 tium non requiretur *ex d. l. fin. C. de testam. §. l. 1.*
§. 6. ut. 1. p. 6. §. ex dictis per Clarum ubi sup. Si vero
 Rusticus testetur in rure & velit secundum ius
 ciuile testari, si est in loco vbi copia testium ha-
 beri non potest & testetur coram quinque testi-
 bus non vicinis validum erit testamentum, *secun-*
dum glo. escriuir. in d. l. 6. tit. 1. par. 6. eod quod
 secundum ius ciuile testatur, secundum quod non
 requirebatur quod essent vicini, nec l. nostra ge-
 neralis comprehendit casus speciales & personas à
 genere priuilegiatas, *prout vtrūque in terminis te-*
net Telius. d. l. 3. Taur. 1. p. nu. 5. §. nouissime. post hac
Matienco hic. gl. 7. nu. 9. quae est optima limitatio
 ad l. nostram in quantum testes vicinos requirit. Si
 verò vellet secundum l. nostram Rusticus testari &
 quinque testes vicini, neque Tabellio cum tribus
 testibus vicinis reperirentur, tunc coram tribus
 vicinis testari poterit, sicut quilibet ciuitatis,
§. tenet Burgos de Paz in presenti numer. 630. Ex
 quo inferitur *secundum glo. (en poridad) in d. l.*
10. quod l. nostra attendit, secundum quam sufficit
 numerus quinque testium vicinorum, etiam si Tabellio
 non adsit, & etiam si plusquam quinque testes re-
 periri possent, vt iam conclusimus: inferitur inquam
 corroboratio communis cuiusdam opinionis de iure
 ciuili professe, scilicet, quod lex, *fi. C. de testam. §. l. 6.*
tit. 1. p. 6. cum ea concordans, habeant locum etiam in
 testamento nuncupatio à Rustico facto coram
 quinque testibus tantum, sine Tabellione, *prout*
tenet glo. §. communis in d. l. fi. & nimirum, nā si in
 alijs illud statuitur cur & non in Rustico idē dicen-
 dum erit, licet in Rustico aliud magis est, scilicet,
 quod etiam si hi quinque testes non sint vicini va-
 lebit, *secundum glo. escriuir. d. l. 6. tit. 1. par. 6.*
cum ex eadem. l. id sufficeret in Rustico in rure te-
stante, quod lex nostra non tollit. In testamēto ta-
 men in scriptis tenetur Rusticus sicut quilibet
 alius seruare solemnitate legis sequentis secundum
 Cifuentes *hic n. 4.* dicentem vidisse hac de causa
 plura testamenta rusticorum cassari, quod vtri-
 que non caret scrupulo, nā si supra proximus ca-
 sus testamēti nuncupatio non corrigitur in rusti-
 co, cur & in testamento in scriptis corrigetur, cum
 in vtroque testamento per rusticos facto quin-
 que testes sufficere de iure Ciuili sit assertum,
secundum Clarum. d. nu. 6. & sic contra Cifuen-
 tem tenet glo. in d. l. 6. quam sequitur quoties
 paucitas testium in iure adest, *Burgos de Paz in*
presenti nu. 633. §. 642 in qua quidem contrarie-
 tate si copia testium haberi potest, semper serua-
 rem legis sequentis tenorem in testamento in
 scriptis etiam à rustico facto, sin minus cum mi-
 nori numero testium à iure Ciuili requisitorum
 contentus essem, & sic possunt haec contrarietates
 concordari, *vt voluit Burgos ubi sup.* Vterius &
 non minus subtiliter notandum est lege nostra at-
 tenta indubitatam reddi comunem illam opinio-
 nem Doctorum relatam per *Anto. Gō. l. 3. Ten. n. 97.*

dicentium quod si in secundo testamento minus perfecte facto iure civili & partitarū attento cum quinque testibus, cum septem secundum illa iura requirerentur, sint instituti venientes ab intestato quod per hoc cessat primum testamentum cum septem testibus factum, in quo extraneus erat hæres institutus * *pro qua cōmuni erat* *62*
tex. expressus. l. 22. tit. 1. par. 6. nam cum iam hodie. l. nostra attenta quinque testes sine Tabellione sufficiant in testamento nuncupatio, non est dubium de cōmuni illa nec necessaria est eius examinatio, *secundum eundem Ant. Gom. ubi sup. & glo. cinco in d. l. 22.* nè si dicamus *secundū eund. Ant. Gom. hic. d. l. 3. Tauri. nu. 100.* quod posset hodie procedere dicta communis, & d. l. partitæ in testamento in scriptis in quo extraneus instituitur facto coram septem testibus, & in secundo in scriptis facto venientibus ab intestato institutis in eo coram quinque testibus tantum, vel melius posset etiam hodie verificari illa communis opinio etiam. l. nostra attenta in duobus testamentis nuncupatiuis, prout ipsa cōmunis loquitur puta si in primo testamento secundum ius civile facto cum septem testibus, prout & *ex tex. nostro* licet id fieri, instituitur est extraneus aliquis, in secundo verò testamēto nuncupatio venientes ab intestato sunt instituti, in eoque, licet interuenerunt quinque testes sine Tabellione vel cum eo, vel tres cū Tabellione, ipsi testes vel aliquis eorum non erant vicini, tunc enim cum *secundum legem nostram* vicini esse deberent nec sint, posset verificari etiam hodie communis illa opinio, & legis illius partitæ dispositio, vt fauore venientium ab intestato valeret secundum testamentum etiam non solemniter factum & non primum solempne in quo extraneus erat institutus prout optime considerat glo. (cinco) d. l. 22. quod est optimum & commodosum. Insuper etiā querendum est, num lege nostra attenta requiratur quod testamentum nuncupatiuum legatur * coram testibus postquam perfectum & cōpletum fuit, ita quod aliter corruat & nullum sit, & videbatur dicendum quod non, cum in lege nostra id non requiratur per legemq; sequētem lex nostra seruari iubetur in testamētis nūcupatiuis: nihilominus tamē cōtrariū est tenendū per supra pluries citatā regulā Socini relata per *Tellu. d. p. 1. l. 3. Tau. n. 13.* scilicet, quod lex minuens numerū testiū non cēsetur minuere alias qualitates à lege requisitas, & quia nisi testamentū nuncupatiuum legatur corā testibus, deficit ratione imperfectionis, poterat enim testator abradere quā pluraca. de illo antequā illud signasset & annuisset illam esse suā vltimā voluntatē, forma enim essentialis testamenti in vno puncto concluditur * *64*
 secundum agentis intentionē & cū ad illud punctum non deuenerit testator, dicitur testamentum imperfectum *secundū Socin. in d. Rub. de leg. 1. & confi. 92. colu. 2. vol. 3. & secundam eius nepotem in d. Rub. de leg. 1.* testamentum consideratur in concreto quod consistebat secundum intentionem testantis in institutione in legatis & cæteris, quod si ad illa non perueniat, testamentum imperfectum dicitur secundum eius voluntatem, eò quod testamentum est indiuiduum, item & quia faciliter falsitas inueniri posset si testibus non legeretur, possetque aliter mutari substantia testamenti & ponere eosdem testes, qui cum nescirent declarare quæ antea per testatorē iussa fuere, necessario fateri debuissent se fuisse præsentis testamento illi & si valeret remaneret voluntas testatoris mutata & falsitas cōmissa faciliter inueniretur. Ideoque etiam hodie necesse est vt tale testamentum nūcupatiuum testibus legatur & publicetur antequam per testatorem subscribatur, prout in nostris terminis tenet *Anto. Gom. nu. 107. & Cisuent. nu. 1. in d. l. 3. Tauri, & Suarez allegatio. 1. in fine ubi legem partitæ expressam pro hoc allegat, & tenet Castillo in ea. l. 3. Tau. verbo nuncupatio fol. 31. col. 2. in fine & Didacus Perez hic pag. 90. in prin. & Tellius ibidem in secunda part. numero 19. post principium, & optime Couar. in cap. relatum. 1. num. 10. de testā. ubi hoc optime declarat & examinat, & inquit quod si fuit scriptum & notatum per testatorem ipsis testibus præsentibus, licet post lectum non fuerit, valet & tenet dummodo publicetur tanquam scriptura priuata, & illi testes deponant quod illa fuit voluntas testatoris & de eius tenore dicent prout etiam vult *Anto. Gomez ubi sup. num. 108. vel secundum eundem Couar. in 3. conclu. non iuuante se hærede ex testamento illo sed ex testium depositione, sufficere & sic ex Couar. ibidem* valet testamentum inter liberos vel ad pias causas factum cum duobus testibus si scriptum & notatum fuerit ipsis testibus præsentibus * licet post à Tabellione lectum nō fuerit, vt *65*
 & tenet *Anto. Gom. d. nu. 108.* & tenet quod in testamento inter liberos sufficiant duo testes ultra dictos doctores *Auenda. ca. 10. pratorum. num. 8. lib. 1.* sic verificando verba nostri tex. ibi (*Con buenos testimonios*) licet lege nostra attenta id de duobus testibus non careat scrupulo etiam inter liberos *secundum Tellium. l. 3. Tauri. 1. p. nu. 16. in fine.* & ideo seruato numero testium à lege nostra requisito valebit testamentum nuncupatiuum inter liberos factum notatum & dictatum per testatorem corā testibus licet lectum non fuerit coram eis à Tabellione, alium etiam casum ubi lectio testam. non requiritur vide per *Boerium decisi. 14. nu. 16. & 17.* crederem tamen sub meliori censura quod si testator coram septem testibus dixerit hæc scripta esse suam vltimā voluntatem & testamentum & quod ita disponebat de bonis suis vt in ipsis scriptis continebatur, quæ quidem scripta ipsi notatio tradidit, testatorque ipse statim vel paulò post mortuus fuit, quod tunc verificato quod illa erant scripta à testatore † proposita valebunt vt *66*
 testamentum nuncupatiuum licet non valeret in vim testamenti in scriptis quantumuis lecta non fuerint scripta illa coram testibus & Tabellione cum satis constet de sua perfecta testatoris voluntate & ita procedat communis asserta per *Clarum lib. 3. verbo testamentum. q. 4. vers. sed pone, ulterius etiam,* & ultra omnes ad hanc legem nostram est notandum quod sicut in probanda expressa & vera voluntate defuncti requiruntur in testamento in scriptis septem testes & quinque in nuncupatio sine Tabellione & tres cum Tabellione *ex dispositione nostra legis & sequentis,* ita & in probanda tacita * voluntate testatoris, *secundum glo. optimam & 67*
*singularem in l. cum proponebatur, in gl. fi. de leg. 2. quam ad hoc allegat Anto. Gom. tomo. 1. c. 5. nu. 24. vers.**

Quæst. 4
63

versetenim in causa fideicommissi ubi alios allegat, & communem refertur. Ias. in l. errore. n. 6. C. de test. & Molina de primogeniis Hispa. l. 1. c. 5. n. 40. & Mantica de coniecturis ult. vol. li. 11. tit. 20. n. 10 fol. 313. quod tamen Ant. Gom. *ubi sup.* optime intelligit verum, quoties testator coram sufficiente numero testium declaravit voluntatem suam & dixit se ita velle disponere vt substituat: post tamē vocato Tabellione ad faciendum testamentum omisit substitutionem illam & facto testamento cū omissione illa substitutionis recordatus postmodum, quod omiserat substitutionem apponere in testamento, coram eisdem testibus dixit se per errorem omisisse facere substitutionē illam, quam primo declarauerat faciendam esse. hoc enim casu voluntas illa aut potius error testatoris & declaratio eius debet probari sufficiente numero testium in testamentis vel codicillis nuncupatiuis aut in scriptis requisitorum, secundum quod testator testatus fuerit, *secund. gl. illā quam in hoc referendo Socin. con. 5. col. ff. vol. 3. approbatam dicit Orosius. in l. imperator. 1. col. 328. in fine. ff. de statu. homi. & tenet Innocen. relatus, per gloss. (El testador,) l. 21. tit. 1. par. 6.* Secus tamen est in probanda declaratione vel qualitate aut circumstantia ipsius defuncti, puta si in testamento contineatur clausula obscura & in vnum sensum & in alium reducibilis, ita quod sit necesse illam clausulam declarare ad sciendum, quæ fuerit voluntas testatoris & quid voluerit in illa clausula dicere, tunc enim non est necessarius numerus testium in testamento ipso requisitus, sed hoc in casu duo testes sufficiunt & ex illis, qui præsentibus adfuerunt, *ex tex. in l. heredes palam. §. sed & si notam. ff. de testam.* imò & per coniecturas probari tunc potest, *secundum Afflicis. decisio. 44. num. 16.* imò & probatio per coniecturas, *secundū eum ibi n. 14.* est probatio & manifesta & euidentis, vt *Es per Mantica de coniecturis ultimariū voluntatum li. 8. tit. 1. n. 25. & eo. li. 8. tit. 1. n. 8.* prout contingencia facti vidi dubitatum in quadam clausula testamenti huius tenoris (*Item mando a Mariana y muerta ella a su hi, a Mariana quatro hanegas de pan en el sotillo por via de Mariana,*) ex qua quidem clausula ita inuoluta legataria illa dicebat quod per totum tempus vitæ suæ & Marianæ eius filiæ quolibet anno soluendæ eis erant illæ quatuor fanecæ tritici *del sotillo* & quod in illo verbo *por vida de Mariana* deficiebat litera. D. & debebat dicere *por via de Mariana*, & ex obliuione scribentis omissa fuerat. Item quia cum dixit testator *y muerta ella* hoc clarius voluit significare & clarissime cum dixit *de pan en el sotillo*, ex parte tamen hæredis dicebatur quod semel tantum illæ quatuor fanecæ debebantur & non omni anno & quod ista erat voluntas testatoris & de iure sic interpretandum erat, tum quia censebatur velle & exonerare hæredem in quantum potest potius quam grauare *ex tex. singulari & vnico in l. Sempronius Proculo de leg. 2. quem i a singulari* & Anton. Gom. *capit. 12. tom. 1. numero 5.* tum etiam quia in legatis id quod minus est debetur *secundum tex. in l. numinus de leg. 2.* Item quia si eadem quantitas bis vel sapius legeretur alicui non censebatur multiplicatum legatum & *ex. in l. pænna. §. 1. de leg. 1. l. 45. tit. 9. par. 6. Anton. Gom. d. cap. 12. n. 38.* Et pluralitas nunquam præsumitur vt per *Euerardum loco. 86.* sed in legatis annuis tot sunt legata quot anni & sic plura, vt per *Anton. Gom. tom. 2. cap. 11. numero 44.* ergo in dubio non est præsumenda pluralitas ista: & fortificatur hoc eo quod in dubio legatum non præsumitur annum & prout probat *tex. nouiter ad hoc per me ponderatus iuncta gloss. si. in l. Sero. §. uxori. ff. de annuis legatis*, vbi *tex. inquit uxori præter id quod à me viuo annui nomine accipiebat aureos centum dari volo*, dubitatur an sicut id quod annuatim viuis testator dabat dari deberet eo mortuo & sic illa centum quolibet anno, & videbatur quod sic cum ex præcedentibus colligantur & declarentur sequentia, & nihilominus inquit *tex.* quod semel tantum centū debentur, intrat nunc gloss. *ibi*, finalis, opponendo de quadam lege & soluendo oppositionem, inquit *ibi*, aliud apparet ex voluntate defuncti, ergo si aliud non apparet centum illa non debentur quolibet anno & per consequens in dubio præsumendum est legatum semel, nō verò & annuatim deberi, & sic est *tex. ibi iuncta glo. fin. expressus pro hoc, meo iudicio, à nemine quē viderim vsque nunc consideratus.* Nec his obstabit id quod inquit *Tiraquel. in l. boues. §. hoc sermone limitatione. 15. nu. 3.* quod in vltimis voluntatibus semper præsumitur in dubio annum legatum, quia quotæ quas *ibi* pro hoc allegat non probant, cum loquantur quoties testator dixit, *lego Titio centum quoad viuat*, hoc enim casu in vltimis voluntatibus annum censebatur licet in contractibus & non, *secundum Ant. Gom. d. ca. 11. n. 48.* & hodie in contractibus idem sicut in vltimis voluntatibus vt annum tale legatum cum dictione (quoad viuat) relictum censebatur, *probat tex. in l. 15. tit. 11. par. 5.* non tam ex præsumptione iuris, prout *Tiraquel. volebat*, quàm ex propria significatione illius dictionis, *Quoad*, quæ quidem dicitio, *Quoad*, & *Donec*, & *Quandus* sunt implicatiuæ, & præcedentium repetitiuæ, & *secundum tex. in l. 1. §. 1. ff. quib. mod. usu amit.* & habent in se temporis reuolutionem, & intercapedinem * *secundum Boerium, quasi in nostris terminis in decisione. 44. nume. 38.* Cum que ex vistarum dictionum annum legatum inducatur, non est dicendum, quod ex præsumptione iuris annum censebatur tale legatum, prout male *Tiraquel. ubi sup.* assererat non obstante quod apposita non esset aliqua dictionum, nec huic parti obstare dicebatur quod ex obliuione fuit omissa appositio illius literæ. D. & quod si ne ea mens testatoris non colligitur: quoniam responderi potest, quod in illis verbis, *Por via de Mariana*, habebat testator respectum ad ipsam Marianam, cuius respectu probatū fuit testatorem motum ad illud legatum faciendum vt pote quia ei seruierat, & illa alia verba, *Y ella muerta*, intelligantur apposita eo quod poterat mater prius mori quā testator, nè remaneret ipsa Mariana sine legato, quod testator nolebat. Nec itidē obstabat illud, *En el sotillo*, eo quod illud erat ad differentia aliarum partiū, vbi testator habebat panē, & triticum non ita bonū, ex hisq; dicta clausula maxime dubia reddebatur. Verūtamē quia probatum fuit ex parte legatarie, vnico teste scriptore illius testamēti, quod per errorem fuit omissa litera illa. D. cū testator dixisset, *Por vida de Mariana,*

- scriptor testamenti omisit illam apponere literam, & ex aliis adminiculis sic fuit assertum, & quod voluntas testatoris fuit illam literam apponi, pronuntiatum fuit in cancellaria Pinciana, legatum hoc annuum esse iudicandum, eò quod, ut dictum est, ex coniecturis voluntas dubia testatoris declaratur. & duo testes sufficiunt ad illam declarandam † *secundum gl. in l. haredes palam. § si quid. verbo posse. ff. de testa. Paul. in l. fideicommissum num. 5. C. de fideicommissis. Et ibi las. nu. 1. Capit. decisio 182. nu. 14. Et 15. Et Anton. Gom. tom. 1. c. 5. n. 21. ver. Et enim. Et Peralia in l. unam ex familia. § si de falcidia nu. 11. de leg. 2. vbi las. n. 6. Ripa. 51. hanc dicunt communem, opinionem, & ibi Alex. nu. 22. Et in consil. 100. n. 10. lib. 4. vbi n. 12 allegat Oldradum consil. 197. dicentem quod in hoc casu fœmina † sufficiunt ut & late Parisius consil. 3. nu. 35. lib. 3. Et hoc est quod dicebat Guido Papæ, decisio. 130. scilicet, quod cum error concernit factum Tabellionis, duo testes sufficiunt, sed si factum testatoris, non: & ibi eius additio inquit quod semper Tabellio videtur apposuisse verba importantia voluntatem defuncti, vel contrahentium, imò & plus inquit Alex. consil. 5. vol. 5. quod in hoc casu sufficeret per vnum testem † probare voluntatem testatoris fuisse talem, dum tamen testator illi testi hoc declarauerit, vel presens fuerit declarationi testatoris, licet & tunc alias etiam coniecturas ego inquirerem, nam in ore duorum vel trium stat omne verbum. In his tamen casibus probanda est talis voluntas, quæ dispositionem inducat, nam alias nihil operabitur, ex ver. in l. Quidam, cum fili. in ff. de hared. insti. quem ad hoc allegat Molina de primogeni. Hispan. li. 1. capit. 4. num. 6. Et Meneses in dist. § si de falcidia. numero 18. Et Bernard. Diaz reg. 744. fallentia. 2. Et idem, si testator ante testamentum dicat, vellem instituere hæredem Titium, si post non instituat, nihil agitur, † ex text. in l. Pamphilo: § propositum de leg. 3. ad hoc allegato, per Cisneros. l. 3. Tauri. num. 16. Et probatur in illo. § propositum, nam ideo ibi disposuisse testatorem censetur, quia fecit vocari amicos, & sic deliberate dixit, secundum Barto. l. geru. num. 13. ff. de acquirn. hared. communiter approbatur secundum las. in l. serui electionem. num. 4. de leg. 1. Sed si tantum diceret, vellem instituere Titium, quia per illud verbum futuri nihil disponi † censetur, secundum magis communiter Doct. teste las. in d. l. serui electione in princ. n. 36. non censetur illum hæredem instituere. Ergo est ibi tex. pro hoc. Est tamen verum, quod si in testamento apponatur verbum, quod ex larga significatione comprehendere potest voluntatem illam, censetur disposuisse secundum Molinam vbi sup. li. 1. c. 5. n. 40. vbi & inquit per duos tantum testes tunc voluntatem testatoris, imò & ex coniecturis probari, ut dictum est, & an tunc si duo testes debeant esse vicini, vide Burgos de Paz. in l. 3. Taur. n. 806. Et 813. quæ ut singularia notanda sunt. Item n. & finaliter quæ endū, est artificium in testamento in scriptis ex lege sequente, requiritur subscriptio testatoris, sic etiam in testamento nuncupatio requiritur † & consequenter in codicillis. Et in hoc DD nostri regij vari jextiterunt, nā Greg. Lopez. l. 3. verbo. sic nomen titi. 1. par. 5. cuius opinio placet Cou. in c. cum esset. n. 2. de testa. & videtur etiam placere Ant. Go. l. 3. Taur. n. 34. tenet quod subscriptio testatoris in utroque testamento requiritur attenda. l. 3. titu. 25. li. 4. sup. requirente subscriptionem contrahentium in instrumentis & contractibus, Et tenet Didacus Perez hic pag. 90. in medio. Contrarium tamen in testamento nuncupatio, & codicillis apertis, qui testamento nuncupatio ex lege sequente adæquantur, tenet Auenda. c. 16. per totum. n. 2. vers. septimus casus est lib. 2. eò quod à iure non reperimus expressum quod in testamento nuncupatio subscriptio testatoris requiratur, & subscriptio nō requiritur, nisi in casibus à iure † expressis, secundum Anto. Gom. l. 3. Taur. n. 34. Et licet hæc opi. de iure civili verior videretur, ex dicta tamen regia lege, & ex communi practica, & stylo apponenda est subscriptio testatoris, vel alicuius testis, si testator nescit, aut non potest subscribere in testamento nuncupatio & codicillis apertis & hanc latissimè examinat Burgos de Paz. l. 3. Taur. num. 1085 vbi n. 1097. ita tenet & verissimam & in Regno seruari allerit, Matien. hic glo. 3. in fin. Testes tamen talis testamenti & codicilli aperti non tenentur subscribere, secundum glo. magnam ad finem l. si. titu. 12. p. 6. Et Didacum Perez in dicta pa. 90. col. 2. in medio.*
- Ibi, Dellugar, & sic non sufficit si sit vicinus loci subiecti civitati, vel loco illi, vbi testamentum sit, secundum Messiam in xrogmat. rassa panis conlu. 1. n. 77. ad finem. Sed an si sit testis notus & fidelis, sufficeret etiam si non sit vicinus * loci vbi testamentum sit? dicendum est quod sic, quoniam ex notorietate & fidelitate talis testis, satis sit intentioni testamenti, rationeque legis nostræ vicinitatem requirentis, secundum Burgos de Paz in l. 3. Taur. n. 335. vsque ad. 340. Et Didac. Perez in presenti pag. 88. col. 2.
- Ibi, Tres testigos vezinos de tal lugar, Data enim testium penuria, tres sufficiunt hodie testes in testamento nuncupatio cuiuslibet personæ siue talis testator sit rusticus, vel non, vel sit tempore pestis, vel alterius existentis periculi, siue non, * dum tamen sint vicini illius loci secundum Ant. Go. l. 3. Taur. n. 47. in fine, sicque cessare iam videntur quæstiones illæ factæ per Doct. in ea. l. 3. Taur. maxime per Tellium vbi in par. 1. n. 6. cum sequentibus, & Boerium decisio. 228. per totam, vbi plures ponit casus, in quibus testamentum valet minori numero testium factum, quorum vnus erat, an tempore pestis minor numerus sufficeret quam iure civili requireretur, quam quæstionem examinavit Iulius Clarus li. 3. Sentent. verbo testam. qu. 56. vers. Et hæc, vbi decisio. Cæsarea egere dicebat: idq; iure nostro cessare videtur, cū in omni casu dato testium penuria tres sufficiant testes vicini ex nostro rex. Sed in casu, in quo testes hi non essent vicini, durare videntur & hodie quæstiones illæ, quas optime examinat Tellius vbi sup. & tradit aliqua in propositam Villalobos, in arario mille comm. opi. verbo testam. n. 27. cum pluribus sequentibus, quæ per ipsos videri possunt, realiter n. tra. n. scribamur scripta. In propositum tamen horum verborum inquit Cou. in c. cum esset. n. 2. in princ. de test. quod si data hac penuria testium nō adfuerint duo testes & notarius, sufficeret, † quia notarius pro teste habebitur, dū tamen sint vicini, vel ita notii & fideles,

Casus
miran-
dus.

& fideles, vt eorum optima opinio & notio vicinitatem suppleat. Et in horum propositum fui semel consultus in casu quodam mirando, contingit enim quod quinque homines dum transirent quendam riuum, qui vocatur de Tietar, in quadam barca, ita riuus ipse excreuit quod barca, & ipsi submersi sunt in riuo, prouidentia tamen diuina prolapsi ad quasdam arbores in medio riuu existentes, quatuorque ipsorum quandam arborem ascenderunt, quintus verò solus in aliam ascendit arborem, & cum iam riuus excreuisset, ita quod nullum remedium superesset, media nocte quintus, qui solus in arbore exstebat, dixit aliis quatuor, suis testes omnes quod volo & mea voluntas est quod omnia bona mea habeat vxor mea Maria, quo dicto, arbore auulsa submersus & suffocatus est in riuo, alij vero quatuor Dei prouidentia liberati sunt, & ad petitionem illius Marię vxoris testatoris illius examinati retulerunt verba ipsius testatoris. Ex quo fuit quęsitum, an illud valeret, quandoquidem non aderant nisi illi quatuor testes & ex text. nostro dicendum est valere testamentum illud, si vicini erant districtus illius loci, vbi testator testatus est, prout erant & homines noti & fideles. Sed an & aliud testamentum in scriptis, quod antea fecerat, vbi vxorem ipsam usufructuariam relinquebat, remansisset irritum, dubium fuit ex dictis per Anton. Gom. in l. 3. Tau. n. 102. & Villaobos vbi sup. litera. L. nu. 40. Sed cum adhuc sub iudice lis sit, id omittere & ad nostrum propositum redeundo, dico penuriam testium efficere, vt tres tantum sufficiant testes, si vicini sint, per quos & de penuria probari poterit, imò & per duos probari hoc poterit secundum Burg. de Paz. l. 3. Tau. n. 805.

Ibi, Siete testigos, De testibus iure ciuili in testamentis adhibendis tractat Iulius Clar. lib. 3. secl. sent. verbo testam. quest. 55. vsque ad. 60. & glossatores alij hic.

Ibi, En quanto a las mandas, Etiam si vniuersum patrimonium exhauriant & absorbeant, secundum Menes. in l. Eam quam n. 90. C. de fideicom. quod intelligo deficientibus descendētibz vel ascendētibz legitimis, quoniam eis existentibus valebunt legata vsq; ad summā iure permissam testatorem legare posse. Item etiam inquit ipse Menes. vbi sup. nu. 91. quamuis aliquis alius testetur pro mortuo ex commissione eius. & etiam siue inter extraneos, siue inter liberos quis testetur, validum erit testamentum quoad legata secundum Menes. vbi sup. num. 84. dum tamen, vt dictum est non excedant legis potestatem testatoribus permissam in legando. Ex hisque verbis elicitur notabilis conclusio, scilicet, quod legata in testamento relicta debentur legatariis, quamuis testator ꝑ hæredem in eo non instituerit, & sic quamuis ex testamento illo hæreditas non adeatur, quia nullus relictus est hæres; vel relictus repudiavit, & noluit adire, legata relicta in tali testamento debentur per venientes ab intestato. Ex quo cessant iam satis altercati de iure ciuili intellectus & casus ad. l. eam quam C. de fideicommiss. vbi casus vnicus dicebatur, in quo legata debebantur à venientibus ab intestato non adita hæreditate ex testamento illo, vbi legata relicta erant. Nam in contrarium erat

86
Conclu-
sio.

communis & vulgarissima regula, scilicet non deberi legata ꝑ venientibus ab intestato in testamento relicta, si hæreditas non adiretur ex testamento illo per hæredem ibidem institutum, ex text. in l. si veritas. C. de fideicommiss. & in l. si nemo. ff. de reg. iuris, quos ad hoc allegat Anto. Gom. tom. 1. cap. 12. n. 11. vbi ampliat aliquibus modis, & Dida. Perez hic pag. 81. col. 2. & seq. & Boerius decisio. 41. nu. 2. vbi num. 4. ampliat etiam si essent legata pia, & per Couar. in cap. Raynaldus. §. 3. num. 11 de testamen. quod Boerius decisione. 93. num. fi. limitat vno modo id de legatis piis: imò quantumuis adesset clausula codicillaris secundum Anton. Gom. vbi sup. nisi hæreditas adiretur per venientes ab intestato, secundum Gomez ibidem, & Coua. vbi supra num. 8. & 21. Casus vbi dicta regula locum non habeat, refert Barbat. relatus per Bernard. Diaz in reg. 411. adeoque id verum erat quod nec datio tutoris, nec alia contenta in testamento illo valebant, imò in totum corruerat testamentum: imò & pupillaris itidem substitutio corruerat, ex text. l. 2. §. adeo. ff. de vulgari. Qua de causa dicebant Docto. esse casum vnicum in d. l. eam quam vbi debebantur legata in testamento relicta etiam non adita hæreditate ex testamento illo, & tunc venientes ab intestato tenebantur illa soluere, ex quo plures intellectus illi textui assignabantur, pluresque constituebantur casus, vbi communis regula illa iuris locum non habebat. Nam limitabatur. 1. secundum. gloss. in ea. l. eam quam verbo. Traditur. & desumitur ex eadem lege secundum intellectum glossarum, & antiquorum, vt illa communis regula dictarum legum non haberet locum quotiescumque legata illa sunt repetita à venientibus ab intestato, tunc enim debentur ab eis etiam non adita hæreditate ex testamento illo ꝑ ex text. in l. ex ea. §. 1. ff. de testam. l. ex testamento. C. de fideicommiss. idque est, si in testamento esset apposita clausula codicillaris: nam hæc clausula efficit vt venientes ab intestato ꝑ teneantur, text. in l. fin. §. illud quoque. C. de codicillis. l. codicillis. §. si. de leg. 2. quem ad hoc notat Bartol. in l. nemo potest opp. 2. de legat. 1. & allegavit gloss. in cap. Raynaldus verbo legavit. & verbo aduente, de testamentis, & Bar. l. num. 3. ff. de iure codicillorum. Quod tamen intelligendum est quod debeantur ab eis qui sunt in primo gradu, non autem ab alijs in sequente gradu constitutis, ꝑ secund. glo. repetitam. in l. non iustam. C. ad Trebell. & in l. si Titio & Manio. §. Iulia. vers. cum suo onere, de leg. 1. quas sequitur Angelus, & las. in si. in Auth. ex causa. C. de ls. prateritis, & dicit has gloss. communiter approbatas las. in l. Licet imperator. nu. 39. de leg. 1. quod tamen intelligit Bar. in l. Cuius pater. §. cum existimaret. vers. secundo casu, de leg. 2. quando legatum est relictum nominatim à succedentibus ab intestato primo loco, secus si simpliciter relinquatur à venientibus ab intestato, quia tunc etiam à succedentibus in remotiori gradu debebuntur, quod & tenet Curtius Iunior in Authen. ex causa. n. 73. C. de lib. prete. & Couar. in c. Raynaldus. §. 3. n. 8. de testa. Potestque repetitio hæc à venientibus ab intestato fieri non solum expresse, verum & tacite ꝑ putà quando aliquid relinquitur in defectum testamenti & hæredum

87

Regula
antiqua
cum am-
pli. & li-
mitati.

88

89

90

91

redum institutorum, tunc enim videtur relinqui à venientibus ab intestato, *tex. in l. Lucius. §. filium de leg. 1. quem ad hoc notat Paul. in d. l. eam quam, colum. 2. n. 4. C. de fideicom.* Fit & secundo tacite dicta repetitio à venientibus ab intestato, quando legatum relinquitur in testamentis per ista verba. *Quisquis mihi hæres erit, secundum gloss. parisiensis in d. l. ex duobus. §. 1. ff. de vulgari, quam ibi sequitur Bart. in fine. Et ibi Bal. Et communiter approbatur secundum Aretinum ibi col. si. pro qua glo. facit i. x. in l. si quis cum nullum. ff. de iure codicillorum, cuius tamen contrarium est tenendum tanquam verius & communius, imò quod per dicta verba, quisquis mihi hæres erit, non inducitur ꝑ dicta tacita repetitio à venientibus ab intestato cum gloss. simpliciter in dict. l. eam quam, dum ibi ultra dicta verba ponit & illa alia: quisquis mihi hæres fuerit etiam ab intestato, quasi illa verba, etiam ab intestato, non apponerentur, altera alia non sufficiant ad inducendam dictam repetitionem. Similis est gloss. 1. in l. si in testamen. ff. si quis ommissa causa testamenti & gloss. 2. l. que conditio. ff. de conditio. Et demonstra. sequitur Cuma. Imola. Alexand. Et omnes in dict. l. ex duobus. §. 1. ubi Ias. in fine hanc dicit communem opinionem, quam Et communem dicit Socinus in l. 3. nu. 10. Et ibi Rip. n. 19. de leg. 1. Nec obstat dict. si quis cum nullum, pro prima opinione adducta, quoniam ibi verba illa, quisquis mihi hæres erit, fuerunt in codicillis apposita. Posset tamen prima opinio defendi, quando vnus tantum hæres esset in testamento institutus per dicta verba, quisquis mihi hæres erit, quia tunc venientes ab intestato comprehenduntur, prout defendit Bald. in dict. l. ex duobus. §. 1. Et Paul. Et Alexand. ibid. Et Bald. Angel. in dict. l. si quis cum nullum, Et vide Bart. ita respondentem in l. qui liberis. §. hæc verba colum. 1. de vulgari, qua post hæc scripta reperi retulisse Menes. in dict. l. eam quam nu. 22. C. de fideicom. & sic erant supradictæ duæ limitationes ad dictam regulam, in quibus venientes ab intestato censentur grauati soluere legata ex testamento, quamuis in eo non esset hæres institutus, vel repudiasset hæres. Alius & tertius casus ꝑ vbi idem erat desumitur ex gloss. dict. l. eam quam, scilicet, quando hæres scriptus in testamento, animo fraudandi legatarios, omisit hæreditatem ex testamento, & adiuit ab intestato, tenebitur enim tunc ad præstationem legatorum, ac si ex testamento adiisset, ex text. Et per totum, in l. 2. ff. si quis ommissa causa testam. Et ex l. 2. C. eod. titu. & idem dicendum est, si hæres scriptus ex testamento accepta pecunia à substituto, vel à venientibus ab intestato repudiet hæreditatem, vt illis locum faciat, tenebitur enim tunc iste hæres ad legata ex text. in l. 1. C. si quis ommissa causa testa. cuius tituli materiam prosequitur Menes. in d. l. eam quam nu. 24. cum 10. Sequentibus. C. de fideicommissis. Alius & quartus casus erat ex text. in Auth. ex causa C. de lib. præte. vel ex hære. quando, scilicet, irritatur ꝑ testamentum ex causa præteritionis vel ex hæredationis, tunc enim debentur legata non adita hæreditate ex testamento à venientibus ab intestato, quod tamen intelligendum est in legatis factis alijs personis, secus tamen in legatis factis ipsi filio præterito vel ex hæredato, impugnantem testamentum, hæc enim minimè conseruantur per dispositionem dictæ Authenticæ ex causa secundum gloss. totius in l. maximum vitium. C. de lib. præte. Et Bart. in ead. Auth. ex causa numero 19. quam ibi testatur communem Ias. num. 15. Et Curtius Iunior. 519. Et Alexand. in l. 1. §. substituere. col. 12. ff. de vulgari. Et Ripa. l. 2. num. 33. ff. eod. titu. per text. in l. filium. §. omnibus. ff. de legat. præstan. Ex quo datur pulchra declaratio ad l. 24. Tauri, positam pro l. 8. tit. 6. infra isto libro, disponentem quod quando rumpitur testamentum per filij præteritionem vel ex hæredationem, melioratio tertij & quinti facta alicui ex filiis valet & conseruatur, nam istud procedit si talis melioratio fiat a filij filio, quam ex hæredato vel præterito rumpenti, & querelanti testamentum illud per supradicta, Et ibi hoc tenet Gomez Arias colum. 3. Et Anto. Gomez numero 17. vbi testatur illam gloss. dicta legis, maximum vitium, verbo, totius, communiter approbati, quam & sequitur, plures contrariam tenentes & communem asserentes referēs, Menesius, in d. l. eam quam, nu. 35. Notandum itidē est, quod legata in terminis dictæ Authenticæ ex causa, petuntur actione ex testamento, vt probatur in ead. auth. Et in auth., vt cum de appellatione cognoscitur. §. siue igitur, ibi. Et in hoc tanquam non recessum obtinebit testamentum, prout tenet Bartol. in d. Authentica, ex causam. 20. quem sequitur Ias. numero 101. in l. 1. de leg. 1. Et ibi Crotus num. 50. Sed an & legata vniuersalia sustinebuntur ex dispositione dictæ Auth. ex causa, vide per Clarum lib. 3. sententiarum. §. testamentum, quest. 54. Quintus casus erit ex text. in l. 1. Et per totum, ff. de lega. præstan. scilicet, quando rumpitur testamentum per præteritionem filij ꝑ emancipati, legata conseruantur facta personis exceptis in ead. leg. 1. hodie tamen sublata est illius tituli dispositio & correctæ ꝑ per dispositionem text. in d. Auth. ex causa, per quem tex rupto testamento per præteritionem filij cōseruantur legata omnibus facta, qui tex. habet locum etiam in præteritione filij emancipati, secundum glo. proprietatis. in l. si extraneo. ff. de usufru. Et glo. ex liberis, in l. 1. C. de bonorum possessione contra Tab. Bar. in dict. Authen. ex causa, n. 8. Et ibi Curtius Iunior nu. 27. testatur hanc communem. Nam alias melioris conditionis essent filij emancipati, quam filij sui, quod negandum est, & nè hoc dicatur dicendum est vt supra. Et pro hac conclusione, ex text. in d. Authen. vt cum de appellat. cog. §. causas, vers. si quolibet de prædictis, ibi. (Qui ab intestato successuri sunt) vbi probatur quod dispositio Authen. ex causa, habet locum in omnibus filijs, qui possunt succedere ab intestato, sed ab intestato nulla est differentia emancipationis & patriæ potestatis, *tex. in Authen. de hæredibus ab intestato venientibus. §. nullam*, ergo dicta Authen. ex causa, in emancipato etiam habet locum. Est tamen aduertendum quod dictus titulus de legatis præstandis, non est sublatus in totum, nam potest esse hodie utilis ꝑ eius dispositio in casibus, in quibus dicta Authen. ex causa, & eius dispositio locum non haberet, videlicet in præteritione filij emancipati à patre ignoranter facta, in qua non habet locum dicta Authen. ex causa, secundum Bartol. ibi numero 8. in fine, communi-*

Declaratio ad l. 24. Tauri.

97

communiter receptum, secundum Iaso. ibi numero 4. & isto casu & similibus poterit esse utilis dispositio dicti tituli de legatis præstandis, nam tunc debebuntur legata facta personis exceptis in l. 1. dicti tituli. ff. de legat. præstan. Qui titulus & poterit etiam esse utilis, nam per illum titulum conseruantur institutiones factæ de liberis & parentibus, quæ minime conseruantur per dictam Authen. ex causa, text. in l. filiam. §. sed si portio. ff. de legat. præstand. & has utilitates considerat Alexand. in l. 1. num. fin. C. de bonorum possessio. contra Tabul.

Sextus itidem casus erat, quando in testamento interponitur iuramentum, nam iuramentum interpositum in testamentis habet vim clausulæ codicillaris, & operatur vt legata debeantur à venientibus ab intestato † non adita hæreditate ex testamento. l. cum pater. §. filius matrem, de lega. 2. quem allegat ad hoc Barto. in l. si quis pro eo numero 13. ff. de fideiussor. idem Bartol. in l. si quis in principio testamenti, in fine. de legatis. 3. & in l. 1. §. si quis ita interroget, numero 6. de verborum oblig. ff. de quo text. plura per Alciatum in c. cum contingat. numer. 248. de iureiur. Tiraguel. in l. si inquam in principio num. 127. C. de reuocac. donat. & dilig. nissime Couarru. in cap. Ramaldus. §. 3. numc. 10. de testamen. & licet text. in d. §. filius matrem, non aperiat à quo iuramentum sit præstitum, tamen ille text. habet locum siue iuramentum præstetur à testatore, siue ab hærede † iurante se soluturum & præstiturum legata illa, nam vtroque in casu iuramentum habebit supra dictam virtutem, & ita intelligi glos. ibi & Bart. ibi in sum mario illius §. filius matrem, similis glos. iurandam, in l. 2. C. communia de legat. si quuntur multi relati per Couarr. vbi supra, & hæc sine dubio tenenda est. Et probatur ex §. final. Instit. de fideicom. vns. hered. & in l. si. C. de fideicommiss. secundum vnum intellectum, dupliciter tamen venit declaranda dispositio dicti. §. filius matrem, primo quod necesse est, vt actus, super quo iuramentum interponitur, habeat solemnitatem, quæ requiritur ad effectum, quem volumus ex iuramento deducere. ita Imol. in d. c. cum contingat. numc. 70. secundo non habet ille. §. filius, locum, quando actus super quo interponitur iuramentum, deficit ratione consensus, nam tunc iuramentum nihil operatur, iuramentum enim nunquam supplet defectum † consensus, secundum text. in l. si. C. de non num. pecu. cap. penultimo de iureiurando Barto. l. si quis pro eo num. 15. ff. de fideiussor. Abb. in d. cap. cum contingat, numer. 25. sed an in donatione causa mortis aditio hæreditatis † requiratur, tradit late Menes. d. l. eam quam à num. 63. vsque ad. 68.

Septimus casus etiam erat quando testator cancellauit institutiones duntaxat factas in testamento, non autem cancellauit legata † ex text. in l. proxime. ff. de his que in testamento, delent. quod tamen intelligo quando testator cancellauit institutiones, quia hæredes reputauit indignos, tunc enim deuoluitur hæreditas ad fiscum, & ille tenetur ad soluenda legata, etia procedit dicta. l. proxime, & proibi notatur: secus tamen erit, si cancellauit institutiones, eo quod voluit decedere intestatus, quia tunc de-

uoluitur hæreditas ad venientes ab intestato, & illi non tenentur ad præstanda legata, text. est in l. fin. ff. de his que in testamento delentur, ita declarant Bart. & omnes in l. matrem. C. de testamentis.

Octauus casus erat ex l. fina. ff. de heredi. instit. vbi non valet institutio facta in secundo testamento, & tamen valent legata facta in illo secundo testamento, & ratio decisionis illius text. est, quia ex præfatione apposita in secundo testamento † colligitur causa finalis, quia quidem causa finali cessante, cessat etiam dispositio, ita Bart. Paulus & omnes ibidem Bart. in l. cum ij, in principio numero 4. ff. de transactio. & dixit ad hoc meliorem iuris Iason. in l. si pacto quo poenam col. si. C. de pactis & Purpuratus in l. cum quid num. rō 111. ff. si cert. pota. de quo est etiam text. in l. fin. §. idem respondit, ff. de verborum obligata, & l. nem quia. §. fin. ff. de pactis, & hæc est ratio illius legis finalis. Quare ibi non valet institutio secundi testamenti. Ratio tamen quare ibi valent legata ex secundo testamento est, quia ibidem præfatio illa apposita in illo secundo testamento tantum respiciebat institutionem, non autem legata, secundum Bart. & omnes ibi, & hunc dixit communem sensum ad illum text. Socin. l. demonstratio. §. quod autem, numero 9. ff. de conditione & demonstratione, & sequitur idem Socinus. l. cum auus. numero 79. ff. eodem titul. & communem etiam testatur Curtius Iunior in Authen. ex causa numero 118. C. de libr. præte. & Antonius Gomez. l. 24. Tauri, numero 1. ad fin. & numero 6. Videndum tamen est circa illam finalem. ff. de heredi. instituen. an debeantur legata in primo testamento relicta † in quo glos. expressim, in §. sed si quis priori. Instit. quibus mo. test. infirm. tenet quod debentur legata etiam ex primo testamento. Contraria tamen opinio communior est & tenenda, quam tenet Bart. in l. si iure in principio. de legatis 3. & Ias. numero 18. in d. l. eam quam. C. de fideicommiss. & omnes, in d. §. sed & si quis priori, vbi Viglius, numero 8. dicit etiam glos. non recte dixisse, & Imol. in d. l. fin. numero 8. ff. de heredi. instituen. sed si quis vellet sustinere dictam glos. videat Socinum in d. §. quod autem numero 5. Ex quo dico esse casum singularem in d. l. finali, in quo quis cum duobus testamentis potest decedere, vno valido quantum ad legata, contra regulam legis posthumus. §. si paganus. ff. de iniustorupto. vbi quis cum duobus testamentis non potest decedere, qui textus limitatur in casu speciali d. l. l. finali per supradictam rationem, vel ibi secundum testamentum valet tanquam codicillus, secundum Bald. ibidem, licet secundum Menes. in d. l. eam quam. opinio illius glos. quam & sequabatur Bald. per eum relatus in ead. l. eam quam, numero 48. approbetur, lege Regia per ipsum Menesum ibi allegata. scilicet, lege. 21. titulo 1. parti. 6. nisi legata sint ita magna quod absorbeant totam hæreditatem, nam tunc nec relicta in secundo testamento valent, secundum Menesum in ead. l. eam quam numero 50.

Decimus casus est, & procedit fauore libertatis, † ex principio & ex toto titulo. Instit. de eo cui

liber.

Quæstio
11.

105

100

101

102

Quæstio
10.

103

liber. causa bon. adijci. vbi probatur quod si hæreditas fuerit relicta seruo ex testamento, & nemo sit, qui velit adire hæreditatem, possunt bona testatoris adijci huic seruo, qui efficietur liber & hæres, *per illum titulum, & per l. 4. & per totum. ff. de fideicommissa. li. & l. fin. C. de testam. manu.* & adde quod successio de qua loquitur ille titulus, & dicta iura non appellatur propria successio, sed successio irregularis & anomala, *secundum glos. in §. in primis Inst. de co. cui lib. causa bona. adij. quam cõmendat Bald. n. 10. d. l. eam quam. C. de fideicom. & Iaf. in l. pro hærede §. Papinianus. num. 13. ff. de acquirenda hæredita.* Et probatur ex illa ratione, nam acquisitio quæ fit præter regulas iuris communis ex legis dispositione non appellatur acquisitio propria, sed adiectio bonorum, *secundum Alciat. l. traditionibus. nu. 34. C. de pactis, & in l. quinque pedum. nu. 57. C. finium regundorum, quem adde ad. l. 3. ff. de usucapio.* & hunc decimum casum quærens an idem sit in aliis legatis piis, prosequitur Menes. *in d. l. eam quam num. 52. cum. 4. sequentibus. C. de fideicommiss. & infra dicam.*

Vndecimus casus erat *ex l. in testamento. ff. de fideicommiss. lib. vbi, si legatum in minus solemnivoluntate relinquatur personæ valde dilectæ testatori, debetur à venientibus & ab intestato, & ibi glos. debuisse ad hoc notat, similis glos. in l. si iure. C. de testam. manu.* vbi Bald. notat illum text. ad hoc quod ardor liciti amoris operatur effectum & clausulæ codicillaris, *& de illo textu, plura cumulat Tiraguel. in l. si unquam n. 86. & 87. C. de renocan. donatio. & Alciat. & eius additio de præsumptio. 1. regula præsuppositio. 128. n. 3.* Vnde cauendum est à Bald. *in d. l. si iure.* dicente quod in illo text. ideo valuit legatum favore speciali libertatis, sed male dicit, nam non solum libertatis legatum sed quodlibet aliud legatum debetur personæ dilectæ etiam in minus solemnivoluntate. Quod probatur *per text. in d. l. in testamento ibi (& ideo fideicommissa)* nam vult text. quod non solum illi dilectæ personæ debeat legatum libertatis, verum alia etiam fideicommissa, & licet Corneus. *d. l. eam quam,* alio modo intelligat illum text. verus intellectus est supra primo dictus *de quo text. videndus est etiam Menes. in l. cum testam. C. de iur. & fac. igno.*

Duodecimus etiam erat casus quoties hæreditas auferitur ab hærede tamquam indigno, & applicatur fisco, nam fiscus tenetur ad legata, & ad omnia in testamento contenta *& ex l. Marcellus. §. fin. ff. ad Trebellia. & l. cum fisco. ff. ad Sylvania. & l. non intelligitur. §. num. ex causa. ff. de iure fisci.* Sed iste non est proprius casus fallentiæ, nam in isto casu hæreditas adeunda est per hæredem scriptum in testamento, vel per ipsum fiscum, ut debeantur legata, & ita loquuntur dicta iura, & hic posset intrare quæstio an si nemo esset qui adiret, & sic hæreditas ad fiscum deueniret, fiscus soluere debeat legata, de quo *infra hac glos. dicemus.* Sed an rescisco testamento à fratre testatoris propter turpis personæ institutionem, debeantur legata & illo testamento relicta tradit Menes. *in d. l. eam quam num. 59. & melius Iulius Clarus lib. 3. sicut clarum. §. testamentum quæstio. 52. & inquit, quod decisione Imperatoris egeret hæc quæstio, licet communem esse asserat,*

Quæstio
11.

110

quod tunc nec quoad legata valebit, ipse tamen ibi asserit non peccare mortaliter iudicem, qui contra hanc communem sententiaret. Verum tamen communis non est spernenda. Et an spurio instituto per testatorem, omisso eius fratre legitimo & naturali, possit frater ipse querelare fratris testatoris testamentum tanquã turpi persona in eo & instituta, & dicendum est quod sic, quia spurius est infamis infamia facti *secundum Iaso. & alios relatos per Didacum Perez hoc substit. isto. De los testamentos. lib. 5. ordina. pagina 92. col. 2. vbi inquit uase in facto respondisse.*

Decimus tertius casus erat, quando legatum fuerat alicui ex testamento, ita ut alij teneatur illud legatum restituere, si iste legatarius prohibuit testatorem mutare testamentum, certè hoc legatum & legatario debebitur *ex l. 1. §. sed si legatum. ff. si quis aliquem test. prohib. quia illud legatum debet legatarius alij restituere, & non remanet apud eum.* Sed iste non est casus fallentiæ, nam *in d. §. sed si legatum,* ut debeatur legatum, debet hæreditas adiri per hæredem scriptum in testamento. Sed adde pro intellectu dicti tituli. text. *in l. 26. & 27. in iulo 1. parua. 6. & Thomam Gram. consil. 26. & l. 4. in fin. iitulo 7. part. 6 & Bartho. Soci. consilio. 105. volam. 3. & Mar. Socin. consilio. 148. vol. 2. Alexan. consilio. 48. vol. 4.*

Decimus quartus erat iudem casus quando institutio vitatur propter errorem in coniunctione personæ *ex & text. in d. l. eam quam. C. de fideicommiss. vbi glos. hos casus fallentiæ referebat, & ex Bart. ibidem alij duo colliguntur, quorum primus & in ordine decimus quintus erat, quando sunt legata pia, nam illa non exigunt ad sui confirmationem & additionem hæreditatis, & debentur etiam non adita ex eo hæreditate, quod probat ipse Bart. *ex l. 1. vers. liber sit stitius. C. de sacrosan. ecclesiis.* vbi videtur probari, quod in legatis piis non attenditur ordo iuris ciuili: mouetur etiam, nam vbi testator prohibuit detractionem Falcidiæ, debentur legata etiam *& non adita hæreditate ex testamento per scriptum hæredem text. in Authen. de hæredibus & falcid. §. si vero expressim, & hic est alius casus fallentiæ ad d. l. eam quam, ut per Bast. l. nemo potest col. 1. de leg. 1. vbi Crotus numero 18. Ripa. 41. hanc dicit communem, sed de legatis piis (ut ad nostrum casum reuertamur) non detrahatur Falcidia, *ex Auth. similiter. C. ad l. Falcidiam, & ex l. 4. titu. 11. part. 6.* ergo. legata pia debentur non adita hæreditate per hæredem scriptum, *& hanc eandem opinionem tenet idem Bart. in l. 1. num. 65. C. de sacrosan. Eccles. communis secundum Bald. l. 1. in fine, de legat. 1. & secundum Ripam. l. 3. num. 28. de legat. 1. & plures dicentes hanc communem refert Covarru. in cap. Rainaldus §. 3. num. 11. de testamentis.* Contraria tamen erat verior & communior, quam tenet Baldus *in d. l. eam quam,* vbi Iaf. num. 19. dicit communem & communiorem dicit idem Iaso. *l. 1. lectura. 1. num. 31. & lectura. 2. num. 34. C. de sacrosanctis Eccles. & idem testatur Alexand. lib. 1. num. 24. & Crotus. 55. de leg. 1. & magis communem testantur relati per Menesium in d. l. eam quam numero 54. vbi num. 53. reperi post hæc scripta retulisse supra dicta, & num. 55. limitat hanc secundam opinionem vno modo, quem & in progressu refero. Quam tenendo***

116 non obstant Bartoli argumenta, & primo ex d. l. 1. *versiculo liber sit stylus*, * quia non debet intelligi quod liber sit stylus ab ordine & solennitate iuris ciuili, imo *ibi* testamentum debet esse secundum ordinem & solennitatem iuris ciuili, sed dicitur quod debet esse liber, quantum ad alia priuilegia causarum piarum, de quibus per *Docto. in ead. l. 1. pro quo est text. in l. generali, ibi omni alia ratione iuris munitum, C. de sacrosan. Ecclesijs.* Ad secundum itidem Bartoli argumentum responderetur, quod non est verum, nam procederet eius argumentum, quando omnia legata relicta in testamento essent pia, non vero alia, saluari tamen potest decisio Barto. in quatuor casibus, primo quod legata pia non debentur non adita hereditate ex testamento, sed si ab intestato adeatur, debentur, *secundum Ias. in d. l. eam quam num. 20.* secundò non habet locum dicta communis, quando filius in potestate est heres institutus, tunc enim etiam si filius se abstineat à patris hereditate, debetur legatum pium suistatis existentia confirmatum, *argumento. text. l. cum quasi §. sed & si quis. ff. de fideicommiss. lib. & text. in l. sciendum ff. de manumis. test. quæ iura, quamuis loquantur in legato libertatis, extenduntur ad legata pia, secundum Angelum & Paul. num. 3. Alex. 9. in l. si filius qui patri ff. de vulgari.* Tertio quando legata pia essent eiusmodi, vt non reciperent dilationem, veluti legata ad sepeliendum, nam hæc etiam * non adita hereditate debebuntur *secundum Bald. in Authen. hoc amplius num. 17. C. de fideicommiss. Quarto & finaliter limitatur, quando hereditas nõ aditur per scriptum heredem, nec per venientes ab intestato, tunc enim possunt bona adici alteri ex his, quibus legata pia relicta sunt, & erit hæres, prout communiter omnes tenent teste Iasone numero 19. in d. l. eam quam, & iste talis præstabit cætera legata, & hoc tenet Barto. in ea l. eam quam, colu. 3. versiculo Tutius tamen putatur, argumento eius quod dicitur in rubri. institui. de eo cui libertatis causa bona adici.*

118 Secundus casus Bartoli, & decimus sextus & vltimus in ordine erat respiciens nostri text. materiam & dispositionem, & quò attento cessant iam omnes supra dictorum casuum difficultates & dispositiones, scilicet, quando extaret statutum quod legata debeantur hereditate non adita, valet enim tale † statutum, *iuxta theoricam Baldi in l. 1. columna fin. C. si quis omis. causa testa. sequitur Ias. num. 109. Ripa 45. l. 1. de lega. 1. quod statutum habemus hodie pro lege in præfenti, quæ lex nostra expresse vult, quod siue nullus sit scriptus hæres in testamento, siue scriptus noluerit adire hereditatem, nihilominus valeant & debeantur legata & alia contenta in testamento illo per venientes ab intestato, & sic ex toto habemus hodie regulam contrariam alteri regulæ contrariæ iure ciuili dispositæ, & in principio huius glossæ per nos propositæ, ad cuius limitationem supradicti adaptabatur casus, qui in regno nostro necessarij non sunt ex lege nostra regia in præfenti, quam ad hoc notauit Bernard. Diaz in reg. 411. & intelligo eam procedere etiam in his, quæ præcise requirunt hæredis aditionem, adhuc enim in illis hereditate non adita debebuntur † legata, secundum quod*

tenet Menes. in d. l. eam quam num. 70. & gloss. entrar legis 2. titu. 7. parti. 6. contra Couarruu. & Teliu per Menesium vbi supra relatos, & contra Didacum Perez, hic, pagina 83. columna. 1. in medio Nam in alijs, vbi præcise hereditatis aditio non requireretur, in vanum disposuisse legem nostram esset dicendum, idè in fortioribus, & grauioribus terminis censendum est legem nostram disponere, & sic etiam in his, in quibus præcise de iure ciuili & regio partitarum hereditatis aditio requirebatur, & sic tenet etiam nouissime cum Grego. Lopez. Marienço, in præfenti gloss. 14. numero 84. ex quibus à numero 81. cum sequentibus optime fundat ex lege nostra pupillarem etiam substitutionem sustentari, siue hereditas adeatur, siue non, etiam si præcisa heredis institutio requiratur in ea de iure ciuili & partitarum, prout & infra hac lege dicemus volente deo. Imò & dicta procedunt, etiam si hereditas adiri poterat ab herede instituto, vt optime fundat Burgos de Paz, l. 3. Tau. num. 902. cum sequentibus aliquibus, & à numero 900. incepit.

In cuius legis nostræ propositum querendum est an ad hoc vt nullo scripto herede, vel scripto, sed repudiante debeantur legata, sit necessaria aditio † per venientes ab intestato. Et in hoc sine dubio tenendum videtur quod sic, idque probatur ex text. nostro ibi. *T entonces herede a quel.* Nam verbum illud: *Herede.* debet intelligi cū effectu, *iuxta l. fin. de leg. 1. & l. 1. §. hæc verba ff. quod quisq; iuris, quod probatur, nam legata ideo debentur legatariis, quia hæres adeundo dicitur cum illis quasi contrahere text. in l. ex maleficijs §. hæres ff. de actio. & oblig. §. hæres. institui. de obligatio, quæ ex quasi contractu.* Si igitur nemo adeat hereditatem, nec quasi contrahat cum legatariis, non debebuntur illis legata. Probatur etiam ex gloss. in l. qui filio §. seruus verbo. liber. ff. de hered. instit. dicente quod in omnibus casibus, in quibus de iure communi non adita hereditate per scriptum heredem debentur legata à venientibus ab intestato, in omnibus illis casibus est necessaria aditio per venientes ab intestato, & in quantum illa gloss. dicit, oportet hereditatem adiri à legatario, debet dicere, oportet hereditatem adiri à legitimo, scilicet, herede veniente ab intestato, & illam gloss. dicit unicam Paul. in l. omnia de leg. 2. & etiam Barto. in Authen. vt cum de appel. cog. §. siue igitur nu. 2. & Bald. in Auth. ex causa num. 25. & ibi Alex. & Ias. colu. fin. C. de lib. prate. & dicit eam communiter approbatam Ias. in l. nemo potest, lectura 1. num. 23. & lectura 2. num. 39. de lega. 1. & Ripa in l. 3. num. 2. de lega. 1. & plures allegando tenet hoc in propositum nostræ regie legis Antonius Gomez l. 24. Tauri. num. 9. & Couarru. c. Rainaldus §. 3. num. 8. de testamen. refert eos & alios Menes. in d. l. eam quam num. 79. C. de fideicommiss. pro qua gloss. est optimus text. quem ibi ita summat Barto. in l. 2. ff. de fideicommiss. lib. Vnde cauendum est à Baldo, in consil. 234 & 264. dicente illam gloss. communiter reprobari, imò quantumuis testator dicat quod legata debeantur hereditate nõ adita, adhuc non debebuntur nisi adeatur secundum Couarruu. d. §. 3. n. 9. & Boerium decisione 41. n. 4. quidquid cõtrarium lege nostra intenta voluerit tenere, idè Anto. Gomez sibi contrarius in tomo. 1.

Noua
conside-
ratio ad
l. eam
quam.

119

*uariarum cap. 12. numero 11. & glos. mag. in l. 37. titul. 9. partit. 6. & Matienço, hic in glos. 14. nu. 8. quem post hæc vidi solum ex ordine literæ nostri tex. arguendo, scilicet, quia prius legata solui iubet, & post hæreditatem adiri, idemque tenet Burgos de Paz. l. 3. Tauri n. 877. & à n. 872. incepit. Peralta in l. omnia nu. 18 pa. 333. cum sequent. de legat. 2. & Telius in d. l. 3. Tauri nu. 8. inquit; quod tunc peti legata possunt hypothecaria, quia licet non reperiat subiectu actionis vel obligationis personalis, cui adhæreat, nec reuendicatio, tamen satis est quod cõpetat conditio ex l. nostra, vel officiu iudicis, cui possint accedere dictæ actiones, prouiso prius de curatore ipsi hæreditati, si venientes abintestato non adeant infra terminum eis à iudice assignandum ad ad eundum vel repudiandũ, prout inquit Ant. Go. dict. nu. 11. & n. 7. etiam, & gl. d. l. 37. & Burgos de Paz, ubi supra nu. 892. cum 4. sequentib. & Telius d. nu. 8. contra Socinum per eundem ibi relatum num. 7. contra tenentem, ubi ipse Telius n. 8. vnum casum proponit, in quo hanc suã opinionem procedere dicit, imò & hypothecaria hæc competet pro legatis à die mortis testatoris, secundum Burgos ubi sup. num. 935. Ex quo infert Ant. Gom. d. num. 11. quod hodie iam non habet locum quarta † falcidia, cum debeantur legata non adita hæreditate, Trebellianicam tamen inquit deberi competentem pro fideicommissio vniuersali, quia necessario requirit aditionem hæredis grauati, qui si noluerit adire, cogetur vt restituat, secundum tex. in l. quia poterat ff. ad Trebellian. de quo & per Burgos ubi sup. nu. 959. cum sequent. aliquibus, qui num. 962. tenet & Ant. Go. imo & falcidia etiam hodie sicut & trebellianica locum habeat, vt & tenet Molina de primogenitis lib. 1. cap. 17. nu. 9. & 10. ubi per ipsos plura de falcidia & trebellianica differuntur. Infertur etiam hodie hac secunda opinione attentata fructus rei legatæ deberi à die † mortis testatoris, cum aditio nulla requiratur, vt peti possit, secundum eorum opinionem, pro quo & facit quia dominiũ rei legatæ transit in legatarium, licet non verè, à die mortis testatoris, si tunc vero † sic, ex text. in l. à Titia ff. de furtis, late Couar. in c. Rainaldus §. 1. n. 1. fol. 146. in antiquis, de test. & Ducñas in reg. 210. per totam l. optima 34. titu. 9. parti. 6. late Burgos de Paz. l. 3. Tauri n. 936. cum sequentib. pluribus. & hoc si res legata erat testatoris, secus si hæredis vel alterius, quia tunc non transit dominium re-
 124 cta via à die mortis, sed à die aditæ † hæreditatis, secundum glos. in l. Papinianus ff. de seruitut. tit. generali, & in l. si hæredis seruus, de leg. 1. gloss. legu per diuersas, verbo seu res C. de usuris & fruc. leg. communiter approbatas secundum Ias. & Corneum l. heredem C. de fideicommiss. eundem Ias. in l. 1. in prin. num. 6. & in l. 2. in principio num. 5. C. communia de legatis & Couarru. d. §. 1. n. 1. & Menes. plures allegando, in l. heredum n. 2. C. de fideicommiss. gloss. 2. l. 10. tit. 9. partit. 6. etiam si hæres consentiat legato, secundum Couar. ubi supra & Bart. in l. omne verbum numero 4. C. communem de legat. & alios relatos per Menes. ubi supra n. 4. quia licet res hæredis legari possit, secundum d. l. heredum, tamen dominium eius non transit in legatarium vsque dum hæres adeat, quoniam ante heres dici non potest, secundum dictas glossas & Doct. Item*

est vera supra dicta conclusio in legato & fideicommissio particulari, in quo absque traditione ipso iure transit dominium, secus tamen est in fideicommissio † vniuersali, eo quod in eo necessaria est restitutio re, vel verbo, vt per Ant. Gomez to. 1. cap. 5. numero 7. & 13. in fine, & si defunctus dominus erat, tunc restitutione facta re vel verbo transit dominium in fideicommissarium, si vero defunctus erat quasi dominus trãsit quasi dominium & publicana, & idem esse in legato particulari, tradit Anto. Gom. ubi supra, & iterum in eo tom. 1. cap. 12. numero 7. Cum ergo dominium rei legatæ vel quasi dominium supra dictis respectibus ipso iure absque traditione in legatarium, vel fideicommissarium particularem transeat, merito quod fructus rei legatæ à die mortis testatoris debeantur, non verò à die aditæ hæreditatis, cum ex nostra lege, vt legata debeantur, aditio non requiratur, & ita in terminis nostra legis tenet glos. Los fructos in d. l. 37. titu. 9. part. 6. & Anton. Gomez tom. primo ca. 5. numero 15. post principium, & in eodem tomo capite 12. numero 5. & Telius in l. 3. Tauri, 3. parte numer. 10. ad fin. & iterum in l. 20. Tauri. in fine, & Couarru. lib. 1. Variarum cap. 9. numero 5. & post hæc vidi Matienço hic glos. 14. numero 30. & Burgos de Paz. d. l. 3. Tauri. numero. 943. cum sequentib. pluribus, ubi quod in pendentiibus & quod in perceptis † tractat, & cum aditio non requiratur, crederem fructus deberi à die mortis testatoris indistincte cum dictis doctoribus, omiſsa distinctione adhibita per Anto. Gomez ubi supra d. cap. 12. numero 22. & fructus rei donatæ † a quo tempore debeantur vide Telium d. l. 20. Tauri numero 7. cum sequentibus pluribus: & in meliorationis fructibus, vide Matienço in l. 4. gloss. 3. titu. 6. infra isto lib. num. 4. cum sequentibus, & in l. 4. tit. 6. nu. 9. cum sequentibus aliquibus alia dicemus. Verũ tamen est quod fructus percepti per testatorem in eius vita non debentur, nisi rem † cum fructibus legasset testator, secundum Anto. Gomez. d. ca. 12. numero 5. vel nisi fructus in vniuersitate, vt in grege consistant, quia tunc etiam à tempore conditi testamenti † debentur, si testator ex illa decessit infirmitate, ita quod pendentes remaneant, secundum Anto. Gomez d. c. 12. n. 22. in casu tamen, in quo ex die moræ deberentur fructus, quando quis dicitur † incurrisse moram dic quod cum potuit restituere, & non restituit, secundum Ias. in l. si insulam, n. 3. ff. de verborum obliga. & Ducñas reg. 210. in fine & probat. l. 35. titu. 11. partit. 5. Ex quibus & infertur quod secundum hanc secundam opinionem, licet de iure ciuili, vt exequutores testamenti possent ab herede legata petere, aditio hæreditatis requirebatur, secundum text. in l. 1. §. aditam ff. si quis testamento liber esse visus fuit. hodie tamen ex l. nostra non requiritur hæc hæreditatis † aditio, sed exequutores poterunt compellere heredem, vt adeat intra certum tempus, alias eo elapso ipsi soluent legata, & executio locum habebit, prout in alio casu considerat glos. Lo mas l. 6. tit. 10. partit. 6. & Burgos d. l. 3. Tauri. n. 888. Et quod possit ad hoc hæres compelli, tenet Couarru. d. cap. 3. de testamentis num. 3. sicut & alias de iure cõmuni fieri poterat, cum aditio hæredis requirebatur, secundum legem eam quam C. de fideicommissis

Illa. 4. teste Speculatore, de inst. editio. §. nunc verò aliqua numero vigesimo secundo ulterius & ex dictis infero, quod exequutor testamenti potest vendere res testatoris, data sibi potestate vendendi in testamento antequam hæreditas t̄ adeatur, secundum Teliu l. 32. Tauri. num. 7. imò & testatores aliquando sic iubent fieri in testamento, prout iam vidi, & est consultius animabus testatorum. Hinc etiam inferri potest, quod cum aditio hæreditatis non requiratur vt legata debeantur & peti possint, quod annus datus exequutoribus testamenti ad implendam voluntatem defuncti, iam hodie cursus istius anni non exigat aditionem hæreditatis, sed iudicis præcepto notificabitur t̄ hæredi vt adeat intra certum tempus, vel repudiet, & si nolit intra tale tempus aliquid horum facere, legatū mitteretur exequutioni, & sic saltem à lapsu istius termini & temporis curret annus, dictus data tamen scientia t̄ ipsius exequutoris, cum dilatio legalis nunquam currat ignoranti, prout optime inquit glos. Faſta. In l. 6. titu. 10. p. 6. quod nota, licet Telius in l. 33. Tauri numero 1. in fin. velit quod à die mortis testatoris, etiam si exequutor ignoret commissionem curret annus, quod durum videtur, eo quod d. l. 6. hoc non probat, imo probat, quod scientia requiritur, ibi dum dicitur Deuen se trabajar. Ergo sciebant, quoniam ante scientiam operari non potest, præsertim attento versiculo finali illius legis 6. ibi. O no quieren. Sed ignorans non dicitur nolle, ergo scientia requiritur. Quod & probatur in l. fin. eod. tit. 10. p. 6. ibi. Seyendo amonestados. Et hæc etiã iure civili communis erat opinio, secundum Teliu vbi supra & Couar. c. 3. n. 2. extra de testamentis, vbi ipse inquit quod in exigendis legatis non requirentibus aditionem hæreditatis à die mortis curretet annus iste, maxime attenda l. 33. Tauri, quod tamè verū intelligerem cum additamento & supplementatione glos. d. l. 6. secutæ per Burgos. d. l. 3. Tauri. num. 955. cum 2. antecedentibus dum tamen hæres iubeatur vt adeat infra certum terminum, aliàs autè lapsu illo exequutor legata & curret tempus exequutoribus, data eorū sciētia quod exequutores sunt, vt dictum est, & iuri nostro consonum & infra n. 177. & 178. repeto. Inferri etiam potest ex dicta. 2. opinione, quod iam potest exequutor agere cōtra hæredes pro legatis t̄ omnibus soluendis, cum proprijs, in quibus aditio non requirebatur, vt peti possent, secundum glo. Faſta. l. 4. tit. 10. par. 6. iure communi agere poterant exequutores testamentorum, secundum Couar. c. cum Ioannes, de testamentis nu. 5. Infertur etiam quod cum legata debeantur hærede repudiante, vel aliàs non aduente, iam codicilli non dependent à testamento, t̄ sic infirmato testamento quocunque modo, non infirmabuntur codicilli, secundum glo. fin. l. fin. tit. 1. 2. part. 6. quod optimū est, si verum. Vides igitur (vt ad incepta redeamus) quanta discordia sit inter Doctores nostros, nū, scilicet, lege nostra attenda possint peti legata & debeantur etiam si ab hæredibus abintestato venientibus, hæreditas nō sit adita, quotq; illationes ex secunda in hoc opinione inferri vides, & optimas in practica, & theorica. Quam vero harum opinionū eligemus hodie, dubiū videri potest, nisi tamen applaudet potius prima opi-

nio, scilicet, quod aditio saltem venientū abintestato requiritur, vt legata peti possint, & hæc verior, & iuridica in puncto iuris videtur, & in terminis nostræ legis, quã tamen declarabis ex dictis in secūda cōtraria opinione, & sic cōcordari possent, scilicet, quod vera sit prima opinio t̄ quod non debetur, nec peti possunt legata nisi adita hæreditate à venientibus abintestato saltem nisi per iudicē ad petitionē legatariorū terminū ipsius venientibus abintestato assignatur ad adendum, vel repudiandum, quo elapso si nihil horum fecerint, exequetur legata ipsa & soluetur legatarijs, prius prouiso curatore bonis defuncti, qui respōdeat legatarijs, si opus fuerit, vel cōsentiat solui eis legata, & sic etiã non adita hæreditate prouenientes abintestato legata soluetur ex remedio nostræ legis, vel melius iudicis officio, cū curator ipse loco ipsorū venientium abintestato nolentū tunc adire, per iudicem nominetur, vt in effectu concludit Burgos, dicta. l. 3. Tauri. n. 888. & tunc fructus etiam ab ea die, scilicet, mortis, iubeantur restitui legatario, secundum quod supra dictum est, istoq; remedio vti etiã poterunt exequutores testamentorū cōtra ipsos hæredes abintestato, si nō sint adire, vel distulerint declarare suã voluntatē, vt possint implere defuncti testamentū intra iuris terminum, & animã cōsulari in impletione testamenti breui tempore facta, quæ optima sunt & singularia & attendenda: Sed an legatario viusfructus debeantur fructus à die mortis, vel ab adita hæreditate, t̄ vide per Matienzo hic gloss. l. 4. n. 35. cum sequentibus aliquibus. Sed est & alia pulchra quæstio in proposito, quid si neq; scriptus hæres, neq; venientes abintestato velint adire hæreditatē, & sic bona tanquã vacantia deuoluantur ad fiscū t̄ iuxta l. 1. C. de bonis vacantibus lib. 10. an fiscus tenebitur ad soluēda legata & fideicommissa. In quã quæstione Bald. in dicta. l. eam quam, tenet q̄ fiscus, ad quem bona vacantia deuoluuntur, tenebitur soluere legata & fideicommissa, argumento text. l. recusare §. si fisco ff. ad Trebellia. & text. l. 1. §. fin. C. de caducis tollendis. iuncta gloss. ibi, verbo pepercimus. Quã opinionem sequitur Alex. in Additio. ad Bart. l. 1. n. 7. C. de bonis vacantibus lib. 10. & Paulus l. quidam testament. §. quoties de leg. 1. communis secundum Salice. & Corneum, in dict. l. 1. §. fin. C. de caducis tollendis. Verumtamen contraria opinio verior & cōmunior est, quam tenet Paul. colum. 2. l. 1. n. 13. in dict. l. eam quam. & Alex. 1. notabili. l. 1. n. 1. si seruum plurium §. si quis ante. de leg. primo. Imol. & Alex. in dict. §. fisco. Romanus l. si marito ff. soluto matrimonio Mathesil. notab. 163. communis secundum Ripam, in l. ex facto. §. ex facto. n. 6. ff. ad Treb. Quam opinionem tenendo non obstat text. in dict. §. in fisco. nã ibi idè tenetur fiscus * ad fideicommissi restitutionem, quia hæreditas aufertur ab hærede tanquam ab indigno & defertur fisco, secundum glos. ibidem. & hunc dicunt cōmunem intellectum ponētes rationē Latius Alex. & Imol. ibi, & Iaf. d. n. 13. & Hypolitus in Tractatu substitutionis. tit. de vulgari. quæst. 35. n. 77. & Menchus in dict. l. eam quam. n. 58. nos vero loquimur quãdo fiscus admittitur tanquam ad bona vacantia, quia nemo est qui velit adire, qui intellectus cōfirmatur ex glos. in dict. l. eam quam. in casu 11. & sic intelliguntur iura dicenna, bona transire in fiscū vt

- fuo onere, ut l. Marcellus §. si. ff. ad Trebel. & l. cū fisco ff. ad Silania. & l. in factō §. si. ff. de cōditio. & demonstr. & dict. l. 1. §. si. C. de caducis tollend. & hodie ex text. nostro hic intellectus cōmunis approbatur expresse, quo extāte fiscus admissus ad bona vacātia, quia nemo est qui adeat, vel adire velit tenetur, ad onera legatorum, † per verba nostri text. ibi, *T entonces heredede aquel que segun derecho o instrubre de la tierra, auia de heredar.* Sed nullo adēūte & bonis vacātibz certum est de iure, quod fiscus succedit, ergō ipse tenebitur ad legata, & ita tenendum est sine dubio. Et probatur etiam, nam quamuis bona vacantia pertineant ad fiscū tanquam vacātia, non tanquā hāreditaria, l. 1. C. de bonis vacant. lib. 1. o. l. 1. §. an bona ff. de iure fisci. & ibi Bart. tamen fiscus fungitur vice hāredis & tenetur ad omnia onera hāreditaria, text. l. tutor. C. ad l. Iuliam, de vi publica. & quemadmodū heredi competit peritio hāreditatis † ita fisco text. l. ita veniunt §. ait Senatus. versic. si bona vacantia ff. de peritione hared. & ita tenet Burgos de Paz, dict. l. 3. Tau. n. 908. cū sequentibus aliquibus, & an lege nostra attēta bona erunt tacite obligata pro legatis † vide glo. Obligados l. 26. tit. 13. part. 5.
- 141
142
143
144
145
146
147
148
- Est tamen & aliud dubium, quā nā actio cōpetat legatario ad petenda legata & fideicommissa, † hārede scripto repudiāte, & hāreditate veniente ad venientes ab intestato, in proposito nostri legis. Et dicēdum est quod actio ex testamento, idq; probatur eō quod lex nostra nō solū confirmat legata, verum etiā testamētū ipsum, nam vbicunq; lex cōfirmat aliquid videtur illud confirmare cum omnibus suis † qualitibus, text. in l. item quaritur §. qui impleto ff. locati. notant latissime DD. vbi las. n. 8. in l. lecta in prin. ff. si cert. petat. Cum igitur lex nostra confirmet testamētū, videtur illud cōfirmare cum omnibus suis qualitibus. Idque etiā probatur ex doctrina Bart. in Auth. ex causa. n. 20. C. de liberis preteri. dicentis quod in casu illius text. in quo conseruantur legata rupto testamento ex causa prāteritionis ad petenda legata illa competit legatariis actio ex testamento: † Sed si lex nostra non confirmaret testamētum sed legata, non daretur legatario actio ex testamento, sed conditio ex lege, vel officium iudicis, ut in simili statuto respondet Bald. l. 1. col. fin. C. si omissa sit causa testam. quem sequitur Ripa post omnes. l. 1. n. 45. de leg. 1. quam quāstionem mouet gl. Obligados. in dict. l. 26. tit. 13. part. 5. & Menes. in l. eam quam. nu. 80. C. de fideicom. & latissime post hac Matienzo, hic in gl. 14. n. 11. cum sequentibus. Burgos de Paz. l. 3. Tauri. n. 887. cū sequent. Sed an ex testamēto facto per testatorem coactū debeantur † legata, vide gl. mag. in fi. l. 27. tit. 1. par. 6. vbi & quid si per voluntariū. Et hęc pro hac glo. sufficiant. Ibi, *Otras cosas*, Quid veniat appellatione, *Otras cosas*, & sic ceterorum, tradit Telliū in l. 3. Tauri. part. 4. & an ex his verbis corrigatur. l. 10. tit. 5. part. 6. quāstionis est. Ad cuius declarationem supponendum est quod rupto testamento per exheredationem, sicut conseruantur legata per text. in dict. Auth. ex causa. C. de li. prāter. ita & pupillaris † substitutio, secundum glo. fi. l. 1. §. si. ff. de Vulgari. cōmuniter approbatam secundū las. n. 8. ibi. & Ripam. l. 2. n. 321. vob. tit. & Zasium de substitutione pupillari n. 21. & Politum in tra. Etatis substitutio. n. 34. & itidem exemplaris, ut per Clarum receptorum sententiarum. verbo Testam. q. 54. & probatur in dict. Auth. ex causa. ibi. *Cetera namque & intra regula. l. qui plures liberos. §. fin. de Vulgari. & l. namque. §. si quis compulsus. ff. ad Treb.* ista tamen communis corrigebatur per text. in d. l. 10. tit. 5. par. 6. ex l. tamen nostra cōmunis d. & approbatū & corrigitur dict. l. Partita, † nam appellatione huius verbi, *Otras cosas*, & sic ceterorum, sicut iure ciuili pupillaris substituebatur, sic & hodie ex l. nostra, cum eisdem verbis vtatur, in correctionem. d. legis 10. Partitarū. prout ibi tenet gl. verbo *Desataria. & descendit latē Telliū vbi sup. dict. 4. par. 1. 3. Tauri. & Burgos de Paz, quem post hac vidi scripta, in dict. l. 3. Tauri. n. 993. & Ant. Go. To. 1. c. 4. n. 4. quidquid contra teneat Con. in c. Raynuncius. §. 5. nu. 3. de testam. & Didac. Perez, hic suo lib. 5. Ord. pag. 92. col. si. cum sequentibus. & nouissime post hęc vidi eos reprobātem Matienzo, hic glo. 14. n. 81. in d. & tutelae datio, & exequutorum nominatio † conseruabuntur ex l. nostra hāreditate non adita per hāredem, vel nullo hārede instituto, secundū Menes. in d. eam quam. n. 70. C. de fideicom. Et si dixeris legem nostram in diuerso casu loqui, nempe vbi in testamento hāres scriptus non fuit, vel vbi scriptus repudiāuit hāreditatē, non vero quoties ex causa prāteritionis vel exheredationis testamētum ruptum: qui casus tanquam ommissus in dispositione iuris remānisse videbatur, nihil hoc obstat, nā iure communi maior defectus erat ommissio institutionis hāredis, vel aditionis hāreditatis, quā prāteritio vel exhereditatio, quādo quidē in priori casu legata minimē debebantur, sed totū corruerat testamētū, ex l. 1. cum ibi notatis per Imol. & Cum. ff. de hared. instit. §. ante haredis. Inst. de leg. l. si nemo. ff. de test. iure. in secundo vero casu solum quoad institutionem hāredis corruerat testamētū, non vero quoad alia capita in eo contenta ut in d. Auth. ex causa. Maiori ergo ratione lex nostra disponens propter defectum aditionis, vel institutionis testamētū non rumpi quoad alia omnia in eo contenta, extenditur ad aliam speciem, quā minorem habebat dubitationem iure communi, nempe vbi propter exheredationē vel prāteritionē testamētum irritabatur, paria enim sunt institutionem nō facere, vel inutilem facere. c. inter corporalia, de translatione Episcopi. l. sicut nullū. C. delegit. hared. Itaxepōdet Matienzo. d. glo. 14. n. 83. Ego tamē vltra ipsum respōdeo, quod cum lex nostra in suo casu & dispositione loquatur per eadē verba, per quā in sua dispositione loquebatur. d. Auth. ex causa. scilicet per verbū, *Ceterorum*, scilicet ibi, *Otras cosas*, merito quod sicut in certis. d. Auth. ex causa. verbū illud *cetera*, neq; & ad pupillare & exēplare extendebatur substitutionē, sic & in lege nostra, verba ista, *Otras cosas*, quāsi cetera significēt, eadem substitutiones comprehendunt, & hęc est clarior & breuior ratio ad nostram legem, & responsio, ad dictam obiectātionem.*
- Ibi, *Aunque el testador no aya hecho heredero alguno*. Hic habes notare quod testā nētū, in quo nō est hāres institutus, valet quoad legata † & cetera in eo contenta. Secūndū quod notabile corrigitur dispositio iuris ciuili, quā mediāte testamētum, in quo non est hāres institutus, nullius erat momenti, ex text. in §. ante haredis. Inst. de lega. l. 1. §. si. ff. de vulg. l. proxime. in fi. ff. de his que in testam. de-

152 *stamento debentur.* Corrigitur itidē opinio gl. † *fi. in d. §. fi. C. afferētis, quod testamētū, in quo filius est prateritus, si nullus sit in eo hæres institutus, nō conseruatur quātum ad legata & fideicōmis. per Authem. ex causa. C. de lib. prater. quā ibi sequitur Bar. & dicit cōmuniter approbatā Ias. ibi. n. 6. cessat tamē ex l. nostra gl. illa, secundū gl. Lo quebrataste. l. fi. ti. 8. par. 6. vbi & tractat an idē sit, si extraneus instituatū praterito filio, vel exhæredato, & an in quinta parte valebit, de qua inter extraneos poterat † disponi; & inquit ibi q̄ nō, & bene, quia q̄ potui nolui, & quod volui, adimplere nequii, tollūturq; aliæ plures subtilitates de iure requisitiæ, vt institutio fieret in testamento, & quibus modis, de quibus per Clarum *selectarū sententiarū lib. 3. §. testamētū. q. 35. vsq; ad 39.* Sicq; licet regulariter iure antiquo institutio directa vniuersalis tacita, vel præsumpta non valebat, † neq; fortiebatur effectū, siue testamētum fieret nūcupatiuē, siue in scriptis, nisi voce propria & nomine proprio nuncupetur, vel scribatur hæres per testatorē corā testibus quia hoc pro forma requirebatur, *secund. tex. l. hæres palām. ff. de testamētis l. iubemus C. eod. ti. §. par. 6. l. 6. & 11. ti. 3. ead. par. 6. aded vt idē sit in substitutione vulgari vel pupillari, cum sint secundæ institutiones directæ, prout tenet Ant. Go. & ab eo relati in Tom. 1. Variarū c. 5. n. 23. & 24. cū se quētib. aliquibus limitat hoc in pluribus casibus.* Et aded institutio hæredis requiritur, & quod nuncupetur hæres, vel scribatur corā testibus per testatorē, quod nō valet hæredis institutio nuru facta, prout cōmunem testatur Cou. in c. cum tibi. n. 4. de testamētis imō & sūt qui teneāt, nec valere institutionē per verba, instituo talē, qui in tali scheda cōtinetur, † prout tenet Ias. relatus per Telliū in 5. parte legū. 3. Taur. n. 2. licet secundū eū ibi, cōtra Ias. sit cōmunis, & magis cōmunis opinio, & Cou. in d. c. cū tibi. n. 5. Exactē enim seruatur forma requisita, quoad nominatim aliquid exprimēdum si expressio sit per relationē ad certū,*

156 † & minimē dubium actum, l. quoties. §. si quis nomē ff. de hæred. inst. licet secūd. Cou. vbi sup. ita fuit dubia hæc opinio, quod contrariā etiā quoad hæredis institutionē cōmunē fateatur ibidē ipse Cou. imō quod nō valeat fieri dicta hæredis institutio supradicto modo, licet ipse teneat qd̄ valeat, quæ magis cōmunis opinio est secūd. Telliū vbi sup. Sic & eodē themate retēto dubiā censet Abb. in d. c. cū tibi n. 5. gl. in l. iubemus verbo, Quæadmodū. De testamētis afferentē quod valeat hæredis institutio

157 *ad interrogationē alterius, puta, si quis interroget testatorē, Instituis Titium heredē, & ipse respōdeat, Instituo, vel similibus verbis, quæ quidē gl. licet in dicta conclusione eā sequātur plures, & cōmuniter approbatā dicāt, videlicet omnes ibi, & Sorinus cōf. 19. vol. 3. & Corne. cōf. 319. vol. 2. & Alex. cōf. 12. n. 6. vol. 1. & ibi Additio. idē Alex. l. hæres palā in prin. ff. de testam. Boer. decis. 35. n. 5. Marcus Ant. in §. 1. n. 64. cū 10. sequentib. Inst. de testam. Gualdēsis De arte testandi ti. 14. cautela. 2. n. 1. & late Molineus ille, in cōf. Paris. §. 93. Ruinus cōf. 8. n. 9. vol. 1. Zasius cōf. 3. n. 37. & Iul. Clar. quæ post vidi. lib. 3. selectarū sententiarū §. testamētū, q. 37. per rotā, vbi optimē eā examināt, & e nōstris cōmunem dicit Suarez alleg. 1. & Cou. d. c. cū tibi n. 4. & Mencha. de success. creat. §. 17. n. 55. & Villalobos, in erario verbo, Testamētū. n. 76. tamen dicta gl. ita dubia redacta est in dicta cōclusionē, quod vt vira sit, intelligēda. veniat,

quotiescumq; testator fecit vocari tabellionē, cum quo suā voluntarē cōmunicauit, & postea Notari⁹ legit testamentum ipsi testatori, & testator ipse interrogatus per eū, an Titium instituerit, dixit quod sic, & sic ab eo, qui mun⁹ interrogādi habuit, prout dicit Cou. vbi sup. interrogatus sit, secus si simpliciter interrogaretur ab aliquo, vel à notario à testatore nō vocato. Quā quidē intelligentiā tenuerūt aliqui ex dilectis, & Cifuentes. l. 3. Tauri. n. 11. & Moralus l. 1. ti. 5. lib. 3. Fori, & cōmunem dicit Cou. vbi sup. & Belonus cōf. 73 n. 4. & gl. l. 6. ti. 3. par. 6. quæ tribus modis supradictā gl. limitat. Ecce ergo qualiter illa gl. dubia redditur, & totū pēdet ex hoc, quod institutio hæredis semper debet esse in testamēto nūcupatiuo explicat. Sic & iterū ex ista instituēdi hæredē necessitate & nominādi videmus admodū cōtrouersum esse, nū legitima titulo institutionis, an verò legati etiā & donationis relinqui possit. † Quidā enim existimāt posse quouis titulo legati aut donationis relinqui, aut alio quocūq; prout tenet gl. legis. Papinianus. §. si quis mortis causa, verbo, securi. ff. de inofficioso testā. glo. magna ad medium in l. nā his. ff. eod. tit. quas sequitur Angel. in l. suus quoq; ff. de hæred. instir. & cōmunem opinionē testatur Suarez. l. quoniā in. 15. limit. pag. 122. & vetiorem in pūcto iuris testatur Benedictus, in c. Rainutius verbo, In eod. testam. el. 1. n. 15. & 16. de testam. per tex. in l. filium. ff. vbi pup. edic. debe. & in l. etiā §. si debitum. ff. de bono liber. & in l. ex asse. ff. ad Treb. & plures alias leges optimas per Benedict. vbi sup. inductas videbis, quo nomine in d. c. Rainutius, potuit relinqui Alterochæ vltra dorē, domū, & hortū pro sua legitima titulo legati. Alij verò tenēt, qd̄ imo iure digestorū neq; multo minus hodie possit relinqui legitima alio titulo, quā institutionis, prout tenet gl. in d. l. qui filium, & gl. relin quēs, in d. c. Rainutius, & plenior gl. in c. si pater, verbo, Institues, de testamētis in 6. & Did. Per. hic pag. 110. col. 2. cum sequēt. duplici ratione, scilicet, quia institutionis titulus honorabilior est, vt in l. filium. §. sed si. ff. de leg. præst. Secunda etiā propter vtilitatē iuris accrescēdi in portionibus nō distributis vel deficiētibus, vt l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæred. inst. Quas rationes vltra Bened. vbi sup. tradit optimē Anchar. in d. c. si pater. n. 6. & octo rationes refert Perusino in Rubri. de testam. in 6. n. 39. Quibus & aliis pēfatis istā opinionē tenuit Bar. in d. §. si quis mortis causa. & in l. cum ex filio. ff. de vulg. & Ang. sibi cōtrarius. l. Gallus. §. ille casu. ff. de lib. & posthu. Florianus l. si pater. C. de inst. & subst. vbi gloriatur se inuenisse pro hoc duo iura, scilicet tex. in l. ita tamē §. qui rogatus. ff. ad Treb. & text. in l. si emancipatus. la. 2. ff. de bono. pos. cōtra tab. idem tenet Imol. Alex. & Ias. in d. l. inter cetera, vbi Areii, inquit, quod hæc est cōmunis opinio cōmunem etiam testatur Bened. vbi sup. n. 151. col. 2. & Corneus in l. quoties, C. de hæ. inst. & Corras. in l. in testamēto. num. 17. C. de impube. & alijs. †

159 Quam & ego veriorem existimo, vt pote quod de iure civili Digestorū rigori & solēnitatibus multū tribuitur, vt patet in stipulationibus & vltimis voluntatibus ordinādis illū seruat rigorē, præsertim qd̄ etiā iure Authenticorū nouissima cōmunis vera & tenēda cōclusio erat, quod legitima titulo institutionis relinqueretur, vt in Auth. Vt cum de appellatione cog. §. aliud quoq; per quē ita tenet gl. in d. c. si pater, de testam. in 6. & gl. magna in Auth. nouissima, C. de testam. cōmunis secūd. Curtium Iunior. l. hac cōsultissima, §. ex imperfecto, n. 13. C. de testam. Gualden. de arte testā. ti. 1. causa. 3. Boer. decis. 267. & cōmunē etiā testatur Ias. in d. Auth. nouissima, n. 13. & approbatur per tex. in l. 8. p. 6. vbi optime gl. 2. hoc a vira rat. & tota ceterua le-

gistarū & canonistarū refidet in hac opinione, exceptis tribus nouissimis, nēpe Biglio, in *Rub. Inst. de inoff. testam.* & Mencha. de *success. creat.* §. 20. n. 233. & Berol. in *d.c. Rainūtius* n. 42. qui subtilius, & melius quā ceteri tenet cōtra cōem assignās nouū intellectū ad d. §. *aliud quoq; capitulū.* Quibus tamē reiectis hæc est magis cōmunis opinio, & ad c. *Rainuntius*, pro cōtrario adductū plures assignātur intellectus per *Dolores, ibi*, quos tñ nō est necesse hic trāscribere, sufficitq; qd cōis intellectus est secūdū Coua. *ibi*. §. 1. n. 7. qd illa verba sūt Papæ in cōpendio referētis verba testamēti Rainūtij. Quia ipse testator, vt debuit, instituit Alterochā, in sua legitima, cui inquit Papa, qd dorē, & domū, & hortū relinquit, pro quo facit quia pro cōstati *ibi* supponitur, vt inquit *gl. Instituitur* *ibi*, qd Rainūtius instituit filias suas, sicut in simili dicit *gl. in l. Gallus in princ. verbo, Possē. ff. de lib. & posthu.* qd pro cōstati habuit Gallus præcessisse filij institutionē quā *gl. cōmunē* dicit Couar. in *eo. c. Rainūtius* §. 3. n. 9. & cōmunem dixit *l. si quis eum §. si. & in l. ex falso. §. Iulianus in princ. ff. de vulg.* & Curtius Senior *cōf. 64. incip. Antiquissima & nouissima.* vbi plura cōgerit cōducētia pro dicto cōmuni intellectu dicti capituli, *Rainūtius*. Quæ quidē omnia & si quæ alia sūt similia iā hodie lege nostra attēta cessare vidētur, nā hodie institutio hæredis in testamēto nūcupatio nō ¶ requiritur, prout ex verbis nostri rex. clarissime patet, & resigitur in terminis nostris *Burgos de Paz in l. 3. Taur. n. 888.* Nā si institutio hæredis nō requiritur vt testamētū valeat, igitur quāuis ineptē, & malē legitima filio relinquatur, non vitabitur, sicut neq; vitatur iudiciū ex libello ineptē proposito, cū veritas attēda sit, vt *alibi diximus*, & sine libello iudiciū procedat: & hoc verū credere, & procederet quoties institueretur aliquis de veniētibus abintestato, qui, etiā si nō institueretur, debebat succedere, tūc nō esset necesse ius civile & eius rigorē seruari, secus verō si aliquis extraneus institueretur relicto legitimo herede, quia tūc forma iuris civilis seruāda esset. Et in iste etiam hodie articulus subtilis & dubius, in vno tamē casu procederet sine dubio, scilicet, cum filio à patre relinquatur aliquid pro legitima, tūc enim in dubio alio nō expresso intelligitur relicto titulo institutionis, prout cōmuniore testatur opinione *gl. Como a heredero. in princ. tit. 8. p. 6.* & post hæc vidit *gl. satorē Mariēzo hic, gl. 30. n. 50. cum seq. de his latissime tractatē, & paulo infra resoluemus.* Et an in testamēto in scriptis procedat l. nostra, in hoc, qd hæredis institutione omiſsa valeat testamētum, ¶ Vide Menes. *l. eā quā. n. 100. C. de fideiōmissis*, & Minchacham de *Success. creatione.* §. 11. n. 16. Infero etiā ex lege nostra, quod cū per eam institutio hæredis non requiratur, sed absq; ea valeat testamētū, & habet hæreditatē ille, qui de iure debet succedere, defēdetur opimē per eā opinio & doctrina Barto. in *l. si pater C. de insti. & substi. sub cōd. facti*, qui sequēdo *gl. ibi*, & alias similes, inquit qd dicta *l. si pater*, probās quod si pater instituit filiū in legitima sub cōditione casuali, vel mixta, nec in defectū eius exheredatur, quod nō reijcitur cōditio, sed testamētū sit nullū, cōtraria sit * per rex. in *l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam.* imō quod dicta cōditio reijciatur de legitima filij, & testamētum si maneat. Quā Bartoli opinione defēdit, & cōmunē testatur Suarez, in eadē lege. Quoniam, in prioribus, *Amplicatione prima per totū, & Anto. Go. Tom. 1. c. 11. n. 29.* vbi tenet quod etiā facilius & potestatiua cōditio reijciatur, secūdū magis cōm opinionē, quā *ibi* testatur, ista enim Bartoli doctrina, iam hodie lege

nostra attēta sine scrupulo procedit, etiā sū opi, antiquorū cōtra eā tenentiū. Cū .n. sū legē nostrā nō requiratur institutio hæredis, sed absq; ea cēset institut⁹, qui de iure succedere debet, meritō dicēdū est, qd licet instituat fili⁹ in legitima sub cōditione aliqua, reiecta cōditione, firmum maneat testa. in alijs omnib. Ratio .n. antiquorū. f. quod institut⁹ filius sub cōditione cēsebat præteritus, vt in *d. l. si pater*, sed filio præterito testam. erat nullū. *l. filio præter. ff. de iniusto rupto.* cessat iā hæc ratio in nostro casu lege nostra attēta, cum pater testari possit absq; eo quod filiū instituat heredē in legitima. Ergo merito quod licet illū instituat in legitima sub cōditione aliqua, non debeat reputari præterit⁹, vt testam. nullū dicat. Quia etiā si vere præteritus esset, nō ruperetur, sed reijciēt grauatē de legitima. Et sic hanc Bart. opi. l. nostra attēta, intrepidē tenēdam asserit Suar. in *d. l. Quoniam. ampli. n. 8.* sicut & cessat iā altercatio dictæ quæst. an institutio hæredis fieri posset, & valeat de eo, quem testator in tali scheda nominauit, imo & adhuc & fort⁹ teneo, qd valet institutio nutu facta de eo, qui alias etiā si nō institueretur, hæres esse debebat. ¶ Puta si testator humeris & nutu interrogatus an filiū suū vnicū institueret heredē, annuit capite aut humeris quod sic, hoc .n. casu valebit, cū ille, etiā si nō institueret, debebat succedere, & cēset institut⁹, sū *l. nesci.* licet de iure civili institutio nutu facta, nihil valeret, sū *Co. in c. Cū tibi n. 4. de test.* Quæ quidē dispositio civilis procedere & hodie posset, si extrane⁹ aliquis institueret hæres nutu, qui nō esset de illis, qui abintestato succedere debebat, hoc .n. casu etiā hodie dispositio civilis in suo esse remaneret, nisi esset in fauorē piæ causæ, vt per *Co. vbi sup. n. 6.* cū tñ ista lex provideat, quod institutio nō requiratur, quoties ille, qui debet succedere, est de proximiorib⁹ succedere debētib⁹, nō verō in casu in quo disponēdo cōtra ius cōmune successores legitimi remaneret exclusi, nisi alijs cōiuris cōstare posset, quod illa fuit determinata voluntas defūcti, q̄ nutu declarauit, arg. *c. quod dicit gl. 2. in l. 6. t. 3. p. 6.* Eodē etiā modo cessat iā altercatio *gl. in d. l. iube. verb. Quæd.* asserētis quod si testator interrogetur per aliū an Tit. instituat heredē, valet indistinctē ¶ institutio, & ita cōtra *frū dicit tenēdū Min. de suc. cre. §. 17. n. 55. & 57. quæ refert & seq. Men. in d. l. eā quā. n. 83. C. de fidei.* Quā tñ decisio, ita indistinctē intellectuā dubiā credere & nō verā, lex .n. nra Ordinamēti solū prospexit, cū quis heredē nō instituit, vel si instituit, institut⁹ repudiauit hæreditatē, nō verō provideat, cū instituit heres, nō tñ sū iuris formā, maximū .n. discriminē est. Cū .n. nō instituitur hæres, cēset propinquior vocatus arg. *gl. l. Nō inst. C. ad Tre.* & succedere debet ex voluntate & mēte defūcti, sū formā iuris, & nē ob hāc leuē solēnitatē omiſsā cēsetur nullū testa. prouisit lex nra vt valeret testa. etiā sine hæredis institutione, cū legitimis heredib⁹ propter hoc nō præiudicetur. Cū vero instituitur hæres extrane⁹ ex illis, qui abintestato nō habebāt succedere, præsumit lex, quod ex defūcti te forma iuris defūcti voluntas testatoris, & in tali p̄cto & mortis articulo, si testatori diceretur, si aliquādo hominē occidisset, responderet qd sic, ideo sū hac debet distingui opinio *gl. d. l. iube. & Min. vbi supra* vt interrogatio nil præiudicet quoties instituitur ille qui debebat succedere, tō vero aliter, de que & sup. latius remanet di-

159

160

161

162

163

164

165

166

Etum in propo. d. glo. ideo non est opus bis referre. Et an ex l. nostra, cesset quæstio an institutus in re certa habeatur loco hæredis; vide Burgos de Paz. l. 3. Tau. n. 857. cū seq. aliq. Ex quibus vt ad punctū principaliorē, quē supra examinandū suscepimus, deueniamus, hodie tenendū videtur, legitimā

164 *posse relinqui filio quoquo titulo ꝛ institutionis, siue legari, siue alio quocūq; Nam cū institutio hæredis ex lege nostra in testa, non requiratur, & tituluꝝ institutionis cesset, meritō dicēdum est, qd possit legitima relinqui quoquo relicti tit. prout hæc opi. tenuit Men. vbi su. §. 20. n. 244. cū seq. Et Suar. d. l. Quon. in prioribꝝ. 1. amp. n. 8. de inof. testa. quos sequitur et vidi post hæc allegatos, per Men. in d. l. eā quam. n. 74. C. de fideic. Et Bur. dubiꝝ tñ in d. l. 3. Tau. n. 888. Non tñ caret hæc opi. scrupulo, eo qd plures ex alijs rationibꝝ assignate per DD. in alleg. militat etiā hodie stāte lege nra, præsertim illa ratio iuris accrescendi in partibꝝ nō distributis, & ideo Méc. vbi su. d. n. 244. Et 281. v. Vnde. Et 5. apliarē, intelligit hoc quotiescūq; nullus filiis vel extraneis institueretur, ceterū si vnꝝ ex filiis in certa re p sua legitima institueretur, & reliquū hereditatis iuberetur distribui inter filios suos, qd tñ nullꝝ liberorū videretur habere. tit. institutionis, & omnes pares & equales existerēt, idq; testam. imperfectū esset, validū tñ, quia inter liberos tenendum esset qd tale testam. valeat sū Men. vbi*

Opinio
Autoris.

sup. qui ita intricatē in hoc pcedit, qd vix percipio sensū eius; ideo ego lege nostra attēta tenerē qd cū filij equaliter legitimis suas habēt, siue eis relinquatur titulo institutionis, siue legati ꝛ aut alterius cuiuscūq; forme, validum est testa. indistincte, nec curādū de iuris apicibus & subtilitatibus, put non curari in iudiciis credo, nisi in casu, in quo, vt su. dictū est, relictiis filiis institueretur extraneus aliquis, & filiis legitimā tit. legati relinquerētur, arg. eius qd dicit gl. 1. in fl. l. 2. r. 12. p. 6. imo & adhuc tunc teneri posset qd valeret testa. cū reducēdū sit ad terminos iuris, vt extraneo tali quin. debeat, filiis vero integre legitimę, tu tñ, cū casꝝ occurrerit, latius cogitabis. Et eodē modo & fortꝝ idē dicēdū est in legitima debita ascēdētibꝝ, in bonis descendentū vt

166 *quo quo ꝛ titulo relinqui eis possit, sū Men. d. l. eā quā. n. 77. Et alibi dicimꝝ. Ex quibus inferitur etiā qd cū institutio hæredis nō sit necessaria, vt testamētū valeat nūcupatiū, verbū Lego adiectū vniuersitati bonorū nō ꝛ inducit hæredis institutionē, quia ad illū actū nō est necessaria sū Cou. c. Rain. §. 1. n. 6. ad cor. eius qd ibi dixit in n. 5. & Mat. hic gl. 1. 4. n. 85. Et 86. idem voluit qd Co. & ante eū referendo Co. tenuit*

167 *Mene. in l. eā quā. n. 78. C. de fideic. Sed an in testa. in scriptis lex nra pcedat. s. vt nō sit necessaria hæredis institutio vt tale testa. valeat, & Méc. de sac. cre. §. 20. n. 2. vbi videtur cōmunē asserere, nō esse necesse hæredē nominare, sed à vulgari substitutione incipere posse. Nec obstat ver. dicit. l. 1. ubi. C. de testa. in v. Quemad. enim, quia in quātū ibi dicitur per scripturā, nō debet intelligi. quod loquitur in testam. in scriptis, sed dictū fuisse ad differentiam testa. de quo antea fecerat mentionē, scilicet, cum sit ore & sine scriptura, imo & quoad legata valere, tenet optimē Burg. de Paz. l. 3. Tau. n. 897. cū seq. plur. Itidē & ex l. nost. nō requirēte hæredis institutionē, videtur iam approbata cōmunis vnꝝ opi. contra alia cōmunem doctorū asserētū, & approbatū diffinitionē testa. positā à iuris cōtateo in l. 1. ff. de testa. s. quod diffinitio ib. posita procedat, quāuis nō subaudiatur verba, cum hæredi institutione, quæ subaudiēda non esse assererat Im. in Rub. n. 13. de test. vbi hāc dicit cō-*

mū. & licet subaudiēda esse illa verba cōmun. assererat Ang. in prin. n. 13. Inst. de testa. & id probatur ex l. 1. n. 1. p. 6. tñ per tx. nostrū nō requirētem institutionē hæredis, prima opi. Imo. approbata est & tenēda, & sic diffinitio illa testa. à iuris cōsulto lata, in l. 1. ff. de testa. sine suppletionē & subauditionē illorū verboū, Cū hæredis institutione, vera est, & procedit hodie ex l. nost. Ibi, O costōbre, puta si adesset cōsuetudo deueniēdi bona ad trūcū & radicē, ex l. 1. r. 8. inf. isto lib. vbi de hoc me remitto. Ibi, El heredero no quisiere aceptar, Adde vel nō potuerit, puta quia maritus moriēs sine descētibꝝ & ascēdētibꝝ, vxorē instituit in vsufructu bonorū suorū per tēpus vitæ suæ, & ea mortua instituit hæredē vniuersalē fratrē suū, qui quidē frater hæres adire nō potest āte mortē vxoris testatoris, quoniā ante nō est institutꝝ, tūc enim legata valebūt ꝛ mulierq; vsufructu illo potietur, 168

eo quod facta post mortē vxoris aditione fortificatur perceptio vsufructus per vxorē in vita sua facta, quāuis adita hæreditas āte nō esset, vt tenent relati per Co. li. 2. Var. c. 2. n. 2. Quod clarius l. nostra attēta procedere credo, eo qd siue hæres adiret siue nō, vel quia noluerit adire, vel nō potuerit, legata debētur. Sed an si hæres hic moriatur āte vxorē vsufructuariā, an trāsmitteret hereditatē, ꝛ crederē quod nō, tū quia hæreditatē nō adiuit, & nō adita nō trāsmittitur, tū etiā quia est conditionalis hæc institutio fratris. s. post mortē vxoris, & ipsa vxor rogata restitueretur per fideicō. Igitur nō trāsmittit hæres ille, led remanebit penes vxorem proprietaria cū vsufructu cōsolidata, vt inquit gl. mag. in l. 15. ti. 3. p. s. Et Dec. cōf. 278. Et alibi latius dixi super illa gl. d. l. 15. Ex plūficari etiā possūt verba nostri tx. alio modo, scilicet si quis instituit hæredē extraneū in bonis suis posthumo præterito sciēter, qui quidē postea natus est, quo casu testam. est nullum & rūpitur, ꝛ

170 *sū l. Posth. nato, C. de inst. & sub. sub cōf. sac. Et l. 20. r. 1. p. 6. vbi gl. hoc ampliat, etiā si posthumus tale testam. approbaret, traditq; Ant. Co. To. 1. c. 11. n. 4. tūc n. licet testam. sit nullum, & nō valeat, adhuc tñ legata in eo cōtenta ꝛ debebūtur & solueda sunt, 171*

vt & inf. n. 173. quia casus nolūtatis casum impotētiae includit & è contra, arg. l. Gallus. §. Et quid sit tantū, & per totā l. ff. de lib. & posth. Et si heres institutus est incapax, admittitur substitutus positus 172*

in casu nolūtatis, dispositioq; facta ad vnū casum porrigitur & ad aliū, in quo disponēs verisimiliter idē disposuisset, si de eo esset interrogatus, sū t. in l. Tit. §. Luc. ff. de lib. & posth. l. si. C. de posth. hæ. inf. Et alia iura, quæ allegat An. Co. 1. c. 3. n. 10. Et Mat. de cōiect. ult. vol. li. 3. r. 119. n. 4. Sed si cōsultus esset de hoc casu interrogatus, quis dubitaret, nisi quod idē disposuisset quādoquidē disposuit super casu nolūtatis ob cōseruādā testato. volūtate, & quia publica versatur vtilitas in cōseruatione testam. Igitur & idē dicendū in casu impotētiae, prout videtur tenuisse Mene. in l. eā. quā. n. 81. cum diffinitione quadā, & prin. gl. Defendiēdo, l. si. t. 6. p. 6. Ex quibus videtur cessare iā dubitatissimā illā quæstionem DD. dubitatū an testam. rupto natiuitate posthumum i debeatur legata ꝛ in eo cōtēta, iure. n. ciuili magna in hoc erat cōtentione inter DD. Quidā. n. tenebāt qd od sic, antea d'issost. Auth. ex causa. c. de lib. p. r. et iā si ignorāret præteritio de posthumo facta fuisset, & hæc à pluribus suscitabat ut opinio. Alij vero contrariam opinionē tuebantur, imo quod non debeantur legata, si ignoranter

Quæstio
dubia.

173

posthumus à patre præteriretur, prout tenuerunt plures, relati per Ripam. l. si unquam. nu. 41. de reuocand. donatio ubi Tiraq. latissimè plures allegat pro vna & altera opinione, & hanc secundam testatur ibi Ripa esse communè & magis cūmunè, & veriorè appellat Horos. in l. Tale pactu. §. si. col. 908. in fine. ff. de pactis. & Menel. in l. ea quā. n. 39. C. de fideicom. & Iulius Cla. lib. 3. Recepta. sent. §. testam. quast. 52. n. 3. & 4. què post hæc vidi cōmunes has opiniones referentè & hanc secundam magis communè & magis equā asserētè, & q̄ Auth. ex causa, loquitur quoties præteritio fit sciētèr, sec⁹ verò si ignorāter, quia tūc deficit voluntas testatoris. Nec obstat lex si. ff. de hered. instit. quæ multū pro prima vrget opinione & l. 12. tit. 1. p. 6. cū ea concordās, quia secundū Rip. ubi sup. ibi nulla est ratio mouēs ad intelligēdū quin legata à Rufo soluēda ex secūdo testamēto in quo eū hāredē instituerat, nō esset relicturus testator soluēda à Pactuleia magna in primo testamēto hārede instituta, etiam si testator sciret eā viuam, cū ambo Rufus & Pactuleia essent hēredes extranei, & iste est cōmunis illius legis intellectus, secundū Ant. Gom. l. 24. Tau. n. 3. falsa que illa causa, ibi (Quia hāredes quos volui habere, mihi cōtingere nō potuit) institutionem hāredū cōcernebat, non verò legata facta in secundo & primo testamēto, idē nulla assignari potest ratio, quin etiā si testator Pactuleiā viuā sciret, nō esset relicturus legata secūdi testamenti, q̄ nō esset, si testator respectū habuisset ad institutionē & legata in simul, argumēto traditorū per glo. si. in d. l. 12. tit. 1. p. 6. Et in tantū est vera hæc secūda cōmuniō opinio, q̄ etiā si testamētū fieret cū clausula codicillari, posthumo ignorāter præterito, nō debētur legata in eo cōtēta etiā ex remedio Auth. ex causa, prout optimè & latè defēdit Ripa, ubi sup. n. 42. imo neq; etiā si esset ad pias causas secundū Bar. in l. 1. n. 59. C. de sac. Ecclē. & glo. d. l. 20. tit. 1. p. 6. & Ant. Gom. l. 24. Tau. n. 3. & facit illud Cou. in c. Relatū. 1. n. 9. de testā. eo quod deficit testamētū ratione præsumptæ volūtatis, & ex defectu cōsentus. Dubitatur tamē nūc, quid erit attenda lege nostra, secundū quā si hāres repudiat & nō vult adire, debentur legata testamenti, an idē sit, si hāres non potuerit propter posthumum præteritio ignorāter factā: Et videbatur q̄ sic, attētis sup. d. regulis in prin. huius gl. assignatis, & quia nec ipse testator cogitauit de noluntate hāredis nolētis adire. Sed nihilominus, contrariū est tenēdum cū secunda magis cōmuni opinione, lex enim nostra nō est ampliāda nec extēdēda vltra terminos suos, maximè ad correctionē plurium iuriū & rationū cōmunè & magis illā cōmunè opinionē fortificatiū, cū tātūm lex nostra prouideat in duob⁹ casibus addēdo ad. d. Auth. ex causa quæ in præteritione & exhāredatione loquitur, vt idē, scilicet sit, cum nō instituitur hāres, vel si instituitur, repudiat, non vero in alio casu, & sic remanet dicta quæstio in terminis. d. Auth. ex causa. & in terminis eius dicta cōmuniō opinio est tenenda, vt scilicet, posthumo ignorāter præterito, non sustineatur testamētum etiā quoad legata, & etiā lege nostra stāte, quæ in nullo horum casuū loquitur. Nō enim testator tot legata fecisset, si de posthumo scientiā & notitiā haberet, nā què al. ū testator plus diligeret quā posthumū filiū suū: Cerrè nullū. Null⁹ est enim amor qui vincat paternū circa filios, nec pōt quis ha-

bere meliorē amicū quam patrē, secundū gl. in l. quidā cū filiū. ff. de hered. instit. licet si legata pia essent, & in exonerationē cōsciētia testatoris relicta, posthum⁹ ipse ea soluere deberet, dū tamē non excedat 5. bonoū partē, de qua testator disponere poterat, cū præsumi possit ea quidē legata testatorē relinquere, etiā si testator de posthumo notitiā habuisset, vt inquit Bal. in l. 1. col. pē. C. de in offi. testā. relatus per gl. in d. l. 20. tit. 1. p. 6. Vltorius & ex dictis inquit Tel. in l. 32. Tau. n. 7. q̄ cū hodie aditio hāreditatis ex lege nostra nō requiratur, vt legata debeātur, & sic ānus exequutori testamēti † à iure datus currit etiā hāreditate nō adita, secundū glo. Fausta. l. 6. tit. 10. par. 6. & diximus sup. n. 133. potest exequutor videri bona testatoris ad soluēda legata & debita defūcti: etiā nō adita hāreditate, & ita sub dubio Tellius ibi assermat, & licet eius opinio pluries practiceretur, de iure tamē cōtrariū teneo. Quāuis enim lex nostra, vt legata debeātur, aditionē hāreditatis nō requirat hāredis instituti in testamēto, requiritur tamē aditio venientū ab intestato, vt legata peti & solui possint, eo q̄ text. noster hoc nō prouidit, sed vult potius aditionē dictā requiri, & sic neq; curret annus dictus ante aditionē, neque ante eam exequutor vendere poterit, & hac de causa requirūtur hēredes, vt ad eā intra breuē terminū eis assignatum, aliter enim eis nō adeuntibus in termino, creatur defensor bonis hāreditatis iacētis, vt eo præsentē defensore bona vēdantur, & testamētū exequatur. Et sic legē nostrā interpretati sunt aliqui ex nostratibus relati per Menel. in diē. l. ea quā. nu. 79. nisi ex iudicis mandato aliud esset iussum ex iuxta causa durante termino præstito hāredi ad deliberandū, vt probatur ex. l. 3. tit. 6. par. 6. & diximus supra hac lege in d. n. 133. cū sequētib⁹, ubi nisi potestas libera vēdēdi daretur, limitauimus. n. 132. Vnū vero notandū est quod quāuis de iure ciuili esset ardua quæstio, & quæ decisione imperatoris indigebat, an in testamento fratris turpē personā instituentis præterito fratre, haberet locū. d. Auth. ex causa. † vt patet ex Claro. lib. 3. Recepta. ū. Sent. verbo Testā. quast. 52. n. 5. ex lege tamē nostra videtur habere locū, quoniā. l. nostra generaliter & in omnibus loquitur personis, cogita tu latius, quia casus iste etiā lege nostra attēta remanet in terminis dictæ Authenticæ.

Ibi, *En las otras cosas*. Quid veniat in hoc casu appellatione horū verborū, & sic ceterorum appellatione examinabāt late scribētēs, in diē. Auth. ex causa. C. de lib. præter. vel exhāred. & ex nostris Tellius in 4. part. l. 3. Tauri, & ex sup. diē. decerpēs. Sed an & hodie hāres cōpelli poterit à fideicōmissario vniuersali † adire hāreditatem, vide Burgos. d. l. 3. Tau. n. 594. cum sequētib⁹ aliquibus pluribus, & nu. 1002. quomodo tunc cogetur adire.

Ibi, *Pro heredero*. Ex his & sequētib⁹ verbis, habens limitationē ad regulā illā iuris, scilicet, quod ius accrescēdi nō datur inter legatario & fideicōmissarios particulares, secundū qd̄ in gl. Aunquē el testador, in medio sup. hac diximus lege. Nō enim procedet regula illa, si legatari⁹ talis, vel fideicōmissarius particularis substituatur * in legato fideicōmissario vel etiā in hāreditate, quoniā illud totū habebit, si hāres grauatus de restituēdo, vel prim⁹ legatarius vel fideicōmissarius illud noluerit acceptare, vel reuuntiauerit legato illi, vel fideicōmissario, vel hāreditati, & sic quodammodo ius accrescēdi dabitur in re illa, in qua est substitutus. Sic & notabis ex his verbis, q̄ sicut iure antiquo legitima relinqui

Quæstia ante ponunt.

179

180

181

182 relinqui poterat iure fideicommissi, † *secundum gl. in l. sancimus §. cum autem. C. de inof. testam. & Benedictus in c. Rainuntius. verbo, In eodem testam. El. 1. n. 15. sic & hodie ex text. isto, maxime si tenemus opinionem illam quod iam legitima relinqui potest quoquo relicta titulo.*

Ibi, *Lo pueda auer.* Intellige iudicis licetia præcedente, sua enim autoritate non potest quis ingredi & apprehendere possessionem legati sibi relictæ, † *verba enim sano modo intelligenda sunt. Licet enim generaliter lex nostra loquatur, & potestatem concedat capiendi legatum, ad metas iuris, & rationis restringi debet, verba enim sano sunt modo intelligenda, argumente, legis, Regula. §. si quis. ff. de iuris & facti ignorantia. l. Cum Parer. §. dulcissimis. de leg. 2. & de habilitate restringenda, ex l. Ut gradatim. §. 1. ff. de mune. & hon. l. 1. cum glo. C. de sacros. Eccles. l. 1. §. 1. ff. de const. pecu. maxime ne corrigatur ius commune civile, & Partitarum imponens pœnam capienti legatum sua autoritate. De qua pœna tradunt Co. ua. lib. 3. Varia. c. 16. vers. his præterea. & Anto. Gom. To. 1. c. 12. n. 10. & Suarez. l. quoniam in prioribus 7. quest. legis regia, n. 9. pag. 112. idem Ant. Gom. l. 45. Tau. num. 133. licet secundum Couar. ubi supra, vsu cõmuni hæc pœna abolita est, imo & vacante possessione rei legatæ, si legatarius ingrediatur eam sine licentia iudicis, nullam pœnam incurrit, prout supra, in tit. De la restitucion de los despo. jados, lib. 4. late diximus, & ita tenuimus. Nec pei legem nostram censendum est aliud esse dispositum, quidquid tenuerit Tellius, in dict. l. 3. Taur. 3. part. n. 4. contra quem tenuit Menes. l. eam quam. C. de fideicommiss. numero 115. Pro complementoque nostræ legis est notandum quod in contextura legis nostræ antiqua aderant alia verba, scilicet, *Y mandamos que vala el testamento hecho, combuenos testigos, quæ importabant, quod cum lex nostra neminem coarctet testari secundum eius formam, reiecta forma iuris civilis, sed potest si voluerit, ut pluries dictum est in hac lege, quod secundum ius civile possit etiam testari ex versiculo illo, Pero si el testamento, verba hæc importabant, ut scilicet, quod secundum ius civile possit etiam testari eius forma seruata, & hæc bona testimonia lex nostra vocabat, prout illam sic intelligebat glo. Cinco. legis. 22. tit. 1. par. 6. & Ant. Gom. l. 3. Tauri. numero 47. & ibi Tellius 1. part. n. 16. reiecto intellectu Auedani c. 10. Prætorum, in fine lib. 1. Tamen quia intellectus iste & substantia horum verborum posita sunt sub nostra lege, in versiculo illo, Pero si el testamento, ideo non sunt iterum in nostra contextura noua verba illa dictæ antiquæ contexturæ, *Y mandamos que vala el testamento hecho con buenas testimonias, repetita ut superfluitas euitetur, & occasio nouas subtilitates intellectum imaginandi, & inueniendi, & de ijs verbis agit late Burgos de Paz, l. 3. Tauri num. 1004. cum pluribus sequentibus, & per hæc lex nostra prima satis remanet onerata, ut ad sequentem huius nostræ confirmatoriam deueniam, & in testamento in scriptis loquentem.***

SUMMARIUM.

1 Differentia nulla est iam quoad solemnitatem testamentorum vel codicilli, testetur

quis inter filios, vel non. n. 1. Vbi & cessare iam quod in testamento inter liberos clausula codicillaris intelligitur, cum eadem solemnitas in codicillis requiratur.

- 2 Priuilegia parentibus concessa, cum inter liberos testantur, intelligantur cum æqualiter testantur. num. 2. & n. 3. an idem testetur inter naturales filios tantum.
- 3 Testari quem velle in scriptis, etiam ex coniecturis desumitur, & quæ sint hæc coniecturæ. num. eodem 3.
- 4 Tabellio an requiratur ad essentiã testamenti in scriptis, & sic scriptura publica an vero priuata sufficiat.
- 5 Testes testamenti in scriptis debent esse rogati. & num. 6. an rogatus præsumatur, vbi quod debent esse masculi & non fœminæ.
- 7 In testamento rustici in scriptis confecto, an eadem solemnitas requiratur, quæ in non rustici.
- 8 Tabellio an debeat esse rogatus, & quis tabellio debeat esse hic. n. 10.
- 9 Vicinitas testium, an requiratur in testamento in scriptis sicut in nuncupatio.
- 10 Seruus pro libero reputatus, an possit esse testis in testamento in scriptis.
- 11 Tabellio non seruans in testamento in scriptis solemnitatem nostri text. punitur, ut falsarius.
- 12 Codicilli in scriptis, an requiratur eadem solemnitas, quæ in testamento in scriptis.
- 13 Subscriptio testatoris in fine testamenti in scriptis posita, an sufficiat, etiam si non apponatur super papyro ipsius testamenti.
Ordo vbi deficit, substantia deficit, ibidem.
- 14 Tabellionem apponere subscriptionem & signum in testamento in scriptis postquam apertum est, sufficit.
- 15 Testator si subscriptionem faciat adiuuus manu alterius sufficiat, si ipse solus non potest.
- 16 Publicatio testamenti in scriptis sicut antea fieri solebat, sic & hodie faciendã. n. 15. & 16. sicut neque in testamento nuncupatio vlla requiritur publicatio, ibidem.
- 17 Sigilla & cordulla an ex die requirantur in testamento in scriptis. n. 17. & quid si apponantur an si in vita testator aliquam inciderit, rumpetur testamentum.
- 18 Signum tabellionis necessarium est in quolibet publico instrumento.
- 20 Scriptura illa dicitur, quæ cum sigillo tabellionis est signata.
- 21 Signum tabellionis pro forma essentiali esse requisitum

- quisitum in testamento in scriptis.
- 22 Nuncupatiuum testamentum etiam si signum tabellionis non habeat valet si sufficienti numero testium comprobetur.
- 23 Testamentum cæci, an & hodie debeat habere solemnitate antiquitus requisitam.
- 24 Quod lex præcedens nihil circa testamentum cæci disposuit, neque innovauit.
- 25 Quinque testes absque tabellione non sufficerent in cæci testamento, etiam si tabellio reperiri non posset. nu. 25. nisi ut ibi, & quid si ad pias causas. num. 28.
- Cæcus in scriptis testari non potest, sed tantum nuncupatiue, ibidem.
- 26 Subscriptio cæci non requiritur, qui scribere non valet.
- 27 Vicinitas testium in testamento cæci adhibendorum an requiratur.
- 28 Donatio causa mortis à cæco facta an continere debeat eandem solemnitate testamenti nuncupatiui.
- 29 Codicillus cæci an requirat eandem solemnitate sicuti testamentum, nu. 29. Vbi quid si inter liberos testetur, & quid in contractibus, & ibi quid in habente oculos apertos non tamen vidente, & nu. 30. itidem quid circa contractus.
- 30 Institutionem hæredis in testamento cæci sufficit in qualibet pro se eius apponi.
- 31 Codicilli cæci siue cuiuslibet alterius eadem sicut testamenti requiritur solemnitas, & n.
- 32 33. quid in codicillis in scriptis.
- 33 33. quid in codicillis in scriptis.
- 34 Testes codicillorum debet esse rogati sicut, & testamentorum nuncupatiuorum.
- 35 Testes codicillorum an debeant esse masculi.
- 36 Omnia relata in lege interpretata requiruntur, & in interpretante.
- 37 Vicinitas testium in codicillis nuncupatiuis requiritur.
- 38 Hæredem an instituere possit quis directe in codicillis, & si ibidem instituatur an obliquabitur in fidei commissum, sicut antiquitus, ibidem, & sequentibus, & nu. 44.
- 39 Pater in codicillis potest filio pupillariter substituere venientes ab intestato, & reuocare substitutionem pupillarem in testamento factam in qua substituerat extraneum num. 39. & nu. 40. allegantur contrarij Doctores, & communis.
- 40 Favore venientium ab intestato relictum in minus solemnitate valet in reuocatione factorum in primo testamento, in quo extranei erant instituti.
- 41 Testator si de facto voluerit hæreditatem in codicillis adimere an valebit in vim fidei commissi an vero annullabitur in totum.
- 42 Filius volens codicillari an in codicillis directo hæredem constituere poterit.
- 43 Ad pias causas testando an possit quis in codicillis directo instituere.
- 44 Hæredis institutio in codicillis an valebit in vim fidei commissi.
- 45 Subscriptio testium an in codicillis requiratur.
- 46 Lex si annullat testamentum interim quod de hoc non opponitur ex eo & ex codicillo simili agi poterit.
- 47 Testamentum in scriptis non valens, ut in scriptis an valeat ut nuncupatiuum, cum sequentibus.
- 49 Lecta non dicitur scriptura nisi legens scripturam oculis prospiciat, & legat.
- 50 Lectum debet esse testamentum. numero quadragesimo octavo, & numero quinquagesimo limitatur.
- 51 Numerus duorum testium in testamento clerici supplet defectum Parochi.
- 52 Nullus tam idoneus testis est qui duorum numero non suppleatur.
- 53 Clericus ubi alium clericum instituit hæredem, non requiruntur tot testes sicut requirerentur si laicum institueret. 53. & numero 55.
- 54 Testamentum si contineat clausulam codicillarem, operatur ut valeat tanquam vim fidei commissi si ut in scriptis non debet valere.
- 56 Subscriptio operatur, ut videatur totum testamentum esse scriptum à subscribente, debet tamen dicere se ut illud testamentum pro suo relinquere. ut num. 58.
- 57 Subscriptio habet vim depositionis.
- 59 Forma essentialis testamenti consistit in vno punctu: ad quem si testator non deuenierit nihil fit.
- 60 Solemnia non seruans in testamento videtur actum illusorium facere.
- 61 Cui incumbat onus probandi imperfectionem testamenti.
- 62 Quando testamentum deficit ratione voluntatis nullum est discrimen inter liberos & piam causam.
- 63 Testator cum in terris Regijs testari vult, ius Regium seruare tenetur, neque sufficit solemnitas canonica, quæ in terris Ecclesiæ seruanda est.
- 64 Testamentum, ubi deficit ex defectu voluntatis, neque attenditur solemnitas canonica in terris Ecclesiæ, neque Regijs. ibidem, ubi quod tunc neque in vim fidei commissi valebit. Neque tunc clausula codicillaris aliquid operabatur, ut numero sexagesimo quarto.
- 65 Requisita plura requiruntur, ut procedat textus in leg. Pamphilo. §. propositum, de legat. 3.

Testatorem velle testari in scriptis quando per coniecturas constabit ibi.

- 66 Testamentum semel approbans, an possit post illud reprobare.
- 67 Instrumentum producens in iudicio potest illud reprobare, si peccat respectu solemnitatis publicæ, ibidem cum numero 67. secus si favore priuato, vt ibi & nu. 68.
- 68 Res vinculata in contractu, an possit alienari, ita vt valeat alienatio d. nu. 68.
- 69 Testamentum semel impugnans, an possit post se illo innuare.

Sequitur l. 2. Taur. 3.

SVM MARIVM.

Iubet ac disponit lex nostra legem supra proximam in testamento nuncupatiuo intelligendam etiam inter liberos confecto, adhibeturque insuper solemnitas in testamento in scriptis, & in testamento cæci, & in codicillis seruanda, aliterque factum aliquod horum testamentorum, vel codicillorum nullum esse, nulliusque fidei, & probationis.

IBI, LA LEY DEL ORDENAMIENTO. quæ est supra proxima, vbi plura diximus.

- Ibi, *Agora sea entre hijos*, & sic iam nulla est differentia siue quis testetur inter extraneos, siue inter liberos quoad solemnitatis obseruationem, † vt dixit gl. *A los legis 7. tit. 1. p. 6. & Ant. Gom. l. 3. Taur. n. 48. & Molina de Primogenijs Hispa. lib. 1. c. 12. nu. 24.* vbi & inquit legem nostram non solum in testamento & codicillis procedere, verum & in omni alia vltima voluntate, quidquid Tellius in prima parte, legis tertie Taur. n. 5. 13. & 14. velit, & hodie durare differentiam testandi inter liberos vel inter extraneos, & *Menchaca, de suces. creat. l. 3. §. 21. n. 14.* Ex quibus inquit optime *Menes. in l. si frater. num. 15. C. de fideicomis. cessare iam opinionem glossæ communiter receptæ. in l. cohæredi. §. cum filia verbo, Non valuit ff. de vulga. asserentis*, in testamento inter liberos intelligi clausulam codicillarem. Nam cum eadem solemnitas requiratur iam in codicillis, sicut in testamento, ex lege nostra, nihil est de hoc curandum, nisi secundum eam, ibi, nu. 16. deficiat solemnitas in codicillis, puta in casu, in quo testes essent fœminæ, & videnda sunt alia in propositum horum verborum, quæ diximus in lege precedente, in gloss. & an priuilegia parentibus concessa dum inter liberos testantur, debeant intelligi, si æ-
- 2 qualiter inter eos testentur, * tradit *Menes. in Rub. nu. 3. C. de fideicomis. imò & secundum eundem Menes. l. Cum acutissimi n. 31. C. cod. ti. pater gaudebat priuilegijs testandi inter liberos concessis, quoties inter liberos legitimos*
- 3 & naturales testabatur, † non vero si inter naturales tantum, nisi esset mater naturalis, nam huic benè licebat, & dicemus in l. 8. verb. *Man-*

dado tit. 8. infra isto libr. prout hæc & alia ibi refert, quæ ex lege nostra cessant iam: & an & quo ad testamentum in scriptis idem sit, vidè per *Matienco hic, gloss. 1. n. 4. cum sequentibus aliquibus.*

Ibi, *Que se dice in scriptis*, quod est idem secundum legem i. tit. 1. p. 6. sicut legatum per scripturam factum, & nõ aliter nec alio modo, idq; est, quando testator explicitè dicit se velle testari in scriptis, vel quãdo implicitè, & sic tacitè in scriptis testari vult, & de hoc per coniecturas apparet, & quæ sint hæc coniecturæ, descripsit *Tellius hic s. p. n. 7.* Sed an ad essentiã testamenti in scriptis requiratur * *Tabellio*, & sic scriptura publica, an vero priuata sufficiat? & requiri tabellionem & sic publicam scripturã, probatur ex d. l. 1. ti. 1. p. 6. ibi, *Que se haze por escripto; e non de otraguifa*, & probatur melius & clarius ex l. nostra, ibi, *Con vn eseriuano*, aliter enim nihil valeret. Nam quotiescumque lex aliquid introducit de nouo mutando solemnitatem testamenti, forma data à lege substantialis in dubio iudicatur, & quidquid in lege tali exprimitur, pro forma videtur requisitum, secundum *Decium. consil. 612. nume. 2. allegatum ad hoc per Tellium hic in 2. p. nu. 16. in princ.* omnisque qualitas à lege requisita censetur pro forma substantiali, vt per *Auen. Respons. 14. in fine*, præsertim cum continuatiuè, lex nostra insimul cù cõcursu septem testiũ Tabellionè requirat. Et sic hanc opinionem tenet *Anto. Gomez hic nu. 38. & Couar. c. cum esses num. 1. de testamentis. & Tellius hic in par. 5. nu. 1. & Zifuentes hic, & Mencha. li. 2. de suces. creat. §. 15. n. 17. & 21. & latissime in li. 3. §. 21. n. 21. versic. Sed verior, & hoc probabilius & receptius nouissimè post hæc dixit *Matienco hic in gl. 4. nu. 3. & Burgos de Paz. l. 3. Taur. nu. 1016. vsque ad 1028.* quidquid contrarium voluerit *Castillo hic relatus & sequutus per gl. Otrosi legis 1. tit. 1. p. 6. & gl. Deuen. l. 3. tit. 2. ea part. 6.* & videtur tenere sibi contrarius *Anto. Go. hic. n. 32. & 35.* eo quod lex nostra solũ videtur pro forma substantiali requirere testes, non verò Tabellionem, ne sit inducenda correctio iuris antiqui tabellionem non requirentis. Sed huic fundamento respondet *Ant. Gom. d. nu. 33. & Matienco hic d. gl. 4. num. 5.* Posset tamè hæc secunda opinio etiã hodie procedere in casu, in quo copia deficeret tabellionis testatorq; propter grauitatè infirmitatis, & mortis pressurã, non posset nũcupatiuè testari, & habebat voluntatè suam in scriptura priuata scriptam, tunc enim casus hic necessitatis efficiet sufficere scripturã illam corã septem testibus proponi, declarando illã esse suã vltimã voluntatè, quæ in scriptura illa reperiretur declarata, testesque super ea, & testator si posset, firmaret, vel si non posset, alius pro eo firmã apponeret, & vnus testis pro alio, qui nesciret scribere, mortuoque testatore publicaretur illa scriptura ad petitionem hæredis, vel alterius cuiuscunque personæ, & in publicam formam redigetur citatis illis quorũ interest, si sciri possunt, sin minus per præconia & proclamata, prout inquit *Castillo, & Greg. Lupus, vbi sup.* Et hanc limitationem & declarationem ad primam opinionem voluit apponere. *Matienco hic d. gl. 4. n. 6. & Burgos de Paz. d. l. 3. Taur. n. 1029. cum sequent. plurib. vbi n. 1038.* ampliã vt etiam si*

Quæstio
1.
4

etiam si adsint octo testes, si tabellio deficit, nihil valeat, nisi dicta publicatio fiat. Sed an si propter defectum alicuius solemnitatis testamentum in scriptis non potest ut tale valere, valebit saltem ut nuncupatum, in gloss. fina. huius legis videbimus annuente Deo.

- 5 Ibi, *Siete testigos*, qui debent esse rogati, prout antea requirebatur *ex l. 1. tit. 1. p. 6.* & in utroque testamento requiri, communem opinionem asserit Clarus, *lib. 3. Receptorum Sent. §. testamentum. q. 58.* sufficit tamen *secundum eum ibi*, si rogentur à notario, vel ab alio extraneo, presente tamen & patiente testatore, & hanc veriore & æquiorē & consuetudine approbatam dicit opinionem *ibidem*, & quomodo probetur rogatus, & an præsumatur, prout tradit Clarus *ubi supra, lib. 2. §. testis.* & in lege supra proxima diximus, Burgos de Paz, *dist. l. 3. Taur. num. 1140.* inquit, censeri rogatos si coram testatore subscripsit, in simulque masculi, & non feminae, prout supra in lege proxima, in testamento nuncupatio requisitum esse asseribamus. Nam licet lex minuat vel augeat numerum testium, nunquam censetur minuere qualitates eorum vel augere à iure requisitas. Et an in testamento rustici in scriptis confectio, tot etiam testes * requirantur sicut in ciuili testamento, ex generalitate nostri text. deducatur quod sic, & inquit *glo. l. 1. tit. 1. p. 6.* Et an tabellio debeat esse rogatus & examinat post hæc nouissime Matienzo *hic glo. 4. nu. 7. cum sequentibus*, & resoluit quod sic, sed quod presumitur rogatus, si ita tabellio ipse asserat in testamento, vel scribat & subscribat testamentum, vel in protocollo appositum reperiat per tabellionem se publicasse testamentum. Sed an vicinitas testium testamenti in scriptis & requiratur, teneo quod non, quia lex nostra id non exigit, & vicinitatem testium requiritur per legem præcedentem lex nostra declarat procedere in testamento nuncupatio, quasi secus sit in testamento in scriptis, de quo lex nostra disponit & verba nostra ibi, *Los quales dichos testamentos*, referendo singula singulis intelligenda sunt, ita quod in testamento & codicillis nuncupatiuis solemnitas legis præcedentis scribetur, in testamento vero in scriptis legis nostræ solemnitas, quæ vicinitatem testium non requirit, & sic nec nos requirere debemus, prout non requiri intrepidè tenet Burgos de Paz *hic in 2. par. n. 1016.* & voluit Tellius *hic 5. par. 3. Tauri. n. 14.* dum, ut valeat testamentum in scriptis, ut nuncupatiuum, vicinitatem requirit, nõ vero ut valeat tanquam in scriptis, & ita tenui, in *l. proxima. glos. Vicinos.* & tenet nouissime Matien. *hic, in glo. 3. n. fi. & Anton. Gom. hic, n. 23.* dum ponit formam testamenti in scriptis, & hanc qualitatem vicinitatis non requirit, sicut neq; cõ requirit Practicus Monterroso, *in forma huius testamenti in scriptis.* Et an feruus non habitus & pro tali tempore testamenti sit testis legitimus in testamento in scriptis, vide per Didacum Perez in *l. 1. tit. 4. l. 3. Ord. col. 940. vers. Quid autem. de teste producto.* Et de testibus in testamento adhibendis, vide optime per Clarum *lib. 3. sent. §. testam. quest. 55. vsque ad 60.*

Ibi, *Con vn escriuano*, qui an pro substantia in testamento in scriptis requiratur, diximus in *glo. 1. huius legis*, & quis tabellio debeat esse hic & plura de eo vide per Burg. de Paz. *l. 3. Taur. n. 1042. vsq. ad 1080.*

Ibi, *Los quales ay an de firmar*, Hunc & alios casus, ubi requiritur subscriptio, refert Auend. *ca. 16. Prator. n. 2. li. 2.* ubi & ait tabellationem non seruantem solemnitates nostri text. ut falsarium puniendum. * Et an in testamento nuncupatio requiratur hæc scriptio, in lege supra proxima diximus: & an in codicillis in scriptis requiratur eadē solemnitas, & quæ in testamento in scriptis requiratur, vide per Mæchaca *de succes. crea. §. 25. n. 23. §. 24.* & Cifuentes *hic §. glo. l. fi. tit. 12. p. 6.* Sed est dubium optimum quid si testator non se subscribat super & testamentum in scriptis, puta quia non est inuolutam testamentum papyro alba super eo imposita, sed testator ipse coram testibus in fine testamenti subscriptionem fecit, an valebit tale testamentum? Et videtur quod nõ, quia est quædam ordinis præposteratio, quæ quidem regulariter vitiat actum, quia ubi non est ordo, deficit substantia, *secundum Bald. c. 1. col. 1. qui succet. ten. in visibus feudorũ, relatum per Hippo. plura de peruersione ordinis adducentem in Pract. §. 2. n. 77.* Sed hic lex requirere videtur quod testator super testamentum subscribat. Ergo si aliter fiat, vitabitur testamentum. Sed his non obstantibus contrarium est tenendum, imo quod ex hoc non vitietur testamentum, quia ex quo coram testibus testator se subscripsit in fine testamenti, in eodē contextu ordine intellectus, perinde est ac si super ipso testamento & papyro finali superimposita se subscriberet, *arg. l. lecta. ff. si cert. peta. & quia quancumq; constat de veritate rei non attenduntur leues hæc solemnitates, nec ordo iuris. arg. leg. fin. ff. Quod metus causa, ad hoc allegata per Hippoly. ubi sup. n. 38.* & ita in expresso in facti contingencia dicit vidisse pronuntiatum *gl. fi. tit. 1. par. 6. quæ post hæc scripta vidi retulisse Gomezium Leon, in Centuria informationum iuris, in c. 32. per totũ, ubi n. 6. nostra legis respondet verbis. Ibi, En cima del testamento. scilicet quod id nõ requiritur pro forma substantiãli, ut supra ipsum testamentum subscriptiones apponantur, ut patet clare ex aliis verbis nostra legis, ibi, Sino tuuieren la dicha solemnidad de testigos no haga fe.* Ita quod substantiãlia testamenti in scriptis illa erunt, quod coram illo numero testium & tabellione fiat; quod vero subscriptiones testium tabellionis aut testatoris in principio, vel in fine reperiantur, parum aut nihil refert, & post hæc etiam vidi sic tenuisse Matienzo *hic glo. 5. n. 4.* cont. Burgos de Paz in *l. 3. Tauri. n. 1145. cum pluribus sequentibus*, cõ & ipse Burgos *ibidem. n. 1138. cum sequenti* teneat non esse necesse prius testatorem subscribere & ante quã testes vel post eorũ firmas. Imò & inquit Gomezius Leon *ubi sup. n. 1.* quod quauis tempore confecti testamenti tabellio se non subscripserit, nec signum apposuerit, sufficient si illud subscribat & apponat signum apertis & tabulis testamenti, cum id possit facere etiam si tunc deposuerit officium, *ex dictis per Bar. & Alex. & Ias. & omnes in l. prator. §. cogentur. ff. de edendo, & alibi.* Consulo tamen tabellionibus ut in ipsa confectioe testamenti, & cum testator illud annuit, signent & firmant ob euitandas litium occasiones. Sed an si testator propter infirmitatem, vel manum tremorem nequeat subscribere, & manu alterius adiutus subscribat, valebit, dic quod sic * *ex dictis per Peraltam, in Rubrica. n. 17. de lega. 2. concurrentibus ijs de quibus ibi per eum.* Insuper etiam querendum est an stante nostra lege 3. Tauri, requiratur

Quæstio
secunda.

Quæstio
tertia.

Quæstio
quarta.

Quæstio
quinta.

Quæstio
sexta.

requiratur hodie in testamento in scriptis rite & recte facto, publicatio eius, secundum quod de iure civili & partitarum *ex toto. titulo 2. part. 6.* requirebatur: & iam semel tenui quod non in hoc casu; quia satis est quod tabellio ipse dederit fidem suamque autoritatem interposuerit implicite quando testator dixit coram testibus, quod illud erat testamentum suum, & tabellio hoc asseruit & signauit, quia tunc statim mortuo testatore potest aperiri, & valent, & probant contenta † in eo absque aliqua probatione, secundum Anto. Gom. *hic num. 37.* & glos. *stro. si. l. 1. tit. 1. p. 6.* & melior glos. *denen. lib. 3. tit. 2. par. 6.* inquit, quod ignorantes etiam hodie faciunt publicari, & quod non est necesse, quod *Et tenet nouissime practibus Monterroso fol. 175. pag. 1. in medio*, sicut & in testamento nuncupatio coram tabellione facto nulla requiritur publicatio. *secundum Anto. Gom. hic. num. 46.* & Burg. *de Paz in d. l. 3. Tau. nu. 1035.* sed an iam quod ita sit quod publicatio testamenti in scriptis non requiratur hodie, requiretur ne quod testes sub eodem testamento descripti apponant sigilla sua cum cordularum appositione iure communi requisita. Et teneo absque dubio hæc iam non requiri lege nostra attenda prout de iure civili requirebatur † *ex l. si unus. C. de testam. & ex l. 1. titul. 1. par. 6.* dum tamen secundum legem nostram firmas suas super eodem testamento testes subscripserint, *ut inquit & tenent Anto. Gom. hic. nu. 32.* & Coua. *c. cum esset. num. 1. de testa. & glos. escriuir. l. 4. tit. 1. part. sexta.* & Tellius *hic in fin. part. numero finali* cōtra Zifuētes contrarium tenentem & male. Sed an si testator etiam hodie sigilla apposuerit pendentiā ex cordulis sicut antiquitus fiebat, an si in vita testator aliquam sciderit ex dictis cordulis censeatur reuocasse testamentum, vel si aperiat illud, † & videbatur dicendum quod non censeatur reuocasse. Nam cum per legem nostram, ut diximus proximè, cordularum & sigillorum appositio non requiratur, licet aliquod illorum scindatur, non videretur reuocare, cum sine eis valeret: in contrarium tamen facit quia lex nostra adhibendo solemnitate[m] testamenti in scriptis, non ita adhibuit eam, ut censendum sit has solemnitate[m] iuris civilis tollere voluisse si adhibeantur, sed tantum quod si quis eas noluerit seruare, non ex hoc testamentum vitietur. Nam quoties lex noua minuit solemnitate[m] legis antiquæ, non negat quin & solemnitas antiqua seruari possit, *prout ex lege supra proxima clarissime probatur.* Si ergo ita est, prout est, si testator voluit formam antiquam seruare, & seruauit in testamento in scriptis, si post scindat cordulam aliquam, censendum est reuocasse, cum secundum antiquam formam sic esset de iure, *ex l. 24. tit. 1. par. 6. prout per eam tenuit modernus Gomezius Leon, in Centuria informationum c. 5. nu. 2.* præsertim si aliad reperiretur testamentum testatoris ante confectum, ita quod testator intestatus non decedebat, licet si testamentum esset apertum & nulla cordularum incisa sit, id fieri posset, absque incisione, crederem utique valere tale testamentum in scriptis, sed incisa aliqua cordula dubito multum an valeret, etiam si valere in vtroque casu asseruerit Tellius *hic 5. par. num. 15. 16. & 17.* & Peralta *in l. si quis in prin. testam. nu. 59. de leg. 3.*

& sic inquit ipse Tellius, se in facti contingencia non potuisse pro sua opinione obtinere, & sic & contra Peralta & Telliū ante eos tenuit Burg. *de Paz in l. 3. Tauri. numero 1124. & 1125. nisi secundum eum ibi numero 1127.* testamentum esset ad pias causas constructum, ut ibi in facti contingencia asserit factum, vel nisi adsint præsumptiones, ex quibus constiterit per aliquem fuisse incisum, qui præderet interesse ex annulatione testamenti, *ut inquit Burg. de Paz consi. 1. n. 1. cū seq.*

Ibi. *Vel sino.* Necessarium esse signum in quolibet publico instrumento † communem testatur Couar. *pract. c. 20. nu. 5.* adeo ut secundum eum ibi eius omisso vitaret scripturam, prout frequentius antiquos & recentiores tenere asserit Horos. *in l. si initium n. 62. fol. 743. in fine. ff. de edendo, & Castillo hic in verbo. Delescriuano. fol. 40. & diximus in l. 13. in glos. Quis anli dierem. tit. 25. lib. 4. supra.* Scriptura enim illa dicitur, quæ cum sigillo* tabellionis est signata, *secundum glos. in l. generali. C. de tabularijs lib. 10.* & cum in alijs scripturis hoc requiratur, à fortiori in testamento hoc requirendum est. Et quod in testamento in scriptis signum hoc pro forma substantiali sit necessarium sub nullitatis pœna, asserit & dicit ita vidisse pronunciarum Didac. Perez. *in l. 6. tit. 1. lib. 3. ordinam. col. 796. in princ.* ponderando hoc ad l. nostram, & idem in testamento nuncupatio dicendum, cum & scriptura publica sit: bene tamen verum est quod tale testamentum nuncupatio carens signo tabellionis, licet non valeat etsi hæres eo uti non possit, poterit tamen se iuuare ex dictis testium ibidem scriptorum, † si sufficiens numerus eorum sit, & qualitate[m] de iure requisitarum probando cum eis, qualiter testator voluntatem illam in fine mortis voluit esse suam, ordinauerit que contenta in testamento illo, licet in testamento in scriptis hac uti cautela non possit, si voluntas testatoris fuit testandi in scriptis, quia tunc neque ut nuncupatio valebit, *ut ex dicendis infra in glos. fin. appareat.*

Ibi. *En el testamento del ciego interuengan cinco testigos al menos.* Intellige de cæco vtroque oculo *ex l. frater. C. de excusatio. tutorum & ibi glos. & Burg. hic nu. 1292.* Sed an hodie his verbis attentis erit necessaria in testamento cæci solemnitas, quæ de iure civili & partitarum requirebatur* *ex Auth. hac consultissima. O. qui testam face. post. & ex §. cæcus inst. Quibus non est permis. facere test. & ex l. 14. tit. 1. p. 6.* Et videtur quod non ex ijs verbis nostri tex. sed sufficiat iam quod coram quinque testibus testetur, ita quod lex nostra corrigat solemnitates alias iuris antiqui in testamento cæci requisitas, & dicta l. partitarum prout in terminis tenuit Anto. Gomez *hic n. 52. quem sequuntur glos. in d. l. 14.* & Mincha. *contro. illust. cap. 1. 3. n. 9.* solum se fundantes eo quod lex nostra quinque tantum testes requirit in cæci testamento & non aliud *et per l. ordinamen. sup. proximam* sigilla testium non sunt necessaria in testamento nuncupatio, quod quidem & non aliud potest cæcus conficere. Contrariam tamè opinionem tenuit Cifuent. *hic & Tellius hic in 4. par. n. 12.* dicentes legem nostram solum quoad numerum testium corrigere in testamento cæci leges antiquas civiles, & illam partitarum, non verò quoad alias solemnitates ab eadè requisitas, quasi cū lex nostra

nihil aliud dicat, non est censendum aliud minutare, *ex lege Sancimus. C. de testa. & hanc etiam opinionem vidi post hac tenere Matienço hic in gl. 8. in princ. male referendo dictam gloss. d. l. 14. eandem tenentem, cum contrariam tenuerit.* Et pro hac opinione facit etiam, quia quando lex minuit numerum testium, non censetur qualitates testium à iure requisitas minuere, *ut pluries dictum est, & tenet Telus hic in 1. p. nu. 14. & à fortiori neque aliæ qualitates censentur sublatae, neque lex nostra quantum ad testamentum cæci se retulit ad. l. supra proximam ordinam. quod ex ea clarissime patet, eo quod in testamento cæci particularem faciat dispositionem & in vers. sequente. Ibi. Ten los codicillos. Vbi voluit se ad l. præcedentem referre, se retulit, & sic in præcedenti versiculo vbi de testamento cæci specialiter disposuit, se non refert, quia si voluisset, expressisset, *ut per Burg. hic nu. 1303. etiam si gloss. in d. l. 14. & in l. si. tit. 12. p. 6. aliud velit dicere. Et idèò meritò dicendum est quod lex præcedens nihil circa cæci testamentum disposuit neque innouauit, † ut inquit* 24 *gloss. d. l. 14. sed nostra circa id disposuit, quæquidem cum sit ex legibus Tauri factis & ordinatis circa determinationem casuum magis dubitabilium; & ad decidendos & dissoluendos legum antiquarum nodos, & diminuendum earum scrupulosas solemnitates, ita ut iam ex l. nostra in testamento in scriptis non requiruntur appendices & cordulæ antea requisitæ, necessariò fatendum est in testamento cæci sufficere iam quinque testium numerum absque alijs sollemnitatibus, & hac de causa non sine mysterio lex nostra solum annullat testamentum, quod cum minori numero testium factum sit, non verò si aliæ solemnitates deficiant. Est tamen verum, quod absque tabellione quinque* 25 *testes † non sufficerent in cæci testamento, etiam si tabellio reperiri nõ posset secundum gloss. dictæ legis 14. & Burg. hic num. 1304. & Matienço hic gloss. 8. num. 2. & 3. & hoc ex lege nostra clarissimè deducitur. Nam licet cæcus in scriptis testari non possit sed tantum nuncupatiuè, lex nostra quæ de testamento in scriptis principaliter disponit, voluit de testamento cæci mentionem facere & disponere super eo. Ad denotandum quod licet cæcus testari non possit in scriptis, testatur tamen quasi in scriptis, cum per tabellionem debeat eius scribi testamentum quoties numerus quinque testium tantum adest, & idèò cum de testamento in scriptis locuta est, voluit & de testamento cæci disponere, ut coram tabellione omnino sit conficiendum per cæcum, quidquid velit Anto. Gomez num. 52. & sic hunc casum esse dubium, an sufficiant quinque testes sine tabellione asserit gloss. 1. in fine in d. l. 14. tit. 1. p. 6. & idèò in dubio adhibe tabellionem, si fieri potest in cæci testamento, cum quinque testes tantum inter sunt. Sed si numerus septem testium octauo teste loco tabellionis adhibito adesset in cæci testamento, valeret utique etiam si tabellio non adhiberetur, quantumcunque reperiri posset, licet tunc deberet publicari, *ut inquit optimè Matienço d. gloss. 8. num. 5. & Burg. num. 1305. hic, quamuis se inuoluat & confundat in dictis suis ipse Burg. in n. 1304. ita quod si coram quinque testibus cæcus testetur, quinque testes & tabellio omnino requiruntur, etiam si non reperiantur testes, ut inquit optimè***

*Burg. hic num. 1303. in fine, quiquidem tabellio signum & subscriptionem suam inscribet in testamento, & coram testatore & testibus leget illud, postquam per cæcum fuerit notatum, ut in quibuslibet testamentis nuncupatiuis requiritur, & alibi diximus non tamen requiritur cæci subscriptio, † qui scribere commodè non valet, secundum Burg. hic nu. 1301. sic limitando legem 13. titul. 25. lib. 4. supra. Sed an vbi tabellio & quinque testes adsunt in cæci testamento requiratur etiam quod ij testes sint vicini. † Et videtur quod non, quia lex nostra non requirit neque d. l. partitarum, & quia cum tabellio & quinque testes adsunt, non requiritur quod sint vicini, ut voluit Burg. de Paz hic numero 1315. cum neque per l. præcedentem requiratur in tali casu, scilicet, quoties tabellio & quinque adsunt testes ut ibi diximus. Sed an in donatione causa mortis † à cæco facta requiratur eadem solemnitas quæ in eius testamento. vide Suarez in allegatione 20 fol. 171. pag. 2. in antiquis, & Burg. hic num. 1324. quæ quidem latius cogitabis, sunt enim nostri variabiles ut vides circa dicta, idèò declaratione opus esset, licet mihi dicta vera videantur: & quid in testamento ad pias causas à cæco confectum, vide Burg. hic numero 360. cum sequent. & num. 1306. cum seq. & num. 1317. inquit in codicillis etiam cæci eandem requiri sollemnitatem, * quæ in testamento requiritur, quod & in num. 1320. profequitur, & tandem tenet sufficere tres testes oppidanos cum tabellione publico & non displicet mihi eius opinio, *ut n. 31. repeo, itidemque in n. 1308. cum seq. declarat, quid erit si inter liberos testetur, & num. 1323. differit an & in contractibus cæcorum ij quinque testes requirantur, & numero 1328. quærit, quid in eo, qui habet oculos apertos, sed non videt, & de illo, qui exoculatus est. Item teneo quod non est necesse in principio testamenti cæci apponi institutionem hæredis, sed in quacunque parte sufficit * quod apponatur, ut tenet Matienço, hic, gloss. 8. n. 6. & Dida. Perez in l. 1. tit. 2. lib. 5. Ord. pag. 65. col. 2. & late tractat Mencha, contro. illust. c. 103. n. 10. vbi a. n. 9. supradicta omnia de cæco tractat, contrahere tamen potest cæcus sicut quilibet alius, ut per Alex. consi. 12. lib. 1. & relatos per Burg. hic num. 1323. & an testis in testamento vel actu inter viuos, vide Minchaca de succ. crea. §. 30. numero 55. & per ipsos & maxime per Decium. l. hac consultissima in fi. C. qui tes. fa. pos. qualiter cæcitas probetur.**

Ibi. *Ten los codicillos interuenga.* Intellige siue codicilli fiant ab homine cæco * siue non, *ut inquit succincte Burg. de Paz, hic num. 1322. & Mincha. in d. c. 103. contro. illust. n. 13. & 14. Idque comprobatur ex rex. nostro, primò quia cum in versiculo precedente de testamento cæci locutus fuerit legislator, & in versiculo isto copulatiuè procedat, ibi, Ten los codicillos, necessario fatendum est, de codicillis etiam cæci locutum fuisse legislatorem. Secundò & id decerpitur ex coniunctione legis præcedentis, eo quod in lege præcedente manifeste pater in codicillis nuncupatiue factis (nam de ijs loquimur) ab alio quam à cæco Legislatorem sollemnitatem posuisse, quia quando lex noua modificat, & restringit sollemnitatem testamentorum dicendo, quod sufficiant duo vel tres testes, illamet sollemnitas sufficiet † in codicillis, 32*

Secundum Bald. in l. fin. col. 2. C. de testa. & alios re-
latos & secutos per Anto. Go. hic n. 67. & communem
testatur Telliis. hic in 4. parte nu. 22. cum ergo ibi-
dem solemnitate apposuisse in codicillis ab
alio quam a cæco factis, manifestè patet legem
nostram in codicillis cæci disposuisse, aliter enim
superflua esset eius dispositio, & sic quoad cæci
codicillos sufficere eandem solemnitate, quæ
per legem præcedentem in testamento nunc-
upatio ab alio quam a cæco facto requiritur
& sufficit, & per consequens tres testes cum
tabellione sufficiunt, dum tamen sint vicini.
Ex quo in hoc casu potest approbari glos. in l.
hac consultissima verbo, Codicillis C. qui testam.
fac. pos. dicens minorem numerum testium requi-
ri in codicillis cæci quam in eius testamento, quid-
quid voluerit eam reprobare Castillo, hic, in
verbo. La misma. Veru. & nota ex particula ista.

- 33 Sed an in codicillis in scriptis ¶ eadem solemnitas
sufficiat, si a non cæco fiant, a cæco enim fieri
non possunt, sicut nec testamentum in scri-
ptis, & Anton. Gomez hic numero 69. in-
quit optime quod non, sed quod in codi-
cillis in scriptis seruabitur solemnitas iuris an-
tiqui, & hanc testatur veriore, & receptio-
rem Matienço hic glos. 9. num. 5. contra Burg. de
Paz. Ex quibus, cum eadem solemnitas requi-
ratur in codicillis nuncupatiue factis, quæ in tes-
tamento nuncupatio, requiritur etiam quod
44 testes codicillorum debent esse rogati, * sicut
& testamentorum nuncupatorum, licet iure
ciuili aliud dispositum reperiatur, secundum Boe-
ri. decisio. 34. num. 9. adeo vt quamuis in testa-
mento nuncupatio apponatur clausula codicil-
laris adhuc rogatus testium sit necessarius, licet
ex Boerio, vbi su. de iure ciuili non requiretur.
Item & in testamento nuncupatio requiritur
quod testes eius sint masculi, vt diximus l. præce-
dente, & per consequens in codicillis ¶ idem re-
quiretur, cum æquiparatorum eadem debeat esse
35 dispositio, omniaque relata in lege interpretata
36 censentur ¶ repetita in lege interpretante, ex l. ni-
hil. ff. de coniu. cum eman. lib. eius, Roma. conf.
345. num. 18. cum sequentibus: lex tamen nostra in
ijs verbis interpretatur legem præcedentem, vt
habeat locum in codicillis. Igitur debet esse cum
eisdem qualitatibus legis interpretatæ & relatæ,
& sic quod sicut ibi non sufficiunt testes fœmi-
næ in testamento nuncupatio, ita neque in no-
stro in codicillis secundum Teli. hic 4. par. nu. 22.
& Molinam de primoge. Hispa. lib. 2. c. 8. num. 25.
& 26. & Matienço hic glos. 9. num. 8. cum sequen-
tibus aliquibus id late fundando contra Ant. Gom.
hic num. 70. & 71. & in correctione glo. 4. fi. C. de
codicillis, asserentis in codicillis fœminas in testes
sufficere. Et eodem modo requiremus testium vi-
cinitatem in codicillis * nuncupatiuis, sicut per
legem præcedentem in testamento nuncupatio
requiritur, vt & testatur Tel. in d. nu. 22. in princi-
pio, & ideo non sine mysterio lex nostra in ijs ver-
bis fecit mentionem de isto verbo, Solemnidad.
Non verò de numero testium, vt omnia compre-
deret, vt & optime fundat Molina, vbi supra nu. 23.
cum sequentibus pluribus. sed cum eadem solemnitas
in codicillis nuncupatiuis requiratur ex
text. nostro, quæ in testamento nuncupatio ex
lege præcedente requiritur, dubitandi occasio

præstita est, num hodie iure isto regio poterit quis
hæredem directo instituere * in codicillis, an vero
si illum in eis instituat, etiam hodie sicut antiqui-
tus obliquabitur per fideicommissum. Et videtur
quod hodie directe possit in codicillis institui, ex
Bart. doctrina in l. hac consultissima. §. si quis autem.
C. de testa. & in l. 2. ff. de inuis. rup. & in l. militis co-
dicillis, in principio. ff. de testa. mili. vbi tenet posse
patrem in codicillis filio pupillariter substituere *
venientes ab intestato, & reuocare substitutionem
pupillarem in testamento factam per eum, in qua
substituerebat extraneum, & valebit dicta reuoca-
tio iure directo. Quam sententiam probant Paul.
Alex. Fulgol. & Ial. in d. §. si quis autem colum. 3.
& communem testatur Benedictus, in ca. Raynu-
tius. verbo, Testamentum. 3. n. 57. & plerique alij
sunt in eadem sententia, quos refert Boerius, de-
cis. 241. num. 2. vbi profertur hanc esse veriore
& sustentabiliorem opinionem, facit quæ præ-
ca, quod fauore venientium ab intestato relictum
in minus solemnitate valet in reuocatio-
nem factorum ¶ in primo testamento, in quo ex-
tranei erant instituti, & hanc Bart. opinionem è
nostris sequi videtur Suarez in l. quoniam in prio-
ribus limi. 1. ipsius legis num. 23. & Didacus Perez
in l. 1. titul. 2. lib. 5. Ordi. pag. 110 in princ. & sic
hac Bartoli doctrina attenda dictam sententiam
quod in codicillis possit directo institui voluit
Grego. Lopez, in l. 2. in glos. magna, tit. 12. par. 6.
& Burgos de Paz, hic num. 1338. quos post hæc
scripta vidi secutos per Matienço, hic glos. 9. num.
15. & 23. Ego tamen salua eorum pace semper te-
nui & teneo contrarium, imo quod etiam hodie
non possit directe, sed per obliquum iure fidei
commissi a venientibus ab intestato, vel ab hæ-
rede instituto in testamento relictis hæredis
in codicillis relinqui, tolli vel immutari hæredis
institutio, in testamento facta. Nam cum lex no-
stra hoc non dicat tanquam minutia solemnita-
tatum, & correctoria, non est intelligendum
id disposuisse, neque velle in hoc corrigere iu-
ra antiqua. Item & quia cum lex nostra quoad
solemnitatem obseruandam in confectioe testa-
mentorum & codicillorum loquatur & disponat,
quorsum quæso est intelligendum disposuisse cir-
ca hæredis institutionem directe, vel iure obliquo
relinquendam in codicillis? Item quia quantum-
uis lex præcedens disponat valere testamentum
quoad in eo contenta, quantumuis nullus ibi-
dem hæres instituatur, quid hoc quoad propo-
situm nostrum, vbi testator de hærede prouisit?
Neque obstat fundamentum ex dicta Bartoli
doctrina, primo quia non est vsquequaque tuta
sententia eius, plures enim habet contradicto-
res, prout videre poteris ex Alex. in d. §. si quis
autem, & in l. institutio. ff. de har. inst. & in l.
filij patris, c. fam. hercis. & in l. hac consultissima. §.
ex imperfecto. C. de testam. & ibi Ang. & Sal. &
Curti. idem Ang. in l. 2. ff. de inuis. rup. & hanc te-
nent omnes aij secundum Ias. in d. §. si quis autem nu-
mero 3. & communem testatur Roma. con. l. 179.
col. 6. vers. primo quia communis, & Boeri. vbi supra,
& Roma. & Curti. vbi supra, respondet argumen-
tis opinionis Bartoli. & contra Bartolum pro
hac secunda opinione est textus. in Authenti. de
testament. perfec. §. & si quidem, & contra Bar-
tolum veriore & comuniore testatur opinione

Menchaca, *de successione. crea. lib. 3. §. 25. n. 7.* quicquid Benedictus *ubi supra*, velit Bart. opinionem communiozem dicere, & sic hæc Bartoli doctrina non adiuuat opinionem Gregorij, & Burgos, & Matienço, præsertim, cum dato, sine veri tamen præiudicio, quod fauore filiorum id fieri posset, quod non affirmo, vel fauore venientium abintestato, quod verum non credo, non tamen esset ex hoc quoad omnes constituenda regula, cum ea, quæ fauore speciali aliquorum constituta sunt, non debent trahi ad consequentiam. Alijs etiam doctrinis & rationibus, quæ pro sua & sequacium opinione Matienço, *ubi supra* adducebat, nouissime & eleganter respondet Molina, *de primogenijs Hispania, lib. 2. cap. 8. num. 28. cum sequentibus*, vbi ex professo examinat istam quæstionem, & in *numer. 34.* tenet hanc meam opinionem, & veriozem, & in iudicando, & consulendo restatuc, & gauisus admodum sum dum reperi ita grauissimum authorem tenentem, quam multo ante scripta sua descriptam ego habebam, & secundum eam sciui consultum per maximos aduocatos in facti contingentia; & eam limitat duobus modis, Molina, *ubi supra num. 34. cum 4. sequentibus*, & Matienço, *in d. glos. 9. n. 24.* & nouissime post hæc vidi Michael Crassum, *senten. recepta. sub §. codicillis n. 13. cum sequentibus* optimè differentem, & Anto. Gom. *to. 1. cap. 5. fol. 43. vers. 3. in fol.* scilicet quod valet tantum in vim fideicommissi. Sed quid si de facto velit testator hæreditatem iure directo in codicillis adimere, an valebit in vim

41 fideicommissi, vel in totum annullabitur † vide per Minchaca *in d. §. 25. numero 19.* vbi *numer. 8.* quæsiuit ultra omnes, num & è contra si filius vult codicillari, possit patrem † suum instituire directo in codicillis, & hanc ibidem inauditam quæstionem dicit, & in eam suam proponit sententiam, scilicet, quod neque hoc casu poterit hoc fieri, & verum iudico. Neq; obstat quod hodie eodem modo succedunt ascendentes descendentibus, quo quidem & descendentes succedunt ascendentibus, quoniam hoc est verum quoad succedendum non vero quoad testandum. Sed an ad pias causas possit quis in codicillis directo heredem instituire & relinquere * & Minchaca *ubi supra n. 9.* indecisum relinquit, posset tamen attentari quod quoad pias causas id liceret, sicut & fauore pias causas potest quis substituere directo post aditam hæreditatem *secundum Tiraquel. de primogen. causa pie, pri. 21. in vero latini cogitabis.* Quærit etiam ipse Minchaca *ubi supra num. 19.* an iam quod hæreditas non datur, neq; adimitur in codicillis directo, *ut ibidem per regulas, & ampliationes*

44 *prosequitur* an valebit in vim * fideicommissi, & tunc dic, quod si codicilli fiunt post testamentum, sine dubio ad fideicommissum trahuntur, *ex l. Scenola, cum simili. ff. ad Treb. & est communis omnium traditio, secundum Su. ubi sup. n. 23. & Moli. ubi sup. n. 38.* si vero sint facti non præcedente testamento per verba directa, & constat quod voluit testari, tunc neque iure fideicommissi valebunt, nisi expressè dicatur, sed si voluit codicillari & hoc constat, valet in vim fideicommissi, si autem sumus in dubio, semper censetur potius testari quam codicillari, attenda potius natura verbi directi, quam defectus solemnitatis & imperfectæ voluntatis, & tunc cum

non possit valere iure directo, neque valebit in vim fideicommissi, quia non potest testator facere quin leges in suo testamento locum habeant, *ita Minchaca. d. num. 19. & glos. magna ad finem. l. 2. titul. 12. partii. 6.* & istam *ibidem* Minchaca dicit meliorem quæstionem quæ sit in materia, licet indistinctè aliud velit Matienço *hic glos. 9. numer. 20.* Restat nunc & finaliter disputare an in codicillis † subscriptio testium requiratur. Et in hoc glos. magna. *l. fin. titul. 12. partia. 6.* in codicillis in scriptis factis inquit subscriptiones has testium requiri, neque ex lege præcedente, neque ex nostra id innouari, si verò codicilli non fiant in scriptis, sed nuncupatiue, tunc nulla testium subscriptio requiritur, quandoquidem lex nostra, & lex Ordamenti, ad quam nostra se refert, id non requirunt in testamento nuncupatiuo, cui ex nostra lege codicilli nuncupatiue facti adæquantur, & hanc veriozem & comuniozem opinionem testatur Minchaca *in d. §. 25. numero 23. & à numero 21. inceptit*, licet ipse ibi contrarium teneat quoad codicillos, in scriptis, scilicet, quod neque in eis subscriptio testium requiratur ijs duabus legibus nostris attentis. Sed fallitur in hoc Minchaca, & suo argumento sese conuincit. Nam si lex nostra se ad legem præcedentem refert in vltimis versiculis dum de codicillis nostra lex loquitur, & præcedens in testamento nuncupatiuo locuta est, de codicillis nuncupatiue tantum factis disponit, non verò de in scriptis, in ijs enim eadem solemnitas requiritur, quæ in testamento in scriptis per legem nostram requiritur, vel saltem illa, quæ de iure antiquo requirebatur, *ut inquit Matienço, hic d. glos. 9. num. 5. & videtur tenere glos. d. l. 2. titul. 12. p. 6. & hanc veriozem & receptiozem testatur Matienço. d. num. 5.* ergo male dixit Minchaca.

Ibi. *Conforme.* Verbum hoc, Latine *sicut vel prout* demonstratiue vel causatiue in præsentii apponitur, non verò conditionaliter, *ut optime considerat Matienço hic d. glossa. 9. in numero 12.*

Ibi. *La dicha solemnidad.* Sed an & vicinitas testium requiratur in casu & dispositione nostræ legis, sicut & præcedentis, & dicendum est quod sic, cum lex nostra ad illam se referat, & tenent Docto. *hic*, quantum ad testamenta nuncupatiua, & codicillos nuncupatiue factos, secus verò quoad testamentum in scriptis, nam quoad illud non requiritur vicinitas testium, *ut in glos. siete nostra legis. num. 27. & in l. præcedente dixi.*

Ibi. *No hagan fe ni pruenta.* Cautè fuerunt duplicata verba hæc, nam si solum annullaretur testamentum aut codicillus contra tenorem nostræ legis facta, interim quod non opponeretur non valere agi virtute † eorum posset, *argumento doctrine Bald. relati per Felin. in cap. fin. colum. 2. in princ. de constiun.* & ad euitandum hoc inconueniens, iuste fuerunt ultra annulationem addita verba hæc, *ut nullam fidem, neque probationem facerent in iudicio, & sic etiam si non opponatur, nulla fides est eis adhibenda.* Est tamè pro cõplemento huius legis disputanda quæstio, quam ab hinc pluribus antea annis in facti contingentia videtur di super opulenta hæreditate disceptatam & controuersam

Que. 16
45

45

Quæsti.
videtur

troueram in iudicio, quid si quis voluit testari in scriptis, quia sic expresse declarauit, & tamen non adhibuit solemnitate[m] requisitam ad testandum in scriptis, an iam quod non valeat vt testamentum in scriptis, valebit vt nuncupatiuum † & est satis controuersa quæstio inter Doct. & vt magis difficultetur, casus contingentia sic se habuit. Cum enim quidam clericus sacerdos in infirmitate vltima constitutus vellet testari, fecit vocare tabellionem, coram quo suam vltimam declararet ac constitueret voluntatem, quo tabellione accersito & presentibus tribus testibus clericis cœpit dictare ac manifestare suam voluntatem in presentia eorum, & tabellio in simul scribere & scripta eius voluntate in qua clericum alium consanguineum suum hæredem instituit bonorum suorum, suaque subscriptione in testamento illo adhibita, & inscripta, antequam testamentum illud testatori & testibus legeretur per Tabellionem, & interrogaretur testator an illud annueret, dixit se velle testari in scriptis, qua de causa missum fuit statim ad alios plures testes vocandum necessarios vt in scriptis testaretur, cumque vellet Tabellio claudere testamentum, interim mortuus fuit testator antequam in scriptis illud annueret. Qua propter fuit magna contentio, an iam quod non valeret vt in scriptis, valeret vt nuncupatiuum, & fuerunt hinc inde diuersa vota & iudicia & contraria. Et pro prima parte & opinione, quod valeret vt nuncupatiuum, fuit primo allegatum, quod cum testator iste iam declarasset voluntatem suam coram illis tribus testibus clericis, & notario, suoque signo illam subscripsisset, ita quod amplius procedere noluisset, testamentum iam fuit perfectum & valere debet, *argu. tex. in l. si is qui testam. ff. de testam. quem in suo casu allegat Aulo. Gom. hic. numero 18.* & cum ratione voluntatis non deficiat testamentum, quia testator iam eam declarauit, sed ex defectu solemnitatis, merito quod valere debeat tamquam nuncupatiuum. Neque huic fundamento obstare dicebatur, quod non fuit lectum testamentum, prout de iure requiritur, † *ex tex. cum gloss. in l. fideicommissa. §. quoties de lega. 3. & l. 103. titul. 18. part. 3. quos ad hoc allegat Suarez allegat. 1. in fine, & Castillo, hic verb. Nuncupatiuo, in prin. fol. 31. & in versicul. Et nota iuuenis, inquit optimè, quod non dicitur scriptura testamenti lecta, nisi * legens scripturam oculis prospiciat & legat, non verò si mente tantum recitet, & Cifuen. hic num. 6. & Tellius. 2. part. num. 19. ad medium, quia respon. ex optime dictis per Couar. in cap. Relatum. i. num. 11. de testam. quod quodocunque testamentum ipsum coram notario & testibus testatore dictante scriptum est, non est necesse quod ipsi legatur † testatori & testibus, cum iam manifesta sit voluntas ipsius testantis, imò lectum præsumitur, secundum eund. Couar. vbi supra ex ligilli appositione, & tunc vt omnis cesset contradictio ipsemet Couar. ibidem inquit in versu. Tertia conclusio. quod non iuuetur hæres ex testamento, sed ex testium depositione ad id examinatorum, & sic cum tres testes clerici præsenes extiterint ordinationi testamenti, & cum notario quatuor, licet presbiter parochialis non adfuerit præsens, cum si adesset tres tantum*

sufficerent testes, ipse notarius supplebit cum alio teste ex tribus defectum Parochi, & per consequens ex dispositione iuris canonici valebit testamentum illud, cum numerus ille duorum testium suppleat † defectum Parochi, prout magis communem testatur Decius consil. 284. colum. 4. & Boerius decisione 93. colum. 2. & Couarr. in cap. cum eses. num. 13. de testam. tamen contraariam communem & magis communem appellet Corneus, consil. 68. num. 1. & 8. & 77. num. 5. lib. 1. & consil. 138. lib. 2. Sed contraria, vt vides, est magis communis, cum nullus tam idoneus testis sit quin duorum numero * non suppleatur, vt in capit. cum à nobis, de testibus. vbi Anton. de But. hoc notat. & Abb. in capit. cum eses. num. 12. de testamentis. Neque etiam dictis iterum obstat, si quis replicet, quod quatuor testes non sufficiunt, sed quinque requiruntur, vbi non adest Tabellio, quoniam istud verum est, nisi clericus clericum instituerit hæredem, nam tunc, prout in nostro casu fuit factum, non requiruntur * tot testes, secundum Tellium in presenti. 1. part. numero 11. & Felin. in capitul. Ecclesia sanctæ Maria. numero 83. de constitutio. & Bald. in l. generali. numero secundo Codice de sacrosanctis Ecclesijs, & latissime plura inferendo Minchaca de successionum creatione. §. 22. à numero 37. cum sequentibus pluribus, & numero. 84. reassumit & infert. plura in proposito. Item & secundo in corroborationem dictæ opinionis quod testamentum hoc valeat vt nuncupatiuum, facit, quia licet in minus solemnitate testamento testator hæredes instituat apponendo clausulam codicillarem, prout in presenti testamento fuit posita, operatur quod licet non valeat vt testamentum, grauantur tamen venientes ab intestato restituere * per viam fideicommissi ea, quæ relicta sunt per verba directa, secundum Ioann. de Amicis, consil. 39. numero 16. relatum per Padillam, in l. ex testamento. numer. . cap. de fideicommiss. & Anto. Gom. hic num. 77. & licet secundum ipsum Anton. Gom. verificari hoc non possit in hoc casu, cum tot testes requirantur in codicillis, quot in testamento nuncupatiuo requiruntur, ex lege nostra, tamen cum clericus clericum instituit hæredem vt hic, vbi solemnitas ciuili non est seruanda, bene posset verificari: sufficit enim clericum seruare solemnitates canonicas, licet ciuiles non seruet, * secundum Burgos de Paz. l. 3. Tauri. 1. parte, conclusio 4. num. 201. cum sequentibus, vbi quid in clerico primæ tonsuræ. Tertio etiam in corroborationem huius testamenti facit, quia subscriptione testatoris apposita, videntur omnia in testamento contenta approbata, & voluisse testatorem illam esse suam vltimam voluntatem; subscriptio enim operatur, vt videatur totum testamentum esse scriptum * à subscribente, secundum Baldum in Authentic. contra qui propriam Codice de non numerat. pecun. §. l. finali & ibi Bartol. notat. C. si cert. petat. & subscriptio vim depositionis * habet, secundum Baldum in lege finali appositio. 5. C. de edicto Diui Adrian. tollen. & cum per subscriptionem videatur testator omnia in testamento contenta approbasse, & voluisse illam esse suam vltimam voluntatem, quid est amplius indagandum ad eius obseruantiam & implementum?

Et si hanc opinionem quod valeat ut testamentum nuncupatiuum, videretur tenere Bartol. in lege finali ff. de iure codicillorum contra glossam ibi, & idem quod Bartolus tenet Angelus & Imola. in l. 1. §. fin. autē. ff. de hered. institutio. & Albericus. in l. hac consultissima. §. per nuncupationem, C. de testamentis, Paulus & Cuman. in l. heredes palam. in princi. ff. eodem titul. Ias. in dicto §. per nuncupationē, dicens hoc esse summē notandum, quod & probat fundamentis vrgentissimis Socinus, consilio 142. libro primo, Alexander, consilio 136. volumi. 5. & est communis, secundum Ludouicum Gozadinis, consilio 3. num. 11. vbi pro hoc allegat textum, in l. 3. in principio. ff. de testamento militis, quē & ad hoc allegauit Boerius, decisione 240. numero 6. vbi in fortioribus terminis loquitur, etiam si se arctauerit testator ad testandum in scriptis, & contrarijs fundamentis respondet Socinus, vbi supra, & ostendit hanc esse magis communem opinionem & veram, & Corneus consilio 202. volumine 4. & in dicto §. per nuncupationem, & istam dicit tenendam attenta lege præcedente Minchaca, vbi supra §. 12. numero 95. quicquid testator destinasset in scriptis testari, & in §. 11. num. 4. hoc iterum tenet, & à num. 1. incipit quæstionem hanc, & num. 11. cum sequentibus pluribus Doctores allegat, Nihilominus tamen pro contraria parte, imò quod tale testamentum neque ut nuncupatiuum valeat, facit primò quia non sufficit testatorem subscribere testamentum, sed requiritur etiam quod expresse dicat, quod illud ut suum relinquat * testamentum, ut colligitur ex l. 1. in fin. titul. 1. p. 6. & l. 103. t. 18. p. 3. licet enim testator subscripserit, interim tamē quod hoc non exprimit, potest mutare & corrigere, forma enim essentialis testamenti secundum intentionem agentis concluditur in vno puncto, & cum ad illum non deuenit testator, dicitur testamentum imperfectum, † secundum Bartholum. Socin. in Rub. delegat. 1. relatum per Tellium, hic 2. parte, numer. 19. ad finem, faciuntque dicta per Anto. Gom. in presenti, n. 112. Cum ergo hæc requirantur, merito quod subscriptio sola non sufficiat. Item & secundo pro hac opinione faciunt verba nostri tex. finalia, dum aliter testamenta facta in scriptis nullam fidem neque probationem facere disponunt, ergo neque ut nuncupatiuum. Tertio facit, nam clare constat in nostro casu testatorem se arctasse ad testandum in scriptis, & ideo si solemnitates ad hoc requisitas non adhibuit, ex eius intentione colligitur velle nugari, cum actus sit contrarius voluntati, & peccat in forma & tunc potius dicimus agentem delirare, & actum frustratorium facere, argument. leg. non solum. ff. de actio. & oblig. notat Ripa. post Paul. in l. 1. §. si quis ita. num. 29. ff. de verbo. oblig. & Alcia. in l. nemo. num. 23. deleg. 1. vbi tenet, quod si solemnities non seruat in testamento, videtur illusorium † actum facere voluisse. l. an inutilis. ff. de acceptila. & ideo neque ut nuncupatiuum valebit testamentum hoc, prout expresse tenuit glossa dict. leg. final. ff. de iure codicillorum, quia quod potui, nolui, & quod volui adimplere, nequini. l. multum interest. Codice si quis al. vel sibi. cap. cum super Abbacia, de offi. del. & quam plura alia pro hac allegare possem parte, que in aliud propositum allegat Burgos de Paz, in lege tertia. Tauri. 1. par. conclus. secunda,

numero 219. cum pluribus sequentibus. Cum enim pro infecto habeatur, nullum est, prout latissime tradit Parisius. consil. 19. columna 2. libro. 3. vbi hanc secundam opinionem probat, & allegat pro ea Cynum, & Alberi. & probat lato sermone. Matthe. Afflict. decisione 143. dicens ita fuisse iudicatum, & ista est communis secundum glos. Enporidad, in lege secunda, titulo primo, parte sexta. Et Tellium hic 5. parte, numero quinto cum sequentibus vbi latè examinat, quando dicimus aliquem voluisse testari in scriptis, & ex quibus coniecturis constabit, & cui incumbat onus probandi imperfectionem testamenti, * tradit ipsemet Telli. hic 2. parte. numero 18. cum duobus sequentibus. Et istam eandem opinionem ante eos tenuit Oldradus relatus & plura allegando per Decium. consil. 159. volumine primo. & in capite secundo, numero tertio de testi. & in lege prima, C. de secund. nup. & in l. fin. num. 7. C. unde legit. & Paul. consil. 365. & lo. in additio. ad Specul. titulo de instrument. edit. §. compendiose. num. 31. litera K. dicens ita fuisse iudicatum, & Alex. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testament. numero quarto. & illud consilium Oldra. communiter approbati inquit Ias. consil. 155. vol. 4. Et Couar. in capit. relatum. 1. num. 9. de testam. vbi tenet, quod neque quoad legata pia valebit, licet quoad pia contrariam dixerit communiorem Tira. de priui. causa pia, priuileg. 7. vbi quoad non pia tenet hanc secundam opinionem, quoad omnia tamen siue pia, siue non, tenet etiam hanc secundam Burgos de Paz. l. 3. Tauri. 1. par. conclus. 2. numero 232. cum sequentibus pluribus. & numero 235. inquit Aretinum per eum ibi relatum, & contra Oldradum communiorem dicentem non loqui in terminis Oldradi, & ideo non dissentire ab opinione eius, & num. 238. inquit ipse Burgos, quod bis vidit Oldradi opinionem in cancellaria seruari, & secundum eam iudicari eo patrocinate, & num. 249. communiorem testatur, nullum esse discrimen inter liberos & piam causam, † quando testamentum deficit ratione voluntatis, sed quoad liberos concludunt omnes indistinctè nil valere, ergo neque quoad piam causam. Et sic hæc etiam communior dici poterit, & nouissimè post hæc vidi Iulium Clarum, lib. 3. sententiarum. verbo testamentum quæstion. 4. hanc 2. tenentem, quoties constaret testatorem voluisse in scriptis testari, & numero 2. inquit omnes fere Doctores sic sentire, & quod Gozadinus, vbi supra. dicens contrariam communem, fallitur, nam non est communis & sic in nostro casu vno neque alio modo valebit. Quid enim aliud voluit testator hic facere dum recitauit scribenda, & subscripsit se, nisi illud quod dixit Couar. vbi supra. cum testator dixit coram testibus, & recitauit tenorem testamenti, & post iussit vocari testes & Tabellionem, & interim mortuus est, nam & in hoc casu non valeret illud quod testator proposuerat facere, quasi incepisse videatur: Neque Doct. primam opinionem tenentes negat, quod si testator se arctauit ad testandum in scriptis, & quod sic & non aliter voluit testari & non fecit, quod licet adfuerit sufficiens solemnitas ad testandum nuncupatiuè, non valeat vllò vel alio modo, imò potius concedunt nullo modo valere, sed loquuntur, cum sumus in dubio an in scriptis testari volue-

voluerit, tunc enim ut nuncupatiuum valebit, si adfuit solemnitas nuncupatiui, *ut optime aduertit Clarus ubi sup. & Burgos in 5. parte. l. 3. Tauri. num. 1369 cum pluribus sequentibus.* si tamē certum sit voluisse testari in scriptis, vel ex sufficientibus coniecturis ita constiterit, tunc neque ut nuncupatiuum valebit, & in hoc quasi nemo discrepat. *secundum Telli. in d. 5. par. num. 8. & Burgos. ubi sup. num. 1373, & Afflictis. decis. 143. & Grammati. decis. 62. num. 15. cum seq. ubi dicit in votatum, & num. 17. testatur hanc communem, & sic non datur in hoc casu cōtrarietas inter Doctores excepto Boerio. d. decisione 240. & Mincháca, ubi sup.* Neque obstant in nostra quæsti. fundamenta pro prima opinione allegata, quoniam cum testator in terris regijs testari voluit, ius † Regium tenetur seruare, neque sufficit solemnitas canonica, quæ in terris subiectis Ecclesiæ tantum est valida *ex tex. uncto communi intellectu, teste Couar. ibi. num. 12. in cap. cum esbes, de testa. & ex dictis per Burgos. d. l. 3. Tauri. 1. par. num. 799. & 801. & 802.* Item quia tunc demum sufficeret solemnitas canonica ubique in testamento clerici, quoties deficeret solemnitas civilis, non vero si adest defectus voluntatis, ut hic, tunc enim siue testetur secundum solemnitatem canonicam, siue regiam non valebit tale testamentum, cum non deficiat ex defectu solemnitatis, sed voluntatis. Neque itidem obstat illud, quod iam testator suam declarauit voluntatē, & ideo nihil aliud inspiciendum, quia respondeo id negando quādoquidem poterat addere & minuire, & inter os & ossam, ut aiunt, multa possent testatori euenire in mentem & voluntatem, propter quæ scripta mutaret, & voluntas sua in effectu suspensa fuit illo verbo, vellem in scriptis testari, & cum suspensa fuisset, & antequam id impleret, mortuus fuit, remansit eius voluntas suspensa, & imperfecta. Neque itidem obstat dicere, quod valeat in vim fidei commissi, quia illud verum quoties testamentum deficit propter aliquam aliam solemnitatem, quā voluntatis, sed si propter defectum voluntatis deficiat, neque in vim fidei commissi valebit, cum voluntas deficiat, imò neque tunc clausula codicillaris aliquid operabitur, † *prout optime defendit Telli. in l. 3. Tauri. 5. par. num. 9. cum duobus sequent. & Meneses, in l. ex testamento num. 7. & 8. C. de fidei commiss. licet Afflictis decisione. 144. contra tenuerit, existente dicta clausula codicillari, ut, scilicet valeat ut nuncupatiuum & voluit Burgos de Paz. plures allegas in d. l. 3. Tauri. num. 1385. nam & adhuc tunc teneo nihil valere tale testamentum ratione voluntatis defectiuum, prout verissimum testatur Padilla, in dict. num. 7. id in. nume. 8. & 9. fornicas, secus vero si ex defectu solemnitatis deficeret, prout loquuntur Doctores relati per Burgos, ubi sup. quod tamen hodie verificari non potest, cum eadem solemnitas in codicillis requiratur, quæ in testamento nuncupatiuo, ut aduertunt Anto. Gom. hic num. 77. & Padilla, ubi supra, num. 11. licet quoad nostrum casum hoc non obstaret, ut dictum remanet supra, & quoad alia prodesse & hodie potest, secundum Burgos de Paz. ubi supra, num. 1335. Neque obstat etiam aliud argumentum, quod ex l. Pamphilo. §. propositum. de leg. 3. clericus hic hæres institutus assumebat, scilicet, quod prius coram sex testibus testator declara-*

uerat illam eandem voluntatem, quam in testamento illo scripserat & proposuerat, quia ut hoc, & sic textus ille * procedat plura requiruntur interuenire, scilicet, quod testator illa verba dixerit ad interrogationem alterius & conuocatis amicis, & quod sit tempore mortis, & sit illa sua determinata voluntas, *secundum Dec. conf. 159. & ante eum Bart. in l. gerit. n. 13. ff. de acq. hære. & in l. si. ff. de test. & l. 1. §. si quis ita. ff. de ver. obli. ubi Ias. n. 5. cum 5. seq. Alex. 15. Rip. 18. communem hunc illius text. intellectum testantur, idem Ias. in lege cunctos. numero vigesimo. C. de sum. Trin. & in l. serui electione, numer. 44. de leg. 1. licet ibi & malè Bar. colu. fin illum intellexerit.* Et tandem in supra dicto casu & themate, res transactione sopita fuit inter clericū hunc hæredem & venientes ab intestato testatoris huius, licet quoad propositū nostræ quæstionis vera resolutio est, quod si cōstat testatorē voluisse testari in scriptis, neque ut nuncupatiuum valebit, & in hoc nemo dubitat ex ijs, quos viderim, nisi solus Boerius, & Mincháca. *ubi supra* contra omnes & malè. Si vero de hoc non constet, valebit ut nuncupatiuum, si nuncupatiui testamenti solemnitates habeat, *ut ex dictis Doctoribus colligitur. & præsertim ex Tello, ubi supra. & melius in Claro, ex dicto §. testamento. quæst. 4.* Et quando ex coniecturis constabit vellet testatorem in scriptis testari, tradit Felinus, *ubi supra* & Burgos de Paz, in præsentī, numero 1375. cum seq. & Mantica de coniectu. vltim. vol. lib. 1. titul. 7. ex quibus nunquam aliquibus placebit doctrina Mincháca, *ex l. 1. titulo 1. parte 6. dicentis testatorem debere declarare se velle testari in scriptis & non alio modo, nam lex illa hoc non probat, ut aduertit Burgos, ubi sup. numero 1379.* Mihi tamen non displicet dicta doctrina Mincháca, imò placet cum Tello, *ubi supra. 5. part. num. 14. in fine, & Burgos, ubi sup. num. 1367.* Fuit tamen in propositum dicti thematis & transactionis dubitatum, cum hæres hic in testamento illo institutus approbauerit testamentum illud, an possit * postea illud reprobare in totum, vel in partem, *de quo. ex Burgos, ubi supra numero. 1390. cum seq. ubi num. 13. communem testatur quod potest, ut voluit Ba. d. in l. alia, col. 2. num. 4. versicul. sed pone. C. de ijs qui. ut ind. & Alex. consil. 124 num. 6. & consil. 184. num. 2. vol. 7. quod est verum, & sic loquitur Baldus, & comatnis, quoties testamentum peccat respectu solemnitatis publicæ, puta quia deficiunt testes, tunc enim approbatio eius nihil operatur saltem ut valeat in vim testamenti, sed ut valeat in vim contractus benè operabitur talis approbatio, si de approbatione factum sit instrumentum, de quo tamen vide Alex. in l. non dubium. C. de testam. & Guidonem Papa consil. 55. num. 5. §. sic potest declarari doctrina glos. in l. 1. §. editiones ff. de edendo, de qua per Deci. in capit. cum venerabilis num. 22. de exceptio. dicentis quod producens instrumentum in iudicio, non potest post illud impugnare, ut non procedat quoties tale instrumentum peccat † defectu solemnitatis publicæ, qui quidem renuntiari non potest, nam tunc posset per producentem optime reprobari: sed si testamentum esset defectuosum fauore priuato veluti quod filius non præteratur, exheredetur, vel non grauetur in legitima, tunc si approbetur per talem exheredatum*

68 datum præteritum, vel grauatum, non potest post impugnari, † quin ut valeat etiam in vim testamenti, prout loquitur. l. 6. titulo 8. par. 6. Quã doctrinam colligo ex Tello hic. num. 10. 2. partis. estque inaximi effectus distinctio hæc, nam ut colligitur ex Telli. in ead. 2. part. num. 20. si valere debet in vim contractus, res vinculata & alienari prohibita in testamento illo, si alienetur, trãfertur dominium in emptorem, & valet alienatio, ut per Ant. Gomez. l. 49. Tauri. num. 25. & 26. & non obstante tali prohibitione potest irrevocabiliter alienari, secundum las. in l. fin. numero. 4. C. ad Trebel. & Couar. in cap. Raynaldus, in princ. num. 4. de testam. & Molina, de primogen. 1. part. cap. 12. num. 30. & seq. si verò valeret in vim testamenti, non valeret talis alienatio. Veruntamen, quia ex prohibitione alienationis facta pervia vinculi & maioratus etiam in contractu in nostra Hispania impediri translationem dominij non desunt è nostris, qui asserant (ut est Ioan. Oroscius, in l. nemo paciscendo. ff. de transaction. col. 955. in medio, & Molina, de primogenijs Hispanie, lib. 1. c. 12, num. 31. eò quod statim transfertur possessio & Dominium inuocatum mortuo ultimo possessore, secundum Telli, in l. 27. Tauri, num. 4. vbi inquit vidisse magnam controuersiam circa hoc) non ex toto applaudet dicta distinctio, licet poterit deferuire quoad modum petendi ex testamento, vbi dicta alienatio prohibetur, & in plurius alijs in quibus testamentum à contractibus differt. In quorum propositum & alia fuit dubitatio proposita, num, scilicet venientes ab intestato, qui testamentum illud impugnarunt, possint postea ex eo se iuuare. Ponamus enim, quod res vinculata in testamento illo secundum vocationes à testatore designatas deueniat ad vnum ex eis, an admittetur ad eius successionem † & videbatur dicendum quod non, quia quod quis semel reprobauit, amplius ex eo se iuuare non potest, per iuris regulam, & per tex. in l. Qui Titij testamentum, ff. de ijs quib. ut ind. quem allegat Ant. Gomez. l. 22. Tauri, num. 13. Item quia cum in nostro casu, primo testatori vinculum constituenti succedatur, ex dictis per Couar. in Pract. cap. 13. numero sexto. & Anto. Gomez, tomo primo, ca; i. 12, numero 48. in medio, & gloss. Delinage, in l. nona. titulo septimo, part. secunda per text. ibi, & Menessium, in l. vnum ex familia, §. si de Falcidia, numero septimo, de legat. 1. merito repellendus est ille impugnator, qui vult constituenti succedere, cum tex. in d. l. Qui Titij, ideò non repellendos impugnatores disponat, quia ipsi testatori non succedebatur, sed hæredi, & ita quod non succedat, videtur tenere Boerij decisio 147, num. 18. idque verum intelligo, quoties ex vi testamenti volet succedere, secus verò si ex vi pacti & transactionis inter ipsos venientes ab intestato factæ, cum hærede ipso & primo ad vinculum & maioratum vocato, quæ quidem sunt notanda, & pro huius legis exornatione sufficient, ut ad alia deueniamus, cætera si quæ sunt, per Doctores hic videbuntur.

S V M M A R I V M.

1 Damnati ad mortem in ciuitatibus testari non

- poterant, numero 1.
- 2 Damnatus in perpetuum carcerem an testari possit, num. 2.
- 3 Testamentum factum ante confiscationis incursum an inuadabitur. 3.
- 4 Damnato ad mortem an sicut licet actiue testari, licebit & passiuè, 4
- 5 Bannito siue in exilium misso siue veniat aliqua hereditas ab intestato an ipse vel fisco succedet, 5
- 6 Fraudem aut dolum non committit neque pauperior efficitur nollens acquirere. num. 6. nisi ut ibi. & num. 8. miratur author de gloss. contradicente.
- 7 Bona futura nunquam veniunt in confiscatione. 7. & num. 9. ampliatur.
- 10 Hæreticus an possit capere ex testamento hereditatem. 10
- 11 Testari potens, potest & codicillari. 11. & declaratur, num. 14. & 15
- 12 Lex noua corrigens vnum de casibus equiparatis censetur & alium corrigere. 12
- 13 Statutum prohibens minorem testari censetur prohibere & codicillari. 13
- 15 Superfluitas quibus in casibus excusetur, remissiuè. num. 16
- 17 Auth. bona damnatorum. C. de bon. prof. & similes an per l. nostram corrigatur. 17
- 18 Declaratur dispositio l. cum ratio. §. si plures ff. de bon. damn. num. 18
- 19 Delinquens non potest de bonis confiscatis ob delictum disponere. 19. ampliatur, ibi.
- 20 Bona hæretici confiscata applicantur fisco etiã filijs existentibus. 20. vbi & an saltem alimenta eis præstabuntur.
- 21 Crimen etiam læsæ maiestatis humanae committentis bona confiscantur. 21. & num. 22 declaratur. & 23
- 24 Septuaginta casus vbi bona alicuius confiscatur remissiuè, num. 24
- 25 Iudex si in sententia publicauit bona, quæ filijs non erant auferenda hæc sententia non transit in rem iudicatam. 25

In l. 3. quæ solebat esse. 4. legum Tauri.

S V M M A R I V M.

Damnatus ad mortem potest facere testamentum, vel aliam ultimam condere voluntatem, & committere alij faciendã, & ipse & eius commissarius possunt disponere, & testari de bonis, exceptis illis, quæ propter delictum veniunt camere regie, vel aliæ personæ applicanda.

In cuius

In cuius legis declarationem & commentum Doct. nostri plura effundunt super ea, & satis extra propositum, prout hic asserit Tellius, ego tamen pauca, et materiam declaratoriam nostri text. in medium proponam.

Ibi, *Pueda hazer testamento*, in correctionem iuris ciuilibus & regij processerunt verba hæc, videlicet text. in l. eius qui. §. cui aqua vsque in finem. ff. de testam. vbi probatur, quod damnatio ad mortem, vel ea damnatio ob quam perditur ciuitas, vel libertas, vel vita, impedit testamenti factionem, & rumpit iam factum, quãuis esset secus in damnatione illa, ex qua fama solum lædebat. Ex quo dicebat Bar. *ibidem versiculo. Quaro quid de illis*, quod damnati ad mortem in ciuitatibus non possunt testari, † quia statim efficiuntur serui pœnæ, *vt ibi & in l. qui ultimo. ff. de pœnis* quæ tamen *ex tex. nostro* correctæ manēt, sicut & l. qui à latronibus. §. si quis in capitali. & l. si quis filio exheredato. §. sed & si quis. ff. de testam. & l. 15. titul. 1. par. 6. quæ morti damnatos non permittebant testari, prout considerat (Castillo, hic gloss. 1. & per Iulium Clarum, lib. 3. selectarum. §. testam. quest. 21. & que. 19. & 21. de bannitis tractabat. Cessat itidem questio illa, an damnatus in perpetuum † carcerem testari possit, de qua per Clarum, *vbi sup. quest. 22.* ex lege enim nostra potest optimè secundum Couar. in 3. parte Rubricæ de testa. n. 27. *vers. iure autem antiquo, de quo & Siman. de inst. cathol. tit. 16. num. fin. & Matienzo hic gloss. 3. nu. 7. & Auenda. hic gloss. 2.* Sed an testamentum antea factum reuocabitur, si delictum est tale propter quod bona extra crimen *hæresis confiscabantur, tradit Tellius in l. 17. Tauri, numero 131. Est tamen quæstionis, num sicut per legem nostram damnato ad mortem permittitur actiue testari, permissum etiam censetur & passiue, † vt scilicet hæres in testamento alterius institui possit, in quo ex nostris primus omnium Zitiuen. hic. n. 2 mouet quæstionem, & tandem tenet quod non habet passiuam actionem, licet actiuam sic, motus aliquibus fundamentis, & hanc quæstionem tetigit gloss. in l. 15. titul. 1. par. 6. & indecisam sub cogitatione reliquit, Anto. tamen Gomez, hic. n. 6. per tres casus distinguit decisionem huius quæstionis, primus, scilicet, quotiescumque condemnatus est quis, & appellauit: nam si durante appellatione instituat heres ab aliquo, capere hereditatem potest, sicut & iure ciuili hoc in casu testamenti actionem actiuam habebat, secundum d. l. 15. titulo primo, par. 6. idemque & si esset intra tempus datum ad appellandum, & iste erat secundus casus Antonij Gomez, quem & assererat Couar. in Pra. ca. 23. num. 2. cum paria sint appellare, vel esse intra tempus appellandi, secundum glo. in l. ex iudiciorum. ff. de accusatio. Tertius tamen & difficilis casus est, cum quis est condemnatus, & sententia est non slata in rem iudicaram, & antequam executio realis fiat, ab aliquo instituitur hic condemnatus hæres, in quo etiam ipse Antonius Gom. *ind. n. 7. ex lege nostra* tenet, quod capere potest hereditatem tam ex testamento, quam ab intestato, quod pluribus

fundamentis, & responsionibus ad contraria argumenta profecutus est in præsentem Tellius. nu. 21. cum pluribus sequentibus, sequendo hanc eandem opinionem, quam & sequi voluit gl. magna, in mediol. 5. titul. 31. part. 7. & Mincha. de succes. propaga. lib. 1. §. 2. num. 11. cum pluribus sequentibus. & Matien. quem multo post hæc mea scripta vidi, in præsentem gloss. 3. num. 6. & nouissimè Auenda. hic gloss. 5. num. 9. licet idem Anton. Gom. tom. 1. Varia. c. 10. num. 29. velit & male in hoc contrarium tenere. Sed prima verior est & tenenda ex lege nostra, qua quidem iam damnatus ad mortem non efficitur seruus pœnæ, prout antea efficiebatur, & sic cessante ratione legis antiquæ, cessat eius dispositio, *ex ca. cum cessante. & eius materia, de appella.* Ex quibus itidem cessat iam dubium propositum ab Horoscio, in l. si qua pœna, column. 264. in medio. ff. de ijs qui sunt sui vel ali. iuris, num si in exilium misso siue bannito patris sui aut alicuius extranei hæreditas superueniat ab intestato, an filius, vel filius potius banniti vel venientes ab intestato succedent, * & tandem ibidem concludit, † receptius esse venientes ab intestato successuros, & fiscum exclusuros, quod cum iam attentis supradictis, exules & banniti actionem testamenti passiuam, sicut actiuam habeant, & capere possint ex testamento, & ab intestato, ipsi exules & banniti si sunt hæredes instituti, vel sunt proximiores succedent, non verò fiscus, neque alij venientes ab intestato, si non sunt ita proximiores, sicut sunt ipsi exules & banniti, nisi ipsi exules & banniti repudiarent hereditatem, quia tunc sequentes in gradu succedent fisco excluso, & sic & hodie illa opinio Ioan. Horoscij procedere posset, possunt enim banniti illi repudiationem hanc facere, vt euitent confiscationem honorum suorum aduersus eos factam, neque ex hoc dicuntur quidquam in fraudem fisci facere, imò & datur pro cautela, vt sic fiat, nè forte ex bonis superuenientibus fiscus aut pars alia, in quorum fauorem facta fuit confiscatio & condemnatio bonorum, capiant condemnationem pecuniarum eis applicatam: non enim fraudem aut dolum committit desinens acquirere, neque pauperior efficitur. Neq; habet locum titulus ille. Ne quid in fraudem creditorum, quia iste titulus tunc locum habet, cum diminuitur aduersus, non verò si repudietur acquirendum, *ex tex. optimo & singul. in l. qui autem ff. de ijs qui in fraud. heredi. expresso ad hoc, maxime cum non sit iste bannitus & damnatus obligatus ex contractu, vel qua, ex quo teneatur acquirere, quo casu non potest dici esse in fraudem non acquirendo, argumento doctrinae Bar. in l. 1. in princ. ff. de tab. exhiben. sicut & de contra diceretur, si esset obligatus ex materia & contractu, ex quo acquirere teneretur, secundum Ioan. Fab. in d. manet. inst. de societa.* Et hanc in nostro proposito cautelam, & conclusionem veram testatur Tellius, hic num. 53. & nouissime veram eam dicit Auendaño hic gloss. 7. nu. 6. & faciunt pro ea plura congesta per Palu. Rub. in rubrica. §. 47. numer. 4. cum sequentibus fol. 26. & per Suarez, in l. 1. De las ganancias, fol. 11. pagi. 2. in antiqua impressione. Licet & quia bona futura nunquam veniunt † in confiscationem, *ex text. quotidiano & singulari in lege Papirianus. §. qui bona. ff. manda. vbi plura alquando allegari in eius exornationem, qua misa*

Quæ. 2

6

7

facto

facio ne diuertantur à materia. Cum ergo fisco nul-
 lum ius, neque parti accusanti sit quaesitum, in
 bonis illis futuris neque in re neque ad rem, me-
 rito quod etsi repudientur per condemnatum,
 non possit dici in fraudem fisci & partis factum. Ex
 8 quo valde miror, quod restetur * gloss. magna, in
 l. 12. tit. 10. par. 5. quod in consilio regio fuerit in
 simili casu executio facta in bonis repudiatis per
 condemnatum quemdam ad pœnam pecuniariã,
 & stante condemnatione obuenerit ei matris hære-
 ditas, & repudiavit illam, & non obstante repu-
 dicatione executio in bonis illis repudiatis facta
 fuit, & nescio qua ratione nisi forsitan ex eo quod
 apparuerit renuntiationem simulate factam fuisse,
 vt condemnatio in illis bonis euitaretur, qua vita-
 ta bona in dominium repudiantis erant reuersura,
 aliter enim si vere & realiter ac sine simulatione
 renuntiatio talium bonorum fiat, non video qua
 ratione inuvalidari possit, & executio in eis fieri.
 Quod in tantum verum crederem, quod etiam
 9 si creditor habeat bona istius debitoris * hy-
 pothecata, adhuc tamen si repudiet bona adqui-
 renda, valet renuntiatio, neque in bonis re-
 pudiatas executio aliqua fieri potest, cum in
 eis nullum ius repudians habuerit, neque in eius
 dominio aliquando fuerint, prout optimè con-
 tra Ancharra, tenet Tellius, num. 55. cum qua-
 tuor sequentibus, licet opinio Ancha. procedere
 posset, quotiescunque isti tali debitori repudian-
 ti esset factum aliquod legatum per alium, isto
 enim casu repudiatio talis legati non præiudica-
 ret eius creditori habenti bona talis repudiantis
 hypothecata. Nam cum *ut suo loco dictum est*, do-
 minium rei legatæ transeat in legatarium à mor-
 te testatoris, *vt l. à Tit. ff. de furt.* merito quod cū
 in eius intrauerit dominium legatum illud, &
 sic sub hypotheca ceciderit, quod non præiudi-
 cet tali creditori renuntiatio dicti legati, quod no-
 ta, quia est mea & noua consideratio, & alijs
 rationibus adductis per Tellium, vbi supr. con-
 tra Anchar. fulciri potest, & in facto latius cõ-
 siderabis & cogitabis. Sed an hæreticus *legem nostram*
attenta & supra dictis, potest capere † ex testa-
 10 mento hæreditatem, in correctionem. l. 4. titul.
 26. part. 7. quæ illum inhabilem reddebat ad
 hoc. Et dicendum est quod non, tum vt cor-
 rectio euitetur, tum etiam, quia cum testari non
 possit, quandoquidem bona eius omnia confis-
 cata sunt ipso iure, & per consequens *ex tex.*
nostro intestabilis est, merito quod neque ex te-
 stamento *ex dicta l. partita* capere possit, *vt vo-*
luit Simancas. de Instit. Cathol. titulo 46. numero
quinquagesimo-sexto.
 Ibi, *† codicillos*, legem nostram super his ver-
 bis arguere voluit de superfluitate Castillo hic.
 Nam cum de iure ciuili dispositum reperiremus,
 quod qui potest facere testamentum, potest &
 11 codicillari, * *secundum l. diui. §. codicillos. ff. de*
iure codicil. l. 13. tit. 1. iuncta l. 1. ibidem, in parte 6.
 lex noua corrigens vnum de casibus æquiparatis,
 12 censetur & aliam corrigere, † & in eo disponere
tex. l. si quis seruo. C. de furtis, hæc enim inter-
 preratio dicitur passiuæ, quæ valet ad supple-
 dam legem nouam, *secundum Alexan. in l. 1. §.*
lex Fulcilia. ff. ad l. Falcid. Thobias, in §. posthu-
mis. Inst. de exher. l. num. 7. vers. secundo, & vlti-
mo, & hanc vt regulam ponit Anto. Gom. de iustit.

cap. 11. num. 1. in fine, & Suárez, in l. quoniam,
 in preludio ad l. regni, pagi. 124. col. 2. per totam cum
 sequentibus, & Tellius hic num. 22. & 25. hanc de-
 clarans regulam, & Ber. Diaz, in regul. 428. ex
 hoc quæ infert Suarez vbi supr. quod si statutum
 prohibet quod minor 25. annis non possit testari,
 non poterit & codicillari, * *secundum Bar. l. 2. de*
lega. 2. quem etiam ad hoc alleg. glos. 2. l. 1. titul. 12.
par. 6. Si ergo hæc de iure statuta erāt, merito in
 nostro tex. sufficeret dicere quod posset testari,
 vt sic & codicillari posse intelligeretur, & cen-
 seretur dispositum, qua de causa vt superfluitas
 euitetur, Castillo hic, super ijs verbis vno mo-
 do respondit, scilicet, quod nihil hic superfluum
 adest, imò necessaria sunt verba hæc, quia licet
 qui potest testari potest & codicillari, est verum,
 quando non reperitur prohibitum * per aliquam
 legem testari, quia si prohibitum reperiretur,
 prout per dict. l. 15. tit. 1. par. 6. prohibetur, expresse
 debuit per aliam legem concedi quod possit testa-
 ri & codicillari, quia si solum testari permittere-
 tur, non intelligeretur permillum codicillari, cum
 id per legem antiquam esset prohibitum. Quæ
 quidem solutio & responsio mihi ex toto non
 satisfacit, cum etiam in exorbitantibus & corre-
 ctorijs dicta regula locum habeat, *secundum Ber-*
nar. Diaz, regul. 428. limita. 2. & Anton. Gom. vbi
supra. Ideò ego respondeo, quod ex alia causa non
 censentur hæc nostræ legis verba, *† hæc codicillos*
 superflua, quia regula illa quod lex noua corri-
 gens & disponens super vno de casibus æquipa-
 ratis, censetur & super alio disponere, procedit
 & loquitur quando æquiparatio erat à iure facta
 per modum regulæ generalis & generaliter ex-
 pressæ, ceterum si huiusmodi non est æquipara-
 tio, * prædicta regula non procedit, *secundum*
 15 *Telli. hic num. 25. & Ber. Diaz, vbi sup. limitatio.*
quinta, sed quia licet dicta Regula per modum
 regulæ generalis posita sit, *in l. diui. §. Codicillos,*
is demum. ff. de iure codicillo. tamen quia lex no-
 stra non ponit regulam generalem, sed dispo-
 nit in casu speciali & specialiter prouiso, neque
 disponit in materia legis antiquæ, in qua ad æqua-
 tio fuit facta, non procedit regula illa, *secundum*
Ber. Diaz, vbi sup. limitatio. neque per legem an-
 tiquam reperiebatur facta ad æquationem & æquipara-
 tio ista, quod sicut non poterat damnatus testa-
 ri, sic neque codicillari, merito lex noua & sic
 nostra disponens quod damnatus ad mortem pos-
 set testari, habuit necesse addere & codicillari, &
 est hæc mea in hoc subtilis & vera consideratio,
 vt superfluitas euitetur, quæ etiam euitatur quo-
 ties lex noua addit aut detrahit legi antiquæ,
 prout nostra. Item & quia si causa tollendæ dubi-
 tationis aliquid de nouo disponatur, excusatur
 superfluitas, vt per Docto. in præmio Gregoriano.
 §. sanè maxime per Felin. in capim. solita, de maior.
 & obedi. vbi ponit casus in quibus * Papa de 16
 superfluitate excusatur, quos & ponit gloss. in
 regula cancellariæ, regul. 1. & Anton. de Burgos,
 in capitulo, cum causam, de empr. & ven. & quia
 quoties verba apponuntur ad maiorem declara-
 tionem, licet tacite inesset superfluitas, non
 posset argui legislator de ea, *secundum Gomezium,*
de subrogan. collitigan. in reg. cancellaria, quest. 3.
pag. 3. in medio. Sed si nostra lex verba hæc, *† codicil-*
los, non apponeret, nonne antiq. & maxima oc-
 casio

caso daretur dubitadi, an codicillari posset damnatus admortem, praesertim ex dictis per Bar. Soci. *con. 13. nu. 31. lib. 3.* & Soci. Iuni. *consil. 8. lib. 1.* relatos per Auenda. *hic glos. 6.* ideo necesse fuit verba haec in lege inferi nostra. Aliam declarationem ad dictam regulam, quod qui potest testari potest & codicillari, reperies per Barro. Socin. *consilio 13. num. 31. volum. 1.* Sed & nunc querendum est oportune an per istam. l. sit correctam Authe. *bona dam.* † *C. de bon. prof. l. 5. t. 31. p. 7.* cu ea concordas. In quo praemittendum est, quod licet iure digestorum efficiebatur damnatus, ad mortem intestabilis, & dimidia pars bonorum reservabatur duobus suis filijs, & si plures quam duos habebat in totum reservabatur, *ex l. cum ratio. §. si plures. ff. de bonis damnato. & optime per Castillo, hic in gloss. De suis bienes.* & hoc si bona ex lege non confiscabantur, sed in consequentiam poenae, *ut infra dicetur, in verbo, Confiscados,* successit tamen dicta Authent. *bona damnatorum,* quae ex indulgentia non solum filijs, sed & ascendentibus & transuersalibus applicat bona usque in infinitum, non tamen adhuc tunc poterat talis ad mortem damnatus testari, sed tanquam lucrum datum a lege inter personas numeratas dabatur in bonis ijs successio, per leges regias usque ad tertium gradum restricta, *secundum Cisuent. hic num. 3.* Deinde successit benignitas regni Hispaniae, & disposuit quod de parte, quae non confiscabatur, posset testari, *ex lege quinta, titulo De las demandas, lib. 5. fori,* a contrario sensu, quod ita praticari affirmabat ibi Montalius, verbo, *Deuan perder,* postremo successit lex nostra disponens quod possit talis condere testamentum ac si non fuisset condemnatus, & quod possit alteri committere, & ipse vel eius commissarius possint disponere de bonis non confiscatis propter delictum, vel parti applicatis, quae omnia consideravit Tellius, *hic num. 15.* Quibus praemissis elicitur, quod dicta Auth. *bona damnatorum* per tex. nostrum remanet correctam circa facultatem testandi, per tex. enim illum solum permittebatur quod bona ipsorum damnatorum ascendentibus, descendentibus, & transuersalibus applicarentur, non tamen quod ipse possit testari, per nostram tamen legem non solum permittitur testari, sed & quod de eis ad libitum disponere possit talis ad mortem damnatus, & per consequens praelegare, & meliorare poterit, *prout aduertit ipsemet Tellius num. 17. cum sequentibus aliquibus in presenti, & eum sequitur Pelaez, de maioratibus. 1. part. question. 1. numer. 50. contra Suarez & Couarruias per cum relatos & nouissime per Auend. hic gloss. 5. num. 10. cum sequentibus,* & sic optime concludit ipse Tellius dictam Authent. *bona damnatorum* esse correctam, siue damnatus ad mortem decedat cum testamento, siue ab intestato. Cum enim lex ista nostra vocet sua bona illa, quae non applicata per legem, aut per iudicem fisco, vel parti sint, merito quod tanquam de bonis suis ad libitum disponere possit, & quod in eis, si intestatus decedat, succedant filij tanquam in bonis a patre suo prouenientibus, & sicut succedere debebant si pater non esset ad mortem damnatus, cum pro non condemnato quantum ad hoc ex lege

nostra habeatur. Et ex ijs teneo cum Tellio, quod lex nostra corrigit. d. Authen. *bona damnatorum,* siue damnatus ex testamento, siue ab intestato decedat, licet glo. *Señalados, l. 5. titu. 31. parti. 7.* velit dictam Authen. in suo robore manere quoties ab intestato decedit talis ad mortem damnatus. Et licet etiam videantur in effectu succedere, ex dispositione dictae Authent. *bona,* quia descendentes ascendentibus, & contra succedent, & eis deficientibus transuersales, & sic dicatur non esse correctam, tamen quia succeditur diuersis respectibus, est vtile scire & tenere quod corrigitur, primo quia intenta illa Authe. succedebatur condemnato, & bona eius supradictis personis applicabantur, non tanquam a condemnato habitis, sed tanquam a lege, lege tamen nostra intenta dictorum bonorum successio datur, tanquam bonorum patris, licet ad mortem condemnati vel alterius praedeccessoris, cui ablata non fuerunt, sed sua remanserunt plenè, & ac si condemnatus non esset. Igitur negari non potest dicta correctio, *dictae Authen. & dictae l. 5. Partiarum cum ea concordantis,* ut aduertit Tellius *hic numer. 19* pluribus quam necesse esset verbis inrictis declarans, & post haec mea scripta produxit sua in lucem Matienzo, quae multum post temporis vidi, & in praesenti in glossa sexta, numero tertio, *cum sequentibus,* hanc eandem tenuit opinionem, ac si ipse mea vidisset scripta, vel ego sua quod esse non poterat, cum per tot milliarum leucarum distantes essemus, & hanc Telij testatur veriore opinionem & bene, & iterum in glossa nona.

Ibi, *Lo faga por el,* seruatis tamen in danda hac commissione, & in ea exercenda per commissarium, cui datur, requisitis & solemnitatibus ac terminis legum. *5. & 6. & 7. huius tit. & libr.*

Ibi, *Por el delicto fueren confiscados,* Intellige haec verba, quotiescunque bona per legem confiscantur propter delictum, illa enim fisco reservata censentur etiam iure communi antiquo attempto, secundum quod dimidia pars filijs duobus reservabatur, & si plures erant totum, *ex l. cum ratio. §. si plures. ff. de bon. damnatorum,* nam dispositio dicti §. *si plures,* * procedebat quoties bona a lege non confiscabantur, sed veniebant in poenae consequentiam confiscanda, secus vero si per legem confiscarentur, nam tunc non filijs, sed fisco applicari debebant, *secundum Bartolum, in lege 1. ff. de bon. dam.* Quam communem opinionem testatur Boeri. *in tract. de seditionis. 7. notab. num. 30.* & tractat pulchre Rogerius, *in l. si cui nune. decimo-septimo, cum sequentibus, de testament.* probatque text. *in lege quinta, titu. 31. p. 7.* secundum quam quoties bona per legem propter delictum confiscantur, non potest delinquens de parte confiscata disponere, † *prout tenet Bernar. Diaz in reg. 19 f. in 2. ampl. & in 5. limi.* & intelligo de confiscatione siue ipso iure per legem imposita, siue per iudicem imponenda, ex legis tamen prouisione, & mandato prout lex nostra denotat, ibi, *Confiscados,* quod est verbum temporis praeteriti, & sic confiscationem ipso iure factam denotat, & ibi *se ouieren de confiscar,* quod est verbum futuri, & sic confiscationem declarandam per iudicem denotat, & per consequens

de ijs bonis non potest damnatus testari, sed fisco referuantur, vt est in bonis hæretici condēnati, cuius bona ipso iure applicantur fisco, etiā si filios hæreticus habeat, *ex cap. vrgentis, de hered. in 6. & ex alijs iuribus canonicis, quæ seruanda sunt, secundum Cifuen. hic, & Telli. numero 34. & Didacum Perez. in leg. 1. titu. 1. lib. 1. Ordi. col. 33. in medio, & gloss. l. 7. titu. 7. part. 6. & leg. 4. titu. 26. part. 7. & Bernard. Diaz. d. reg. 165. limitatione quarta.* quicquid post hæc vidi dubitantem Matienzo *hic in gloss. 7. num. 5.* & quidquid ex legibus aliquibus iuris ciuilibus, *& ex d. l. 4. tit. 26. part. 7. & l. 7. titu. 7. par. 6.* aliud significetur, imò quod possent hæretici filijs suis catholicis bona relinquere, sed abrogata sunt iura illa, vt filij quoque egestate laborent. *secundum Simancas, de institut. Catholi. tit. 9. num. 3. & 4. & 5. & nu. 6. & 7. prosequitur hoc, & hanc communem testatur opinionem,* quicquid etiam voluerit Dueñas *reg. 172. amplia. 2.* Sed an saltim alimenta sint eis præstanda tradit Pala. *Rub. in repeti. capi. per vestras. col. 340. in minori impressione, versicul. ex istis. & Dida. Perez in l. 3. in gloss. Despues. titu. 9. libr. 4. Ordi. & Auen. hic gloss. 7. num. 9.* Eodem etiam themate retento dicendum idem erit in committente crimen læsæ Maiestatis humanæ, cuius bona fisco applicantur, *secundum text. l. 2. titu. 2. part. 7.* non enim poterit proditor hic damnatus * ad mortem de talibus bonis testari, neq; filijs eius referuantur, quod tamen Cifuent. *hic,* quantum ad filios in potestate constitutos intelligebat, non vero quantum ad emancipatos, *vt dicebat gloss. in l. quisquis. §. emancipationes. C. ad legem lul. mai. tandem verò Cifuent. ipse hic reprobat gloss. istam, & contra eam dicit esse veriorem opinionem, sicut & dixit Bernar. Diaz, regul. 165. limit. 2.* quod tamen ego intelligerem procedere quories filij famil. vel emancipati nati fuissent post delictum commissum, secus verò si ante, quia illi antea nati debent saltim * habere suas legitimas, & hoc quia licet de iure communi magis communis sit opinio, quod tam nati ante, quam post comprehendantur supradietis pœnis priuationis bonorum parentis proditoris, * *prout testatur Anton. Gom. rom. 3. cap. 2. num. 16. & Didacus Perez. l. 3. titu. 9. lib. 4. recopil. antiqui ordin. & Horoscus, in l. emancipatum, col. 347. ff. de senat. iure tamen regio contrarium credo verius, imo quod filij nati ante delictum commissum non priuentur legitimis suis, quia non processerunt ex infecto sanguine patris, prout optimè disponit. leg. 6. titu. 27. part. 2, secundum quam debet intelligi & limitari generalitas l. 2. tit. 2. part. 7. quæ generaliter omnes excludebat, cum non sit nouum leges posteriores per priores declarari, maxime attenda. l. 3. tit. 8. lib. 8. infra. quæ filios natos tantum post traditionis siue proditoris delictum reptare prohibet, non verò antea natos & præma. regum Catholicorum posita pro l. 3. & 4. tit. 3. li. 8. infr. filios hæretici non admittens ad officia. eodem etiam modo est declaranda, vel quod saltim in delicto diuinæ læsæ Maiestatis sit casus specialis, vt tam nati ante quam post comprehendantur, quantum verò ad alios casus & ad alia delicta, dicta distinctio iure regio sit sequenda, idque æquius & iustius videtur. *secundum Horosci. vbi su. & ita tenendū in indicado & consulendo testatur Ant.**

*Gom. vbi sup. & Molin. de primogenijs His. lib. 4. c. 11. num. 55. & 56. quem post hæc vidi. & Auen. d. gla. 7. num. 13. & esset noua decisione id decidendum propter varietatem legum iuris ciuilibus & regij, & scibentium in hoc punctu, & quia fisco, vt dixit Zifuen. hic, & Ber. Diaz. vbi sup. non poterit pati hanc limitationem & distinctionem. Alios plures casus vsque ad 70. * in quibus bona alicuius confiscantur, describit Casan. in consu. Burg. rubric. cap. 1. desconfiscationes. §. 1. à num. 20. vsque ad 37. quod optimum ad propositum. l. 5. t. 31. part. 7. probantis quod si condemnatus propter delictum etiam morte dignum habet filios vel ascendentes vsque ad tertium gradum, non priuantur bonis tales ascendentes vel descendentes condemnati patris, prout diximus in l. 3. titu. 10. gloss. En las penas, sup. lib. 4. nisi in casibus, vbi à legibus nostri regni expresse confiscatio imponitur, quia in talibus neque filij neque ascendentes priuilegiatur. Et notandum pro huius legis complemēto, quod si iudex in sententia expresse publicauit bona, quæ filijs non erant auferenda, sententia hæc non transit in rem iudicatam in præiudicium filiorū, *secundum Zifuen. hic, & gloss. dict. l. 5. tit. 31. part. septima.**

S V M M A R I V M.

- 1 Vxor sine licentia mariti testari potest, num. 1
- 2 Testamentum producens ante tenebitur probare testatorem esse atatis legitimæ ad testandum num. 2.
- 3 Nullus testari potest ante atatem pubescentie completam. 3. etiam ad pias causas in filio fami. num. 4. & 5.
- 6 Lex permittens alicui testari intelligitur si testatur secundum ius. 6. & sic Falcidia & Trebellianica locum habebit. vt ibi & nu. 6. & 7. & num. 8. declaratur.
- 8 Ampliata per regem, vel legem facultate testandi non est necesse legis formam seruare. numer. 8
- 9 Hodie Falcidiam neque Trebellianicam cessare nisi maioria constituatur. 9.
- 10 Filius capti apud hostes licet testari non posset nec valebat testamentum eius, hodie versic. fin. num. 10. & 11. ampliatur.
- 12 Filius familias an de usufructu bonorum patri quæsito disponere possit. 12. & si cui legauerit filius hic tertium bonorum pleno iure illud consequetur, num. 13. & 14.
- 14 Volens vnum quid, censetur velle omne aliud sine quo illud vnum adimpleri non posset. 14.
- 15 Filius fam. existens in alio regno poterit testando vti remedio nostri tex. 15 nisi de bonis extra regnum existentibus.
- 16 Filius fami. sicut testari potest ita & codicillari. num. 16
- 17 Lex interpretans habet locum in omnibus casibus legis interpretatae. 17
- 18 Donationem causa mortis an possit facere filius fami. 18. cum sequentibus.

- 19 Donatio causa mortis quoad initium contractui equiparatur. 19. facta tamen ultima voluntati, & ideo ex ea deducitur Falcidia ut num. 20. & tres testes vicini cum tabellione requiruntur numero vigesimo-primo.
- 22 Filius fami. tenetur ex contractu, & exequi potest & incarcerari. 22.
- 23 Filius fami. quando restituetur contra donationem. 23.

Lex. 4. quæ erat. 5. legum Tauri.

S Y M M A R I V M.

Filius familias legitimæ ætatis testari potest.

IBI, QUE EST A EN PODER, Eius argumento dixit Castillo, in l. 55. Tauri. num. 4. quod vxor sine licentia ꝑ mariti testari poterat nã si dũ erat filius in patris potestate poterat, ex tex nostro sine licentia patris testari poterit, & si eius potestatem exeat, & in alium, scilicet maritum transeat, & ita tenuit *ibidem*, & teneo pro vero.

Ibi, *Decdad legitima*, scilicet quatuordecim annorũ si masculus sit, & duodecim si fœmina, ut probatur in l. 13. titu. 1. part. 6. & infra repetemus. Sed an producens testamentum tenebitur probare esse testatorem huius ætatis ꝑ & dicendum est quod non: quia contrahens & testans legitimæ ætatis præsumitur ad contrahendum, vel testandum, ex tex in *Authen. omnes peregrini* C. cõmunia de successio. not. Rubi. in tract. de nominatione quaest. 23. in princ. & post hæc nuñc nouissime vidi Auenda. hic glo. 5 sic dicentem, & glo. El mozo, in l. dict. l. 13. titu. 1. part. 6.

Ibi, *Pueda hazer testamento*, Hic ponitur legis conclusio & summariu eius secundum quod corriguntur plura iura prohibentia filium vel filiam in patris potestate constitutos testari posse, scilicet tex in prim. inst. qui tex est per fac. test. l. tam is. § 1. respon. 1. ff. de dona tam mor l. qui in potestate. l. filius fami. cum l. si filius fami. ff. de testamen. l. senium, in fine. C. qui test fa pos. l. 13 tit. 1. part. 6. & alia plura in propositum congesta per *Seguram*, in l. Imperator a num. 91. vsque ad 98 ff. ad Trebellia, & per *Iulium Clarum* lib. 3. senten. § testamentum qua. 5. numero 6. cum sequentibus, & iterum in quaest. 18. Cessat etiam altercatio Doctõrum & Aduocatorum, num ex dispositione l. 1. tit. de las herencias, l. 3. Fori, in verbis illis, E si ome qualquier mariere sin manda herede su padre, o madre, comprehendebatur filius vel filia familias Nã vt non comprehenderentur, nè tot iura corrigerentur, aliqui legem hanc Fori in emancipatis filio vel filia intelligebant, alij vero indistincte, & sic dabatur occasio difficultatibus & litibus, quæ quidem lex nostra sedauit, vt, scilicet, testari possint, si ætatem quatuordecim & filia duodecim annorum habeat, secundum tex in dict. l. 13. tit. 1. part. 6. ante enim ætatẽ hæc etiã ex principis dispensatione testari ꝑ nemo potest, vt per *Suarez*, allegati. 12. fol. 146. in principio, in antiquis. Eodem etiam modo cessat

iam & illa Cepolæ cautela. 113. incip. filius fami. vbi assignabatur cautela ad hoc vt filius fami. testari posset. Cessat & iterum quæstio illa satis dubitata ad intellectum tex. in l. qui in potestate ff. de testam. num filius fami. ad pias tantum ꝑ causas de voluntate patris sui testari posset. in qua quæstione Bar. cæterique communiter Doctõr. in ea sunt sententia. in aduentitijs tantum testari posse in d. l. qui in potestate, Bal. in l. senium, quest. 31. C. qui testam. fac. pos. & ibi Angel. & Salyca. & Bal. in l. 1. q. 9. C. de sacrosanct. Eccles. Frederi. de senis cõsil. 194 incip. habuisse, & Calderin. cõf. 10. cui sententia accedit *Baptista de sancto Blasio*, in tract. de privileg. dotali. centu. 1. num. 36. & denique hanc proficitur communem *Ripa*. in l. 1. § filio. num. 5. ff. ad Trebellia. tamen si contrariam sententiam teneat *Iac.* in d. l. senium, nu. 5. vbi eam proficitur communem, & in hac contrarietate à priori non esse recedendum asserbant *Frederi. Calde* & *Baptista*, vbi su. & vidi post hæc de ijs tractantem *Iuli. Clar.* lib. 3. *Recep. sen. § testamentum, quaestio. 5. versi sed nunquid* & glo. *El moco. in dicta l. 13.* hæc tamen altercatio prout expresse tradit *Couar.* in 3. par. *Rubri de testam num. 28.* iam est decisa per tex. nostrum in præsentis. scilicet. quod non solũ in aduentitijs, verum & in alijs quibuslibet bonis, etiam sine patris licentia ꝑ potest filius fami. testari, si est legitimæ ætatis & secundum iuris dispositionem testetur. Ita enim intelligendum est legem nostram permittere, nam quoties lex permittit alicui testari, qui de iure aliàs testamenti factionem non habebat, intelligitur vt testetur secundum ius ꝑ secundum text in l. si quando, C. de inoff. testam. quælibet enim dispositio de habilitate est intelligenda. vt l. cunctos populos. C. de sum. trinu. & sic in tali testamento filij fami. lex Falcid. & Trebellianica locum habebit. Quotiescunq; enim lex aliqua municipalis testamentum aliquod confirmat iure ciuili inualidum, certe in hoc testamento lex Falcidia & Trebellianica locum habent; & omnes aliæ leges testamentariæ, secundum *Bar.* in d. l. omnes populi, num. 60. in fi. & ibi *Horosci.* col. 73. num. 179 ff. de insti. & iure, vbi col. 74. ad istum. l. applicat. & secundum eundẽ *Bar.* in l. si quis seruo num. fi. C. de fart. pro quo alia allegando *Castillo* hic allegat. l. 5. tit. 1. par. 6. & hoc quia fit concessio testandi super prohibitis de iure communi, nam si fieret ampliatio alias permissorum per Principem, vel legem. tũc iste, cui ampliatio hæc conceditur, ꝑ non teneretur seruare legum obseruantiam, secundum *Bar.* in d. l. si quando. Et *Castillo*, hic & glo. x. in l. 5. tit. 1. p. 6. & hoc vt concessio aliquid operetur prout operari debet, & dictũ de Falcidia, intellige si tenemus opinionem, quod stante l. 1. sup. hoc titulo, etiam hodie Falcidia daret, si verõ reneamus quod iam nõ est locus Falcidiæ dicta l. 1. stante. prout tradit *Meneses*, in *Leam quam* num. 109. C. de fideicom. neque in testamento filij fami. locum habebit, quod & an in Trebellianica idem sit, *ibidem* tractat. ipse *Menes.* vbi ipse asserit neque hodie cessare Trebellianicam, neque Falcidiam, nisi quis maioriam ꝑ ex suis bonis constitueret, inbendo quod alienari non possent, tunc omni cessabunt Falcidia & Trebellianica, secundum text & ibi glo. *Que la non*, in l. 6. titulo 11 par. 6. de quibus agit laud nouissime *Molina de Primogen. Hispan.* lib. 1.

Quæstio prima.

2

7

8

9

capit. decimo septimo, per totum.

- Item eodem themate retento lege nostra attempta cessat iam doctrina glo. † & Docto. in l. fin. C. de sent. pas. verbo, *rata* asserentium, quod si filius capti ab hostibus fecerit testamētum & moriatur filius hic antequam pater reuertatur, quod patre reuerso rumpitur testamentum hoc, quia fugitur in consequentiam talem filium fuisse in patris potestate tempore conditi testamēti, quo casu testamentum attempto iure antiquo non valebat, cuius glof. doctrinam sequebatur Bart. in l. si is qui pro emptore n. s. 4. ff. de usucap. ubi las. n. 343. hanc communem testatur, licet aliqui contra tenuerunt. & num. 344. illam ampliat las. etiam si talis pater captiuus apud hostes moreretur, quia licet filius capti apud hostes fuerit verē sui iuris, ex quo pater apud hostes mortuus est, quia tamen fuit dubius de statu suo testari non potuit l. de statu. C. de testam. quantumuisque filius capti apud hostes possit habere heredem abintestato,
- 11 non tamen † ex testamento *secundum glof. in l. quod si filius. ff. de captiu.* quæ quidem ex lege nostra cessant, potest enim iam filiusfam. indistincte testari, si ætatem legitimam habet & terminos iuris seruet. Imo & ex generali promissione nostræ legis, Gomezius in l. 6. Tauri nu. 14. *relatus per Tellium hic num. 3.* testatur, quod adeo ex hac lege filiofam. permittitur testari, quod & de usufructu bonorum filij patri quæsito † iure patriæ potestatis in testamento disponere poterit. Vnde infert quod stante lege Regia *quæ est l. titu. 8. infra hoc libro*, qua disponitur filium in tertia bonorum parte in præiudicium ascendentium disponere posse, quod is, cui legata fuit illa tertia pars, consequitur † eam libere & plene in proprietate & usufructu. Pro quo ultra eos confidero, quod si in proprietate & usufructu hanc tertiam partem legatarius non haberet, daretur maximum inconueniens, scilicet quod voluntas filii huius testatis esset in pendentem utque dum pater eius usufructum huius tertiæ partis habens moreretur, quod de iure reprobatum est. *secundum Bart. in l. usufructus. ff. de stipul. ser. implementumq; animæ & diuinorum officiorum pro ipso filio ex tertia illa parte dicendorum retardaretur, quod satis inhumanum esset, & quia dum lex sequens l. titu. 8. infra eod. voluit & disposuit, quod filius de tertia bonorum parte disponere possit in præiudicium ascendentis, super consequens voluit quod tertia illa pars in proprietate & usufructu præstaretur, quia qui vult vnum quid, censetur & velle omne aliud, sine quo illud † vnum adimpleri non poterat, ex l. 2. § eius materia ff. de iur. om. iud. § ex text. meliori in l. nec is. §. 1. § l. illud. ff. de acquir. her. quæ iura ad hoc allegat Mari. Socin. iun. consil. 28. numero 6. volum. 2.* Quæ quidem doctrina sine dubio procedit in vltimis voluntatibus *secundum Bart. in l. 1. ad si. ff. de seruit. leg. relatum & secutum per Manicam, de comestur. vlt. vol. lib. 3. tit. 18. nu. 4. fol. 52* sed cum dicta, l. 1. indistincte quemlibet filium ascendentes habentem permittat de tertia bonorum parte disponere, cum effectu & in consequentiam censendum est disposuisse, vt tam de proprietate quam de usufructu disponere potuisset, præsertim cum legislator sciuerit patrem usufructum aduentitiorum habere, & filium mori po-

tuisset antequam bona in proprietate & usufructu esset habiturus. Et quis obsecro vellet proprietatem huius tertiæ partis emere, nisi, & usufructu eius gauderet statim? & sic meo videri voluit tenere Couar. in 3. par. rubrica de testam. n. si. in sine. & Ant. Go l. 6. Tauri. n. 14. & Minch. de succes. progres. lib. 1. §. 1. num. 31. & hæc veritas videtur, tamen Tellius *ubi supra a num. 3. usque in finem*, contrarium tenere voluerit per plura fundamenta, quæ in isto casu cessant: neque obstant principalia, quod non censetur concessum in præiudicium usufructus patris, quod filius testetur de tertia in præiudicium patris in usufructu & proprietate, quia respondeo quod illud verum in dubio & quoties aliud non colligitur ex lege, secus vero si colligatur, prout ex lege nostra, & ex dict. l. 1. titulo. 8. infra hoc libr. colligitur & deducitur clarissime, vt probatum habemus. essetque aliter dispositionem nostræ legis & dictæ l. 1. multoties illusoriam & derisoriam reddere, & leges Tauri, prout sunt hæc semper in difficiliore casu censentur disponere, & dicendum est disposuisse ad sedâdas opiniones Doctorum & ad dubietates tollendas idque clarius deducitur ex nostra l. dū inquit filiumfam. testari posse sicut si extra patris potestatem esset, sed si extra potestatem existeret paternam in proprietate & usufructu disponere potuisset de tertia parte bonorum suorum aduentitiorum stantibus ascendentibus & deficientibus descendibus. Ergo vt similitudo sit vera, idē poterit facere filiusfam. æquiparatorum enim eadem debet esse ratio, & iuris dispositio, & sic hanc meam opinionem pro nunc sustentabilem, & æquam iudico: & secundum hanc potest saluari opinio Gomezij, *ubi supra*, quam reprobat Tellius *ubi supra*, & Matienço *hic glof. 3. numero 3.* & nouissime Auenda. *hic glof. si. per tota*, vt in hac tertia parte procedat & vera sit opinio Gomezij, secundum quem in dicta tertia parte sic videmus quotidie praticari: ex ea enim, tam de proprietate, quam usufructu eius adimpletur voluntas filijfam. testantis, neque parentes contradicunt. Sed an filiusfam. naturalis * & originarius huius regni decedens in alio regno, ubi simile ius nostræ legi non seruetur, poterit testari de bonis in suo regno existentibus, & dicendum est quod sic, licet de existentibus extra regnum non possit, quia non potest lex hæc se extendere ultra iurisdictionem constituentis, neque extraneus ab hoc regno nostro filiusfam. poterit vti nostræ legis dispositione, quia lex vel statutum non potest comprehendere personas sibi non subditas, *secundum Anto. Gomez. hic num. fin. in cuius propositum multa adducuntur per Paul. Par. in consil. 12. vol. 3. & Gozadin. consil. 49.*

Item & tertio quæri potest, num sicut lex nostra permittit filiofam. testari, censetur & permisisse codicillari, * & dicendum est quod sic. cum Bart. in l. vt autem, ff. de ieriso corrup. tradit Tellius *hic n. 2.* & Matienço, *hic glof. 1. num. 1.* & Auenda. *hic glof. 5. num. 1.* ex regula in precedente lege, scilicet, quod lex noua corrigens aliquam de casibus æquiparatis per legem antiquam, censetur & aliam corrigere, item & quia constitutio noua ad interpretationem legis antiquæ facta habet locum in omnibus casibus, in quibus * lex interpretata habebat, *secundum Cynar. Reb. in*

Autoris
opinio.

15
Quest. 2

Quest. 3

16

17

tract. de nominatio. q. 5. num. 22. & num. 23. idem in
propositum nostra legis testatur, & faciunt etiam ea,
qua diximus in lege precedente in glos. codicillos Sed
 an & facere donationem causa mortis poterit fili-
 usfam. sine patris consensu, ¶ & ut à iure civili
 incipiamus, filiusfam. licet testari non posset et-
 iam cum consensu patris, tamen cum eius con-
 sensu poterat donare causa mortis *ex text. in l. tã*
is. §. si n. ff. de dona. causa mort. l. fin. l. tit. 4. par. 5. ira
dit Segura, in l. imperator. in 98 & 99. ff. ad Trebellia.
 & cum alijs numeris sequentibus alia dicit in propo-
 situm, & hoc quia donatio causa mortis quoad
 initium contractui æquiparatur, secundum com-
 munem Doctorum sententiam, ut infra dicemus, sed
 contractum quemlibet potest facere filiusfam.
 sine patris consensu, & ex eo obligatur prater-
 quam in contractu mutui & voti. *l. tam ex con-*
tractibus, ff. de iudi. & sic etiam poterit donare
 causa mortis saltim cum patris consensu, quia lex
 limitatiue in hoc processit prout optime concludit
 Couar. in 3. par. rubrica de testam. num. 7. & 8. Sed
 an iure nostro regio aliquid innouetur ita quod
 possit sine patris consensu donare causa mortis,
 videtur dicendum quod non, quia lex nostra hoc
 non disponit, & sic neque disponere debemus,
 item etiã, quia videmus quod de iure civili ma-
 xima differentia erat, quod filiusfam. non testa-
 retur posset tamen donare causa mortis, quia ut
 dixi etiam cum patris consensu testari non pote-
 rat, eo quod lex testari eum prohibebat, donare
 vero causa mortis cum eius consensu poterat, ergo
 licet quoad testamenti factionem correctum sit
 ius civile per tex. nostrum, non tamen debet
 censeri correctum quoad donationem causa mor-
 tis: item & quia solum negatiue procedebat iure
 civili argumentum illud, non poterat testari,
 ergo neque donare causa mortis, non vero affir-
 matiue. prout optime aduertit Suarez, allegari. 20.
 pagi. 4. in fine. fol. 171. in principio, in antiquis, & cũ
 negatiue solum olim procederet dictum argu-
 mentum, licet affirmatiue hodie concedatur, ut
 filiusfamilias testari possit, non tamen poterit
 procedere, ut donare possit causa mortis. Ni-
 hilominus tamen contrarium teneo, imo quod
 possit talis filiusfam. etiam sine patris consensu do-
 nare causa mortis sicut & testari, & hoc quia siue
 quoad initium donatio causa mortis æquiparetur
 contractui, & quoad eius ordinationem, &
 substantialem solemnitatem, ¶ prout communẽ
 testatur Couar. ubi supra num. 1. ex hoc plura infer-
 ens in practica, maxime in. 12. scilicet quod sicut
 sine licentia mariti mulier non contrahit, ita ne-
 que donat causa mortis siue æquiparemus eam
 ultimę voluntati postquam facta est, ut inquit
 Horoscus, in l. cum i. §. solet, col. 971. ff. de transactio.
 & quoad effectus, ut inquit Couar. ubi supra n. 15.
 & quoad solemnitatem probatoriam, ut inquit
 Suarez, ubi supra, pag. 4. in fine, fol. 171. & ideo de
 donatione causa mortis deducitur falcidia, * sicut
 de testamento & ultima voluntate, secundum
 tex. in l. in donationibus, C. ad l. fal. l. tit. 11. part. 6.
 & dominium rei donatę statim à die mortis trã-
 fit, prout inquit optime Couar. ubi supra num. 15. cum
 sequentibus. sic & videmus tres testes vicinos * cum
 tabellione sufficere in donatione causa mortis
 sicut in testamento, ut inquit Anto. Gom. tom. 2.
 cap. 4. nu. 16. ergo & filiusfam. donare poterit mor-

tis causa sine patris consensu, sicut & testari po-
 test ex lege nostra, præsertim & cum ut diximus
 ex d. l. tam ex contractibus ff. de iud. filiusfam. ex om-
 nibus causis tanquam paterfam. obligatur, &
 ob id agi cum eo tanquam cum paterfam. potest
 secundum text. in l. filiusfam. ff. de acti. & oblig. quãuis
 enim iure digestorũ quicquid filius adquirebat,
 patri adquirebat *l. qui in alie. ff. de acqu. her. tamẽ*
 si cõtrahebat obligabatur, & ex tali contractu ita
 tenebatur & teneretur ut in eum & contra eum ¶
 executio fieri potest personaliter & incarcerari
 usque bonis cederet, secundum las. in l. qui Roma
 §. Augerius num. 3. fol. 159. ff. de verbo obl. & Hip-
 poly in prac. §. attingam, num. 69. & Anton. Gom. to.
 2. cap. num. 2. & hoc quia ut optime inquit ibi Ant.
 Gom. potest in futurum talis filiusfam. bona ad-
 quirere. & interim capi potest & incarcerari &
 compelli cedere bonis, sic & donare inter viuos
 potest filiusfam. cum causa, & sine ea & si sine ea
 donet ¶ restituetur, si vero cum ea, ut propter
 benemerita, vel ante nuptias, aut propter nup-
 tias, aut propter sponsalitiã largitatem non re-
 stituetur, secundum text. in l. 1. & 2. C. 2. si aduersus
 donati. tradit Anto. Gom. tom. 2. c. 14. col. 3. in prin.
 & probatur ex l. 3. ibi Perosi el hijo su, par. 5. cum
 ergo contractum facere possit filiusfam. & do-
 nationem quamlibet, & testamẽtum condere &
 celebrare sine patris consensu ergo & donare cau-
 sa mortis. Item quia affirmatiue sicut negatiue
 procedit argumentum illud potest filiusfam. tes-
 tari sine patris consensu, ergo & donare causa
 mortis, prout expresse probatur, ex l. si. tit. 4. part. 5.
 ubi glos. ut tenet & notat, & per consequens vera
 est & tenenda hæc secunda opinio, qua in succin-
 ctis tenuerunt è nostris Tellus, hic. nu. 2. & Ma-
 tienço, glos. 3. nu. 2. & Auenda, hic glos. 5. num. sim.
 & hæc pro hac lege sufficiat, cetera per scriben-
 tes super ea videbuntur.

SUMMARIUM.

- 1 Commissa non censentur ea, quæ personalis-
sima sunt & dependent à clara voluntate
defuncti & ab eo erant explicanda. 1.
- 1 Mandati fines seruandis sunt eodem nu. 1. &
2. & 3. ampliatur & sequentibus.
- 2 Potestas consulendi si alicui per alium sit cõ-
missa per mortem concedentis exprat. 2.
- 4 Mandatũ non excedendum limitatur pluri-
mis modis. num. 4. 5. 6.
- 8 Mandatarius si quid præstat nomine euictio-
nis potest à Domino illud recuperare. 8.
- 9 Mandatum alicui per modum magis pericu-
losum, censetur mandatum & per minus
periculosum. 9.
- 10 Mandati digressio superficialiter licet non
substantialiter non vitiat. 10.
- 11 Mandatum per equipollens impleri an suf-
ficiat. 11.
- 11 Testator potest committere meliorari vnum
de filijs licet meliorandum non nominet. 11.
- 12 Legatarij electio in vnum de certis commit-
ti potest. 12. ubi idem in melioratione.

- 13 *Heres omnino per defunctum nominandus certus & nomine proprio ut valeat commissio nominandi heredem.* 13. & nu. 19. & 20. ampliatur. & 22. & 23. an sufficiat per equipollens.
- 14 *Committi potest nominatio in incertum de certis in alijs rebus quam in institutione heredis.* 14.
- 15 *Captatoria voluntas quæ dicatur.* 15.
- 16 *Electio potestas data ad meliorandum vnum incertum de certis an finiatur per lapsum quatuor mensium.* 16.
- 17 *Commissarius dicens velle se eligere talem, antalis loquutio erit dispositiva.* 17.
- 18 *Facultas declarandi vel meliorandi an transeat ad heredes commissarij.* 18.
- 21 *Omnis qualitas à lege requisita censetur de forma substantiali.* 21. & sic non sufficit per equipollens impleri. 22.
- 24 *Facultatem testandi an possit maritus uxori suæ committere.* 24. perdet tamen eam si luxuriose viuat. ut nu. 25.
- Declaratur glos. l. si quis seruo. C. de furtis. 26.*

Lex. 5. quæ erat. 31. Tauri.

S V M M A R I V M.

Commissarius ad testandum pro aliquo quid possit facere virtute huius commissionis.

IBI, ESTENDIENDO SE A MAS. Contra naturam commissionis & mandati, à qua excedere non licet, neque censentur commissæ ea, quæ personalissima sunt, & dependent à clara & voluntate defuncti, & sic ab eo erant explicanda, ex glos. in l. que quid adstringenda ff. de verb. obli. & in l. idem Pomponius scribu. §. fin ff. de reuend. & ideo nisi ea testator expresserit, non videntur contenta in commissione, & commissarius qui talia faceret, cum sibi expresse commissæ non essent excederet à commissione, & per consequens nulla essent in contrarium acta, ex text. in l. diligenter. ff. manda. l. 9. tit. 4. par. 3. l. 7. tit. 14. part. 5. adeo ut idem si qualitas mandati non seruetur, secundum Ias. in l. si procurator ff. de procurator pro quo considero tex. nostrum in presenti, nam cum ex qualitate commissionis huius ut diximus, non censentur commissæ relata in textu nostro nisi expresse committatur, si aliter fiat, exceditur finis & qualitas mandati & per consequens nullum erit aliter factum, & hæc est mea & noua ponderatio huius text. ad dictam doctrinam Iasonis comprobendam, sic & sicuti expresso nomine proprio potestas consulendi in aliqua causa sit attributa per mortem concedentis mandatum & expirat, & debet spectari secunda iussio, secundum Abb. in c. pen. num. 3. de constit. arg. de l. diligenter, quia qualitas mandati est ut per mortem mandantis regulariter expiret, adeo ut omne factum præter formam mandati est ipso iure nullum, exeat. notab. in l.

item eorum. §. sed si ita. ff. quod cuiusque vni nomi. imo quantumuis in vtilitatem domini siues mandati excedantur, & bene euenerit adhuc nihil validum & fit. secundum Hippol. in præd. §. successiue n. 5. cum 4. sequentibus, & Auiles. c. 1. par. 4. verbo mandado. num. 3. fol. 23. hanc tamen regulam d. l. diligenter. 11. modis & limitat Ias. in d. l. si procurator, & Felin. in c. cum dilecta. de rescript. Socin. in reg. 25. mandati fines, vltra quos fallit, quoties excessus illius sciens & est dominus & tacet. secundum Felin. in cap. cum olim. 1. num. 7. fol. 207. de off. del. & Rolan. cons. 70. num. 31. iterum fallit, si adest in dicto mandato & clausula de rato, ut per Felin. in d. cap. cum olim, vel si adest mandatum cum libera, nam tunc prorogare poterit terminum solutionis prout alibi late diximus. Poterit etiam excedi mandatum, si pinguius adimpleatur, quæ sit in mandato, & quia tunc proprie non potest dici excessus, secundum Iaso. in l. 1. §. si stipulanti nu. 4. ff. de verbo oblig. neque dicitur quis excedere fines mandati, si mandatum est ei ut vendat rem mandantis, ipse vero mandatarius vendit ut suam, & promittit de euictione, imo & tunc si quid præstat nomine euictionis & poterit à domino illud recuperare, secundum Ias. in l. si sua quis §. deia. num. 5. fol. 190. ff. de verbo oblig. imo & si quid mandetur alicui per modum magis periculosum videtur ei mandari per minus periculosum, neque tunc dabitur excessus, & ut per Suarez. l. postrem. num. 12. pag. 342. & ex num. 11. colliges exempla. Potestque mandatarius exequi illud, quod non est sibi mandatum, si mandans idem dixisset in casu omisso, secundum additio. Suarez ubi supra in quæsti. incip. quia visum est supra, in d. num. 12. & voluit Paralia, in l. unum ex familia §. sed si fundum n. 6. pag. 583. de leg. 2. nam secundum Suarez, ibi digressio mandati superficialiter, sed non substantialiter non vitiat. Sed an sufficiat per equipollens mandatum impleri, & dicendum est quod sic, & ex text. in l. cum controuerfi. §. mandauit. ff. manda. quem ad hoc allegauit, Ias. in l. 1. §. si stipulanti nu. 9. ff. de verbo oblig. & Auiles ubi supra. nu. 9. & Auenda. alios allegando cap. 2. prætor. n. 14. fol. 29. col. 1. in medio lib. 1. tradit idem Ias. in l. 1. n. 15. ff. de lib. & poss. & per consequens ex dictis commissarius executorque testamentarius tenetur siue mandati seruare, neque ab eis excedere potest, peccaretque si aliter faceret, secundum Minchaca de successo. §. 2. numero 1. versiculo vnde si à defuncto, & vide resolutionem per Doct. relatos per Peraltam ubi supra, numero octauo, ad resolutionem d. l. diligenter.

Ibi, Ni maioria del tercio in del quinto Hic deciditur id, quod in dubitatione proposuit Suarez, in l. quoniam in prioribus, §. l. i. l. Regia, pagin. 169. C. de inoffic. tes. vbi tandem ex eius mente concluditur quod potest testator iubere ut commissarius melioret vnum de filijs, licet meliorandum non nomet, quod probat text. nostre in fine, dum in institutione heredis requiritur, quod instituendus nominetur per defunctum commissionem ad testandum concedentem, in alijs vero rebus supra in lege nostra nominatis, prout in melioratione & substitutione non requirit particularem nominationem meliorandi, aut substituendi, sed quod tantum voluntas testatoris seruetur, quasi voluerit quod sufficiat iubere:

iubere defunctum, vt commissarius suus melio-
ret vnum de certis, neque requiritur expressio
nominis meliorandi, sicut & de iure communi
in legato non requirebatur, siquidem legatum,
& electio legatarij committi poterat hæredi, vel
alteri tertio, dummodo eligere habeat vnum de
certis, ¶ *vt per Anton. Gomez. tom. 1. capit. 12. nu-
mero 48. sed melioratio tertij & quinti est lega-
tum, secundum Suarez. l. quoniam 7. questio. regia,
pagin. 208. cum sequentibus, ergo sicut in legato
committi poterat electio legatarij in vnum de
certis, ita & melioratio tertij & quinti dummo-
do per committentem declaratur in quota par-
te vult meliorationem fieri, an in tertio, vel in
quinto, vel in vtroque, & hoc est quod dixit
Covar. in cap. cum tibi. numero undecimo, de te-
stament. & Pala. Rub. hic numero 85. relati per Telli.
hic numero 1. in fine, & per eundem, in l. 33. Taur.
numero 4. vbi eos videtur sequi, & sic quod verba
illa nostri text. Ten quanto a las otras cosas. De præ-
missis in legis principio, & sic de melioratione
& substitutione intelligantur, & liceat videantur
prima facie in dicto legis principio parifica-
ri cum institutione, tamen ex dictis in fine, parifica-
tio intelligitur, secundum quod in fine legis
nostræ deciditur, vt scilicet in institutione * nō
solum hæres nominandus sit per defunctum cō-
mittentem alicui facultatem instituendi hære-
dem, sed & certus & nomine proprio nominan-
dus est ille, qui hæres instituendus est per com-
missarium, neque sufficit incertum de certis no-
minare, sed in alijs rebus sufficiat committi in
incertum ¶ de certis ad substituendum legatū-
dum, vel meliorandum, & hunc credo verum &
literalem intellectum nostri text. & quem Pala.
Rub. vnus ex conditoribus assignat, licet Telli.
hic numero primo, circa hoc confuse processerit,
& numero secundo, contra velit tenere asserens
hic substantiam dispositionis committi in po-
testate commissarij, cum substantiā nō committatur,
quandoquidem testator declarare debet
id quod vult, sed tantum executionem suā vo-
luntatis committit aliter enim posset dici com-
munem opinionem dictam, quod legatum po-
test committi in certum de certis, aut esse falsam,
aut correctam, quod dicendum non est, & sic
substantiam dispositionis committi dici non po-
test, nam si in hoc casu substantia dispositionis
committeretur, esset captatoria voluntas, quæ &
in legatis reprobatur, vt per Telli. in d. numero se-
cundo, ideo omnino dicendum est executionem
solum committi quandoquidem defunctus
committens declarat id in quo incertum de cer-
tis vult meliorari, vel substitui, in quo testator
decipi non potest, & sic non est captatoria vo-
luntas, illa enim dicitur talis, * per quam potest
decipi testator suam voluntatem alteri commit-
tendo, cuius virtute posset commissarius præter,
vel contra defuncti voluntatem & mentem dis-
ponere, secundum quod inquit An. de. Gomez, hic
& Covarr. in d. cap. cum tibi. in nostro vero text.
& dispositione eius hæc cessant, igitur non est
captatoria voluntas, neque lex nostra vult ap-
probare captatoriam voluntatem, neque ali-
quid circa illam disponere, & vidi post Pelaez,
de maioratibus in 1. par. questione 48. numero tertio,
fol. 167. sic tenentem, & bene. Sed est dubium, an*

cum committitur hæredi vel tertio alicui ele-
ctio meliorandi incertum de certis in tertio vel
quinto, aut in vtroque, potestas eligendi finia-
tur lapsu quatuor mensium ¶ a lege 7. infra eo al-
signatorum, & dicendum est quod sic, cum tex. 16
ille dicat. O mandas, & ibi O parar declarar, & sic
in facto respondi, & reperi post Mensem, in l.
cum quidam numero 28. de leg. 2. sic respondetem.
Sed quid si commissarius dicat coram testibus,
se velle eligere ad maioratum, vel meliorationē
talem filium, an talis locutio erit dispositiua, ¶ 17
vel non, vide Pelaez de maiora. & melior. 1. par.
quest. 48. numero 59. Sed an facultas hæc decla-
randi, vel meliorandi transibit ad hæredes com-
missarij ¶ intra illos quatuor menses morientis, 18
& dicendum est quod non, cum Ant. Gomez, tom.
2. cap. 11. nu. 4. nam cum sit ad commodum ter-
tij declaratio facienda, non transmittitur ad hæ-
redes, secus vero si ad commodum illius, qui
declare debebat, esset, nam tunc transmittitur,
secundum eundem Anto. Gom. ibidem, sic de-
clarantem glos. l. idem Pomponius. ff. de reuend.
probantem quod facultas declarandi non tran-
sit ad hæredes, similis est glos. in l. inter stipulantes.
§. 1. ff. de verbo oblig. & ibi per Barr. & recentiores,
& Abb. in cap. 2. num. 26. de lib. obla. Anto. Gomez,
tom. 1. cap. 9. numero 2. qui in tomo 2. cap. 11. numero
7. conclus. 4. id uno modo declarat, & Decr. consil.
543. numero 3. & alio modo declarat Casuadorus,
decisio 4. de locato numero 1. & vide optimum de-
dictum Pauli relati per Iaso. in repet. l. admonendi, nu.
128. ff. de iure iur.

Ibi, *Nombrando*. Quasi absque expressione
nominis proprii hæredis non possit commissari-
us hæredem instituere, etiam si in vim testa-
menti ratam haberet institutionem consanguineus
veniens ¶ alias ab intestato, licet in vim pa-
cti seu contractus inter vivos bene valeret, secū-
dum Duda. Perez in l. 1. tit. 8. lib. 3. ordi. col. 1034. in
fine, cum principio sequentis, dicendo se in facto
respondisse.

Ibi, *Por su nombre*. Facit pro hoc l. 11. tit. 3. part.
6 & ex ijs verbis elicitur, legem hanc non appro-
bare captatoriam voluntatem, prout male hic as-
sererat Cifuen. nam in hac lege nulla permittit-
ur neque datur captatoria voluntas, quando-
quidem nominatur hæres per defunctum cum
deficiat tunc diffinitio captatorie voluntatis in
glos. 1. huius legis per nos posita, neque in volun-
tatem commissarij relinquatur hæredis æstima-
tio, sed omnino teneatur voluntatem defuncti
sequi, & solum voluntatis executio committatur,
prout hic Telli. disci in numero 7. in fine, & vt
inquit Castillo, hic col. 1. in medio, ordinatio tan-
tum scripturæ committitur secundum voluntatem
testatoris adimplenda, & sequenda omni-
no, neque comprehenditur sub aliqua ex formis
captatorie voluntatis enumeratis a glo. in l. cap-
tatorias. C. de testam. mili. approbata per Imol. &
moder. ibi teste Suarez, de captatoria volū. in prin-
cipio, & sic potius approbatur hic intellectus In-
nocentij, in cap. cum tibi, de testam. ad text. ibi, quæ
intellectum sequitur ibi Abb. num. 4. quam in-
ducatur captatoria voluntas in lege nostra, cum
nulla per legem nostram producatur captatoria
voluntas, vltius notandum est ex ijs verbis &
ex geminatione huius verbi. *Nombrando y por su
nombre.*

nomb. Quæ geminatio multum in iure operatur. *ex dictis in l. ballista ff. ad Trebellia.* quod non sufficeret per æquipollens hæredem hunc defunctum nominare, sed deberet cum omnino suo ꝛ nomine nominare, nam cum lex nostra sit nonitaris inductiua cum certis modificationibus & modis, omne dispositum in ea censetur pro forma substantiali dispositum, *secundum Decret. conf. 6. 12. numero 2. relatum per Telli. in 2. par. l. 3. Tauri. numero 16. & omnis qualitas à lege requisita censetur de forma ꝛ substantiali, secundum Auenda. 13. num. 14. in fine. & per Rebus. in pragmat. sancti. in princ. pagin. 153. in antiquis, si ergo pro forma substantiali requiritur id quod lex nostra disponit, non sufficit nomen hæredis per æquipollens ꝛ demonstrari, sed forma ipsa seruanda est, secundum Seguram, in l. unum ex familia. §. sed si fundum. numero 14. de lega. 2. & Rebus ubi supra, & Boeri. decisi. 1. numero 44. communis secundum Anto. Gom. tom. 1. variarum c. 2. numer. 7. imo & si tunc in minimo deficiat, nihil fit, secundum Addition. Segura ubi supra, numero 9. & Boeri. ubi supra, num. 40. & ideo ex ijs satis redditur doctrina relata per ipsummet Antoni. Gomez, in d. nu. 7. in fine asserentis, in casu nostræ legis sufficere quod per æquipollens adimpleatur forma eius, & sic sufficere per certum & determinatum modum hæredem demonstrare, quasi tunc exactè forma seruetur, prout dixit Couar. in d. cap. can. ubi num. 5. de testam. & veram testam. hanc Antonij Gomez doctrinam, Telli. hic num. 3. & in effecta sequitur Matienzo, hic in glos. 7. ubi alios allegat idem tenentes, & licet non sit sine dubio hæc doctrina Antonij Gomez, tenenda erit in practica data omni certitudine ex parte defuncti volentis talem hæredem nominandum, de quo non sit dubium se sen sisse, ut & Peraltam optime, in pral. l. i. rubrica. ff. de hered. inst. nu. 73. cum pluribus sequent. & 179. & in n. 76. limua. ur. Sed an facultatem hanc testandi possit maritus uxori suæ committere, & dicendum est quod sic ꝛ cum Ant. Gomez hic nu. 6. perdet tamen eam si luxuriose ꝛ viuat, secundum Aules, in proemio capi. priorum. n. 41. fol. 7. & Cifuen. hic num. 4. ad quem se remittit Tellius, hic in finalibus verbis.*

Ibi, *Ten quãto a las otras cosas* Intellige in principio legis repetitas, non vero de alijs rebus extraneis, nam licet in principio omnes has res cū institutione hæredis inculcauerit lex nostra fuit ad effectum, ut virtute commissionis generalis commissarius nullam dictarum rerum facere possit, sed specialis commissio requiratur. quoad institutionem vero hæredis vltia specialem commissionem per defunctum dandam: insuper etiã requiritur quod defunctus nominet nomine proprio illum, quem defunctus vult fieri hæredem per commissarium, itaque ut resolutiue intentum nostræ legis percipias, dic, quod in principio lex nostra apponit regulam generalem, scilicet, quod virtute commissionis simplicis & generalis ad testandum per defunctum aliquem data, commissarius ipse non possit hæredem in bonis ipsius defuncti instituere neque meliorationem tertij & quintij, neque ex hæredationem descendens ipsius defuncti, neque substituere illis villo modo, nisi secundum quod legislator inquit, in vers. *Salvo si el que.* Defunctus specialem

ad hoc commissionem præstiterit, quam commissionem, inquit lex nostra in vers. *En esta manera.* debere testatorem præstare in hunc modum, ad hæredem constituendum debet in tali commissione nominari ille, quem commissarius tenetur hæredem instituere, ad ceteras vero res in principio legis declaratas, signãdo ad quid præbet commissionem, & hic est planus nostræ legis intellectus, & clarissima lex est & nihil difficultatis habet, voluit enim in institutionem hæredis, ut in re in qua maius periculum versatur specialius prouideret, quam in alijs, ut & in hac lege diximus. Ne que obstat glo. *l. si quis seruo. C. de fur.* quam Tellius hic inculcando legis nostræ mentem pro sua opinione allegat, quoniam illa glo. ꝛ procedit nisi aliud ex legis dispositione appareat, nam tunc illud seruandum est.

Ibi, *Pueda hazer lo que especialmente.* dum tamẽ non sit signare res in quibus tertium & quintum meliorationis habeat melioratus, quia hoc committi non potest secundum textum in leg. 19. Tauri quæ est, 3. tit. 6. infra isto lib. pro ut & ibi dixi.

SVMMARIVM.

- 1 Executor vniuersalis pro distribuendis bonis defuncti in pias causas loco hæredis habetur. num. 1. & sic vendere potest res hereditarias, ut ibi, & ampliatur, cum nu. 2. ut id etiam hereditate non adita possit, ubi num. 3. an teneantur requirere hæredes si qui sint, debet tamen in publica subhastatione & bona fide fieri venditio, & seruata forma vendendi prius mobilia, & ut n. 4. nisi ut ibi libera licentia vendendi data sit per testatorem, & non est vendenda magna res pro minimo pretio, & quomodo tunc agatur, & an requiretur excusio. num. 6.
- 7 Hæres si præbet nummos ad implendum testamentum cessat venditio. 7.
- 8 Executor testamentarius si soluit creditoribus primo venientibus an possint post priora agere hypothecaria. 8.
- 9 Emens à testamentario an debeat esse sollicitus ut conuertatur in id ad quod venditur. 9.
- 10 Emens ab aliquo tanquam à testamentario si post appareat non esse executorem an iuuabitur emptor prescriptione. 10.
- 11 Solutio non est facienda testamentarijs ab emptoribus. 11.
- 12 Executoris officium non transit ad suos hæredes. d. numer. 11. imo non potest alium nominare, neque sibi committi nominatio & subrogatio in quem vellet. 12.
- 13 Committi alij potest certa erogatio certæ rei & certo loco faciẽda per primum commissarium. 13.
- 14 Testator potest in casu negligentia executoris sui alium substituere. 14.
- 15 Executor iussus distribuere inter pauperes an possit

Re soluitur lex nostr. breuiter.

- possit sibi ipsi capere si sit in summa ege-
state. 15. & an inter filios.
- 16 Testator an possit iubere quod soluantur de-
bita sua quæ apparuerint eum debere, &
quod de hoc stetur simplici dicto Titij. 16.
- 17 Executor debens aliquid distribuere intra
annum, admittatur ad illud distribuendum
post annum, & eligendum pauperes. 17.
- 18 Executor ad maritandas puellas in conti-
maciam hæredis potest petere possessio-
nem bonorum. 18.
Executores in absentia hæredum possunt
exequi testamentum. 18.
- 19 Executor an possit conueniri pro legato sol-
uendo. 19. Vbi & quid pro debitis satis-
faciendis.
- 20 Executoribus testamentarijs an debeatur
salarium. 20.
- 21 Executor hic an teneatur facere iuuenta-
rium. 21.
- 22 Executor, cui aliquid in secreto commisit
testator non tenetur de hoc reddere ratio-
nem. 22. & num. 23. quod non tenetur
declarare personas in quas testator sibi
commisit expendere nisi vt ibi. Debetque
de tali secreta commissione constare aliter
ei non credetur, vt. n. 24.
- 25 Commissio faciendi testamentum potest ge-
neralibus verbis præberi. 25.
- 26 Testator si committat bona sua dispositioni
Titij videtur Titium hæredem instituere,
& quod distribuat in pias causas. 26.
- 27 Testator iubens sua debita solui etiam tan-
tum naturaliter debita soluenda sunt. 27.
Vbi quod in præscriptis. 28.
- 29 Executor vniuersalis non potest totum quin-
tum consumere si descendentes testator re-
liquit. 29.
- 30 Possit id dicimur quod honeste & iuste pos-
sumus. 30.
- 31 Verba quantumcunque præcisa interpreta-
tionem recipiunt & a mente proferentis
regulantur. 31.
- 32 Venientes ab intestato non tenentur totum
quintum pro defuncto expendere. 32.
- 33 Vxori vidua qua sunt illa qua eis restituen-
da sunt mortuo marito. 33.
- 34 Lecti quotidiani appellatione quid veniat.
34.
Vxor vidua viuens luxuriose non gaudet
quarta parte ei à iure concessa.
- 35 Quarta hæc pars an hodie danda sit vxori
viduæ pauperi. n. 35. & n. 36. quod si
maritus decedat cum testamento.
- 37 Siquis moriatur sine propinquis aliquibus
an tunc vxor eius ei succedat, vel an in
pias causas conuertentur, vel fiscus suc-
cedet, dicto n. 35. & iterum n. 37.

L. 6. Quæ erat 32. Tauri.

S P M M A R I U M.

Virtute mandati & commissionis ge-
neralis ad testandum, quid possit facere
commissarius: declarat hæc lex.

IBI. EL TAL COMMISSARIO. Qui qui-
dem cum tantum exonerare conscientiam de-
functi teneatur, secundum legem nostram, lo-
co hæredis habebitur, deficientibus venienti-
bus ab intestato, quibus restans bonorum de-
bitis solutis & quinto pro anima expenso, resti-
tuatur, ex textu nostro hic, nam in hoc casu iste
talis commissarius in tali casu executor vniuer-
salis dici potest, qui quidem loco hæredis ha-
betur, cum talis dicatur ille, qui nullo institu-
to hærede per defunctum inter pauperes Chri-
sti, & sic inter pias causas debet bona distri-
buere, † secundum Bartol. in l. alio. ff. de aliment.
& cib. legat. & tunc talis vniuersalis executor
testamenti vendere poterit, sicut hæres, res hæ-
reditarias pro satisfaciendo onere ei per legem
nostram iniuncto, secundum Bartol. ibidem,
numero 3. & Couarru. in cap. Ioannes numero 6.
de testamen. & Anio. Gomez, tomo 1. cap. 12. nu.
10 & optime per Telliū, hic numero 6. vbi in
versic. unum dicit optime inquit, quod in casu
nostro ex lege nostra iure optimo vendere po-
test, quamuis hæreditas non adeatur, quia nul-
lus hæres institutus est, maxime attenda lege 1. si-
pra isto titulo, & lib. vbi nulla hæreditatis adi-
tio requiritur vt legata & contenta in testamen-
to valeant & debeantur, & sic ea attenda ven-
dere poterunt executores testamentarij res hæ-
reditarias data ad vendendum per testatorem
potestate pro satisfactione testamenti, & valebit
venditio etiam † hæreditate nondum adita, se-
cundum Telliū hic num. 7. & in d. l. 1. supra eod.
diximus, & post hæc videt Matienzo l. 14 gloss. 1.
num. 16. infra isto titulo sic tenentem, neque ten-
entur ex dictis executores requirere hæredes
nisi cum indigent eorum informatione, vel pro-
batione, † secundum gloss. Quæda. in l. 4. tit. 10.
partita. 6. Matienzo, vbi supra num. 26. & et-
iam iure ciuili attendo sic consuluit Bald. Con-
silio. 380 super eo, in libr. 4. licet Anton. Gomez
tom. 1. cap. 12. num. 12. aliud velit, cum Bartol.
in l. alio nu. 16. cum 2. sequentibus. ff. de aliment.
& cib. legat. debet tamen venditio fieri in pu-
blica subhastatione & bona fide seruato † ordi-
ne, Bart. d. l. alio nu. 13. vt prius mobilia postea
iura & actiones & post immobilia, vt Telli. hic
numero 6. nisi libera licentia secundum eum sit
executoribus data † per testatorem vendendi
quicquid voluerint, tunc etiam quamuis ordo
peruertatur valebit venditio, dum tamen bo-
na fide & in publica subhastatione secundum
Telli. dict. numero 6. & dixi bona fide, quia
non est vendenda res magni pretij pro mini-
mo: aliter enim nulla esset venditio, secun-
dum Bartol. vbi supra nu. 13. & 14. vbi num. 15.
tractat quomodo tunc agitur † & an erit neces-
saria excussio, de quo per Paulum, & Jaf. & má-
ximo

xime Curtium in l. *si pretium*. C. de procurator. & per concium nostrum Doctorem Gutierrez in suis allegationibus allega 1. num. 3. & 5. hæres tamen si paratus sit & præbeat nummos ad implendum testamentum, cessabit venditio bonorum *secundum Ioan. dilecti de arte testan. titu. 7. causa. 10. Et an si executor testamentarius soluit posterioribus creditoribus primo venientibus, possint post priores hypothecaria agere † contra emptores rerum, tradit Tellius hic numero 9. & ante eum gloss. *Que las in l. 7. titu. 6. parit. 6.* & an emens ab executore testamentario rem aliquam defuncti vt ex pretio satisfaciatur testamento, teneatur esse diligens vt pecunia illa conuertatur in solutionem, & satisfaciatur illius testamento, † tradit lare noiter Guterrius, in d. *Allega. 1. per rotam* Et an si quis emat ab executore, post tamē non appareat an sit executor, an iuuabitur tunc emptor * præscriptione longi temporis contra hæredem petentem rem emptam. vide Bald. in l. 1. n. 2. C. de rebus ali. non ali. & Barto. in l. fin. ff. de usucapio. pro empt. & gloss. *Que da. in l. 4. titu. 10. parit. 6.* Notandum tamen & aduertendum est per emptores, quod hæredibus talium executorum vltimarum voluntatum non sunt solutiones faciendæ, quia officium eorum non transit ad hæredes vel successores, † secundum Ias. in l. cum quis numero fin. fol. 83. ff. de verborum oblig. quia censetur electa industria persone, secundum Auen cap. 4. prato num. 4. lib. 1. imò nominatio executoris testamentarij, vt quod nominatus, si nolit, possit subrogare in quem velit, nihil valet, † secundum Suarez, in iuu. & prælectione. de capitoria voluntate, fol. 96. per totam in antiquis, & Peralram, in l. si quis Titio numero 4. pag. 193. de legatis 2. vbi allegat Baldum sibi contrariantem in hoc, & tandem relinquit cogitandum, & dicit notandum quia importat ad intellectum l. 1. Tauri Ego tamen non inuenio diuersitatem neque contrarietatem in Baldo, eo quod in d. cap. 1. num. si non loquitur in nostro vltimo casu, scilicet quando testator disposuit vt posset alium substituere, imò potius credo idem dixisse quod Ioan. And. & Suarez, vbi supra sustinendo quod ibidem, adest vnum, non, superfluum, nam vbi dicit si hoc non dixit testator, abundat illud, non, & id manifestissime colligitur ex sequentibus, dum dixit, quod ille qui est inhabilis non potest alium subrogare, si ergo ita est, prout est, vt difficultatem generaret dubitatio illa Baldi, necessario dicendum est Baldum sibi locutu esse etiam in casu in quo testator aliud dixisset: sciebat enim Baldus, in dubium esse imò certissimum etiam executorem habilem ad tale officium substituere non posse, ergo vt ibidem aliquid dubitationis adduceret necessario fatendum est Baldum in d. c. 1. esse emendandum dicto modo, & sic non esse sibi contrarium, neque censendum esse velle aliud, si executor esset habilis, quia in inhabili maius dubium erat, an si testator illum nominaret in executorem suum cum hac modificatione quod posset alium loco sui nominare, difficiliter deciditur quod non potest alium nominare, nam si ipse est inhabilis alium ab eo nominatum censetur testatorem nominasse, quandoquidem inhabilis ille per se non poterat exequi testamentum illud, ergo vt ali-

cuius dubitationis sit illa propositio Baldi, in d. ca. 1. n. fin. necessario est dicendum, ibidem illud, non esse superfluum, & sic non esse Baldum sibi contrarium, prout Peralta voluit illum considerare. Notandum tamen est cum Oldraldo, consilio 295. relato & secuto per Domini, in cap. fin. §. sane, numero 10. de testamen. in 6. & ibi aditio. ad idem allegat Paulum, in consilio 177. in secunda impressione, quod quoties certa erogatio certæ rei & certo loco fienda commissa est, quod tunc posset * alij committi Item & secundo poterit testator in casu negligentia primæ executoris ab eo nominati alium substituere * qui exequatur, puta vt si prior executor intra annum non exequutus fuerit, tunc Titius sit executor & exequatur, quia prouisio testatoris facit cessare prouisionem legis, non tamen posset executori executorem substituere, & sic non debet dicere testator substituendo executorem executori, si primus fuerit negligens, sed dicat quod si intra tempus præfixum à testatore non exequatur, exequatur alius nomine talis, tunc enim valebit. ex dictis per Barbat. in caput. tua nos, columna. 8. de testamen. & sequitur Ioannes dilecti, de arte testandi, titu. 7. de tutore & execut. testamen. cautela 6. numero 3. & ita debet intelligi gloss. expresserit. in d. caput. fin. §. sane, de testamen. in 6. quæ inquit ibi adnotant etiam Franco, quod testator in testamento potest substituere executori, & in eius locum alium deputare. Et an testamentarius iussus distribuere bona inter pauperes possit sibi ipsi capere si sit in summa egestate, dic quod sic, nisi testator id † expresse prohibeat, secundum Ioan. dilecti, in d. tit. 7. cautela. 10. numero 4. & Pala. Rub. in rubrica de dona. inter §. 65. num. 42. & num. 49. inquit quod & potest distribuere male oblata per testatorem inter filios eiusdem, de hac tamen doctrina Ioan. dilecti, & Pala. Rub. diximus latius & eam declarauimus vt vera esset & procedere posset, in additione ad c. 10. lib. 2. Curia Pisana. Et an valeat relictu hoc, volo solui omnibus debentibus à me aliquid recipere, & de hoc stetur simplici dicto Titij * fratris mei, vide Barto. in l. Theopompus, num. 4. de doct. prelat. & in consilio incipi. quidam habens bona communia. Et an si intra annum debeat aliquid testamentarius distribuere in pauperes, quos ipse elegerit, admittatur post annum ad illud distribuendum, & pauperes eligendum, † tractat Bart. in l. cum quidam num. 9. delegat. 2. vbi inquit, quod ipse testamentarius non verò Episcopus poterit eligere, quem sequitur Abb. in cap. nos quidem num. 12. de testamen. Anto. de Butriu. in cap. 2. de supplen. neg. prelat. Ancharranus consilio 412. contrarium tamen tenet Iacob. de Are. Bald. & Imol. in d. l. cum quidam & Domini. consilio. 24. & Ancharran. sibi contrarius, consilio. 387. & hanc eum Bald. dicit communem Cotarru. in d. caput. nos quidem, numero 7. vbi in fine dicit, quod Barto. vbi supra loquitur in legatis non pijs, secus in pijs, secundum eundem Bald. in l. penultima C. de fideicommissa. liber. & Castil. lo. l. 34. Tauri numero 2. & 3. & contra Barto. cum Bald. dicit communem Meteses, in d. l. cum quidam numero 27. de legatis. 2. & veriorrem contra Barto. dixit gloss. Obispos. l. 7. tit. 10. parit. 6. vbi respondet. l. 33. Tauri, quæ contraria vide-

Quæstio prima.

ria videbatur: habes tamen vnum singulare notare, scilicet quod executor ad maritandas puellas in cōtumaciam hæredis potest mitti † in possessionem bonorum, secundum Bald. in cap. cum venissent nu. fin. extra de eo qui mit. in possessio. causa rei seruan. Possuntque executores ij in absentia hæredum exequi testamentum, secundum formam l. 11. in de las mandas, lib. 3. fori, teste addito.

Quæstio
secunda.

18 Roderic. Suarez, in titu. de las herencias, nu. fin. pag. 460. in antiquis. Et an pro legato soluendo possit executor conueniri, † vide per Anton. Gom. tom. 1. cap. 12. num. 12. & quid pro debitis satisfaciendis. vide Fab. in §. ex quo, inst. de lega. & quia vtrunq; membrum, discutitur nouissimè per Matienzo. in l. 14. glos. 1. num. 30. & 32 infra.

Quæstio
tertia.

19 *fra. sto. it. & lib. ipsum referte sufficiet.* Sed an salarium debeat de iure † aut consuetudine iis executoribus testamentariis Auen. cap. 2. prator. nu. 8. lib. 1. inquit quod sic ex consuetudine, ex l. 30. in fin. lib. 8. ordinam veteris, ex qua decerpit nouissimè Baeza de decimatutorum cap. 19. num. 21. & prius in cap. 2. num. 19. quod decima debetur huic testamentario pro labore suo sicut tutori, quod quidem non est verum, neque lex illa. 30. quam pro se allegat si bene inspiciatur aliquid probat, neque ibi vllum verbum de decima appositum erat, imò neque hodie ponitur, prout transumptiue habetur in l. 14. infra isto nostro titulo & libro, ut ibi latius considerabo, & idè decima executori huic non debetur, prout male asserit Baeza. deberi. imò & quod fortius est si testator aliud non disponit, neque salarium vllum debetur, neque vidi concedi testamentariis iis, eò quod officium hoc voluntarium est acceptare illud & cum in voluntate consistat, non est cur præstandum sit salarium, nisi talis testamentarius esset officialis, & talis qui pro implendo testamento perderet acquirere ex operibus officij sui, tunc enim iustum esset, quod aliquid pro salario & in recompensam damni solueretur ei.

Quæstio
quarta.

20 Sed an testamentarius teneatur facere inuentarium, & reddere rationem † & dicendū est quod sic, ut per Paul. Bal. & Doct. in l. nulli num. 6. C. de Episcopis & cleric. & Ioann. Jacobi à Canibus, in tract. de executor. vltim. volunt. sub §. nouissimum vero, & Rebusus, in l. boues. §. intercedere versi. nono etiam procedit, pag. 544. ff. de verb. significa. & probatur ex l. 5. titu. 10. parti. 6. ibi adnotante gloss. Faga escriuit. & gloss. Dar cuenta. & remissiuè dixi in l. 6. nu. 10. titu. 2. lib. 1. supra. idque aliquibus modis limitat Ioan. Jacobi à Canibus, ubi supra salit etiam in iis, quæ testator iussit secreto testamentario ut errogaret, de iis enim nullam † teneatur reddere rationem, secundum Ancharranum consilio, 416. in 3. dubio, & Iaso in l. si sic legatum num. 11. de lega. 1. & Bal. in d. l. nulli, & Specul. de instru. di. §. 14. numero 46. & ibi aditio. in versic. executor teneatur facere. & Suarez. de captatoria voluntate pag. 98. in medio, in antiquis, inquit etiam cum Ancharrano, ubi supra quod non teneatur declarare personas in quas testator sibi commisit † expendere, nisi distributio esset fraudulenta, putà quia res expendendæ reperiuntur penes ipsum testamentarium, nam tunc reddet rationem, secundum eundem Ancharra. consil. 45. in fine, aliter enim creditur ei dicenti se bene expendisse, secundum Salyc. relatum, & secutum

per gloss. Dar cuenta. in dict. l. 5. titu. 10. partita. 6. & Ioann. Jacobi, ubi supra. §. final. numero 10. quicquid velit Domini. in cap. statutum. §. assessorum num. 5. versic. in fin. gloss. & in versic. nam ex his, de rescriptis in 6. Debet tamen testator declarare in testamento vel testibus probari declarasse, quod secreto illud commisit suo testamentario, vel conscientia eius, aliter enim non creditur testamentario † dicenti sibi à testatore sic commissum, secundum Felin. in c. cum in iure, nu. 4. de offic. del.

Ibi. Si no tan solamente. Hic est text. expressus probans, quod quamuis verbis generalibus fiat commissio testamentum faciendi † alicui tertio, valet & tenet talis commissio, & censerur sibi commissum ut disponat secundum ordinem, & formam nostri tex. in correctionem opinionis Bart. & aliorum relatorum per Couar. in ca. cum tibi num. 10. de testam. dicentium quod per liberam voluntatem non potest committi testamenti factio, contra quam doctrinam videtur text. expressus hic. per quem ita tenere videtur Couar. ubi supra & gloss. aluedrio, in l. 11. titu. 3. partita. 6. col. 3. versic. quarto limita. & refert Telli. hic num. 1. Sed bene considerando nulla ex nostro text. inducitur correctio, quia cum tex. hic taxet & ponat formam disponendi de bonis defuncti, quoties generaliter committitur potestas faciendi testamentum, non potest dici committi in liberam voluntatem, quoniam libera voluntas ea esset, si cum is, cui committitur posset ad libitum disponere, ex l. tamen nostra non potest ad libitum disponi, sed omnino forma nostre legis est seruanda, ergo non inducitur in præsentem correctio aliqua dictæ opinionis Bartoli iure communi fundatæ, quæ loquitur quoties liberâ voluntas committitur nulla præfixa forma disponendi per legem aut testatorem. Posset tamen tentari, etiam hodie posse procedere Bartoli doctrinam, quoties testator committeret alicui testamenti factionem generaliter, & quod non teneretur seruare formam nostre legis sed quod ad libitum posset de bonis disponere non seruata forma nostre legis & ea non obstante, tunc enim commissio hæc non valeret, ex dicta Bart. doctrina, & quia defunctus aliquis non potest facere quin leges in suo testamento locū habeant, imò adhuc tunc debet dispositio nostre legis seruari, si tamen testator committeret bona sua dispositioni Titij, videtur † Titium heredem instituere, ut distribuat illa in pias causas, prout communem testatur Couar. ubi supra relatus per Villalobos, in arario mille com. opinio litera. T. nu. 80. dicens legem nostram loqui in casu in quo defunctus commisit alteri, ut testaretur pro eo, sed si ipse defunctus testatur & iubeat supradicto modo bona sua dispositioni Titij remanere, tunc procedit illa communis.

Nota
considerat.
nat. Au-
thoris.

21 Ibi. Sus deudas. Etiam naturaliter debita, secundum Telli. hic num. 5. nam & si tantum testator iubeat executoribus sui testamenti, ut debita persoluant, mandatum hoc & ad debita tantum naturaliter † debita porrigitur & pertinet, ex Tello, hic & Castillo, hic & Menesio, in l. & si inutiliter num. 8. C. de fideicommiss. & post hæc vidi Matienzo. hic in gloss. 1. sic referentem, ubi & quid in debitis † præscriptis, & numero 3. declarat

22 mentario ut errogaret, de iis enim nullam † teneatur reddere rationem, secundum Ancharranum consilio, 416. in 3. dubio, & Iaso in l. si sic legatum num. 11. de lega. 1. & Bal. in d. l. nulli, & Specul. de instru. di. §. 14. numero 46. & ibi aditio. in versic. executor teneatur facere. & Suarez. de captatoria voluntate pag. 98. in medio, in antiquis, inquit etiam cum Ancharrano, ubi supra quod non teneatur declarare personas in quas testator sibi commisit † expendere, nisi distributio esset fraudulenta, putà quia res expendendæ reperiuntur penes ipsum testamentarium, nam tunc reddet rationem, secundum eundem Ancharra. consil. 45. in fine, aliter enim creditur ei dicenti se bene expendisse, secundum Salyc. relatum, & secutum

de clarat

declarat ipse Matienzo, has doctrinas, & Dida. Perez. l. 4. tit. 2. lib. 5. or. glos. 2. q. 12.

Ibi, *De la quinta parte.* Intellige cum defunctus hic hæredes transuersales reliquit. non verò si filios, vel descendentes, vel ascendentes, qui quidem sunt necessarij hæredes, tunc enim commissarius executorque voluntatis defuncti relictus secundum terminos nostræ legis, nõ poterit totum quintũ consumere † si defunctus descendentes legitimos & naturales reliquit, vel totum tertium bonorum si tantum ascendentes legitimos & naturales reliquit, sed tantum poterit commissarius hic soluere debita, & exonerare defuncti conscientiam, & pro anima secundum qualitatem defuncti disponere, neque poterit tunc totum quintum aut tertium respectiue secundum dicta consumere, & quod sic loquatur & intelligenda sit lex nox nostra patet, nam secundum legem præcedentem commissarius non potest in quinto, vel in tertio meliorare, neque filios exheredare neque alia ibidem contenta facere, sed teneatur formam mandati seruare ad vnguem, in mandato tamen non continetur, quod possit totam quintum consumere cum descendentes defunctus reliquit neque tertium cum ascendentes, neque est lex id permittens, igitur vera est dicta declaratio ad legem nostram, imò si bene inspicatur. l. 10. *infra isto titulo.* & lib. expresse vult hæc commissarium facere non posse in dictis casibus, *ut patet ibi. Los quales en caso que no sean hijos.* Ergo si filij sunt, cessat consumptio totius quinti, *ex hoc l. 10.* neque obstat si dicatur hanc l. 10. loqui quoties commissarius nihil declarauit, & mortuus est nulla declaratione facta, nam nulla congrua differentie ratio constitui potest, declarat nec nõ commissarius hic, *ut aduertit Tellus, in l. 37. Tauri n. 1.* ergo in vtroque casu idem dicere debemus, item & hoc deducitur ex lege nostra, *ibi, dum dicit. Parientes.* Sed propinqui dicuntur proprie transuersales, alij enim descendentes, vel ascendentes vocantur, ergo non sine mysterio lex nostra per verbum. *Parientes.* Tantum locuta est, nam si de descendentes aut ascendentes loqui vellet, sciret utique prout *in dict. l. 36. Tauri. que est 10. infra eod.* locutus est legislator, & sic verissimum reputo intellectum Tellij, *hic, & in l. 36. Tauri num. 4. & in l. 37. num. 1. infra ne, & voluit ante eum Cifuentes in l. 38. Tauri, & tetigit Anto. Gomez in d. l. 37. n. 1.* licet ipse *ibi* post discedat ab eo, prout discessit Matienzo *in d. l. 10. in glos. 4. num. 3. infra eod. & iterum in l. 11. in glos. 2. & Velazquez. l. 32. Tauri. num. 11.* nullam rationem differentie constituentes inter casum illarum legum, & nostræ legis, & quia si aliud diceremus contra intellectum Tellij, absurdum graue resultare posset, prout in facti contingencia vidi, nam quædam mulier rustica diues tamen bonorum dotalium in articulo mortis reliquit commissarium quendam, qui testaretur secundum terminos nostræ legis, & reliquit vnum filium legitimum, & quintum bonorum suorum erit maximi valoris, interrogo nunc quando rustica hæc, neque antecessores eius voluerunt expendi ita magnam quantitatem pro anima sua, præsertim in muliere non solita negotiari, negotiationibus implicata, & quæ secundum consuetudinem similibus rusticarum mulierum non ef-

set expensura pro se, si testaretur dimidiam partem quinti, neque tertiam quinti partem, ergo absurdum esset, commissarium totum quintum expendere cum filiam rusticam hæc reliquerit, & secundum suam qualitatem disponi voluerit per commissarium, posset tamen opinio Anton. Gomez procedere in persona nobili & negotiationibus inuoluta in qua pro exoneratione conscientie videbatur necessarium totum quintum expendi, secus vero alias in alia vbi ratio hæc non daretur, *Et hoc colligitur ex nostra lege, ibi. Pueda descargar los cargos de conscientia del testador.* Sed quomodo hoc fiet, inquit lex nostra. *Pagando sus deudas y cargos de seruicio, y otras deudas semejantes, y mandar distribuyr por el anima la quinta parte de sus bienes que pagadas sus deudas montare.* Pondera enim dictionem illam. *Pueda* Quæ non liberam voluntatem denotat, sed potentiam regulatam reeta ratione, id enim dicitur posse, quod honeste, de iure vel commode † quis potest, *ex tex. in clem. 30. sape, de verb. signifi. c. cum teneamur, de præbend. cap. nisi cum, de renun. 22. q. 2. faciat. 12. q. 2. & si illi, ca. si ea 25. q. 2. Gerard. singul. 87.* Et sic quæ facta lædunt pietatem existimationem & verecundiam nostram, vel contra bonos mores non possumus. *l. filius, ff. de cond. instu. Ricus, optime in l. nepos proculo, in principio versi, colligere multa, ff. de verb. signifi. pag. 666. cum 2. sequentibus, & cum in potentia commissarij lex nostra relinquat exonerare conscientiam defuncti ex dicta quinta parte bonorum restantium debitis solutis, non subiicitur eius necessitati ut totum quintum consumat in hoc, & cum necessitati non subiiciatur debet hanc potentiam commissarius regulare considerando qualitatem personæ defuncti & vitam eius, & consuetudinem regionis & conditionem & genus, ut iis attentis plus vel minus distribuat non excedendo à ducta quinta parte, nam & etiam verba quantumcunque præcisa interpretationem congruam † recipiunt, & à mente proferentis regulantur secundum Ias. in l. 1. col. 4. de leg. 1. vbi inquit quod verba legis quantumcunque vniuersalia & præcisa recipiunt limitationem, & interpretationem congruam, *glos. in l. stipulatus sum d. mo. verbo stipulatus, & ibi notatur, de verbo. oblig. Paris. conf. 3. n. 61. vol. 3. Deci. conf. 356. Roland. alia allegando. inconf. 61. nu. 54. cum 3. sequentibus volu. 2.* verbaque quæ possunt sapere liberam voluntatem, & arbitrium sicut boni viri, demonstrare potius viri boni arbitrium, notauit Barto. *in l. cum filius. §. fin. de leg. 2. Alex. confil. 58. num. 2. vol. 3. Menochi. de arbit. iudi. lib. 1. quest. 6. nu. 15. cum sequentibus, & sic quoties pro exoneratione conscientie non est necesse totum quintum consumere, putà quia attendita qualitate defuncti & bona eius vita & regionis consuetudine, & inspectis filiis & descendentes superstitibus non est expendendum quintum totum, & malefaceret commissarius illud totum expendens, ad boni namq; viri arbitrium debet reduci *ex dictis, illud verbum. Pueda.* Et sic potest iure optimo defendi id procedere etiam si non descendentes, vel ascendentes defunctus relinqueret, sed transuersales ab intestato successuros, & præsertim si eos vel alium quemlibet extraneum nominaret hæredem, & id manifeste ex dictis, & ex verbis limitationis**

uis nostræ legis deducitur ponderatis dicto modo, & verissimum credo & multum attendendum per tales commissarios, item quia venientes ab intestato nõ tenentur de iure totum quintum * pro defuncto, cui succedunt, expendere, sed secundum qualitatatem defuncti, *vt per Castillo, in l. 36 Tauri. numero 2. neque l. 11. infra eod. id inficiatur, ibi enim non disponitur quod totum quintum sit expendendum quoties testator nominato hærede dedit mādatum commissario vt perficeret testamentum, sed quod tunc non possit talis commissarius vltra quintum expendere, intra quintum tamen potest, & totum quintum inspecta qualitate personæ defuncti & vita eius, & regionis consuetudine, vt dictum est, & in casus contingentia vt dixi, vide sic sententiam per magnum aduocatam huius prouinciæ relictum per rusticam illam in commissarium ad perficiendum suum testamentum, qui quidem aduocatus consumpsit totum quintum, & post in suo testamento insit filii illius rusticæ mulieris restitui totum id quod disposuerat de bonis defuncti in quinto illo vltra exonerationem conscientie dictæ defunctæ & pro animæ satisfactione secundum defunctæ qualitatem, & licet non declarauit qua ex causa, nullam aliam potui considerare nisi istam & ex verbis sui testamenti sic clare dabatur intelligi, quæ notanda sunt quia singularia & noua ad l. nostram § l. 10. § 11. infra eod. quæ fuerunt. 36 § 37. Tauri.*

Ibi, *Lo que segun las leyes, & quæ sint hæc, quæ secundum leges sunt vxori soluto matrimonio restituenda per hæredes viti reulit Castillo, hic in fi. verbis. scilicet, dos, & arræ si promissæ ¶ fuerunt, & dimidia multiplicatorum, & lectum quotidianum, & quarta pars bonorum mariti in causa in quo vxor ipsa etiam aliis restitutis pauper adhuc remaneat, quod & tradidit nouissime, Gomezus Leon, in centuria informationum iuris, loco. 8. & Ouefada, in questionibus suis, quest. 25. vbi in fine, inquit lectum * hoc debere esse conueniens statui viduali, & in c. 28 declarat, quid veniat appellatione huius lecti, & an vestes nuptiales ei dandæ sint, & vestes itidem lugubres alibi dixi, & Quelada, dict. quest. 25. tractat ideo non repeto, est tamen notandum, quod mulier hæc si luxuriose viuat, non gaudebit dicta quarta ¶ parte, neque beneficio legis eam ei concedentis, secundum Auiles, in proemio capit. pret. fol. 7. num. 44. Sed nonne si maritus sine consanguineis decedat, omnia bona quæ reliquit sunt vxoris suæ, & ipsa est tunc eius hæres ex l. 6. nu. 13. part. 4. ergo & hic erunt omnia, Doctores verò tantum quartam ei assignant ergo male, aut dicta lex partitæ correctæ est per nostram, ideo lex nostra intelligi debet ad hoc vt tantum quartam habeat mulier nõ vero omnia bona, quoties defunctus hic consanguineos reliquit, vt loquitur in vers. *Y el remaniente se parta, & tunc verba sequentia, Lo que segun las leyes, ad dictam quartam referantur, quoad versiculum vero, Y si parientes tales no inuiere, quoties defunctus consanguineos non reliquit, verba illa, Lo que segun las leyes, referantur ad omnia mariti bona, reddendo singula singulis, & sic lex nostra non contrariatur legibus antiquis, sed potius disponit id quod antiquæ disposuerunt, cum ad illa se referat, vel procedat lex**

nostra quoties defunctus decessit commissario ad testandum relicto: nam tunc quarta tantum dabitur mulieri, siue adsint consanguinei siue nõ, secus verò si decessit nullo relicto commissario neque facto testamento, quoniam tunc omnia bona dabuntur vxori deficientibus consanguineis placet tamen magis primus intellectus, de quo & aliqua dicemus latius in l. pen. tu. 8. infra isto lib. Item & ex iis nostræ legis verbis, notari potest quartam hanc dandam vxori inopi etiam si maritus ¶ cum testamento decedat, *provt § erat 36 communis opin. teste Rolan. Valle, consi. 72. n. 59. § 60. vol. 1. § Craßum, recep. senten. verbo, hæreditatis, in princ. n. 23. ad fin.*

Ibi, *Por causas pias, ex ijs verbis aliqui voluerunt dicere correctæ esse iura ciuilia & regia dispensentia deficientibus consanguineis defuncti fiscum succedere, in id quod ex lege nostra fiscus nõ succedat etiam si consanguinei deficient, ¶ sed 37 quod in pias causas couertantur bona defuncti, sed quia correctiones vitandæ sunt, ideo dicendum est legem nostram loqui quoties defunctus commisit alicui testamento factionem generalem, tunc enim fiscus non succedit, quia testatus defunctus decessit, cessante tamen hac commissione & defuncto ab intestato decedente dicta iura in suo remanent robore, secundum Anto. Gom. nu. 3. Castillo. 11. hic, & Villalobos, in antinomia iuris ciuilibus & regij litera. B. nu. 10. & Telli. hic num. 4. vbi in versi, ulterius satisfaciunt eidem obiectioni, & hæc est veritas.*

S V M M A R I V M.

- 1 Facultas meliorandi alicui data ex formæ l. 5. sup. eod. finitur lapsa tempore nostri tex. num. 1. & nu. 2. an possit concedens eam prorogare.
- 3 Commissarius an possit variare in electione personarum. num. 3. cap. tua nos. de testam. & similia an corrigantur per text. nostrum. num. 4.
- 5 Annus executoribus testamentorum a quo tempore currat. n. 5. & 8. an scientia requiratur vt currat & num. 11. an impedito, & ibi an mora purgetur.
- 6 Peccat testamentarius potens implere testamentum & non implens. num. 6. vbi idem si causa vendendi res maiori pretio non adimpleat.
- 7 Casus testamentariorum quorundam non implentium testamenta. 7.
- 9 Testamentarius potest compellere heredem, aliis curator detur hereditati. 9.
- 10 Aditio hereditatis an requiratur vt executor exequatur. 10.
- 12 Minor commissarius non restituitur aduersus lapsum temporis nostri tex. 12.

In l. 7. quæ erat 33. Tauri.

S V M M A R I V M.

Intra quantum tempus tenetur commissarius

missarius disponere & per quod tempus daret eius mandatum, ut valeat id quod disposuerit, declarat lex nostra.

Ibi, O MANDAS, ex iis verbis determinatur quæstio per nos proposita in l. 5. supra isto tit. in gloss. *Mejora, in fine*, num scilicet, facultas meliorandi alicui data ex forma illius. l. 5. lapsu huius temporis nostri tex finiat, & concludendum est quod sic, ut & tenet Pelaez, in tract. de maiorati. & melo. 1. part. quæst. 48. num. 1. cum sequentibus, vbi numero 9. & 10 tractat an possit defunctus prorogare terminum nostræ legis commissario huic, & numero. 47. an possit commissarius variare in electione personæ meliorandæ, & alia *ibid.* & in quæst. 49. sequente prosequitur ipse Pelaez, ad nostram: l. adaptabilia, quæ per ipsum videri possunt, nè transcribamus eius dicta & ut finem huic prolixo titulo imponamus.

Ibi, *De quatro meses*, quamvis ex iis verbis Anto. Gomez, *hic num. 1.* voluerit asserere abbreviari iam terminum tex. in cap. tua nos, de testam. & Authen. *hic amplius, cap. de fideicomis. & l. 6. tit. 10. part. 6.* concedentium executori testamentario spatium vnus anni ad implementum testamenti, ut scilicet, iam ex tex. nostro tempus nostri tex. ad dictum implementum sit seruandum, & sic quod in hoc dicta iurâ corrigantur, vel saltem restringantur, tamen ut optime perpendit hic Castillo, ante numerum primum, non corrigit neque coarctat tex. noster iura illa, quoniam tex. noster tantum loquitur & procedit, quotiescumque non tantum executio testamenti alicui committitur, sed etiam confectio eiusdem testamenti principaliter committitur, tunc enim tempus nostri tex. est attendendum quoad implementum contentorum in eo, sed quando testator condidit testamentum & in eo nominauit executores talis testamenti, tunc dicta iura in suo permanent robore, si nullum aliud tempus in tali testamento signauit, nam si signasset, illud esset attendendum, ut per Castillo, vbi sup. & Telli. *hic n. 2. per dictam l. 6. tit. 10. part. 6.* & Couar. *optimè per conclusiones declarantem, in dict. cap. nos quidem. num. 1. cum sequentibus aliquibus* Et à quo tempore currat annus ille, & an requiratur monitio iudicis tradit *ibidem* Couar. *num. 2. & gloss. fasta. in ead. l. 5. & in l. 8. glo. 1. eod. tit. 10. & part. 6. & nouissime Meneses, in d. Authen. hoc amplius num. 14. cum 2. sequentibus, & melius Telli. hic num. 1. versicul. sed nunc, & iterum in l. 38. Tauri, num. 2.* vbi concludit, quod ut executio deuoluatur ad Episcopum, vel ad alium executores propter negligentiam primi nulla requiritur monitio, sed sufficit transcursum anni à die scientiæ ipsius executoris numerandi, verumtamen ut executor perdat legatum propter non impletum testamentum bene requiritur monitio, prout & tradit glo. 1. l. 8. tit. 10. part. 6. & videtur mihi verum, sed si talis executor sit minor vel Ecclesia, tunc restituitur aduersus negligentiam hanc ut hæreditate, vel legato in testamento illo facto non priuatur, secundum gloss. pen. in d. l. 8. Si tamen Episcopus bis monuerit talem executores testamentarium ut impleat testamen-

tum, & noluerit, tunc etiam si annus nondum sit lapsus, poterit Episcopus illud exequi, & perdet talis executor potestatem illud exequendi amplius, secundum Couar. vbi sup. n. 5. & Menes. vbi sup. n. 9. & gloss. 1. d. l. 8. scire enim debent ij executores testamentarij, quod annus iste non datur eis, ut per totum anni discursum possint differre implementum testamenti, sed tantum ad hoc, quod si non potuerint, gaudeant spatio dicti anni & hoc est quod voluit dicta l. 6. tit. 10. part. 6. si bene inspiciatur, aliter enim peccat executor testamentarius, qui cum potest implere voluntate defuncti, illam non implet, & secundum Florenti. & in 4. parte sua summa Theolog. tit. 14. §. 6. colu. 2. in principio, imo si causa vendendi res testatoris maiori pretio differat executionem, peccaret itidem mortaliter, secundum Pal. Rub. in rubrica. §. 65. incip. limitatibus tertio, num. 19. & 20 fol. 42. in magnis, vbi narrat casum notandum de quodam testamentario differente executionem, & alios duos casus refert & Rebuf. in 1. tomo. tit. de senten. prouis. in prefat. num. 86. & 87. vbi a num. 69. plura de iis testamentarijs dicit, & ideo iure optimo priuabatur hæreditate, vel legato, vel salario, secundam l. 24. infra isto tit. & Authen. hoc lib. testamentarius differens executionem ex tex. in d. Auth. hoc amplius. Sed nunc requiritur scientia & testamentarij ut annus hic labatur, & videtur quod non, ex iur. hic, contrarium tamen est tenendum, imò quod executori huic testamentario annus iste currat à die scientiæ secundum gl. in d. l. 6. verbo, Fasta un año; & in l. 8. glo. 1. tit. 10. pa. 6. & Couar. in d. ca. nos quidem, n. 3. & Menes. in dict. Authen. hoc amplius. n. 16. imò & secundum eos additio hæreditatis requiritur ut currat, & sic quod à die mortis testatoris & scientiæ aditæque hæreditatis, unde fit secundum eos, quod possit executor hic compellere hæredem ut adeat intra certum tempus, aliter enim detur curaror hæreditati, & ut sic testamentum impleatur, ex quo dicit dicta gloss. Fasta, relata & secuta per Telli. in leg. 32. Tauri, numero 8. & in presentis. num. 1. in fine, quod cum hodie ex. l. 1. sup. isto tit. ut valeant contenta in testamento, & sic datio executoris, non requiritur iam aditio hæreditatis, & ut executor talis possit vendere ex bonis hæreditariis ad implendum testamentum, de quo dicitur in eadem. l. 1. neque obstat supradictis lex nostra minorem anni terminum constituens, & ignorantia currere statuens, quoniam loquitur in alio differente casu, prout supra diximus, scilicet, quories & executio testamenti & conditio & ordinatio eius committitur alicui, tunc enim talis commissarius relictus aliquo ex modis in duabus legibus præcedentibus declaratis, tenetur mandatum implere intra terminos nostri tex. & ignorantia currunt, imò & impedito, & nam quod maius impedimentum, quam ignorantia, & hæc non prodest, igitur neque aliud impedimentum proderit, nam propter vnum quodque tale, & illud magis, aded ut neque mora tunc purgari possit, secundum Anto. Gom. hic num. 2. & Castillo. n. 2. & Couar. in d. ca. nos quidem, n. 7. contra Bart. in l. cum quiddam de l. 2. contra tenentem & malè quem supra lege proxima dixi committet reprobari, maximè cū tex. hic lapsus eius terminis hunc commissarium

7
Casus
notabilis
testamē-
tarij
differen-
tium e-
xecutio-
nem.
8
Quæstio
prima

10

11

commissarium ita inhabilem reddat ac si nunquam ei commissio per defunctum esset data, imò neque transmittet hic commissarius facultatem declarandi heredibus suis, *ex text. in l. idem Pomponius & ibi gloss. ff. de rei vendi. allegatum ad hoc per Anto. Gom. de delict. cap. 8. num. 5. versic. quinto facit, & dixi in l. 31. Tauri. quæ est s. supr. eodem in glo. salvo si, & probatur ex l. 10. infra isto tit. ibi, Por que murio, ne que huic nostræ declarationi obstabit l. 12. infra eod. ibi, Fuere n requeridos, quasi scientia requiratur, nam lex illa loquitur & procedit quoad priuandum executores & commissarium hunc ab officio, vel à legato ei relicto, quoad lapsum tamen temporis non requiritur monitio in terminis nostri text. qui sic loquitur, *ut testatur Tellus, in ea. l. 12. num. 2. & voluit Menesius, in dict. Authen. hoc amplius, num. 16. in fine. Cod. de fideicommiss. & Matien. in ead. l. 12. glo. 1. neque restitueretur * minor commissarius aduersus lapsum huius temporis, ut dixi ex Anton. Gom. hic sub l. 33. Tauri, num. fin. & Matienzo, hic in glo. 5. in fine.**

Ibi, *Pero lo que el testador*, intelligerem istam l. dum dicit, determinadamente, quoties aliqua res per defunctum mandatur hæredi nominando rem hanc expresse & specificè & certitudinaliter, non vero si alternatiue, scilicet, quamuis ex duabus elegerit, nam tunc seruabitur dispositio l. 25. tit. 9. partit. 6. licet glo. ibi verbo, *Del año*, aliter in fine intelligat.

Ibi, *Que sea auido*, scilicet quantum ad essentiam, nam essentia mutari non potest, sed secundum quod testator iussit fieri, est faciendum, executio tamen eius tunc Episcopo competet, qui est legitimus executor testamentorum executore negligente, *ita declarat gloss. obispos, in l. 7. titul. 10. partit. 6. qui Episcopus essentiam & formam à testatore datam seruare tenetur, secundum gloss. ibi, & Bald. in l. si puellam, & ibi additio. C. si mancip. ita fuer. ali. quem allegat grammari. decis. 103. num. 11.*

In l. 8. quæ erat 34. Tauri.

S V M M A R I V M.

Commissarius ad testamentum faciendum non potest reuocare testamentum antea per committentem factum, nisi id ei specialiter commissum sit.

Ibi, *Saluo si el testador*, hic colligitur rationem decidendi ad text. nostrum assignatam per Anton. Gomez. hic esse efficacem, & literæ accommodatiorem, & quia eadem solemnitas, quæ requiritur in actu agendo, requiritur & in illo destruendo, sed ad agendum pro alio testamentum requiritur commissio, ergo & ad factum destruendum, & est melior ratio meo videri, quam illa per Tellium hic numero 1. assignata.

Tom. 3.

Ad l. 9. quæ erat 35. Tauri.

Ibi, *No pueda reuocar*, dic quod idem erit in electione iam facta & in omni alio actu per commissarium facta, ut licet videre per Pelaez, *de maiora. & melio. 1. part. quæst. 48. numero 45. & num. 46.* alia dicit in propositum, & in num. 55. hæc limitat & declarat.

Ad l. 11. 37. Tauri.

Ibi, *Saluo*, hic colligitur clare text. hunc loqui quoties defunctus non relinquit descendentes: nam si eos reliquisset non posset testator iubere ultra quintum distribui, *ut diximus late l. 6. supr. eod. numero 28. cum sequentibus pluribus.*

S V M M A R I V M.

1. *Discordantibus testamentarijs non in solidum constitutis factum à maiori eorum parte valebit, numero 1.*
2. *Factum à maiori parte valebit in concernentibus officium extraiudiciale. 2.*
3. *Sortis iudicio non est locus nisi in casibus à iure expressis. 3. & ibi aliqui enumerantur casus, & ibi. nu. 4. quod in fratribus bona hereditaria diuidentibus, & quod iudicio sortis quoties locus est super questione facti, non verò iuris erit.*

In l. 12. quæ erat 38. Tauri.

S V M M A R I V M.

Discordia orta inter duos aut plures commissarios quid est agendum disponit lex nostra.

Ibi, *requeridos*, prout enim in hoc titulo diximus ad priuandum commissariū vel executores testamentariū potestate exequendi vel legato monitio requiritur, *ut in Authen. hoc amplius l. de fideic. & l. 8. tit. 10. pa. 6.* non vero quoad ut currat tempus, prout in lege 7. istius tit. diximus, quæ hic non est necesse repetere.

Ibi, *Que de por entero al otro*, prout ex text. in ca. religiosus §. sanè, de testamen. in 6. deciditur, & ibi Doct. maxime Frā. col. 2. & ibi in princ. illius §. hoc ampliat etiam si ille, qui mortuus est vel alio modo impeditus exequi acceptauerit officium, nam non sunt propter hoc voluntates defunctorum differendæ, nè exequantur, sed alij potius executores id efficient.

Ibi, *La mayor parte*, & hoc quando omnibus est eadem insimul data potestas, non vero vniciuque in solidum, tunc enim eis discordantibus factum à maiori parte * eorū valebit, *ex text. hic, decidente in hoc varietates opinionū Doct. relatas, per Specul. & eius additio. in tit. de instr. edi. §. nunc vero aliqua, nu. 50. &*

N

per

per Francum, in d. cap. religiosus. §. sane colu. 2. de testament. in 6. & per Bald. in l. nulli nu. 17. & ibi additio. C. de Episcopis & Cleri. per text. tamen nostrum hæc decisa sunt, vt valeat maior pars eorum, nam vt inquit Abb. in c. cum in veteri. nu. 10. in fine, de electi. relatus & secutus per Felin. in cap. cum omnes nu. 17. in princip. de constituit. valet factum à maiori parte in ijs, quæ officium extraiudiciale * concernunt, & tradit ultra Docto. hic Didac. Perez. l. 4. titulo secundo, quest. 16. pagin. 141. libr. 5. ordinament.

Ibi, Echen fuertes, ex hac speciali fortium dispositione colligitur ex text. hic. generalis regula, scilicet, quod iudicio fortis non est locus nisi in casibus à iure expressis, * idque sic colligo ex text. nostro, nam si Regula generalis esset quod iudicio fortis generaliter esset locus, non esset necessarium per particularem dispositionem providere, quod in casu nostræ legis ad iudicium fortis deueniretur, & cum specialiter lex nostra id prouideat, manifestè colligitur esse regulam in contrarium, scilicet quod iudicio fortis non est locus nisi in casibus à iure expressis, similique modo & satis subtiliter hanc regulam colligit Peralta, in l. si quis seruum §. si inter duos, num. 12. de lega. 2. ex gloss. in cap. fin. de sortileg. quantumuis ad regulam contrarium eam allegauerint Felin. Lanzel. & Alex. per ipsum Peraltam allegati, contra quos iure optimo tenet ibi Peralta, præsertim cum ex text. nostro dicta regula approbetur, & sic de casibus in iure expressis vbi est locus iudicio fortis, erit iste nostræ legis vnus, aded vt similes casus non admitterem nisi expressi in iure reperiantur, vt dixi in l. 2. tit. 1. libr. 2. recopil. in casu 113. Alium casum reperies in l. 2. C. quando, & quibus quarta pars deb. libr. 10. vbi additio. Bart. numer. 5. ponit, an sit peccatum sortes mittere, & tradit Bonifacius, de maleficijs, sub tit. de sortilegijs, pagina. 389. colum. 2. in principio, in parnis. Et an fratres agentes de hæreditatis diuisione sortiri debeant * nec nè, est satis dubia quæstio, prout patet ex Ias. in §. quedam, num. 64. cum sequentibus instit. de actioni. Et est aduertendum quod quoties est locus iudicio fortis, est super quæstione facti, non verò super quæstione iuris, secundum Additio. Abb. in capitul. in nostra, numero 4. litera C. de testibus, vbi additio plura allegat circa hac.

S V M M A R I V M.

- 1 Testamentum coram testibus tantum factum publicandum est & quomodo, numero primo.
- 2 Testamentarius celans testamentum perdit legatum dum tamen dolose celet, & sententia condemnatur in gloss. 3. in principio, & nu. 2. velsaltem præcesserit monitio, vt ibi, limita, num. 4. 5. 6. & 7.
- 3 Monitio requiritur, vbi ex culpa in non facièdo pœna incurrènda est. 3. restituetur tum si minor est aduersus hanc negligentiam, numero 4.
- 7 Testamentario pro executione testamenti an decima soluat. 7.

Lex 14. quæ erat lex Fori.

S V M M A R I V M.

Habens penes se aliquod testamentum tenetur illud intra mensem coram iudice loci publicare sub nostri text pœna.

Ibi, Muestrelo, Montaluus hic intelligit legem nostram procedere, quoties tale testamentum est factum coram priuata persona, secus si coram publica, vt tabellione publico, ed quod si coram publica persona sit, non est necesse illud comprobare dictis testium *ibidem* interuentum, sed satis remanet comprobatum signo talis publicæ personæ, quod secus si coram priuata persona sit factum, nam tunc dictis testium est comprobandum, & hac de causa Montaluus, legem nostram sic declarat, cuius declaratio mihi non applaudet, nam lex nostra generaliter loquitur & sic in omni testamento nuncupatio est intelligenda, siue sit factum coram publica siue coram priuata persona, lex enim nostra solum prouidere voluit executioni testamentorum & ne voluntates defunctorum differantur adimpleri, & testamenta celentur, prout in gloss. pierda, iterum dicemus, quidquid etiam velit Matienzo, hic gloss. 2. dicere cum Montaluo eo non relato, qui quidem Matienzo in gloss. fin. dubius & incertus ab hoc voluit recedere, & quicquid velit Didacus Perez. l. 4. titulo 2. lib. 5. ordina. intelligere quod non procedat in testamento coram priuata persona facto.

Ibi, Pierdalo, intellige si dolose & cum malitia occultetur testamentum, secundum Montal. hic & Didacum Perez, sub l. 4. tit. 2. libr. 5. ordin. gloss. 2. ad incurrèdam nostri text. pœnam, deficiente tamen dolo & malitia, deficiet & nostri text. pœna, neque erit necesse publicari testamentum nuncupatiuum coram tabellione publico & numerario factum, ad effectum vt valeat & fidem faciat, secundum gloss. de vend. l. 3. titulo 2. partit. 6. factum tamen coram priuata persona quamuis non publicetur si deficit dolus non incurritur nostri text. pœna, licet vt testamentum tale fidem faciat, debet coram iudice publicari † & eius mandato manu publici tabellionis in publicam formam redigi examinatis testibus *ibidem* descriptis & confectioni talis priuati testamenti præsentibus, secundum gloss. illam deuen. in dist. l. 3. & iterum in l. 4. cod. tit. 2. & partit. 6. & gloss. 2. in fine, in l. 1. titulo 1. partit. 6. & Anton. Gom. l. 3. Tauri. nu. 37. & debent tunc citari ij quorum intererat testamentum illud non fuisse factum, vt probatur ex l. fin. infra isto tit. & lib. & tradit gloss. in d. l. 4. vbi & quærit an præsumetur citationem hanc factam esse, si post aliquod tempus appareat publicatio talis testamenti: Item intellige testamentarium perdere legatum si celauerit testamentum, dum tamen prius de hoc proferatur sententia,

† prout

- 2 † prout in simili casu inquit gloss. por inuicio in l. 8. tit. 10. part. 6. vel saltem præcesserit monitio, secundum gloss. 1. in ead. l. 8. & Telli. l. 38. Tauri. num. 2. & Didacum Perez in dict. glo. 2. & quia quoties ex culpa in non faciendo commissa est incurrenda pœna requiritur monitio, * secundum Innocen. in cap. extirpanda §. quia vero, col. fin. de præben. quem sequitur & exornat Alex. in l. si ita stipulatus, la magna, n. 3. & 4. ff. de verbor. obligat. idem Alex. in l. si mora. ff. solut. mat. Felin. in cap. sin autem col. 2. de rescript. Sylvest. verbo pœna, quest. 13 communis secundum Ripam, in d. l. si ita stipulatus num. 3. & Deci. cons. 37. num. 5. Anton. Gom. tom. 3. cap. 9. num. 9. per totum, ubi intelligunt eam aliquibus modis, habes tamen notare quod si talis commissarius sit minor restituetur aduersus talem negligentiam vt hæreditate † non priuetur, si ex negligentia sola incurreretur pœna nostri text. prout in simili inquit gloss. pen. in d. l. 8. tit. 10. par. 6. vbi idem in Ecclesia & hospitali dicit eo quod in minore non præsumitur dolo, ex glo. & communi in l. vbi exigitur ff. de edendo, constituto tamen de dolo nõ restituetur. Item intellige quod perdit relictum in testamento, nisi id quod relinquatur, relinquatur filio executori aut descendenti alij pro legitima nam tunc illud non
- 3 * perdet ex dictis per Menesium, in Auth. hoc amplius num. 17. C. de fideicom. & probatur ex text. in d. l. 8. tit. 10. part. 6. vbi notat gloss. si. vbi & optime inquit, quod si pater melioret vnum filium in tertio & quinto, & eum relinquat executorem testamentarium, licet perdat quintum ob non adimpletum testamentum, non tamen † perdet tertium, quod quidem tertium respectu aliorum filiorum dicitur legitima: & post hæc vidi Didac Per. in d. gloss. 2. sic tenentem. Insuper nota, quod si testator in hoc casu, vel simili prouisit de pœna, non habebit loci pœna nostri text. si pœna à testatore imposita soluta sit, secundum Bald. relatum per gloss. magnam, colum. 2. in medio, in l. 3. titulo decimo, part. 6. sexta.

Ibi, Pague el daño, lex fori in meo Codice dicebat, Pague el diezmo de la mitad, & in lege ordinamenti, que solebat esse l. 14. tit. 2. lib. 5. ordinam. iubebatur, quod si nihil tali testamentario in testamento legaretur, in pœnam non publicati testamenti solueret decimam eius, quod in testamento continebatur. Ex quibus verbis & præsertim ex verbis dicta l. fori. adnotauit Baeza, de decima tutorum cap. 2. num. 19. & latius cap. 19. numero 20. cum aliquibus ante & post, quod testamentario executori pro labore in adimplendo testamento decima erat * soluenda, quæ quidem doctrina semper mihi falsissima visa fuit, idque tam experientia, quæ est rerum magistra & in practica communi visitata, quam ex verbis dictarum legum colligitur, leges enim illæ non iubebant solui decimam testamentario, sed tantum quod ipse testamentarius in pœnam negligentiae adhibitæ in non demonstrando testamentum coram iudice intra terminum earum solueret decimam contentorum in testamento quoties nihil in eodem testamento ei relictum erat, vnde ergo colligi potest ex dictis verbis assumptum Baezæ, præsertim cum nulla lex sit in qua dicta doctrina fundari posset: Item quia cum officium testamentarij sit voluntarium à principio, potest enim testamentarius si vult, illud non acceptare, quæ-

Tom. 3.

nam iniuria ei fit, si non soluat ei dicta decima, neque aliud salarium, maximè cum id minus ob Dei amorem potius & ex charitate, quam virtute præmij fiat, essetque anfa & occasio si aliud diceretur defraudandi defunctorum animas à sacrificiorum ab eis relictorum implemento, cum necessario hac de causa quintum pro animabus expendendum esset minus, & legitima etiam filiorum annihilarentur, & idè hac de causa vsque nunc nondum reperi in nostra recopilatione transcriptam fuisse l. 31. tit. fin. libr. octauo ordinam. iubentem testamentario soluendum esse salarium consuetum, quam legem ad hoc allegabat Auendan, cap. 2. prat. numer. 8. libr. 1. vbi dicit quod de iure non debetur salarium, sed quod si est aliquid consuetum solui, illud soluat, prout & notauit ipsemet Baeza, dict. capitul. 19. numero 17. allegando pro hoc l. 5. tit. 10. part. 6. quæ expresse probat nullum salarium esse dandum executori testamentario, eademque de causa vt nouis opinionibus occasio non præberetur, in lege nostra non apponuntur illa verba, Pague el diezmo, sed tantum, Pague el daño, data tamen aliqua iusta causa, puta quia testamentarius est officialis, vel alius, qui in suis agitandis & conseruandis rebus debet esse intentus, & propter adimplementum testamenti, non ita intendit suis sicut antea, tunc vtique aliquod salarium in remuneratione damni prouenientis in officio vel in patrimonio suo esset assignandum per iudicem, modicum tamen, vt & alij ad similia allicerentur implenda & acceptanda ministeria, præsertim si esset cuiusdam hominis diuitis decedentis absque descendentes, vel ascendentes, vt Prælati cuiusdam, aut alterius Ecclesiasticæ dignitatis cum amplo patrimonio decedentis, vel magnatis secularis.

S V M M A R I V M.

- 1 Validam esse legem nostram mentionem facientem de clericis, nu. 1.
- 2 Clericus venditor an possit declamare forum emptoris, quem defendit.
- 3 Clericus mercator an possit coram Consulis conueniri.
- 4 Clericus depositarius ex iussu iudicis secularis an per ipsum secularem possit compelli reddere depositum.
- 5 Clerico an per secularem possit prouideri de curatore.
- 6 Clericus hæres laici an possit conueniri coram seculari pro hæreditate vel pro debito testatoris.
- 7 Clericus hæres laici coram seculari insinuare testamentum compelli potest, num. 7. vbi declaratur.
- 8 Clericus an citari possit per secularem si sua putauerit interesse.
- 9 Inventarium de bonis clerici instituentis laicis hæredem coram seculari est faciendum.

Lex fin. 15. in ordine.

S V M M A R I V M.

Clericus hæres laici tenetur testamentum publicare coram iudice laico.

Ibi, *Mandamos*, & ibi, *Al clerigo*, Eius verbis colligitur legem hanc fieri potuisse, nam quoties lex ciuili expresse de clericis mentionem facit, eos ligat, si iusta lex est, prout hæc, & canonibus non inimica, canones enim in conseruatione & ad implemento testamentorum, & publicatione eorum, in qua grandis pars implementi consistit, maximam vim faciunt, & vt omnibus pateant & non celètur, prout patèt & manifesta sùt, si coram iudice seculari publicentur, ac insinuentur, & sic ab ipsis canonibus tacitè videtur talis lex recepta, *vt in c. 1. de iura cal. & c. 1. de noui ope. num.*

1 prout hisce de causis legem nostram * validam esse testatur Minch. *de succe. creat. §. 26. nu. 59. vbi alia multa infert ad alias leges regias, & Cou. in pra. c. 8.*

2 Et an clericus venditor possit declinare forum † emptoris, quem defendit, vide Thom. *Grammat. decis. neapol. 21. & Boer. decis. 69. nu. 27. & Anton. Gom. To. 2. c. 2. n. 39. col. 8. in princ. & est expressa. l. 57. in fin. tit. 6. pars. 1. Et an si clericus mercator sit,*

3 possit corā Consulibus conueniri * vide Venuenutum, *in tract. de mercatura. 3. p. n. 9. Aut. 90.* Et an si depositū fiat penes clericum iussu secularis iudicis, possit cōpelli ad restituendum depositū per ipsum secularem iudicē, * tradit latè Mex. *in Pragm. tasse panis conc. 5. nu. 33. & Tiraq. de re tract. Linagiel. §. 4. glo. 7. n. 9. & 10. & Did. Per. l. 1. tit. 10. col. 1142. lib. 3. Ord. & Petrum Costal. l. si quis affirmauerit ff. de dolo. & Maran. in pract. p. 4. dist. 11. n. 37. Et quid si clericus agit cōtra laicū coram iudice seculari, & petitur per laicum illū quod clerico illi, quia minor est, detur curator, poterit nē iudex ille secularis * prouideri tali clerico curatorē, vide Decisionem antiquam Rotē. *14. de iudicijs, & consiliū Pauli Cas. relatum per Pelaez de maior. 1. p. qua. 58. n. 64. & Maran. in pract. 4. p. 11. dist. nu. 13. & 39.* Sed an si clericus instituat hères à laico, poterit conueniri coram iudice seculari pro re à suo testatore tertio alicui debita * & de iure ciuili non conueniebatur nisi coram iudice Ecclesiastico, *secundum Bartol. in l. hæres absens. in princip. ff. de iud. nunquam enim clerici fuerunt de iurisdictione laicorum, vt dixi in primo libro primi Tomi nostre Recopilationis, & quia postquam clericus accepit hæreditatem, iam est effectum proprium patrimonium, & sic coram suo iudice est conueniendus, quod verum intelligebant DD. nisi instantia esset incepta cum testatore laico coram seculari, nam tunc coram eo est prosequenda cum suo hærede etiam clerico, prout firmant Imol. & communiter Docto. in l. si cum hominem, per text. ibi. ff. de fide ius. Aug. Paul. & Docto. in l. hæres absens. ff. de iud. quamuis Barba. in capit. quia. V. de iudi. colum. 8. inuitus accedat huic opinioni, & Cagnolus in l. 2. nu. 175. Cod. de pact. int. & emp. vend. & Benedict. plures re-**

*ferens, in capit. Rainunt. verb. & uxorem in 2. num. 124. de testam. Boer. decis. 66. numero 32. & hic nouissimè reperi relatum profitentem comunē Rogeri. de Mata, in l. 1. num. 61. ff. de iud. eum tamen nondum vidi, & Anto. relatus per Auend. num. 33. infra allegando. Et hæc opinio videtur approbata per d. l. 57. tit. 6. partit. 1. secundum veram literam, ibi, *Alguno ha demanda contra aquel lego, ergo iam erat cum laico illo incepta, prout ibi, inquit, glos. Demanda, & Cou. in pract. cap. 8. nu. 2. 3. & 4. de quo & per Villalo. in Erario. mille comm. opinio. litera C. nu. 101. cum sequentibus aliquibus, & iterum in Antinomial. litera C. num. 40. & 41. & Suar. l. post rem. 1. ampli. legis regia n. 4. in fin. pag. 278. & Auend. cap. 1. prat. nu. 33. lib. 1. & Olan. in concordia Antinomialium litera C. n. 26. cum sequentibus aliquibus, quamuis ab hac sententia discedant Docto. communiter, sicuti existimant Ant. & Abb. in d. c. quia V. & ibi Fel. colum. 3. & Deci. col. si. & ab hac non esse recedendum existimant Lancelo. Deci. & Iacobi. in d. l. hæres absens, in princ. & hanc comuniorē & veritati magis fauere affirmat Cagno. vbi supra, num. 186. & Maran. in pract. in 5. part. in princ. n. 13. pag. 265. & Ial. in Auth. quas actiones nu. 36. Cod. de sacros. Eccles. & Auend. vbi supr. qua de causa Couar. vbi supra concludit in hac dubietate maxima, præcipuè cum non sit maior ratio sit captum vel non negotium cum defuncto, Principem esse consulendum, de quo & per Minch. de success. §. 22. numero 72. & gauderem videre decitam aliquam similem litem in aliqua ex regijs Cancellarijs.**

Ibi, *De enseriar*, Clericus enim cōueniri potest ante iudicē secularem ad insinuandum testamentum * *secundum Bald. in l. testamenta. col. 2. Cod. de 7 testam. relatum & sequutum per Paul. & Alexand. in l. si constante §. fin. ff. solut. mat. Felin. in c. Ecclesia. 5. Med. de constit. Sali. in l. consulta. D. de testam. & ante eos Bar. in l. solent. n. 4. ff. de aliment. & cib. leg. Couar. in pract. c. 8. n. 1. & voluit glos. in cap. si hæres, de testam. quod tamen intelligit Couar. ibi nu. 5. fol. 52. in antiquis, quoties testator, qui clericum hæredem reliquit, erat laicus, & minimè comperitum est testasse ad pias causas, quasi secus si testator laicus esset & ad pias testasset causas, quia tunc ante Ecclesiasticum potest fieri, *secundum Cou. d. cap. si hæres n. 5. & faciunt dicta per Maran. in disput. 8. n. 50. & rationem assignat Matien. hic glo. 3. nu. 2. eò quod hæc citatio non est simplex & absoluta, sed potius condicionalis si se velit opponere clericus talis, & sua putauerit interesse, * & dicitur potius citatus ad voluntatem explicandam, quam ad causam, quod fieri potest, vt per Maran. in pract. 4. part. distinct. 11. numero 36. pagin. 221. nam & inuentarium de bonis defuncti clerici laicum instituentis hæredem est faciendum per † secularem, non vero per Ecclesiasticum iudicem, *secundum Guido Papa. decis. 261. vbi dicit ita fuisse iudicatum, & per Aufedum in Clement. 1. de offic. ordin. tit. de potestat. secul. super Ecclesiast. person.***

Ibi, *A quien el interesse compete*, Hoc enim regulare est, vt omnis ille cui aliquid interest debeat citari, *ex l. de uno quoque ff. de re iud. & in proposito tenuit Montalu. l. 13. titul. 5. libr. 3. Fori, & glos. l. 4. tit. 2. part. 6. vbi querit an præsumatur citatio*

citatio facta si tempus aliquod post publicationē testamenti transferit, & ijs totus iste titulus factis prolixè remanet cōmentatus & alia quàm plura nē molesti essemus consulto omisimus.



SEQVITVR TITVLO V. DE los lutos y cera que se puede traer y gastar por los difuntos.

Et quia post testamentorum factionē mortemq; testatorum ipsorum heredes vestibus lugubribus vestiuntur, corpusque defuncti sepelitur, in quibus magna solebant stipendia consumi & expendi in pompam potius & vanitatem, quam in animarum defunctorum commodum & utilitatem, ideo sequitur titulus noster nouam formam, tāsā, & modum imponens & coarctans.

S V M M A R I V M.

- 1 Correlatiua eodem regulantur iure, maxime ubi est eadem ratio, num. 1.
- 2 Luctus & plāctus moderati pro defunctis permittuntur.
- 3 Sumptus pro sacrificijs animarum defunctorū faciendi moderari per legem non possunt, sed tantum respicientes corpora.
- 4 Consuetudine an acquiri possit habere scamnū in ecclesia si non officiatu diuinis.

Lex finalis.

S V M M A R I V M.

Pro quibus personis et qua forma et ad quod usque tempus possint homines tam masculi quam feminae vestibus lugubribus cooperiri, quotque sumptus in funere et sepultura fieri possint, declarat lex nostra.

Ibi, Por padre, vel pater pro filio, quia correlatiui sunt, & dispositum in vno ex correlatiuis idem in alio censetur dispositum maxime ubi datur eadem & maior ratio, † prout in patre circa filium, cum amor facilius descendat quam ascendat, & nullus est amor qui vincat paternum, prout nouissime in propositum tenet Mex. in Prag. tasse panis, conclus. 2. numero 58. cum sequentibus aliquibus, & sic practicatur, & sic à contrario idem arguebat Did. Per. in l. 7. tit. 1. libr. 1. Ord. col. 49. in princ.

Ibi, O hermano, idem in virilibus, hoc est, Cuñados, dicendum est, puta si virilis meus frater meæ vxoris moriatur, possum ego luctum, secundum formam, & per tempus ab hac lege præfixū sine pœna portare, est enim eadem ratio in vno,

quæ in alio, & idem gradus consanguinitatis existens inter fratres, est affinitatis inter viriles, hoc est Cuñados, & sic idem ius debet esse, dispositumque in vxore censetur dispositum in marito cum sint correlatiua, & sic sicut vxor mea potest pro suo fratre luctum portare, sic ego maritus huius vxoris potero, & sic ijs fundamentis tenet hanc opinionem Mexia ubi supra, d. concl. 2. nu. 16. & verum iudico tenendum in iudicando & consulendo.

Ibi, Si no tan solamente, permittitur ergo luctus moderatus, sicut & fletus & plāctus moderatus, † qui quidem sunt magis pietatis & misericordiæ, quam impatientiæ, & si non sunt prohibiti, ex mente Archid. & Card. à Turrecremat. ubi supra, & tradit Did. Per. in l. 7. Glo. 1. titul. 1. libr. 1. ordin. & nos diximus in l. fin. tit. 1. libr. 5. immoderati tamen licitum inepta voluntas testatoris vocantur, vel suorum heredum, secundum glo. l. Seruo alieno. 110. §. ineptas. de legat. 1. & ideo in l. nostram moderantur.

Ibi, Mas de doche habas, quod iuste moderari potuit cum respiciat modificationem sumptuum circa corpora faciendorum, non vero circa sacrificia pro animæ salute expendenda, hoc enim vltimum per legem aut statutum modificari non posset, † ut per Abbat. & doct. in c. sic. de reb. Eccles. & per Felin. in cap. Ecclesia sanctæ Mariae. n. 91. de constit. & armil. Aure. in sum. verb. Exequia, & Did. Per. in d. l. 7. glos. Vestir. tit. 1. libr. 1. ordin. & Baex. in Tract. de non meliorand. si ab. cap. 1. num. 12. & glo. La persona. l. 12. tit. 13. part. 3. Sic & apud Romanos fuit lex lata, quæ sumptum sepulchrorum diffiniebat, de qua per Ciceronem apud Atticum, lib. 12. quæ is, qui eum modum superasset tanta pecunia, quantam præter modum impendisset, multabatur. De quo plura optima & singularia & quæ longum esset transcribere refert Petrus Vanderanus, in Tractat. de Privileg. credit. capit. 3. column. quarta cum sequentibus, & plures ritus & mores circa sepulchra & funera mortuorum refert Raphael Volateranus, in suis Commentarijs, libr. 31. capit. antepenultim. cum secundo & seqq.

Ibi, Tumba, sed an consuetudine inmemoriali

4 possit adquiri habere scamnum in ecclesia, dum tamen non noceat celebrationi diuinorum, * vide late per Parisium, *consil.* 149. *in presenti*, *volu.* 4. relatum & sequutum per Rebuff. *in Tractat. in quibus causis secul. cognos. pos. de person. eccles. num.* 35.

Ibi, *En las leys de nuestros Reynos.* Scilicet. l. 43. & 44. tit. 2. part. 1. & l. fin. tit. 1. lib. 1. *suprà*, ubi plāctus immoderati fieri prohibentur, moderati tamen permittuntur dum tamen, ne diuina turbentur officia, animalia enim bruta mortem parētum ac filiorum sentire & legimus & experientia compertum habemus, & sic nimirum si & rationales homines id sentiant & lugeant, Dauid nam-

que fleuit mortem filij Amnon, & Saul Ionatham eius filium, & alij plures relati per Didac. Perez *in d. l. 7. tit. 1. lib. 1. ordinam.* Ex quo Imperator ille ab omnibus commendatus Pius Antoninus, dum gener quidam suus, prout refertur in Cæsatis cōmentarijs loquentis de hoc Antonino, lugeret admodum mortem patris sui, rogarentque eius amici imperatorē ipsū, ut nō permitteret generum suum sic affligi & plangere, inquit ille (sinite illi & permitte ut aliquantulum sit homo) quasi has hominum afflictiones esse, non animalium irrationabilium, dum tamen moderatē & non immodicē in ijs excedatur, *ut in dict. l. final. late diximus.*



SEQVITVR NVNC NOTABILIS & practicabilis titulus VI. De las mejoras de tercio y quinto.

Et quoniam testatore sepulto tractatur de legatis, & prælegatis, ac meliorationibus à defuncto factis filijs & hæredibus ac descendētibus, ideo subsequitur post præcedētem titulus noster, de ijs meliorationibus ac legatis loquens.

S V M M A R I V M.

- 1 Auius & auia meliorare possunt descendentes.
- 2 Donare potest mater filio in patris potestate constituto. Et etiam vulgo quesito, num. 3.
- 4 Prohibitus contrahere, vel vendere censetur prohibitus donare. 4.
- 5 Mater an ad donandum filio communi licentia mariti requiratur. & ibi n. 5. quid si dotat filiam. Et nu. 6. quid in maioratu faciendo, & ibi dicta declarantur.
- 7 Meliorari possunt vnus, vel duo aut tres descendentes.
- 8 Melioratio tertij vel quinti an valeat De cota hereditatis.
- 9 Melioratio in codicillis fieri poterit.
- 10 Donatio reuocabilis est regulariter, siue in testamento, siue in contractu inter viuos fiat. 10. nisi ut ibi.
- 11 Donatio qualibet iam est hodie valida inter patrem & filium etiam familias & in potestate sua constitutum.
- 12 Testator potest præuenire vltimum iudicium. Et num. 31. an reuocabile sit.
- 13 Donare videtur ante diem restituens.
- 14 Insinuatio non requiritur, ubi donatio fit à patre in filium.
- 15 Donatio in quintum, an valebit in terminis nostræ l. sicut in tertio.
- 16 Donatio in tertio bonorum per patrem filio facta non reuocatur per superuenientiam liberorum.
- 17 Tertium bonorum respectu descendētium, non est legitima.
- 18 Quintum bonorum, etiam si per modum irreuocabilem fiat manet reuocabilis, quoad id quod est anima necessarium. Non vero quoad meliorandum alium in illo quinto, ut num. 19.
- 20 Donatio specialis & sic melioratio specialiter in vna re facta, non reuocatur per generalem tertij & quinti meliorationem, numero 20.
- 21 Donatio hodie filio emancipato facta reuocabilis est, nisi ut ibi, & numer. 22. idem in matre.
- 23 Maritus & vxor si simul in eodem instrumento filium meliorauerint, an marito mortuo pro sua parte reuocabit vxor, nisi ut ibi.
- 24 Maioratus per vxorem & maritum factus in vna scriptura de omnibus bonis quando possit, vel non mortuo marito reuocari per vxorem. Et numero vigesimo quinto, ubi an tenebitur tunc vxor restituere fructus perceptos.
- 26 Maioria supradicto modo constituta per maritum de bonis suis & vxoris tanquam de suis, si reuocetur per ipsum maritum, eo quod reuocabiliter fuit facta, an bona vxoris penes ipsum maneant.

- 27 *Donatione causa mortis si melioratio & eius traditio fiat, an reuocabitur.*
- 28 *Legatum potest reuocari etiam tradita re. declarata ut ibi.*
- 29 *Fructus rei donata irrevocabiliter si donans percipiat, an eos restituere teneatur.*
- 30 *Pater aut filius sibi inuicem obligati de restituendo rem aliquam non tenentur sibi inuicem cauere de utendo & fruendo arbitrio boni viri. Vbi & quid in possessoribus maioratus, ubi & an de restituenda re.*
- 31 *Donatio facta per patrem nisi tradatur res donata potius destinationem quam donationem fieri.*
Declarationis optima ad l. cum de bonis. Cod. de donationibus in eo num. 31.
- 32 *Donationis filio facta tradita possessione & donatario pacifcente se amplius non petiturum, nihil ex augmento percipiet.*
- 33 *Donatur si aliquid heredi titulo donationis, non imputatur in Falcidiam cum sua declaratione.*
- 34 *Maioratus, aut vinculi constitutor si possessionem tradat, ita ut reuocabilia sint non potest post bona talis maioratus aut vinculi alienare.*
- 35 *Duo media quibus possessio meliorationis tradita censetur.*
- 36 *Possessio acquiritur per traditionem scripturae donationis. Vbi & an aliarum scripturarum, & an coram alio tabellione id fieri sufficiat, numero 37.*
- 38 *Instrumento publico an sit facienda donatio.*
- 39 *Donationes ob causam non reuocantur.*
- 40 *Melioratio ut irrevocabilis sit ex causa solum onerosa ratione requiritur, quod fiat cum tercio aliquo, secus alias, nisi ut ibi.*
- 41 *Melioratio facta ob matrimonij causam matrimonio non secuto reuocabilem remanere, & vide num. 45.*
- 42 *Donatio remuneratoria, an sit irrevocabilis. Et ibi an computetur pro melioratione.*
- 43 *Euietio debetur in donatione remuneratoria.*
- 44 *Promissio obligandi idem operatur quod ipsa obligatio.*
- 46 *Melioratio & donatio causa studij, an reuocabilis sit.*
- 47 *Necessaria pro studio an pater filio prestare teneatur.*
- 48 *Acceptatio meliorationis an requiratur, ne reuocari possit.*
- 49 *Donatio ac melioratio per ingratitudinem reuocatur. Et ibi, an fructus erunt restituendi.*

Lex i. quæ erat i7. Tauri.

S V M M A R I V M.

Qualiter & quando melioratio per parentes facta, vel per aliquem eorum alicui filio in potestate patris constituto, siue non, irrevocabilis sit, declarat lex nostra. In cuius legis declarationem Doctores hic plura expendunt verba, & confundunt, commiscuntque plura aliena à contextura eius, quæ longum esset referre, ideo solum textualia declarabo, et quæ necessaria videbuntur pro eius declaratione. Correctiones autem quæ ex l. nostra iuducuntur relatas videbis per Telliū hic n. 1. cum 6. sequentibus.

Ibi, *El padre o la madre. Quid in auo & auia, idem esse dicit Peiaez de Maiora. 1. p. quaestione 28. num. fin.*

*Ibi, La madre, nam & mater potest donare * filio in patris potestate constituto, per text. Glo. & ibi Bald. in l. si constante Cod. de donatio inter vir & vxor. & eund. Bald. in l. filium quem. Co. familiaris. Ias. in l. frater à fratre. colu. si. in si. ff. de condit. indeb. notat additio marginalis. Decisio. 191. Capella Tolosana, adeo ut filio vulgo quæsito † possit mater donare, secundum Bart. in l. cum pater. §. mater. ff. de leg. relatum per additio. d. decisio. 191. Vbi se remittit ad dicta in l. si qua illustris Cod. ad Orifici. & Instit. eod. tit. §. nouissime, sed nonne vendere, vel aliquem contractum facere sine licentia mariti ex l. 55. Tauri posita, in l. 2. tit. 3. sup. isto lib. prohibetur, ergo & donare, nã prohibitus contrahere, neque donare potest, * secundum Castillo in ead. l. 55. Tauri nu. 15. ubi & diximus. Item & vendere prohibitus & donare etiam prohibetur, ut per Menes. in l. voluntas n. 7. cum pluribus sequentibus. Cod. de fideicom. Igitur ut hæc obiectio euitetur, præmittendū est pro vero, vel matrē hanc dum meliorat inter viuos vnū ex descendens, vel esse tunc viduā, prout dixit Castillo, ubi sup. vel si vidua non erat, vel libera à matrimonio, cum licentia mariti contractum hunc meliorationis fecisse inter viuos, nã in testamento vel alia vltima voluntate sine licentia mariti id poterat, & sic lex nostra per illam 55. Tau. declarat & iure optimo, vna enim lex per aliam est declaranda, præsertim ut euitetur correctio, & semper lex in casu & cū requisitis per leges alias introductis disponere censetur, & ita tenendū est quidquid velit distinguere Castillo, ubi supra, prout diximus in illa l. 2. tit. 3. supra isto lib. in glo. Ni hæzer contrato. in 10. limitat. & latius in l. 8. tit. 9. glos. 1. infra eo. lib. & quamuis ibidem tūc aliquantulū placeret illa distinctio Castilli quā nouissime sequitur Aluarado, in Tract. de coniecturata mente testatoris lib. 2. capit. 1. num. 27. Nunc tamen mihi placet hæc opinio absque vlla distinctione, scilicet, quod dicta licentia requiratur mariti in melioratione per vxorem in contractu inter viuos facienda,*

sicut & requiritur in l. 28. tit. 9. infra isto lib. quæ erat 55. Taur. teste ibi Ant. Gom. n. 24. in fin. & sic ibidem præsumitur ac præsupponitur mariti licentiam adhibendam, eo quod lex illa præponit, quod maritus & vxor simul & in eodem contractu doré promittunt, ut patet ex primis verbis eius coniective positis. Ex verbis, Y si el padre solo, Et sic licentia præcessit & præsumitur data, cum ambo in eodem instrumento dorant, non enim posset mater * dotare filiã sine licentia mariti sicut neque alium contractũ facere, secundum Baezã de dote filiarũ c. 11. n. 65. cum pluribus sequentibus. prout in maioratu * ab vxore faciendo inquit & tenet Molina de Primogenijs Hispania lib. 2. cap. 9. n. 3. cum sequentibus. aliquibus marito verò recusante sine causa licentiam dictam præbere, iudex causa cognita, scilicet de libera voluntate mulieris, eam concedere posset ex text. in l. tit. 3. su. r. isto lib. quæ tamen intelligit Molina, ubi supra, lib. 1. c. 12. nu. 9. cum sequentibus aliquibus. vera esse, quoties vxor talis contractũ talem meliorationis vel instrumentum eius irrevocabiliter ordinaret, secus si reuocabiliter, quoniam tunc secundum eum ibi, licentia non requiritur, & quod interpretabitur in id in quo valere poterit, & sic in ultimam voluntatem, ita quod si quoad ordinationem habeat solemnitates testium contractui necessarias, regulabitur, ut talis, quod ego intelligerem dum tamen habeat solemnitates de iure requisitas ad validationẽ talis ultimæ voluntatis, quæ notanda sunt quia noua in propositum nostræ legis.

Ibi, Alguno de sus hijos. Nam & duos & tres 7 * potest meliorare in tertio & quinto vel in vnoquoque eorum, prout dicam in l. 19. Taur. quæ est tertia huius nostri tit. in glo. O hijos.

Ibi, En el tercio, Idem in quinto dicas, vel in utroque in simul, ut infra dicam in hac l. sub verbo, Agora el hijo este en poder.

8 Ibi, De sus bienes, Sed an de cota hæreditatis ¶ valebit melioratio tertij & quinti, vel legatiũ quinti, vide Segurã in l. vnũ ex familia §. sed si fundũ n. 8. usque ad 19. de leg. 2. vbi hoc intelligit & declarat.

9 Ibi, O en otra, Et sic in codicillis poterit fieri melioratio hæc, secundum Con. in cap. Raynutius §. 6. n. 4. fol. 107. de testam.

Ibi, O por otro algun contrato entre vivos, Et sic quoad facultatem & potestatem reuocandi, ex ijs verbis æquiparatur donatio facta tali filio, siue fiat per contractum inter vivos, siue per ultimã voluntatẽ, nam in utroq; modo & forma facta donatio 10 reuocari * poterit, si nondum est tradita possessio, vel ex causa onerosa fit, non tamen parificatur ex toto ij duo casus, nam si per viã ultimæ voluntatis fiat, quantum tradita sit possessio, vel dependeat ex causa onerosa de futuro depẽdente, poterit reuocari, ut dixi in gl. Por contrato entre vivos, infra, hac l. & dixi ex causa onerosa de futuro depẽdente, quia si esset de præsentis, putã quia filius meus contrahit cũ Berta. & ut contrahat in testamento, quod tunc facio propter illam causam de præsentis existentẽ, melioro talem filium meum, crederẽ tunc non posse reuocari, quasi transeat in vim contractus, & ius sit filio quæsitum & eius vxori cum qua hac de causa contrahit, de quo tamen cogitabis latius, & vide dicenda in d. glo. Por contrato entre vivos, infra hac l.

Ibi, Ora el hijo este en poder del padre. Hic est text. clarus maximẽ iuncta l. 26. Tauri, quæ est l. 10. isto

tit. & lib. probans quod valida est iam hodie quælibet donatio inter patrem & filium etiam in eius potestate constitutum ¶ in correctionem. l. si pater. 10 C. de inoffi. testam. prohibentis tales donationes & l. donationes quas parentes C. de donatio. inter. & l. 3. tit. 4. p. 5 cum eis concordantis, prout ibidem notat glo. No valdria, & omnes scribentes hic, & Ant. Gom. 10. 2. c. 4. in fi. & Suar. l. 9. tit. 11. lib. 1. fori. notab. 2. fol. 79. in antiquis, & sic siue donetur filio simpliciter, siue dicat per viam meliorationis, cum omnis donatio in tertio & quinto inter descendentes computetur secundum illam l. 10. valebit talis donatio si per patrem non reuocatur, etiam si ut dixi simpliciter & non causa assignationis legitimæ fiat, prout de iure ciuili requirebatur, quod fieret, ut valeret, & l. si non mortis ff. de inof. testam. & ex §. igitur Inst. eod. tit. & sic Angel. in ead. l. si non mortis, notabat, cautelamque ex illa sumebat, ut donatio iure ciuili inter patrem & filiũ in eius patris potestate constitutũ valeret, scilicet, ut filio in vim legitimæ assignaretur, cuius Ang. doctrinã examinabant ultra DD. ibi. Suar. in l. quoniam in priorib. de inof. testam. in euidentia lib. in n. 4. cum alijs seq. & ibi. n. 7. incepit Ang. doctrinam defendere, allegando pro ea 12 tex. in l. cum quo. de peculio. §. si. ff. ad l. Falc. vbi probatur testatorẽ posse præuenire ultimũ iudiciũ & sic in vita filijs suis legitimas tradere, ¶ & cõstitue- 12 re, quã etiam Ang. doctrinam defendit Sign. in l. Imp. n. 87. ff. ad Treb. & in l. vnũ ex fam. §. sed si fundũ n. 54. & 90. & 116. & 182. de leg. 2. & Pal. Rub. in Repet. c. per vestras §. 24. n. 9. Ial. in 2. lect. l. frater à fratre. n. 44. ff. de cond. indeb. Casil. hic gl. 1. Deci. cõf. 86. n. 2. sicque dicebat Bald. in Lillud q. 3. C. de sacro. sanct. Eccle. quod insinuatio tũc non requirebatur, eo quod non erat mera donatio, & Signorol. de Homodeis in repet. l. post mor. n. 13. C. de fideicom. licet quoad insinuationẽ non careat scrupulo, eo quod omnis ille, * qui ante diẽ restituit, donare videtur, 13 prout cõmunem testatur Menes. in d. l. post mor. numero 6. Si ergo est donatio, & insinuatio requiritur, sed dicendũ est quod quãuis quoad præuentionẽ temporis sit donare, nõ tamẽ quoad id quod datur in assignationẽ legitimæ, quæ filio debita est post mortẽ patris, & quasi debita in eius vita, & sic insinuatio non requiritur eius quod debetur, sed ante tẽpus datur, imo quãuis in vim mere donationis fiat, * nõ requiritur insinuatio eo quod in ter- 14 tio & quinto meliorationis est imputanda, secundũ Tel. l. 22. Taur. n. 29. cessant tamen supra dicta ex text. nostro, nã eo attento & per viam mere donationis potest pater filio in potestate cõstituto donare, & valet donatio cõcurrentibus nostræ l. requisitis, vel eis non cõcurrentibus si pater eam non reuocauerit. Est tamẽ dubiũ nõ sicut valet donatio in tertio in terminis nostræ l. valebit etiã in quinto, ¶ cũ de 15 quinto l. no. ne loquatur, & sine dubio dicẽdũ est, quod sic habeat locũ in quinto sicut in tertio, & in utroque simul, quoad hoc ut quintũ sicut & tertium possit per patrẽ donari filio in eius potestate cõstituto, ut late per Pela. in maioratib. l. p. q. 28. n. 1. cõ seq. aliquibus. Sed quoad irrevocabilitatem, differẽter intelligitur, & interpretatur donatio in tertio, & donatio in quinto, nã quoad tertium, (quod quidem inter descẽdentes tantũ modo fit per ascendentes melioratio & donatio) fieri potest irrevocabilis vna ex causis à l. nostra descriptis, scil. per traditionẽ instrumenti, vel rei donatæ, aut possessionis eius, vel si

vel si ex causa onerosa fiat, puta matrimonij, vel simili, in ijs enim casibus reuocari non poterit donatio tertij, nisi donans reseruauerit sibi potestatem reuocandi, vel cõcurrat aliqua de causis in iure expressis, ex qua reuocatur donatio, *ut patet ex finalib. verbis nostrae l. licet per superuenientiam liberorum* * aliorum non reuocabitur, cum libera remaneat nato legitima sua, *ex dictis per Mol. de Primog. lib. 4. c. 2. n. 18. & Greg. l. 32. tit. 9. p. 5. in gl. mag. col. pen. versic.*

17 *quid autem*, tertium enim respectu filiorum legitima non est, & *in expresso tenent relati per Parlador. rerum quotidianarum c. 7. col. si.* quoad quintum verò, siue fiat, eius quinti donatio ex causa lucratiua, siue ex causa onerosa, siue instrumentum vel possessio detur aut tradatur, vel ex alia causa irreuocabili fiat, adhuc reuocabilis non remanet quoad id pro expiaculo animae ipsi donatori & pro eo sepeliendo & Missis dicendis necessarium est, ne deus aliter eum instabile remanere, quod esse non potest, & cum hæc à quinto extrahenda omnino sint, ex quinto ipso sunt adimplenda ideo nimirum si nulla ex causa quantum ad hoc irreuocabilis fieri possit donatio & melioratio quinti, & ideo non sine misterio lex nostra de quinto expressam mentionem non fecit, dum de irreuocabilitate donationis & meliorationis tractare intruderit, *et ita tenet Ant. Gom. hic, quem semper in hoc secutus sum quoad quintum de quo nunc agimus, & post hæc videtur hic Matien. in glo. 4. n. 20. esse sequentem, & nunc nouissime post hæc videtur Velazq. de Auend. hic in gl. 3. sic tenentem, & Ayora, de petitionibus, 2. p. q. 14. & 16. quidquid contrarium voluerit Tell. l. 22. Tau. n. 14. & Bae. de Dor. c. 1. n. 27. & 28. & Mol. de Primog. lib. 1. c. 12. n. 19. & iterum lib. 4. c. 2. n. 84. & Angulo, hic glo. 3. & Matien. hic gl. 4. n. 22. qui tamen ibidem n. 20. si bene consideretur ut dixi, tenet cum Anto. Gom. & eum refert cõl. nostra æquiparet quoad irreuocabile, meliorationem tertij & quinti fieri ex causa onerosa vel lucratiua si possessio tradatur, & cum traditur dicit irreuocabile esse, quoad quintum ergo est sibi ipsi contrarius. Neque obstat l. 22. Tau. quã pro sua opinione allegat Bae. d. n. 28. quia lex illa non excludit dispositionem l. si. nostri tit. ex quinto disponentis expiacula animae defuncti omnino ex quinto deducenda, idque clarius reperies si consideraueris ante legem illam si. dictã l. 22. Tau. quã est 6. nostri tit. & alias leges de irreuocabilitate dictarum meliorationum tractates præcessisse, & quia si aliud diceremus, libertas testandi præcludebatur, & expiacula animarum periclitabantur, quod absurdum & absurdissimum esset, & insepulta corpora remanerent, cum non adessent bona pro eo sepeliendo, & sic verã credo Ant. Gom. opinionem contra supra dictos patres, licet fateri non verebor, quod quoties ob causam onerosam fieret irreuocabiliter per contractum inter vivos dicta quinti melioratio, tunc utique arctius restringeret potestatem donantis ad testandum & disponendum pro anima sua, siue filio, siue extraneo fiat dicta donatio & melioratio quã si ex causa lucratiua fieret, ut scilicet cum ex causa onerosa illa tantum donans & meliorans possit in testamento expendere quæ necessario sunt expendenda pro sepultura & officijs diuinis dicendis corpore præsentis, ut dicitur, & pro aliquibus Missis, cum vero ex causa lucratiua fuit donatum, tunc largius posset extendi dictorum funeralium ad implementum, dum tamen melioratus ex toto non remaneat defraudatus, idque bonus vir*

arbitrabitur: qui iudex est, qui quidem ad minus arbitrabitur quartam quinti partem remanere debere meliorato, *ex text. & materia in Authen. contra rogatus. c. ad Trebel. quasi rogatus sit melioratus ex legis dispositione ad dictorum implementum, magis enim fauent leges contractibus onerosis quã gratuitis ut apparet ex l. nostra & ex dictis per Pelaez de maio. 1. p. q. 28. n. 3. in fin. vbi, n. 4. istã opinionem videretur tenere, quam ego tenui & scripsi multo antequã ipse, & gauisus sum dum eum vidi sic dicentem: Quam teneo siue melioratio fiat insimul cum tertio, siue tantum de quinto, & secundum hæc est declaranda sententia Antonij Gomez indistincte tenentis reuocabilem remanere donationem quinti etiam in reuocabiliter factam. Neque obstat si dicatur quod eodem etiã modo deducetur legata gratuita testamenti, quia id nego, impedit enim hoc melioratio irreuocabilis tertij & quinti, quã quoad alios quam quoad expiaculum animae defuncti irreuocabilis est, multum enim fauent iura funeris impensæ & expiaculo animae, *ut in l. si. infr. eod. & dicit Pelaez vbi supra*, meliorationes aliarum verò aliquibus personis ex dicto quinto factis post primam irreuocabiliter factam meliorationem de toto quinto, nullæ erunt, & multo magis quoad tertium irreuocabiliter donatum aliquibus ex modis nostri text. cum quantum ad hoc irreuocabilis melioratio tertij & quinti omnino irreuocabilis remaneat, *ut inquit optimè Molina in d. n. 82. versic. Secundus. Et Velazquez, vbi sup. & faciunt dicta per Castillo in l. 19. Taur. nu. 4. & per Suarez in l. quoniam in prioribus q. 9. n. 1. cum seq. pag. 222.* & ex dictis posset procedere contrarietas dictorum DD. quã notanda quia noua & singularia: & sic declarabis dicta per Peral. l. q. testamento n. 5. cum sequentibus. pagin. 476. de legat. 2. quæ refert Pelaez de maio. & melior. 1. p. q. 45. nu. 7. ut dicta ibi per Peral. procedant, quoties prima melioratio erat reuocabilis, & itidem testator voluit eam reuocare. Secus vero si id non dixit expresse, nam tunc inter filios & descendentes videretur velle quod omnes occurrat, ut inquit Pelaez, *vbi supra n. 10.* qui tandem reliquit cogitandum, & verum credo si in eadem scriptura id fiat, secus si in diuersis cogita, & idem crederem si prima donatio & melioratio reuocabiliter facta esset specialis de aliqua re, & secunda melioratio esset generalis per viam de tertio & quinto facta, nam tunc non reuocaretur prima specialis per secundam generalem, sed melioratus in tertio & quinto tenebitur illam soluere, *ut communè testatur hic Tellius n. 125. & voluit Monterroso in sua Practica, tract. 7. fol. 188. pag. 2. super c. Declaracion de algunas dudas. vide Corneum cõf. 102. volu. 2. & faciunt dicta per Ant. Gom. 10. c. 12. n. 56.* & hoc regularè qualibet dispositione, ut per generalè non derogetur speciale *secund. Co. in 3. p. rubr. de test. n. 19. in medio*, primùmque rescriptum speciale non censetur derogatum per secundum generale, *secund. gl. mag. c. 1. de rescriptis. & l. 7. in princ. tit. 18. part. 6.**

Ibi, *O no*, Et sic licet ante ea donatio per patrem filio facta, emancipato tamen, irreuocabilis esset, *ex l. donationes in concubinam. §. pater ff. de donationibus l. siue emancipatis l. cum de bonis Cod. eo. tit.* sicque si in instrumento filium patrem emancipabat, eisdem eque in eodem instrumento, donationem faciebat, ut valeret donatio, præsumebatur emancipationem præcessisse, *secundum Menesum in l. q. si de iur. iur. n. 4. C. de fideic. ex tx.* tamè nostro regula generalis consti-

constituitur, scilicet quod quāvis filio emancipato donetur per patrē donatio reuocabilis erit vsq; ad mortē donantis, nisi aliqua ex formis à nostra l. assignatis, irreuocabilis fiat per contractum inter viuos, * aliter enim quāuis diceretur quod fiebat donatio irreuocabilis inter viuos de tali re aut cota, parteve bonorū filio etiam emācipato alicui nihil valeret, nisi aliqua forma nostrī tx. interueniret, *vt optime declarat ac defendit, Pelaez in tract. de maior. & melior. l. 1. p. q. 3. per totā,* contra Peral. *ibi* relatum, contra & male asserentē, sic etiam hodie *ex l. nostrā* quamuis mater melioret filiū in tertio, vel in quinto, vel in vtroque reuocabilis erit melioratio, * nisi aliquis ex casibus nostrā l. interueniat, ex quo irreuocabilis efficiatur, & licet dubius ita velit Pelaez, *ubi sup. l. 1. p. q. 28. num. 9.* qui à n. 5. incepit, hanc tamen credo verā, neque obstat l. 22. Tauri. *quae est 6. illius tituli & lib.* quoniā aliud quoad hoc est *ex d. l. 22.* promittere non meliorare, vel meliorare, vel promittere meliorare ex causa onerosa, *vt ex eadē l. 22. clare patet, & ex dictis per. Tell. l. 17. Taur. n. 10. & Ayoran de Partitio. q. 14. nu. 33. cum sequent. aliquibus.* Et sic nihil obstat, quoad alios vero quam filios, & sic quoad extraneos iura ciuilia incorrēta remanebunt, & per consequens alijs modis quibus donatio irreuocabilis erat de iure ciuili erit etiā hodie, & sic intelligo dicta per conciuem nostrū Guierrez de *Iuram. Confir. l. 1. p. c. 12. n. 11.* l. nostram indistincte intelligentem, vt in alijs casibus, & cum quibuscunque personis locum haberet, sic etiam declarabis dicta per Tellium *hic n. 91.* dicentem l. nostram cum quibuscunque personis indistincte intelligi, vt extra casus nostrā l. donatio & melioratio irreuocabilis non fieret, cū quoad eos l. nostrā nō loquatur, & licet quoad eos semper obseruatur, inter peritos tabelliones tradi instrumentū donationis, vel possessionē apprehendi, vt clarius procedatur quoad irreuocabilitatem.

Ibi, *La pueda reuocar.* Quid tamē erit si maritus & vxor, insimul, & eadē scriptura inter viuos donauerint vni filiorum suorū tertium bonorū suorum, an mortuo marito poterit vxor dicta quoad partē suam reuocare meliorationē illam. † Et respondendū est *ex text. nostro* posse, nā quando melioratio fit ab vtriusque, & de bonis vtriusque licet in vna & eadē charta fiat, quilibet eorū potest reuocare quoad suā partē, quia dicuntur duæ dispositiones *ex text. in l. quod à multis C. si cert. per. cōmuniemque hāc testatur Tellius hic n. 18. & Suar. l. quoniā limitatione s. l. Regia. nu. 13. & 14. pag. 165. Cod. de inof. testam. & Molina de Primoge. lib. 4. c. 2. n. 84.* Fūdaturque ex generalitate nostrī text. in princ. eius regulam generalē assignantis, quod tamen *ex eodem nostro text.* limitatur, primo vt non procedat si meliorationis illius sit tradita possessio, nam tunc neque quoad partem poterit id mulier reuocare, vel iudem si facta fuit melioratio, ob aliquā causam onerosam cum aliquo tertio, vel alio quolibet ex modis, ex quibus melioratio fit irreuocabilis, nisi & ipsa sibi reseruauerit facultatē reuocandi meliorationem illam, *secundum nostrū text. & l. 4. tit. 7. infra eo. lib.* Secundo & singulariter limitatur dicta cōmunis vt non procedat, quotiescunque maritus ipse disposuit de re sua & suā vxoris tanquam de re propria vnū ex filijs vel duos meliorando, postquam mulier ipsa consensit dispositioni illi per maritum factā, nam tunc mortuo marito non po-

test mulier illam meliorationem reuocare etiā de parte sua, secundum Telli. *hic num. 14.* allegando Suarez & Couar. quos allegat & sequitur Molina; *ubi supra,* & conciuis noster Guierrez, *in Repetit. c. quamuis pactū in princ. n. 46. pag. 390.* qui ex hoc idē inferunt ad maioratū constitutū † per maritum de suis bonis & vxoris, & Burgos de Paz, *l. 3. Tau. 2. p. n. 1216. cum sequentib. fol. 377. vbi latē,* qui quidem & Molina, *ubi supra,* quærunt, an cū mulier reuocat partē suā tenebitur restituere fructus perceptos * ex parte mariti eidē vxori relictos in scriptura illa. Est tamē aduertendum quod in casu in quo maritus disponit de re sua & de re vxoris tanquam de sua mulier ipsa solum cōsensū præstet dispositioni mariti promittendo se semper illi velle stare, neque contraueniet vnquā aliqua ex causa, nō tamē dicatur quod ipsa eandē dispositionē si necesse est de nouo cōstituit, vel ratificat, quia tunc esset idem ac si ipsa cum suo marito fecisset, & posset eō mortuo quoad suam partem reuocare, sed tantum præstet cōsēsū supra dicto modo, & sic vidi iā maioratū constitutum dicto modo, & respondi mortuo marito vxorem non posse contrauenire quoad partem suā, & ipsa adhuc cōtraueniēte fuit exclusa per duas sententias in Cancellaria de Valladolid, & data executoria contra eā, idque ad eō verū credebatur Gregor Lup. *in l. 9. glo. 1. tit. 13. p. 5.* quoad maioria cōstituta dicto modo & cautela per maritū, si post ipsemet maritus reuocauerit talē maioriā, (reuocabiliter enim per ipsum constituta fuit) omnia bona etiam illa, quæ vxoris fuerunt ex quibus etiam constituta fuerat maioria, penes maritū ipsum remanebunt, neque ad vxorem redibunt, propter ipsius mulieris * consensum in cōstitutione ipsius maioris adhibitum, quod quidem dictū, si verum est, singularissimum iudico, vere or tamē de eius veritate, nam penes maritū quomodo bona vxoris poterunt remanere, si ipse contra constitutionem maioris venit, cum ex eo non debeat quis fructus cōsequi, quod nixus extitit impugnare *ex iuris regula,* & omnes dispositiones intelliguntur rebus sic stantibus, & in eodē statu permanentibus *ex l. quod Seruus ff. de cond. indeb.* sicut & soluto debito pignoris alieni res ipsa ad verum dominum redit: tum etiā quia aliās maritus locupletior redderetur cum bonis vxoris suæ, resularetque, ex hoc donatio quædā inter virum & vxorem, quæ cū directe inter eos non valeat indirecte & per circumuentionem quandam fieret, & valeret, & id quod vna via esset prohibitum, alia videretur permissum contra iuris principia viaq; aperiretur decipiendi maritos vxores suas, & cum consensu vxoris ad hoc præstetur, vt dispositio illa à marito facta valida sit, si aliud fieret, esset contra intentionem mulieris, actusque non debent operari vltra intentionem agentium, & sic Greg. Lupus, *ubi supra,* præsentens has difficultates, inquit quod forte remanebunt bona ipsius vxoris vinculata, & quoad ea erit valida dispositio mariti, & deuenient ad illum, & illos qui vocati fuerunt ad ea in tali dispositione, vinculo & maioratu, quasi quoad ea reuocatio mariti non sit attendenda, neque præiudicandum viri quæsito ex consensu vxoris *argumento l. fin. & ibi dictorum ff. de pactis & argumento illius magis communis opinionis contra Bart. in l. qui Rom. §. Flauius ff. de verbor. obligat. de qua nos alibi latius dicemus,* quod si dono tibi rem vt post

post certum tempus quærat alicui Ecclesiæ non potest etiam cum cōsensu primi donatarij acceptantis donationem illā, reuocari in præiudiciū secūdi donatarij, & sic quod maritus ipse nullo modo posset disponere de bonis vxoris suæ asserendum esset omnino, & in tali casu, vel dicendum quod ex reuocatione mariti quoad partem bonorum suorum resulteret etiam reuocatio quoad partem bonorum vxoris suæ, cum sub vna dispositione, & constructu verborum dispositio sit constituta, & vna tantū, non vero duę dispositiones dicuntur, & sic bona vxoris ei remanebūt libera sicut ante erāt, & hoc credo verius: vel tenendū est, quod bona vxoris remaneāt sub dicta dispositione, vinculo & maioratu, *vt inquit Greg. vbi supr.* neque supra dictæ doctrinæ Tellij, Suar. Mol. aliorumque quidquam obstat consideratio cōcuius nostri Doctoris Gutierrez *vbi supr. ex l. nostra & ex l. 4. 4. Tau. que apposta est sub l. 4. tit. 7. infra isto cod. lib. vbi libera reuocatio remanet tā matri quam patri, & sic vxori sicut marito, indistincte & sine distinctione, an ambo disponant sub vna carta de bonis suis, vel maritus solus, & post vxor consentiat dispositioni mariti, quoniam generalitas harum legum non est censendū casus speciales à iure dispositos & fūdatos corrigere, sed eos sub dispositione iuris relinquere, & sic non corrigere dictū casum, quoties maritus solus de suis bonis & vxoris tanquam de suis disponit, & post mulier eius consensum præbet dictæ dispositioni: & sic, *vt dixi*, vidi determinatum in Pinciana Cancellaria, & an si profiteatur religionē tolletur potestas reuocandi talē donationem reuocabilem, vide Angulo *hic glo. 6.**

Ibi, *Por contrato entre viuos*, quid tamen si per donationē causa mortis, & an & tūc poterit tradita reuocari, * videturque dicendum quod sic, cum legato æquiparetur, & legatū possit reuocari etiam tradita re, * *ex l. ij. tit. 4. p. 5. & tradit Ant. Gom. hic n. 24. & iterū to. 1. var. c. 12. n. 4. & Due. reg. 217. & 218.* quod intelligerē si traditio illa fiat sub cōmemoratione legati illius, vel donationis causa mortis, secus si simpliciter fiat, quia cū tunc per traditionē trāseat in cōtractū inter viuos, nō poterit reuocari tale legatum, vel donatio causa mortis, *secundū supra dictos, & ex communi relata per Conar. 2. par. Rubr. de Testam. in tribus columnis finalibus, & prosequitur late Tellius hic n. 84. cum sequentibus pluribus, & concinuis noster Doctor Gutier. in Repetitione l. nemo potest nu. 254. cum tribus sequentibus pagin. 82. de leg. 1.* sicut in testamento melioratio fiat, & rei meliorata sit facta traditio, tunc reuocabilis nō est talis melioratio, secundū Ant. Gom. hic, quem indistincte & male reprobat Pelacz *de Maior. 1. p. quest. 31. nu. 1. cum sequunt. Matien. hic in glo. 4. n. 27. & à n. 25. incepit.* Nam verū dicit Ant. Go. quoties traditio fit incontinentū, & idem si ex post facto si tamē fiat sub cōmemoratione primæ meliorationis, vel legati in testamento facti, secus vero, si ex post facto, & simpliciter, nulla cōmemoratione facta fiat traditio, nam tunc cum transeat in cōtractum inter viuos, irreuocabilis erit, *cum communi per Ant. Gom. relata & per Molinam de Primog. libr. 4. cap. 2. numero 19. cum duobus sequentibus.* Nam licet l. nostra in princip. de vltima voluntate, sicut de cōtractu inter viuos reuocabili loquatur, hoc est cum agit & disponit in materia reuocabili, sed dum in secunda parte tractat de

irreuocabilitate, solummodo agit de cōtractu inter viuos, non vero de testamento, vel alia vltima voluntate, quasi quoad hoc iura ciuilia & doctrinæ doctorum in suo esse remaneant, & sic in donatione mera causa mortis, dum vltimæ voluntati æquiparatur, idem erit quod in alia vltima voluntate, si vero de mus donationem causa mortis in casu in quo donationi inter viuos assimilatur, puta cum apponitur in ea pactum de non reuocando, irreuocabilis erit, *ex Tell. hic numer. 94. cum sequentibus aliquibus, & ex Ant. Gom. tom. 2. c. 4. numero 22. & Conar. vbi supr. & Dueñas regula. 217. & concine nostro Gutier. in suo utili Tractatu de Iur. confirm. 1. part. cap. 12. numero 4. cum sequentibus.*

Ibi, *Ouiera entregado*, hæc est prima limitatio nostri text. ad regulam eius, in princ. positam scilicet, quod tunc demum possent parentes reuocare donationem ab eis factam alicui ex descendēibus, vel omnibus, nisi possessio sit tradita rerū in donatione contentarum, quam limitationem prosequitur Tel. *hic, à n. 30.* Sed est quæstionis an tunc pater possit fructus percipere illius rei donatæ & eius possessio tradita est, & si percipiat an eos filio donatario restituere teneatur, † quam quæstionē examinat Tell. *in l. 20. Tau. n. 8. cum 4. sequentibus*, vbi concludit quod si ipsius rei donatæ tradita est possessio per aliquem modū per quem transferri potest, debentur fructus statim, neque pater potest eos percipere, secus aliās & in tali casu in quo fructus ab ipso patre statim debentur, si eos nihilominus perceperit, tenetur cauere de eis restituendis, nisi sibi pater fructus in tali donatione reseruasset, quia tūc cauere non tenetur de eis restituendis, quia sibi reseruauit, neque de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, quia cum ex sua liberalitate conueniatur, cum eo minus agendum est, *secundum Soci. relatum & sequutum per Deci. in l. Diuus Pius rescripsit, num. 2. ff. de reg. iur. eundem Deci. in Auth. ex testamento n. 1. C. de collationibus per text. in l. filio ff. vt leg. non cau.* Item quia cum pater filio, vel filius patri aliquid restituere post tempus est obligatus, non tenetur præstare * cautionem illam ³⁰ de vtendo & fruendo, ex tit. vsusfruct. quem caue. *secundum las. in l. inter omnes n. 7. ff. qui satisfacere cogantur per tex. expressum vbi notat glo. & DD. in l. in bebimus Cod. ad Trebel* quod est etiam notandum ad l. 20. 26. & 27. *Tau. in isto tit. nostro* insertas, ex quo videmus quod possessores bonorum maioratus, qui cum filijs suis & descendētibz bona illa restituere teneantur, nunquam conueniunt vt præstent cautiones dictas & de vtendo & fruendo, quemadmodum alij vsusfructuarij compelluntur, vt & tenet Molin. *libr. primo de Primog. cap. 15. numero vigesimo-quinto*, vbi tamen inquit compelli posse cautionem præstare de restituenda adueniente tempore, quæ *ibi per eum* multum differt ab illa de vtendo & fruendo arbitrio boni viri.

Vltorius & ex verbis nostri tex. & suę dispositionis limitabis optime text. *in l. cum de bonis C. de donat. tit. generali.* probantem quod per donationem factā filio familias per patrem, destinationē magis paternę voluntatis factā censerit, quam ad perfectā donationem perueniri, hoc enim si non procedit per text. nostrum quotiescumque pater ipse donās ipsiusmet donationis, & sic rei donatæ traderec

* potest

31 ¶ possessionē vel aliquo ex modis in l. nostra descriptis, talem donationem irrevocabilem constitueret, quia tunc non destinatio paternae voluntatis dicitur, sed potius perfecta donatio, cum reuocari non possit, quia est optima declaratio ad d. l. cum de bonis, & per neminem usque adhuc considerata, quem viderim. Vel secundo declarabis, d. l. cum de bonis, ut non procedat quotiescunque talis donatio fit per patrem filio assignatione legitimae, quam post mortem patris filius petere poterat, tunc enim valida est statim & perfecta donatio, quoniam pater potuit praevenerē ultimum iudicium, secundum Suar. in Evidentialibus l. quoniam in prioribus n. 6. cum quatuor sequentibus, ex doctrina Angel. quem ibi allegat & defendit, asserentis, ex tali legitimae assignatione donationem talem irrevocabilem esse, quam doctrinā sequuntur & defendunt Decius, Segura, & alij per me supra in hac l. relati, communemque testabatur Ioan. Bapt. de sancto Severino in l. frater à frère. q. 25. & Socin. conf. 1. vol. 1. sensit Bart. in l. peto nu. 12. de legat. 2. & Bald. in l. cū oportet §. nō autē C. de bo. lib. Sed contrariā imo quod etiam si in vim assignationis legitimae fieret talis donatio, reuocari posset, tenet idē Bald. in l. 3. C. de usucapio, pro empto. & hanc etiā communē dicebat Deci. conf. 86. vol. 1. & Segu. in l. Imperator. n. 8. ff. ad Treb. quas quidem opiniones refert Mol. de prim. lib. 1. c. 12. n. 6. concordabam tamē ego has opiniones ex text. nostro, scilicet, quod si huius donationis in vim assignationis legitimae esset tradita possessio, vel fieret ob communem onerosam, tunc irrevocabilis esset, & sic procederet prima Ang. opinio, secus aliās quia tunc remaneret reuocabilis, & sic procederet secunda opinio, & hanc concordā voluit assignare Dueñ. regula 223. n. 5. & secundū primam opinionē sic intellectā, si filius tradita ei possessione rerū pro legitima assignatarum faciat pactū de amplius non petendo, tūc licet bona patris donatis & assignantis legitimam augeantur, nihil

32 percipiet * filius hic ex augmento illo, secundum Suar. in l. quoniam limitat. 4. l. Regia. prag. 151. numero 3. de quo vide communem per Segu. Et eius additionatorem in d. nu. 130. & vide Tell. in l. 23. Tau. num. 10. cum sequentibus, sic & eodem modo intelliges illud quod asseritur per DD. in l. in quarā ff. ad l. Falc. ubi Paul. de Montepico num. 39. & 44. & Rip. 35. & Corra. in l. filium quem. num. 98. C. familia hercis. argumento l. pater filiam ff. ad d. Falc. scilicet, quod si donatur aliquid hæredi titulo donationis * non impuratur in Falc. quamvis testator aliud iubeat, ut id procedat, quotiescunque talis donatio à principio valida fuit & irrevocabilis, quia tunc etiam si in testamento, contrarium iuberet, non imputaretur in Falcid. argumento. 1. d. pater filiam. secus si à principio reuocabilis esset donatio, quia tunc potest donator iubere in testamento, ut imputetur, nā cum posset in totū reuocare, multo magis posset hoc. Vterius etiā & ex verbis ijs semel in facto respondi, scilicet, quod si quis fecit vinculum aut maioratū, bonorum suorum cum licentia regis, vel sine ea partis illius bonorum in qua id efficere poterat, & traderet possessionem bonorum illorum per contractum inter vivos, (hoc enim modo loquor in hoc & in præcedentibus illationibus) quod ab inde constitutor talis vinculi, & maioratus non poterit vendere,

34 pignorare, vel alienare * res taliter vinculatas,

Com-
munes
contra-
888.

cum irrevocabiler disposuerit, nisi sibi ex iure promisso reseruaverit facultatem reuocandi in toto vel in parte, & post hac vidi sic tenuisse Suar. in l. quoniam 8. quest. l. regia, num. 17. pagin. 220. ubi eius additio ad nostram l. applicat, quamvis Mol. de Primog. lib. 4. cap. 2. num. 82. vers. Ex quo inferatur, aliud velit.

Ibi, En el dicho tercio, Sed nunc idem in quinto diximus, supra hac l. in glos. Ora hel hijo.

Ibi, La escritura dello, per hæc verba recte dissoluitur Antinomina ad text. nostrum proposita per Tellium hic n. 18. & sequentibus, quem refert Martienzo hic glos. 4. num. 2. dum lex nostra probat sufficere ad irrevocabilitatem donationis traditi possessionem rerum donatarum, arguuntque auctores ij quod incertitudo hæc ipsarum rerum vitiat possessionem, & per consequens lex nostra procedere non potest, quam tamen difficultatē, si considerauissent verba & mentem, ac substantialem dispositionem nostri text. faciliter diluissent, imo potius presentirent legem nostram & conditores eius (peritissimi enim fuerunt) hanc presentisse difficultatem, & ad eam euitandam & ne dici posset confuse diminute & correctiue processisse duo membra principalia constituerunt * quorum

35 medio possessio meliorationis tertij vel quinti aut vtriusque simul capi posset: vnum membrum ac medium, quotiescunque certarum ac designatarum rerum melioratio fit & hoc membrum constituitur in illis verbis, La possession de la cosa y cosas en el dicho tercio contenidas, & harū rerum possessio acquiritur & acquiri potest statim cum certæ ac determinatæ sint, per traditionē earum vere vel fictē vel per traditionē scripturæ ipsius donationis: aliud membrum quoties non certæ rei aut certarum rerum melioratio fit, sed generaliter & per viam quotæ melioratio tertij vel quinti, aut vtriusque fit, tunc enim quia datur incertitudo rerum que in melioratione extabunt & talium rerū incertarum acquiri possessio tunc non potest per traditionem earum, tunc prouisit doctissime lex nostra de medio alio, scilicet, quod tunc per traditionem scripturæ donationis & meliorationis acquiratur possessio dicti tertij vel quinti aut vtriusque, & hoc modo nulla dubitandi aut arguēdi relinquatur occasio, nec imaginandi nouas formas dissoluendi argumēta & difficultates propositas & hoc voluit lex nostra & non aliud, nam cum leges Tauri quarum vna hæc est, processerint ad dissoluendas difficultates & controuersas Doctorum, nō est cur nos alias & insolitas imaginemus difficultates, & quæ in mente legis & conditorum eius nunquam euenerunt, & sic anxietas Tell. & Martien. cessat, & quod per traditionem scripturæ meliorationis * corā tabellione facta possessio acquirat, cōprobatur ex text. in l. 8. tit.

36 30. par. 3. per quam ita asserit Cou. lib. 3. var. c. 16. n. 12. & Tel. hic n. 16. qui nu. 65. intelligit verbū illud, Dello, & bene de instrumento ipsiusmet meliorationis, nam hoc sufficit tradere ex l. nostra, nec requiritur traditio instrumentorum bonorum meliorationis aut rerum donatarū, prout & tenet gl. in dict. l. 30. & Martien. hic glo. 6. ubi alios plures refert idem tenentes, & n. 5. hanc & bene testatur nostratum communem opinionem, quidquid aliud & male voluerit Cou. ubi supra. & Tell. dict. numero 65. Respondentes ad d. l. partitæ, & ad nostram quorum

quorū responſiones optimè diluit Matien. in d. gl. 6. & ſic quāuis aliās de iure requirebatur traditio instrumentorū rerū donatarum vt poſſeſſio transferri poſſet, ſecundum omnes per text. ibi in l. 1. C. de donatio. & erat communis teſte Cou. ubi ſup. & Ant. Com. l. 45. n. 57. & Rebuf. in 3. Tom. conſt. Farcia. tit. de mater. poſ. in praefact. n. 81. ubi à n. 74. cū ſequētibz deſcripſit requiſita neceſſitaria ad hoc, tamē ex l. noſtra & ex d. part. & ex l. 4. tit. 7. infra iſto tit. & lib. ſufficit tradi instrumentū donationis, dum tamē corā ipſo tabellione tradatur, vt inquit lex noſtra ibi, *O le ouiere entregado ante eſcriuano la eſcritura dello*, & ſic idē iā erit in quocunq; alio contractu inter partes celebrato vt clare inquit Ant. Com. hic. nu. 16. & omnes alijs ſic ſentiunt, & practica communi ſic videmus: imò & ex l. noſtra clare colligitur non eſſe neceſſarium quod traditio talis ſcripturæ tempore quo fit, tradatur, ſed ſufficere ſi ex poſt facto per ipſum tabellionem traditio fiat, dum tamen de hoc conſtet per instrumentum, aut teſtes, imò nec requiritur quod fiat coram ipſo tabellione coram quo fit instrumentum, ſed & coram alio diuerſo ꝑ fieri poteſt, & hoc denotant verba noſtri text. dum dixit, *Ante eſcriuano*, & non dixit, *ante el eſcriuano*, ſecurius tamen facies ſi ſtatim tibi traditio talis instrumenti fiat, nam inter os & offam (vt aiūt) multa poſſent accidere propter quæ nō capiat. Notandum etiā, ex verbis his noſtri text. non induci neceſſitatem ad donationem faciendam omnino requiri ſcripturam ꝑ coram tabellione fieri, imò dicendum eſt non requiri, niſi ad dictum effectū irreuocabilitatis per traditionem eius ſecundum Tel. d. 12. Tau. n. 4. vel niſi in donatione excedente quingentos aureos, nam in hac ſcriptura requiritur ex l. *ſi quis argumentum*. C. de donatio. noſt. glo. c. 1. de cenſibus imb.

Ibi, *Por causa onerosa*, hic eſt tertius caſus & limitatio noſtri text. vbi donatio & melioratio irreuocabilis fit, & ratio eſt, eò quod donationes ob cauſam nō reuocantur ꝑ vt ad noſtrā legē aduertit Pelaez de maiorati. 1. p. quaſt. 21. n. 15. & ſuper his verbis ſecundum Tellium hic vaſtum pelagus ſe offerrebat, ipſe tamen ad breue reduxit illud, ſicut & nos reducimus ſolummodo aduertendo lectorem, quod vt melioratio in caſu noſtræ legis alicui ex diſcentibus facta ex cauſa oneroſa irreuocabilis fit, requiritur quod cauſa illa oneroſa ſit facta cū alio tertio, ꝑ ibi, *Pro causa onerosa con otro tercero*. nam dictio illa *Cum* copulatiue ponitur & cumulat omnia, prout optime declarat Tellius hic. 21. §. 9. & iterum in l. 22. Tau. n. 17. & ibi, Ant. Com. n. item. 17. & Moli. de primogenijs. libr. 4. c. 2. n. 26. & Pelaez ubi ſup. & Matien. hic gl. 7. & nouiſſime Velazq. l. 44. Tau. gl. 15. vnde ſecundū Tel. in d. n. 69. quantūuis pater melioret filium in tertio vel quinto vel in vtroque vt melius nubere poſſit, dum tamen tunc non adſit mulier cum qua contrahat & ob quā cauſam contrahendi cum ea fiat talis melioratio, tunc enim reuocabilis erit, etiā ſi appareat ob cauſam oneroſam fieri, cum deſit tunc tertius hic à lege noſtra requiſitus, niſi ad eſſent alię cauſæ à lege noſtra deſcriptę, puta traditio instrumenti vel poſſeſſionis reſi donatarū, & ſic intelliges legem. 22. Tau. quaſt. 6. iſtus inſtr. text. dum ibidem inuenit etiā de cauſa matrimonij vel alia oneroſa, vt intelli-

gatur dum tamen ſit oneroſa reſpectu alterius tertij, ne demus cōtrarietatem inter eas. præſertim cum ibidem eodem modo loquatur ſicut noſtra ibi, *Por via de casamiento*, o pro otra alguna oneroſa, matrimonium autē eſt maris & ſceminæ coniunctio, ergo lex illa de matrimonio tūc cōtrahē o cū tertio aliquo eſt intelligenda, & dictio illa, *O por otra alguna onerosa* eodem eſt etiam modo intelligenda, vt ſit oneroſa reſpectu alterius tertij, nam dictio illa, *Otra*, eſt repetitiua ſimiliū & per conſequens de tali cauſa oneroſa eſt intelligenda lex illa, ſicut noſtra. Nec mirum, leges enim poſteriores per priores ſunt intelligendæ & declarandæ, idque clarius deducitur ex verbis finaliſibus illius l. 22. dum ibi inquit, quod ſi promiſſionē meliorandi pater aut mater nō adimpleuerit, intelligatur eſſe facta, & hoc nulla alia ratione, ſcilicet, nē tertius ille ob cuius reſpectū fit promiſſio illa, illuſus remaneat, eſt tamen verum vt optimè aduertit Molina ubi ſup. n. 17. quod ſi melioratio ex cauſa matrimonij genericè facta ſit & poſtea huius meliorationis virtute melioratus cum aliqua contraxit matrimonium, melioratio reuocari non poterit, iam enim ex tertij interuentu irreuocabilis facta fuit, nec debet ex ea ipſe tertius circumueniri, adeò vt nec conſenſu meliorati non poſſit poſt reuocari ſecundum eundem Moli. ubi ſupra numero 18. vbi & inquit matrimonio poſt non ſequuto reuocabilem ꝑ manere meliorationē talē. Vel declara illā. l. 22. Tauri, loqui in promiſſione, vt in hac diximus lege. Sed num ſi cauſa remunerationis aliquid filio donetur per patrem, efficietur irreuocabilis donatio, ꝑ & Caſtillo hoc inquit quod ſic, quaſi tūc potius quædā debiti ſolutio quam mera donatio facta videatur, prout & inquit ipſemet Caſtillo in proſpectu legum Tauri fol. 4. col. 1. verſi. ex quo, vbi & inquit quod adeo hoc verum eſt quod talis donatio remuneratoria nō poteſt cōputari, nec cōputatur in tertia & quinta parte quam teſtator poteſt filijs relinquere: multa enim pro donatione remuneratoria introducta ſunt in iure de quibus per Tiraquel. in l. *ſi vnquam verbo donatione largitus*. nu. cum ſequentibus. C. de reuoc. donatio. & præſertim quod licet regulariter in donatione non remuneratoria non debeat euictio: tamen in remuneratoria debetur ꝑ ſiue incipiamus à traditione ſiue non vt per Anto. Gomez to. 2. ca. 2. nume. 35. & per Bar. & Iaſ. num. 11. in l. Iulianus. §. 1. ff. de verb. oblig. & alia per Palac. Rub. in rub. §. 31. num. 1. & per additionem Abbatis. in ca. donatio. nu. 1. litera. A. de donatio. inter. nihilominus tamen in noſtro propoſito cōtra Caſtillo tenet Couar. in cap. cum in officijs, num. 11. de teſtamen. & veriore cum eo teſtatur Baeza de dote. c. 17. num. 3. & tenet Tellius lege. 28. Tauri num. 3. & conciuſ noster Ioannes Gutierrez in tractatu de iuramento conſr. 1. par. cap. 5. num. 24. cum ſequentibus, nam à filio erga patrem nullum ſeruitium remuneratione dignum tradi poteſt, ex l. enim 3. tit. 20. par. 2. parentes filiorum miniſterio ſe ſeruire poſſunt, & filij eis ſeruire tenentur, prout & inquit Navarro, in manuali. cap. 17. num. 148. & ſic tenendū eſt quod quoad filios quælibet donatio eſt reuocabilis niſi concurrat aliqua ex formis noſtræ legis ob quam irreuocabiles fiunt, & in ca-

su in quo, quoad filios daretur casus aliquis, quo mediāte filius hic aliquid posset à patre petere in iudicio, & pater ad hoc soluendū cōpelli posset, tunc ut ās alienum filius petere poterit, quantūuis illud pater in vim donationis remuneratoriā id sibi nō donet, *ut voluit & bene Coua. vbi sup. & tunc etiā si pater talē reuocet donationē nihilominus filius id petere poterit, & ut ās alienū soluetur, prout & soluetur si pater talem remunerationē nō reuocauerit, nec computabitur ut melioratio tertij & quinti sed ut ās alienum, & hanc credo veritatē quā & tenet dicens sic vidisse practicari Ioannes Graciā, in regu. & Falen. regu. 337. n. 20. quāuis ibi n. 25. contrariam veriorē dicat & in Palacijs versatam, vbi n. 11. & 12. inquit, id probādū per filiū, tenet Gutierrez vbi sup. n. 24. & miror quod cū asseruerit ibidē n. 12. quod filio emancipato seruenti patri debetur salariū, asseruerit post, ob remunerationem talis seruitij donatum non posse tertij & quintū excedere, & in eo cōpurandum, nā si ut debitum peti potest, non est in tertio & quinto computādū, & si in tertio & quinto cōputatur, redocari potest per patrem donantē nisi adsit aliqua ex causis tribus nostri tex. propter quas irreuocabilis fit, ipse tamen Gutierrez ibi n. 30. inquit donationem talem remuneratoriā in tertio & quinto cōputādā reuocari non posse, igitur sibi cōtrariatur, irem quia si ipsemet Gutierrez ibidē n. fatetur talem donationem remuneratoriā respectu extranei, cui sit valere quoad quintū, & tamen n. 33. fatetur extraneum hūc posse petere ut debitum illud quod excedunt seruitia quintū illud, ergo debitū iudicatur, & si tale, ut tale peti potest, & per consequens vltra quintū, adeoque valet donatio ob causam onerosam ut ad legem nostram redeamus quod etiā promissio sola meliorandi ob dictam clausulam valida est & irreuocabilis secundam l. 22. Tauri qua est. 6. inf. isto tit. vbi Doct. sola enim promissio obligandi in decem operatur idē quod ipsa obligatio secundum Tho. grāmā, decis. 103. n. 187. & 188. & Boerium decis. 183. n. 13. maxime attenda lege. 2. tit. 16. inf. isto lib. 5.*

Ibi, *Por via de casamieto*, hęc prosequitur Telliū hic à n. 70. quem referre sufficit, & ad eodē verum esse hoc restatur Segura, in l. vnum ex familia. §. sed si fundum. n. 127. fol. 95. col. 2. de leg. 2. quod quamuis matrimonium non sequatur adhuc reuocari non poterit melioratio, ob tale matrimonium facta de quo videndus est Baeza de dote filiarum. c. 21. n. 27. cum sequentibus & Angulo, hic gloss. 10. num. 2.

Ibi, *O por otra cosa semejante*, sed an hęc erit causa studij filium pater meliorauerit, & in hoc Matienzo hic in gl. inquit quod melioratio facta causa studij erit reuocabilis in filijs, & videbatur hanc tenere opinionem, & tandem se remittit ad ea, quæ dixit in l. 3. titu. 8. inf. isto lib. gl. n. 10. & sequentibus vbi tenet totum contrarium, solum considerans quod hęc causa studij donata, pro alimentis donantur, & sic irreuocabili reuocari censetur, in quo remanet etiam ipse Matienzo cōfusus, & in iuritate, & ide o ego veritatē esse iudico, quod donatiō talis & melioratio causa studij facta, in eoq; pro alimentis necessarijs expendendum est, & quæ domi expenduntur, &

itē in eo quod pater omnino expendere tenetur, ut pro studijs necessarijs sine quibus homo secundum consuetudinem & cōditionem suę personę viuere non potest, ut quod addiscat grammaticam, & similia & libros necessarios ad hoc præstet, hoc enim quod in his expenditur tenetur pater soluere, vel ut ad impensam necessariam, secundum glo. in l. 5. titu. 15. part. 6. & Telliū hic num. 113. & probat ex l. qui filium. ff. vbi pup. edu. deb. not. 1. l. quidam cum numero 33. fol. 184. ff. de ver. obliga. & Anto. Com. in l. 29. Tauri. numer. 18. & optime per Rebus. de priuileg. schol. priuilegio. 53. & Ioannes Garzia, de expens. & melio. capit. 3. & 4. & in his erit melioratio irreuocabilis, secus tamen est circa ea quæ pater prestare in studijs non tenetur, in his enim melioratio erit reuocabilis, si possessio rerū aut instrumenti non est tradita, secundum tenorē nostræ legis, & sic concordabis communes contrarias de iure ciuili circa hoc asseras per additio. Segura. l. vnum ex familia. §. sed si fundum nu. 131. de legat. 2. vel dic ut per Angulo. l. 1. glo. 10. nu. 8. in presenti, quod est reuocabilis cum magis communi opinione, nisi filius sit aduocatus aut doctor, vel efficeretur talis, vel nisi expensæ essent consumptæ & nouissime de ijs agit etiam Velazquez. l. 44. Tauri glo. 15. nu. 5. sed an etiam in casibus nostræ legis requiratur acceptatio meliorati ut ante acceptationem reuocari possit, post vero non, dic quod sic ut per Pelaez de maiora-
tu. 1. part. questio. 36. num. 1. cum sequentibus vbi tamen inquit sufficere tacitam acceptationem, pro ut dicemus in l. 2. tit. isto inf. isto libro & in l. 2. istius titu. in gloss. O descendentes, hoc de acceptatione iterum & in casibus fortioribus repetemus.

Ibi, *saluo si*, nam tunc per reseruatiōem talem remanet reuocabilis talis melioratio quæ alias sine tali reseruatiōe irreuocabilis erat, ut notat Castillo hic num. 113. cum sequentibus & omnes alij scribentes.

Ibi, *O por otra alguna causa*, ut propter ingrati- tudinem propter quā omnis perfecta & donatio reuocatur ex rex. in cap. si extra de donatio. & enumerantur causæ hęc in l. 1. tit. de las donaciones lib. 3. fori, & l. 4. in tribus sequentibus tit. 7. par. 6. & l. 10. titu. 4. par. 5. & in Authen. ut cum de appellatione cognoscitur. §. causas col. 9. per glo. c. quinta uallis de iure iurando & in l. possessionem & ibi Doct. C. de reuocand. donatio. quamuis tamen tunc reuocetur donatio, non tamen interim fructus percepti restituendi erunt secundum Seguram in l. 1. §. si vir uxori. n. 74. ff. de acquir. poss. & hęc pro lege hac. 1. sufficiant cætera per scribentes hic videri poterūt quæ tanquam extranea à declaratione textualium declarationum omitto.

SVMMARIVM.

- 1 Dictio, qualquier, vniuersalis est. nu. 1.
- 2 Pater meliorans an possit eligere dignum omissio digniori. 2. & nu. 4. an indignum in dignitate facti, vbi alia de ijs.
- 3 Cōtrarietas eligere debens pro melioratione an digniorem eligere teneatur. 3.
- 5 Meliorari possunt nepotes vel pronepotes etiā si auus vnicum tantum filiū habeat à quo alij descendunt. 5.

- 6 Licentia data constituendi maiorem in filiū, poterit cōstitui in nepotē. 6. & ibi quid erit si facultas talis cōcedatur respectu certi filij.
- 7 Filius melioratus in certa parte bonorū an dicatur prælegatarius vel institutus in ea. 7.
- 8 Melioratio legatum dicitur. 8. & ideo, vt ibi, potest acceptari melioratio & repudiari legitima, & sic actiones cōpetentes pro legato competent & pro melioratione.
- 9 Tertium bonorum meliorator non reputatur legitima inter descendentes. 9.
- 10 Melioratus sub conditione si ante eius implementum decedit non transmittit ad hæredes eius. 10. secus si pura est, vt ibi, vbi & quid si non est acceptata.
- 11 Acceptatio meliorati requiretur omnino. nu. II. vbi ampliatur ad promissionem de non meliorando, & ibi an per mortem donantis vel donatarij cesset ius acceptandi, & ibi quid si notarius acceptet, & ibi an tacita sufficiet acceptatio, & ibi pluribus ampliatur modis hæc opinio.
- 12 Medietatis lucrorum constante matrimonio, an acceptatio requiratur. 12.
- 13 Melioratus an possit propria auctoritate capere meliorationem. 13. & ibi, an amittat ius.
- 14 Melioratus an possit agere de euictione contra hæredes meliorantis re meliorata euicta. 14.

Lex. 2. quæ erat. 18. Tauri.

S V M M A R I V M.

Melioratio tertij, vel quinti, vel vtriusque, qua poterat secundum legem fori fieri filijs, vel nepotibus, potest vni tantum ex nepotibus fieri, etiam si pater talis nepotis sit viuus.

IBI, LA MADRE, intellige si vidua est, vel si non est vidua, dum tamen licentia mariti ad sit vt diximus in l. precedente in glo. La madre.

Ibi, A la ley del fuero, quæ est lex. 9. titu. de las mandas. lib. 3. fori quæ per legem nostram approbatur, & ampliatur vt non solum procedat quando meliorantur omnes nepotes sed etiã quando vnus tantum eorum, siue tempore meliorationis pater talis nepotis fuisset mortuus siue viuus, in quo est legis nostræ singularis decisio, cuius rationem dubitandi & decidendi assignant Castillo & Antoni. Gomez hic.

Ibi, A qualquier de sus nietos, o descendientes, notanda est dictio illa qualquier, quæ vniuersalis est, & non restringit potestatem patris meliorandi hunc & non illum, sed indistincte quemlibet per eum meliorari permittit, & sic quandam liberam voluntatem meliorandi hunc

vel illum concedit, sic & lex sequens non restringit patri hanc potestatem meliorandi, & lex. 4. itidem inf. eodem solum mododicit, A alguno de sus hijos, & lex. 5. itidem, El hijo o otro qualquier descendiente, & lex. 6. 10. & 11. itidem generaliter loquuntur ibi, A alguno de sus hijos, Item dicta l. 4. dum permittit in quinto bonorum patrem disponere posse inter extraneos, non distinxit extraneum vnum ab alio, ergo nec nos distinguere debemus, sed potius fatendum est patri liberam meliorandi facultatem vnum ex descendentibus in tertio, & quinto, vel in vno tantum concedere, & per consequens posse tuta conscientia eligere dignum & omisso digniori, nullam enim per hoc violat legem, item pater in hoc casu non tenetur legibus, iustitiæ distributiue, quæ solū legat eos qui publica potestate publica & cōmunia bona distribuunt particularibus, aliquando secundū merita eorū, vt cum distribuunt munera & officia, aliquando secundum fortunas eorū vt cum distribuunt pecunias suas, iuxta Aristote. 2. & 4. Ethic. & Tho. recep. 2. 2. quest. 123. artic. 3. item quia cum pater ipse sit bonorum suorum verus dominus, legibusque ac regia facultate sibi concessum fuerit, vt cuicumque filiorum ea bona iure meliorationis relinquere possit, nec in hac specie de reipublica seu Ecclesiæ regimine, nec alia re simili agatur, consequens vt libere possit eligere dignum prætermisso digniori, & ita hanc opinionem tenet Nauar. in man. l. ca. 26. n. 37. & Couar. in regu. peccatum. 2. par. 9. 7. n. 7. & Molina de primogeni. lib. 2. c. 5. n. 64. & nu. 67. hoc verissimum esse iudicat, & hanc etiam tenet Peralta. l. cum quidam. n. 18. ver. hinc posset inferri pag. 280. cum sequentibus de legat. 2. & Pelæz de masorita. 1. par. ca. 48. nu. 12. & Angulo, hic glo. 4. num. 4. pro quo & facit, nam melioratio hæc facta per patrem filio non censetur deferri ex legis dispositione etiam mediata, & remota, quia leges regni disponentes quod pater possit meliorare in certa parte bonorum loquuntur permissiue & cōditionaliter, id est si pater voluerit, prout loquitur lex fori. 9. titu. de las mandas lib. 3. fori, non autem loquitur præceptiue seu dispositiue, seu necessario vt optime considerat Peralta in l. cum autem, 14. pag. 133. de leg. 2. & an à patre non vero à lege descendens hic meliorationem capiat, conqueri non potest dignior si eo omisso dignum pater meliorauerit & tenendum videtur etiam si Palatius Rub. in repet. c. per vestras notabili. 3. §. 26. & Segura & Simancas & Florentinus relati per Menes. in d. l. cum quidam. nu. 20. aliud velint, qui tandem non improbat nec reprobatur primam opinionem Couar. sed potius vt ei nõ obstat respondet legi femina in principio. C. de secundis nupt. cui quidem latius respondet Peralta in d. vers. hinc posset inferri & id ampliatur Molina vbi sup. num. 68. procedere etiam si pater meliorauerit filium in tertio, & quinto bonorum administrationem habentium, vel maioratum eorum constiterit, quod secus esse dicit in eo cui ab alio commissæ est meliorandi potestas in vni ex filijs defuncti potestatem hanc concedentis, nam si libera & absoluta voluntas non est commissæ eligendi quem voluerit tenebitur vtique talis commissarius eligere digniorē vt ibi per 3 ipsum Molin. 69. cum sequentibus vt ibi per eum qui

distinctione etiam in hoc vititur quoties libera facultas est commissa, nam & tunc distinguit ipse bona patrimonialia absque administratione, à bonis cū administratione, & iurisdictione, vt in primo casu dignus eligi possit omisso digniori, non vero in secundo casu, in vtrisque tamē bonis non poterit commissarius hic quantuncūque liberā & amplissimā potestatem habeat eligendi quem velit ex filiis ad meliorationē illā indignum eligere & sic indignum, digno seu digniori præferre. *secundū Molinam optime vbi sup. nu. 71. quidquid contrarium velit Peralta, in l. vnum ex familia. §. si de Falcidia. n. 5. de leg. 2. pag. 568. in fine cum sequen. & iterum in l. cum quidam. n. 2. pag. 265. de legat. 2. & Pelaez de maiorat. d. 1. p. q. 48. n. 11. qui tamen intelligi possunt loqui quoad forum fori, in eo enim valeret electio nisi dolose facta si de indigno secus vero in foro poli, vt deducitur ex Molina. d. n. 71. & ex Peralta & Pelaez vbi sup. & sic non sunt contrarij & faciunt contra eum dicta per Pelaez de maiorat. 1. par. quæst. 48. numero. 36. cum sequentibus, fol. 173. imo & inquit Molina vbi sup. n. 69. in versic. in secunda specie quod & ipse pater non poterit tuta consciētia filium indignum in dignitate facti eligere prætermisso digniori, licet in foro fori id liceret, fatetur tamē ipsemet Molina ibi n. 72. quod quamuis pater meliorans aut maioratum faciens aliquādo ex electione digni prætermisso digniori peccare possit, non tamen tenebitur ad restitutionē, quamuis quando indignum eligeret, teneretur, si meliorationi aut maioratui huic administratio & iurisdicctio annexa fuerit, quæ restitutio reipublicæ quæ læsa fuit, facienda est, nō autem ex electione etiā indigni alijs fratribus dignis seu dignioribus aliquid eligens restituere tenebitur, & nu. 73. ibidem declarat ipse Molina quomodo quis dignior iudicandus sit quæ omnia non sic reperietis congesta.*

Ibi, *A descendentes, & sic non solum filios nepotes, verum & pro nepote & vteriores* comprehendere vult lex nostra, prout optime hic considerat Anto. Gom. num. 2. idque non solum procedit quoties auus meliorans nepotem habet duos & plures filios verum & quando vnicum filium habet, eo tamen habente duos vel plures nepotes, quoniam respectu nepotum optime potest cadere melioratio, imò & respectu ipsiusmet filij, cum ab eo auferatur id, quod nepoti donatur, pro vt tenet Couar. relatus per Telliū hic vbi num. 3. verriorem esse cum Couar. testatur & hanc sequitur etiam Menes. in l. vnum ex familia. §. si duos. nume. 5. de legat. 2. contra Anto. Gomez hic. nume. fin. contra & male tenentem, & eum etiam reprobatur Molina de primogenijs lib. cap. 11. numero. 5. & Pelaez de maiorat. 1. par. q. 15. nume. 26. & tenet Lara relatus & sequutus per Aluarado de coniectur. mente test. lib. 2. c. 2. in principio. nume. 23. in fine & Burgos de Paz iunior in quæstion. suis. quæst. 1. n. 20. & nouissime Matienzo, hic gloss. fi. nu. fi. & sic in facti contingentia vidi consultum: nam quāuis tenēda sit opinio quod vnicus tantum filius meliorari non possit per patrem in tertio saltim bonorum, vt in isto. tit. dicemus, eo quod melioratio debet cadere respectu pluriū personarum inter quas melioratio hæc cadere potest, vbi tamē ad iunt nepotes lex nostra & aliæ nostri tituli permittunt posse quemlibet nepotum per auum*

meliorari in tertio, & quinto etiā viuo eorū patre, igitur in vno eorū cadit melioratio aui quāuis auus solum vnicū filium patrem nepotū habeat, sicut posset vnum ex filiis meliorare, aliter enim peioris essent conditionis nepotes quam filij, & sic veram profiteor opinionem Couar. & sequacium contra Ant. Gom. præsertim si filius hic vnicus moriatur antequā nepos melioretur, habēt enim tunc nepotes meliorati tam vsu fructū quā proprietatem rerum in melioratione contentarum, & hac de causa id clarius procedit quoties nepos melioratus caret patre, licet habeat matrem, cuius pater meliorat nepotem filium huius matris, sed an data licentia per regē constituendi maioriā in filium poterit constitui in nepotem, vide glo. magnam vers. sed pone *Quæst. 1* quod lex l. 32. tit. 9. par. 6. dicentem quod sic, argu. nostræ legis & sequitur Pelaez late in tractatu maiorat. 1. part. capi. 15. nu. 1. cum sequentibus, & Molina de primogenijs. lib. 2. cap. 11. n. 38. versicul. ceterum *Quæst. 2* si omnia vbi a nu. 34. incipit quæstionem hanc examinare, vbi nu. 40. examinat, quid erit si facultas talis concedatur respectu certi filij, expresse nominati, & cum numeris ante & post alias similes examinat quæstiones, sed an filius vel nepos melioratus in certa parte bonorum dicitur institutus in ea, an vero prælegatarius & concludendum est quod prælegatarius dicitur. *Quæst. 3* *secundū Suarez. l. quoniam. 7. quæst. legis regia pag. 208. n. 1. & pag. 212. num. 9. nam & melioratio legatum dicitur ut per Doct. in l. 21. Tau. & per Gomezium Leon, in centuria informationum iuris. cap. 5. num. 8. & ideo secundum illam l. 21. quæ est. 5. nostri tituli, potest repudiari legitima & acceptari melioratio, & sicut actiones competentes pro legato consequendo, quas ponit Couar. c. Ramuntius. §. 10. nu. 2. & Auiles cap. 10. prat. num. 8. folio. 141. in antiquis & Anto Gom. l. 45. Tau. n. 137. & tom. 1. cap. 12. n. 7. & Dueñas regul. 15. limitatione. 2. & Horoscus in l. colu. 905. in princip. ff. & nouissime Telli. 3. par. l. 3. Tau. n. 7. & 8. qui omnes concludunt via ordinaria petendum legatum, in qua summarie debet procedi, secundum tex. in l. sine titu. 9. par. 6. actione ex testamento vel hypothecaria sicut antea agebatur ante legem ordina. per Telliū vbi supra consideratam, de quo diximus sub titu. 21. libr. 4. supr. sic & omnes illæ actiones competent pro melioratione consequenda, secundum Suarez. d. l. quoniam. 7. quæst. legis regia. num. 19. pag. 214. & Segura in l. vnum ex familia. §. sed si fundum fol. 49. vers. tertio modo de lega. 2. nam tertium bonorum secundum supra dictos inter filios & descendentes non dicitur, nec reputatur legitima, secundum *Quæst. 4* *Castillo. l. 21. Tauri. n. 5. per tex. ibi & melius Baera de dote. c. 9. nu. 49. cum sequent. aliquibus & Suarez vbi sup. 7. ampliatione. n. 4. pag. 73. & iter. iun. q. 2. de legis regia. n. 1. in fine pa. 199. & Telliū. in l. 23. Tau. n. 2. & ita debet intelligi. id quod ipse Telliū dicit in l. 27. Tau. numer. 3. in princ. & glo. manda in l. 2. tit. 9. par. 6. dicētes esse tertium legitimam, nam debet intelligi respectu extraneorum non vero descendentium, sic etiam sicut legatum conditionale mortuo legatario ante conditionis implemētum non transmittitur ad heredem legatarij, sic & melioratio sub conditione facta & si melioratus moritur ante conditionis existentiam, secundum Anton. Co. tom. 1. c. 9. num. 49. in medio vers. sic. &**

fic. & idem est si, si tamen melioratio non est conditionalis sed pura, etiam si melioratus moriatur ante agnitionem, transmittet eam ad suos, secundum Palacios Rubi. in rubrica. §. 62. n. 32. in sine fol. 39. in antiquis, ubi additio antiqua allegat Seguram dicentem quod talis melioratio etiam non acceptata transmittitur ad quoscunque extraneos hæredes, hoc tamen falsum reputo, salua eius pace, nam etiã in melioratione acceptatio * meliorati requiritur, vt reuocari non possit. vt communẽ dicit Burgos Paz. senior consi. 14. numero 20. etiam in terminis legis præcedentis, vt ibi dixi, & tradit late Angulo. l. 1. in isto tit. gl. 8. num. 17. cum pluribus sequenti. igitur & in alijs quibuslibet casibus sicut in qualibet requiritur donatione, vt optime per Pelaez de maiorat. 1. p. q. 36. imo & in promissione de nõ meliorando idem requiritur secundum eundem Pelaez ibi quæst. 68. nu. 1. & sequentibus, præsertim, cum per mortem donantis vel donatarij cesset ius acceptandi per hæredes donatarij, vt tenent quam plures Doct. relati per Burgum Pacensem iunior in quæstionibus suis. quæst. 10. num. 17. & per Burgum Pacensem seniore, in consil. 33. numero 14. & per conciuem nostrum Doctorem Guterrium in repetitione. capitul. quamuis pactum in principio, num. 57. pag. 395. de pactis in 6. & per Molinam de primogenijs lib. 4. cap. 2. num. 76. quidquid ipse ibi velit contra tenere cum Coua. nam & Couar. ibi per eum relatus non tenet regulariter contrarium, nisi in casu in quo notarius stipularetur pro absente donatario, nam tunc ius acceptandi trãsmitteretur, & faciunt dicta per Roland. Valle consi. 77. nu. 13. vol. 1. & per Molin. de primogenijs lib. 4. cap. 2. num. 67. cũ sequentibus alijs quibus, vel posset intelligi opinio Molinæ quoties donatio vel melioratio fieret pro se & heredibus suis. secus verò simpliciter, secundum Burgum Pacensem in dict. quæst. 10. n. 37. & 38. & sic regulariter illa doctrina Seguræ vera nõ esset. habes tamẽ notare quod vt asserunt omnes supradicti præsertim Pelaez, & Gutierrez, ubi sup. nu. 58. & sequen. & Molina ubi sup. n. 76. non requiritur expressa acceptatio donatarij, sed sufficit tacita, quæ nota quia singularia, & neminẽ vsque huc vidi mentionem facientẽ de dicta doctrina Seguræ, nisi solum additionatorem Palã. Rub. ubi sup. & miror quod ipsi ita sicco pede transferint, & sic reperio, acceptationem meliorati requiri vt irreuocabilis donatio facta reuocari nõ possit, tenere etiam Molinam de primogenijs. lib. 4. c. 2. nu. 68. etiam si constitutum adesset vt ibi per eum nu. 64. & communem cum adest constitutum dicit Burgus Pacensis iunior in quæstio. suis. quæst. 10. n. 20. & tenet Pelaez d. q. 36. & etiam si fiat ex causa onerosa, secundum Mencha. de success. crea. lib. 3. §. 23. nu. 30. & etiã si iurata sit melioratio secundum Burgum Pacensem seniore, consi. 14. n. 20. & 21. Nec obstant dicta per Seguram contra tenentẽ in l. 3. §. fin. nu. 123. ff. de lib. & posth. quia fundat se in falso fundamento, scilicet quod melioratus capit meliorationẽ ex legis dispositione: non enim capit nisi ex dispositione patris cui lex commisit & dedit facultatem meliorandi, prout supra in hoc tit. diximus, nec potest argui vt ipse Segura dicit, ex medietate lucrorum acquisitoriam vxori, quæ transmittit illam etiã

si nõ acceptauerit vxor in vita medietatẽ illã, & nam hanc acquirit vxor ex mediata legis dispositione, & sic est diuersissimum. Et au melioratus possit propria & autoritatẽ capere meliorationem, vide Suarez in d. q. 7. numer. 9. cum sequen. pag. 212. & an si intret amittat ius vide per Couar. lib. 3. var. cap. 16. numer. 7. versi. is præterea & Ant. Go. to. 1. c. 12. nume. 10. & quid si pater meliorauit filium in aliqua domo, vel fundo, quæ postea mortuo patre fuit ab eo euicta, possit & melioratus de euictione contra hæredes agere, vide Suarez in d. l. quoniam. 3. q. legis regia pagi. 199. quem allegat Ant. Gom. tom. 2. cap. 2. n. 3. 4. in medio, ubi inquit quod nõ, quia in vita testator eã diuisit, per l. pe. tit. 15. part. 6. vide per eos.

Ibi, Puesto que, ea attentata cessant plura quæ refert in propositum Seguræ in l. cohæredi. §. cum filia n. 29. cum omnibus sequentibus. ff. de vulgari ubi additio in principio illas numeri, ad hoc aduertit rationemque decidendi horum verborum colliges ex Antonio Gom. & Castillo hic in sine, scilicet, quia non præiudicatur aliis filiis vel nepotibus in legitima, cum respectu eorum nec tertium legitima sit, vt diximus.

S V M M A R I V M.

- 1 Filij possunt reclamare aduersus assignationem rei pro melioratione relicta si ex ea caduntur in legitimis. 1.
- 2 Melioratio an reuocata censeatur si res pereat alienata. 2.
- 3 Meliorans in tot mille nummis, si reliquit numeros & bona immobilia an possit melioratio solui in bonis immobilibus. 3.
- 4 Meliorata res si non est tota patris meliorantis an hæredes eius tenebuntur etiam pro non parte patris stare meliorationi. 4.
- 5 Res hæredum bene possunt legari per testatorem. 5.
- 6 Partem quam quis in re legata habet censeatur legasse, cum ampliationibus. n. 6. nisi aliud constaret velle. n. 8. & n. 10. resolutio.
- 7 Euictio an debeat pro re legata. & quando. 7.
- 9 Graua de impossibili debet impleri in aliud simile. 9. & ibi declaratur.
- 11 Pater meliorans filium in tertio potest in eo vulgariter substituere. 11.
- 12 Melioratio in quinto potest in certa re assignari. 12. & n. 14. ampliatur.
- 13 Pater an possit in tertio meliorare filium suum vnicum. 13.
- 15 Pater potest in tertio solo, vel quinto, vel in vtroque meliorare duos filios vel descendentes. 15. & ibi quod in quantitate, & in tempore potest diuidi melioratio.
- 16 Hospitale vnum iussus construere potest duo, si ambobus sufficiat, & diuidi per tempora fructus inter ea. 16.
- 17 Licentiam habens constituendi maioratum

- in vnum ex filijs, an possit duos maioratus in duos filios constituere. 17. & ibi quid in habente licentiam ad constituendum duos maioratus an possit vnum facere.
- 18 Ius accrescendi an habeat locū inter melioratos. 18.
- 19 Meliorans Titium aut Seium, si vinit quis eorum erit melioratus, & quid si ambo viuunt. 19. & an erunt substituti inter se.
- 20 Cētum si quis iussit distribui pro anima sua an tota centum vni dari poterunt. Vigesimo.
- 21 Pater si meliorat filios inæqualiter institutos quomodo diuidetur inter eos melioratio. 21.
- 22 Melioratio debeat etiam ex bonis post augmentatis. 22. & num. 25. idem quoad legitimam & num. 24. quæstionem nouam circa hoc proponit.
- 23 Melioratio non extrahitur de donatis & traditis in vita. 23.
- 26 Melioratio itidem diminuitur si bona diminuantur. 26.
- 27 Diminutio cui pertinet, pertinet & augmentum. 27.
- 28 Matrimonio soluto morte vnius coniugis si bona remanēt coniuncta & indiuisibilia lucra communicantur. 28.
- 29 Vsfuſfructus non est illud quod non renascitur. 29.
- 30 Augmentum non pertinet vsufructuario, sed vsufructus ex augmento proueniens. trigesimo.
- 31 Meliorans an possit iubere quod ad meliorationem extrahendam attendatur aliud tempus quam mortis. 31.
- 32 Commissio meliorandi an dari possit, & quando. 32.

Lex 3. quæ erat. 19.
Tauri.

SUMMARIVM.

Parentes meliorantes filium, filios, nepotem, vel nepotes in tertio & quinto possunt meliorationem hanc signare in certa hereditatis parte, & patrimonij sui, dum tamen tertium illud & quintum non excedant tertiam & quintam bonorum partes tempore mortis relictorum: facultatemque hanc signandi meliorationem, in re certa non possunt alicui committere.

IBI. PVEDAN SEÑALAR. Rationem dubitandi & decidendi huius, i. partis nostræ legis assignauit ad eam Anton. Gom. hic numero 1. à quo desumptit Matienço hic in glos. 1. numero 1. pluresque dubitationes lex nostra tollit & ideo eius dispositionem vtilem & salubrem vocat additio. Suarez in l. quoniam in prioribus. 12. ampliatione pag. 91. numero 17. vbi ipse Suarez mouet quæstionem an legitimam possit testator in vna re assignare filio, & sic illa res ei dari, de quo & per Couarr. in c. Rainaldus. §. 2. numero 5. fol. 138. quem vide, & an tertium possit descendens assignare si reliquit ascendentes non vero descendentes, vide Angulo, hic in glos. 1.

Ibi. En cierta cosa. Simile disponebatur in l. 223. styli quæ sic practicabatur teste Suarez in d. l. quoniam. 1. limitatione. C. de inofficio. testam. & in II. ampliat. numero 28. & Paul. de Montepico in l. in quartam numero 165. ff. ad. l. falcid. & cum lex illa styli, solum circa tertiam disponebat, lex nostra addidit idem esse circa quintum, quod tamē intellige procedere quoties res illa pro melioratione assignata non est ceteris præstantior ex quo fraus fieret, & præiudiciū legitimis aliorū filiorū, secus vero alias, secundū Couarr. in ca. Rainaldus. §. 2. n. 5. nā si ex illa assignatione filij alij multū læderetur ꝛ poterunt contra eā reclamare secundū Angel. in l. si pater. n. 7. C. de instit. & subst. & Suarez in d. n. 28. quidquid Telliū hic nume. 1. dubitauerit de hac doctrina, & in effectu quia qualitatem rei præstantiorem nesciuit considerare, recessit ab hac doctrina Couarr. & contrarium verum esse fatebatur, à quo quidem Telliū semper discessi & accedo doctrinæ Didaci Couarru, quam post hæc vidi sequutam per Matienço hic in glos. 1. numer. 2. qui ponit exempla in quo fraus hæc & damnum filiorum in assignatione rei præstantioris considerari potest, vltra quem ego considerabam fraudem & damnum hoc faciliter adinueniri, ponamus enim quod res hæc assignata pro melioratione est fructuosior omnibus alijs rebus pro legitimis filiorum aliorum relictis, quæ licet æquiualeant in proprietate legitimis filiorum in vsufructu & redditibus sunt tenues, ita quod filij alij mendicare cogentur, & melioratus cum re meliorata optime se alimentat, nõne, quātumuis in quantitate res pro melioratione assignata nõ excedat valorem meliorationis, excedit in qualitate, igitur non est permittendū, quod pater melioret filium vnum in tertio & quinto in re præstantiori & vtiliori, fraudando filios alios debito bonorum subsidio, qui cogentur mendicare, vel vendere partes suas pro paruo fortassis pretio, quo in alimentis cōsumpto mendicare deinceps cogentur, idque facilius in hac patria exemplificari potest. En los padres que tienen renta de yerua que en propiedad es de mucho valor aunque la renta della sea poca, y tienen ansí mismo juros del rey o de particulares. Qui in proprietate minoris valoris sunt, & in fructu maioris valoris, quid tamen si res ita pro melioratione assignata pereat, an reuocata censetur melioratio, ꝛ dic quod non secundum Telliū l. 17. Taur. n. 127. vbi & quid si alienetur & Anto. Gom. hic num. fin. & alibi credo me dixisse saltim remissive. scilicet in l. 1. supra isto titu. sed an si testator meliorauit filium

Quæst. 1

2

Quæst. 2

lium

3 lium in quinquaginta mille dipondiis, & reliquit bona immobilia, & itidem dipondia illa, an possit hæres meliorationem illam in bonis immobilibus soluere, tradit Suarez. *d. l. quoniam 2. quest. legis regie num. 2. pagi. 199. ubi eius additio inquit quod hæc questio est iam determinata per l. 20. Tauri quæ est l. sequens, ideo non est necessaria eius altercatio*, est tamen optima questio, quod si res illa assignata pro melioratione 3. & 5. vni filiorum facta non est tota ipsius patris meliorantis, sed quædam parua pars, num alij filij hæredes huius patris meliorantis tenebuntur stare pro meliorationis huius assignatione in re * illa, & sic totam illam rem dabunt, cum melioratione valor eius non excedat, vel ex aliis bonis supplebunt partem illius rei, quæ meliorantis huius non erat, ponamus enim prout in facto habui, quod maritus quidam habet in quâdam domo medietatem ædificij, alia vero medietas & solarium domus erat vxoris suæ, maritus vero in suo testamento iubet vt suus filius maior illam domum habeat & sit ipsius & suorum descendentiũ iure vinculi, & eam sibi legat in vim meliorationis tertij & quinti bonorum suorum: alius vero filius secundus est à matre in eadem domo melioratus in tertio & quinto bonorum suorum, quaritur nunc vtrum filius dictus à patre melioratus in domo illa habeat totum tertium & quintum integrum non obstante quod excedat melioratio hæc valorem partis, quam in illa re pater habebat, & non obstante, quod à matre sit alius secundus filius in domo illa melioratus, & videbatur dicendum quod sic, quia cum alij filij sint hæredes patris meliorantis, bene potuit pater rem suorum hæredum † legare,

4 *ex l. rem alienam C. de legatis. & ex dictis per Ant. Gomez tomo. 1. capi. 12. num. 15. & Couarru. in c. filius noster nu. 1. cum sequentibus aliquibus, de testam. vel saltem ex aliis bonis & supplebitur defectus hic, secundum quod in simili inquit Molin. de Primogeni. lib. 1. c. 20. num. 24. versi. ex quibus infertur, in contrarium tamen imò quod melioratio patris valeat in parte tantum, quam in re illa pater habebat, & quod amplius quam partem patris melioratus non habeat nec ex aliis bonis suppleatur defectus meliorationis in re illa non capiēs, facit quia id solum, quod pater in re illa habuit censetur legasse † & in meliorationem dedisse*

5 *ex l. serui electione §. fin. & l. quod in rerum §. 1. de legat. 1. & ex alijs relatis per glos. magnam in fine in l. 10. titu. 9. part. 6. & ex late dictis per Abb. & Doct. maxime Couarru. num. 1. & 2. in d. cap. filius noster, de testam. & per Anton. Gomez tomo. 1. ca. 5. fol. 44. col. 4. in prin. & eod. tom. c. 22. num. 15. & Cepolam de seruit. rust. cap. 1. num. 18. ad finem, & Alciat. de præsump. reg. 3. præsump. 34. ubi hanc dicit esse communem regulam & doctrinam, & Manticanam de coniect. vlti. volu. lib. 9. tit. 1. num. 7. cum sequentibus, quantumuis adiiciatur pronomen meum, secundum Tellium in l. 19. Tauri num. 8. cum sequentibus aliquibus, & etiam si legatum redderetur inutile secundum glos. in d. l. 10. & communem testatur Menes. in l. prædia num. 2. C. de fideicommiss. imo quamuis coniunctæ personæ fiat, vt communem esse inquit Couarr. ubi supra & licet hoc procedat, quoties testator sciebat ius hoc tantum illi competere, secus si ignorabat, vel melius dic,*

6 credebat esse suam secundum quod loquitur Paul. Cast. in l. seruum filij in prin. & §. 1. num. 4. delegat. 1. quia tunc tota res vel æstimatio debetur, secundum glos. mag. in fine in d. l. 10. & sic est declarandus Anton. Gom. d. num. 15. in nostro tamen casu testator sciebat solum illam partem habere, & præsumitur scire, ex d. l. 10. dum ibi onus probandi scientiam, vel ignorantiam legatario incumbere probatur, & quia in re sua & dote vxoris & bonis eorum nulla iusta ignorantia, nec credulitas dari potest, quia in facto proprio non datur regulariter, & data hac probatione ignorantia non præsumitur, licet si probatio hæc non daretur, præsumeretur, secundum Menes. ubi supra n. fi. igitur testator hic meliorans solum partem suam in melioratione videtur dedisse & nihil aliud, nec in æstimatione nec valore aliorum bonorum supplere defectum hunc possumus: item & pro hoc facit dictum Abba. in ca. quod autem nu. 10. de iur. patr. item quia licet debeatur euictio legatario ab hærede pro re legata euicta, quia aliena erat, & testator id sciebat, id tamen verum est, nisi ius in re illa testator habebat, nã tunc illud ius videtur legare, & si tota res euincatur illius tantum iuris debetur euictio secundum Ias. l. si domus §. de euictione num. 28. & ibi Paul. & alij de lega. 1. nec obstat quod Couarru. ubi supra id velit intelligere nisi onus meliorato per patrem apponatur, quia id posset procedere, quoties in faciendo consistit in quo expendendæ sunt expensæ, secus vero si in restituendo tantum onus consistat, quia cum tunc nullæ expensæ in restitutione sint faciendæ cessabit hic intellectus Couarr. vt ex Alex. per eum allegato decerpitur, item quia cum filius hic secundus melioratus à matre in domo illa nihil aliud à patre quam legitimam percipiebat, non potuit in ea per patrem onerari & grauari, secundum Suarez ita tenentem in l. quoniam 7. ampliatione n. 2. ubi num. 4. istum nostrum casum ponit & ita concludit, & tenet Couarr. ubi supra nu. 3. in prin. & expressius Tellius hic num. 7. & quod nec æstimatio debeatur nec suppleatur ex aliis bonis patris meliorantis facit tex. in l. si domus §. fin. de legat. 1. & tradita eius argum. per Anto. Gom. tom. 1. cap. 5. num. 24. versic. vigesimoquinto, quem refert Menes. in d. l. prædia num. 2. in fine & glos. magna in d. l. 10. ubi idem videtur tenere & Anto. Gom. l. 17. Tauri num. 14. ex eo quod substantiæ dispositionis assignatio domus pro melioratione illa fuit facta & sic nec ex aliis bonis debet suppleri, verum tamen est quod si constaret patrem velle omnem † rem donare, tunc vtique omnem rem consequetur donatarius & melioratus, vel partis alienæ æstimationem: prout tenet Couarru. ubi supra nu. 2. in fine. & Tellius hic num. 11. quamuis in nu. 9. aliud proposuisset, quod tamen hic non constat & sic supradictis non obstat hæc limitatio, sicut neque obstat quod videtur quod si melioratio hæc non debet valere nisi pro parte meliorantis habita in domo illa, id quod magis valet lucratur alius hæres & sic vltra legitimam capit, quod nego, quoniam id quod testator non disposuit & remansit vacuum de tertio & quinto, est legitima aliorum filiorum & sic nihil vltra legitimam capiunt, & dici ei potest, quod potuit noluit, & quod voluit adimplere nequiu, nec itidem obstat quod licet grauamen

7
 8

9 sit de impossibili, debet et impleri in aliud simile, secundum Bald. et Imolam relatos per glossam magnam in dicta lege 10. titu. 9. parti. 6. et Bart. et Imol. l. 1. ff. de conditionibus institu. quia illud verum quoties imponens grauumen posset illud imponere, et super re habili ad hoc, tecus vero alias: quid dicendum, et ut hanc quaestionem et similes contingibiles determinare scias et ut omnia ad concordiam deducantur, constituo tres casus et primus est quoties melioratio tertij et quinti sit generaliter nulla rem assignando, secundus est quoties sit praelegando certum fundum aut certam domum seu quantitatem, puta cum dicunt testatores: lego filio meo Ioanni domum talem, vel fundum per viam meliorationis, vel ut non afferat illum ad partitionem et collationem cum aliis fratribus. Tertius casus est quoties melioratio fit in tertio, vel quinto, vel in utroque rem certam ad eius solutionem assignando, in primis duobus casibus tenendum est, sine dubio quod tertium et quintum soluendum est in primo casu generali de omnibus bonis, et in secundo de fundo aut domo praelegata, et quod si defuerit in domo illa, vel fundo adimplementum meliorationis ex alijs bonis meliorantis soluetur, non enim hic praelegatur fundus, sed tertium et quintum quod in eo fundo assignatur, quod praelegatum quotae bonorum est, neque fundi assignatio mutat praelegati substantiam, cum non ipse fundus praelegetur, sed tertium et quintum ad cuius solutionem fundus ipse est assignatus. l. quidam testamento de lega. 1. ubi Doct. nec praecise fundus venit in praelegato, sed si non ascendat ad tertij, et quinti valorem ex alijs bonis supplebitur, sin autem illum excefferit non habebit melioratus nisi eam partem fundi quae tertij et quinti valorem non excedat, ut optime tenet, et inquit Molina. d. lib. 1. cap. 10. nu. 14. vers. ex quibus inferitur, et sic procedat prima opinio et primus et secundus casus. In tertio vero casu quoties melioratio fit in tertio et quinto rem certam ad eius solutionem assignando, tunc utique si in re illa testator non habebat nisi parvam partem, et quae non adimplebat totum tertium et quintum, tunc utique non videtur testator meliorare nisi solum in iure et parte illa qua in re illa habebat, nec debet suppleri id quod deficit ex alijs bonis meliorantis, eo quod solum ius quod ibi habebat donare videtur, et non plus, siue sciat, siue ignoret, siue fiat coniunctae personae, siue non, siue per pronomen (meum) vel sine pronomine hoc, talisque assignatio fit substantiae dispositionis, et sic ex alijs bonis suppleri non debet, secundum quod inquit Anto. Gom. l. 17. num. 14. et alij supra relati in secunda opinione prout est Tellius hic num. 7. cum sequentibus pluribus, et sic deducitur clare ex dictis per Molinam in d. num. 14. prout post haec voluit etiam non tamen sic declarando Matienzo hic gloss. 1. nu. 4. et 5. est tamen verum quod si in hoc tertio casu constaret velle testatorem omnem rem donare, tunc utique omnem rem consequetur donatarius, vel partis alienae aestimationem ut supra dixi ex Couarru. et Tellio, supra relatis et idem esset si mortua matre rem quae erat communis cum filiis simpliciter legasset: nam tunc pars etiam haereditis legata censetur, secundum Bar. d. l. serui electione §. fin. communis secundum Couarru. d. ca. filius nam. 3. vers. quem et si testator, et Man-

ricam de coniectu. ult. vol. lib. 9. tit. 1. num. 21. et clarius esset si rem totam cum filiis communem legasset, secundum Tellium hic num. 10. ubi limitat et ita tenendum et declarandum iudico, ex quibus in dicta facti contingentia supra proposita, hic tertius casus militat, et secundum eum est decidenda.

Ibi. El tercio. In quo potest pater meliorans filio vulgariter substituere, et tunc substitutio haec casum tantum voluntatis, non vero et impotentiae comprehendit, licet alias regulariter sit secundum Ant. Gomez tom. 1. ca. 3. num. 22. quamuis ipse contra ibidem teneat prout dicam in l. 27. Tauri, qua est 11. istius nostri tit.

Ibi. Y quinto. Ex hoc ampliatur l. 213. styli, quae tantum quoad tertium loquebatur, sed an si in solo quinto pater meliorare poterit illum in certa re signare, et intrepido tenendum est quod sic, et nam qui potest plus potest et minus.

Ibi. El hijo. Hic videbatur esse text. probantem, quod possit pater filium unicum, quem habet in tertio bonorum meliorare et cum text. hic in singulari loquatur, sed nihilominus contrarium est tenendum, eo quod melioratio non potest cadere nisi respectu aliorum, tertium tamen respectu extraneorum est legitima, cum tamen desit alius filius, respectu cuius melioratio tertij cadere possit, merito tenendum est filium unicum in tertio meliorari non posse, prout tenet gloss. plures in §. 1. inst. de assignatio. et tenent omnes moderni Hispani quos refert Menes. in l. cum virum, nu. 2. de fideicommiss. et Molina de primogeni. libr. 2. c. 11. n. 3. cum sequentibus pluribus ubi limitat et Burgos de Paz, iunior, in quaestionibus suis 1. quest. num. 19. ubi hanc communem testatur, et reprobatur iure optimo Parladorium contrarium tenentem, quem reprobatur Aluara. de coniect. monte testa. lib. 2. c. 2. in principio num. 22. ubi et allegat Laram idem tenentem et Matien. l. 2. supra eo. gloss. 3. num. 3. Neque obstat l. nostra, quoniam designat filium respectu aliorum filiorum a patre meliorante habitorem. Ibi. O hijos o nietos, neque itidem obstat l. 2. infra hoc titu. et lib. dum. ibi respectu extranei dicit filium in tertio melioratum, ergo non erat ibi nisi unicus filius ut considerat ibi Gomez. n. 51. nam si bene inspicitur text. ibi supponit esse alios filios, quando quidem inter descendentes disponit prius grauumen in tertio imponendum: in quinto tamen bonorum potest optime filius unicus meliorari cum in quinto extranei meliorari possint, et quintum etiam respectu extraneorum non dicitur legitima, et per consequens unicus filius in eo meliorari potest, prout post haec vidi Matienzo, ubi supra tenere cum Baeca, sed an cum pater legat quintum bonorum alicui extraneo, vel ut distribuatur pro anima sua, poterit illud signare in re certa, et dicendum est quod sic et ex lege nostra, quae de quinto etiam loquitur et tenet Suarez in l. quoniam amplia. 11. num. 15. pagi. 118. C. de inofficio. testam. dum tamen de legitima filiorum nihil diminuat.

Ibi. O hijos. Hic est expressus text. probans, quod potest pater in tertio solo, vel in tertio et quinto meliorare duos filios, vel descendentes, quem tex. ultra Doct. hic ad hoc nouissime allegat Menes. in l. unum ex familia §. si duos nu. 2. de leg. 2. et Anto.

& Anto. Gom. nu. 2. & Telli. 1. l. 1. Tauri, & ante eos Suarez in l. quoniam in s. quast. l. regia. pag. 201. num. 1. vbi num. 2. optime inquit, quod eodem modo sicut in quantitate, ita in tempore potest pater meliorationem in filios diuidere, & voluit Castillo in l. 27. Tauri num. 10. vt, scilicet, vnus possit tali tempore vti & frui bonorum meliorationi adiudicatorum, alius alio tempore, imo & inquit Suarez vbi supra quod iustus construere vnum hospitale, potest duo hospitalia construere, † si bona sufficiant, & plus scilicet quod vnum hospitale gaudeat fructu bonorum legatorum per decem annos, aliud per alios decem, secundum Castillo vbi supra, licet non possint secundum eum ibi tales executores onus apponere legato: sic etiam videmus, quod data licentia & facultate per regem alicui faciendi ac construendi maioratum de bonis suis in vnū ex filiis, potest duos maioratus † in duos filios constituere, secundum glos. magnam, in vers. an autem, in l. 10. tit. 9. pag. 6. l. nostram ad hoc considerando cuius contrarium quoad maioratus institutionem & forte melius voluit Moli. de primogeni. lib. 2. cap. 4. nu. 47. cum pluribus sequentibus vbi num. 56. reprobatur etiam eundem glossatorem Gregorium dicentem vbi supra, quod pater habens licentiam ad constituendum plures maioratus non posse vnum solum constituere. Et an si duos filios pater meliore in tertio vel quinto, vel in vtroque simul habeat locum inter eos † ius accrescendi, vide Ant. Gomez. to. 1. ca. 10. num. 6. & quid si pater dicat si Titius aut Seius filius meus viuuit, eū melioro, si ambo, qui erant † absentes viuuant, an erunt meliorati, ex l. Titius & Seius ff. de hered. inst. inquit Aluara. de coniect. mente test. li. 3. cap. 2. §. 2. nu. 12. quod ambo erunt meliorati, & quod vno eorum decedente, alter superstes tacite & vulgariter substitutus erit, idque etiam probat ex l. 2. tit. 5. parti. 6. sed si in duos quis esset iustus distribuere non posset in vnum, secundum Menes. vbi supra contra Paul. ibi per eum allegatum, qui quidem Paul. in consil. 97. super primo quasto videtur dicendum volu. 1. idem tenuit sibi contrarius, scilicet, quod tunc in vnum distribui non possit, & ibidem inquit etiam ipsemet Paul. quod si centum iubeat quis distribui pro anima sua, poterunt tota centum vni tantum dari, † sed an si quis filios meliorauit, qui inæqualiter sunt hæredes instituti, diuidetur melioratio viriliter, † vel proportionibus hæreditariis, vide Anto. Gomez. to. 1. c. 12. num. 42.

Ibi. El dicho tercio. Idem dicas in quinto, in quo idem tempus mortis inspicitur prout in expresso tenet Castillo hic num. 7. alia plura à nu. 5. in corroboracionem adducens.

Ibi. De todos sus bienes. similis est tex. in l. 7. infra eodem titul. ibid. A lo que sus bienes valieren al tiempo de su muerte. Notandum est nomen illud, bienes, vt intelligas, quod non solum mobilia, & immobilia comprehendatur, sed etiam iura, & actiones tali testatori melioranti debita tempore suæ mortis. Late enim patet hoc verbum, bona, vt l. bonorum 49. in ordine ff. de verbo. signifi. vbi Doff. & glos. in l. princeps bona. 21. ff. eod. tit. late per Tiraquel. & alios relatos per Pinet. in 1. parte rubric. C. de bonis mater. num. 1. cum sequent. vbi idem in rei appellatione dicit, etiã si adijciatur

aduerbium, meum, tuum, suum, nisi vbi verbum, bonorum, esset alicui loco adiectum & sic sicut ex bonis mobilibus, & immobilibus testatoris meliorantis tempore mortis eius relictis melioratio extrahenda est, ita & ex iuribus, & actionibus ipsius, & in expressis terminis solus Gomez Arias in l. 21. Tauri. num. 15. cum sequent. ita tenuit, in l. 51. num. 13. ceteri vero omnes vt rem claram non tetigerunt. Ultra quem ego nouissime in publicum dubito, an idem erit ex hæreditate huic melioranti delata, non tamen ab eo addita, transmissio tamen eius iure deliberandi intra annum ex l. cum antiquioribus, & similibus C. de iure delib. ex dictisque per Ant. Gom. tom. 1. cap. 9. num. 53. & 54. & ex l. 2. titu. 6. par. 6. Ponamus enim (prout in facto habui) quod quædam mulier vxorata habens viuos parentes, carens tamen descendens in testamento suo reliquit tertium bonorum suorum marito suo, & antequam hæc mulier moreretur, mortuus est vnus ex parentibus eius, pater scilicet, qui dictam mulierem filiam suam in testamento hæredem instituit, ipsa vero mulier, eo quod mater eius viuua remansit, nunquam acceptauit neq; repudiavit paternam hæreditatem, & tandem intra annum à die paternæ mortis mortua est ipsa filia, & sic in matrem suam transmisi ius deliberandi ad adeundam patris hæreditatem quæ eam adiit, gener vero eius maritus prædictæ mulieris nunc vuit, quod prædictum tertium, quod prædicta mulier eius vxor ei reliquit, ita detrahatur ex bonis hæreditatis paternæ sicut ex bonis dotalibus detrahendum erat, fuit dubitatum, an gener hic foueret iustitiam, & est nouissima, & notabilis quæstio in propositum harum legum, & satis perplexum me sequentia reddiderunt, & tandem in negatiuam partem inclinavi. Et antequam ad eam deueniam, proponam fundameta partis affirmatiuæ, scilicet, quod detraheretur etiã hoc tertium ex dictis hæreditariis patris bonis. Pro quo primum considerabam supradicta, scilicet quod ex iuribus & actionibus detrahitur melioratio hæc tertij, & quinti, vel vnius tantum, vt dictum est, & hoc vocatur ius adeundi, & consequenter in eo idem, quod in aliis iuribus, & actionibus, nam & res mihi debita mea dicitur l. si me & Titium, & ibi gl. verbo pecunia, vbi Angel. & plenius Alberi. hoc notant. ff. si cert. petatur. glos. in l. eius, qui in prouincia. in principio verb. defuncti. & ibi Bart. col. 1. ff. eod. titu. item quia ea, pro quibus actio, & exceptio cõpetit, in bonis nostris intelliguntur. l. re in bonis ff. de acquir. reru domin. item ex Bart. doctrina in l. fin. in fine. C. de pact. vbi dicit, quod homo potest disponere de eo, quod sibi competit spe, sicut de eo quod competit re. l. spem C. de donatio. hæc autem hæreditas non solum spe, sed & re delata est, ergo mulieris huius hæredis relictæ est hæc hæreditas, & eã reliquit tempore mortis, igitur habemus intentum. Idq; fortificatur, quia mater hæc, in quam transmissum est huius hæreditatis ius ad eundem ex iure deliberandi, ne dum videretur illud habere à proximo, & immediato defuncto, sed etiam à primo hærede transmissione, cum hæres hæredis testatoris est hæres, vt in l. fin. C. de hered. instit. notat Ant. Gom. d. c. 9. num. 54. in fine hæreditatisque transmissa cum eadem qualitate adest apud hæredem, in quem transmittitur, sicut erat

erat apud defunctū, licet hæres sit diuersæ qua-
 litatis secundū Bartol. Socinum consil. 67. n. 15. vol. 4.
 item pro hac opinione facit, quia ius adeundi
 dicitur in bonis nostris, & per consequens illud
 habens dicitur locupletior, ut inquit Alciatus re-
 latus per Rebuf. in l. vni. C. de senectijs, qua pro eo quod
 interest, glos. dupli. n. 22. & 23. ergo hæc hæres ha-
 bens ius hoc in bonis locupletior ex hoc effecta
 etiam tertium huius hæreditatis videtur marito
 reliquisse. Itē pro hac sententia videtur text. ex-
 pressus in l. liberta octuaginta ff. de operis libert. vbi
 legatum transmissum computatur, quando agi-
 tur de computatione legitimæ ipsius patroni, &
 in legitima computantur ea, quæ reperiuntur in
 bonis tempore mortis defuncti, ut in l. cum qua-
 ritur C. de inoffi. testam. & tamen legitima debetur
 ex eistantum bonis, quæ reperiuntur tempore
 mortis, & nihilominus hoc (ut vides) computa-
 tur in ea, igitur. Item & fortius, quia ea, quæ ad-
 quituntur post mortem ex causa, quæ retrotra-
 hitur, computatur in legitimā, ut in l. seruus ff. ad
 l. Falcid. sed si addeatur hæreditas ex iure transmis-
 so, aditio trahitur retro ad tempus mortis, ut in
 l. hæres quandoq; ff. de acquir. hered. igitur fingitur
 quæsitā in vita, & per consequens videtur, quod
 cōputari debeat, & hoc est forte fundamentum
 pro hac parte, item hanc partem videtur deci-
 disse Alexand. consil. 113. vol. 3. vbi dicit, quod sta-
 tutum erat Mantuæ, quod extantibus agnatis
 mater non succederet nisi in legitima, Titius de-
 cessit relicto infante suo hærede, qui postea im-
 pubes decessit modo frater Titij patruus pupilli
 ut in toto matrem excludat, vult ex persona pu-
 pilli, seu tanquam eius hæres abstinere se ab hæ-
 reditate Titij, ut eam in solidum ex persona pro-
 pria tanquam frater, & proximior obtineat, du-
 bitatum fuit, an posset, & respondet Alex. quod
 sic, ergo à cōtrario ex Alexandri decisione, & eius
 dictis colligo, quod si frater hic Titij patruus
 pupilli non repudiasset hæreditatem illam, sed
 habuisset illā ex iure transmissio ex personaque
 illius pupilli, haberet utique mater pupilli in ea
 legitimam, igitur decidit nostrū casum, vel sal-
 tem similem Alex. ibidem. Hæc sunt quæ pro hac
 prima consideravi opinione. Pro secunda verò
 & contraria, imo quod tertium hoc nō deduca-
 tur ex hac hæreditate ex iure deliberandi trans-
 missa huic matri dictæ mulieris marito suo re-
 linquentis tertium bonorū suorum, faciunt se-
 quentia. Primò quod ut notum est, tertium hoc
 respectu ascendentium per descendentem relic-
 tum regulatur sicut quintum ab ascendente respectu
 descendentium suis, vel extraneis relictum, ita ut
 in tertio, sicut in quinto extrahendo habeatur
 consideratio valoris bonorū à testatore relicto-
 rum tempore mortis suæ, ut dixi in l. 1. titu. de las
 herencias lib. isto infra ius tamen adeundi nō est in
 bonis nostris, neq; reddit nos locupletiores, ut
 contra Alciat. pluribus, & optimis fundamentis resolu-
 uit alios allegans Rebuf. in d. l. unica glos. dupli. n. 22.
 & 23. cum pluribus sequentibus, & Alex. vbi supra
 n. 3. & 4. igitur nullo modo computabitur inter
 bona dictæ mulieris non adeuntis hæreditatem
 hanc paternā, neq; ex eo deducetur tertium. Item
 quia cū hæredes facti sumus, tūc demum omnia
 ad nos trāseunt, præter quam possessio, cum hæ-
 reditas à nobis adita est, non verò si delata, ex l. cū

hæredes ff. de acquiren. posses. & sic secundum dictos
 doctores, & alios vbiq; hæreditas transmissa ex
 iure deliberandi transmittitur ut adeunda, non
 verò ut adita ex l. si quis filium in prin. ff. de acquir.
 hered. & sic non ut quæsitā, sed ut quærenda re-
 spectu matris secundum Socin. d. consil. 67. num. 12.
 vol. 4. Item tunc dicitur, rem esse in bonis no-
 stris, cum habeo ad eam actionem, si petam, vel
 exceptionem, si petatur à me, & ita loquitur text.
 in l. rem in bonis ff. de acquiren. rerum domini. non
 verò vbi habeo facultatem adeundi, quia tunc
 non est ius, sed facultas, quia possum adire, vel
 non adire secundum Rebufum vbi supra d. num. 23.
 & iterum in l. bonorum 49. §. in bonis versic. rem
 enim pag. 395. ff. de verborum signifi. Item quia di-
 cere institutum esse locupletiozem, antequam
 adeat, est contra text. in l. pretium rerum ff. ad l.
 Falcid. ibi. absurdum est fieri locupletiozem, antequam
 adeat, vbi generaliter loquitur text. & in versic.
 est autem præposterum ante nos dici locupletes, quam
 adquiserimus. Item pro hac opinione est text.
 in l. si patronus ex debita §. penul. & fin. ff. de bonis
 libertorum. vbi in legitimæ computatione non
 computatur illud, quod acquiritur post mortem
 ex causa, quæ retrotrahitur, nam ibi non com-
 putatur seruus, qui post mortem redijt ab hosti-
 bus, nec quod acquiritur virtute iuris accres-
 cendi portioni acquisitæ in vita, & sic non com-
 putatur, quod acquiritur ex causa, quæ retro-
 trahitur, & consequenter est text. expressus pro
 hac opinione. Neque obstat. l. seruus ff. ad l.
 Falcid. quam pro contraria opinione allegauim-
 us, nam eius doctrina procedit tantum in Fal-
 cidia, ut ibi inquit Nicolaus de Neapo. & Paulus de
 Cast. num. 3. & 4. & Alex. in l. in ratione la. 2. in
 prin. ff. ad l. Falcid. & Bartol. Socin. in l. qui duos in
 principio numero 31. ff. de rebus dubijs, ut ipse So-
 cin. expresse in legitima in qua, ut dictum est,
 ex l. cum quaritur C. de inoffi. testa. & in l. etiam
 §. fin. ff. de bonis, quæ liber. debetur ex bonis tem-
 pore testamenti relictis, non verò ex alijs, ita
 tenet, & se consuluisse asserit, & veram mihi
 videtur, quia fundamenta eius sunt virgentiora,
 & in nostro proposito validiora. Neque obstat
 illud de iuribus, & actionib⁹ pro prima opinio-
 ne adductū, quia ut diximus, ius hoc adeundi nō
 ius, sed facultas dicitur, & res mihi debita dici-
 tur mea large, & improprie, non verò proprie,
 quia multa possunt accidere, propter quæ non
 capias, ut per Gomez Arias vbi supra d. l. 21. num. 15.
 maxime vbi possum repudiare, vel acceptare, &
 ante aditam hæreditatē nihil est in dominio no-
 stro ex d. l. cum hæredes, & sic ante aditionē nō ha-
 bemus actionem, neque exceptionem, & sic ces-
 sant in principio primæ opinionis adducta. Itē
 Bart. doctrina, quod quis potest disponere de eo,
 quod competit spe, cessat in hoc casu, cum non
 cōpetat ante aditionem, & sic antequam habea-
 mus in effectū, non dicimur locupletiores secun-
 dum Rebufum d. glos. dupli. num. 25. versic. neq; obstat.
 Neque itidem obstat, quod hæc mater adeundo
 hanc hæreditatem videtur, eam habere à trans-
 missore, quia licet ita sit, non tamen computatur
 in legitima transmissoris, etiam si procedat ex
 causa, quæ trahitur retro, ut ex d. l. si patronus, dixi-
 mus neque obstat, quod ius adeundi est in bonis
 nostris, quia ut in secunda diximus opinione,
 contrarium

contrarium est tenendum ex Rebus. d. glos. dupli. numero 23. cum sequentibus, ubi plures idem tenentes allegat, & bene quia ex dicta l. pretia rerum supra probauimus contrarium. Neq; itidem obstat l. liberto, quia aliud est in legato, quod adquiratur ipso iure, & transmittitur. etiam si non sit agnatum, ut per Matienço l. 1. glos. 1. c. numero 14. tit. 4. lib. 5. recopila. aliud in institutione hæredis secundum Socinum in d. l. qui duos numero 31. & Matien. ubi supra, & prædicta l. seruus ff. ad l. Falcid. iam in secunda opinione responsum est. Minus obstat consilium Alex. quia non est sumendum argumentum à contrario ex eius consilio, cum fortassis id non responderet, si de eo fuisset interrogatus, ite quia ipsemet ibi adducit fundamenta in contrarium, & sic non est censendum contrarium voluisse, & consequenter hæc secunda opinio remanet satis tuta, & deservata, & à nemine sic consideratum videbis, in maxime in propositum legum nostrarum.

Ibi. *Al tempo de su muerte.* Similis est text. in l. 23. Tauri, quæ est 7. huius tituli ex quibus inferitur, quod si pater vnū ex filiis in tertio vel quinto, vel in vtroq; melioraret, post viueret per aliquot annos, quo tempore mediante bona eiusmodi melioratis augmentata sunt, quod ex augmento illo debetur, & melioratio illa cum tempus mortis sit considerandum, prout expresse tenet Cifuentes in l. 23. Tauri, faciuntq; dicta per Telli. in l. 23. n. 15. cum sequentibus, ubi quamuis pater in vita assignasset filio congruam legitimam habito respectu ad bona, quæ tunc habebat, si postea bona patris aucta sint, debetur ei ex illis bonis auctis legitima, & ibi Telli. late istam quæstionem examinat, & hanc magis communem testatur opinionem ubi & in numero 1. & 2. in propositum nostræ l. & dict. l. 7. infert aliud scilicet, quod si pater in vita donasset inter viuos aliqua bona filio suo, donataque ei tradidisset non extrahetur donatio post facta de donatis illis, quandoquidem * in meliorationis computatione tempus mortis inspicitur, ut ibidem tenet & concludit ipsemet Telli, prout ex eo patet, quod & tenuit Castillo, in presenti nu. 4. versic. sed pone, valebit tamen secundum eos melioratio secunda in residuo tertij & quinti si descendenti sit facta & quinti, si extraneo secundum eos, & aliam quæstionem in propositum videre poteris per Tell. ubi supra d. l. 25. Tauri. n. 4.

Quæstio noua.

Est tamen quæstio noua & singularis, & de qua in facti contingentia sui consultius, nunquid si forte mortuo patre bona remanserunt in communi indiuisibilia inter fratres, vel quia pater mortua vxore, & quæ vnū ex filiis meliorauit in tertio & quinto, vel in vno tantum vixit post plures annos, quibus labentibus pater ipse vsum fructum aduentitiorum percepit, ita quod non potuit melioratio dari filio meliorato, medio hoc tempore bona ista aucta fuerunt, siue quia valor eorum excreuit, erant enim animalia & pecora, quibus crescentibus valor eorum crescit, puta quia de vitulis fiunt vaccæ, & de hædibus capræ, & de agnis oues, vel quia per alluionem aliquid immobilibus accreuit, nunquid ex incremento hoc, dabitur & sua pars huic tertio & quinto? & videtur dicendum quod non detur, quia lex nostra tempus

mortis dixit considerandum ad valorem bonorum vt exinde extrahatur tertium & quintum, item quia si loquimur in casu in quo augmentum hoc prouenit ex maiori superueniente ætate animalium & melioratio à matre meliorati prouenit ex qua pater vsum fructuarius fuit, ætas hæc maior est reputanda fructus, & sic patri vsum fructuario pertinet, & quod sit fructus videtur tenere Bald. in l. 1. 6. pro socio, & Petrus de Vualdo in tracta. de duobus fratribus, sed nihilominus contrarium cõsultum vidi in hac quæstione imo quod ex augmento & crescentia illa debeatur pro rata sua pars meliorationi, tum quia lex nostra non ita stricte intelligenda venit, quin locus non sit huic accessioni, tum etiã quia lex nostra in sua dispositione habuit solum respectum vt circa valorem bonorum non haberetur consideratio ad tempus meliorationis constituta, sed solum ad tempus mortis, non tamen negat quin, & si post mortem bona communia remaneant & augmententur ex augmento illo, debeat etiã extrahi melioratio, nã equidem extrahenda est, primo quia siue tertium æquipares legitimæ, prout æquiparant aliqui Doctores, vt Castillo hic n. 6. & 7. & Anto. Gomez l. 23. Tauri, & Couarru. in cap. quamuis pactum 3. parte. §. 1. n. 2. ad hoc allegando d. l. 23. Tauri, similem nostræ, omne augmentum & incrementum in bonis hæreditariis existens post mortem accessit legitimis filiorum & eorum quibus bona illa pertinent, & si etiam in legitima tempus mortis inspiciendum sit, secundum doctores dictos maxime Castillo, & Anto. Gom. ubi supra & quod & accrescat legitimis tenet Tira. l. si vnquam C. de reuoc. dona. verbo, reuertatur n. in hoc nullus discrepat teste Boerio, decis. 62. n. 5. si ergo hoc in legitima est, ergo & in tertio dicto legitimæ æquiparato, in quo idem quod in legitima erit iudicandum, secundum supra dictos siue idem meliorationem tertij inter filios æquipares legato, prout aliqui & melius voluerunt, & in hoc diximus titulo, idem erit dicendum eo quod legato facta in quota aliqua hæreditatis, quicquid quotæ illi & parti legatæ accrescit, accrescit legatario, ex tex. in l. grege legato, & in l. si ex toto de legatis 1. n. 1. Anto. Go. tom. 1. c. 12. nu. 16. & Couarru. in practi. cap. 2. num. 6. & ex traditis per eundem Anto. Gomez tom. 2. c. 15. num. 19. & augmentum accrescit rei augmentate, secundum Brunum in tract. de augmento conclusio 1. ubi & in conclu. 16. aut. 17. inquit quod ubi augmentum venit diuidendum, proportionibus pertinet & diuidi debet, item & sicut ad melioratum ipsum pertinet diminutio pro rata, si bona post mortem meliorantis diminuantur & in totum vel in partem ex d. l. ex toto & l. peculium §. 1. de legat. 2. & tradit Anton. Gomez tom. 1. cap. 12. num. 16. & Couarru. in practi. cap. 2. num. 6. ita augmentum debet pro rata pertinere, regul. est enim generalis, quod cui pertinet & diminutio pertinet & augmentum, secundum Brun. ubi supra conclusio 16. num. 12. & optime per Ripam in l. si ex toto num. 2. & 8. de legat. 1. ergo habemus intentum. Itẽ fructus rei legatæ debentur à morte testatoris, vt in hoc lib. dictum remanet, ergo & idem in melioratione, quæ legato æquiparatur vt in l. sequente num. 9. dicemus, sic etiam si matrimonio soluto morte vnus coniugum, alter remaneat

per los pñtos

- 28 remaneat in omnibus bonis, lucra augmentata post illam * mortem debent diuidi inter hæredes defuncti & superstitē, secundum glos. in l. 10. tit. 10. partit. 5. & Rubu. in rubr. §. 62. numer. 25. fol. 39. & iterum in eadem rub. §. 64. aut. 69. nu. 11. fol. 40. & Gomezium Leon centuria informatio. iuris cap. 1. num. 11. & sine dubio tenendum est quod pro rata augmentum accrescit; vel diminutio decrescit, meliorationi tertij vel quinti, vel vtriusque, & si subueniat augmentum post mortem meliorantis, cui doctrinæ non obest. l. nostra & l. 23. Tauri, considerari iubentes tempus mortis in melioratione, quia verum id est, dum tamen tunc fiat diuisio bonorum per meliorationē relictorum, secus vero si sint in communi & pro indiuiso nam tunc & augmentum, & diminutionem recipiet: non obstat etiam, quod augmentum hoc censetur vsusfructus & sic patri superstiti pertinebit, quia nego esse vsufructum, quia quod non renascitur † non potest esse vsusfructus, secundum text. in l. inficiando §. si infans ff. de furtis text. in l. diuortio. §. si vir in fundum ff. solu. matrimo. Bart. & alij plures relati per Baeram, de decimis tut. cap. 25. num. 17. & cap. 24. num. 6. vbi ex hoc concludit decimam tutori non deberi ex iis, quæ non renascuntur, augmentum tamē ad oculum patet, quod non est renatum, ergo item quia licet vsufructuariū omnes fructus pertineant, non tamen pertinet augmentum, nisi quoad vsufructum † ex eo procedentem, secundum text. in l. item si fundi §. sed si insula ff. locati, tradit Baera d. cap. 24. numero 10. de doctrinaque Bald. in d. l. 1. C. pro socio, non loquitur in nostro casu & sic nihil obstat, sed an poterit meliorans filium aut descendentem * aliquem iubere vt attendatur aliud tempus, quam tempus mortis ad considerandum valorem meliorationis. Tellius in l. 23. aut. 25. Tauri, inquit quod sic, ego tamē id intelligerem verum quoties non grauantur ex hoc alij filij, vel descendentes in plus, quia grauarentur si tempus mortis inspiceretur: aliter enim vltra quam meliorans posset, hæredes grauaret.

Ibi. Como dicho es. Scilicet vt facultas signandi tertij & quinti meliorationem in certa re non possit per testatorem committi, quod intelligo quoties generaliter commissio talis fieret, secus vero si specialiter, † & in indiuiduo testator commiserit alicui facultatem meliorandi vnum ex filiis, vel duos in tertio, vel quinto, vel in vtroque, & quod in tali re possit commissarius meliorationem signare, nam tunc bene posset testator commissionem hanc dare, prout voluit Gomezius hic nu. 2. & Tellius in num. fin. & Marienço hic glos. fin.

SVMMARIVM.

- 1 Verbum, potest, appositum precedente negatione inducit necessitatem. 1. & ibi à quibus iuribus lex nostra ortum habuit.
- 2 Declatur l. non amplius §. cum bonorum, de legatis. 1. numero. 2. & nostra per eam ibi.
- 3 Legitima non est signanda in omnibus re-

- bus, sed in vna vel duabus arbitrio boni viri. 3.
- 4 Quando omnino in nummis tenetur hæres soluere meliorationem. 4.
 - 5 Possesse dicimur id quod honeste, vel commode possumus. 5.
 - 6 Legata soluenda ex quinto meliorationis in illa re assignata pro solutione meliorationis sunt soluenda. 6.
 - 7 Legatum in nummis relictum an sufficiat in bonis solui. 7.
 - 8 Verba cum in heredem diriguntur, vt solue hæres meus Titio centum, ipsius hæredis est electio. 8.
- Hæres adiens cum beneficio inuentarij satisfacit soluendo legata in corporibus hæreditarijs & impedit hæc offerendo viam executiuam. 8. & ibi, quod potest dicere creditoribus, accipite fundum vel vendite, dum tamen non teneat de euictione.
- 9 Fructus rei meliorata debetur à morte testatoris. 9.
 - 10 Constitutum collatum post mortem constituentis nihil operatur. 10. nisi vt ibi.
 - 11 Fructus incertæ partis non debentur. 11. nisi vt ibi.
 - 12 Pars certa pro diuiso, vel indiuiso vsu capi potest. 12.
 - 13 Lex certa est de eo quod est in rerum natura. 13.
 - 14 Mortuo promissore vsusfructus diuiditur obligatio inter hæredes proportionibus hereditarijs. 14.
 - 15 Indiuisibilis res quando dicetur. 15.
 - 16 Diuidenda si res est, pars eius est assignanda illi qui habet rem aliam contiguam. 16.
 - 17 Res communis si diuidi non potest socius vnus petere potest vt licitetur. 17.

L. 4. Quæ erat. 20. Tauri.

SVMMARIVM.

Melioratio omnino soluenda est in bonis pro melioratione illa à testatore designatis: & quando signatio bonorum non est facta, debet solui melioratio de bonis à testatore relictis, nisi talia bona diuisionem non recipiant, nam tunc poterunt hæredes meliorantis in pecunia numerata meliorationem soluere.

Ibi. No pvedan. Præcisam necessitatem inducit, ita vt inuito meliorato non possit melioratio solui in aliis rebus aut nummis, quam in eis in quibus designatio facta fuit, verbum

verbum enim potest, appositum precedente negatione necessitatem inducit † *ut alibi diximus*: Et habuit. l. nostra ortum à l. *si domus. §. qui conijetur cum. §. sequenti, & ibi Bartol. de legatis. 1.* teste Castillo, *hic num. 1.* dum *ibidem* probatur, quod legatario non potest solui aliud pro alio, & an. l. *talis scriptura in fine proxime eo ritu. de legatis 1.* vbi probatur quod legatario inuito non potest solui alia pecunia pro pecunia sibi in specie legata, quia respectu hæredum legatarius creditor dicitur, *ut in l. vnum ex familia in princ. de legat. 2. & ibi Bartol. & inuito creditore aliud pro alio solui non potest, ut l. 2. §. manus dato. ff. si certum petatur.* Et ex iis verbis declaratur text. *in l. non amplius. §. cum bonorum † de legat. 1.* vbi probatur quod vbi pars bonorum legatur, licet hæc esset in obligatione, hæredi tamen succurritur, vt sufficiat siue partes siue æstimationem præstet, nam hoc non habebit locum *ex dictis, & ex l. nostra in prima eius parte*, quoties melioratio à testatore facta descendenti ex tertio & quinto, vel extraneo ex quinto designatur à testatore in quibus rebus soluenda sit, nam tunc omnino in illis & non in aliis soluenda est per hæredem, & sic quoad hoc l. nostra declaratoria est dicta l. *non amplius. §. cum bonorum*: licet in aliqua eius parte corrigatur per nostram l. dictus §. *cum bonorum*, scilicet, in quantum *ibi* disponitur, quod legatum certæ partis bonorum commodam diuisionem recipientium hæres potest soluere in bonis, vel in æstimatione, prout maluerit, in hoc enim corrigitur quoad meliorationes dictas. d. §. *cum bonorum ex l. nostra in versic. Quando no la señalo.* Nam omnino ex bonis hæreditarijs debet solui melioratio tertij & quinti, vel quinti solius bonorum descendenti, vel extraneo respectiue facta, prout omnes *hic attestantur, præsertim Anton. Gomez num. 3. Telli. 1. & Castillo. 3. & Peralta in §. sicui, quem legi cum l. cum autem, de legat. 1. nu. 2. & 3. & post eos Matienzo hic in glos. 3. num. 1. & 2. & Minchaca de successionum creatione. §. 1. num. 9. versic. in summa licet, & quamuis secundum eum ibi hac in parte talis melioratio magis quotæ hæreditatis quàm quotæ bonorum æquiparetur, in alio tamen per contrarium magis quotæ bonorum quam hæreditatis æquiparatur & assimilatur. scilicet, quoad vt possit talis melioratio agnosci, & acceptari, cætera vero bona repudiari, secundum l. 21. Tauri, proxime sequentem, sicut tamen ex nostra l. in parte declaratur. d. §. *cum bonorum*, & in parte corrigitur, *ut dictum est, sic ex d. §. cum bonorum iuncta. l. potest. sequente*, declaratur nostra lex; vt scilicet in casu in quo assignatio bonorum non est facta pro solutione meliorationis, tunc siue bona recipiant commodam diuisionem, siue non in vna, vel in duabus rebus potest fieri solutio ipsius meliorationis, prout in d. l. potest disponebatur, & sic sunt intelligenda verba nostri tex. *ibi. En la parte de la hacienda.* Vt, scilicet, in corporibus hæreditarijs soluantur in vno, vel in duobus pro solutione meliorationis sufficientibus, & si bene considerentur verba hæc. *En la parte de la hacienda.* Hoc demonstrant quasi non in omnibus bonis, sed in parte sufficiente pro satisfactione meliorationis solutio fiat, & *ita tenent nostri hic, & præsertim Peralta vbi supra**

nu. 4. sic deducens ex fortissimo argumento legitima, quam filius non potest petere in omnibus rebus, sed in vna, † vel duabus arbitrio boni viri, & nouissime Angulo *hic glos. 5. nu. 7.* & in hoc sensu potest intelligi & asseri esse verum id quod tentauit dicere timide tamen Anton. Gomez, *hic, & sine timore Telliüs n. 2. hu.* scilicet, vt in finalibus verbis nostræ l. in quibus permittitur hæredi vt possit meliorationem in nummis soluere si bona non recipiant commodam diuisionem, & id in potestate hæredis remaneat, hoc enim posset procedere in casu in quo vna vel duæ res assignari possent pro melioratione: tunc enim in optione hæredis esset eas dare, vel in nummis soluere, sed vbi hoc deficeret & omni respectu bona relicta indiuisibilia essent, neque commodam reciperent diuisionem ita quod hæres diuisionem refutaret, quia incommoda esset & damnosa, vel de iure omni respectu impossibilis diuisione, tunc enim omnino teneretur hæres velit nolit in nummis soluere † meliorationem, & in hoc sensu verbum potest. affirmatiue positum præcissam induceret necessitatem, ne voluntas testatoris illusa & frustratoria remaneret & imputeret sibi hæres qui talem hæreditatem acceptauit & quia sicut hæres potest nolle dare & soluere meliorationem in corporibus hæreditarijs, sed in nummis soluere potest, quoties bona commodam diuisionem non recipiunt nõ tamen omni respectu indiuisibilia sunt & compellere melioratum vt aliud pro alio recipiat ne fiat damnosa separatio, sic & data dicta omnimoda incommoditate diuisionis ita quod bona sint omni respectu indiuisibilia tenebitur omnino hæres in pecunia soluere meliorationem ad petitionem meliorati, quia sicut potest releuari hæres ita & nimirum si grauari in hoc possit, & verbum potest, nostri tex. non debet esse ita voluntarium & potestatiuum hæredi, vt non necessiteretur ad supradicta, data illa omnimoda diuisionis incommoditate, nam id dicimur posse, quod honeste, vel de iure, vel commode possumus † *ex text. in clementina sape, de verborum significatione cap. cum teneamur de præbend. cap. nisi cum de renunciatione 22. q. 2. faciat. 12. q. 2. si illi 25. q. 2. si ea quod nota & cogita, quia est mea, & noua consideratio, vterius habes notare, quod cum omnia legata gratiosa per testatorem in testamento facta sint soluenda, secundum l. fin. infra hoc iuu. ex melioratione quinti, si legata hæc assignentur in certa re in illa debent † præstari, ex text. nostro, & hoc est, quod per eum voluit Suarez in l. quoniam in prioribus. 2. quest. l. reg. pag. 199. num. 2. col. 1. prout ibi adheruit additio eius, legem nostram allegando, nam idem debemus iudicare de parte, quod de toto cum argumentum de toto ad partem procedat & forte sit, vbi nulla diuersa ratio dari potest, secundum Euerardum, in centuria argumentandi loco. 80. à toto ad partem, sed quæ differentia potest dari si totum quintum, vel pars eius vel res aliqua, quæ in quinto debet imputari legetur, vt ex corporibus hæreditarijs, vel in re legata dari non debeat, certe nulla. & ideo vnum & idem ius in vno, quod in alio dari debet & iudicari. Item quia *ut in aliud propositum considerat Baeca de dote c. 3. n. 3.* quinta pars nonne est particula tertij, sed si ita est,*

Noua
consideratio.

ta est, prout est, & in quinto ita disponitur, igitur idem in particula in quinto imputanda dicendum est, quod in toto quinto dicitur: Ex quo quæstio determinatur in qua quidem aliquando fui contrariæ opinionis, testator enim quidam in testamento suo, in quo instituit hæredem extraneum iussit huic hæredi, ut Titio cui legauerat viginti mille morapetinos in nummis, hoc est, *en dineros*, per vnam ex clausulis sui testamenti, per aliam eiusdem testamenti iussit, nummos illos solui ex patrimonio suo, dubitatum fuit, num in pecunia numerata essent soluendi, vel satisfaceret hæres, si traderet ex patrimonio illo bona pro satisfactione illius legati & sufficientia taxata & in solutum data, in quo videbatur dicendum, quod sufficeret si bona sufficientia æstimata pro vero valore traderentur huic legatario, eo quod legatum soluendum est de rebus in patrimonio relictis, ut per Antonium Gomez *tomo 1. cap. 12. num. 50. & tom. 2. c. 11. num. 50.* vbi dicit secus esse in contractibus: Item etiam & argu. *tex. in l. non amplius §. si. cum l. sequente de legat. 1.* vbi probatur quod si testator legat alicui tertiam aut quintam partem bonorum potest eligere hæres in qua parte soluat, ergo eodē modo testator licet relinquat, viginti mille morapetinos hæredi si in re testatoris non inveniuntur, potest hæres pro eis de rebus testatoris aliquam rem assignare quem *text. in d. §. fin. allegat Anton. Gomez. d. l. ap. 12. num. 21. & Suarez. l. quoniam 2. quæst. l. regia pag. 198. & ampliatione 11. memb. pag. 86.* Item & quia cum verba diriguntur in hæredē, ut soluat hæres meus, 7 de rebus meis Titio centum, ipsius & hæredis est electio, *secundum text. in l. planē §. 1. de le. 1. text. in l. qui concubinam §. 1. de leg. 3. text. cum materia in l. Lucio, de leg. 2. text. in l. si ita §. si. eo tñ. per quos ita not. Anto. Gomez to. 2. c. 11. n. 43. in princ.* hic vero in proposita quæstione testator in hæredem verba direxit, ergo, item quia postquam in vna sui testamenti clausula iussit testator viginti mille solui Titio, videns postea, quod nummos non relinquebat, & quod si bona venderentur, vel non reperiretur emptor, vel si reperiretur non daret iustum pretium, ideo iussit in alia clausula eiusdem testamenti, ut illa viginti mille dipondia soluerentur ex patrimonio suo, quasi diceret quod ex bonis suis æstimatis, iusto pretio legatum illud, solueretur, & hanc credo veram eius mentem, & satisfactum ex hoc videtur illi legato: Neque obstat *text. noster hic* quia non procedit, quoties ex voluntate testatoris aliud colligeretur, prout in præsentī quæstione colligitur, quia tunc quod voluit debet adimpleri per hæredē: Et idem crederem esse quoties in testamento testator moriens sine descendētibz instituit extraneum hæredē & in eo testamento reliquit Titio centum nummos, & hæres adiuit cum beneficio inuētarij * & fecit illud secundum quod consuetum est fieri, & in hæreditate illa nulli nummi relictī sunt, sed bona mobilia vel immobilia, tunc enim satisfaciet hæres petendo quod ex bonis illis soluantur illa centum æstimando rem vnam vel duas pro eis, *secundum text. cum materia. l. fin. §. & si præfatam C. de iure deliber. vbi Docto. omnes maxime Paul. Castren. & Rebus. in 1. to. constituit. Fran. tit. de sententijs pronis. §. 3.*

artic. gloss. 3. num. 16. cum sequentibus, adeo ut hæres offerendo bona impediet viam executivam & litis ingressum, *secundum Bald. in d. lto. §. & si præfatam numero 5. & Baccam de debitore in ope. cap. 6. numero 17.* potestque hæres talis uti isto remedio siue reperiat emptores bonorum siue non, *secundum Porcellinum in tractatu de inuentario quæstione 7 cap. 4. num. 3. & faciunt dicta per Tiraquel. de retractu linagiel. §. 1. gloss. 6. numero 20. & 21.* potestque hæres talis dicere creditoribus & legatariis, accipite fundum & vendite, dum tamen non teneat de euictione *secundum Bald. vbi supra numero 5. & faciunt dicta per eum in l. si quis argentum in principio ante numero 1. C. de donationi. & faciunt dicta per Berroium in quæstione familiari. 63. per totam*, neque obstat *text. noster*, dum probat, quod in casu in quo quintum relinquitur extraneis si assignetur in re certa in illa debet solui, quia *text. hic* est correctorius, & *ut ex eo patet* loquitur cum descendentes sunt hæredes instituti, *ibi. Los hijos o nietos de testador.* Tum etiam quia si de extraneis institutis hæredibus loqueretur, tunc nihil est curandum an sit facienda mentio vel habenda consideratio de quinto bonorum, *prout noster textus, facit*, & sic nullo modo potest intelligi, in casu in quo extranei sunt instituti hæredes, imò potius in hoc casu iura antiqua debent remanere incotrecta, *prout expresse voluit Telliuz hic n. 6.* quicquid Anto. Gom. *in d. cap. 12. num. 21. & eum sequens Matienzo hic gloss. 1. num. 30 & Angulo hic gloss. 1. censerit*, contra quos cum Telliuz libenter teneo, neque est censendum legislatores nostrum aliud voluisse, cum in hoc titulo de meliorationibus tertij & quinti, vel quinti tantum respectu descendentiū institutorum hæredum loquatur.

Ibi. A otra persona alguna. Die institutis tamen hæredibus descendētibz suis, secus vero si extraneis *secundum quod in gloss. præcedente in fine diximus.*

Ibi. Uniere señalado. Quid tamen si res illæ assignatæ per testatorem non sufficiant pro totius tertij & quinti melioratione soluenda, num hæres cogetur supplere defectum ex aliis bonis testatoris *supra in l. præcedenti diximus in gloss. En cierta cosa.* vbi posui limitationem nisi res illa esset pretiosior.

Ibi. O quando no lo señalo. Decidit quæstionem & dubium tactum per Suarez *l. quoniam in prioribus. q. 2. l. Regia n. 1. pag. 198. de quo & per Anton. Gom to. 1. c. 12. n. 21. vers. ex quibus se offert*, scilicet quod etiam si tertium vel quintum vel tertium solum filio meliorato, vel quintum extraneo instituto descendente hærede non signetur in aliqua speciali re, adhuc debet solui in rebus hæreditariis, cū plura determinabilia respiciat ista vniuersalis oratio. *O quando nolo señalado.* Quæ quidem pariformiter ea debet determinare, per iura vulgaria, tunc enim de rebus hæreditariis solui debet, neque datur electio hæredi soluendi in æstimatione, nisi *ut infra sequitur*, res hæreditariæ nõ paterentur commodam diuisionem, *ut infra proxima glo. 2. dicam*, & an ista lex. *in hoc versic. corrigat ius ciuile in glo. 1. istius. l. diximus.*

Ibi. A quien lo dar. Sed num & fructus illius rei tenetur tradere & restituere, prout semel in facto

facto habui & responsum dedi: quidam enim per donationem inter vivos, quā post in suo testamento confirmavit, filium suum in mille ducatis melioravit per viam tertij & quinti & vinculi, assignavitque fundum quendam pro illius meliorationis solutione, reservavitque sibi fructus pro toto tempore vitæ suæ, ita ut eo mortuo melioratus fundo frueretur, ususfructusque cum proprietate consolidaretur & ex tunc prout ex nunc & esse cōtra constituit se suo nomine possidere fundum illum, post vero mortuo meliorante, non fuit inter fratres facta divisio bonorum per aliquod tempus, dubitatumque extitit an illius temporis fructus pro rata ꝑ meliorationis essent meliorato soluendi, in quo respondi & alij plures responderunt quod sic, tum quia licet quoties sit melioratio tertij aut quinti, vel viriusque in aliqua re pro solutione meliorationis assignata, fructus non debeantur in vita testatoris, cum simus in donatione quotæ, quæ ad tempus mortis reducenda est, secundum Telli. hic
 9 an illius temporis fructus pro rata ꝑ meliorationis essent meliorato soluendi, in quo respondi & alij plures responderunt quod sic, tum quia licet quoties sit melioratio tertij aut quinti, vel viriusque in aliqua re pro solutione meliorationis assignata, fructus non debeantur in vita testatoris, cum simus in donatione quotæ, quæ ad tempus mortis reducenda est, secundum Telli. hic
 10 tamen postquam donator mortuus est statim debentur fructus donatario suæ partis meliorationis in tali re assignatæ, secundum eundem Telli. ibi, quia tunc hæreses sunt in mora non restituendo, & quia cum ex constituto transferatur possessio, ex l. quod in eo. ff. de acquir. posses. glo. & omnes in cap. cum venissent de constitut. l. 9. in 30. part. 3. communis ut Tiraquel. de iure constit. posses. 1. p. n. 2 & 3. merito quod morte donatoris ex tunc fructus rei melioratæ debeantur præsertim cum per reservationem illam ususfructus dominium in melioratum transferatur, ex l. quisquis. C. de donatio, & cap. 1. d. l. 9. itidemque sicut dominium rei legatæ transfertur a morte testatoris, ut diximus in tit. 4. sup. hoc lib. ita & dominium rei melioratæ, quæ legato æquiparatur, ut ibidem dictum est: si ergo transit dominium, igitur & fructus debentur, qui domino regulariter debiti sunt: neque obstat si quis dixerit, quod constitutum collatum post mortem constituentis nihil operatur, ꝑ argu. l. cum hæredis. ff. de acquir. posses. tradit. Ant. Gomez. l. 40. Tauri. n. 20. Telli. l. 17. Tauri. num. 39. Fano de pignoris. 2. membro. 2. partis. num. 4. quoniam in hoc fallit, quotiescumque (prout in nostra clausula) adest clausula illa, ex nunc prout ex tunc, & est contra, quāsi tunc vnum tempus videatur alteri inesse, secundum Fano ubi sup. nu. 4. & 5. ubi hanc veram opinionem dicit, & quia cum per dictā clausulam cōstitutum censeatur de præsentī factum, licet executio & apprehensio possessionis post mortem dilatentur, merito valere debet, & in eodem instanti transfertur possessio, secundum Telli. d. l. 17. Tauri. n. 40. secundum quod in d. n. 11. dicit intelligendam clausulam illam, ex nunc prout ex tunc & è contra, communemque opinionem asserit esse illam Ant. de Fano, circa ipsammet clausulam, quæ fuit prius Alex. ibidem relati, neque iterum obstat dicere, quod cum pars fundi assignati pro solutione meliorationis illius sit incerta non deberentur fructus eius, ꝑ usque clam certificaretur & liquidaretur pars
 11 argum. l. 2. §. in certam ff. de acquir. posses. nam illud verum, cum datur omni modo incertitudo tam respectu loci quam quotæ, tunc enim nulla transferatur possessio & nulli debentur fructus,

vsque dum pars & quota certificetur & assignetur, imo neque valet contractus neque donatio, etiam attentā. l. 2. tit. de los contratos y obligaciones. 16. inf. isto lib. secundum Ant. Gom. tom. 2. cap. 11. num. 7. in princ. & gloss. l. 2. titu. 11. part. 5. in nostro ramentu casu nulla adest incertitudo ratione loci, quia locus certus est designatus, neque ratione quotæ, quia quota assignata est, qua assignatione attentā æstimato valore fundi illius vbi melioratio fuit facta, constabit, quæ pars eius assignabitur pro illis mille ducatis meliorationis, ita ut ex parte illa fructus debeantur, & sic cessat dicta obiectio, nam sicut pars certa pro diuiso ꝑ vel in diuiso vsucapi & possideri potest
 12 l. locus in prin. ff. de acquir. posses. & ibi glo. & omnes, quæ est singularis pro nostra decisione, & ibi glo. similem allegat, ita eodem modo pro rata illius partis in mille ducatis numerandis fructus debebuntur, quemadmodum videmus in terminis l. si. C. de edicto. d. Adria. tollen. quod datur vni ex hæredibus pro in diuiso possessio pro parte sua, & respectu huius partis hæres ille sic in possessione immittitur lucratur fructus, secundū omnes ibidem, lex enim certa est de eo, quod est in rerum ꝑ natura l. cum quidam. §. quod dicitur de acquir. hered. itidemque videmus quod transfertur dominium sine ministerio legis, ut in legatario incertæ partis fundi tribus vel quatuor legati, in quælibet enim pro sua parte dominium transfertur, secundum lex. in l. quæ de tota. §. incertæ. ff. de rei vend. maxime cū fundus omni respectu sit diuiduus, secundum Doct. l. 2. in princ. ff. de verborum oblig. & ideo pro illa parte pro qua melioratio fit & quæ in illa mille ducatorum summa comprehendi ac contineri potest censeatur fundus diuisus per assignationem illam in eo factam illorum mille ducatorum, & sic pro parte illa fructus debentur, cum nulla adit tali casu incertitudo, neque ratione rei loci, & quotæ, secundum Anton. Gomez. l. 17. Tauri. nu. 16. & in l. 45. n. 69. faciuntque tradita per eundem Ant. Gom. tom. 2. cap. 11. n. 18. nam & promissore vsusfructus mortuo ꝑ diuiditur obligatio inter hæreses proportionibus hæreditarijs, secundum eundem Gomez. d. n. 18. per l. 5. §. 1. ff. de vsufruct. imò & fructuum etiam pendentium tempore mortis donatoris pars debetur sua ipsi donatario, ex l. si pendentes. ff. de vsufructu, & l. Herennius. la. 1. ff. de vsuris, cumque omnia supra dicta adint merito dicendum est in terminis quæstionis nostræ fructus deberi à die mortis testatoris ex parte illa in fundo illo pro illis mille ducatis assignanda, extra hunc vero casum & quæstionem, tunc fructus rei in qua melioratio facta est debebuntur, quoties eadem militaret ratio sicut in legato, scilicet, quia dominium vel possessio in melioratum est translatum vel translata, & sic resoluuntur omnia quæ in hoc post hæc vidi scripta per Marienzo, hic gloss. 3. num. 4. cum sequentibus, & faciunt dicta in lege præcedente n. 24. cum sequenti. aliquibus. Et in legato quando debeantur, dixi l. 1. titu. 4. num. 92. sup. isto lib. & tradunt gloss. magna. l. 37. titu. 9. par. 6. & Canar. ca. Raynaldus. §. 1. n. 1. de testam. & Ant. Gomez. tom. 2. ca. 5. num. 15. post princ. & cap. 12. numero 5. & 7. & 22. Dueñas regul. 210. Telli. 3. pag. l. 3. Tauri. numero 8. Et in legato quotæ communem dicit Angulo, hic gloss. 6. num. 1.

num. 1. cum sequentibus, debent à tempore moræ.

- Ibi, *Communemente diuidir*, puta qua pars respectu partis non afferret tantam vtilitatē, sicut totum respectu totius, tunc enim indiuisibilis ¶ erit res neque commode diceretur posse diuidi, prout notant Docto in l. 2. in princ. & in l. 4. §. caio. ff. de verborum oblig. & Ant. Gom. 10. 2. variarum ca. de indiuiduis. Et limitatiua verba hæc sunt omnium antea præcedentium dispositionum legis nostræ, scilicet, quod tunc debet melioratio in re assignata tradi, vel si non est signata res ex corporibus hæreditarijs melioratio est adimplenda, quoties commodam recipiunt diuisionem, & ultra Ant. Gom. ubi supra Docto. d. l. 4. & in d. §. caio, quando res diceretur non posse commode diuidi vide Iaf. in §. quadam n. 59. inf. de actionibus. Et habes notare, quod cum fit diuisio alicuius rei communis inter aliquos, quia recipit commodam diuisionem si vnus ex socijs cum illa re habeat aliam rem contiguam pars rei illius diuidendæ assignanda est ad latus rei alterius, quam vnus ex socijs illis ibidem ¶ habet, neque debet per sulcos diuidi, sicut faciunt maleuoli & pelsimi hæredes vt alij damnum patiantur, vt inquit Capitijs, decisione 42. & Platea. l. 1. versi. secundo nota. C. quando & qui. 4. pars debe. Boeri. decis. 46. num. 1. gloss. 1. in fine l. fin. tit. 15. part. 6. quod est notandum in practica.

Ibi, *Puedan*, approbat Aposti. Dini quam ponit ad l. non amplius. §. fin. de leg. 1. in quantum lex illa, in fine videbatur velle, quod si res indiuisibilis sit omnino, hæres præstet æstimationē, contra quod videbatur facere lex, post immediatē sequens, ideo Dinus in d. §. cum bonorum postulat illud verbum, omnino, nisi velit hæres præstare rem, vel res, quæ tantum valeant, quia tunc poterit, quod refert Suarez in 2. q. l. regia pa. 199. col. 1. in princ. & ex tex. hic probari videtur cum per verbum, *puedan* loquatur, vt sic possit hæres æstimationem præstare, vel aliam rem æquiualentem, voluntatē enim non vero necessitatem importat, verbum *puedan*, affirmatiue prolatum vt hic, nisi res ita essent indiuisibiles, quod neq; in alijs posset solui, nam tunc compelli posset hæres in nummis soluere, vt in hac l. diximus in gloss. 1.

Ibi, *Del testador*, quid si contrahentis an idem erit quod testantis, dic, idem, vt per Angulo, hic glo. 2. & faciunt dicenda in lege sequente, num. 5.

- Ibi, *En dineros*, diuersa constituitur doctrina, quoties alias duo habent rem communem pro indiuiso non recipientem commodam diuisionem, nam potest tunc vnus ex socijs petere quod quia commode diuidi non potest, licetur ¶ & vendatur res illa, & iudex potest, si vult totam vni sociorum assignare, & ille cui assignabitur & adiudicabitur soluet alij partem suam, secundum tex. in l. ad officium. C. communi diuid. optimum. l. fin. tit. 15. pag. 6. & potest tunc, qui habet in illa re maiorem partem, eligere sibi tam socio suo partem suam soluendo in nummis habito respectu ad valorem publice oblato in publica subhastatione, secundum Corneum consil. 282. volu. 1. vbi inquit quod maiorem partem habenti est danda electio, ipse tamen Corneus consil. 81. vel. 2. contrarium late disputat, & cum Bald. relato per gloss. magnam in

d. l. fin. videtur concludere, quod debet publice licitari res hæc & in pretio maiori licitatione publica oblato est adiudicanda maiorem partem habenti, si socius minorem partem habens, non licitauerit & plus obrulerit vt etiam idem Bald. & ibi additio, verbo *maioritate*, in l. iubeamus 2. cap. de sacrosanct. Ecclesijs & Lucas de Pena in l. 2. in medio. C. de metatis, lib. 12. & Antõ. Gomez tom. 2. cap. 10. numero 10. & Alex. ad Bartol. in l. pen. verbo *fructus* C. communi diuidun. & Paul. consil. 92. Capicius decisio. 36. vbi optime declarat ad quod vsque tempus est facienda licitatio, & Pala. Rub. & Castillo, hic & Angulo hic gloss. 4. numero 2. & Ayora, de partitionibus. 1. part. capit. 1. num. 13. & cap. 3. num. 26. licet Lucas de Pena in l. 1. C. col. 2. cap. quando & qui. 4. pars debe. contra teneat, superuenit tamen Iaf. relatus per illam gloss. d. l. fin. aliter intelligens illud Baldi dictum, scilicet, quod tunc demum res licitata remaneat penes maiorem, quoties ambo consocij idem pretium offerunt, quod Iaf. dicit sibi placere scilicet, secundum glo. illam, Baldi doctrina non recipit hanc declarationem, neque ex dictis eius colligitur, nunc autem in regno nostro ex d. l. fin. tit. 15. part. 6. totum id iudicis arbitrio relinquatur, prout & de iure erat receptor opinio teste Menoch. de arbst. iud. lib. 2. Centuria. 2. casu. 123. & licet illa lex partitarum, in diuisione bonorum hæreditariorum loqueretur, idem tamen dicendum est in qualibet alterius rei diuisione, limitatur tamen vt non procedant hæc in terminis nostræ l. vbi si res pro melioratione tertij & quinti, vel alterius tantum, non recipit commodam diuisionem, erit in electione hæredis in nummis soluere meliorationem, & habuit lex nostra respectum, vt in minus quam possit hæres grauetur, non tamen id procedit in solutione legitimæ, secundum Castil. hic in gloss. fin. relatus per Mattienzo hic in gloss. fin. & Peralt. in d. l. cum antea num. 2. & 4. de leg. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Prælegatum an possit prælegatarius acceptare, & hereditatem repudiare. num. 1.
- 2 Facultas si alicui comperit iure proprio & ad sui commodum, nullo tempore præscribitur, secus si iure alieno vt in electione. 2.
- 3 Declaratio. l. 1. ff. de acquirem. heredi, vt quis non possit partem adire & partem repudiare. 3.
- 4 Melioratus potest acceptare meliorationem & repudiare hereditatem cum suis declarationibus. 4.
- 5 Declaratio. l. quidam. ff. si quis omiffa eã testamen. 5.
- 6 Deliberatio an detur meliorato ad acceptandam vel non meliorationem. 6.
- 7 Legatario particulari non datur terminus ad deliberandum. 7. quia ad debita non tenetur, vt ibi & nu. 9.
- 8 Affectio circa res in iure consideratur. 8.

- 10 Lex nostra habet locum siue melioratio in testamento, siue inter vivos. num. 10.
 11 Melioratus non tenetur ad debitorum solutionem si melioratio deducto ære alieno non excedit tertium & quintum. num. 11.

Lex 5. Quæ erat 21. Tauri.

SUMMARIVM.

Filius vel descendens alius melioratus in tertio & quinto, vel in quolibet eorum, potest repudiare hereditatem & acceptare meliorationem solutis debitis. Et habuit ortum à lege, qui filiabus & fin. cum l. sequent. de legat. 1. & à l. 2. titul. 9. part. 6.

IBI. QUE EL HIJO, O OTRO QUALQUIER DESCENDIENTE, sed numerit idem in extraneo meliorante vnum ex hæredibus ab eo relictis, puta quidam conditor testamenti carens descendens instituit duos aut tres hæredes, & vni eorum prælegatum & sic meliorationem, ultra alios reliquit, quæritur an iste prælegatarius possit hereditatem repudiare & acceptare prælegatum, & acceptando an tenebitur pro rata ad solutionem debitorum à testatore relictorum, & quoad acceptationem nulli dubium quin possit, quoad hoc tamen an teneatur pro rata debitorum, videtur quod non teneatur tum quia tex. noster non loquitur in extraneo hærede instituto, tum etiam quia d. l. qui filiabus. §. fin. cum l. sequent. de legat. 1. & d. l. 2. tit. 9. p. 6. non obligant eum, vt soluat debita pro rata prælegati licet repudiet hereditatem, ergo neque nos obligare debemus, sicuti neque donatarius tenetur creditoribus donatoris. l. æris alieni. l. si pater de dam. inoff. etiam si donatio excedat tertiam & quintam bonorum partem, Capella Totofana. 76. Decret. consi. 237. n. 6. quod non credo verum vt in hac gloss. in fin. videbis, & quod non teneatur talis prælegatarius, probatur ex l. si quis seruum. §. fin. cum l. sequent. de leg. 2. l. si hereditatem. ff. mand. l. facto versic. unde scio. ff. de hered. inst. Neque obstat dictis. l. qui ergo la. 2. de leg. 1. vbi probatur quod non potest prælegatarius omittere hereditatem & acceptare prælegatum, quia loquitur lex hæc quid ergo, in prælegato vniuersali, quod repudiata hereditate obtineri minime potest, lex vero, qui filiabus, loquitur in particulari, vt per Paul. in l. quoties n. 2. C. famil. hercis. & Menesium l. cum virum n. 4. C. de fideicom. & sic cum possit particularis prælegatarius acceptare prælegatum & omittere hereditatem neque ad debita de iure ciuilitenetur, nimirum si neque ex l. nostra obligandus sit, ne correctionem inducamus: in contrarium imò quod etiam sic prælegatarius extraneus particularis repudiando hereditatem teneatur pro rata debitorum, facit: nam militat

in eo eadem ratio, quæ in descendente meliorato, scilicet, ne detur occasio deferendi hereditatem & acceptandi legatum, & sic intestatum decedere testatorem, item si in filio statuit lex nostra vt teneatur pro rata meliorationis ad debita, cur non & in extraneo relictum: in hac tamen contrarietate sequendam credo distinctionem Docto. Hispanorum quoad l. nostram, scilicet, vt si extraneo hæredi instituto prælegatum fiat de re certa tunc non teneatur pro rata prælegati soluere debitum licet repudiet hereditatem, ex l. 1. C. si certum petat. & hoc non corrigatur per text. hic, si vero fiat in quota bonorum prælegatum tale huic hæredi extraneo, tunc secus sit, cum bona non dicantur nisi deducto ære alieno, quæ ratio in primo casu cum de certa re fit prælegatum non militat, & hoc mihi verum videtur. Neque obstat quod de legato non detrahitur æs alienum, neque pro rata, neq; alio modo, quia illud verum, cum tantum quis relinquatur legatarius, vel si & hæres & prælegatarius relinquatur non repudiat hereditatem, secus vero si dum hæres est repudiat hereditatem, & acceptat prælegatum, nã tunc si est filius aut alius descendens indistincte procedit lex nostra, siue melioratio fiat in certa re siue in quota bonorum, cum tex. noster ita disponat, quem si bene perpendi, sic voluit declarare Peralta in l. cum autem in princ. n. 11. de leg. 2. p. 130. cum sequent. secus vero si extraneus sit relictus hæres & prælegatarius, nam tunc seruabitur sup. dicta distinctio vt teneatur necne ad debitorum ratam, quasi magis sint afficiendi descendentes, qui testatorum ascendentium hereditates repudiant, quam extranei extraneorum hereditatem repudiantes & prælegata acceptantes, ita declarant magis communiter, scribentes Hispani teste Molina de maiorati. lib. 1. cap. 10. num. 13. etiam si gloss. la manda in l. 2. tit. 9. par. 6. aliud velit dicens indistincte, esse iure ciuili conformem nostram legem, quam gloss. Molina vbi sup. reprehendit qui tamen ibidem n. 14. cum sequentibus aliquibus, idem in effectu vult, si bene perpendatur, dum inquit legem nostram in nullo corrigere ius commune, sed potius esse conformem, & quod illa verba nostre l. Ibi. Ora la dicha mejora sea en cierta cosa ora en cierta parte de bienes, idem important, quoad hoc vt dicamus in vtroque casu in quota bonorum meliorationem fieri, nam cum in princ. lex nostra præsupposuerit meliorationem tertij aut quinti vel vtriusque esse factam, dum post dicit, La dicha mejora sea en cosa cierta, debet intelligi quod melioratio illa sit generaliter relictæ, signata tamen in re certa, secundum l. 20. Tauri quæ est lex præcedens, puta melioro filium in tertio & quinto bonorum, vel si in tertio aut quinto fiat melioratio, & iubeatur quod in tali re soluat, tunc enim quia per quotam bonorum in certa re fit melioratio, idem in hoc casu dicendum sit quoad debitorum solutionem sicut cum quis generaliter melioratur in tertio vel quinto aut in vtroque, & per consequens lex nostra nihil corrigat ius ciuile, & certe hunc credo esse verum & literalem nostri tex. intellectum & veram mentem legislatoris, nam dictio illa, dicha, relaxata est præcedentium, & cum in præcedentibus de melioratione facta per quotam bonorum dixerit, id declarat

clarat lex nostra, vt procedat siue ista melioratio quotæ bonorum sit assignata in re certa siue nō, quasi secus sit, si melioratio fiat certæ alicuius rei, nam tunc etiam si repudiat melioratus hæreditatem & acceptat talem meliorationem non tenebitur pro rata debitorum, & placet mihi hic intellectus, & secundum eum esset iudicandum, quia lex nostra non censetur velle corrigere ius ciuile, & si bene inspiciatur dicta glo. magna d. l. 2. titu. 9. part. 6. id expresse voluit, & Peralta. l. 3. §. qui fideicommiss. num. 143. cum sequentibus. ff. de hæred. inst. & Olanus in concordia Antinomiarum verbo melioratus. num. 34. & per consequens secundum hanc gloss. falsum est illud consilium Decij. 237. dum ibi dicit quod si donatio fiat alicui tertij & quintæ partis bonorum, quod non teneatur donatarius ad debita, quod est falsum, eo quod bona non dicuntur nisi deducto ære alieno & vidi post hac animaduersum, per Matienzo, hic glos. 5. nam. 4.

Ibi, *Puedan si quieren repudiar*, notanda sunt verba hæc, sunt enim significatiua meræ facultatis, ac voluntatis tam ex d. verbo, *puedan* affirmatiue positum, quam ex verbo illo, *si quieren*, & sic huic facultati & voluntati tēpore aliquo non præscribitur, sed duret perpetuo voluntas hæc & facultas. nam quotiescunque facultas competit alicui iure, & nomine proprio per modū iuris
 2 & ad sui t̄ commodum perpetua est, secus in facultate eligendi, quæ competit alicui iure alieno & pro alio vt per Carol. Molineum in consuetud. Paris. tit. 1. de materia feud. §. fol. 123. nu. 1. quem refert & sequitur ad l. nostram applicans, Pella. de maiorati. 1. par. 9. 17. num. 3. & 4. & ad l. 29. Tauri concedentem facultatem ei, qui dotē recipit, vt eligere possit valorem bonorū in dotem daturū, vel tempore datæ dotis, vel mortis dotantis, vltterius ex istis verbis notanda est limitatio & declaratio ad l. primam ff. de acquir. hæred. probantem non posse quem partem hæreditatis
 3 adire & partem t̄ repudiare, nam non procedit ex tex. nostro in meliorato hærede instituto, qui
 4 quidem potest meliorationē acceptare, t̄ & repudiare hæreditatem quæ quidem declaratio quatuor sublimitatur modis, primo nisi talis melioratio fiat in viam assignationis partiū hæreditariarū ex tex. in l. quid ergo 2. de leg. 1. not. Pau. in l. quoties. C. fam. hercis. & Molina de primogen. li. 1. ca. 8. n. 13. & 14. & an contra talem assignationem possit per filium cui assignatur, vel per patrem assignantem deueniri, vide per Telli. in l. 23. Tauri. n. 10. cum plaribus sequentibus, secundo limitatur dicta declaratio nisi melioratio sit facta sub nomine appellatiuo hæredis, secundum Bart. in l. si non sortem §. libertus. ff. de cond. indob. & idem in l. iuristurandi. §. si liber. ff. de oper. li. & claudi. in l. quoties & l. non vnquam. ff. ad Trebel. & est communior opinio. secundum Jaf. in d. §. libertus. n. 35. tertio limita nisi melioratio fuerit relicta hac conditione vt melioratus non possit hæreditatem repudiare, ex text. in l. 2. titu. 9. part. 6. not. Cifuent. hic qui & assignat aliam & quartā limitationem, scilicet, in hærede tributarij qui non potest accipere meliorationem & repudiare hæreditatem, vt casus vnicus, & ibi not. Barrol. & Doct. in l. hæredes. C. de omni agro de ser. l. 11. sed an si filia esset meliorata in tertio & quinto bo-

norum, & velit prælegatum & nolit succedere titu. vniuersali vt hæres, tenebitur tunc conferre dotem, vide per gloss. contra vers. quid tamen si filia meliorata. l. 3. titu. 15. part. 6.

Ibi, *Acceptar la dicha mejora*, & hoc nimirum est, nam cum melioratio tertij & quinti prælegato assimiletur, vt diximus in l. 2. huius titu. & alibi sæpe, sicut in parte legati acceptatio habet locum etiam si hæreditas repudietur & idem est in legato, dum tamen particulare sit, non vero si vniuersale, ita etiam habet locum in melioratione dicta, neque iis obstat tex. in l. quiddam. t̄ ff. si quis omis. causa testam. quem vt contrarium nostræ materiæ allegauit Castillo, hic in princ. dicens ex eo probari, prælegata non deberi hæredi repudianti, quia l. illa si bene inspiciatur hoc non probat, neque est vera conclusio hæc, eo quod est contra sup. allegata, & tex. ille, loquitur, quoties hæres non vult ex testamento adire hæreditatem, ex causa aliqua iusta in iure expressa, sed vult potius ab intestato hæreditatem adire, & sic in effectu hæreditatē non repudiat, quæ est differens & aliena à nostra materia, & sic non meruit tex. ille in contrarium allegari, & cum in toto testamento contra veniatur, nimirū si ex eo prælegata nō debeantur, cum ex testamento prælegata ipsa nō adeantur. Est tamē in proposito optima & singularis quæstio, scilicet, quid si duo filij sint meliorati in tertio & quinto, & vnus eorum petat, quod in alius frater acceperat aut repudiet suam meliorationis partem, an ille alius frater possit petere terminum ad deliberandum, an acceptabit, vel non meliorationem illam, t̄ cum hæreditatem ex parte sua repudiare velle significauerit, & prima facie videtur terminum huic non esse concedendum, & quidam aduocatus sic sustentabat, eo quod vt dictum est, & tradit Castillo. lege vigesima prima, Tauri. numero quinto, & Suarez in l. quoniam in 7. amplia. numero 4. pag. 37. & in declaratione. l. regia. versic. premitto. pag. 124. & in 2. quæstio. l. regia. num. 1. in fin. pag. 198. & Covarr. d. lib. 3. variarum. capit. 2. num. 3. tertium & quintum inter descendentes non est legitima, in qua datur dictus terminus deliberandi, & sic & in hoc casu videtur non dandum esse, cum vbi lex non distinguit, neque nos: nihilominus tamen, contrarium mihi videtur tenendum, præsertim lege nostra attenda, nam cum ex ea talis melioratus teneatur ad debitorum solutionem pro rata, nimirum si terminus deliberandi ei concedendus sit, cum multi sint hominum litium inimici & executores, & iuste quidē quia patrimonium & aliquando animas consumunt, & perdunt lites, item quia tertium est quota hæreditatis, secundum Telli. in l. 17. Tauri. n. 15. & Minch. to. 1. de successorea. §. 1. n. 9. versic. in summa licet, & ideo nimirum quod de tali meliorato terminus ad deliberandum, sicut daretur vni ex hæredibus in parte vna hæreditatis instituto, item quia eo ipso quod legatarius particularis non habet t̄ terminū ad deliberandum eo quod ad debitorum solutionem non teneatur, secundum gl. l. 1. §. aut prætor. ff. de iure delib. gl. l. d. l. 1. titu. 6. p. 6. Iaf. in l. cum filiofam. n. 124. de leg. 1. fatendum est in meliorato aliud esse, quoniam ad debitorum solutionem teneatur pro rata meliorationis, sed tunc si melioratio in tertio sit assignata

Quæstio

6

7

signata in re vna, & in quinto in alia re poterit melioratus acceptare tertium & repudiare quintum, vnde per *Castillo. l. 7. Tauri. num. 6.* & in simplici extraneo legatario vt possit pro parte acceptare legatum, & in parte repudiare, vnde *Anton. Gom. tom. 1. cap. 1. o. nu. 42. Et iterum in eodem tom. cap. 12. nu. 33.* vbi quid si plura sint legata, & allegat *l. 36. iuu. p. 6.*

Ibi, *Sacadas por rata*, in hoc est singularis lex ista, secundum *glo. Lamanda. l. 2. ut. 9. p. 6.* fortassis enim melioratus hic cum haberet affectionem ad rem illam assignatam pro melioratione, quæ quidem affectio ¶ in iure consideratur, secundum *glo. l. quoties. C. de fideicommissis. Et ibi Baid. Et Iaf. Et Ripa. in l. filiusfamilias. §. aru. num. 48. de leg. 1.* facilliter repudiaret hæreditatem & acceptaret meliorationem illam, si ex ea pro rata non teneretur soluere debita, & ideo vt hoc eueniret iuste prouisit lex nostra de remedio, licet iure ciuili legatariis ad debita ¶ neque pro rata tenebatur, vt diximus iam ex *Padulla. l. cum virum. numer. 4. de fideicommissis.* cessatque iam ex l. nostra increpatio iuris *Consulti in l. 1. C. si cert. petat. de qua meminit Suarez. l. quoniam in prioribus. 7. amplia. nu. 8. pag. 39.* dum ibi increpantur hæredes volentes quod debita & onera hæreditaria pro æstimatione rerum prælegatarum exoluerentur, cessat enim iam hæc hæredum increpatio, iusteque iam petere possunt hæredes vt pro rata meliorationis debita melioratus soluat.

Ibi, *(En cierta cosa,) o en cierta parte de bienes,* hic videtur colligi clare correctionem. d. l. prima C. si cert. petat. vt, scilicet, etiam si facta sit melioratio in certa re adhuc ex illa soluenda sint pro rata debita si hæreditas repudietur, neque fiat differentia an facta sit melioratio in quota bonorum vel in certa re, vt aduertit *Tellius hic num. 3. Et 4. Et aliqui alij ante eum,* verum tamen vt in *gl. 1. huius leg. dictu remanet* nulla ex ea inducitur correctio si bene aduertatur, sed an lex nostra procedat siue melioratio fiat inter viuos, siue in vltima voluntate, ¶ tenendum est quod in vtroque casu locum habebit, quia cum secundum *l. 26. Tauri, quæ est l. 10. huius vni. Et lib. omnis donatio imputetur in meliorationem tertij & quinti si descendenti alicui fiat, merito quod si repudietur hæreditas & donatio illa acceptetur, quod habeat locum decisio nostri text. vt pro rata meliorationis teneatur ad debitorum solutionem, prout voluit *Tellius hic nume. 3. Et 4.* eadem enim ratio militat siue in testamento siue inter viuos melioratio hæc fiat, neque text. noster distinguit vnum ab alio, & sic nec nos distinguere debemus, imo & tunc si meliorationis res traditæ sunt ipsi meliorato, vel in pecunijs solutio eius facta est, potest ipsemet melioratus directe conueniri omissio hærede pro debiti solutione ipsi meliorato competentis, prout aduertit *Cona. lib. 2. varjarum. cap. 2. nume. 2.* quasi id per l. nostram nouissime permittatur, ibi, *Van obligados los tales majorados a las pagar por rata,* & sic quod in hoc sit iuris ciuilis correctoria cum de iure ciuili hæredes tantum non vero prælegatarij conueniri possint ad debitorum solutiones, vt l. si quis seruus, §. fin. Et ibi *Doct. de leg. 1. Et sequitur hoc Martiño. hic gl. 2. Et 3.* sed vt melius aduertit *Molin. l. 1. primogen. cap. 10. numero 4. verbi. in 2. autem art.**

Tom. 3.

& Cifuentes *hic nu. 2.* nullam correctionem inducit in hoc lex nostra, sicut neque in alio, eo quod verba illa, *Sean obligados los tales majorados a las pagar por rata,* intelligitur quod sint obligati soluere ipsis hæredibus, a quibus creditores debita illa recuperauerunt ne demus correctionem vbi vitari iure potest, & hoc verius videtur, licet quasi omnes alij regni scribentes velint in hoc legem nostram esse iuris correctoriam, sicut in alijs correxisse dixerunt, quos perperam & male locutos fuisse testatur *Peral. in l. cum autem numero 11. in si. pag. 131. de leg. 2.* vnum tamen optimum tradit *vbi sup. d. nu. 2.* scilicet, quod si res assignatæ pro melioratione non excedunt quintum & tertium bonorum a re alieno etiam deducto, non est cur tractemus an ipse melioratus possit ad debitorum solutionem conueniri, ¶ onus enim istud ad hæredem pertinet, quasi clarius voluerit dicere, quod si habito respectu ad valorem rerum in quibus melioratio est assignata & ad valorem bonorum hæreditariorum vltra res illas relictorum facta computatione debitorum non excedat talis melioratio meram a legibus præscriptam, tunc quantumuis melioratus repudiet hæreditatem non tenebitur pro rata meliorationis ad debitorum solutionem, quoniam ad extrahendam meliorationem iam fuit habita computatio debitorum, & sic non fit aliquod præiudicium hæredi in legitima sua, & sic cessat nostræ l. dispositio in tali casu, secus vero esset dicendum, si in casu in quo tempore meliorationis traditæ meliorato per hæredem, constaret nihil amplius quam id in melioratione capit, esse traditum, post apparent debita alia defuncti, de quibus antea cogitatum non erat, neque habita notitia, tunc enim eorum esset soluenda rata a meliorato, aliter enim fieret præiudicium hæredi, & hoc est quod lex nostra dixit.

S V M M A R I V M

- 1 Lex nostra & similes correctorias esse iuris ciuilis. 1. Et ob id non extendenda, vt ibi.
- 2 Acceptatio donationis est necessaria in casu nostræ l. & similium, vt reuocari non possit. 2.
- 3 Licentia mariti an requiratur prestare uxori donanti vel melioranti descendentes per contractum inter viuos vel promittenti se melioraturam vel non. 3.
- 4 Promittens obligatur ex sola promissione. 4. Vbi similia.
- 5 Testamento promittens se alium non melioraturum vel e contra an teneatur adimplere. 5. nisi vt ibi.
- 6 Pactum de non meliorando idem importat ac si diceret quod equaliter filij succedant. 6.
- 7 Promittens filio tertium bonorum, filio dicente se eo contentum, ita quod in alijs bonis sint æquales, an videatur promissum se non alium melioraturum. 7.
- 8 Pactum factum inter fratres de non accep-

- tanda melioratione spe patris consensu factum nihil valet. 8.
- 9 Promittens non meliorare aliquem ex filiis non comprehenditur nepos. 9.
- 10 Scriptura publica an requiritur pro validitate promissionis de non meliorando vel meliorando aliquem ex descendantibus. 10. & 12. & num. 15. an per testes probetur & n. 16. quid si iuretur & 17. an per privatam scripturam.
- 11 Omnis qualitas à lege requisita censetur de forma substantiali. 11. & ibi an per equipollens impleri possit.
- 13 Statutum an valeat quod per unam tantum speciem probationis probetur. 13.
- 14 Scriptura publica quæ dicatur. 14.
- 15 Declarationes ad casum, ubi requiritur scriptura. 15.
- 18 Maritus & eius secunda vxor dotantes filiam primi matrimonij, si promittant se non melioraturos alium ex descendantibus an valeat respectu istius secundæ vxoris. 18.
- 19 Pactum de non auantagiando non valet de iure civili, & iure nostro quoad descendentes valet tantum. 19.
- 20 Renunciari an possit huic pacto de non meliorando alios descendentes. 20.
- 20 Limitatur nostra lex aliquibus modis in eo. num. 20.
- 21 Lex prohibita clausulam habet derogatoriam 21.
- 22 Donatio remuneratoria non obstante pacto de non alienando fieri poterit. 22.
- 23 Filia dotis tempore an promitti possit de meliorando eam, vel de non meliorando alios filios. num. 23. & 24.
- 25 Lex nostra loquens in casu causæ onerosæ cū tertio, locum etiam habebit quoad irrevocabilitatem de meliorando vel non, si traditio fiat vel possessio detur, &c. numero vigesimoquinto.
- 26 Promittens dotare ita remanet obligatus ac si dotasset. 26.
- 27 Pactum de succedendo improbatum quoties est de rota hereditate non vero si de parte. 27.
- 28 Matrimonium impletum cum promissione de meliorando non inuvalidatur quamuis promissio non seruetur. 28.

Lex 6. quæ erat. 22.

Tauri.

S Y M M A R I V M.

Parentum aliquis promittens per contractum inter viuos mediante scriptura

publica se non melioraturum vel melioraturum aliquem ex filiis per viam causæ onerosæ, tenetur omnino adimplere: Et in casu in quo se melioraturum promisit, si non faceret, haberetur ac si fecisset.

Notandum que legem hanc esse & l. 17. Tab. quæ est l. 1. tit. isto sup. eo lib. & 44. Tau. quæ l. 4. tit. 7. infra eod. lib. correctorias & iuris ciuilibus, præcipue text. in l. fi. C. de pactis, ubi quauis valeat pactum factum de hereditate viuentis, cum illius tamen consensu permittatur reuocatio vsque ad vltimum vitæ spiritum quod per has leges irrevocabilitatem inducentes correctum est, quæ quidem cum correctoria sint dictæ l. fi. & similitum, & l. stipu. hoc modo accepta. ff. de verborum oblig. cum ibi latissime notatis, vltra casus in quibus lex nostra, & illæ. 17. & 44. Tau. loquuntur & disponunt, non sunt extendendæ neque interpretandæ etiam ex maiori ratione prout optime considerat Pelæz de maioratibus 1. part. quæst. 6. num. 15. & an id in lege nostra fieri potuerit vide Anton. Gom. in præsentis à quo desumpti per Matienzo hic glos. 1. nu. 2.

Itidem notandum in casu nostræ l. & dictarum. 17. & 44. Tau. esse necessarium acceptationem donationis & meliorationis vt reuocari non possit & per donantem vel meliorantem, vt optime per Pelæz ubi sup. d. 1. p. quæst. 36. & latus. q. 68. & id est omnino regulare in quilibet donatione vt acceptatio requiratur, ne reuocari possit vt a libi diximus latius.

Ibi, O la madre, intellige postquam vidua est, & soluta à lege matrimonij, vel si sub potestate mariti, præcedente eius licentia, vel ratificatio mariti, si licentia non præcessit secundum quod in l. 1. verbo la madre sup. hoc tit. & l. dixi & dicemus in l. 8. glo. 1. tit. 9. infra isto lib.

Ibi, Prometto, hic est text. expressus probans, quod ex sola promissione promittens & obligatur, etiam si quis promittat ob matrimonium vel ob aliam causam, te maioratum in filium constituturum, secundum Pelæz de maioratibus, in initio prima partis, n. 10. id probando ex l. nostra & n. 13. id ampliat etiam si promittatur, talem maioratum faciendum cum regia licentia, promittens enim contractum agere, licet nondum ex hoc contraxerit, contrahere tenetur, l. fi. de fideiusor §. meminisse de leg. 1. & l. si quis stipulatus sit Stichum. §. fi. ff. de verb. oblig. not. Couar. in 4. 1. part. c. 4. in prin. n. 1. Boerius, decis. 183. n. 13. Auiles c. 1. pratorum, verbo promessa, n. 1. cum sequentibus pluribus fol. 18. imo & inquit Thom. Grammaticus, decis. Neapolitan. 103. numero decimonono, quod promittens se obligaturum ad decem, potest statim ad decem illa conueniri, absque alia obligatione causa vitandi circuitus, & Auend. respon. 27. numero secundo, & communem testatur Telli. hic numero 15. & Couarru. in c. quauis pactum in inuio. 3. par. in fi. fol. 108. in antiquis de pactu in 6. licet ipse non Grammati. ibidem n. 187. cum aliquibus sequentibus id reprobare velit non tamen negant ipse & sequaces quin obligatus remaneat, de quo & per Trach. de retractu conuentionali ad sine in inuio. numero 40. cum aliquibus sequentibus, & facit 1002.

& quæ

Et quia ibi diximus in l. 2. titulo decimosexto, infra hoc lib.

5 Ibi, Por contrato entre vivos, sed an idem si per testamentum & aliam ultimam voluntatem, & dicendum est cum Peral. in l. si quis in prin. testamenti. numero 138 pagin. 454. de leg. 3. securo & relato per Pelaez, de maiorati. 1. part. quest. 28. numero decimo, & in initio 1. partus. numero 13. & Alvarado, in tract. de contest. mente testatoris libro 3. capic. 2. in princ. numero 49. Et iterum ibidem. §. 2. numero 17. quod non erit idem nisi in testamento ipso facta sit talis promissio per viam contractus, & acceptetur per filios ipsos vel per quos alios in quorum favorem facta est talis promissio, secundum Pelaez ubi supra. quem refert & sequitur Velazquez, hic in glos. 1. num. 12.

Ibi, De no majorar, quod idem est ac si diceretur de relinquendo filijs legitimis æqualiter si secundum Deci. consil. 184. col. 2. versi. sed tamen sequenti, de quo & loquitur idem Deci. consil. 475. numero 21 & Bald. in l. cum archiatri. col. fin. C. ut in possessio. lega. Burgos de Paz iunior, in questionibus suis, quest. 1. numero secundo, ubi & an valeret tale pactum dubitabant, & refert Anton. Gom. hic numero 21. in fin. & per text. nostrum patet valere. Est tamẽ optimum dubium in propositum num si pater in contractu & scriptura quadam publica inter ipsum & filium confecta, promittat ipsi filio tertio bonorum suorum vt contrahat matrimonium cum tali puella, ipseque filius acceptet illud in eadem scriptura, & dicat & finiat eam ijs verbis, *Que sacado para mi el dicho tercio seamos yo y todos los demas mis hermanos igualados por iguales partes*, videatur patrem promisisse non 7 meliorare si in quinto alium ex filijs, quam quidem questionem in alio simili casu proposuit, Suarez in l. quoniam in 9. quest. l. regia pagin. 229. numero decimotertio & decimoquarto, ubi numero 17. & 18. legem nostram ad hoc considerat, & concludit, quod in casu, per ipsum proposito, dicta verba erant concepta in personam tertij & sic filij ipsius loquentis, non vero in personam illius, qui obligandus erat, ne alium filium melioraret, cumque in ipsius personam non sint verba directa, nimirum si non censeatur potestas oblata meliorandi alium ex filijs, neque ex dictis verbis colligitur clara patris obligatio de non meliorando alium ex filijs, prout ex l. nostra inquit Suarez, dispositum esse quod clare debet de tali obligatione, constare, nam licet dicatur, *Que por tan igualmente sacado el tercio*, non tamẽ dicitur neque disponitur quod ipse pater non possit meliorationem aliquam in quinto facere, item quia contra eum qui dispositionem potuit apertius describere est interpretatio facienda, itẽ & alijs, quæ Suarez ubi supra, adducit, hæc fundari possunt, & itidem ex lege nostra iubente esse omnino de hoc scripturam publicam faciendam, ita vt clare & specificè colligatur mens patris promittentis alium non meliorare, pactum tamen inter fratres de non acceptanda si melioratione sine patris consensu factum nihil valeret, vt pote, quia contra l. si. C. de pactis, quæ per nostram non corrigitur, secundum Sua. d. l. quoniam 9. 9. nu. 17. pag. 231.

Ibi, O descendentes, ex ijs verbis colligitur clare, quod si pater promittat non meliorare aliquẽ

ex filijs, non comprehendetur nepos, si sic nihilominus poterit meliorare nepotẽ si per verbum, filios non melioraturum promittat. Nam cum lex nostra per verbum descendentes, loquatur, à sufficienti partium enumeratione, probari videtur ex lege nostra supradictam doctrinam, ita vt tunc filiorum appellatione non comprehendantur nepotes, vt expresse tenet Did. Perez in addition. ad Segur. in l. 3. §. si. nu. 51. ff. de lib. & postu. Et tetigit Pela. de maioratibus. 1. p. 9. nu. 19. dum ibi allegant Cifuent. hic in bona questione, & faciunt qua ibidem adducit ipse Pelaez. Quod intelligo quoties dicta promissio de non meliorando fuit absoluta & voluntaria simpliciterque facta, secus si ex aliqua causa quæ durat & in qua consideratur effectus puta causa matrimonij, nam tunc promittens non meliorare aliquem ex filijs non poterit meliorare nepotes, & sic procedant Doctor. id absolute tenentes vt aduersus Tellius, hic n. 7. & Gutierrez de iuramento confirmatorio, prima parte capitulo 59. num. 11. & nouissime Velazquez, hic gl. n. 2. sed Matienzo, hic gl. 1. nu. 4. indistincte contra tenet, imo quod nepos meliorari non possit virtute pacti de non meliorando filios siue simpliciter, siue cum causa fiat & hoc l. nostra attentia est forte verius, & hanc ipse Matienzo, communem testatur, sed an pro anima poterit disponere dic quod sic, vt per Angulo hic glos. 6.

Ibi, Es scriptura publica, & sic alia quam publica non sufficit cum istud pro forma substantiali à lege nostra requiratur, nam cum lex aliquid introducit de nouo, cui certis modificationibus omne in ea expressum censeatur de forma substantiali, secundum Deci. relatum per Tellium in l. 3. Tau. 2. par. n. 16. Et iterum in l. 17. Tau. n. 68. Et in presenti n. 4. & omnis si qualitas à lege requisita censeatur de forma substantiali, secundum Auen. respon. 14. in si. adde vt tunc neque per æquipollens impleri possit, vt per Telli. dict. num. 68. Et Rebus. in concord. rub. forma mandati apost. in prin. pag. 13. & Boeri. de ciso. 1. n. 44. neque regula illa, nihil refert quod per æquipollens fieri, habet locum quoties illud, quod debet fieri ponitur pro forma, secundum Segura, l. cum ex familia. §. sed si fundum. n. 14. & 15. de leg. 2. ubi nu. 9. inquit quod tunc etiam si in minimo actus deficiat viciabitur actus, & quod pro forma in nostra l. in casu isto de non meliorando aliquem filium vel descendente scriptura publica si pro forma substantiali requiratur, tenet Castillo & Telli, nr. 4. & 5. hic & Burgos de Paz consi. 32. nu. 1. cum sequentibus lib. 1. & Molina de primogenijs lib. 2. cap. 8. nu. 13. & eis relatis Burg de Paz iunior, in questionibus suis que. 4. num. 6. ubi nu. 7. duos casus ex l. nostra constituit, primus est quando ascendens facit pactum de non meliorando aliquem ex filijs aut descendentes, secundus quando ascendens facit pactum de meliorando aliquem ex descendentes; in primo casu requiritur scriptura publica, in secundo vero non, & hoc probat ipse Burgos in d. n. 7. Et 8. tribus rationibus, prima quia lex nostra in sui prima parte loquitur, quando tale pactum fit, simpliciter, non per viam onerosam, in secunda vero parte quando fit ex causa onerosa, & sic nimirum quod in prima scriptura requiratur publica, in secunda non; hæc tamen

tamen ratio nõ satisficit quia ea attendenda dicendū esset, quod si dicta promissio de non meliorando fieret ex causa onerosa non requireretur scriptura quod est contra legem nostram indistincte loquentem, igitur non est congrua ratio hæc, secundam rationem assignat quia non est bona illatio de vno casu ad alium, cum diuersi casus sint *ex l. Papinianus exuli. ff. de minori.* sed iuris est quod valet pactum sine scriptura sicut cum ea, & testibus probari potest. *l. pactum quod bona fide. C. de pact.* si igitur potest fieri pactum absq; scriptura, consequens est quod ex eo in secunda parte nostræ l. non fit mentio de scriptura quod hoc fuerit omissum, & sic remanserint in dispositione iuris communis, & sic quod de substantia in hoc secundo casu, de meliorando non requiratur scriptura, & quia si legislator id voluisset, expressisset in hoc secundo casu, sicut in primo expressit, & quia id non fit, noluisse consequitur, & sic inquit ipse Burgos, *in dict. numero octauo, in fine,* audiuisse à suo genitore fuisse iudicatum in Pinciana Cancellaria etsi prius causa tãquam dubia remissa fuerit, & hanc differentiam inter hos duos casus constituisse legem nostram testantur Castillo verbo *scriptura.* Lopius numero quarto, & Anton. Gomez. numero 28. & Tell. numero 4. hic & Couar. *ca. quamuis pactum in initio. 3. partis. numero 2. ad si. de pact. in 6.* & eis relatis nouissime Matien. *hic gloss. 2. numero primo,* qui numero 2. & 3. assignat rationes differentie inter hos duos casus nostræ l. mihi tamen applaudet ratio differentie à me considerata scilicet, quod ideo in pacto & promissione de non meliorando requiratur scriptura publica, quia illud faciens contrahentis iuris nostri dispositioni & libertati ac potentie ab ipso iure ipsi paciscenti concessæ, de meliorando aliquem ex descendentes suis, idque difficilius est, ideo nimirum si vt de firma ac determinata voluntate paciscentis appareat, & deliberatius factam esse quod scriptura publica requiratur, in secundo vero casu, scilicet, de meliorando, reducitur ad ius nostrum regium, id concedens, igitur non est ita necessaria scriptura, quia facilius mouentur ad hoc parentes, & vbi maius periculum vertitur cautius est agendum, & an valeat statutum quod per vnã tantum speciem probationis † aliquid probetur vide latissime Asinium *in pract. civili. §. 9. cap. 5 per totum* vbi pluribus modis id declarat & limitat

13 & quæ dicatur † scriptura publica Telli. *in d. numero 68.* inquit esse illam, cui soli sine adminiculo de iure vel de consuetudine speciali creditur, quam communem testatur doctrinam Orocius, *super ff. vet. col. 735. numero 3. & dixi in l. 1. iul. 21. sup. lib. 4.* notandum tamen est singulariter, quod in hoc casu vbi scriptura publica requiritur & in alijs similibus de quibus per glo. in cap. 1. de cens. in 6 si de promissione de non meliorando non

15 est facta scriptura, potest probari per testes † promissio, non ad hoc vt ex hac probatione reus condemnatur, sed ad hoc vt compellatur scripturam facere secundum Angel. relatum & secutum per las. in l. certi condicio. §. quoniam numero 13. ff. si cert. petat. quam tamen cautelam in materia nostra intelligerem veram esse, antequam promissori ipse procederet ad meliorandum alium ex descendentes, itaque res esset integra, secus vero

alias, quoniam per meliorationem factam censetur recessum à promissione illa de non meliorando sine scriptura facta, & in præiudicium post meliorati nihil fieri potest, præsertim quia cum promissio illa de non meliorando verbis tantum facta nulla sit, tanquam forme substantiali legis nostræ contraria, dicta doctrina Angel in nostrum propositum & materiam admittendam esse in practica, maxime dubito, ex eo enim quod nullum est nihil gigni potest, cogitate vos. Sed an si promissio talis de non meliorando sine scriptura publica facta, iurata sit, *suff. 16

ficiet vt valeat? videtur quod sic, argumento, in simili doctorum per Hippolyt. in pract. §. secundo, numero sexagesimo sexto, & tenuit expresse in nostris terminis noster Gutierrez in tract. de iuram. confirm. 1. parte. capit. 59. numero octauo. cum tribus sequentibus, sed an per priuatam scripturam † poterit fieri dicta promissio de non meliorando & valebit, dic quod non, quia lex nostra non respicit probationem, sed solemnitate, vt inquit Telli. hic & eo relato Matienzo, *hic glo. 2. numero quinto & Guterius de iuram. confirm. 1. part. capit. 59. numero nono,* & Burgos iunior *in dict. questio. 14. numero decimo.* & sequentibus aliquibus, qui tamen tenet in numero decimo tertio, cum sequentibus, quod si est recognita à parte sufficiet, & sic in n. 18. inquit audiuisse à patre suo in Cancellaria Pinciana iudicatum & sequitur Velazquez, *in present. gloss. 1. num. si.* & communem dicit Angulo *hic gloss. 4.* idem ibi dicit per confesionem patris, quod durum videtur & contra legem nostram sed communis sequenda est ex quo & videtur contra eam esse. id quod Matienzo *in dict. gloss. 2. numero 6.* dum firmat posse probari dictam promissionem sine scriptura factam quinque testibus, nam licet id verum sit in alijs casibus vbi scriptura requiritur, & non interuenit, non tamen in terminis nostræ l. eo quod deficit eius forma & solemnitas substantialis in tali promissione sine scriptura facta & per consequens nulla est & inualida talis promissio. & sic solemnitate probatoria validari non potest, & per consequens etiam dubito de dicta doctrina vbi adest iuramentum intermedium de qua supra dixi, nam & tunc dubito an valida sit talis promissio de non meliorando iurata sine scriptura publica facta, quia iuramentum intelligitur secundum naturam contractus super quo interponitur, & differens est si interponatur rebus existentibus in terminis iuris civilis, *l. pactum quod dotali. C. de pactis,* & similitum iurium cum ibi pro forma non requiratur scriptura publica prout hic requiritur, facta tamen scriptura publica de nõ meliorando, si perita sit, sufficiet testibus probari, prout in alijs casibus vbi requiritur sufficiet secundum las. l. cum proponas la. 1. num. 6. C. de pactis, quia tunc adimpleta est forma nostræ l. & ita tenet Castillo *hic secutus per Burgos de Paz dict. quest. 4. numer. 26. cum sequentibus* vbi declarat qualiter debent declarare testes, & Matienzo, *hic gloss. numero sexto,* & sic inquit Molina *dict. numero 13.* de supradictis dubitandum & deliberandum, cum in casibus vbi scriptura requiritur, pluribus alijs modis id probari posset, sed est quæstio noua, num si pater & secunda eius vxor dotantes filiam ipsius mariti in primo ipsius mariti matrimonio

Quæstio.

habitæ

habita promittant, per scripturam publicam nō meliorare alios filios vel descendētes ipsius mariti in dicto primo matrimonio procreatos, an
 18 valebit pactum respectu istius secundæ vxoris † promittentis vel volentis alijs filijs aliquid relinquare in modum meliorationis, & dicendum est non valere pactum hoc respectu istius vxoris secundæ, eo quod de iure ciuili pactum hoc, de
 19 non ab antagrandō † alios nullum est, tanquam bonis moribus contrarium, vtpote quia liberam auferit testamenti factionem, vt optime per Decium consilio. 184. & Bald. & alios relatos per Anton. Gomez hic numero vigesimoprimum in fine, & Guterium in tractatu de iuramento confirmatorio. 1. parte. capit. 59. numero primo, cum aliquibus sequentibus, neque obstat lex nostra, loquitur enim circa parentes, cum descendētibz, non vero circa extraneos & sic in extraneis remanet ius commune illæsum, vt voluit Anton. Gomez hic numero vigesimoprimum, columna secunda, quod intelligit Guterius vbi supra numero secundo, quoties referitur dictum pactum ad testamenti factionem, secus vero si ad contractum.

Ibi, *No pueda hazer*, Correctoria est legum ciuiliū dicentium & probantium, non valere pactum æquandi filios in hæreditate, ex l. pactum quod dotale. C. de pactis & l. pactum dotale. C. de collatio. & ex similibus iuribus per Doctores hic allegatis, & per Guterium. dist. capit. 59. prima partis numero primo, & sequentibus, vbi numero octauo, inquit legem nostram esse correctoriam iuris ciuilis & additio, Suarez in l. quoniam. q. 9. legis regia numero 15 pag. 230. & Mincha. tom. 1. §. 1. num. 16. in princ. & voluit Anton. Gomez, hic numero 13. versi aduertendum tamen, ipse vero potius eam dicerem declaratoriam & limitatoriam iuris ciuilis, scilicet, quod tunc demum valeat dictum pactum de æquandis liberis & non meliorando aliquem ex eis, quoties fit per ascendentem aliquem respectu descendētiū prout lex nostra expresse loquitur, non vero si respectu extraneorū, quoniam tunc leges ciuiles in suo robore existunt & lex nostra vltra casum in quo loquitur non est extendenda, ne demus correctionem, sed potius debemus eam declaratoriam fateri, dicto modo, vt in prin. huius numeri 19. dixi, quæ quidem lex nostra cessabit si filius ille aut descēdens in cuius fauorem est factum pactum hoc de non meliorando, adhuc viuente promissore renunciauerit † huic pacto & eius fauore: nam
 20 tunc cessabit pactum etiam in præiudiciū suorum filiorum, vt tenent relati per Guterium in cap. quamuis pactum in principio, num. 26. col. 382. de pactis in 6. & Matienzo hic gloss prima. numer. 3. qui tamen num. 5. & bene hoc vult declarare, vt procedat, quoties simpliciter absq; respectu alterius tertij fuit factum pactum illud, puta quia fauore matrimonij contrahendi cum aliqua muliere fieret pactum, quoniam tunc in præiudiciū illius mulieris cum qua contraxit renunciatio talis nil valeret, prout & optime considerat Guterius de iuramen. confirma. 1. par. cap. 59. num. 12. & 13. & verissimum iudico & hæc est vna limitatio ad l. nostram, quarum vna est vt non procedat respectu illius filij in cuius fauorem dictum pactum est factum, nā illum meliorare poterit, ne quod fauore introductum est in eius odiū retorquea-

tur, tertio limitat Matienzo. hic glo. 3. num. 2. & Velazquez glo. 1. nu. 7. vt melioratio facta contra dictum pactum sit nulla, sit verum & procedat quo ad ipsum filium, cui facta fuit, secus vero quoad alios filios quoad quos valida erit, vt inquit tenere Castillo hic quasi vtile ab inutili, tūc separari possit quod tamen videtur non satisfacere eo quod lex nostra indistincte disponit meliorationem in contrarium factam non valere igitur indistincte quoad omnes id intelligendum procedere, lex enim vbi non distinguit neque nos distinguere debemus, neque diuidendus actus vnus circa diuersos cum ipsa promissio indiuidua videatur, cogitabis. Quarta vero limitatio, scilicet, quod tex noster non procedat quoties filius cui pactum fuit factum, moritur sine filijs, tunc enim melioratio in contrarium facta valeret, nam ex eodem fonte hæc limitatio non applaudet, nam cum pactum factum sit descendenti, & de non meliorando aliquem ex descendētibz vel omnes, stamus in terminis nostræ legis, & per consequens seruandum est omnino pactum quoad hæredes istius cui fuit factum, etiam extraneos debet transire, vt in simili specie inquit Tellius hic num. 10. & probatur ex l. secundā, vbi ali. & Doct. l. de contrah. & commit. stip. & ex titul. C. vt actiones ab hæredibus, & sic quamuis illæ cum quo fuit factum pactum moriatur ante vel post promittentis patris, seruandum est pactum, vt inquit Guterius. d. c. 59. num. 13. & sequitur Tellius. hic num. 20. & nouissime Angulo. hic glo. 10. num. 6. & 7. contra tamen tenet Matien. hic glo. 3. n. 3. & glo. 4. num. 4. alios referens & hanc veram dicens, & eam teneo si talis filius sine descendētibz mortuus fuit viuo patre, & in effectū ita etiam tenuit Angulo, vbi sup. quamuis Velazquez, hic glo. 1. num. 9. cogitandum relinquat male, nam si pater est viuus ipse est hæres qui non potest esse stipulator & promissor, creditor & debitor, & sic cessat scriptura ex confusione actionum, si vero est mortuus tempore mortis filij nō potuit scripturā reuocare, & sic nullum dubium in quolibet horum casuum dari neque cogitari potest.

Ibi, *No vala*, superflua videntur verba hæc, nā cum lex nostra per verbum negatiuum præcipiendo, necessitatis esse includat seruari legis nostræ normam, ibi, *No pueda hazer*, quidquid in contrarium actum est, nullum est, tanquam factum contra legem prohibitiuam, quæ quidē lex prohibitiua clausulam derogatoriam † dicitur habere ex l. non dubium. C. de legibus. & ibi
 21 Doct. maxime las. num. 17. & per totum titul. & ibi glo. l. omnes. C. ne fide iussor. doti dentur, ergo superfluum fuit addere verba hæc, *No vala*, Excusatur tamen legislator ab hac superfluitate, eo quod lex ista sit nouitatis introductiua, imo aliquo modo limitatiua iurium ciuiliū, & vt euentur scribentium iudicia super nullitate lex nostra id clarius verbis ijs expressit, quod satis est vt superfluitas euitetur, secundum Felin in c. solita. col. 3. de maior. & obed. vbi & alios octo modos excusandi a superfluitate declarat, & gloss. antiqua. 1. Regula Cancel. Apostol. 1. & Ant. de Burgos. cap. cum causa de emptione, & vendi. sed an nō obstante tali pacto de non meliorando aliquem ex descendētibz poterit pater promittenti aliquam

aliquam donationem remuneratoriam vni ex
 descendens facere & valebit talis donatio,
 & Castillo hic in gl. que no valga, inquit quod sic,
 22 † quasi in viam meliorationis tertij & quinti nō
 sit computanda talis donatio, sed vt æs alienum
 soluenda est, prout in simili dixi in l. 1. sup. hoc tit.
 Et lib. 7. Angulo, hic glos. 6. quod exemplificari
 potest quoties filius vnus patri seruiuit colendo,
 & administrando & laborando manibus pro-
 prijs bona patris sui excusando famulum ad id
 omnino per patrem conducendum, cui quidem
 pater in testamento in remunerationem illor-
 um seruitiorum aliquid legauit, idque valere
 videtur non obstante pacto ab isto patre facto
 de non meliorando aliquem ex descendentibus,
 eo quod hoc nō in vim donationis, sed solutio-
 nis debiti videtur legatum, & sic non contraria-
 tur pacto illi, secundum Castillo hic Et Gomez Arias.
 l. 28. Tau. dum tamen id legatum non excedat
 meritā seruitiorum illorum, vt dixi in l. pen-
 nul. infra isto tit. Et lib. in fin. verbis contrarium
 tamen in hoc casu asseruerunt Couar. & Telli.
 Couar. referens in ea l. Tauri. 28. cuius opinione
 veriorē dixit Baeza, de dotibus c. 17. num. 3. nam
 quæ seruitia filius patri faciet, quæ non & maio-
 ra patri debeantur, vt considerant in d. l. 1. sup. isto
 tit. & tunc non potest dici donatio remunerato-
 ria, vt inquit Tiraquel. l. si vnquam verbo donatio-
 ne largitus, num. 106. C. de reuocan. donatio. item
 quia ex irrita illa doctrina Fulgo. l. illud C. de collat.
 tali filio de iure nullum debetur salarium, vt per
 Ant. Gom. l. 29. Tauri. nu. 24. Et Guterium late, de
 iuram. confir. 1. par. ca. 5. num. 7. cum sequentibus a-
 liquibus, nisi pater illi filio per viam contractus
 salarium constitueret, quia tunc deberetur ei, vt
 tenet Nauar. in manuali, cap. 17. num. 148. Et Ho-
 ros. l. si pactus col. 840. ff. de pactis, vel esset filius e-
 mancipatus extra patris potestatem constitutus,
 tempore quo hæc seruitia impendit, nam tunc
 deberetur salarium, secundum Guter. vbi sup. num.
 10. & per consequens si matri fieret tali seruitiū
 deberetur, vt per Guter. ibi, num. 12. vel itidem es-
 set, si nepos vel neptis, hæc seruitia vel similia
 auis impenderent, nam cum non sint in auuncu-
 lorum potestatem, secundum Ant. Com. l. 47. Tau.
 in fin. Et c. de iure possit peti tale seruitiū per istos,
 merito quod non computetur in vim meliora-
 tionis, secundum Couar. Et Telli. vbi sup. & per cō-
 sequens circa tales cessabit pactum de non me-
 liorando, vt eo non obstante in remuneratione
 dictorum seruitiorum legatum valeat, quia id
 computatur & soluitur vt æs alienum quoties
 id testator expresse vult, & declarat soluendum
 pro remuneratione illorum seruitiorum vsque
 ad condignam satisfactionem eorum & non
 amplius, & per consequens si tenemus distinc-
 tionem Baezæ relatam per Guterium, vbi supra, nu.
 7. secundum quam plures consului & vidi con-
 sultum per alios & æquitatem præ se fert, idem
 erit in hoc casu sicut in alijs emancipatis filijs,
 quia vt æs alienum soluetur, etiam si Guterius,
 ibidem velit contra dictam distinctionem Baezæ
 tenere & iniuste in eo videri, nam cur vnus fi-
 lius labore suo & manibus augens bona patris
 non poterit aliquid mercedis petere, & cur alijs
 filijs non laborantes participabunt de dictis e-
 molumentis æquales existentes laboranti, &

in sudore vultus sui bona augenti.

Ibi, Por via de casamiento. Si intelligis hæc
 verba respectu filie in matrimonium collocan-
 da non procedit hodie lex nostra in isto secun-
 do casu, cum de meliorando † eam ob matrimo-
 nij contractum fit talis promissio cum ex text. in
 l. 1. tit. 2. supra isto lib. filia meliorari non possit ob
 matrimonij contractum, & sic respectu filie abs-
 que dubio non procedit casus secundus nostræ
 legis, si in vim dotis promissio de meliorando
 eam fiat, vt tenet post hæc Matienço, hic glos. 4. nu-
 mero secundo, sed an idem erit in casu primo no-
 stræ legis, scilicet si filie alicui dum nuptui tradi
 tractatur & matrimonium contrahitur inter eā,
 & tertium aliquem pater promittit ei scriptura
 publica inrecedente se non melioraturum ali-
 quem ex filiis, vel descendens, † & in hoc 24
 reperio solum modo duos autores hoc tangen-
 tes & inter se contrariantes in hoc puncto, Ma-
 tienço enim hic in glos. 1. numero sexto Et septimo,
 tenet non obstante dicta lege de las dotes in dict. titul.
 1. l. 1. supra hoc libro situata, valere dictam promissio-
 nem Et 1. ouissime late Angulo, hic glos. 1. numero
 3. cum sequentibus, noster tamen doctor Guterius
 in d. tract. de iuramento confirm. 1. par. cap. 59. nu-
 mero 14. inquit non valere dictam promissionem
 propter dispositionem dictæ l. de las dotes, & re-
 vera hæc opinio semper mihi placuit, nam ne-
 gari non potest, quin fiat quædam melioratio
 huic filie, dum pater sibi adimit potestatem me-
 liorandi filios alios, id enim quod pater poterat
 in vim meliorationis alicui ex filiis, ex legis pro-
 missione legare & donare, quis dubitat nisi
 quod veritur in commodum dictæ filie virtute
 dictæ promissionis, igitur est contra dictam legem
 de las dotes, & hoc præsertim si pater in ta-
 li promissione asserat se non alium filium, vel
 descendens melioraturum & si casu melio-
 rauerit vult ex nunc prout ex tunc melioratio-
 nem illam ipsi filie factam censeret, vel promittat
 nullum alium nisi ipsum melioraturum, tunc e-
 nim absq; dubio hæc secunda opinio procedit.
 & regula illa in qua Matienço se fundat, scilicet,
 quod hæc non est melioratio in hac secunda
 questione id negatur omnino, cum id quod alii
 relinqui potest non possit iam relinqui ob cau-
 sam dictæ promissionis de non meliorando, er-
 go plusquam alias pro sua legitima huic filie
 pertineret si filius alius melioraretur per patrem
 hunc, percipiet filia hæc, si igitur plus percipit est
 contra dictam pragmaticam de las dotes, & per
 consequens non valet, & per dictum doctorem
 Guterium alia ibidem fundamenta adducuntur
 pro hac opinione quæ antequam in publicum
 illa prodiret multoties contulimus inter nos
 priuatim hanc questionem, & in hanc semper
 inclinauimus sententiam, licet ipse in clario-
 ribus terminis eam proponet, quamuis in eis-
 dem in effectu proponit eam, retenta vt vera
 opinione quod ad sciendum valorem legitime
 talis filie dotata habeatur respectus ad tem-
 pus promissionis dotis, vel ad tempus quo pa-
 ter moritur id quod filia ipsa magis elegerit
 secundum terminos legis vigesimanone Tauri.
 quæ in hoc de eligendo tempore secun-
 dam aliquos, Et Angulo hic glos. primo, nu-
 mero decimo, circa filiarum dotes in suo esse
 remansit,

remanfit, prout ibidem diximus: notandum etiam posse videretur ex his verbis nostri text. *Por via de casamenco.* Quod idem erit, & in hoc secundo casu nostræ legis si talis promissio meliorandi fieret ex causa simplici, & ob meram donationem non vero ob causam matrimonij, vel aliam onerosam dum tamen talis melioratio ¶ fiat irrevocabilis ex vi iuramenti interpositi ad eius validitatem vel ex traditione possessionis rerum donatarum vel instrumenti donationis meliorationisque: lex enim nostra casum hunc non excludit nec exclusisse censetur, cum ex l. 1. supra isto nostro titulo, & libro ex dictis causis traditionis instrumenti vel possessionis fiat irrevocabilis donatio tertij, & per consequens fiet promissio talis donationis faciendæ irrevocabilis, cum promittens dotare * ita remanet obligatus ac si expresse se obligaret secundum *Tellium hic nume. 15. & Matienço hic gloss. 7. & alibi diximus & in principio huius legis* quamvis *Matienço hic gloss. 2. num. 4. & Castillo hic num. 24.* velint solum legem nostram in hoc secundo casu procedere quoties ex causa onerosa fit promissio meliorandi, & non aliàs, quod mihi videtur supplendum ut idem sit ex quacunque alia causa ex qua promissio meliorandi fieret irrevocabilis, cum idem operetur promissio de obligando sicut ipsa obligatio ut dixi, nihilominus tamen in casu contingentia latius considerabis.

Ibi, *Otra causa onerosa.* Intellige secundum *Anzon. Gomez hic numer. 22. & Tellium 17.* dummodo talis causa onerosa sit respectu alterius tertij cum quo contrahitur & contrahendum est, ut dispositio nostræ legis locum habeat quod probant ex l. 1. supra isto titu. & quia cum dictio, *otra*, sit repetitiva similibus & in præcedente de matrimonio dictum sit, quod quidem est inter matrem & sceminam, & sic cum tertio, merito quod idem in his verbis. *Otra causa onerosa.* Dixi & tenui si bene memini *alibi & nouissime hoc videbitis, Matienço hic gloss. 6. & Angulo gloss. 9.* ita tenentes, hæc tamen in primo casu nostræ legis de non meliorando non requiritur causa secundum omnes hic ut per *Angulo hic glo. 1. in principio.*

Ibi, *sean obligados a lo cumplir.* Ergo permittitur hic pactum de succedendo contra. l. *pactum quod dotali. C. de pactis & similia iura & per consequens lex nostra illius correctoria est, ut late hic perpendit Antonius Gom. & Matienço gloss. 4. num. 1. & sequentibus*, ego tamen tenui supra hac l. & iterum repeto quod illa lex non corrigitur per nostram, sed declarat potius, & minus corrigetur in hac dispositione, ex eo quod hic non datur pactum de succedendo, eo quod non est totius hæreditatis, sed potius tertix & quintæ partis, quo casu valet nec improbatum ex pacto de succedendo, tunc enim improbatum pactum hoc quoties est de tota hæreditate, ¶ ut probatur ex text. adnotante ibi gloss. 2. l. 33. titu. 11. parti. 5. secus si de parte aliqua, item quia per contractum inter viuos de quo lex nostra loquitur optime potest fieri dictum pactum prout voluit gloss. l. finalis C. de pactis, libertasque testandi non adimitur in l. nostra ut pote ex quinto est testamentum adimplendum ut in hoc titu. diximus. Notandum itidemque quod quamvis l. nostra non disponeret quod teneretur promittens meliorare adimple-

mentum meliorationis promissæ & compelli possent adhuc ex non implemento, * non intringeretur matrimonium ob cuius respectum talis promissio facta fuit ut in simili inquit *las. in l. pacta nouissima colum. penul. in si. cum sequentibus. C. de pactis.*

S V M M A R I V M.

- 1 Quot tempora habeat filia meliorata ad eligendum bona patris meliorantis, an dos si excessiva vel non nu. 1. ubi declaratur.
- 2 Tempus mortis donantis inspicitur etiam in donatione ad ordines suscipiendos. 2.
- 3 Intellectus. l. 29. Tauri, quæ est 3. titu. 8. infra isto lib. num. 3.

L. 7. Quæ erat. 23. Tauri.

S V M M A R I V M.

In melioratione tertij habenda est consideratio ad valorem bonorum tempore mortis meliorantis non vero tempore factæ meliorationis.

I Bi. *Al tiempo de su muerte.* Similis text. in l. supra isto titu. ubi aliqua dixi, non procedit tamen. l. nostra in casu legis 29. Tauri quæ est l. 3. titu. 8. infra isto lib. scilicet cum dos & donatio propter nuptias trahuntur ad collationem & partitionem in hæreditatum diuisione procedentium ab ipsis meliorantibus, tunc enim attendetur tempus factæ ac promissæ dotis vel donationis propter ¶ nuptias vel tempus mortis defunctorum secundum quod elegerit ille in cuius fauorem dos vel donatio propter nuptias facta est, ut tenet hic *Angulo gloss. 2. num. 6. & in l. præcedente gloss. 1. numero 10.* quod sublimita quoties tractatur de hoc, mortuo iam donatore, vel dotem constituyente, secus si eo viuo agatur ad reformationem dotis filix alicui constitutæ ultra legitimam contra dispositionem pragmaticæ 101. de Madrid, quæ est l. 1. titu. 2. supra isto libro nam tunc omnino est attendendum tempus dotis constitutæ quoniam dotans non est mortuus prout ex ipsamet l. patet ibi adnotante *Baeza capit. 31. & ibi dixi*, & idem esset quoties inter partes esset conuentum de tempore & esset tempus assignatum ad hoc & constitutum per partes, nam tunc illud inspicietur secundum *Tellium hic numero 4. & 17. & iterum in l. 25. Tauri num. 3. versiculo ad primum*, sed quæstio est num in donatione facta filio ut ad titulum eius ordines suscipiat, debeat haberi consideratio temporis mortis donantis, & respondeo quod sic, * nam licet ista donatio sit irrevocabilis ex parte donantis secundum *Tellium. l. 17. Tauri num. 16.* imo & ex parte donatarij irrevocabilis est usque dum prius consequutus sit beneficium sufficiens pro eius substantiatione secundum decretum concilij Trident. sess. 21. de resor. c. 2. quia tamen donatio talis non imputatur in legitimam, sed habetur tanquam simplex donatio

secundum Tellium l. 26. Tauri num. 16. cum sequenti. & sic in tertio & quinto computatur si descendenti fiat & si extraneo in quinto, tantum habebitur consideratio ad valorem bonorum tempore mortis donantis relictorum, & sic semel in facto respondendi, nec obstat. d. l. 29. Tauri quæ est l. 3. tit. 8. infra isto lib. ibi. Y las otras donaciones. Nam verba hæc in omnibus alijs ꝑ ob causã factis non vero in simplicibus intelliguntur secundum Tellium ibi, nã ut ibi ipse Tellius inquit num. 26. & ibi Matienço donatio ob causam non est illa quæ ob causam necessaria fit, cuius quidem naturã non est donatio ad suscipiendos ordines facta, quia hæc voluntaria est, & licet simplex donatio, & consequenter de ea quoad dictam temporis computationem faciendam iudicandum est quod de alijs simplicibus donationibus iudicatur, & in l. 10. infra isto tit. alio modo quam Tellius verba illa dicit l. 29. intellexi ut non obstat supradictis quæ mihi semper placuerunt, licet alijs fortassis displicebunt.

S V M M A R I V M.

- 1 Verba quæ non possunt verificari in iure expresso valent in differenti etiam maiori. 1.
- 2 Facultas concessa ad maioriã constituendam de tertio & quinto quamuis sit inualida, sustinetur in illo tertio & quinto. 2.
- 3 Testator si instituit extraneum in quinto bonorum, præteritis, vel ex hæredatis filijs, an valebit testamentum in tali institutione. 3. & ibi, quid si filius instituitur in tertio & quinto alio filio præterito.
- 4 Testamentum an valeat, in quo descendens instituit extraneum ascendente præterito, an valebit in tertio bonorum, de quo disponere poterat. 4.
- 5 Filius licet directo non possit substitui à matre, tamẽ si substituat. & velit valere in vim fideicommissi, vel per clausulam codicillarem appositam valebit. 5. ubi, quoad quid valebit.
- 6 Filijs si relinquatur aliquid in testamento iure legitime & tanquam hæredi instituto non annullatur testamentum, sed agit ad supplementum legitime. 6. nisi ut ibi.
- 7 In casu. l. nostræ, conservatur melioratio si una ex duabus causis, scilicet, præteritionis & exheredationis annullatur. 7.

L. 8. Quæ erat 24. Tauri.

S V M M A R I V M.

Melioratio tertij & quinti valet quantumvis testamentum in quo facta est rumpatur ex causa præteritionis, vel exheredationis.

Ibi. El dicho tertio y quinto. Nam & sic videmus quod verba quæ non possunt verificari in iure

expresso valent in indifferente etiam maiorem ꝑ leg. diuus. ff. de usu. & habit. & sic habens facultatem ad faciendam maioriã in tertio & quinto quamuis facultas sit inualida sustinetur in illo tertio & quinto de quo sine facultate ꝑ potuit disponi secundum Pelaez de maiorat. in initio primæ partis. numero 8. & 9. vbi num. 12. inquit legem nostram etiam procedere in maioratu facto in testamento, & sic nimirum quod lex nostra disponat quod quamuis testamentum non valeat ex causa præteritionis, vel exheredationis, valeat tamen in illis in quibus disponi potuit, conducentque huic nostræ legi quæ diximus in l. 1. tit. 4. supra isto libro in gloss. En las mandas y en las otras cosas. & in num. 64. vbi eam declaravimus, & quæ late tradit in propositum authent. ex causa. C. de lib. præ. vel ex hære. huic nostræ similis Iulius Clarus lib. 3. sententiarum testam. q. 52. cum duabus sequentibus. & an pupillaris substitutio sustineatur in d. l. prima. diximus quod sic contra Couar. relatum & reprobatum optime & late per Telli. 4. p. l. 3. Taur. num. 1. cum sequentibus omnibus, & ibi respondet cuidam. l. partit. quæ contraria videbatur, & hoc clarius procedit præsertim attenda l. 1. titulo quarto supra eod. cum ibidem quamuis nulla ad sit institutio omnia in testamento contenta sine distinctione conservantur prout & inquit gloss. mag. ad fin. in l. fin. titulo 8. part. sexta. reiecta distinctione Couarru. relati per Tellium vbi supra legem illam primam intelligentis in his quæ præcise institutionem hæredis non requirerent, secus in alijs eam præcise requirentibus quam & distinctionem reprobatur etiam Meneses in l. eamquam C. de fideico. num. 70. ut pote quia verba generalia illius legis primæ restrictionem hanc non patiuntur, & tenet gloss. Entrar la heredad. in lege secunda, titulo septimo, part. sexta. quid tamen erit dicendum si testator in testamento instituit extraneum quendam in quinto bonorum filijs suis præteritis, vel ex hæredatis, an quoad institutionem hanc viciabitur * tale testamentum, & 3 videretur quod sic, eo quod in hoc casu iure antiquo vitiabatur tale testamentum quoad institutionem licet altera firma permaneret, exten-
tu in dicta authentica ex causa, & sic quod extraneus hic nihil sit percepturus ex dicta institutione sed quod quintum istud sicut alia bona inter filios suos præteritos vel ex hæredatos æqualiter sit diuidendum, prout expressim tenuit gloss. magna in fi. l. fin. tit. 8. part. 6. in contrarium tamen videtur, quoniam etiam si extraneus ille quintum percipiat nihil de legitimis filiorum capit, nec extraneus ille loco legitime quintum hoc capit, cum nulla sibi competat legitima in bonis illius testatoris extranei, & idem esset si vnus ex filijs institueretur in tertio & quinto bonorum, & alter filius præteratur cum Anton. Gomez relato per Matienço hic gloss. 1. num. 7. & 8. nec dicta. l. 1. tit. 4. supra eod. loquitur in hoc casu cum hæres instituitur ille qui esse non potest sed quoties nullus instituitur hæres, vel si instituitur, ille qui institui potest non vult adire, quod differens est, & hoc clarius procedet si in tali testamento in quo filius præteritur continetur clausula codicillorum, nam tunc in vim codicilli sustineatur ibidem contenta in eo quod testator disponere potuit, secundum Boer. l. 1. quæstione 5. ff. de iure codici. comanuniter
appro

approbatum secundum Alciatum l. 1. §. si quis ita nu. 17. de verb. obliga. & optime per don Anto. Menes. in l. ex testamento numero 3. C. de fideicommi. & tunc censetur filius ille præteritus rogatus restituere quantum illud scriptis hæredibus secundum dictos, & Ias. in l. filius qui in potestate numero 3. ff. de lib. & post. & in auth. ex causa num. 23. C. de lib. præte. & tenet. expresse Anto. Gomez l. 3. Tauri. numero 78. ubi num. 79. hoc uno modo optime declarat ex quo in facti contingencia semel consului quod cum quidam auunculum, & sic ascendentem habens, testamentum fecisset, in quo fratrem suum præterito auctore instituit hæredem* appõsita in illo testameto clausula codicillari quod licet testamentum illud esset nullum, quia eadem est par causa ascendentium, sicut descendentium in hoc casu ex l. 6. Tauri, & ex l. 1. titulo octavo, parte sexta. & dicemus. lege prima, titulo octavo, num. 28. infra isto lib. quod licet testamentum illud sit nullum ipso iure secundum text. in §. 1. in fine. de exhered. lib. & communem testatur Bernard. Diaz reg. 725. & Suarez l. quoniam. 10. amplia. C. de inofficioso testamento & Anto. Go. tom. 1. cap. 11. num. 1. & 5. contra glos. l. filio præterito. ff. de iniusto. rup. & contra glos. l. scimus C. eod. titu. & contra Ias. ibi, communem cum eis & male dicentem contra quos glos. & Ias. facit. d. l. 1. titu. 8. part. 6. quæ quidem ita loquitur in præteritione sicut in exheredatione secundum concinens nostrum doctorem Gutierrez in l. si pater filium numero 13. & 14. ff. de inofficioso testa. tamen propter clausulam illam codicillarem in vim fideicommissi censetur auus ille rogatus, ut tertium illud de quo nepos ille disponere poterat secundum d. l. 6. Tauri fratri illi in testamento hæredi instituto restituat, & sic est declaranda. l. si. tit. 8. par. 6. eodem etiam themate retento infero quod licet filius non possit directo pupillariter substitui à matre, tamen si substituat* velitque mater ut valeat in vim fideicommissi, vel quia apposuit clausulam codicillarem, vel simile quid, tunc licet directe in vim pupillaris non valeret, valeret tamen in vim fideicommissi secundum Anto. Gom. tom. 1. cap. 4. num. 6. hanc magis communem dicentem opinionem & Covarru. in ca. Rainuntius §. 5. fol. 104. de testa. & Menes. l. si frater tuus num. 16. fol. 43. C. de fideicommiss. & quia tunc valebit quo ad legitimam secundum Suarez in d. l. quoniam limitacione 1. numero 14. valebit quoad quantum de quo mater disponere poterat, & quoad illud censetur iussisse restitutionem fieri per venientes ab intestato, & sic adveniente pupillari ætate cessabit substitutio illa fideicommissaria, cum in locum pupillaris successerit secundum Covarru. ubi supra col. 3. in fine & Menes. ubi supra nu. 9. quæ notanda quia singularia. Notandum etiam est quod si filijs relinquatur aliquid in testameto iure legitima & tanquam hæredi instituto, non annullatur testamentum secundum text. in l. 5. in fin. titu. 8. parti. 6. sed filij isti agent ad supplementum legitimæ & sic valebit in alijs testamentum illud ut ibi per glos. penul. maxime si tenemus opinionem quam posui super l. 1. quod ea attentata iam non requiritur legitimam relinquere filio titu. institutionis & tradit Ant. Gom. tom. 1. num. 23. c. 11. & Suarez l. quoniam pag. 4. num. 1. ubi pag. 9. nu. 15. verfi. non est omnimodum hoc intelligitur pater

ruptem personam instituisse relinquendo filio aliquid pro legitima sua, quia tunc posset totum testamentum quærelare. Notandum est ulterius tunc demum meliorationem hanc tertij & quinti conferuari cum testamentum præteritur irritari ex his duabus tantum causis, scilicet præteritionis, vel exheredationis secundum text. hic, non vero si ex alia pro ut optime communem hanc asserendo tradit Tellus hic numero 2. ubi ipse inquit quod si melioratus vellet irritare testamentum, quia præteritur, perderet meliorationem prout, & dixi in dicta lege prima titulo de los testamentos supra isto libro.

S V M M A R I V M.

- 1 Lex nostra loquitur & procedit de donationibus & dotibus, quæ meliorationem tertij & quinti præcesserunt. 1. & ibi opinio auctoris.
- 2 Dotes ac donationes propter nuptias nullo modo esse tertianas neque quintanas si præcesserint meliorationem tertij & quinti siue non 2. & n. 3. refertur cautela ut id fieri possit.
- 4 Disponere an pater possit quod de dotibus ac donationibus propter nuptias extrahatur melioratio 4.
- 5 Lex nostra de vera & propria donatione propter nuptias est intelligenda. 5.
- 6 Collationi tantum est locus inter descendentes & non inter alios 6.
- 7 Dotes & donationes propter nuptias quare ad collationem & partitionem trahantur. 7.
- 8 Dotis datio vel donatio propter nuptias in legitimam imputatur. 8.
- 9 Collatio à partitione in quo differt 9.
- 10 Donatio simplex fundi si filio fiat & per patrem postea aliter filius melioratur in tertio & quinto, in computatione meliorationis habebitur respectus ad donationem illam. 10.

L. 9. Quæ erat. 25. Tauri.

S V M M A R I V M.

Melioratio tertij et quinti non extrahitur de dotibus vel donationibus propter nuptias, vel de alijs donationibus, quæ ad collationem per descendentes trahuntur.

Ibi. Echo por este ador. Ex his verbis colligitur manifeste pro ut hic aduertit Tellus num. 3. per totum, quem post hac vidi sequutum per Matienzo hic gloss. 3. num. 2. dotem donationemq; propter nuptias & alia quæ ad collationem & partitionem trahuntur, præcessisse meliorationem

tertij & quinti. nam si de testatore loquitur lex nostra meliorationem faciente quis erit testator nisi ille qui vltimum suum iudicium & voluntatem condit, si ergo vltimum iudicium est, nullum aliud expectatur, & si non expectatur, manifeste fatendum est dotes donationesque propter nuptias in casu nostri tex. præcessisse, & sic de his tantum quæ præcesserunt melioratione tertij & quinti tex. nostrum esse intelligendum disposuisse, non vero de alijs dotibus ac donationibus post meliorationem factis, ab his enim bene tertium & quintum extraheretur ante eas factum, aliter enim faciliter dilueretur melioratio ante facta, & esset in potestate ipsius patris meliorantis eam inutilem reddere meliorationem *prout aduertit Tellius hic. d. numero 3.* & sic non sine mysterio considero Rodericum Suarez *l. quoniam. 6. q. 1. regia pagi. 205.* dum istam quaestionem ante legem nostram proposuit aduertisse, & proposuisse præcessisse donationes has & dotes dictam meliorationem, & sic eius quaestionem per legem nostram fuisse decisam considerat *ibi* ipsius Roderici additionator, nihilominus tamen salua eorum pace, mihi dicendum videtur contrarium, imo quod si præcesserint donationem propter nuptias, dotes vel alia quæ ad collationem & partitionem trahuntur, meliorationem tertij & quinti, siue sequantur post meliorationem factam nullo modo sint tertiadæ nec quintadæ, vt ita loquamur, quoniam cum tempus mortis sit inspiciendum ad extrahendam meliorationem tertij & quinti ex bonis tunc relictis omnino fatendum est donationes ac dotes dictas & similia præcessisse, ratioque quate donationes & dotes & similia ad collationem trahenda non tertiantur ac quintantur, est, quia in legitimam imputantur, hæc tamen ratio quodlibet tempus comprehendit, ergo intellectus Tellij est diuinatorius ad nostram legem, & nimis restringit eius dispositionem, nec obstat consideratio Tellij, scilicet, quod nisi suus tenetur intellectus faciliter dilueretur melioratio per dotes ac donationes propter nuptias sequentes, quoniam seclusa fraude ac dolo nemini facit iniuriam qui vtiur iure suo, & quia melioratus non potest dici deceptus, eo quod scire debet ad computandam meliorationem tempus mortis inspiciendum, & maius esset inconueniens si retenta opinione Tellij, patris potestas circa dotandos filios ac filias restringeretur, & ipsi filij & filiae læderentur in minori dotium valore ac constitutione, si ex ipsorum dotibus ac donationibus propter nuptias in legitimam imputandis extraheretur tertium & quintum illisque remanerent, dum putabant se se centum pro dote habuisse, & sexaginta fortassis non haberent ob meliorationem antea factam, præsertim si post meliorationem factam cõsumpsit pater bona sua dotibus iam constitutis post meliorationem, item quia leges nostræ permittentes patrem posse meliorare in tertio & quinto filium suum aut descendente aliu, dicunt id posse fieri ex tertio & quinto bonorum non vero ex tertio & quinto hereditatis, *vt aduertit Segura l. unam ex familia. §. sed si fundum nu. 19. ff. ad l. Falc. sed si tertiantur ac quintantur dotes ac donationes propter nuptias vel alia collationabilia, quæ quidem pars hereditatis dicuntur, nam hæc de causa ad collationem & partitionem*

trahuntur, quia ex hereditate traduntur, manifestissime patet hereditatem tertiarum ac quintarum, igitur habemus intentum, & sic intrepide teneo intellectum dictum Tellij & Matienco *ad l. nostram* non esse verum nec tenendum, idque ex text. nostro vna alia ratione colligitur, dum dicit. *Traxere à colacion y particion.* collatio & particio nullo modo fit nisi mortuo testatore meliorante, igitur de omnibus dotibus præcedentibus ac de alijs collationabilibus & partibilibus lex nostra intelligenda est, & sic colligo veram ac tenendam meo videri conclusionem scilicet, quod dotes ac donationes propter nuptias ac alia ad collationem & partitionem trahenda, nullo modo esset tertiantur & partitionem trahenda, siue antea præcesserit melioratio tertij & quinti siue sequatur. Posset tamen procedere opinio Tellij quoties ex conventionione partium tempus meliorationis factæ est inspiciendum, non vero aliàs.

Ibi. No se saque. Solet tamen per aliquos adhiberi cautela vt cesset remedium nostri text. & dotes ac alia collationabilia tertiantur & quintentur scilicet quod dicat testator melioro filium meum Titium in tertia & quinta parte bonorum & hereditatis meæ quam cautelam iure optimo reprobatur Segura *in l. unum ex familia. §. sed si fundum num. 29. de leg. 2.* tum quia verba illa, pars hereditatis pro quota bonorum, erunt interpretanda, tum etiam quia lex fori per ipsum allegata non præbet facultatem meliorandi in parte hereditatis, sed in quota bonorum, tum etiam quia bona hæc harum dotium, ac donationum propter nuptias sunt iam extra patrimonium defuncti neque sunt meliorantis ipsius, ideo non mirum si de eis non possit directe vel indirecte extrahi talem meliorationem, tum etiam & principaliter, quia in legitimam imputantur, & ideo cautela illa nihil obesset dotibus ijs, ac donationibus propter nuptias, & similibus ad collationem & partitionem trahendis, sed an si pater disponderet vt de dotibus his, & similibus collationabilibus extraheretur melioratio valeret talis & dispositio, & dubius inquit quod sic, Suarez *in l. quoniam in 6. quaest. num. 2. in medio pag. 207.* quoad donationes tamen propter nuptias & similia ante meliorationem factas sine dubio crederem non valere, vt pote quia iuri adquisito itreuoçabiliter præiudicare non potest, faciendis tamen post meliorationem dubius sum an præiudicaret talis dispositio, eo quod non potest quis facere quin leges in suo testamento locum habeant, tum etiam quia præiudicaretur filijs in legitima & ideo non sine causa in hoc vltimo casu dubitandum est de doctrina Suarez, an vera sit, & procedere possit de quo vide nouissime Valazquez hic glos. in prin. n. 5. cum 3. sequentibus.

*Ibi, donationes propter nuptias, de vera & propria donatione propter nuptias * est lex nostra intelligenda, & sic de ea quæ fit mulieriad eius utilitatem, & vt in legitimam imputetur, non vero de ea, quæ fieret filio ob causam matrimonij contrahendi, nã hæc non est huius naturæ, imo nec ob causam aliquando, prout inquit Tellius. l. 22. Tauri numero 27. & melius. l. 26. numero 5. per totum, & sic in vera & propria est lex nostra intelligenda, & itidem lex. 29. Tauri quæ est lex. 3. tit. 8. infra isto lib. 5. secundum Tell. d. n. 27. & quia hæc*

hæc donatio propter nuptias mulieri facta est illa quæ privilegiatur in iure, & doti assimilatur, non vero illa quæ fit filio vt contrahat cum Berta, & sic hæc vera donatio propter nuptias iam in vsu non est, secundum Telliū, *vbi supra, & Palat. Rub. in rubrica. §. 21. in princ. vbi à §. 12.* de hæc vera donatione propter nuptias incepit loqui, & Marien. *hic gloss. 2.* etiam asserit, in vsu non esse, & sic quod lex nostra intelligatur de donatione ob causam matrimonij, quod vtique verum non credo, quia lex nostra in proprio & vero significato est intelligenda, aliter enim de superfluitate argui posset, imo & inuincibili contrarietate cum alijs legibus regijs, & an successerit hodie hæc donatio propter nuptias in loco arrharum, disceptatio est inter Doct. de qua alibi diximus.

Ibi. *Que los hijos o descendientes.* Inter hos enim locus est collationi, nõ vero inter alios *¶ vt est rex. in l. vt liberis. C. de collation. bon. late Anto. Gom. lege 29. Taur. num. 6.* & videtur rex. hic pro hac doctrina dum de descendentes, succedentes, ascendentes tractat.

Ibi. *A colacion o patricion.* Et hæc est ratio & causa dispositionis nostræ, nam cum dictæ donationes propter *¶* nuptias ad collationem & partitionem trahantur, sicque in legitimam imputentur secundum Telliū, *l. 26. Taur. num. 5. in fine ex l. quoniam nouela. C. de inof. test. & ex l. vt liberis C. de collat. & notat Conar. in c. officij. n. 2. versicu. est igitur necessarium de testa. & Ant. Gom. tom. 1. c. 12. n. 27.* & dotis datio vel donatio propter nuptias in

legitimam *¶* imputatur *ex t. in l. 29. Tauri qua est lex 3. l. 8. infra isto lib. vbi Telliū late & in l. 25. Taur. n. 3 ver. secundū autē.* nimirum si ex eis non detrahatur melioratio tertij & quinti, & hæc est vera ratio decidendi ad l. nostrā reiectis alijs rationibus Castellij, & Gomezij & Pal. Ru. hic, etiam si Matienzo *hic gloss. l. n. 4.* aliam dixerit esse rationem communē & non supradictā, sed fallitur meo videri, & sua ratio quā vocat & male, cōmunē destruit rex. nostrum & eius dispositionē, *ex dictis per nos in gl. i. in præc. & nota disjunctiuā nostri tex. dū dicit, Acolacion o particiō.* Vt aduertas quod sufficit quod trahatur ad collationem, quāuis ad partitionem non, quia illa dictio, *o,* est disiunctiuā & sic sufficit vnā partē esse verā & qualiter differat collatio à partitione

Quæst. *¶* tradit Castillo *hic in gl. fin. sed est quæstionis num si meliorationem tertij & quinti præcessisset quædam donatio simplex & irreuocabilis cuiusdam rei, & quæ secundum legē. 26. Taur. immediate sequentem* imputanda est in tertio & quinto non tamē totū tertiu & quintū cōsumitur in donatione illa, sed pars aliqua, si postea fiat generaliter alteri filio vel descēdenti melioratio tertij & quinti, nõ in cōputatione huius vltimæ meliorationis habendus sit respectus ad rem illā prius donatā, an vero nulla habita eius cōsideratione sit vltima melioratio integre extrahēda * ex bonis relictis tēpore mortis meliorātis, & quæstionē hanc mouet subtiliter Telliū *hic numero quarto* vbi inquit quod aduocati & iudices fuerunt pro contraria eius opinione, & quod in factō non potuit secundum suam sententiam obtinere, & miratur valde de aduocatis & iudicibus contra eum tenentibus, & ego cum eo miror de dictis iudicibus & aduocatis contrariantibus ipsi Telliū, nam si in supradictā quæstione dictorum iudicium & ad-

uocatorum computatio esset faciēda, ita vt non haberetur ad extrahendum tertium & quintum consideratio ad donationem simplicem prius irreuocabiliter factam, necessariō est fatendum testatorem meliorantem in plus quam in tertio & quinto disposuisse, & sic alios filios in legitima grauare, item nulla daretur differentia inter donationes simplices, & inter dotes & donationes propter nuptias quoad non extrahendum quintum & tertium ab eis, quod esset contra nostrum textum, & de nihilo lex nostra seruiret, item esset lex. 19. & 23. Tauri tempus mortis considerantes quantum ad corticem literę intelligere, essetque frustratoria dispositio legis 26. Tauri immediate sequentis, maximē verficuli illius. *Y que la tal donacion se cuente en el dicho tercio y quinto de sus bienes, en lo que cupiere, para que a el ni a otro no pueda mejorar, mas de lo que mas fuere el valor del dicho tercio y quinto.* Sed si de prima donatione in quæstione nostra non esset habenda consideratio, plusquam tertium & quintum extrahitur, item est frustratoria dicta lex 26. Tauri *præsertim in dicto versiculo* igitur pessima est opinio illorum aduocatorum & iudicum, & ideo tenenda est vt verissima opinio Telliij quam post hæc vidi sequutam per Marienço *hic glossa finali.* vbi eam luce meridiana clariorem dicit, & voluit etiam Gomez Arias *hic. numero decimo-septimo.* & per consequens in supradicta quæstione computatio prioris donationis irreuocabilis est faciēda, & cum bonis relictis à testatore tempore mortis verbaliter consideranda, & hac consideratione facta, extrahitur tertium & quintum, quo quidem extracto, res ipsa donata donatarie est tradenda integre, & ea tradita id quod superest de tertio & quinto secundo illi meliorato est tradendum, & hæc est vera computatio, nec obstat quod secundum hanc computationem, non cōsequitur vltimo melioratus totum tertium & quintum, nam quomodo posset totum consequi, si prius ex illo soluenda erat res donata illi primo donatio, tanquam priori meliorato irreuocabiliter, & habet tunc locum regula illa, qui prior est tempore potior est iure, idque est secundum dictam. *l. 26. prout ibi considerat Angulo gloss. 1. num. 6. & 7.* aliter enim esset contra eam, & sic consideratum habebam multo antequam in publicum exiret lectura Matiençi quæ quidem in l. sequenti in glossa 3. num. 1. idem dicit *ex text. ibi* quoties prima donatio simplex est irreuocabilis, quod intelligo nisi de voluntate testatoris esset primam reuocare.

S V M M A R I V M.

- 1 Lex nostra de patre & matre disponens in alijs ascendentes procedit. 1
- 2 Verbum dono, an sit necesse vt interueniat in terminis nostræ. 2
- 3 Datum per patrem simpliciter filio, vel censetur in peculium dari vt administrari, vel vt in legitimam imputet. 3. vbi idem in legato vt est legatum dotis & n. 8. resoluitur.
- 4 Filius ea quæcavit ex patrimonio defuncti, vel in vltima voluntate, ex iudicio testatoris imputatur in legitimam. 4. vbi hoc in dubio fine

- bio siue accipiat iure legati siue fideicommissi & ibi examinatur.
- 5 Voluntas facta sicut verbo declaratur. num. 5.
- 6 Dos cum promittitur filia per patrem potius intelligitur in legitimam quam in meliorationem computari. 6. nisi ut ibi & n. 8.
- 7 Legatum creditori factum animo compensandi si non dicitur quod eo contentus sit, tunc quamuis legatum agnoscat non tenetur compensare nisi in concurrente quantitate. 7.
- 9 Pater si dicat, meliorem filium meum Ioannem censetur illum in tertio & quinto meliorasse. 9.
- 10 Expressa dicuntur illa, quae apparent ex coniecturis sicut apparetia ex verbis expressis. 10.
- 11 Lex nostra habuit ortum ab Authen. unde si parens. C. de inoff. test. n. 11.
- 12 Donatio simplex non imputatur in legitimam neque est conferenda nisi in eo quod excedit tertium & quintum. 12. nisi ut ibi.
- 13 Donatio simplex emancipato filio facta, an sit conferenda cessat hodie. 13. & sequentibus.
- 14 Imputatum in legitimam non sequitur quod sit conferibile, e contra vero sic. 14.
- 15 Donatio simplex filio in potestate constituto an imputetur in legitimam. 15. & 18.
- 16 Donatio filio in potestate constituto etiam iurata nisi morte confirmaretur olim non valebat. 16. & n. 18. quid hodie.
- 17 Concordia quarundam partitarum legum. 17.
- 19 Nostra legis dispositione cessat communis doctrina Bart. l. 1. unde si parens. ff. si quis à par. fuer. man. n. 19. & alia declarantur doctrina ex l. nostre dispositione.
- 20 Sumptus facti in re filij an videantur donati 20. & an erunt computandi in tertio & quinto.
- 21 Datum filio in studio in tertio & quinto computatur in dubio. 21.
- 22 Excessus legitima, ex dote data filiae proveniens non computatur in tertio & quinto, sed perdit illum filia dotata. 22.
- 23 Donatio descendenti facta an prius in tertio quam in quinto imputetur. 23. licet ad extrahendum quintum prius tertium quam quintum extrahitur, ut ibi in n. 24.
- 25 Melioratio tertij, & quinti an reuocetur per natiuitatem filiorum. 25. ubi declaratur non habere locum quoad filiam ex causa dotis.
- 26 Intellectus. l. nostra cum l. 20. Tauri. n. 26.
- 27 Donationes ob causam in legitimam imputantur. 27.
- Militia empti ex pecunijs patris & filio ob causam traditam imputari in legitimam. 28. & ibi quid de officio empto, & ob causam dato, & ibi quid in beneficio ecclesiastico, & ibi quid in expensis pro consequendo doctoratu, vel salario filio aduocato, & ibi quid si non donetur ob causam sed simpliciter,
- 29 Donata ut quis ordinetur ad titulum patrimonij

an imputetur in legitimam. 29. & n. 30. quod gaudent haec bona privilegio bonorum ecclesiasticorum, & num. 31. an erit reuocabilis haec donatio.

L. 10. Quae erat 26. Tauri.

S V M M A R I V M.

Si parentes vel aliquis eorum in testamento vel contractu inter viuos aliquam fecerint donationem alicui ex descendentes in tertio & quinto, vel in vno tantum censentur eum meliorare quantumuis id expresse non dicatur, ita ut nec ei nec alij donare possint ulterius aliquid aliud nisi residuum tertij & quinti, & si amplius concessum fuerit in legitimam erit illud plus computandum ita quod tertium et quintum et legitima donatarij non excedatur, & est singularis lex.

Ibi. Padre o la madre. Sed an idem erit in alijs ascendentes, puta auo vel proauo, nepotibus vel pronepotibus donando: & dicendum est quod sic tunc quia ex omnibus legibus huius tituli, licet auis vel proavis nepotes, vel pronepotes meliorare, sicut patribus filios, item etiam, quia sic colligitur ex nostro tex. dum in fine dicit *De los bienes de su padre y madre y abuelo*. Nam verba haec non sunt intelligenda, ut si donatio à patre facta alicui filio non excedit tertium & quintum & legitimam à patre & matre & auis habenda, omnia haec habeat donatarius, quia si ita intelligeres esset absurdum, & contra omnia iura regni, meliorationem respectu meliorantis non verò aliorum esse inspiciendam disponentia. sed intelligenda sunt, ut tertium & quintum & legitima bonorum illius, qui talem donationem fecit non excedatur, siue sit talis donans pater, vel mater, vel auus, & sic intelligendo est tex. noster expressus pro nostra conclusione & opinione, ut idem in auis & alijs ascendentes, quod in patre & matre dicendum est, legem nostram disposuisse, & ex ea etiam patet, ibi. *Alguno de sus hijos o descendientes*.

Ibi. *Alguna donacion*. Et sic oportet, quod certum sit parentem donare velle, puta quod utatur verbo dono * & quod in vim donationis fiat talis melioratio, ut aduertit hic Telli. nu. 1. & post hac Matienço hic in gloss. 1. n. 2. & Angulo, hic gloss. 2. num. 7. cum sequentibus aliquibus, vel ex alio verbo, ex quo similis mens donandi, vel meliorandi colligatur, ut aduertit hic Angulo gloss. c. 2. nu. 11. & 12. nam si simpliciter daretur vel diceretur in peculium tantum concedere, ut filius administraret, & rationem reddat, vel ut in legitimam imputet suam, ¶ secundum Bart. in l. 1. §. si parens. ff. si quis à par. fue. man. quem & alios secum sequentes refert Matienço in d. n. 2. & Couar. c. Raynaldus. §. 2. num. 6. versic. prefata vero. de testam. & non nisi

nae & sin-

me & singulariter per Menochium. 1. tom. tract. de presumption. lib. 3. presumptione. 30. per totam. ex quo idem dicendum in legato filio, vel filia in testamento relicto simpliciter, secundum Bart. in l. quod autem. ff. de iure dotium, quem sequitur eum commentando Angel. in §. fuerat col. 20. in prin. inst. de actionibus, & legatum factum filia pro dote imputatur in legitimam ut per Ant. Gom. tom. 1. ca. 12 num. 27. dorisque datio & donatio propter nuptias in legitimam imputantur, secundum l. 29. Tauri qua est. l. 3. tit. 8. istius libri ubi Tellius late, idem Telli. l. 25. Taur. num. 3. versic. sin autem, legatumque filio factum a patre in legitimam imputatur ex l. etiam §. si debita. ff. de bon. lib. not. Baeza de dec. iuto. c. 5. num. 29. & Mantica de coniectu. ult. vol. lib. 10. cap. 2. nu. 6. & notat Couar. in c. officij. n. 2. versic. in secundo autem casu. de testam. ex tex. in l. quoniam novella, & in l. omnimodo C. de inoffi. testa.

4 quaecunque enim filius capit ex patrimonio * defuncti iudico, testatoris in ultima voluntate, sibi imputantur in legitimam, siue accipiat iure haereditario, siue legati, siue ex causa fideicommissi, prout ex dictis iuribus communem testatur (rassus de successio. ab intestato verbo legitima. q. 20. ubi id declarat, in dubio enim potius videtur debitam solui quam donationem fieri, ex l. cum de indebito. ff. de probationibus, & sic supra dicti Doct. tenere videntur, legatum omnino nisi aliud dicatur filio, vel filia factum in testa. aut descendenti alteri esse in legitimam imputandum, non in vim meliorationis, quicquid velint contrarium dicere, Pala. Rub. hic num. 11. & Angulo. hic gloss. 1. n. 1. cum sequentibus aliquibus allegans ad hoc tex. in l. a patre & in l. nec emancipati. C. de collationibus. & l. in donationibus. C. ad l. Falcid. ubi inquit probari legatum in legitimam non imputandum, & voluit Segura in l. unum ex familia. §. sed si. n. 57. & 154. de leg. 2. & Suarez. l. quoniam. §. 5. q. 5. num. 3. cum sequentibus. fol. 95. & Baeza de non melioran. filia c. 1. num. 29. & fulgos. relatus & secutus per Marienço in l. 8. supra isto tit. & lib. gloss. 1. n. fin. fol. 155. col. 3. in principio. prima tamen opinio verior videtur, nam cum tex. noster, ut in tertium, & quintum meliorationis legatum imputeretur, requirat id, per viam donationis faciendum, & ex omnibus alijs legibus regijs, id colligatur faciendum per viam meliorationis, & ut praecipuum habeat legatarius, itaque non teneatur cum alijs fructibus conferre neque deducere ad partitionem, & sic meliorationem considerat leges faciendam, itaque non sufficiat si simpliciter legitur, manifeste colligitur esse in legitimam in dubio imputandum, na cum lex nostra & similes sint novitarum introductoriae omnia in eis expressa censentur pro forma, prout pluries supra dictum est neque si bene inspiciantur supra dicti, Doct. secundae opinionis id negant, sed fatentur potius, inspecto casu in quo ipsi loquuntur, scilicet quotiescunque illud, quod simpliciter datur, non expresso nomine donationis excedit legitimam, nam tunc in illo excessu censetur filium talem melioratum siue iure institutionis siue aliquo quolibet modo ac titulo sibi relinquatur, quasi tunc manifeste constet de voluntate, & mente patris volentis excessum illum donare filio, usque ad concurrentem quantitatem tertij, & quinti, facto enim sicut verbis animus & intentio declaratur, opus enim sufficit ut quis videatur prelegare.

Tom. 3

l. uxorem & ibi Bar. de legat. 3. melius enim, facto quã verbo declaratur voluntas, non enim quid refert fieri verbo, vel facto, ut inquit Baeza ubi supra & clarius Suarez. d. q. 5. nume. 3. part. 202. ubi inquit ita multoties practicasse & obtinuisse & iudicasse in concordia cum alijs coauditoribus, & voluit Castillo hic columna secunda, & additio, Suarez, & pro hac doctrina tex. nostrum considerat in presenti, & tenet Pelaez de maiorat. 1. par. quest. 36. numer. 6. & Segura ubi supra. §. sed si. numer. 57. & sic inquit optimè Pala. Rub. relatus per additionem illam Suarez, quod cum dos promittitur filia per patrem, * potius intelligendum est in vim legitimae dari, quam in vim donationis, sed si dotis illius constitutio excederet legitimam talis filia dotata, tunc censetur donari excessus ille, ut imputetur in tertio & quinto meliorationis & sic est intelligendus Pala. Rub. prout intellexit Baeza ubi supra. aliter enim si sic intelligeretur, prout illa additio Suarez, ubi supra voluit intelligere, non loqueretur bene ipse Pala. Rub. sed male & contra legem nostram, nam si dicemus ipsum Pal. Rub. voluisse, quod donatio facta filia vel filio imputaretur prius eis in legitimam, & excessus legitimae in tertio & quinto meliorationis esset contra nostrum text. hic in tertio & quinto donationem imputandam probantem, & post excessus, si quis adesset in legitimam imputandus est, quod est contra nostrum text. & gloss. in sup. parte, in l. 3. tit. 4. par. 5. dicentem filium non teneri simplicem donationem in legitimam imputare, & per consequens necessario fatendum est, Pal. Rub. vel male locutum fuisse, prout advertit additio, Suarez ubi supra & Villalob. in arario mille com. opini. litera D. n. 158. in fin. vel intelligendum est loqui, cum non in vim donationis expresse datur dicta dos filio, vel filia, sed cum simpliciter, ut tunc prius fiat imputatio in legitimam, & excessus in tertio & quinto meliorationis, & per consequens Doct. secundae opinionis non sunt contrarij illis, qui primam tenent opinionem, cum primi loquuntur quoties per viam donationis aliquid filio vel filia daretur, tunc enim prius in tertio & quinto meliorationis imputatur, & residuum in legitima ex iure nostro & ex l. si quando. §. generaliter. C. de inoffi. testa. & ibi Ias. & Michael Cras. de successioibus verbo legitime. quest. 23. prout & voluit Couar. cap. Reynaldus. §. 2. n. 16. ad fin. & expressius Ber. Dia. reg. 212. de donatio. inter. limi. 2. ubi optime sic concordat duas leges partitarum, quae contraria videbantur, & istae meae declarationes fundantur viua ratione, scilicet, quod factò plus declaratur animus quam verbis, & quoties testator legat filio aliquid, quod excedit legitimam neque adijcit, quod illo contentus sit pro legitima, clarum est quod voluit donare excessum, ut & voluit ex iure nostro Marienço l. 3. gloss. 1. n. 6. 7. & §. tit. 3. infra isto lib. sicut quando legat creditori suo aliquid animo compensandi, & non adijcit, quod eo esset contentus, vel quod plus petere non posset, tunc quamvis legatarius & creditor agnoscat legatum, non tenetur compensare nisi pro concurrente quantitate, vel pro aestimatione rei sibi legatae, ut l. per. §. qui fratri. ff. de alim. & ciba. leg. notat Paul. l. cum ab uno. n. 3. & in l. creditorem in fine de leg. 2. & Alex. consi. 132. num. 2. vol. 2. & Mantia. ubi sup. n. 17. ex quibus omnibus resoluitur * quod ut lex

Q4

nostra

nostra locum habeat & vt prius imputentur relicta in tertio & quinto meliorationis, quæ in legitima necesse est, quod testator vel disponens vtatur verbo dono, vel meliorem vel alio simili ex quo colligatur mens clara testatoris, vel disponentis volentis donare, puta quoties verbo dono vel meliorem vtitur, vel quoties factis legatis in testamento simpliciter in fine testamenti inquit testator, quod impleto suo testamento, vel legatis solutis in omnibus alijs bonis remanentibus, filios omnes æqualiter instituit, tunc enim clarum est quod velit meliorare, & sic prius donatio, vel legatum tunc in tertio & quinto imputatur quam in legitima, secus vero aliàs, nam tunc in legitima prius imputaretur si talis animus non colligeretur ex verbis expressis, vel tacitis testatoris nam tunc simpliciter datum siue in scriptura publica inter viuos, siue in vltima voluntate, prius in legitimam imputabatur, & excessus in tertio & quinto meliorationis, si testator, vel disponens non adiecit quod illo esset contentus pro legitima, vel quod amplius petere pro legitima non posset, quia si illud adiecisset, excessus legitimæ non deberetur, & sic licet ante nostram legem pronuntiabatur, quod si aliquis diuidens in testamento suo bona sua inter filios vni plusquam alteri, etiam si non esset vsus verbo meliorem, iudicabatur, vt melioratus, ex l. tamen nostra singulari & noua in hoc aliud esset dicendum nisi vteretur verbo dono, vel meliorem, vel habeat præcipuum & non conferat cum alijs fructibus, vel impleto testamento, in reliquis instituo filios meos, quia tunc clare colligitur clara voluntas testantis volentis meliorare, & *ua voluit illa additio Suarez vbi supra. num. 9. pag. 203.* nam cum lex nostra se fundet in præsumptione in verbis illis. *Entienda se.* ex verbis aliquibus debet hæc præsumptio colligi, aliter non censetur meliorare, & superflua esset lex nostra si non intelligeretur disposuisse in casu contrario, scilicet vt non censetur facta melioratio per legatum in testamento vni filio factum plusquam alteri, quoties ex verbis testamenti, vel dispositionis inter viuos non colligitur mens meliorandi, vel donandi, & hoc est apertius iuri communi, ex quo non debet præsumi donatio & inæqualitas inter filios, cogitata quia non sic reperies, aduerte tamen quod in

8 filia nullo modo ꝑ hodie dici posset ei donatum pro dote in tertio & quinto meliorationis posse imputari, sed omnino in legitimam, quia pro dote & causa dotis filix meliorari non possunt vlllo modo ex l. 1. *titu. de las dotes, supra isto libr.* notandum item est quod si pater in testamento suo diceret: meliorem filium meum talem, censetur cum meliorasse in tertio ꝑ & quinto licet aliud non exprimat neque quantitatem meliorationis exprimat, & hoc ex virtute & proprietate verbi meliorem, & ex potestate patri concessa meliorandi filios in tertio ꝑ & quinto, & quia aliàs non diceretur melioratus nisi ita intelligeremus, *secundum Anto. Gom. tom. 2. ca. 11. nu. 11. & Castillo. hic. num. 1. & in l. 17. Tauri num. 9. & Pala. Ryb. in repetitio. c. notab. 3. §. 22. n. 13. per l. 214. styls, & per tex. nostrum: hic & quæ dicatur simplex donatio, vt sic in tertio & quinto imputetur, tradit Tellius hic nu. 3. & 4.*

Ibi. *Entienda se.* Ex verbis ijs habes hic tex. probantem quod expressa dicuntur illa, quæ apparent

16 ꝑ ex coniecturis, sicut illa, quæ apparent ex verbis

expressis, *secundum Burg. de Paz in suis questionibus. q. 2. n. 29. sic notante.* Et tex. noster videtur ortum habuisse ab auth. *unde si parens ꝑ C. de inoffi. testam.* habetque hic tex. singularem & nouum probantem, quod donatio simplex filio cuiunque facta non imputatur in legitimam, neque est conferenda in eo quod non excedit tertium & quintum meliorationis *secundum glos. in su parte, in l. 3. tit. 4. p. 5. & Suarez l. quoniam 5. q. l. regia n. 9. p. 203. & Villalobos in arario verbo donatio. n. 16. & probatur, ex tex. in d. l. si quando. §. generaliter. C. de inof. testa. tradit Crassus de successio. ab intestato, verbo legitima. q. 23. vbi limitatur nisi aliud velit testator, vel donator, puta si dixit quod donat, vt donatum imputetur in legitimam, nam tunc cum cesset præsumptio donandi simpliciter, & sic cesset præsumptio meliorandi, in qua lex nostra se fundat, non imputatur talis donatio in 3. & 5. sed in legitima, pro qua soluenda donatio fit, *ua vtra dictos inquit Peralta in l. cum pater. §. à filia n. 72. de leg. 2. p. 337. dicens nouum.* Sicq; cessat iam quæstio antiqua, cũ, scilicet donatio simplex emancipato filio per patrem facta sit conferenda, ꝑ nam antea communis erat opinio, quod sic *secundum glos. in su poder. l. 4. tit. 15. p. 6.* hodie vero secus est, *ex tex. nostro, sic adnotante glos. illa,* sed an iam quod conferenda esset talis donatio simplex emancipato filio facta, esset imputanda in legitimam, & iure civili communis erat opinio, quod non imputabatur in legitimam *secundum Suarez vbi supra n. 5. & Villalobos in antinomia litera B n. 16. & ex l. etiam nostra approbatur,* neque hoc contrariatur communi opinioni supra proximæ, nam aliud est conferre, aliud vero imputare in legitimam, nam non, sequitur confertur ergo imputatur in legitimam licet, sic, imputatur, ergo confertur ꝑ *secundum Suarez vbi supra. nu. 8. in fine cum sequentibus pag. 203. & per consequens non est contrariare has cõmunes, confertur enim ad sciendum an excedat donatio terminos meliorationis tertij & quinti, non vero vt in legitimam imputeretur, sed an donatio simplex filio in potestate constituto facta imputabitur in legitimam? & imputandum assererat Bart. in l. in quartam ff. ad l. Falcid. quia cum donatio inter patrem & filium etiam ex causa matrimonij fieri non posset neque valeretur, etiam iurata nisi morte confirmaretur, ꝑ pro**

17 ut ex l. donationes quas C. de donationibus, & ex alijs iuribus tenent plures relati per Burg. de Paz consil. 14. num. 10. cum sequentibus pluribus, de quo vide Martiẽzo. l. 1. glos. 9. num. 6. & 7. supra isto titulo. & cum tunc morte confirmetur, & habeat vim relicti, computatur in legitimam, vt probatur in l. filium quem habentem. C. fami. hercis. & hanc communem testatur opinionem Suarez vbi supra. nu. 5. p. 202. vbi in contrarium considerat quandam. l. 4. tit. p. 6. ex qua inquit probare idem esse in filio in potestate sicut & in emancipato, dum tamen filius talis non petat, vt alij fratres imputent in legitimam alias donationes eis factas, neque huic legi partitarum obstare videtur. l. 3. titu. 4. par. 5. volens quod filius in potestate imputet in legitimam donationem simplicem ei factam per patrem, nam non sunt contrariæ dictæ partitarum leges, eo quod d. l. 4. præsupponit casum in quo ꝑ alijs filijs aliæ donationes erant factæ per patrem ipsum & sic omnes filij erant æquales in donationibus, & quia æqualitas inter eos serua-

seruabatur, merito quod nō imputaret eas in legitimam, si tamē æquales nō essent, tūc utiq; imputarentur, & sic loquitur d. l. 3. & per consequens nō erant contrariæ, sed diuersa dispositiones sumptō argumento à contrariō sensu à d. l. 3. & sic eas tāquam concordēs allegabat glo. *en su parte, in ea l. 3. titulo quarto, par. quinta, & Villalobos in arario commun. opin. litera D. num. 153.* licet aliter velit illas leges concordare Bernar. Diaz. *reg. 212. l. 2. n. 2.* nostra tamen lege attentā omnia hæc cessant, nā siue donatio hæc simplex fiat filio emancipato siue in potestate constituto, * si aliud non exprimat, non computatur in legitimam, sed in tertio & quinto meliorationis, neque venit conferenda & partienda cum alijs fratribus, quod patet ex lege nostra indistinctē loquente, *Alguno de sus hijos o descendientes, maximē iunctale. 17 Tauri qua est prima huius tituli* ita permittente donari & meliorari filio in potestate sicut emancipato, nam cum omnes filij ab ipso primario statu in potestate patris nascantur, si lex nihil aliud dixit, in illo statu filiorum censetur disponere, & sic si circa emancipatos disponere vult, debet mentionem facere de emancipatione, cum sit quid facti, neque præsumi debet nisi à lege exprimat, & sic tenet in propositum legis nostra *glos. en su parte, in d. l. 3. & iterum in d. l. 4. & tenent supradicti. & Telli. hic num. 2. & Duēnas in regula. 222. limitatione quinta. & concinis noster Gutierrez in tract. de iura. Confirmatorio 1. par. cap. 4. num. fin.* neque iam est admittenda distinctio Doctorum *relata supra, & per Couarru. in cap. Rrainaldus §. 2. num. 6. in principio de testam. & per Crassum. in d. tracta. de successiōibus, verbo legiima numero tertio, & quarto,* scilicet quod quando talis donatio simplex indiget mortis confirmatione ad eius validitatem, imputetur in legitimam, secus vero aliās: indistinctē enim tenendum est *ex l. nostra* in legitimam imputari, *prout voluit post hac mea scripta tenere Matienzo l. 3. glos. 1. num. 8. tit. 8. supra isto lib. & hic in gl. secunda, & Suarez ubi supra, dict. num. 9. pag. 203. & Telli. hic. d. num. 2. & nouissimē Angulo, hic gl. 2. num. 3.* cessat etiam iam doctrina illa *Bart. in l. 1. §. parens. ff. si quis à paren. fuer. manu.* * communiter approbati teste Ripa. *l. in quartam. numero 146 & Crassus in d. verbo legiima in d. quæst. 23. nume. 12 & Angulo ubi supra num. 9.* scilicet quod si donatio facta simpliciter sit eiusdem quantitatis cum legitima, tunc non cessabantur donata, sed in legitimam imputabantur, quasi videatur patrem ita donationem temperasse, quia de imputatione legitimæ cogitaret, hoc enim cessat, per legem nostram *secundum Angulo ubi supra. numero decimo-tercio.* declarabis itidem *ex lege nostra* doctorum assertiones *ex text. in l. si quando, & authentica nouissima. C. de inoffi. testam. assertentium, teste Crasso ubi supra quæst. 23. num. 1.* quod quæ ex dispositione patris inter viuos capiuntur, in legitimam non imputantur, nam id verum si per viam donationis, vel meliorationis id exprimat, vel tacitè colligatur fieri aliquo ex modis per nos supra relatis, aliter enim simpliciter datum in legitimam esset imputandum, *ex Bart. in §. si vel parens supra dicti. & l. 1. §. Alex. relatis & secutis per Bernard. Diaz. de reg. 112. d. limitatio. 2.* quæ notanda quia noua & singularia & verissima iudico, sed antum prius facti in re. filij videantur donati,

† vide Bart. additio in l. 1. §. neque *Castrense num. 9 litera B. ff. de collation. bon. & Pala. Rub. in rubric. §. 62. num. 13.* sed an iam quod sumptus ij videantur donati, numerandi erūt in tertio & quinto meliorationis, & videtur dicendum quod sic *ex tex. nostro hic, & ex dictis,* & quia sicut datum filio in studio licet in legitimam non imputetur, imputatur tamen in illo tertio & * quinto, *secundum A. uend. respon. 17. nu. 2. & Did. Perez lib. 1. ordin. colu. 72. in medio, & Telli. l. 17. Tauri. num. 115. & Gomez Arias l. 27. Tauri, & alibi dixi,* ita idem videtur in hoc casu dicendum & quia etiam in fructibus nō potest donari ultra quintum extraneis, & ultra tertium & quintum descendantibus, *ut discernimus Deo volente in leg. final. infra isto titul. & libro ego* tamen in hoc casu teneo, quod licet videantur donati sumptus ij, intelligētur tamē donati in eo quod legitimam excedunt, ita quod prius veniant imputandi in legitimam, vsque ad concurrentē quantitatem, quia non constat de verā donatione, & vera mente donandi, in eo vero quod excedūt, videantur donati in tertio & quinto, *secundum quod supra proximè dictum est in datis simpliciter,* neque obstat quod datum pro studio computatur in tertio & quinto, quamuis non vtatur verbo, dono vel meliore, quia istud est speciale in eo, & per legem expresse est declaratum regulariter non imputari in legitimam, *ut dicunt dicti Doct. & glos. los libros. l. 5. tit. 15. par. 6.* Et per consequens venit in tertio & quinto meliorationis imputandum, & ab vno speciali non debet ad aliud non declaratū inferri, nisi expresse dicatur, vel constet ex coniecturis legitimis & à lege expressis & de quibus expensis in studio factis, id intelligendum sit, supra dicto Docto. declarant, & alibi nos latius, excepto eo quod datur filix per patrem causa dotis, nam id si excedit legitimam donare, excessus ille nō est computadus † in tertio & quinto, sed est nullus & alijs filijs præstandus, *ex l. 1. tit. 1. supra isto lib. prout optime aduertit Angulo hic gloss. nona, numero 2.* Ibi, *Se cuente en el dicho tercio y quinto,* sed an prius in tertio quam in quinto imputanda erit † donatio & melioratio talis, & videtur quod in tertio prius debeat imputari quam in quinto, fauore animæ, & tenent Castillo *hic num. 2. & Angulo hic in glos. 5. & Ayora de partitio. 2. par. quæst. 4. & Pala. Rub. in repetitio. §. 22. in constituendo numero decimo-tercio, fol. nonagesim. sexto. in magnis,* vbi assignat rationem aliam scilicet, quia tertia respectu extraneorum est legitima & respectu filiorum est prelegatum, & sic vt legitima est prius in tertia numeranda talis donatio, quæ in quinta, & ibi allegat pro hoc quandam legem *styl. lic. disponentem & hæc melior videtur ratio, quam illa de fauore animæ* quia nullus fauor animæ resultat, cum & si in quinto prius donatio talis imputaretur, erit in eo, quod impleri anima & testamento, superest, *secundum l. 30. Tauri final. huius tituli.* & sic parum commodi animæ pararetur, ex eo quod prius in tertio, quam in quinto numeraretur talis donatio, sed quia potius præsumitur testatorem velle suam implere voluntatem in totum, & sic in eo quod plus est, numeranda prius est, & per consequens prius in tertio quam in quinto, & sic vt supra Pala. Rub. erit ista ratio, vel melius dic, quod i deo donatio prius imputatur, in tertio, quia si in quinto prius computaretur nulla alia facult-

facultas remaneret meliorandi extraneum in quinto & ut hæc facultas remaneat, prius in tertio quam in quinto est dicta donatio numeranda, licet ad extrahendum quintum prius quintum quam tertium extrahitur * & hoc est favore animæ ut quintum sit maioris summæ, *secundum dictos, & Ayoram ubi sup. quæst. 5.* & hanc ultimam rationem ad *tex. nostrum* assignat peralta in *l. Manuio. numero 12. pag. 497. de leg. 2. & ibi numero 13.* quærit, an commissarius cui data est facultas meliorandi vnum ex filiis ex parte, vel de certa parte, vel aliqua parte bonorum possit meliorare in tertio, & quinto, & dubitandum relinquit, tenet tamen in dicto numero duodecimo. dictam opinionem, scilicet, quod in casu nostræ legis prius in tertio quam in quinto donatio imputetur, *Et est & alios idem tenentes refert Burgos de Paz. consilio 43 numero trigesimo secundo cum tribus sequentibus, & nota quia quotidie videbis ad hæc non aduertiri, quæro tamen quid si donatione hac filio facta alius filius nascatur, an per natiuitatem istius filij reuocabitur dicta donatio, † & Bern. Diaz in regula 213. limitatione quarta.* videbatur constituere differentiam, cum alij filij adsunt tempore donationis factæ filio huic donatario, vel non adsunt ij filij tunc, & facta donatione alius filius nascitur, ut priori casu valida sit talis donatio quæuis alij post nascantur filij, quasi tunc pater merita filiorum nouerit, quæ quidem cognitio cessat ubi alius quam filius donatarius non adest tempore factæ donationis, & sic non valebit in secundo casu, quæ quidem differentia & distinctio, salua eius pace, verbalis potius quam realis est meo iudicio, & ex suamet ratione, confundi potest, nam si ad meritum cognitionem habenda esset consideratio, quo modo in vno casu potius quam in alio posset pater donans cognoscere merita filij recenter nati, ad quem in hoc casu esset habendus respectus & consideratio, cum respectu ipsius recenter nati reuocetur donatio, vel non reuocetur si non nascatur, merita enim aliorum filiorum iam natorum nihil in hoc casu facere deberent, præsertim cum libera sit attributa patri potestas meliorandi filium quem voluerit, absque attentione meritorum, *ut alio in loco diximus, & ideo in trepide tenendum est prout tenui antequam viderem Baezam, hæc optime examinarem, de non melior. filia cap. 9. n. 33. cum pluribus sequentibus.* quod donatio hæc per patrem facta vni filio, quantumuis vnicus filius tunc sit, non reuocari natiuitate alterius filij quantum ad tertium & quintum meliorationis vni ex filiis faciendæ, hoc est enim conforme iuri communi, scilicet, quod donatio filio facta reuocatur solum quoad legitimam alterius filij recenter nati, *ut apparet ex l. 8. tit. 4. p. 5. & ibi glos.* sed iure regio tertium & quintum respectu aliorum non est legitima, *ut diximus in l. 2. in fi. sup. isto tit. & lib. & sic in tertio illo potest apponi grauamen, secundum legem sequentem, ergo debet valere donatio illa in tertio & quinto & pro hoc confidero, l. 3. tit. de las donas libro 3. fori, ubi probatur, quod si vir donat uxori aliquid, anno elapso valebit donatio, tamen per superuenientiam liberorum reuocabitur vsque ad quintum, de quo pater inter extraneos disponere poterat, si ergo tunc non reuocabitur in totum, sed tantum in illo, quod erat legitima filij reuocanda est, ergo*

& idem inter filios non reuocabitur, nisi tantum in illo, quod est inter filios legitima, & sic antequam viderem Baezã, fundavi & tenai, & gauisus sũ illum videre sic tenentẽ. & respondẽtem fundamentis contrarijs, post hæc nouissime idem examinat Angulo. *l. 1. sup. eo. glos. si. ubi hanc magis communẽ n. 5. cum seq. aliquibus testatur opinione,* licet ipse ibi contra teneat & male, & hoc siue testator aut donator utatur verbo dono aut expresso verbo meliorationis tertij & quinti, quidquid velit *ibidem* dicere Angu. *in n. 7. cum sequ. aliq. vtroq;* enim casu valida est melioratio siue donatio quoad tertium & quintum, in quo *secundum l. 26. Tau.* visus est donator meliorare, præsertim cum habitas superueniens respectu alicuius actus, seu effectus producẽdi ita operetur cum superuenierit, sicut si a prin. adfuisset, *ex dictis late per Mandos. in reg. Cancell. reg. 18 g. 12. & in de signatura gratia, verbo licentia testandi in fia. & Tellium in l. 3. Taur. 2. p. n. 9. & Anguli distinctio est contra suamet dicta, nam si ipse asserit non valere in tertio & quinto, & reuocari sicut in legitima per filij natiuitatem, ex eo quod vnicus filius meliorari nõ potuit, quid importat siue fiat per verbũ dono aut melioro, & quia vtroque modo censetur facta melioratio, & sic eius opinio inutilis est & non tenenda, sed communis quod indistincte valet neque reuocatur donatio aut melioratio, vni filio facta per natiuitatem alterius quoad tertium & quintum meliorationis, vel quoad id quod capit donatio vel melioratio in tertio & quinto, verum tamen est quod si donatio talis filie vnica fiet ex causa dotis, tunc natiuitate alterius filij, vel filie reuocaretur in totum quoad tertium & quintum, eo quod filie nihil vltra legitimam donari potest, ex causa dotis, *prout optime defendit Baeza ubi sup. n. 83 cum seq. & est verissimũ.**

Vltius quarendum est, an dispositio nostri *tex.* in quantum disponit donationes simplices filijs vel descendentes per ascendentes factas in tertio & quinto meliorationis imputandas, sit correctæ † *per tex. in l. 29. Tauri, postea in l. 3. tit. 8. infra isto lib.* in quantum ibi disponitur, filios debere donationes alias, quam dotis & donationis propter nuptias ad collationem & partitionem trahere, & in legitimam eas imputare, prout imputari *in l. supra proxima* probamus. Et adeo in hoc leges istę visæ sunt aliquibus contrariæ, quod pluries in curijs petittum est, ut declararetur quomodo essent intelligendæ, quas ob res Tellius nouissimus omnium glossatorum vsque aũc legum Tauri, *in præsentia,* ubi legit illam etiam legem vigesimã nonã Tauri super illis verbis, *Otras donaciones numero sexto,* eas concordare nititur, quam etiam concordiam reulit Matienzo *in d. le. 3. glos. 2. tit. 8. infr. isto lib.* scilicet quod nostra l. procedit in donationibus simplicibus, lex illa verò 29. in illis verbis, *Y las otras donaciones,* loquitur & procedit in donationibus ob causam, quod patet nam cum prius de dote, vel donatione propter nuptias loquatur, reperatque verbum, *Y las otras* quod est altera, alterum, repetituum similiũ, merito quod de alijs donationibus ob causam aliam qua dote, vel donationis propter nuptias factas intelligatur, ut sic tales donationes in tertio & quinto meliorationis, non imputentur, quando quidem in legitimam † imputandæ sunt, *ut in lege precedenti diximus, & communem testatur*

testatur Picus & alij relati per Crasium de successio-
nibus verbo, legitima, quest. 23. num. fin. & istum
 intellectum ad dictas leges ante Tellium, assignauit Suarez, relatus & secutus per Couarr. in
cap. Rainaldus §. 2. col. penul. in fin. cum pluribus se-
quentibus fol. 139. de testam. & nouissime hunc in-
 tellectum communem esse asserit Angulo, hic in
glo. 4. num. 4. quid quid ipse aliud velit subtiliza-
 re, & est consonus & literalis intellectus ad dictas
 leges & tenendus. Ex quo ipse Tellius *vbi sup.* in-
 fert militiam emptam ex pecunijs patris & filio
 28 ob causam per ipsum patrem donatam * in legi-
 titimam imputandam esse & late hoc profes-
 quitur, itidemque infert an officium emptum per
 patrem & filio, ob causam datam, in legitimam
 imputetur, vt est officium decurionatus, Tabel-
 lionatus, & similia, & late insistit in legitimam
 non imputari, fundans se ex eo, quod vendi nō po-
 test tale officium, sed cum hodie vendi possint, &
 passim vendantur, dum tamen iusto pretio, & per-
 sonis idoneis & habilibus ad officium illud exer-
 cendum, practica communis est, quod in legiti-
 mam imputantur, vt tenebat Bart. in l. §. nec Ca-
 strens. ff. de colla. bono. vbi Ripa & Picus. num. 201.
 hanc dicunt communem opinionem & eis relatis, Cra-
 sius *vbi sup. quest. 27. vbi secus esse dicit, quoties ta-*
 le officium neque vendi, neque transmitti potest,
 ad hæredes & sic beneficium ecclesiasticum non
 imputabitur secundum eum ibi, quia neque ven-
 di neque transmitti potest ad hæredes, neque
 itidem computabuntur in legitimam, expensæ fa-
 ctæ in consequendo doctoratu, doctoratus enim
 est dignitas, quæ neque vendi neque transmitti
 potest, prout secundum eum ibi neque computabi-
 bit id quod pater expendit in adquirendo salariū
 filio suo aduocato, officia tamen hæc & supradicta
 si ob causam non donentur à patre filio vel alteri
 descendenti, sed simpliciter donatio eorum fiat,
 in tertio & quinto meliorationis imputantur,
 cum *vt diximus* vendi talia officia passim permis-
 sum sit, & ad hæredes transmitti, & in partitionem
 trahi, & sub hypotheca bonorum comprehendī
 prout in Granatensi pratorio asserit Tellius in d. l. 26.
 Tauri numero 12. in princip. & diximus latius in
 mea Curia Pisana libro 4. capit. fin. vbi hæc vo-
 cauimus abusus, quoniam vtentes dictis offi-
 cijs, plerumque adipiscuntur ea immoderatis
 pretijs & indignioribus relinquuntur, qui tamen
 sub falsa informatione idoneitatis ipsorum, adi-
 piscuntur ea à rege, cum non regem sed se ipsos
 fallant, ideo & renunciants, & ille in quem re-
 nunciatur, videant & diligenter aduertant, quid
 faciant, nam non minus agitur, quam de anime sa-
 lute, pro qua, quam poterit dare homo commuta-
 tionem, sed an donata filio à patre vt ad tit. patri-
 monij & ordinetur imputabuntur ita legitimam,
 29 dicendum est quod non, cum Minchaca de succe-
 ssio. creatione. §. 22. num. 44. & hanc communem
 contra Couarr. testatur Tellus hic nume. 16. & contra
 Auend. respon. 17. & cum communi tenet etiam
 Anto. Gomez l. 29. Tauri. numer. 21. & Angulo
 l. 9. sup. eod. gloss. 4. num. 16. nam cum ad hanc do-
 nationem faciendam pater donans non teneatur,
 sed voluntarie faciat, & sic non ob causam neces-
 sariam, merito quod in legitimam non imputen-
 tur sic donata, & sic lex. 29 Tauri nihil obstat
 huic opinioni, dum ibi donationes ob causas dicit

conferendas, nam intelligitur de illis ad quæ pater
 cogi poterat per filios, pro quo & facit quia talia
 bona donata, vt donatarius ordinetur ad titulum pa-
 trimonij, gaudent priuilegio bonorum ecclesia-
 sticorum & etiam in casibus alijs in iure non ex-
 pressis, Bard. & Deti. relati per Couar. libr. 1. va-
 riarum. capit. 4. numero 4. & tradit Felinus in cap.
 30 qua in ecclesiis num. 10. de constitutio & Auenda.
 cap. 14. prout numero 30. libr. 2. & beneficium ec-
 clesiasticum, improprie tamē, vocat hoc patrimo-
 nium, Gome. in reg. Cancellar. de infirmis resignan-
 tibus. questio. 23. in fin. & sic ex decreto 2. concilij
 Trid. in sessio 21. bona hæc donata, ad titulum
 hunc ordines suscipiendi, & pensio æquiparan-
 tur, sed pensio largo sumpto vocabulo dicitur be-
 neficium ecclesiasticum vt dixi, in l. i. titul. 4. lib. 1.
 sup. & bona beneficij ecclesiarum sunt, ergo idem
 quod de beneficio ecclesiastico in hoc casu iudi-
 catur, (vt, scilicet, in legitimam non computetur
 prout non imputari, supra diximus,) dicendum est
 in donatis ad titulum patrimonij ordines susci-
 piendum, præsertim cum in locum beneficij suc-
 cedat titulus hic patrimonij, secundum Rebuff. in
 praxi. benefi. titu. differen. int. res, genera, & ius,
 nu. 32. pag. 111. & sic debet sapere naturam illius in
 cuius locum subrogatur, ex argu. à subrogati. De
 quo per Euerar. in sua centuria in loco à subrogatio.
 & gloss. 1. l. Tuius ff. ad Trebel. & gloss. in Authen.
 contra rogatus C. eod. titu. per Suarez allegati. fin.
 fol. 204. pag. 2. per totam in antiquis Neque obstat
 si quis dixerit, quod decima soluitur, ex bonis ijs
 datis ad ordines in titulum patrimonij, quoniam
 etiam ex bonis capellanæ soluitur decima, vt
 diximus in titu. de los diezmos. libro 1. supra & ni-
 hilominus bona capellanæ ecclesiastica dicuntur,
 secundum Auendan. d. cap. 14. prout numero
 32. in fin. lib. 2. imo & capella fundata ad Deo
 feruendum licet non appareat de approbatio-
 ne Episcopi, præsumitur beneficium ecclesiasti-
 cum, secundum Rebuff. vbi supra titu. quid sit &
 quot modis. bene. numer. 8. & sic semel obtinui bo-
 na hæc ad titulum patrimonij obtenta vt ordines
 suscipiat quis, vt ecclesiastica iudicari, & per con-
 sequens donationem eorum per patrem factam in
 3. & 5. meliorationis imputandam, vt & sup. Au-
 endan. respon. 17. tenent relati in prin. istius qua-
 stionis, etiam si nouissime Ayora, in tract. de par-
 titio. 2. par. 9. 13. velit tenere cum Couarr. & Auend.
 contra communem assertam per Tello vbi sup.
 nec Atg. de matrimonio carnali ad spirituale procedit
 in hoc casu, sicut & in multis alijs non procedit,
 nam in hoc casu donatum reputatur quasi castren-
 se, quod non est in donatio ad matrimonium ear-
 nale, & an erit * reuocabilis hæc donatio, vide
 per Tellium l. 17. Tauri, numer. 81. & Auend. di-
 cto respon. 17. in fine. & inquit esse irrevocabilem,
 cum ea ostensa episcopus ob eam recipiat ordinan-
 dum, & non aliter recipiat illum, cum aliud non
 haberet beneficium ecclesiasticum, & sic dicitur
 cum episcopo factus contractus onerosus, & per
 consequens irrevocabilis remanet, aliter enim E-
 piscopus deciperetur, & sic esset in damno si do-
 natio hæc reuocari posset, teneretur enim Episco-
 pus reuocata donatione, ad sustentationem talis
 ordinati, & ob id ne in dāno deceptus remaneat,
 irrevocabilis erit talis donatio, & hoc præser-
 tim assento decreto Concilij Tridenti cap. 2. sessio. 21.
 d. re-

de reformatione & ex l. 1. sup. isto titul. cum reputetur contractus onerosus cum tertio & sic cum Episcopo factus, & tenet etiam nouissimè Angulo. l. 1. gloss. 10. n. 7. sup. eod.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordo & forma nostræ legis cum sine facultate regia parentes disponunt de tertio bonorū suorum, seruandus est, secus si ex licentia regis. num. 1. & 34.
- 2 Lex nostra unde habuit ortum. 2.
- 3 Intellectus verbi, quando, nostræ. l. num. 3.
- 4 Parentes & simul meliorantes filium & descendentes alium in tertio bonorum possunt grauamina apponere, secundum tenorem nostræ. l. num. 4.
- 5 Maritus qua cautela utetur ut meliorando de bonis suis & uxoris valida sit melioratio, etiam ex parte uxoris. num. 5.
- 6 Tabellio qua cautela utetur cū maritus & uxor in simul testantur, ut una rogatio sufficiat. 6.
- 7 Parentes habentes tantum filios naturales an tenebuntur seruare legis nostræ tenorem, si vnum eorum in tertio meliorauerint, si grauamina apposuerint. 7.
- 8 Filius naturalis querelat testamentum matris naturalis descendētis sine legitimis & naturalibus descendētibus. 8.
- 9 Alienatio tertij bonorum descendenti legati non valet, si prohibitio alienationis est appositā etiam in contractu inter viuos sicut ex testamento, ex l. nostræ, num. 9.
- 10 Alienatione prohibita in testamento respectu certæ personæ vel ex aliqua causa si aliud fiat, nulla est neq; trāsit dominiū. 10. & ibi quod ex causa sufficiens est rē fuisse maiorū.
- 11 Alienatio prohibetur & dominiū translatio impeditur, si res ipsa hypothecetur & obligetur pro obseruatione contractus. 11. & ibi alij apponuntur casus vbi idem seruatur.
- 12 Successor vocatus an possit statim petere reuocari alienationem rei maioratus alienatæ. 12. & 14.
- 13 Declaratio ad legem. 7. titul. 4. part. 5. num. 13.
- 14 Pecunia si legetur ecclesie, aut alteri pio loco ut ex ea emat fundum, nunquam poterit dictum fundum alienare. 15.
- 15 Conditio potestatiua an possit apponi filio in legitimam. 16. cum sequentibus.
- 16 Vxori vsufructuaria bonorum relicta solū debetur vsufructus quinti bonorum, si maritus descendentes reliquit. 17.
- 17 Filio si tertium relinquatur per patrem irrevocabiliter, secundum ordinem nostri text. grauatur ut post tale tempus deueniret ad alium, an ante illud tempus cum consensu filij poterit petere reuocari. 18.
- 18 Donatio fundi cum grauamine in fauorem tertij apposito alicui facta, an cum consensu donatarij possit donans illud grauamē respicere num. 19.
- 20 Grauamē apponi potest in tertio bonorum per meliorationis viam alicui donato per patrē, etiam si sit quod non nubat nisi nobili. 20. vbi & an per viam pacti valeret. num. 22. ad quod seruiet pactum.
- 21 Conditio appositā in contractu matrimonij, quod vir non abstrahat uxorem suam à tali loco. an valeat. 21.
- 22 Operas suas potest quis in perpetuum locare 22. & ibi. ad quod seruiet istud pactum.
- 23 Grauamen an valeat, quod si alienauerit bona deueniant in talem. 23. & ibi ampliatur.
- 24 An possit apponi conditio quod si commiserit crimen lese maiestatis eo ipso sit priuatus, & deueniat in talem. 24.
- 25 Grauamen quod perpetuo bona non diuidantur, an opponi possit. 25.
- 26 Pater si iusserit bona ultra legitimam restitui an si filius hic melioratus post suscipiat filios admittetur solus nepos, an & omnes alij filij. 26.
- 27 Lex, cum acutissimi. C. de fideicomis. & similes habent locum etiam in filio grauato restituere. 27.
- 28 Lex cum acutissimi secundum receptiorem opinionem habet etiam locum in contractibus inter viuos quia gratia stipulantis vel donantis celebrantur non sic si gratia vtriusque. 28.
- 29 Filius naturalis grauati an excludat substitutum. 29.
- 30 Lex cum acutissimi an habeat locum cum ascendentes instituuntur à descendētibus. 30. & ibi an videantur vocati à testatore filij à grauato suscepti.
- 31 Fideicommissum per qua verba inducatur, numer. 31.
- 32 Maioratus contra imperitos aliquos fieri potest, sine regia licentia, num. 32. ut ibi.
- 33 Maioratus si cum licentia regis fiat plures operatur effectus quam si sine ea fieret omnium bonorum. 33.
- 34 Substitutiones & pupillares & vulgares possunt apponi in melioratione tertij & quinti vel solum vnius. 35.
- 35 Non requiritur in lege nostræ seruari prerogatiuam ordinis descendētium sed sufficit cuiuscunque gradus fiat. 36. dum tamē fiat descendentes meliorantis ut ibi.
- 36 Proximior testatoris semper in maioratu videtur vocatus nō vero ultimi possessoris. 37.
- 37 Pater meliorantis in tertio an vocando vnum ex descendētibus possit alios descendentes dimittere & transitum facere ad collaterales & extraneos. 38. & num. 41. declaratur & num. 42.

- 39 *Dictio dum modo inducit modum 39. & conditionem ut ibi.*
- 40 *Lex nostra, procedit ad exemplū substitutionis exemplaris 40. & ibi quod in exemplari omnes filij sunt substituendi, non tamē tenetur totam lineā vnius ex descendētibus vocati vocare. 42.*
- 43 *Meliorās in tertio non potest, etiam de consensu meliorati peruertere. l. nostra formam 43.*
- 44 *Filij naturales succedunt matri ab intestato & ex testamento, si filios vel descendentes legitimos mater non habeat. 44.*
- 45 *Filij naturales an succedant in maioria quando simpliciter inuitati sunt 45. vbi idem si ex filia nascantur succedente in maioria illa.*
- 46 *Filij incestuosi nunquam succedunt in maioratu etiam si vocetur sub conditione si legitimetur 46. vbi an valeat institutio sub dicta cōditione.*
- 47 *Maioria per patrē non potest, institui in filium suum spurium. 47. ibi secus esse si ab alio quam à patrē maioria instituat & sic ab Auo.*
- 48 *Filius spurius indubio non censetur vocatus numero 48.*
- 49 *Filius spurius an vocari possit consentientibus filijs legitimis 49.*
- Filius clerici minoribus constituti ordinibus habitus in soluta an nostra. &c.*
- 52 *Pater meliorans filium in tertio on in defectum descendentiū teneatur vocare proximiores consanguineos an sufficiat si vocet remotiores 52.*
- 53 *Commisarius cui data fuit facultas eligendi vnum ex familia sufficit eligere remotiorem. 53. non tamen poterit eligere ingratum vel demeritum testatori ut ibi.*
- 54 *Mouetur contrarietas l. 6. Tauri contra nostram numero 54.*
- 55 *Lex nostra non habet locum in melioratione de quinto bonorum facta. 55.*
- 56 *Prohibita alienatione filio an ex l. nostra censeatur etiam prohibita nepoti. 56. & 58.*
- 57 *Graua mina nostra l. in tertio vel 5. vel in utroq; simul apponi possunt non vero in alio. 57.*

Lex. ii. quæ erat. 27.
Tauri.

SUMMARIUM.

Quelibet graua mina & vocationes possunt apponi per parētes meliorātes aliquem ex descendētibus, seruata forma & ordine nostri tex. ita vt graua mina illa possint in perpetuum durare nulla adhibita distinctione quarta aut quinta generationis.

IBi, *Que quando el padre o la madre, intellige meliorantes in tertio bonorum ex vi huius l. & similium, secus si ex licentia † regia maioratū constituendo de tertio bonorum*

vel de omnibus bonis, vel maiori eorum parte, quia tunc non tenebitur seruare tenore nostræ l. secundum Pelac̄ de maioratibus in initio prima partis numero 11. & late Velazquez l. 40. Tauri. glo. i. numero 53. vsque ad. 59. habuisseque videtur ortum principiu huius nostræ l. in quantū permittit † graua mina apponi in tertio bonorum meliorationis, à lege. i. prope medium, ibi, *Ni el hijo, ritu. 4. fori juzgo & al. 3. & 4. ritu. 9. par. 6. & à l. 44. ritu. 5. part. 5. secundum Castillo hic colum. i. notandumque est verbum illud quando, † iuncto illo alio verbo, Mejorarēn, quod tunc graua men est apponendum in tertio illo bonorum filijs legitimis cum melioratio fit, vel dum est in fieri, quia tunc perfecte & irreuocabiliter, nondum est facta, secus vero post quam est perfecta, & irreuocabiliter facta nam tūc non licet post modum graua men apponere ex l. perfecta donatio. C. de donatio. que sub modo, qualitalque adiuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi & ita tenent & considerant Cifuen. hic & Gomeci. in l. 17. Tauri. numero 22. & eis relatis Matienzo hic glo. 3. numero 2. & sequenti. & Angulo hic glo. i. & Velazquez l. 40. Tauri. glo. i. num. 51. & 52. & verum est; sed an si pater & mater meliorent filium vel descendentem alium legitimum in simul & coniunctim in tertio bonorum suorum poterunt graua mina apponere. l. nostra tenorem seruando, † & dicendum est quod sic quia ambo in simul possunt meliorare, secundum Suarez l. quoniam, limi. 3. l. regia numero 14. pag. 166. & tot sunt donationes & meliorationes, quot sunt personæ meliorātes, & qualiter tunc & qua cautela poterit maritus meliorationem talem in testamento vel per scripturam aliam efficere, ita vt eo mortuo vxor eius eam reuocare nō possit, quo ad partem suam † tradit Suarez vbi sup. & Couar. in 2. part. rub. de testamen. num. 8. fol. 5. & Burgos de Paz, in l. Tauri. numero 1216. & sic in facto consului validum esse maioratū hac cautela factum, & duabus sententijs sic fuit in dicto casu determinatum in regia Cancellaria, multo antequam scriberent moderni Hispani de maioratibus tractantes, vt fuit Molina, de maiora. lib. 4. c. 2. num. 84. & Pelac̄, de maiorati. i. par. quest. 23. per totā, & Burgos de Paz consi. 2. num. 14. & 16. & num. 21. 32. & 33. tractat quid si vxor recepit aliquid ob hoc an teneatur illud restituere si reuocet maioratum, ex parte sua, & remissi. vide per Moli. vbi sup. & per supradictos. Et qua cautela Tabellio vti debeat, quoties maritus & vxor in simul in eodem testamento testantur, vt vna † rogatio sufficiat, 6 neque plures requirantur vide Bellonū, consi. 85. num. 9. vbi inquit quod in tali casu notarius & testes dicant se signare & subscribere testamentum talis mariti & talis vxoris, eas in specie separatim nominando, vt docet Ang. Arret. in §. igitur col. fi. inst. de rerum diuis.*

Ibi, *O descendentes legitimos, & sic si tantum pater vel mater quibus lex nostra permittit meliorando in tertio graua mina apponere, habuerint descendentes naturales, & vni eorum in dicto tertio meliorauerint, non tenebuntur seruare tenorem & formā nostræ legis in graua minum appositione † nam cum lex nostra de legitimis 7 descendētibus loquatur alios exclusisse censetur, quoniam limitata dispositio limitatum producit effectum l. age cum Geniniano. C. de transactio-*

nibus, & ita voluit Tellius *hic numero 14. ad fin.* qui tamen quo ad matrem cogitandum reliquit, nam quo ad patrem nullam difficultatem habet dicta opinio, quo ad matrem vero, maximam, matri enim filius naturalis eius necessarius hæres est, tam ab intestato quam ex testamento, & sic si à matre tali præteratur filius in testamento, querelatur matris naturalis testamentum, prout in l. 7. tit. 8. inf. isto libro dicemus, & tradit Marien^o *hic gloss. 5. num. 3.* imo & legitimus hæres est filius naturalis matri siue naturali, dum tamen mater ex dicto concubitu pœnam mortis non incurrat, neque fuerit concubina clerici in sacris constituti, quia tunc talis filius non esset naturalis, vt matri succedere posset, data tamen naturalitate hac, legitimus hæres est matri deficientibus legitimis & naturalibus descendentes secundum d. l. 7. prout & voluit Tellius *hic n. 11. in princ.* & sic mater habens plures filios aut descendentes naturales si vnus ex eis melioret in tertio tenebitur, si grauari eum in tertio illo velit, seruare ordinem & formam nostri rex. quod secus in patre naturali qui non tenetur filio naturali aliquid relinquere vltra duas ex duodecim partibus, secundum rex. in l. 8. ritu. 13. par. 6. & sic tenui pro vera hæc opinionem & gauisus sum dum vidi nouissimè Angulo in presenti in gl. 2. sic tenentem & bene quidquid aliud velit Matien. *hic in glo. 5. numero fin.*

Ibi, Por contrato entre viuos, & tunc seruandum erit id quod dispositum fuerit secundum nostræ l. tenentem, ad eò vt alienatione huius tertij prohibita, non transeat dominium in eum in quem alienatio facta fuerit, ex eo quod ex l. nostra dispositione etiam in contractu inter viuos quodlibet apponi grauamè permittitur, & per consequens etiã prohibitionis alienationis permissum censetur quia indiffinita equipollet vniuersali, & consequenter debet esse cum effectu vt in nihilo valeat talis alienatio, neque transeat dominium in eum in quem aliqua res huius tertij fuerit alienata contra dispositionem meliorantis, prout in expressis terminis, tenuit glo. ante pen. in l. 23. tit. 5. part. 5. & sic quantum ad hoc purificabitur prohibitio alienationis in contractu facta, illi quæ in testamento facta fuerit, ita quod sicut quando in testamento prohibetur alienatio rei legatæ fauore personæ prohibitæ, vel ex aliqua causa, non licebat alienare secundum rex. in l. filius fami. §. diui. de leg. 1. & rex. in l. 24. ritu. 5. pa. 5. & ibi glo. imo & si de facto alienaretur, nulla translatio dominij tunc dabatur, neque transibat dominium in illum in quem alienatio facta erat, vt pote quia expressa prohibitio testatoris de non alienando facta respectu certæ personæ, vel cum causa reddit alienationem ipso iure nullam, ita quod impeditur translatio dominij, & secundum glo. l. cum pater, §. libentis & ibi Diēt. de leg. 2. & Ias. d. §. diui. infr. l. etum. nu. 4. & Ant. Gom. l. 40. Tau. nu. 37. & Tellius l. 3. Tauri. 2. par. num. 10. in princ. & Menes. l. quoties num. 10. & 11. C. de fideicom. & melius per nostrum Guterium in repet. l. nemo potest num. 22. cum sequent. aliquibus num. 24. qui pro causa esse asserunt, rem fuisse maiorem suorum, vel quoties in re illa aliquis substituitur, ita & iam quoad tertium bonorum meliorationis de quo in l. nostra, prohibita alienatione, per meliorantem valebit prohibitio, & erit efficax ad impediendum translationem do-

minij si alienetur de facto, prout voluit Ant. Go. l. 40. Tau. nu. 36. cuius opinio in hoc posset procedere & sic limitabitur doctrina communis, quam ipse Ant. Go. ibidem refert, ex rex. in l. si ita quis §. ea lege. ff. de verbo oblig. & alia iura allegata per Tellium vbi sup. & Ant. Gom. vbi sup. nu. 13. & tradit per regulam & fallentias Ias. in eod. §. ea lege nu. 19. cum pluribus sequent. fol. 193. & Guterius in d. l. nemo. num. 27. scilicet, quod prohibitio alienationis in contractibus non poterat apponi, sicut poterat in testamentis, & si apponebatur in contractibus, non impediatur dominij translatio, vt & probat rex. in l. 43. tit. 5. par. 5. & rationem differentie assignat Guterius, vbi sup. nu. 27. & fortificat pluribus modis Ant. Go. d. num. 13. & infert aliqua, imo & quantumuis in tali contractu fieret prohibitio talis respectu certæ personæ adhuc tunc non impediatur alienatio quin transiret dominium, & reuocabiliter valida esset, secundum gl. in l. ea lege. C. de cond. ob causam teste An. Gom. d. l. 40. Tauri. nu. 25. & communem testatur Couar. in c. Rainald. in princ. nu. 4. fo. 131. de testa. Ias. in auth. res quæ C. communia de legatis Sua. allegat. 9. col. 6. & 7. idem Ias. in l. si. §. sed quia num. 4. C. ad Trebel. licet Sua. vbi sup. & iterum in allegatio. 19. pag. 3. in medio, aliud velit, & sic solum remanebit tunc actio contra alienantem, & eius bona, secundum eos, maxime, Ant. Gom. vbi sup. nu. 28. tamen ista regula ex dictis & ex lege nostra non procedet quo ad tertium bonorum meliorationis per aliquem ex ascendentes factum descendenti alicui, & erit vnus modus per contractum prohibendi alienationem in tertio illo, alios modos prosequitur Ant. Gom. d. n. 18. quorum primum assignabat, scilicet, quod pro obseruatione pacti & conventionis, in quo ius aliquod reseruabat res ipsa obligaretur & hypothecaretur specialiter, vel generaliter, vt asserit glo. magna fol. 19. tit. 8. p. 5. & Guterius vbi sup. nu. 157. & à nu. 28. istum casum prosequitur, vel melius & secundus erit casus si apponitur aliqua clausula translatiua possessionis puta si dicatur prohibeo alienari, & si ad aliquem actum alienationis perueniatur alienatio sit nulla & dominium ad prohibentem reuertatur & in eum casum ex nunc constituit ille in cuius fauorem fit pro se & successoribus nomine prohibentis possidere, quia tunc valet prohibitio, & non transfertur dominium, sed potius res transfertur in prohibentem, secundum Ant. Gom. d. n. 18. & communè dicit Ors. l. nemo col. 954. vers. 20. ff. de pactis, ad quod tu addes, quod dicat ipse donatarius in quæ & cuius fauore fit contractus, & prohibitio alienationis apponitur quod ita promittit, & pro obseruatione contractus obligat omnia bona sua, & specialiter res donatas & in contractu contentas, nam tunc non solum non valebit alienatio, sed & contra tertium tenentem res potest agi directa via executiua vt res restituat, & tunc cessabit difficultas opposita per Ant. Go. d. nu. 18. secundum quod faciendum dicit Sua. l. post rem vers. que las cum plades, que est l. limi. nu. 10. ff. de re iud. voluit Ias. d. §. diui. l. lect. nu. 91. & in d. §. ea lege. nu. 29. & glo. magna in princ. col. 2. vsque ad finem l. 19. tit. 8. p. 5. & in d. l. 43. tit. 5. p. 5. & huius practicæ communis & communior opinio hæc est, vt in aliud propositum, per Fano. de pignori. bus i. membro. 2. part. nu. 5. cum 2. sequentibus & facit optima. l. fin. ritu. 5. par. 5. & voluit Molina de primogenijs

genijs lib. i. cap. 12. num. 35. aliud remedium apponere, vel iterum non procedit dicta regula generalis, quoties in contractu fit & constituitur rerum *ibidem* contentarum vinculum iure maioratus, nam tunc prohibita alienatione, erit efficax ista prohibitio vt alienatio non valeat, neque dominium transferatur, eo quod in successorem dominium, & possessio transferatur mortuo possessore alienante, ex l. 45. Tauri, prout in expresso, tenet Orosius in l. nemo. ff. de pactis, col. 955. in medio, & Tellijs hic num. 2. ad fin. & Molina de primogenijs d. lib. i. cap. 12. num. 31. & 32. vbi annexit rationes ad hoc, imo & tunc potest statim successor

12 vocatus petere & reuocari alienationem illam, secundum Anto. Gomez l. 40. Tauri. num. 88. quamuis glossa magna colum. 2. versicul. item aduerte. in l. 32. titu. 9. par. id velit intelligere vt procedat in casu in quo licet alicui ex dispositione legis vinculum & maioratum constituere, vt patri in tertio & quinto vel alteri ascendenti respectu descendendum, secundum l. nostram, vel in omnibus bonis regia licentia existente, non vero procedat in illo qui vellet deficientibus descendibus constituere vinculum de omnibus bonis suis per viam contractus in extraneum, vt tunc prohibitio alienationis non impediatur dominij translationem, sed procedat iura antiqua & non displicet declaratio, sed acuta & vera videtur, licet contra eam vrgeat plurimum d. l. 45. Tauri, quae in omnibus vinculis, vt *ibi dicimus*, procedit, cogita circa hanc declarationem Gregorij Lopez, quia singularis est, & reuertendo ad dictum nostrum casum, cum scilicet, per viam vinculi & maioratus facti in contractu inter viuos prohibetur alienatio, vt tunc talis prohibitio valeat & impediatur dominij translationem, in hoc casu potest intelligi l. 7. tit. 4. par. 5. probas & quod in substitutionibus & donationibus ex sola donatione transfertur dominium in quemlibet vocatum in infinitum & per consequens, alienationis prohibitio in contractu illo facta valeat, & impediatur dominium transferri, vt procedat si per viam vinculi & maioratus fiat, ne dicamus hanc legem partitarum tot iura ciuilia corrigere de quibus sup. prout ea intelligere voluit glossator *ibi & iterum in l. 2. verbo. luego. titu. 14. p. 6. & glo. magna col. penult. in fin. d. l. 32. tit. 9. par. 6.* inquit tamen Molina *vbi sup. num. 33.* quod in hoc casu quoties in contractu per viam maioratus fit prohibitio alienationis, quamuis non valeat alienatio non poterit successor in vita alienantis petere declarari nullam,

14 sed eo mortuo, & cum enim haec alienatio non tam ex prohibitionis expressae virtute nulla sit, quam ex sequentis successoris vocatione, non poterit in vita possessoris alienantis, sed eo mortuo reuocari, quod secus est quoties per viam vltimae voluntatis fit vinculum & maioratus & prohibetur rerum maioratus alienatio, nam tunc in vita alienantis peti potest, quia ex virtute expressae prohibitionis nulla est alienatio, & est bona consideratio & singularia sunt supradicta, & non sic per alium congesta, & in intellectu. d. l. 7. tit. 4. par. 5. insudauit Anto. Gomez. *vbi sup. d. num. 28.* tamen si prohibitio haec alienationis in contractu facta sit de tertio meliorationis, secundum ordinem & formam nostrae l. licet non fiat per viam maioratus, neque adsit in ea aliqua ex clausulis

supradictis, valida est prohibitio haec, & ea mediante impeditur dominij translatio si de facto alienetur, secundum Anto. Gomez in l. 40. Tauri numero & glo. antepen. in d. l. 43. titu. 5. p. 5. & quoad hoc nihil refert an talis prohibitio fiat in testamento, siue in contractu inter viuos, ex tex. nostro qui loquitur in vtroque casu quod est singulare, vnum aliud habes notare pro complemento huius glossae. scilicet, quod si quis legat pecuniam ecclesiae, vel pio loco sub modo vt ex ea emat fundum, ecclesia nunquam poterit dictum & fundum alienare, quia videtur a testatore tacite prohibita alienatio, licet hoc non expresserit, secundum Ias. in d. s. diui lect. 1. nu. 36. & Euerardum in loco a contrario sensu fol. 71. in paruis, pag. 1. in medio, per tex. in l. Titio certum. 2. respon. ff. de cond. & demonstra. quod notandum dicit, licet argumenro glossae in l. cum pater. s. libertu. & *ibi Docto. de leg. allegata per Ias. d. s. diui. nu. 40. lect. 1.* non esset nulla ipso iure, sed annullanda veniret.

Ibi, *El grauamen*, ijs verbis & ex dispositione nostrae l. videtur correctae dispositio. l. 11. titu. 4. par. 6. disponentis, quod in eo quod filio vltra legitimam relinquitur, tantum conditio potestatiua apponi possit in correctionem l. scimus s. cum autem C. de inofficio. testamento, permittentis in eo quamlibet conditionem & apponi posse idque per dict. l. partitarum, quo ad potestatiuam conditionem restringebatur & non plus, prout miratus tamen de tali restrictione & correctione tenebat Suarez l. quoniam in 2. ampliacione. C. de in offi. testamento, quam refert Minchaca tom. 1. successio. s. 10. numero 217. cum 2. sequentibus, & allegat Acoftam, legem illam partitae iniquam & duram dicentem, & in numero 344. cum pluribus sequentibus latius hoc prosequitur ipse Minchaca, per nostram tamen legem d. l. partitae correctae videtur & renouatus d. s. cum autem dictae l. scimus quo ad tertium hoc meliorationis, nam ex l. nostra quodlibet grauamen apponi possit in tertio quod vltra legitimam capit filius melioratus in eo, & in quinto etiam seruata. l. nostrae forma, & qui totum dicit nihil excludit, & sic non solum potestatiuam conditionem verum & quamlibet aliam apponi posse ex l. nostra censendum est in eo, quod filius vltra legitimam capit, & sic si uxori suae maritus relinquit usufructum bonorum, & filio proprietatem, licet ista conditio & grauamen reiiciatur, quia in proprietate & usufructu debet filio relinqui legitima, secundum tex. in auth. nouissima. C. de inoffi. testamento, & notae Suarez *vbi sup. num. 3.* amplia tamen in eo quod pater disponere poterat in uxoris suae fauorem, quod est quintum bonorum de iure nostro, & de iure antiquo in duabus tertijs, debetur uxori illi usufructus & quinti illius, *secundu Paul. optime in d. auth. nouissima. num. 3. & Suarez d. 3. ampli num. 5. & Anto. Go. to. 1. ca. 11. num. 26. & clarus *ibi num. 24.* ex tex. in l. si mihi & Titio, de leg. 2. allegato per Gomez Arias hic nu. 6. sub lege. 25. Tauri, probante, quod si alicui legatur vltra quam capere possit, quod capere potest remanebit penes eum, reliquum vero erit illorum, quibus de iure competit, & *ibi* in fortioribus terminis loquitur ipse Gomez Arias, scilicet, cum tertium bonorum extraneo relinquitur, vt debeatur quintum in illo tertio comprehensum, & supradicta voluit tenere Baeza de non melior. filia. cap. num. 10. inter filios tamen vel descendentes alios, inter quos cadit etiam*

melioratio tertij, in illo tertio poterit iā apponi quodlibet grauamen & quælibet cōditio seruata nostri tex. forma, *ex sup. dictis & ex alijs adductis per ipsummet, sua. d. 1. quoniam ampli. num. 4. pag. 37. & melius in 6. aplia. idq; sine dubio procedit quoties expresse in ipso tertio, vel quinto, vel in vtroque dum in eo melioratio fit apponitur grauamen, secus vero si apponeretur in ipsa legitima & in bonis relictis sine distinctione aliqua, ita quod toti institutioni fuit adiectū, tunc enim dubium esset an valeret in eo quod ultra legitimā caperet, & in hoc videtur iura ciuilia & regia allegata per Minchacam, *in d. §. 10. nu. 244. cum sequentibus aliquibus*, in suo permanere robore, puta si pater instituit sub conditione filium in legitima relinquendo pro ea plusquā caperet legitimam, tunc ius intactum remanebit vt non valeat nisi esset cōditio potestatiua nā hæc in excessu tantum valebit secundum ius regium *d. l. partita* vt declaratur per Minchacā *ubi sup. nu. 360. & gloss. no empete in ea. l. 11. titu. 4. par. 6.* si vero excessus fuit distinctus à legitima relictus tūc lex nostra procedat, & hoc ne cotrigamus per tex. nostrum *l. illā partita*, & nouissimè tenet Molina *de primogeni. lib. 2. cap. 1. num. 36. vbi à nu. 31. cum sequentibus* plura de illa. *l. partita* discutit & cōgregat, & inquit *in d. nu. 36.* quod aduertat pater aut mater, vt specificè cōditiones casuales aut mixtas apponat in tertio & quinto non vero insimul cum legitima, aliter enim in *l. fiet*, item *secundū eund. Molin. ibi nu. 37.* sub dubio tamen *l. illa* partitarum procedit, tam in filio in potestate quam in emancipato, vt in vtrisque indistincte reijciatur grauamē de legitima, sicut & lex nostra, quoad ea quæ ultra legitimam relinquuntur in vtrisque filijs loquitur, & nouissimè post hæc mea scripta vidi ad hæc etiam aduertisse Angulo *hic gloss. 3.* qui nititur apponere dictum intellectum ad *d. l. partite*, cum *Suarez ubi sup. in 2. amplia. qui videtur tenere supradictum intellectum Molina & relatorū supra ad. d. l. partitarum, & allegat Minchacam in d. §. 10. nu. 224. hanc de iure communi communē opinionem dicentem*, quicquid ipse Minchaca *ibi n. 177.* aliud velit & male, quæ notanda quia singularia.*

Quest.

Optimum tamen dubium est in propositum, pone enim patrē imposuisse in tertio bonorum filio meliorato, per contractum irreuocabilem, grauamē hoc quod post tale tēpus tertium illud deueniret in secundum filium, vel alium ex descendentibus, secundum nostri tex. ordinem & formā, & traditio intercessit, nunquid antequam adueniat tempus illud, poterit pater ob fauorem filij meliorari & cum eius consensu per contractum inter viuos, vel in testamēto, reuocare grauamen illud, & quod filius ꝑ primus habeat meliorationem illam libere & in perpetuum, quam quæstionē reperio quod in terminis nostris mouet Suarez *l. quoniam 8. quest. l. regia. pagi. 216. C. de inoffi. testamen. & Anto. Gomez l. 40. Tauri. nu. 29. & Gomez Arias hic, quam legit. pro. l. 25. nu. 30.* qui omnes determinat quæstionem & exordiuntur eam à quadam quæst. Bart. *in l. qui Roma. §. Flavius ff. de verbo obliga. dicentis* quod si aliquis donauit alicui fundam vt post certū tempus quæretur ecclesiæ, quod istud ꝑ pactū potest tolli, voluntate solius donantis, vel vt riuique *per tex. in cod. §. Flavius & per tex. in l. 3. ff. de seruis exportandis, cuius*

quidem opinionem plures sequuntur & communiter approbatā asserunt, quos allegat Didacus Perez libro 3. ordinamen. colum. 1056. vesicul. hinc infertur, & comunem vocat eam secutus in nostrum propositum Gomez Arias *d. n. 30.* & magis comunem testatur Ant. Gom. *ubi sup. licet vt infr. dicam* ipse contra eam tenet, & huic Bart. opinioni adhæret. *gloss. penult. in l. 7. titu. 4. par. 5.* vbi eam voluit vno modo limitare, vidi tamen contra eam consultum in simili casu, cui consilio ego adhæsi & contra Bart. testans comunem scholam cōtra eum esse, tenet Suarez *ubi sup. plurimis fundamentis & Anto. Gom. & Did. Perez ubi sup. & comuniorē contra Bart. testatur Benedictus relatus per gloss. penult. d. l. 7. & comuniorē & veriorē restatur etiam contra Bart. Duēnas in regu. 216. donator & hoc hodie clarius contra Bart. procedit, artenta. l. 2. titu. de los contratos y obligaciones, inf. hoc lib. secundū quam sola voluntas obligandi attenditur, & non alia perfectior forma & hac l. artenta sic tenendum asserit Ant. Gom. *ubi sup. & iterum in 2. tom. variarum cap. 4. nu. 3. in fin. versi. idem est si donet. & Villalobos in antinomia iuris ciuilibus & regy fol. 6. num. 26.* & contra Bart. considero subtile & inconuincibile fundamētum, scilicet, quia si ratio, quare Bart. dicit quod potest reuocari & remitti pactum illud per donatē, est, quia habita ratione pacti ad donationē respectu tertij, censetur contractus innominatus, vt & per Couar. *lib. 1. variarum c. 14. nu. 7. & Ias. d. §. Flavius nu. 19.* cessante hac ratione cessat totum fundamentum Bart. & quod cesset ratio patet, quia si secundum ius ciuile in contractu innominato aderat stipulatio, non licebat contractum illum reuocare secundum tex. in *l. ex placito. C. de rerū permutatione*, sed *ex d. l. regia. 2.* in omni cōtractu intelligitur interposita stipulatio, aded vt valeat ac si in eo interposita esset, igitur nō licebit resilire à dicto cōtractu etiam innominato, cum in eo stipulatio censetur interposita & sic *d. l. artenta* tenent ultra dictos, Did. Perez *lib. 3. ordina. colu. 1049. in medio & Anton. Gom. d. tom. 2. cap. 8. nu. 4. & Minchaca de successio. creatio. lib. 3. §. 1. num. 43. licet in lib. 2. §. 12. nu. 64.* contrarium velit & etiam quamnis contra velit *gloss. 1. in l. 1. titu. 11. part. 5. & Meneses in l. naturalis §. & si quidem num. 19. ff. de prescrip. verbis*, & facit etiam contra Bar. & eius sequaces, quia acceptatione facta per primum vocatū censetur per alios vocatos acceptatum secundū Telli. *hic nu. 2. & Guido. decisione. 276. implemētumq; illud est idem contractus cum primo, secundum Auenda. respon. 27. in princ. idq; clarius in maioratu procedit secundū Suarez ubi sup. & iterum in quest. maioratus & Ant. Gom. in l. 40. Tauri. num. 34.* & sic contra Bart. est tenendum præsertim in nostrum propositum, nouissimè tamen *in d. doctrina Bart.* tres casus distinguit Molina *de primoge. libro 4. c. 2. nu. 73. cum pluribus sequen.**

Ibi, *Ans de restitucion*, non arctant verba hæc legem nostram, quin & aliud quodcunq; grauamen, imponi non possit, nam equidē potest, puta quod non nubat nisi ꝑ nobili, *prout optime inquit gloss. per tex. ibi in l. 3. titu. 21. part. 2.* & an per viam pacti hoc valeret tradit Suarez *titulo de los casamientos §. ex quibus & alijs fol. 64. & in §. quantum ista leges fol. 68. in princip.* & videtur quod valeat, quoniā ex eo non infringitur omnimoda libertas matrimonij, neq; est cōditio turpis, impossi-

bilis.

- bilis, neque contra substantiam matrimonij quæ quidem si esset, impediret, *vt per Couarru. in 4. part. 2. capitulo 3. §. 1. 2. & 3. & potest quis, secundum eum, & Molin. de primoge. libro 2. capitulo 13. spe præmij inuitari ad contrahendum matrimonium cum aliqua, sicut & valeret conditio appositæ in contractu matrimonij, quod nõ posset vir à tali loco abstrahere vxorem suam sed teneretur ibidem cum ea habitare secundum Hostiæ. in c. 1. qui. mat. accus. pol. ubi Abb. num. 5. hanc dicit communem opinionem, quam & tenet Bern. Diaz regul. 800. limit. 1. Siluester verbo vxor. quæst. 8. Bart. in l. Titio centum §. 2. numero 4. ff. de cond. & demonst. licet contra teneant Couar. in d. 2. p. cap. 7. numero 5. fol. 88. & Anr. Gom. to. 1. cap. 12. numero 78. & 79. & tom. 2. ca. 10. nu. 24.*
- 22 potest enim quis in perpetuum locare † operas suas, *secundum gloss. l. antiquitas C. de usufructu & gloss. reuerti. l. 3. ff. de usufructu & quem quis utatur fruatur, quas sequuntur Cinus, Alberi. Paul. & Salicetus in d. l. antiquitas, & est similis gloss. in §. 2. Inst. de usuf. & ibi Doct. communiter & Bart. in l. stipulationes non diuiduntur 8. quæst. princ. ff. de verbo. oblig. seruet tamen istud pactum, & conditio in contractu matrimonij imposita, vel in seruitio & locatione operarum vt si non seruetur, soluatur interesse, vel pœna appositæ si aliter fiat, non tamen vt ei præcise sit standum, & sic in casu nostro si imponatur pœna amissionis tertij meliorationis si cum nobili non contrahat melioratus hic, vel nisi in tali loco vicerit, vel nisi talia arma, vel nomina attulerit, prout fieri potest, *secundum Menesium in rub. numero 5. versi. quarta ratio. C. de fideicommiss. & Molina. dict. lib. 2. c. 14. per totum, perdet meliorationem talis melioratus non implens defuncti voluntatem & valebit tale grauamen & conditio, dum tamè pœna amissionis apponatur, in fauorem descendendum aliorum secundum ordinem, & prærogatiuam nostri tex. debentque talia nomina & arma afferenda per hunc melioratum esse honesta non vero turpia, aut inhonesta, aliter enim priuationi non esset locus, *secundum Minchacam tom. 1. §. 10. numero 170. & gloss. contra. l. 3. titu. 4. part. 6. sed an valebit grauamen quod si melioratus bona meliorationis alienauerit, eo ipso***
- 23 bona deueniant in sequentem descendentem † meliorantis grauantis eum, dic quod sic, *secundum Tellium hic numero 8. quod ad eò verum ipse dicit in secunda parte. l. 3. Tauri. numero 9. quod neque ex principis cõcessione post succedet iste semel priuatus propter alienationem factam, imo, & *secundum eund. Tellium ibi numero 18. successor eius pro quo considero tex. in l. liberto. 21. §. Lucius ff. de annuis leg. voluit gloss. magna, in fine, in l. penulti. titu. 32. part. 7. Neque obstat. l. 43. titu. 5. part. 5. quia loquitur in ventione per aliquem alteri facta, nostra vero lex in melioratione tertij, in qua per. l. nostram quodlibet grauamen permittitur. Sed an possit apponi cõditio, & valida erit si apponatur, quod melioratus in tertio, vel successor in maioratu, si commiserit crimè læsæ Maiestatis diuinæ vel humanæ, statim eo ipso, & vna hora † antea priuetur eo, vide Simancas de instit. catho. cap. 9. numero 266. cum sequentibus & Molin. de primogen. Hispania, lib. 2. cap. 12. numero 56. sed an valebit grauamen**
- 24 quod perpetuo bona non diuidantur, † tangit Gomez Arias, *hic quam legit sub lege. 25. Tauri. num. 47. cum sequentibus, & dependet hoc ab illa quæ-*

stione num per testatorem possit impediri, in perpetuum diuisio bonorum hereditariorum, nam si non potest neq; in hoc casu poterit, non enim censendum est legem nostram permittere apponi grauamen à iure prohibitum apponi per testatores, sed illud tantum, quod contra ius non est, diuisio tamen perpetua non potest, per testatorem prohiberi, *secundum tex. in l. in communione. C. communia diuid. per quem ita tenet additio Bart. l. 2. numero 7. C. quando & qui. quar. pars debeatur lib. 10. neque valet conuentio & pactum de perpetua communione secundum Antonium Gom. To. 2. c. 5. numero 6. & Luend. cap. 4. per totum numero 21. lib. 1. & numero 19. & 20. contra Gomez Arias, hic numero 47. cum seq. ergo neque in nostro proposito prohiberi poterit, temporaliter tamen ob fauorem filiorum posset optime prohiberi talis diuisio, *secundum Paul. consi. 234. vol. 1. quem sequuntur relecti per additi. Bart. in l. filijs matrem. C. de inoffic. testam. & faciunt dicta per Suarez l. quoniam limi. 1. numero 1. pag. 103. licet in legitima apponi non posset, etiam in fauorem filiorum secundum Antonium Gom. tom. 1. capit. 11. numero 27. & in l. 48. Taur. num. 11. licet contra teneat ipsemet Suarez ubi sup. & Minchaca de successione. creatione. §. 10. numero 234. folio 208. contra quos ipse Suarez, sibi contrarius tenuit cum opinione Anto. Gomez. in l. quoniam sup. relata. 6. ampli. numero 5. pagin. 32. magis tamen communis opinio est, quod quoties grauamen est in fauorem filij apponi possit, & valeat, *vt testatur plura ex ijs inferens Michael Crassus, in tract. de successio. ab intestato. §. legitima. q. 39. numero 14. cum seq. Quærendum itidem est in propositum verborum horum nostri tex. num si testator instituit filium hæredem, & grauauit eum, vt bona vltra legitimam ei per patrem relicta, quæ hodie sunt tertium & quintum inter filios, & quintum inter extraneos, post mortem suam restituat nepoti, quem habet ex illomet filio meliorato, & grauato, si postea talis filius grauatus suscipiat filios, quos relinquit tẽpore mortis an admitteatur solus nepos substitutus, vel omnes filij † post 26 grauamen illud nati, & in hoc Ant. Gomez tom. 1. cap. 5. numero 39. inquit quod si tempore testamẽti talis filius grauatus habeat alios filios, tunc nepos solus substitutus admitteatur, & omnes alij excluduntur, & idem dicit si testator poterat habere alios filios, quia habebat vxorem iuuenem & fertilem in parturiendo, si vero talis filius grauatus non habebat alios filios, sed tantum illum substitutum, neque verisimiliter poterat cogitari, quod alios in futurum haberet, quia forte vxor eius diu fuit sterilis vel in firma, tunc si post alios filios habeat expirat substitutio, & omnes pariter admittuntur, quia videtur substituisse sub conditione tacita, si alij postea non nascantur ex coniecturata mente defuncti, & ibi allegat Paul. & alios ita tenentes: salua tamen auctoritate tanti Doctoris indirecte videtur tenendum, quod filij post nati excludant hunc nepotem substitutum, nam si communem habemus opinionem, quod lex cum acutissimi C. de fideicommiss. & l. cum auus ff. de cond. & demon. & l. 15. tit. 4. p. 6. cum eis concordans, habent locum, etiam si vnus ex liberis testatoris † sit grauatus restituere alij filio ipsiusmet testatoris, quia adhuc in hoc casu 27 intelligitur conditio illa, si sine liberis decesserit,***

cur & non idem in nostro casu dicendum erit, vt si grauatus filios habuerit excludatur eius filius nepos testatoris substitutus grauato, prout post hæc *vidi communem asseruisse Menesum in dicta. l. cum acutissimi. numero 3. C. de fideicom. nulla enim ratio differentia dari potest, & tunc ipsi fratres filij grauati succedent omnes in simul in melioratione illa, & tenendo hanc opinionem non obstat, id quod aliàs diximus in hoc tit. scilicet meliorationem tertij & quinti vel vnus tantum non reuocari natiuitate filiorum, quia est hæc differens quæstio, nã in nostra quidẽ non tractatur de reuocatione meliorationis, sed de exclusione substituti ad eam, per natiuitatem aliorum filiorum ipsius grauati, & sic differunt multum, neque contrariatur, licet non careat dubitatione, eo quod communis illa Menesij, loquitur cum filio ipsiusmet testatoris, debet per alium eius filium fieri restitutio, nos vero loquimur cū filio ipsius grauati est restitutio faciendã, tunc enim quamuis grauatus filios habeat, substitutus est itidem eius filius suus, ideo nimirum si tunc substitutus non excludatur, nisi adhibita distinctione illa de qua sup. extra hunc vero casum quod dispositio dictæ l. cum acutissimi & similibus locum habeat quoad materiam nostri tex. tenuit Anto. Gom. in d. ca. 5. numero 33. versicu. ex quo infero singulariter, & nouissimè posthac *vidi ita tenentem Angulo hic glo. 6. numero 6. & 7. quidquid velit Gomez Arias hic sub l. 25. Tauri. numero 45. quam quidem doctriam Angulo vbi sup. numero 10. limitat vno modo, scilicet, quoties restitutio esset substituto faciendã in vita meliorati, nam tunc filij non excludunt substitutum, si expressa voluntate melioratis sic erat ordinatum, non sic si ex tacita vt quia præcepit non alienari alias vocauit proximiorẽ, quam limitationẽ & sublimitationem assignauit etiam Matien. hic glo. 4. numero 9. & 10. qui in numero 8. alio modo limitat & in numero 7. inquit istam eandem opinionem plures tenere quos ibi refert itidemque *ibidem* ipse Matienzo testatur receptiorẽ esse dictam l. cum acutissimi locum etiam habere in contractibus inter viuos**

28 † qui gratia tantum stipulantis vel donatarij celebrantur non vero in contractibus qui vtriusq; gratia conficiuntur de quo agebatur per Ant. Gom. vbi sup. & Couar. in practicas cap. 38. numero 12. & Tellium hic numero 8. & Menes. in eadem l. cum acutissimi. num. 11. Et an si filius huius grauati sit naturalis excludet substitutum † tradit Ant. Gom. vbi sup. numero 40. & Menesius vbi sup. numero 30. per quos hæc & alia videri possunt quia non sunt præsentis speculationis, vbi numero 36. in fin. ipse Menes. inquit quod existente expressa conditione, si sine liberis grauatus decesserit naturalis filius excludit substitutum, secusque esse cum tacite intelligitur dicta conditio, si sine liberis decesserit vt & tenet Couar. d. cap. 38. numero 4. vers. tertio & intellectum gloss. ad fin. sed arretra. l. partita 10. titu. 4. part. 6. contrarium tenuit *ibi* glo. de sijos, imò quod et si adsit expressa conditio idem quod in tacita sit, & an d. l. cum acutissimi & similes habeat locum cum ascendentes instituuntur † à descendentes, tradit Suarez, in d. 16. amplia. l. quoniam in prioribus pag. 100. numero 4. & Ant. Gom. vbi sup. numero 35. & inquirunt quod non, quia secundum eos d. l. cum acutissimi &

similes, tantum inter descendentes à testatore loquuntur. secundum Couar. d. numero 12. cum sequen. & Menes. in eadem l. cum acutissimi numero 25. & 26. & an filij ij suscepti à grauato, qui excludent substituto videantur vocati ab ipso testatore, vt ex eius dispositione admittatur vide Menes. vbi sup. nu. 46. & 47. vbi nu. 48. ampliat quæstionẽ ad legata & ad meliorationem tertij & quinti.

Ibi (fideicommissio) per quæ verba inducatur † fideicommissum tradit late hic Gomez Arias, 31 quam legit sub l. 25. Tauri. numero 28. & Castillo & Docto. hic & in locis ordinarijs, & Marcarius in epitome de fideicommissis 2. p. c. 1. & Crassus, tractatu de success. §. fideicommi. q. 4. cum sequen. aliquibus.

Ibi, Vicinulos. Hic est text. cõtra imperitos asserentes maioratum sine licentia regia fieri non posse, nam equidem † potest, secundum Suarez in 32 l. quoniam 2. l. i. l. regia numero 16. pag. 146. in quo Castillo hic in principio, legem hanc singularem reddit, & voluit nouissimè Angulo in præsentii in glos. 5. in principio, & Molina de primogen. lib. 1. c. 3. vbi numero 8. ponit formam conficiendi maioratum cum consensu filiorum, & clarius in eod. lib. c. 2. num. 9. vbi an vtilius sit constitui cum Regia licetia, an sine ea, & sic videmus quod l. 45. Tauri qua est 8. tituli sequentis habet locum etiam in vinculis, pro vt *ibi* dicam, licet si cum regia licentia † fiat maioratus omnium bonorum plures effectus operetur, quam si sine ea fieret, vt licet videre ex Anto. Gomez in l. 40. Tauri. numero 55. & ex Molina vbi supra d. lib. 1. c. 2. numero 9. vbi clarius etiam tenet quod sine licentia regia potest fieri maioratus, verum tamen est quod si de tertio & quinto in filios secundum formam nostræ l. fiat effectus duos principales habet, quæ non habet maioratus cum licentia regis factus, vt licet videre ex Angulo hic glos. 5. per rotam, sed an in maioratu cum licetia regia instituto vocationes † erunt faciendæ secundum l. nostræ tenorem vide Molina de primogen. lib. 2. ca. 11. numero 11. & supra ista. l. numero 1.

Ibi, substitutiones. Siue sint vulgaris in vtroque etiam casu voluntatis, scilicet, vel impotentia, siue pupillaris, † pro vt communè testatur Minchaca, relatus per Ant. Gom. tom. 1. c. 3. numero 17. & 22. licet ipse *ibidem* vnico tantum fundamento contra teneat, scilicet, quia eo non valet substitutio vulgaris in tertio bonorũ, non tam fauore filij grauati, quam non sit in præiudicium aliorum descendentium cuius quidem intentionem ipse prima facie percipere non potui, quin salua pace tanti magistri sua opinio falsa & miranda mihi videatur, nam aut intelligendum videbatur quod communis dicta asserta per Minchacam, procederet & loqueretur, cū vulgariter filio in tertio illo meliorationis extraneus aliquis substituitur omissis & derelictis descendentes alijs meliorantis & ascendentes & propinquis eius, & sic esset falsa illa communis tanquam l. nostræ contraria prius descendentes & ascendentes & propinquos substitui iubens, & in eorum defectum extraneos, aut intelligendum videtur, quod communis illa loquitur (prout in effectu loquitur) quandoquidẽ ad l. nostram se refert, cum vulgariter aut pupillariter in tertio illo aliquis ex descendentes secundum ordinem nostræ l. vocatur, & in defectum eorum, vel quia noluerunt acceptare

acceptare vel non potuerunt, extraneus aliquis vocatur, & tunc communis est vera & cessat ratio Ant. Gom. eo quod nullū præiudicium tunc resultat alijs descendētibz & propinquis, quandoquidem vocati sunt priusquam extraneus, & sic non est vera opinio Anton. Gom. cōtra communem illam: si vero communem intelligamus quod loquatur tātum quoties filius melioratus, vulgariter grauatur, tantūmodo in casu voluntatis dato sibi substituto extraneo, & hoc casu sicut in legitima grauari potest, *secundum quod ipse Ant. Gom. ubi supra late tractat. num. 17. cum pluribus sequentibus*, ita & in hoc tertio bonorum grauari possit, secundum communem illam, & tunc falsa esset ipsa communis & vera illa altera An. Gom. contra ipsam communem, vt pote quia in hoc casu magis priuilegiatum sit tertium bonorum, ex tex. nostro ne præiudiciū fiat alijs descendētibz, à quorum legitimis tertiu extrahitur quibus lex nostra præiudicari prohibet, quam sit legitima in qua solum fauor filij grauati in d. casu voluntatis cōsideratur & attēditur, & non aliorum descendētium, & sic in tertio illo non possit substitui vulgariter in casu voluntatis, & secundum hoc vera esset illa Anton. Gom. cōtra communem cuius quidem hanc credo fuisse intentionem si bene percepi, sed licet hæc sic considerari possint, nihilominus contra eum cum communi tenendū indistincte iudico, scilicet, vt vulgaris substitutio in vtroq; casu voluntatis & impotentię apponi possit in melioratione tertij bonorū, seruata tamen nostri text. forma & ordine, prout post hæc ijs non cōsideratis neq; adductis vidi tenentē Angulo *hic glos. 6. nu. 5. vbi nu. 2. & 3. idē in pupillari inquit esse & nu. 6. & 7. intelligit id procedere non solum si substitutio fiat in vltima voluntate verum & si in cōtractu, & clare ex tex. nostro probatur & tenet etiam Matien. hic glos. 3. nu. 1. qui idem esse affirmant de iure communi & bene.*

Ibi, *Con tanto*, Modum, formā & conditionem verbum hoc inducit, ita vt si non seruetur, corruat actus contrarius vt in *glos. sequenti videbimus.*

Ibi, *Entre sus descendientes*. Intellige cuiuscunq; gradus sint, *secundum Tellium hic num. 9.* siue alios præcedant siue præcedantur ab alijs, † & vt tenent in *presenti Matienço glos. 4. numero 4. & Angulo glos. 6. super ijs verbis* dum tamen sint descendentes ipsius meliorantis, non vero meliorati, *secundum Tellium numero 6. & Matien. num. 5.* qualitas enim vt per eos, & Angulo d. glos. 8. numero 3. inspicienda est respectu meliorantis tantum, idque ex *tex. nostro* colligitur, qui cum ipso meliorante loquitur ibi. *Y que lo fagan.* Ex quo videtur hinc posse sumi argumētum ex *tex. nostro*, quod in maioratu semper proximior testatoris & non vltimi possessoris † videtur vocatus ad maioratū, de qua quæstione late agitur per Couarru. in *practi. c. 38. num. 1. cum sequentibus*, & Molinam *de primogen. lib. 3. capit. 9.* & Rolandus *consi. 101. prima parte* cum *secundum Tellium hic in d. numero 7.* semper in substitutione illa vocante proximiorē sui generis censetur vocatus proximior sui testatoris vt late per supra dictos & alibi sæpe quæ quidem quæstio est satis perplexa, & ex *tex. nostro* probari potest, sed quia nō est nostræ materiæ omitto eam, item ex ijs verbis nostræ l. colligitur amplius quam vnum debere esse descendentes, quia in vnum

tantum descendentes non cadit melioratio tertij, vt diximus in l. 3. in *glos. hijo, supra hoc titu. & lib.* si tamen fieret melioratio filio vnico sub grauamine, & vocando substitutum ipseque filius repudiaret meliorationem & in substitutum melioratio deueniret, valeret equidem in substituto grauamē illud. *secundum glos. mayoria, in fine in l. 2. titu. 15. parti. 2. per l. cum patronus & ibi Paul. de lega. 2.* est tamen in propositum optimum & subtile dubium & per neminem quē vsque viderim in specie tactum, an iam quod pater possit substituere in tertio alicui ex filijs factu in vim meliorationis, dum substitutio fiat in descendentes, secundum ordinem nostri text. si pater substituit vnum ex descendētibz, an omīsis alijs descendētibz possit trāsire ad vocationes ascendētium, vel propinquorum † collateralium & extraneorum, finge enim vt quæstionem intelligas parentem habere quatuor filios ex matrimonio suo vnūque eorum meliorauit in tertio bonorum in eiusque defectum substituit in tertio illo aliū ex dictis filijs, dictoque filio substituto mortuo omīssa substitutione in alijs duobus filijs substituit ascendētes & propinquos & in eorū defectū quosdā extraneos, dubitatur an valebit necne dispositio ista, & videtur quod sic quia qui plures filios habet potest vnum eorum meliorare ex l. 18. 19. & 21. Tauri, & ex l. humanitatis. C. de impub. & alijs, prout ex ijs sic voluit Tellius hic num. 5. & eo relato Matien. hic num. 3. licet non ita clare. ego tamē in hac quæstione semper tenui & teneo cōtrarium, imo quod etiā illos alios duos filios teneretur meliorās substituere antequā procedat ad vocationes ascendētium propinquorū collateralium & extraneorum, idq; probo ex *tex. nostro* & eius ordine ponderando verba illa, *con tanto*, quæ quidē modum & cōditionem important, quia dictio, dū modo modum inducit † *secundum Barro. in l. quibus §. fin. ff. de cond. & demonstra. Arretin. in li. si ita quis §. seia colu. 2. ff. de verbi obliga. Corneus consi. 20. incipienti videtur litera A. & consi. 130. viso. litera E. volu. 3. dictioque, dum conditionem importat glos. & Bart. in l. si quis ita. ff. de conditio. & demonstra. & l. 4. §. uxores de lega. 3. l. qui concubinam eod. titu. Docto. in l. si decem cum petiero & l. centesimis, & l. eum qui ita. §. qui ita ff. de verba. oblig. Bart. in l. 1. colu. 4. ff. de condi. & demonf. Angelus consi. 124. lexque aliquid disponēs de nouo cū certis modificationibus omne dispositum in ea censetur de forma substantiali, secundum Tellium lib. 3. Tauri. n. 16. parte. 2. adeo vt neque tunc per æquipollens impleri possit, vt alibi diximus, & corruit actus si omne illud etiam minimum non seruetur, secundum additio. *segura in l. vnum ex familia. §. sed. si fundum num. 9. ff. ad lib. Falcid.* ex lege tamen nostra in plurali numero iubetur, vt substitutio prius fiat inter descendentes meliorantis, ergo omnes descendētes participes facit huius priuilegij, adeo vt si vnus eorū omittatur nihil fiat, idque clarius patet ad sensum, nā si ego lego centū inter Petrū, Ioannem, & Alphōsum, nullum eorū ab hoc legato excludo, sed potius omnes eos huius legati participes facio, ergo idem in nostra l. quæ descendentes iubet vocari, aliter enim faciliter eluderetur lex nostra si meliorans in melioratione substituēdo vnū ex descendētibz tantum, relictis & omīsis omnibus*

Quest.
nou.

38

39

alijs, transitum faceret ad extraneū aliquem substituendo cum immediate post primum descendente substitutum essetque clarissime contra nostrum tex. ibi. *Tafalta de los dichos descendientes*, non tamen deficiunt in dicto casu descendentes, igitur ad alios transitus fieri non potest, & sic tenet hanc opinionem, scilicet, quod de vno in alterum descendente debet fieri substitutio & in fauorē omnium apponi grauiam antequam transitus fiat ad descendentes propinquos, vel extraneos, & posthac nouissimè vidi *Velazquez*, hic glos. 2. numero 10. ita tenentem contra *Telli. Mati.* & *Mierres*, & ita etiam hanc meam opinionem reperi multo posthac tenere *Ayoram in tracta. de partitio. 2. par. quest. 43. per totam*, neque obstat quod qui potest plures meliorare, potest & vnum, quia hoc non nego, cum directe melioratio fit, secus si indirecte, & per obliquum, & sic per substitutionem, vel fideicommissum ex dispositione legis, quia tunc seruandus est tenor legis, item quia non nego quin non possit meliorans substituere vnum ex descendentes, secundum tenorem nostræ l. nam equidem potest secundum *Doct. hic*, nego tamen isto vno descendente substituto posse transitum fieri ad alios non descendentes, priusquam alij superstitites descendentes substituantur, & vocentur secundum l. nostræ tenorem: præsertim, quia si lex nostra procedit ad exemplum substitutionis exemplaris † *ut nouissimè aduertit hic Angulo, glos. 8. numero 1.* in exemplari omnes filij furiosi sunt substituendi, secundum veriorē, & communiorē opinionem teste *Crasso, de successione. ab intesta. verbo substitutio quest. 47. num. 3.* credo tamen non requiri quod gradatim descendentes ij vocentur, 40 puta vocādo † primo maiorem ætate, aut filios, quam nepotes, sed quod possit meliorans post ponere quem eorum velit, dum tamen nullum omittat vocare ad substitutionem illam, quam in tercio facit, antequam transitum ad alios quam descendentes, *ut voluit Castillo hic verbo, Sus descendentes*, quidquid aliud senserit, *Pelaez de maioratu. 2. par. q. 6. numero 25. in medio*, qui *infra in glos. Entre sus parentes*, relatus contrarium vult, neque tenetur totam lineam vnus ex descendentes † vocati vocare, *ut inquit ipsemet Pelaez d. numero 25. sed secundum eum* potest, ad libitum de vna in aliam transire, & sic posset meliorans ipse in tercio illo substituere vnum ex descendentes, quem voluerit, & omittere alios dum tamen non substituat alios quam descendentes, quia vnum solum vocare potest, ad substitutionem, absq; eo quod transitum ad alios faciat, & hæc vera reputo, & noua ac singularia, & ex l. nostra clarissime collecta. Notandū etiam est, quod etiam de consensu meliorati non potest meliorans peruertere. 41 † l. nostræ tenorem & formam, secundum *Tellium hic*, & ante eum *Couarru. c. Rainaldus §. 2. numero 4. versic. sextum de testam. & Suarez l. quoniam 10. amplia. numero 27. pag. 26. de inoffi. testa. Pala. Rub. in rubrica. §. 47. num. 7.* inquit tamen *Pelaez vbi supra d. num. 25.* intelligi l. nostram de descendentes qui tempore factæ meliorationis iam habent ius succedendi licet possint alios vocare post eos.

ibi, *que ayā derecho de poder heredar.* Ad naturales filios hæc verba referuntur, nam ij respectu patris possunt institui hæredes ab eo, & ad maioratum vocari legitimis deficientibus, & sic in casu

nostræ legis sunt vocandi in defectum legitimum. *ut inquit Pelaez de maiora. 2. par. quest. 2. numero 27. in medio*, respectu vero matris omnino sunt instituendi & succedunt abintestato & ex testamento † & contra matris testamentum, si prætereantur 44 ab ea, vel exheredentur sine causa, *ex l. 9. & 10. Tauri positus sub l. 7. & 8. ti. 8. infra isto lib.* tradit *Castillo*, & *Tellius hic numero 11.* & *Gomez Arias 15.* & *Matien. hic glos. 5. numero 1.* & *Angulo hic glos. 11.* qui ex parte matris id de necessitate concludit, ex parte vero patris ex voluntate eius pendere dicit, ego tamen tam etiam ex parte patris necessariam esse in casu nostræ l. iudico vocationem naturalium descendentiū in defectum legitimorum, nam licet legitimam in bonis patris isti naturales non habeant, neque eam petere possint, secundum *segura in l. vnum ex familia. §. sed si fundum numero 53. de lega. 2.* sed quia abintestato succedunt patri in duabus vncijs, secundum *text. in l. 8. titu. 13. p. 6.* idem etiam quoad patrem respectu naturalium filiorum legitimis deficientibus & vocatis prius dicendum est in terminis l. nostræ, & hunc nostræ l. vocat intellectum communem *Angulo*, vbi supra num. 3. & ideo ab eo non recedendum: & an filius naturalis possit in maiora succedere quādo filij simpliciter inuitati sunt, tradit † glos. 45 *la hija, in l. 2. tit. 15. par. 2. & glos. magna col. 6. in principi. in l. 32. titu. 9. parti. 6.* vbi inquit *maxime in columna. 5. in medio*, quod potest vocari filius naturalis ad maioriā, pro vt in multis maioribus inquit vocari *Meneses in l. cum acutissimi. numero 33. C. de fideicommissis.* vbi à numero 30. examinat, an naturalis filius excludat substitutum, & in hac questione de maiora videndus est *Molina de primogen. lib. 3. cap. 3. numero 41. cum sequentibus*, & quauis ipse aliquantulū stricte procedat in hac questione, glos. tamē magna d. l. 52. latius processit, scilicet quod non est necessaria principis concessio ad vocandum filium naturalem ad maioratum, imo & per solam vocationem filij maioris & descendentiū, ordine primogenituræ admittetur filius naturalis, imo & plus est quod inquit, eadem glos. *la hija. d. l. 2. tit. 15. parti. 2.* quod quamuis maiora simpliciter fiat & statuatur in ea, quod veniat in filium maiorem & in defectum filij in filiam, si semel deuenit in filiam propter filij defectum, & filia hæc habeat tantum filium naturalem, ille succedet, & hoc præsertim si à matre ipsa esset condita illa maiora, imo & in spurium potest constitui maiora in defectum legitimorum si ab alio quam à patre fiat, tenet *Molina de primog. lib. 2. cap. 11. numero 33.* in inextinguibile tamen filium etiam sub conditione si legitimabitur † non potest institui maiora secundum illam glos. magnam 46 *col. 3. & 4. d. l. 32. & faciunt d. per Suarez allegatione. 27. fo. 194. in antiquis* quamuis alias valeat institutio spurij sub conditione si legitimabitur, secundum *Duenus in reg. 366. limi. 1.* in spurium itidem institui non poterit per patrē † maiora secundum *Molina in d. lib. 2. cap. 11. num. 26. cum sequentibus aliquibus*, vbi nu. 30. inquit quod licet concessa ad constituendum maioratum in quascunq; personas non censetur concessa. constituendi in filium spurium, quia intelligitur de habilibus, *ut & per eund. Molin. d. lib. 2. cap. 4. num. 8. & eod. lib. 2. cap. 11. nu. 30. quem allegat Burgos de Paz in questionibus suis q. 3. numero 43. & tradit Rojas, de successio. ab intest.*

ab intest. c. 20. num. 115. & Socinus consi. 47. volum. 3. idque intelligit Molina d. c. ii. num. 33. vt dixi quoties maioratus instituitur à patre, tunc enim non potest vocare filium spurium ad illum sed si ab alio quam à patre secus esset, vt per eund. Molin. lib. 1. c. 13. num. 16. & glos. la manda, in l. 10. tit. 13. p. 6. vbi inquit quod ab auo potest nepos spurius vocari ad maioratum, quoniam ab eo institui potest hæres legitimis non existentibus, & Rojas vbi supra num. 22. & Rolandus Valle consi. 87. numero 24. volu. 3. & Dueñas, vbi supra limi. 2. & Decius in consil. 433. in dubio tamen non est visum vocari

48 † spurium, vt optime per Decium d. consi. 433. num. 9. cum sequentibus, nisi alium probaretur fuisse mentem testatoris, ex dictis per Rubicum consil. 22. numero 14. & consil. 128. numero 10. & Mantica, de coniectu. vltima. vol. lib. 11. titu. 9. num. 25. & rationem differentia inter naturales & spurios decerpes ex Rolando consil. 67. numero 73. volum. 3. & consil. 74. & consil. 88. numero 34. & consi. 3. numero 119. volumin. 1. & iterum consil. 79. volum. 2. vbi num. 11. inquit spurios esse deteriores conditionis quam naturales, & de supra dictis tractat etiam Pelaez de maioratibus 2. p. quæst. 2. num. 6. cum sequentibus, & an contententibus filijs legitimis possit † spurius vocari, vide Tellium in l. 10. Tauri. numero 8. cum sequentibus, & an filius clerici beneficiati in minoribus † ordinibus cõstituti dicatur naturalis in l. 9. tit. 8. infra isto lib. videbis, & quid in filio † commendatoris de Alcantara, Calatraua, & sancti Iacobi habito in muliere soluta, vide Laram in l. si quis à liberis in prin. numero 90. ff. de liber. agnoscen. & faciunt dicta per glos. spurio in l. i. tit. 15. p. 4. & an spurius excludat substitutũ vocatum sub conditione si sine liberis grauatus decedat, vide Mantica, de coniectu. vltim. volu. lib. 11. tit. 9. numero 23. cum sequentibus.

Ibi, Entre sus parientes. Sed an inter proximiores tantũ, vel inter remotiores, & in hoc teneo quod potest, prius vocare remotiores quã proximiores, † non enim tenetur gradatim eos vocare meliorationem faciens, dum tamen nullum eorum prætermittat vocare prout in descendentes dictum est supra, & voluit Angulo hic, in glos. 13. numero 1. & Pelaez de maioratibus 1. par. quæst. fin. numero 2. ex quo inquit ibi, quod commissarius

52 † cui data fuit electio in vnum ex parentela, vel familia non tenetur eligere proximiorẽ per text. in l. vnum ex familia. §. si de Falcidia de legat. 2. vbi Peralta numero 12. vltra alios notat & numero 3. inquit quod non poterit nominare ingraturũ filium vel dẽmeritũ testatori, & an in maioratu ex licentia regia constituto lex nostra procedat, vide Pelaez in initio. 1. par. de maior. numero 11.

Ibi, Entre los estranos. Ad verba hæc Castillo hic num. 37. & 38. & prius in colu. 1. mouet vnam difficultatem, in qua ita se inuoluit, vt nullam congruam responsonem ad eam reperiat, & est ex text. in l. 6. Tauri transcripta in l. 1. titu. 8. infra isto lib.

54 in versic. Pero bien permitimos, vbi expresse † permittitur filio ascendentes haberi tertium bonorum suorum, cuiuslibet extraneo libere relinquere & cum quolibet grauamine, hic autem non permittitur nisi inter descendentes & in eorum defectum inter ascendentes, ergo contrarię sunt hę leges, pro vt etiam considerauit Gomez Arias in l. 25. Tauri num. 59. ego tamen nullam inter has leges

reperio difficultatem aut contrarietatem, nam lex illa. 6. loquitur quoties filius ascendentes habens, dum testatur, descendētib; caret, tũc enim sicut si descendentes haberet poterat de quinto bonorum inter extraneos disponere cum quolibet grauamine, ita etiã de tertio quoties ascendentes habet descendētib; tamen caret, in hoc enim casu tertium regulatur sicut quintũ, nostra vero lex loquitur, quoties testator, & sic meliorans descendentes habet, & vnum eorũ meliorat in tertio bonorum cum aliquibus vocationibus & grauaminibus, tũc enim quia respectu extraneorum tertium hoc est legitima descendētium; voluit lex nostra vt si aliqua grauamina & vocationes ad tertium illud pater meliorans faceret prius inter descendentes, & in defectum eorum in propinquos & in extraneos omnibus dictis extinctis facere posset, & sic non solum dictę leges non sunt contrarię, sed potius multum differētes in suis dispositionibus, & hoc est quod voluit Tellius hic nu. 14. ad fin. versi. ex hoc infero dum inquit l. nostram tantum dare ordinem quoties melioratio fuerit facta alicui filiorũ aut descendētium, & sic miror Dida. Castelli, & Gomez Arias in hoc difficultatem & cõtrarietatem proponētium vbi nulla penitus adest.

Ibi, En el dicho tercio. Curiose repetitũ fuit verbum hoc in contextura nostri tex. neq; hucusq; vllum verbum de quinto, vt denotaretur clarẽ quod in quinto meliorationis alicui ex descendētib; relicto cum grauamine † aliquo non requiritur quod obseruetur ordo & forma nostri tex. cum totum quintum possit directo relinqui extraneo, & eodẽ modo si intermedia persona alicuius descendētis relinquatur, pro vt optime aduertit Tellius hic. num. 3. & Pelaez de maior. in præfat. partis 1. nu. 11. & Gomez Arias vbi supra n. 18. qui respondet verbis sequentibus nostri text. ibi: Oro en el quinto, & responso patet ex text. nostro nam dũ loquitur in quinto est ad sciendum, quod grauamen in eo appositũ durabit in perpetuum, si aliud nõ expresserit testator, sicut durabit illud quod in tertio appositũ fuerit, non vero vt idem ordo & forma obseruetur, in quinto bonorum cum grauamine relicto sicut in tertio bonorum ex tex. nostro obseruanda est, & ideo non sine mysterio lex nostra ab hinc vsq; ad eius principium nunquã fuit locuta de quinto, vt sciatur formam nostri tex. in solo tertio esse seruandam non vero in quinto, quoad perpetuitatem grauaminis vtrunque parificat reiecta distinctione tertie aut quartę generationis & hęc est ipsa veritas & verus ac literalis intellectus.

Ibi, Para siempre. Eius argumento inquit Couarru. lib. 3. Variarum c. 5. fol. 193. col. 2. in principio, in antiqua impressione correctã esse cõmunem illam opinionem per eum ibi relata in fol. 193. colu. 3. quod prohibita alienatione filio † non censetur prohibita nepoti, de qua communi agitur, & per glos. 1. in l. 43. tit. 5. p. 5. contra quam cõmunem Couarr. vbi supra text. nostrũ considerans inquit per eum cõmunẽ hanc esse correctã, pro vt nouissimẽ aduertit etiã Matiezo hic in glos. fin. ego salua eorũ pace teneo nullã ex nostro text. dari correctionem ad cõmunẽ illam, sed adhuc & hodie duraturã & seruandã esse, pro vt tenuit Menes. in l. volum. as nu. 26. C. de fideicom. limitari tamen cõmunem

nem illam per text. nostrum, ut non procedat quoties aliquis ex ascendētibz aliquem descendētem meliorat in tertio & quinto, vel in vno eorum, cum grauamine quod alienare non possint bona in melioratione illa contenta, seruando in dispositione ordinem & formā nostri text. tunc enim nisi aliud disposuerit testator perpetua erit alienationis prohibitio vltra nepotē & deinceps vsque in infinitum *ex text. nostro*, etiam si filio fiat, in alijs vero casibus vltra casum nostri text. in viridi obseruantia remanebit communis illa, pro qua communi faciunt dicta per Anton. Gom. tom. 1. cap. 5. numero 42. & eodem tom. c. 3. num. 23. & sic semel consului, & per alios vidi consultum, & ita declaranda sunt dicta per Menes. *vbi supra num. 25. in fin.* dum l. nostram allegat, & secundum l. ab autore allegatam intelligendum est loqui, & hoc etiā colligitur ex singulari doctrina Gregor. Lopez & Molinæ cum referens de primoge. lib. 2. cap. 1. numero 36. dicentium, quod grauamina nostrā l. potest testator apponere in solo tertio & quinto, † vbi lex nostra id permittit non vero in alio, nam si in simul in legitima & tertio & quinto apponeretur, nihil valeret in vno neque in alio, ergo lex nostra vltra terminos in quibus loquitur, non est intelligenda neque est extendenda, quia correctoria est, *vt inquit idem Molina lib. 1. de Primogen. cap. 4. numero 11. & 12. iunctis numeris 29. & 30. & Pelaez de maioratibus 2. p. quæst. 6. numero 25. ad fin.* item notandum in terminis nostrā l. grauamen duraturum etiam vltra centum annos, † contra Gomez Arias *vbi supra numero 19. sub l. 25. Tauri* cum text. hic vltra verbum. Para siempr. repetendo apponat verba illa. *Sin distincion de tercera, quarta o quinta generacion.* & sic infinitatis perpetuitatem denotat lex nostra, quibus remanet satis declarata.

- 10 Filio renunciante legitimam suam in patrem ut possit eam dare vni, vel duobus filijs, potest eam pater dare cui voluerit vltra tertium & quintum meliorationis 10. & ibi an erit idem circa bona materna.
- 11 Pater si in vita fecit modicas donationes, an in morte possit meliorare in tertio & quinto, vel illa computentur in eo. 11.
- 12 Priuignis suis non potest vitricus etiā in dotem vltra quintum donare. 12.
- 13 Iuri agendi de dote inofficiosa quinquennio præscribitur nisi ut numero 13.
- 14 Petitioni legitimæ triginta annis præscribitur 14.
- 15 Dos vltra modum concessa respectu etiam mariti dicitur lucratiua. 15.
- 16 Pater si meliorauit vnum filium in tertio & quinto in testamento, & post in eodem testamento particularia legata alijs filijs fecit, an computabuntur in illo tertio & quinto num. 16. vbi an prima melioratio per secundam reuocetur, vel in prima includatur.
- 17 Pater posthumum relinquens, si alicui legat tertiam partem an valebit. 17.
- 18 Ascendentes habens an possit disponere de tertio & quinto si descendētibz caret. 18.
- 19 Pater an possit in vita, vel in morte disponere de fructibus bonorum suorum, etiam si meliorationem fecerit de tertio & quinto bonorum in vnum ex descendētibz 19. nisi ut ibi.
- 20 Donatio remuneratoria per patrem facta an imputetur in quinto. numero 20.
- 21 Lex nostra attentata non est necesse disputare vtrum filius possit deducere duas quartas. 21.

S V M M A R I V M.

- 1 Vnum quintum solum licet legare & non duos, siue legetur aut donetur descendētibz siue extraneis num. 1. nisi pater esset ditissimus ut ibi, quod ibi asseritur difficulter obtineri.
- 2 Pater si meliorat vnum ex descendētibz in duobus quintis, valebit melioratio. quia imputabitur in tertio & quinto num. 2. & ibi num. 3. ex quo horum duorum quintonum deducet impensa funeris.
- 3 Pater si meliorasset dum filios habet, extraneum in tertio bonorum valeret in quinto, numero tertio.
- 4 Arrharum datio an computetur in quinto bonorum meliorantis 4. nisi ut numero 8.
- 5 Necessitas dandi donationem propter nuptias abrogata est 5. & ibi quod arrharum datio successit in locum dictæ donationis propter nuptias & quod in Hispania non vititur donatio hæc.
- 6 Arrharum promissio voluntaria est 6. & ideo non compensatur cum legato ut ibi numero 9.
- 7 Ad sciendum an causa sit necessaria, vel voluntaria initium à quo processit est inspiciendum. 7.

L. 12. Quæ erat. 28. Tauri.

S V M M A R I V M.

Ex vi & dispositione duarū legum permittentium parentibus disponere de quinto bonorum, non censetur permissum vltra vnum quintum disponere posse in vita neque in morte.

I Bi, La ley del fuero. Quæ est lex 7. titu. 12. libro 3. fori, & altera lex est 9. titulo 5. cod. lib. 3. fori.

Ibi, Mas de vn quinto. Ita vt neque in conscientia aliud licitum sit facere secundum Naua. in manuali Latino. c. 26. numero 39. siue quintum legetur aut donetur descendētibz siue † extraneis, non licebat amplius quam vnum quintum legare aut donare, vt legis nostræ relatione ad leges fori quas allegat colligitur clare, & quia si inter filios & descendētes id non licet, à fortiori neque inter extraneos licebit, existētibz descendētibz, secundū glos. en su vida, in l. 8. tit. 4. par. 5. licet si pater ditissimus esset posset pro anima, vel in aliā piam causam

causam aliud plus vltra quintum relinquere, *secundum Suarez in l. quoniam 1. declaratione. l. regni, incipienti limitabis tamen pag. 131. numero 1. & 2.* quod difficulter obtinebitur stante nostra l. crederem tamē verum esse quod si pater in duobus quintis suorum bonorum melioraret vnum, vel plures ex descendētibus, si nullum alium eorum in tertio bonorum melioraret, valeret dicta melioratio in duobus illis quintis quia vnum ex eis

2 numerabitur in tertio bonorum, † de quo poterat etiam vnum, vel plures descendentes meliorare, & ita voluit Tellius *in l. 28. Tau. num. 1. in fine & nouissime Ayora de parti. 2. par. q. 8. & Angulo hic glos. 1. num. 2. & 3.* vbi ex ijs inquit quod si

6 meliorasset pater † extraneum in tertio, valeret melioratio hæc in quinto, quia debet valere meliori modo quo potest, ne voluntates & dispositiones viuorum vel mortuorum frustrentur, qui omnino voluerunt meliorare & sic est intelligendum in eo in quo potuerunt meliorasse, quia si non valet quod ago vt ago valet vt melius valere potest, *vt per Barto. & Doct. in l. 1. §. si quis ita ff. de verbo oblig. à quibus decerpes veritatem huius Brocardici & illationis supra dicte, & ex quo horum duorum quintorum deducuntur impensæ funeris, optime per Ayoram vbi supra q. 9. ex quibus videtur dicendum esse, arrhas per sponsum datas aut promissas sponse esse computandas in quinto*

4 bonorum, dantis † aut promittētis, cum sit hæc arrharum datio donatio mera, *secundum Anton. Gomez in l. 51. Tauri. numero 12. in fine, item quia Arrharum datio voluntaria est & voluntarium debitum, secundum Couarru. cap. officij. numero 4. de testamen. & Tellius in l. 16. Tauri. numero 8.* quia eius obligatio processit à libera promissione mariti, & ideo merito in quinto veniunt imputandæ, licet enim Arrhæ successerint loco donationis propter nuptias *vt notatur in c. & si necesse de donatio. inter, & donatio propter nuptias esset necessaria & præcisa in authentica, dos data. C. de donatio. ante nuptias in authent. sed qua nihil. C. de pactis consentis, ea tamen necessitas consuetudine*

5 † abrogata est secundum Bald. *in d. auth. dos data, Angel. in auth. de equalitate dotis §. 1. Parisium cons. 95. numero 35. & 36. & 40. vbi. 2. de quo & diximus in l. 2. tit. 2. supra isto lib. & probatur ex l. 1. titu. 11. parti. 4.* in quantum inquit donationem propter nuptias in Hispania iam esse Arrharū promissionem, & sic datur intelligi quod donatio propter nuptias in Hispania non seruat neque vitur, *& ita tenet Ant. Gom. in l. 51. Tauri numero 11. ad fin. neque obstabit quod Arrha licet sit donatio, est remuneratoria, scilicet in præmium virginitatis, vel nobilitatis vt dixi in d. l. 2. titu. 2. supra eod. quia etiam donatio remuneratoria nisi sit talis propter quam donatur in iudicio conueniri possit pro remuneratione tali, in quinto computatur, prout in hac l. videbimus & sic omnino dicendum videtur Arrhas in quinto imputandas eo quod vt dictum est, est iam voluntaria & necessitas eas dandi, si quæ antea adfuit non est in vfu secundum Tellium in d. numero 8. & nouissime post hæc per Angulo hic glos. 1. numero 15. & 16. & Parisi. vbi supra item quia nullam legem regiam habentis disponentem ex necessitate dandas esse Arrhas, sed quod promitti possint & cum lege in regiam non reperiamus fatendum est eorum promissionem esse voluntariam, † contra Suarez, 6 relatum per Tellium in l. 16. Tauri numero 7. quem ibi nu. 8. reprobat, & sic in quinto imputandæ sunt Arrhæ. & ita tenendum est indistincte reiecta distinctione Anguli hic numero 17. quæ nullo iure fundatur, & sic in propositum similibus legum post hæc vidi ita tenere Antonium Gamam, in decisione Lusitana. 308. numero 14. & ad sciendum an causa sit necessaria vel voluntaria initium ex quo processit est inspiciendum, † *vt per Tira- 7 quellum de retractu linagiel. §. 1. glos. 14. per totam maxime numero 8. & 16. & glossam in l. 55. titulo 5. partita. 5. Abendano responso. 13. numero 6.* in casu tamen vno posset dici in quinto non imputari Arrharum promissionem quoties testator aliquis relinquens maioratum per testamentum vel inter vivos iuberet, † vt illius successor nuberet cum 8 tali & pro Arrhis tantum promississet, tunc enim cum ex causa necessaria procedat talis Arrharum promissio non imputabitur, in quinto bonorum istius successoris. Ex quibus infero quod cum hæc Arrharū promissio ex voluntaria causa descendat, non compensabitur cum legato † tali 9 vxori per promissorem Arrharum in testamento facto, cum Tellio, in d. numero 8. & Parisium vbi supra numero 37. & sic Arrhæ & legatum in quinto compensabuntur, quidquid velit hic Angulo, numero 18. Notandum itidem est, quod licet lege hac, & supra proximis attentis non possit pater vni filiorum vltra tertium & quintum relinquere per viam meliorationis, tamen si per vnum ex filiis sit renuntiatum legitimæ ipsi filio renuntianti debendæ mortuo ipso patre, & renuntiatio fiat in patrem ipsam, vt possit eam vni & duobus aliorum filiorum cui ex illis voluerit, dare potest pater illi filio cui voluerit, relinquere † legitimam filij renuntiantis, & in 10 super eum in tertio & quinto meliorare decedente patre ipso ante filium renuntiantem, vt per Gutierrez in repetitione capituli *quamuis pactum in principio numero 11. de pactis in 6. vbi numero 15. cum sequentibus* examinatur an erit idem circa bona materna, & facit communis asserta per Matienço. l. 9. glos. 1. numero 8. titulo 8. infra isto libro, & de dispositione nostræ legis dubitauit Suarez in l. Quoniam in praludijs ad l. regiam numero 7. pagina 127. cum sequentibus, & glos. en vida in l. 8. titulo 4. partita. 5. Et an vestes lugubres ex quinto bonorum defuncti deducantur, in l. sequente videbimus, & lex nostra procedit etiam quoad bona extra regnum existentia, secundum Pelaez de maior. 1. parte. q. 98. numero 35.*

Ibi, *En vida y en muerte.* Exijs verbis tollitur antiqua Doctorū dubitatio & disputatio, nunquid parens in vita faciendo modicas donationes † particularium rerum possit postea in morte 11 quintam partem bonorum legare, & de ea disponere inter extraneos, vel inter filios vltra tertium, & ex text. nostro in ijs verbis videtur fundata pars negatiua, vt scilicet, non possit, cum expresse lex hæc tantum vnum quintum permittat legari in vita, & in morte, & non amplius, & sic ex lege nostra tenere videtur Tellius, hic numero 4. & glossa, en vida, in d. l. 8. titulo 4. partita. 5. & in l. 8. verbo, la vna, verbo 3. partita. 6. vbi nostram legem cum alijs ad hoc allegat, quamuis Matienço, hic glos. 3. numero 2. & Angulo

Angulo hic glos. finali. numero fina. cum Suarez, in fine repetitio. l. Quoniam. pagina. 235. aliud velint, & infra in prosecutione huius glos. repeto similem quæstionem ex qua decerpes limitationem ad hanc Telli, & Gregorij, opinionem, in qua saluari potest opinio Suarez, Matienço & Angulo, eum sequentium. Sed an si hæreditas Patris sit adedò opulenta, vt paruum generetur filijs præiudicium ex eo quod pater ultra quintum pro anima vel alibi legaret, an valebit tale legatum in principio glosse præcedentis diximus. Ex quibus iam in facto respondi, quòd cum pater filios habens ex primo matrimonio duxerit secundum matrimonium mortua prima vxore ex alio viro filios habente, bonaque pater ipse priuignis dederit in dotem, neque filijs suis aliquid reliquerit, possunt filij ij primi matrimonij virtute nostræ l. agere ad reuocationem datorum ultra quintum, eo quod respectu priuignorum, qui vt extranei iudicantur, eis data in dotem

12 per victricum suum, donata iudicantur † secundum Baeza de non meliorand. dor. rat. filiab. cap. 9. numero 64. & 67. & conciuem nostrum Gutierrez in tractat. de iuramen. confir. 1. p. cap. 9. numero 7. & tunc etiam si iuri

13 agendi de donatione † inofficiosa præscribatur per quinquennium vt l. ante penult. aut penult. C. de inofficio. donat. & glos. cinco per text. ibi in l. 4. ritu. 8. partit. 6. non præscribetur in hoc casu tempore isto, quia nõ ex iure illo, sed ex nostra agitur lege, quæ decerpta videtur à d. l. 8. ver. E. si por aertura. tit. 4. partit. 5. vbi glos. alia dicit per nos iam relata, & in nostro casu petitur vt legitima debita cui

14 penitenti solum præscribitur † triginta annis secundum Balbum de præscript. 4. parte. 4. partit. principalis quæsti. 23. fol. 81. in paruis numero 2. & quia dos ultra modum concessa respectu etiam mariti dicitur lucratiua † secundum Baeza ubi supra numero 94. & ideo ultra quintum bonorum talis victrici priuignos dotantis non valuit. Quid tamen si pater meliorauit vnum ex descendentes in tertio, & quinto bonorum, & post in eodem testamento alijs filijs legata particularia fecit, an legata illa deducantur ex tertio, & quinto illo,

19 † & depèdet ab illa quæstione, an prima melioratio per secundam reuocetur, vel includatur in prima, & quomodo, de quo supra in isto tit. diximus, & tradit Angul. hic glo. i. num. 5. cum sequenti. pluri-bus, quæ non sunt bis repetèda, sufficit semel nos dixisse. Quid tamen erit, si posthumum pater relinqueret, & extraneo alicui legaret tertiam partem bonorũ an valebit tale legatum, † & Suarez in d. l. Quoniam in prioribus in 9. limit. l. regia pag. 170. tenet quod sic. Ego tamen teneo, quod si posthumus talis naturaliter nascatur, ita quod possit dici legitimus partus secundum dispositionem l. 2. tit. 8. supra isto lib. viuaturque per tempus ibidem declaratum, tunc tantum valebit tale legatum quoad quintum bonorũ ex l. nostra, & similibus, si vero non sit legitimus partus, tunc valebit in totum, quia pro non nato habetur & cum hoc pro nunc resideo. Adest tamen aliud & non minus singulare dubium, an dispositio. l. nostra respectu habentium descendentes loquens quoad quintum, procedat respectu carentium descendentes, ascendentes tamen habentium, nam vt si quis ascendentes habeat, non vtro descendentes possit

18 ultra tertium bonorum disponere, † & sic duos tertios alicui relinquerè & ascendentes, vel

extraneo alicui, vel in duas donationes faciendo in vita quæ consummant tertium, aliud tertium in morte alicui legare & dicendum est, idem esse, nam ita debetur hæreditas ex l. 1. tit. 8. infra eod. lib. ascendentes in bonis descendentes morientium sine descendentes, sicut è contra debetur ipsis descendentes in bonis ascendentes ita vt non possit descendens secundum illam l. 1. in præiudicium ascendentes amplius quam de tertio disponere, cum ex tertio isto, sicut ex quinto anima adimplenda sit, vt in illa l. 1. videbis, & in l. sequent & ita tenui, & teneo, & voluit Angulo hic nu. 17. in fine licet in aliud propositum, vltèrius quaeritur, & singularissimè an iam quod pater in vita neque in morte etiam faciendo modicas donationes non possit ultra quam vnum quintum distribuere, & non duos quintos habendo descendentes inter extraneos, & inter descendentes vnum quintum, & vnum tertium, an saltem poterit de fructibus bonorum suorum donare in vita, vel in morte, † & an hoc cèsebitur eis prohibitum, 19 ita quod si donauerit fructus aliquos bonorum suorum alicui extraneo, debeat summa, & valor illorum fructuum cõpensari in quinto, vt eo computato tantum de residuo possit disponere, in quo glos. en. vda. in d. l. 8. tit. 4. p. 5. quæstionem hanc mouens allegat Socinum eam examinantem, & tenentem, quod neque de fructibus ijs potest ultra quintum neq; in vita, neque in morte donare, & si eos donet in vita aliquibus, debeat fieri vnus acruus, vt tantum de residuo disponi possit in morte, & allegat fundamenta pro ipsa parte, vt & tenet Baeza de non melior. dor. rat. filiab. c. 29. nu. 11. & 12. & est mea vna & solida ad hoc cõsideratio, scilicet quod si in testamento patet alicui extraneo legaret fructus aliquos, vel minutatim inter extraneos eos diuideret, clarissimũ est in quinto imputari, ergo & idè si in vita, ipse tamè glossator in contrariũ adducit aliàs bonas cõsiderationes, & subtiles, sed tãdem in opinionem Socini videtur se inclinare cum duabus limitationibus, scilicet, quod sit vera opinio Socini, nisi pater donet vsum fructuum, quem habet in bonis filij, quia ista donatio non reuocatur per querelam inofficiose donationis, & sic neq; reuocabitur ex nostri text. dispositione, id quod ea computata videbatur excedi de quinto. Item non procedit secundum illam glos. opinio Socini, quotiescunque fructus proueniunt ex re alteri donata, & tradita, quia tales fructus non augent donationem, neq; fuerunt in bonis patris, ideo nimirũ si in quinto non imputentur, addo ego & tertiam limitationem, scilicet, quod si pater de fructibus bonorũ suorum, vel de acquisitis in officio suo ab eo in vita elemosynas faceret paulatim, & minutatim, non computarentur in quinto bonorũ post in morte alicui relicto, cum pro Deo data donata non dicantur, sed debita, & plusquã debita, & centum pro vno Deo retribuatur, pro vt optime concludit Nauarr. in manuali Latino. c. 26. num. 36. in 4. illatione fol. 786. in paruis & tenet Socin. relatus per Baeza & Grego. 10p. ubi supra, & sic de his nunquam vidimus in practica dubitari, nisi esset vnum opus pium grande & considerabile, vt capella quædam vel capellaniam, vel memoria pro pauperibus annuatim solueda, vñc enim cõsideratur, vt in quinto imputetur & sic posset procedere, quod inquit

- Baeça de non melior. cap. 17. num. 6. & 7. de quibus & traditur per conciuem meum Guter. in d. tracta. de Iuramento Confirmat. 1. parte cap. 5. nu. 28. & faciunt dicta per Tiraquell. de priuilegijs causa pia priuileg. 100. per totum. Sed an donatio remuneratoria
- 20 per patrem facta imputabitur in hoc quinto, tradit Tellus hic num. 3. vbi optime inquit cum Couarru. & aliis, quod si merita sunt talis conditionis, quod pro illis in iudicio posset donans conueniri, tunc in quinto non imputabitur donatio hac remuneratoria, in eo saltem, in quo merita non excedit, secus vero aliàs. & idem tenent alij per me allegati in l. 1. istius tituli. in glos. per causa, & latius dixi in l. 6. verbo. non uala supra isto cod. titu. & lib. & late Baeça in d. cap. 17. per totum, & nouissime sequitur Angulo hic, glos. 1. nu. 13. & 14. excessus tamen paruus meritorum non vitaretur quasi in modum gratitudinis datus videatur saltem in conscientia secundum Nauarro. d. c. 26. num. 39. illatione 3. Vterius pro complemento nostrae legis est notandum, eius virtute, & dispositione non esse necessarium disputare, vtrum
- 21 filius possit deducere duas quartas ex bonis patris secundum Burg. de Paz in l. 3. Tauri 1. parte conclus. 7. num. 972. vbi idem in patre respectu filij tertium bonorum legante esse dicit.
- 14 Impensa funeris pro vxore mortua expensis sua dotis est facienda. 14. & idem quoad maritum mortuum de suis. 17. nisi vt ibi & ibidem ampliatur vt de lucratis id non fiat.
- 15 Hospitator si pro curando hospite suo, & sepeliendo aliquid expendit, potest bona hospitis retinere vsque dum sibi satisfiat. 15.
- 16 Maritus pauper si succedit vxori in quartum an tenebitur ad has funeris impensas. 16.
- 18 Impensa funeris ex quinto deducitur relictis descendentibus & ex tertio si ascendentes, & ex corpore si nullos. n. 11. & 18.
- 19 Quintum si non sufficiat pro impensa funeris & pro soluendis legatis an defalcabuntur legata pia & non pia. 19. & ibi ampliationes & ibi limito impensa funeris non procedere.
- 20 Tertium prius consumitur quoties quintum non sufficit pro soluendis legatis & impensa funeris, vt in tertio imputetur prius legata descendentibus facta & residuum in quinto. 20.
- 21 Quintum irreuocabiliter donatum quoad funeris impensam reuocabile manet vt alibi diximus. n. 21.

S V M M A R I V M.

- 1 Sumptus funeris qui sint. n. 1. & 3 quod in medicinis & impensis in infirmitate verba nostri tex. con las otras mandas, quo modo intelliguntur. 2. 3.
- 4 Impensum in infirmitate ex qua quis decessit computabitur in quinto, an vero vt debitum ex corpore extrahitur. 4.
- 5 Requisita vt actio funeraria competat, & quod absque appellationis obstaculo est exequendum. 5.
- 6 Vestes lugubres an deducantur de quinto bonorum. 6.
- 7 Vestes lugubres si nubat secundo mulier sunt reddendae heredibus mariti mortui. 7. declara vt ibi, vbi & quibus sint reddendae.
- 8 Vestes has lugubres debet emere ipsa vxor si relictæ est vsufructuaria. 8.
- 9 Impensa funeris an praferatur creditoribus & quibus. 9.
- 10 Reipub. expedit non minus mortuos sepeliri quam viuos conseruari. 10.
- 11 Impediens mortuos sepeliri priuatur suo debito.
- 12 Impensa funeris debet fieri pro qualitate personæ & dignitate mortui & pro modo facultatum. 12.
- 13 Impensa funeris prælati mortui cuius expensis sit facienda, & vestes lugubres dandae. 12. & ibi quid de debitis contractis per prælatum pro infirmitate, vel pro necessaria sustentatione, & ibi quid quoad alios bene faciatis.

Tern. 3.

L. 13. Finalis huius tit. quæ erat. 30.
Tauri.

S V M M A R I V M.

Funeris impensa, & sacrificium pro anima & legata voluntaria in testamento relictæ ex quinto bonorum testatoris extrahuntur, etiam si aliud testator disposuerit.

IBI. GASTOS DEL ENTIERRO. Hi communiter intelliguntur, qui fiunt corpore præfente in die illo, quo humatur si est de mane, vel si est de sero, in factis tunc & in die sequenti mane, item quod expenditur pro insinuatione, & traditione, & publicatione testamenti, cætera vero quæ post fiunt, non dicuntur. Gastos del entierro. & sic illa, sine quibus funus duci non potest ex l. & si quis s. funeris causa, & l. funeris sumptus ff. de religiof. & sumpt. funer. & ex l. nostra expresse sic esse deducitur, nam si aliæ expensæ, quam hic numeratæ sunt, in actione hac funeraria, & sic, En gastos de entierro, numerandæ essent, non esset necesse quod lex nostra diceret. Con las otras mandas graciosas. & non obstat verbum illud (con) Latine, cum, quia non cumulat, & coniungit omnia hæc, vt omnia prænumerari dicantur, sed tantum vt in quinto imputentur, & sic intellectus propositi ad nostrum text. per Angulo. hic in glos. 1. omnia in lege nostra funeraria volentem esse, & male, nõ sunt attendendi.

S

seci

sed quod dictum est, & ita tenent Cifuentes, & Telli. hic num. 3. & Rebuf. 1. tom. constitut. Francia tit. de sententijs prouiso. in prafat. num. 47. & Gamma in decisio. Lusita. 308. num. 2. Sed an, id, quod est impensum in curatione infirmi in infirmitate illa, ex qua decessit, † & in medicinæ, & medici salarium, tunc solutum imputabitur in hac actione funeraria, & inter funeris impensas, & dicendum est, quod sic, ex text. in l. in restituenda. C. de petitio. heredit. & ex alijs iuribus notat Ias. in l. fin. §. in computatione num. 1. C. de iure deliberan. & Gome. in regu. cancellar. regul. de infirm. resignat. quæ est 9. priuilegio. 5. & Anton. Gom. Cifuen. & Telli. hic & Matien. in glos. penul. in fine. & ante eos Bald. in d. l. in restituenda & Fano de pignorib. in 2. memb. 5. part. num. 28. ad fin. & Chassane. in consuetud. Burg. rub. 4. §. 9. num. 6. 7. & 8. & Roland. à Vall. consi. 14. num. 19. vol. 1. vbi. num. 27. hoc intelligit de expensis factis in infirmitate illa, ex qua defunctus decessit, non vero si in alijs infirmitatibus, & Rebuf. in primo. tomo constitut. Fran. tit. de sententijs prouisional. in prafatio. nu. 66. Sed an id, quod est impensum in tali infirmitate deducetur de quinto bonorum, an vero de corpore eorum tanquam æs alienum? † & videtur quod de quinto, nam si æquiparatur alijs impensis funeris, ergo idem, quod de eis dicendum est, sed in contrarium vrget nimis, quia hoc expenditur viuo testatore, & sic est debitum in vita contractum, ergo tanquam tale debet vt debitum iudicari, debita autem ex corpore deducuntur, ergo & istud, & æquiparatio ad funeralia procedit quoad hoc, vt sit priuilegiata in prælatione creditorum testatoris, sicut est alia funeris impensa, vt inquit Ias. vbi supra, d. num. 1. non vero quoad hoc, vt deducantur de quinto hæc in tali vltima infirmitate consumpta, & sic nunquam vidi ex quinto solui, nec deduci impensas harum medicinarum, sed ex corporibus hæreditarijs, & ita est veritas. Et post hæc multum sic vidi tenuisse Ayora, in tract. de parti. 2. p. 9. 12. num. 25. & num. 26. dicit quæ dicatur impensa funeris, & concludit idem quod nos in principio huius glos. diximus. Et quæ requirantur, vt hæc actio funeraria † competat, & quæ expendi debeant in funus defuncti, & quod est impendendum absque appellationis obstaculo debet solui, ne corpora remaneant insepulta, & quod impediens exequias, & creditor corpus sepeliri prohibens priuetur debito, vide optime per Rebuf. in d. tit. de sententijs prouison. in prafation. num. 39. vsque ad 68. Sed an vestes lugubres dandæ vxori & familiæ † defuncti in quinto computentur, vel ex corpore hæreditatis extrahantur, & in hoc, præsupposito quod hæ vestes lugubres vxori debentur, quoties intra annum hæredes mariti alere tenentur vxorem, vel vbi de consuetudine dantur, & tunc attenda personarum qualitate, vt late per Ioan. Garfi. in tracta. de expens. & meliorat. c. 8. à num. 29. vsque ad 40. allegare tamen hanc consuetudinem per viduam sufficit, neque tenetur eam probare, sed tantum tenetur probare, id quod de consuetudine similibus viduis datur pro luctu secundum Angelum in §. fuerat. insti. de action. num. 41. & Imol. & Angel. in l. si is qui quadringenta §. 1. ff. ad l. Falcid. Pala. rub. in rub. §. 11. num. Couarr. in 4. parte. 2. c. 3. §. 9. num. 10. fol. 84. in antiquis, & Matien. in l. 3. titu. 1. glos. 2. num. 36. supra isto lib. & Rojas de succes. abintest. c. 23. num. 49. & voluit Quesada in questionibus suis numero 25. colu. ante penul. quantumuis Ioan. Garf. vbi supra num. 39. velit dicere incumbere tali viduæ probationem consuetudinis prædictæ soluendi viduæ vestes lugubres, sed fallitur, quia hæredi incumbit probare non adesse talem consuetudinem, quo sic præmissio redeundo ad nostram quæstionem tres principales opiniones in ea reperi; primam scilicet, quod vestes hæ lugubres dandæ viduæ & hæredibus, & famulis sint soluendæ (relictis descendentes per testatorem, siue ipse eas iubeat in testamento dari, siue non) ex quinto bonorum eius, & ex tertio si ascendentes, non vero descendentes relinquat, eo quod secundum glos. singularem in l. si ex re. §. fin. ff. de stipulat. seruorum dicentem quod hæc est impensa apta ad funus, & sic inquit Angel. ibidem sub §. quæstium, quod etiam tempore digestorum videbatur esse in vsu necessario, quod tota familia iret induta veste lugubri, & iste sumptus vestium appellatur sumptus funeris, vt & tenet Alex. in addi. ad Bart. in ea, l. si ex re. verbo illud nota, & sic ex quinto extrahendas ex dictis desumpsit Tellius hic num. 4. versic. restat, inquit, & bene quod licet de iure Romanorum hoc incumbere hæredi, & suo sumptu induebantur, illud erat, quia aliqua lege non habebamus aliud determinatum, neque declaratum in particulari ex qua parte bonorum esset funeris impensa soluenda, sed cum ex lege nostra id determinatum habeamus, merito quod in supradictis eius decisio etiam seruanda sit, & hanc opinionem e nostris tenuit primus, quem viderim, Castillo hic in glos. gasso. nu. 11. & 12. & miratus sum, quod nullus eum allegat, & nouissime post hæc vidi Angul. hic glo. 1. nu. 16. idem tenentem. Secunda vero opinio est Telli hic n. 4. licet tandem relinquat cogitandum, scilicet, quod ex corpore hæreditatis sunt dictæ vestes lugubres deducendæ, & eam sequitur Matienço hic glo. 1. num. 2. & Ioan. Garfia. d. ca. 8. num. 22. & nouissime post hæc Ayora in tract. de parti. in d. 2. p. 9. 12. num. 24. solum se fundantes, quod hæc non est funeris impensa ex doctrina vlpiani in d. §. funeris causa: qui quidem §. non solum non est pro eis nec contra primam opinionem, sed potius pro ea, & contra eos, ibi, sine quo funus duci non potest, quando autem sine vestibus, vel insignijs lugubribus corpus ducitur ad sepeliendum per hæredes? certe nunquam etiam de iure digestorum, vt inquit Angel. vbi supra in prima opinione relatus, igitur hæ vestes impensa sunt funeris, idque clarius in l. funeris sumptus, probatur, ibi, & quidquid corporis causa, antequam sepeliatur, consumptum est, funeris impensam esse existimo, vestes autem hæ ante humatum corpus, & ad illud ad sepulchrum associandum sunt, igitur sunt sumptus funeris, & per consequens cessat fundamentum Telli, & sequacis, & ex dictis legibus confanditur. Tertia fuit opinio Grego. Lopez. in §. 12. in gl. magn. titu. 13. p. 1. & iterum in l. 2. in glos. magna. titu. 11. r. 6. mediam eligentis viam, scilicet, quod vestes lugubres, quæ dantur hæredibus, & famulis eorum extrahantur de toto corpore, non vero de quinto,

quinto, vestes vero, quæ dantur vxori, & famulis defuncti secundum consuetudinem patriæ de quinto extrahantur, ne legitimæ filiorum fiat præiudicium, neque vllam congruam differentiam rationem assignat, nisi eam ponere differentiam, quod vbi est consuetudo dandi vxori, & familiæ vestes has in quinto imputentur, & sic eum reprobatur Tel. d. num. 4. & Matienço *vbi supra*, & Ioan. Garf. secundam tenentes opinionem, non tamen mihi displicet hæc tertia opinio Gre. Lopez, sed applaudit, & assigno optimam rationem differentiam in hoc casu, scilicet, quod ideo vestes lugubres hæredibus, & famulis eorum datæ ex corpore, non vero ex quinto deducantur, quia in eis non habemus consuetudinem omnino eas eis præstandas iubentem, & sic non habent ad eas petendas fundatam intentionem, sicut habet vxor, interim quod de contraria consuetudine non probatur, *vt dixi supra*, & ideo nimirum, si cum voluntarie hæredes vestibus his lugubribus se vestiant, ipsi eas soluant ex corpore hæreditatis, in vxore autem & familia testatoris cum id habeamus de consuetudine, non est in voluntate hæredum eas non præbere, & sic nimirum si aliud in vno, quam in alio dicatur, præsertim cum vxor ipsa sola, & destituta remaneat e familia testatoris *ibidem*, hæredes autem remanent cum bonis omnibus defuncti, & ad sumptus funeris, & sic dicta distinctio non est ita irridenda, *vt Tellius dicit*, sed potius esset amplectenda, nisi haberemus fundamenta primæ opinionis ita vrgentia, vt funus vestes lugubres dicantur, & nemultum præiudicetur legitimis filiorum, & sic magis applaudit primæ opinio, quam post hæc vidi in facti contingentia tenuisse Ant. Gammam *in decis. Lusit. c. 8. num. 2.* vbi *num. 5.* inquit in facto ipso esse iudicatum, quod quia hæ vestes non iudicantur vt æs alienum de tertia parte bonorum defuncti, quare vocat bona defuncti, eo quod in sepeliendo corpore eius, & implenda anima consumitur, extrahantur, & sic tenet nostram primam opinionem, quam & Grego. Lopez, *vbi supra* circa vestes lugubres tradendas vxori & familiæ testatoris, tenuit ita quod quoad eas nulli dubitationi sit locus, quin ex quinto extrahantur, quoad eas vero, quæ dantur hæredibus, & familiæ eorum, dubitationi sit locus, licet & in eis prima etiam opinio videtur amplectenda, *vt & voluit Ioan. Garf. de expen. cap. 8. num. 22. ad finem.* Ego tamen, si licet meam proferre sententiam, teneo cum Grego. Lopez, & cum relatis in prima opinione, quod vestes lugubres vxori dandæ ex quinto extrahantur, quia hæ de consuetudine præstandæ sunt, illæ vero, quas hæredes sibi, vel familiæ suæ, vel testatoris dederint, ex corpore, & sic ex suis partibus hæredes soluent, stylus tamen Curie, & loci consuetudo plurimum in hoc opitulabitur, quæ nota, quia singularia, neque sic congesta, aut declarata reperies, & nonissime post hæc voluit Velazquez, *in præsent. num. 8.* dum consuetudinem inquit inspiciendam esse circa has vestes ex quibus in fero vnum nouum, & singulare, ac verum dictum, scilicet, quod cum habeamus de iure, quod in casu, in quo vidua hæc vestes has lugubres deferens, si secundo nubat, eas hære-

dibus reddere debet, quia cessante causa viduitatis ꝑ debet cessare vestium donatio, secundum quod tenent Couartu. *vbi supra num. 10.* & Aueda. cap. 10. præto. num. 13. lib. 2. & Matienço *in d. l. 3. glof. 2. num. 36.* & Quesada *vbi supra colu. penult.* & Vital. de Camba. *in tractat. clausul. §. sed an iuri alimentorum num. 8.* & Ioan. Garf. *vbi supra num. 40* & Didac. Perex. *in l. 7. verbo. Vestes luto, titulo. 1. lib. 1. Ordin. & Roland. à Vall. consi. 10. n. 8. lib. 1.* vbi id declarat, esse verum, si sint vestes lugubres preciose, quasi hæ, *vt inquit Pala. Rub. in rubri. §. 11. num. 8.* quando sit vidua, videantur traditæ, vt seruiant ad honorem mariti, & cessante causa traditionis, cesset traditio, secus vero si essent vestes viles, nam tunc non essent reddendæ, quasi donatæ ad vsum quotidianum videantur, *idem tenet Lara. in l. siquis à liberis §. siquis ex his num. 127. ff. de liber. agnoscend.* in casu tamen, in quo essent reddendæ, non reddentur omnibus hæredibus mariti, sed illi tantum qui melioratus fuit in quinto, à quo quinto extractæ sunt, sed si nullus esset in eo melioratus, tunc omnibus hæredibus participantibus de illo quinto reddentur, & est mea ac noua consideratio, retenta dicta opinione, quod de quinto bonorum sint extrahendæ. Notandum tamen est, quod si vxor ipsa relicta sit usufructuaria, ipsa sibi debet emere vestes has lugubres ꝑ *secundum Guidon. Pap. decis. Dalphi. 541. quidam testator, relatum per Hippoly. Syluam nupt. verb. diuiti non nubendum, num. 36. in medio,* & nimirum, quia ipsa solum quintum habere debet in tali casu, si maritus descendentes reliquit, & tertium si ascendentes tantum relinquit, & sic concordatur cum prima opinione, nam in his casibus loquitur nostra lex, *vt infra videbimus*, nam si descendentes, neque ascendentes reliquit defunctus, tunc ex corpore deducantur supradictæ vestes, sicut & alia funeralia. Sed est & alia quæstio, num impensa funeris præferatur creditoribus defuncti ꝑ & in hac quæstione constituo duo membra, vnum, scilicet quoad tacitas anteriores hypothecas, & quoad eas nihil dubitandum, nisi quod præfertur etiam si sit dotalis tacita hypotheca, & in hoc omnes concordant. Secundum membrum est, quoad expressas anteriores hypothecas, & in hoc pendent opiniones. Prima est, quod expressis quibuslibet anterioribus non præferatur impensa funeris, *vt tenet gloss. licet sub dubio in l. penul. ff. de religiof. & sumpt. funerum,* argumento eius, quod dicitur in dote. *in l. in asiduis C. qui potior. impign. habeant, vbi habetur, quod tacita hypotheca dotis præfertur alteri tacitæ anteriori, non vero expressæ, & hanc opinionem testatur communem Ripa in l. quasi sum num. 8. & in l. priuilegia. num. 48. ff. de priuileg. credit,* & hanc sequutus est licet sub dubio conciuis meus Guter. *in sua solemn. rep. l. nemo potest, num. 95. ff. de leg. 1.* Contrariam tamen opinionem, imo quod etiam expressis quibuslibet hypothecis præferatur impensa funeris propter publicam utilitatem, quæ in sepeliendis defunctis consistit, ne corpora insepulta maneat, *vt l. sunt personæ, & l. nec corpora ff. de religiof. & sumpt. funer. quia expedit reipublicæ non minus mortuos ꝑ sepeliri, quam viuos conseruari, vt inquit Bald. in l. fin. colum. 2. C. de negot. gest.*

hæc ergo opinio contraria per aliquos adforbitur Bart. in l. 1. colu. 4. opposit. 4. ff. solut. matrim. & Bart. & alios ibidem tenere, asserit Dueñas in regul. 397. numero 7. ubi allegat alios, eam tenentes, & hanc tenet Roland. à Vall. consi. 14. num. 23. volu. 1. & Ripa sibi contrarius in tractat. de peste. capit. de remedijs præseruatius contra pestem. num. 33. & Bart. & alios tenere in d. l. 1. testatur Rebus, in 1. tom. constitut. Franc. titul. de sent. prouision. in præfat. num. 65. & tenet Ioan. Gar. de expen. cap. 8. num. 23. & 24. & Marten. hic gloss. 3. num. 2. & nouissime Angul. hic gloss. 3. numero 21. & hanc expresse testatur communem Ant. Gom. hic & hanc tenet Greg. Lopez in l. 30. gl. fin. titu. 13. part. 5. & iterum in l. 12. titu. 13. part. 1. cui male adscripsit conciuis meus ubi sup. dum inquit, Greg. in d. l. 12. hanc asserere communem, cum non asserat, sed simpliciter eam sequatur, & hæc opinio tanquam vera, pia, & communis, vtilitatisque publicæ fauens tenenda est ex tex. cui responderi non potest, in l. fin. ff. de relig. & sumpt. funer. ibi. omne creditum cum qui totum dicit, nihil excludat, & ex tex. in l. fin. §. in computatione C. de iure delib. & ex dictis l. part. 30. titu. 13. part. 5. & 12. titu. 13. part. 1. & sic nunquam vidimus, neque audiuius, mulieres viduas ante corporis sui mariti humationem petere dotes, neque creditores quantumuis expressas habeant hypothecas, debita petiisse, imo & si petereur, non audirentur, prout non audiri, vidi, & consului, quia esset impedire corpora defunctorum sepeliri, quod est contra dicta iura, & contra publicam vtilitatem, imo si quis

11 exequias prohibeat † excommunicando infirmum agonizantem aut alio modo priuatur suo debito, & alias punitur, ut in Authent. uem qui C. de sepulch. violato. notat Rebus. ubi sup. num. 162. ubi numero 67. inquit, quod si quis per vim rapit corpus defuncti, ne sepeliatur, punitur pœna legis de vi publica, perditque quartam canonicam parochus captens corpus defuncti ne alibi, ubi elegit, sepeliatur secundum Rebusum d. num. 67. & à fortiori neque eo sepulto audiuntur tales creditores, ut præferantur impensa funeris, cum iam sit factum, & consumptum, & sic fallitur Martenco hic glo. 3. num. 3. dum vult aliud excogitare nouum, sed futile, & sine fundamento, quoad hoc ut impensa funeris omnibus præferatur creditoribus de quo nunc loquimur, licet quoad hoc an deducatur ex quinto impensa funeris vera est eius doctrina, scilicet, quod si reliquit descendentes ex quinto deducitur, & ex tertio si ascendentes tantum reliquit, deficientibus ijs omnibus tunc ex corpore hæreditatis deducuntur impensa hæ, debent tamen tales sumptus † fieri pro qualitate personæ, & dignitate eius, qui funeratus est, & pro modo facultatum. l. at si quis §. equum ff. de religiof. & sumpt. funer. ne excessiue sint, quia forte expendens perdet excessum, neque ita modici, ut ridiculum sit, quia expendens de suo soluet, sed moderate secundum qualitatem personarum, & facultatum, & loci consuetudinem, ut inquit prædicti doctores, & Rebusius optime vbi supra. num. 50. vsque ad 55. prædicta referens. Et pro complemento huius gloss. remissus querendum est, an si prælatus, vel clericus reliquit bona patrimonialia † hæ-

13 redibus suis, & bona ecclesiastica. intuitu ecclesiæ adquireta alicui alij successori applicanda, debeat sepeliri expensis successoris bonorum temporalium, vel successoris ecclesiasticorum solet remitti ad Decium in consi. 157. ut se remittit glo. in l. 12. titu. 13. part. 1. In prælatis & episcopis ex bonis ecclesiasticis fieri, etiam si patrimonialia reliquerint, sumptus funeris, optime fundat Domini. in consi. 1. per totum, & Cepol. consi. ciuili. 51. num. 9. de quo & per Capitiu de cis. Neapolit. 84. & per Abb. in cap. ut præterita, de electio. ubi inquit, quod necessarias impensas funeris soluet successor in bonis ecclesiasticis. Et an vestes lugubres, tradit Capitiu ubi supra, & an impensas infirmitatis? tradit Ripa in l. obligatione numero 46. ff. de pignor. & an ad debita contracta per prælatum pro necessaria sua sustentatione, vide Molin. de Hispanorum primog. lib. 1. cap. 10. numero 32. ubi inquit, quod ad ea tenebitur prælatus successor & quoad alios beneficiatos, quid erit vide Abbat. & alios relatos per Rebusum in dicta præfatione ad titul. de sent. prouision. numero 77. ubi inquit, quod successores eorum tenentur ad impensas funeris, non vero successor in beneficio, nisi prædecessor nihil reliquerit, nam tunc tenebitur, & nimirum quia circa clericos, aliosque episcopos consanguinei sunt legitimi eorum hæredes ab intestato, ideo nimirum si ad eos hæc expectent, quidquid velit Io. Garf. d. cap. 8. num. 22. episcoporum vero hæres est regulariter camera apostolica, & ideo ipsa tenebitur ad dictos sumptus funerales ex dictis Doctoribus, ad quos te remitto, ut cum otium habueris, latius examines, quia non est materia nostra. Itidem nota, quod si maritus expendit pro vxore sua defuncta has † funeris impensas, ex dote eius repetet, etiam si totam integram dotem reddere promiserit, quia non tenetur eam suis proprijs expensis maritus sepelire, secundum Rebusum ubi sup. num. 66. Itidem si hospitor aliquis pro curando hospite suo, & sepeliendo aliquid † expendat, potest retinere eius bona in hospicio relicta, vsque dum sibi soluantur ij sumptus secundum Paul. in l. in restituenda C. de petito. hæredit. §. Io. Garf. d. cap. 8. num. 26. Neque est necesse protestari per expendentem cum ex l. nostra de quinto hæc deducantur ut inquit optime Angul. hic gloss. fin. num. 37. cum sequentibus. Sed quid si maritus est pauper, & succedit vxori in quarta, an tenebitur † ad has expensas, vide per Angul. in d. gloss. fin. num. 30. cum aliquibus sequentibus.

14

15

16

Ibi, Del quinto de la hacienda del testador, & sic de bonis illius, qui decessit, & pro quo expensa funeris sit, & legata ab eo in testamento relicta gratuite soluantur, nam si vxor moritur, de bonis eius soluenda hæc sunt, & è contra de bonis mariti † si ipse prius moritur, mortuo tunc aliquo ex coniugibus dissolutum est matrimonium, & sic de bonis superstitis non sunt hæc soluenda, ut aduertit Chassane. in consuetud. Burg. rub. 2. §. 9. vbi fin. numero 1. & 3. & Rebus. ubi supra dicto. numero 66. nisi vxor esset indotata, & inops nam tunc secundum eundem Cassaneum ubi sup. fa. 174. ut tenebitur eam sepelire, & è contra, ut tradit Dueñas regul. 397. numero 8. Ex quibus infert ipse nec Chassan. in dicta. num. 3. quod de parte lucratorum vxori pertinentium non soluetur

17

soluatur impensa hæc, & ad implementum testamenti, eò quod postquam maritus deuenit ad ultimæ voluntatis stabilimentum, non potest amplius in media parte adquirentium præiudicare vxori suæ. Vltèrius pro condimento huius legis, & totius tituli est notandum, quod lex nostra loquitur, & procedit quotiescunque decedens testator reliquit † descendentes, nam si eos non reliquit, non est curandum de quinto, sed de toto corpore hæreditatis deducuntur expensæ hæ funerales, & soluuntur legata gratiosa, prout aduertit hic Ant. Gom. & conciuus noster Ioan. Gutierrez in d.l. nemo potest num. 92. ff. de leg. 1. & faciunt dicta per Telle. in l. 36. Taur. numero 14. sed si descendentes habet ex quinto hæc deducuntur, vt inquit lex nostra & ex tertio hæc deducuntur, si testator descendentes carens relinquit ascendentes, nam eis relictis de tertio hoc de quo potuit disponere secundum l. 6. Tauri, descriptam in l. 1. titu. 8. infr. eod. lib. deducendæ sunt expensæ funeris, & legata gratiosa, vt optime aduertit conciuus noster vbi sup. numero 93. quod licet ante ipsum asserat à nemine vidisse scriptum scripsit tamen ante ipsum, & asseruit Castillo in l. 6. Tau. in glo. el fuero in fi. & gloss. magna in medio in l. 2. tit. 11. p. 6. & nouissime Angulo hic gloss. 3. numero 2. & Parladorus lib. 2. rerum, quot. cap. 16. Sed an si quintum dum testator descendentes, vel tertium dum tantum ascendentes relinquit non sufficiat pro adimplendis funeralibus, & soluendis legatis gratiosis, an prius tunc soluenda sint legata pia † quam non pia? & an si tunc defalcanda omnia sunt, defalcabuntur illa, quæ in specie consistunt, & tunc impensa funeris etiam defalcabitur, tradit dictus noster conciuus Gutierrez vbi sup. num. 94. & 97. & in hoc concors est opinio quod omnia legata siue pia siue non pia defalcanda sunt, quia defalcatio hæc fit propter defectum patrimonij, quo casus omnia defalcabuntur, ex tex. in l. si certarum. §. fin. ff. de testamento militis, & tex. in l. si post missionem. ff. ad l. Falcid. Ioan. And. in addit. ad Specul. titu. de testamentis. §. 1. versi. quid si legatum, quem & alios allegat gloss. 1. l. 1. titu. 11. par. 6. & Ias. in l. si quis testamento. §. 1. per tex. ibi. ff. de leg. 1. & Tiraquel. de priuilegijs pia causa priuile. 26. limitatione. 4. & priuilegio. 72. & Parladorus. d. ca. 18. vbi assignat modum defalcandi, & hoc procedit etiam si legata sint

libertatis quoties agitur de præiudicio legitimæ filiorum debitæ de iure naturæ, nam tunc & legatum libertatis defalcatur, propter defectum patrimonij, cessante vero legitimæ huius præiudicio non defalcabuntur libertatis legata, etiam ob defectum patrimonij quia tanquam æs alienum deducuntur, ita gloss. d. l. 1. titu. 11. p. 6. Secundo ampliatur dicta communis opinio, vt defalcantur legata ob defectum patrimonij, siue consistant in quantitate, siue in specie secundum Ang. in l. quærebatur per tex. ibi. ff. ad l. Falcid. quem sequitur gloss. in d. l. 1. & Tiraquelus d. priuilegio. 72. & Ant. Gom. tom. 1. cap. 12. numero 34. & hoc credo verum licet idem Angelus aliud teneat vt apparet ex glo. d. l. 1. in hac tamen defalcatione (& hoc est singulare) non erit defalcanda impensa funeris, quia licet in quinto computetur, non tamen defalcatur quia iam est consumpta, vt optime aduertit Angulo hic gloss. 2. & ante ipsum consului pluries, & hic scriptum habebam, habes tamen notare aliud non minus singulare, scilicet quod licet prius de bonis defuncti est extrahendum quintum quam tertium, in casu in quo aliquem vel aliquos ex descendentes in illis meliorauit, hoc propter fauorem animæ. ex l. 214. styli, in margine nostri tex. allegata & communiter vsitata, tamen quoties defalcatio talis propter defectum patrimonij est facienda de omnibus legatis, tunc legata ipsis descendentes particulariter facta, deducuntur prius de tertio * bonorum, & residuum imputa- 20 bitur in quinto, & defalcabitur cum alijs legatis, & hoc vt in quinto sit minus quod defalcatur, prout dixi in isto titulo latius, & notandum est, quia multoties vidi contrarium consuluisse ad hæc non aduertentes, aliud autem quod dubitatur per Matienço hic in glo. 2. dum asserit nostrum tex. procedere quoties per viam ultimæ voluntatis quintum est relictum secus si per viam donationis irreuocabilis inter viuos de quinto hoc factæ: nam tunc impensa funeris non deducetur ex quinto vt inquit asseruisse Telle per eum relatus, & per Angulo hic glo. 3. numero 6. cum sequentibus aliquibus, hoc tamen verum non est quoad funeris impensam nam quoad hanc, reuocabilis adhuc † manet dicta donatio quinti, vt optime reprobando Telle inquit Matienço d. gl. 2. & nos latius in hoc titulo diximus, quibus ti- 21 tulus hic satis remanet commentatus.

SEQVITVR TITVLVS

septimus de los Mayorazgos.

Hic titulus & utilis, subtilis, & practicabilis materiae, & continuatur ad præcedentem, ex eo quod, quia in testamentis maioratus plerunque constituuntur per viam meliorationis alicuius descendens, & itidem in dispositionibus inter viuos, ideo subsequitur titulus hic post præcedentem, eo quod ille in quem constituitur maioratus quasi melioratus alijs videtur.

SVMMARIVM.

- 1 Mayorazgo, quo modo vocetur pluribus nominibus. num. 1. & nu. 2. quomodo sit in dispositionibus intelligenda.
- 3 Dubia secundum communem usum & intelligentiam & regionum statuta declaranda sunt & deducenda ad proxim. numero 3.
- 4 In dispositione per solam appositionem verbi maioratus producuntur omnes maioriae effectus. 4.
- 5 Maiori filio indivisibilia impræscriptibilia & inalienabilia bona maioratus deferuntur & potius masculis quam fœminis. 5.
- 6 Maioratus perpetuus est etiam si tantum dicatur facio maioratum de bonis meis quamvis non habeat nisi unum filium & cum tantum nominat, nisi aliud consuetum sit. 6.
- 7 Anniversarium vinculo maioratus constitutum idem operatur ac si aliter maioratus constitueretur. 7.
- 8 Non est perpetua institutio nisi expresse dicatur vel denotetur verbis disponentis. 8.
- 9 Gravamen filio appositum non durat in filijs filiorum. 9.
- 10 Bona quæ ad truncum debent venire non censentur inalienabilia. 10.
- 11 Maioratus an sint liciti. 11.
- 12 Maioratus & fœudi differunt in multis. 12. & ibi quod & à fideicommissis.
- 13 Primogeniturae Hispaniæ multum differunt à primogenituris veteris testamenti. 13.
- 14 Maioratus diffinitio. num. 14.

In rubrica ibi DE LOS MAYORAZGOS, Latine f maiorata, maioratus, maioricatus quasi in aiori filio pertinens, vel quia maiorem, & meliorem partem vocatus percipit, & sicut in alijs

multis datur prærogatiua maiori filio, ut licet videre, ex tex. in l. 2. titu. 15. par. 2. ubi Grego. inquit allegando Præpositum, quod est vulgare Hispanum, in verbo maioria, ut nouissime, & late per Molinam, de primoge. lib. 1. cap. 1. & in cap. 2. differit quæ fuerit Hispanorum maioratum origo, & tetigit Burgos de Paz in præmio legum Tauri. num. 101. & Ant. Gom. in l. 40. Tau. & Bur. de Paz iunior in questionibus suis, quæsti. 1. Pelæz de maiora. 1. par. quæsti. 1. Diciturque hæc, maioratus, secundum dictos & maxime Couar. li. 3. var. cap. 5. num. 1. in quibuscumque dispositionibus ita intelligenda est ut secundum eam significationem, † quæ communi vsu legibus, & prouinciæ constitutionibus recepta sit, eius sensum interpretemur, in his enim quæ dubia sunt is canon obseruandus est, ut ea extra communem usum, leges, & regionum statuta ad proxim, & intelligentiam † deducamus, prout pluribus iurisconsultorum auctoritatibus probari idem asserit Couar. d. numero 1. quibus equidem secundum eum ibi, sit, ut si quis aliqua bona proprio testamento, vel donatione in Titium detulerit, ita quod ea habeat & obtineat titulo & iure maioratus, hæc ipsa bona, quamvis alias conditiones institutor huius primogenij non adiecerit, naturam, proprietatem † & alios effectus habebunt, qui apud Hispanos in ea prouincia bona progenitorum & maioratum ex consuetudine, moribus & constitutionibus habere solent, generaliterque, secundum illam legem l. 2. titu. 15. par. 2. maiori filio deferentur inalienabilia, indivisibilia ac impræscriptibilia erunt, † masculinoque potius, quam fœminæ deferenda, ut expresse tenuerunt in maioratibus nostræ Hispaniæ Paul. Castrensis, consi. 164. li. 2. Abbas, & Bologninus, & Couar. & Molina, & alij relati per Burgos de Paz in quæsti. 2. numero 72. & Meneses in rub. numero 11. de fideicommissis, qui licet alleget Anto. Gom. in l. 40. Tauri. numero 64. ad contrarium, si bene inspicatur, non tenet contrarium, sed potius idem, prout tenere voluit in 1. tom. variarum cap. 11. numero 15. in fin. & Suarez in l. quoniam in prioribus 10. ampliatione numero 10. cum sequent. pluribus, & itidem ibidem in 11. limitatione numero 17. in fi. pag. 190. & Oroscius super ff. veteri, colum. 955. versi. 36. quos post hæc reperi relatos per Molinam libro 1. primogenitorum capitulo tertio, numero quinto, ubi cum sequentibus. numeris

numeris infert plura in propositum. Neque contra-
rium tenet Suarez in d. 1. limitatione. 2. dubio quo-
nam ibi non loquitur cum sit mentio verbi ma-
ioratus, sed tantum cum dicitur tibi & succes-
soribus tuis, ex hoc enim non constituitur ma-
ioria, sed per verbum maioratus constituta cen-
setur, secundum quod dictum est, etiamsi nihil
aliud adijciatur quam verba, facio maioratum
de bonis meis, vel de talibus, adeo quod erit per-
petuus maioratus, † etiamsi tantum vnus ad eum
vocetur ut resoluunt prædicti Doctores. & maxime Bur-
gos de Paz in d. q. 2. num. 67. cum pluribus sequenti-
bus quidquid aliud velit glo. el mas propinco. d. l. 2.
tit. 15. p. 2. & in glo. maioria col. 2. ad fi. nisi secun-
dum Burgos. d. q. 2. n. 122. & 123. consuetudo ciui-
tatis particularis, oppidi, aut prouinciæ aliter
interpretaretur, nam tunc non erit maioratus
perpetuus, sed prout cõsuetudo se haberet, quo-
niam licet ex generali consuetudine loquendi
horum regnorum prædicta verba intelligantur,
& interpretentur ut inducant maioratum per-
petuum, tamen consuetudo alicuius loci, potest
strictius prædicta verba interpretari, quæ cõsue-
tudo particularis loci, vel prouinciæ attendenda
est, & præualere debet consuetudini generali to-
tius regni, ut late per dictum Burgos de Paz d. quest.
2. nu. 124. cum sequentibus, ex Bar. in l. 2. quest. 36. C.
quæ sit longa consuetudo & Parisius consi. 25. numero
42. libro 4. & ex dictis in contingentia facti con-
sului, in quadam donatione per contractum in-
ter viuos facta vni filio per patrem tertij & quin-
ti bonorum ex causa dotis per viam vinculi, ni-
hil amplius adijciendo, quod censetur perpetuum
vinculum illud, ut regulariter tanquam
bona maioratus, cum idem de consuetudine iu-
dicetur in vinculo, quam in maioratu per Couar.
d. c. 5. n. 6. & Orosium super. ff. ver. colum. 955. ver-
ficul. 36. & Pelæz de maiora, in initio. pa. 1. nu. 4. &
6. & 7. imo & in anniuersario idem extendit †
Menelas vbi sup. nu. 8. cum ad maioratus simili-
tudinem constituatur & deducatur & Pelæz vbi
sup. num. 7. etiamsi modernus Salazar de usu &
consuet. cap. fin. velit eos, & Molinam reprehen-
dere, cum ipsi loquantur de anniuersarijs vel
patronatu per viam vinculi facto vocado vnum
consanguineum, & maiorem, & in perpetuum
& quod inalienabilia sint, sed si mentio verbi
maioratus vel vinculi non fieret, etiamsi voca-
retur filius maior, & in eius defectum alter filius
eius maior nepos institutoris, ita ut bona es-
sent inalienabilia, † non erit perpetua hæc insti-
tutio, sed durabit tantum vsque ad nepotem vo-
catum, secundum tex. in authen. de restitutione fidei-
commis. §. nos igitur, ex eo adnotante, Couar. vbi sup.
nu. 4. & Ant. Gom. communem dicens in l. 40. Tauri.
num. 64. & Rebusus in repetitio. l. vnica. C. de
sent. qua pro eo quod interest notab. 1. numer. 40. &
sic grauamen † filio appositum, non durat in fi-
lijs filiorum secundum glo. in d. §. nos & Suarez in d.
l. quoniam in prioribus. 2. limitatione legis regie in
fi. & in 11. limitatione dubio. 2. & secundum Tel-
lium in l. 27. Tauri. numer. 17. & hanc veriore,
& communiore contra Bart. testatur las. in l. Cen-
turio. numer. 56. & 57. ff. de vulga. & sic in bonis
de trunco, licet ad truncum debeant deuenire, †
non censentur ex hoc inalienabilia secundum
Castel. in l. 6. Taur. verbo de tronco. Et an † maio-

ratus sunt liciti vltra Soto de iusti. & iure. li. 4.
quest. 5. nu. 1. pag. 286. colum. 1. ad finem tradit Me-
nel. in rub. nume. 4. cum. 3. sequentibus. C. de fidei-
commis. & nouissime Molina de primogenijs lib. 1.
cap. 1. & Matienço in l. 1. gloss. 1. num. 12. istius titu.
& Maioratus & feudi † differunt in multis se-
cundum Couar. lib. 1. variarum capitu. 15. nu. 14. &
Burgos de Paz in proæmio legum Tauri. numer. 72.
cum pluribus sequentibus, sicut & differunt à fidei-
commis. ut per Molinam vbi sup. lib. 1. cap. 1. Imo
& primogenituræ Hispanicæ secundum Burgos
in d. proæmio. num. 92. & 99. multum differunt
à primogenituris * veteris testamenti & de diffi-
nitione verbi maioratus vltra Mol. d. lib. 1. c. 1.
num. 22. tradit Matien. in d. gl. 1. numero 5. &
lib. 6. vbi vult diffinire maioratus Hispaniæ,
aliter quam maioratus alterius regni, verum
enim vero quia de se satis patet diffinitio, ni-
hil est in hoc immorandum, ut deueniamus ad
textualia.

S V M M A R I V M.

- 1 Probatio maioræ per scripturam melior est
omnibus alijs probacionibus. nume. 1. &
ibi remissiuè, igitur probationum species.
- 2 Licentia regia præcedere debet vel sequi ap-
probatio regia maioratus constituti vltra,
contra vel præter legis dispositionem &
promissionem ut si contra. l. 27. Tauri teno-
rem fiat.
- 3 Licentiam in dubio præsumendum est præces-
sisse ad maioratus institutionem.
- 4 Actus ille præcedere censetur qui ad validi-
tatem actuum necessarium est quod præ-
cedat. 4.
- 5 Licentiam concedi per verbum fiat, an suffi-
ciat. num. 5.
- 6 Testibus quibus & quomodo probetur scriptu-
ra maioratus. 6.
- 7 Scriptura necessario requiritur ad maioratus
constitutionem ex licentia regia constituti.
7. secus vero alijs ut num. 11. & num. 38.
& 39. declaratur & vbi quid in gratia
Papæ.
- 8 Scriptura perdita quinque testibus est proban-
da. num. 8. & ibi quod sint periti vel boni
intellectus & quod probetur per alios de pe-
ritia eorum, & cum alijs requisitis, ut ibi,
& num. 9. an duo testes sufficient etiam in
probatione testamenti periti & ibi concor-
dia authoris.
- 10 Duo testes sufficiunt pro probando tempora-
li contractu perduto, secus, si pro perpe-
tuo. 10.
- 11 Regia licentia scripturam requirit sicut gra-
tia Papæ. 11.
- 12 Conclusio requisitorum ad probandum maio-
ratus scripturam perditam. 12.

- 13 Notarij's testimonia præbentibus se vidisse tales scripturas non probant. cum testes nõ adducuntur tunc. 13.
- 14 Consuetudine an vna familia inducere possit quod inter eos de hac familia iure maioratus succedatur. 14.
- 15 Regnum Hispania cum de consuetudine maiori deferatur, non potest rex filium suum etiam cum causa regno priuare. 15. Vide ibi.
- 16 Propter ingratitude potest successor vocatus maioratu priuari. 16.
- 17 Succeditur in regno iure hereditario licet iure primogenitura. 17. Vbi hac de causa tenetur successor probare contractus prædecessoris.
- 18 Possessor maioratus an cum bona conscientia possit bona illius retinere fundans se in præscriptione. 18.
- 19 Actus vnicus an sufficiat in probanda hac immemoriali consuetudine. 19.
- 20 Actus vnicus per legitimum tempus habitus consuetudinem inducit. 20.
- 21 Declaratio doctrina communis asserentis ad consuetudinem inducendam duo actus requiri. 21.
- 22 Modus probandi consuetudinem immemoriam. 22.
- 23 Præscriptionum immemorialis & centenaria an sit aliqua differentia. 23. & ibi an in centenaria lex nostra locum habeat, & an sufficiat in nostra materia quadragenaria cum titulo inualido & quid si constet de mala fide an immemorialis deficiat.
- 24 Consuetudo etiam privilegiorum interpretarina est & decenij lapsu tunc introducit. 24.
- 25 Maioratus an probetur per confessionem possidentis. 25.
- 26 Bona fama testium probanda est vbi lex testes bonæ famæ requirit. 26.
- 27 In probanda consuetudine & præscriptione in alijs quam maioratus & iurisdictionis causis, an sit necesse probare auditum auditus. 27.

Sequitur. l. i. quæ erat. 41. Tauri.

S V M M A R I V M.

Qualiter & quibus testibus, & probationibus alijs maioratus probari possit declarat lex nostra.

IBI, PROBAR POR LA SCRIPTURA, QUÆ MELIOR EST OMNIBUS ALIJS PROBATIONIBUS IN PROBATIONE MAIORATUS ¶ MAXIME EST ANTIQUA, DE QUÆ IN ff. C. & Decretalibus de fide instrumentorum, & duodecim probationum species refert Specular. rubri. de probat. §. f. vbi loquitur. And. tradit quosdam versus sic dicentes.

Aspectus, sculptum, testis, notoria, scriptum, Iurans, confessus, præsumptio fama probatur.

Et viginti probationum species retulit Rebus in concord. regni Francia titulo de regia ad prælat. nomi. fa. §. fi. in gl. specie probationis pa. 15 & cum seq. in medio ex impressione quas hic si mei esset instituti possem tacito auctore transcribere, verumtamen quia meum non est hoc, solum allegatione contentus ero, alij faciant quod voluerint.

Ibi, La licencia del Rey, hæc enim prius præcedere debet maioratus institutionem, vel regia confirmatio debet post sequi ad maioratus validitatem, ¶ siue maioratus quoad principale dispositionem licentiã requirat, vt si de legitima factus sit, siue nõ requirat quoad principalem dispositionem, de quo & in l. 3. inf. cod. numero 5. cum sequent. aliquibus, sed quoad validitatem aliquarum vocationum, & conditionum, vt si de tertio bonorum factus sit non seruata forma & ordine. l. 27. Tau. vel alia, ad validitatem namque harum vocationum, vel conditionum contra illius. l. 27. dispositionem impositarum necesse est quod licentia præcedat, ex dictis per Anto. Gom. l. 42. de Toro & Pela. de maioratu. 4. p. 2. q. nu. 2. & 10. vel requiritur quod confirmatio subsequatur, eadem namque ratio est de toto, quoad totum, vel de parte quoad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vend. not. Molin. in propostum nostrum lib. 2. primog. c. 7. nu. 50. contra Greg. ibi allegatum. vbi nu. 51. inquit quod si licentia & maioratus institutio eodem die facta appareat in dubio præsumendum est licentiam ¶ præcessisse, quando enim duo actus eodem die facti sunt, ita vt non constet quis eorum præcesserit, is præcedere necessario censendus est qui ad ipsorum actuum validitatem præcedere debuisset. ¶ l. cum in testamento. §. hæc verba, & ibi omnes. ff. de hered. inst. pro validitate enim actus & contractus semper est præsumendum, vt per Alciatum & alios ibidem per Molin. relatos d. nu. 51. vbi nu. 52. cum sequent. tractat an sufficiat licentiam concedi per verbum fiat.

Ibi, Que haga fe, quæ debent continere instrumenta vt fidem faciant, late diximus in l. 13. tit. 25. lib. 4. sup.

Ibi, En la forma que el derecho quiere, puta quod per quinque testes ad minus probetur de tenore ¶ scripturæ maioratus, & qualiter, & quomodo conscripta sit, asserendo eam rem gestam fuisse tali modo, & forma, & ordine, & non esse scripturam cancellatam, neque viciosam in partibus substantialibus, pro vt optime hic aduertit Castillo in glo. del texor & secundum Rebus. in concord. regni, Fran. in rubri. de mand. appos. §. 1. gloss. literas limitatione. 2. pag. 125. & deducitur ex l. 28. titul. 16. part. 3. & dixi quinque testes esse necessarios, quia cum ad maioratus constitutionem ex regia licentia constitui ¶ de necessitate scriptura requiratur secundum Molin. de primogenijs lib. 2. c. 8. numer. 7. & sequent. & Matien. hic gloss. 1. & 2. & Burges senior in d. q. 4. nume. 5. ea scriptura perda, omnino quinque testibus eius tenor, & regia licentiæ virtute ¶ cuius fuit constituta probandus est. Imo & debent esse periti, vel boni intellectus testes ij, & per alios testes debet probari de peritia eorum secundum Pelat. 4. p. de maioratu. q. 10. n. 17. & quod nõ dolo aut fraude fuit per-

dita per Burgos *ubi sup.* numero 26. cum sequen. vbi
 describit alia requisita, nam de iure est, quod vbi
 de essentia requiritur scriptura, si perdita est, po-
 test optime testibus probari tenor eius, secundum
Bart. in l. testium. col. 1. vers. ultimo tene. C. de tes-
stibus, communiter secutum à Doct. in authen. si quis
in aliquo. C. de edendo. Alvarus Valascus de iure em-
phyt. p. 1. q. 7. numero 38. & refert Burgos d. q. 4.
num. 26. tamen ij testes debent esse quinque &
rogati ex. d. l. testium. C. de testibus, & in authen.
rogati. C. eod. per quæ ita tenet Salicetus dicens
notabilem in practica in l. 2. C. de iure emphyt. colu.
*11. & Ias. & relati per Burgos *ubi sup.* num. 29.*
Ias. tamen per eum allegatus nō tenet hoc, quia
refert se Ias. ibi ad dict. l. 2. num. 134 & sic etiam
 9 in probando tenorem scripturæ † perdita dixit
Bald. in d. l. testium col. 2. vbi fortius loquitur sci-
licet in testamēto perditō, quod quidē per duos
testes probari potest, probando per eos amissio-
nem, & tenorem eius, & Bald. sequuntur plures
relati per Hippolicum in sing. 156. nemo prudens
*est, Cifuentes in l. 39. Tauri & Rebus *ubi sup.**
id esse regulare dicit in scriptura perdita, ex tex.
*quem notab. dicit in cap. sicut *ubi plene Felinus col. 1.**
cum sequentibus de re iud. & Afflictis decis. 274. nu-
mero 2. & 302. numero 3. & 5. & idem tenet quod
duo testes sufficiant Abbas. in c. cum olim el. 1. nu-
mero 8. extra de privilegijs qui melius quam alius
quem viderim in hoc loquitur puncto, & tenet
Hippolitus in rub. de probat. numero 334. cum se-
quen. & Mari. Soci. in d. c. cum olim. numero 23. cum
sequen. & hoc idem tenuit & voluit Castillo in
presenti verbo, del tenor vbi se retulit ad dicta in
glo. 1. in qua duos vel tres testes requisivit, & te-
rigit Pelæz de maioratu. 4. part. quest. 20. nu. 25.
vbi d. num. 23. prosequitur ista requisita ad pro-
 bandum maioratum perditum, & sic res est du-
 bia, an duo, vel quinque testes sint necessarij.
 Ego tamen concordiam inter hæc assignarem,
 scilicet, quod si duo hi testes sint de his qui tes-
 tamenti, vel scripturæ maioratus consecutioni
 fuerunt præsentēs, vt testes instrumentales tunc
 tanquam magis peritis in tenore instrumenti,
 vel testamenti, crederem fidem adhibendā, pro-
 bata amissione sine fraude & dolo, & docto per
 eos de tenore, & quo i non erat viciosa neq; can-
 cellata in partibus substantialibus, si vero nō sint
 testes instrumentales, tunc procedat opinio de
 quinque testibus requirendis, & hanc differen-
 tiam voluit Felinus in d. cap. sicut. n. 3. & id voluit
 Bal. si bene inspiciatur in d. l. testam. n. 3. dum ibi
 dicit quod si duo testes superstites sint, & sic de
 instrumentalibus clare voluit intelligere, & ita
 eum allegat Hippolytus in rub. de probat. nu. 334.
 cogita. habemus tamen notare quod vbi agitur
 10 de probando contractu temporali, † vt de mu-
 tuo, sufficit duos testes dicere quod viderunt
 scribi instrumentum mutui, licet non deponant
 de tenore eius, quod secus si de probando con-
 tractu perpetuo ageretur secundum Auen. c. 30.
 pratorum. nu. 5. vers. & iusta. lib. 2. & sic debent
 intelligi dicta per Gomez Arias hic, quam legit sub.
 l. 39. Tauricol. 2. in fi. cum sequentibus. Item no-
 tabis quod licet in maioratu facto cum regia.
 licentia scriptura requiratur, quia regia licen-
 11 tia scripturam requirit sicut gratiam † Papæ se-

cundum Moli. d. c. 8. numer. 7. Rebusum, vbi sup.
 vers. si fiat maioratus in testamento scriptura requi-
 ritur, tamen extra istos casus sine scriptura po-
 test confici maioratus secundum Molinam. d. c.
 8. nume. 2. cum sequentibus, & ex. l. nostra, si be-
 ne inspiciatur, sic colligitur, ex quibus recolligen-
 do † supradicta dico, quod testibus probari po- 12
 test maioratus, & amissio eiusdem maioratus in-
 strumento & scriptura, duobus testibus periti-
 tis, & discretis, eorum qui consecutioni illius in-
 terfuerunt, deponentibus de tenore instrumenti,
 & de natura illius, & solemnitatibus in eo requi-
 sitis, puta si requirebatur regis, aut alterius li-
 centia, aut consensus, de his debeant deponere,
 & quot testes interfuerint, secundum dictos Doct.
 maxime Abbat. vbi sup. & Hippolyt. in d. rub.
 de probatio. numero 341. & sic merito quod testes
 ij debeant esse periti, & aduocatus articulos fa-
 ciens, sit etiam cautus, & aduertens ad hæc om-
 nia, item etiam & de die in quo fuit consecutum,
 si faciliter de die recordari possint, vel sit de sub-
 stantia negotij, non vero aliās, item quod in-
 strumentum illud est amissum casu tali & quod
 non dolo neque fraude, potest tamen hæc amis-
 sio per alios testes quam deponentes de tenore
 eius probari, ex dictis per Molinam lib. 2. ca. 6.
 num. 34. primogeni, & tenet expresse Ange. in dict.
 l. testium, relatus per Alexan. l. 2. C. de bonorum,
 posses. secundum Tabul. num. 8. item debet proba-
 ri peritia, vel bonus intellectus dictorum testium
 deponentium de tenore, vt inquit optime Pelæz.
 d. numer. 27. & hoc est in summa, id quod requi-
 ritur ad probandum maioratum per testes, se-
 cundum secundam formam probandi illum, à
 nostro tex. designatam, & hoc est quod signifi-
 cant verba hæc nostri tex. En la forma que el
 derecho requiere. Sed si testes ij non essent de illis
 qui consecutioni scripturæ fuerunt præsentēs,
 tunc maior numerus, quam duorum, & sic quin-
 que requirentur, quoniā ij non ita percipere po-
 tuerunt constitutionē maioratus, sicut præsentēs,
 & debent esse discreti, & periti, & tales qui in-
 telligere præsumantur id quod dicunt, inquit ta-
 mē optime Feli. in d. sicut n. 7. decla. 4. quod si scri-
 pturā maioratus constat fuisse subtractā, ab aduer-
 sario, tunc nō est necesse quod testes dicāt de te-
 nore scripturæ & iuste, quia dolus nemini debet
 patrocinari. Item in actu temporali non requi-
 ritur depositio tenoris instrumenti secundum Auen.
 vbi sup. quod intelligerem, in causis modici
 valoris, secus si essent magni valoris, nam tunc
 & alia adminicula requirerem, inquit tamen
 Turza. in lib. comunium. opin. c. 58. tenor instrumenti
 quod si notarij aliqui attestarentur per subscrip-
 tiones suas † & testimonia in publicam formam 13
 redacta, qualiter ipsi viderūt tale instrumentum,
 eis (licet quantumuis periti essent) non esset cre-
 dendum, eo quod non sunt examinati vt testes,
 neque poterunt testimonium præbere de his
 quæ coram eis non fuerunt facta neque per par-
 tes constituta, vt per omnes maxime Ias. in authen.
 si quis in aliquo documento. C. de edendo, tamen
 fides & testimonia dictorum notariorum fa-
 cient semiplenam probationem, saltim vt iu-
 ramentum suppletorium deferatur, ex Bald.
 in rub. C. de fide instrumentorum col. 2. vers.
 sed dabitur, quod tamen mihi nullo modo
 applaus:

applaudet, cum sit communis opinio nullā fidem facere dicta testimonia dictorum notariorum, secundum Socin. l. unio. consil. 57. numero 4. lib. 1. & Afflictis decis. 273. in fi. Rolan. Val. consil. 15. numero 21. volu. 1. & communem etiam testatur Ferreretus relatus & secutus per Fran. Becium consil. 5. nu. 5. contra Specult. per eos relatum, qui quidē Speculator secundum Afflictis ubi sup. nihil in contrarium dicit, & sic dicta opin. Bal. secuta per Turcari. ubi sup. mihi non placet, præsertim si est super re graui, aut interesse pecuniario alicuius momenti, adiuuarent tamē talia testimonia cum alijs probationibus per dicta, secundum glo. fratrum. ca. cum olim. 1. extra de priuilegijs & ibi Abbas. nu. 6. & miror de Couar. in prac. ca. 21. nu. 2. in fi. contra communem loquentem.

Ibi, Por costumbre immemorial, ex his verbis, & ex dispositione huius nostræ legis deducitur clarissime esse erroneam opinionem dicentium posse vnam familiā, * consuetudine introducere quod inter se iure primogenituræ succedatur, nam cum maioratus ex. l. nostra non possit probari, nisi vno de tribus modis ab ea descriptis, scilicet, per scripturam maioratus, vel si ea est deperdita, per testes de tenore eius deponentes ut in gloss. præcedenti diximus, vel per consuetudinem, siue præscriptionem immemoriam, merito dicendum est esse erroneam supra dictam opinionem nisi talis consuetudo talis familiæ sit immemorialis, vt in effectu concludit Moli. li. 2. c. 6. numero 6. 7. & 8. quia. numero 1. refert opiniones circa hæc existentes; & tandem circa hæc concludit quod nullo modo possit per aliquam familiam introduci talis consuetudo, etiā si tertiam partem populis talis familia cōstituat, & iurisdictionem habeat, & hanc communem & tenendam vocat Crassus lib. senten. §. successu ab intestato. q. 16. nisi immemorialis probetur, & tunc non est necesse quod familia talis cōstituat tertiam partem vel maiore neque quod habeat iurisdictionem, sed sufficit probari, immemoriam esse succedendi in illa domo iure maioratus secundum. l. nostrā qua attēta iure optimo Molineus opinionē contrarium asserentem reprobat & Pelaez de maioratibus. 4. p. 1. 2. 0. nume. 1. etiam si contrariam opinionem ē nostris cū Rode. Sua. teneat Orof. in l. omnes populi fol. 56. col. 2. per totam. ff. de iust. & iur. & Ant. Gom. tom. 1. c. 11. nu. 25. in fin. & glo. camara. l. 6. in fin. tit. 26. p. 4. & in l. 9. tit. 7. par. 2. glo. 2. ex quo ibi infert quod cum in Hispania per consuetudinem maiori regnum deferatur, non potest rex * filium suum etiam cum causa regno exheredare, quia nō ab eo sed ab antecessoribus suis habet, id tamen nō affirmat. d. glo. 2. esse verū, cum adesset causa, nā tūc dicit quod exheredationi regni esset loc⁹ pro quo videtur tex. in l. 1. ad fi. r. 15. p. 2. ubi glo. 2. inquit quod ex vna ex trib⁹ causis ibidē expressis pereā, admittetur talis exheredatio per partem regem facta & facit tex. in cap. licet de voto, tradit Tiraquel. de primogen. quest. 35. num. 14. imo & tunc auctoritas Papæ requiritur prout in rap. grandi de suplen. negligentia prelatorum qnbari videtur, & tradit Couar. in c. si heredes in fin. de testamentis pro quo communis illa asserita per Meneses in l. vnum ex familia. §. si de Fadāia numero 26. ff. de lega. 2. quod in quolibet maioratu hoc est, vt

propter ingratitudinem possit successor ꝑ vocatus eo priuari, licet non affirmo obtineri posse in practica, quod si in maioratu est communis a fortiori in regno quo succeditur iure hereditario & tanquam hæres ꝑ licet iure primogenituræ secundum Suarez allega. 10. pag. 3. in princ. & est optima. l. 9. titu. 1. p. 2. Auend. in regibus Hispaniæ sic dicens. cap. 4. per totum. numero 1. in princip. lib. 1. ubi & aliam legem regni ad hoc allegat, & hac de causa tenetur successor in regno seruare contractus per prædecessorem factos vt per Suarez ubi sup. pag. 2. ad fi. communem dicentem & Menes. ubi sup. numero 7. ad fin. & Boe. decis. 204. num. 42. & alibi plures quidquid aliud velit gl. deudas. l. 4. titu. 15. p. 2. cum ergo iure hereditario regnum deferatur, nimirum si successor priuari, & exheredari eo possit cum causa, nam sine ea, nullo modo secundum Montal. in l. 1. glo. 2. col. 6. in prin. vers. item filius tit. 3. lib. 1. fori. Cum ergo vt ad propositum deueniamus, requiratur immemorialis consuetudo siue præscriptio, cessat iam altercatio dicta an per familiam possit introduci, vt bona sint maioratus, & per consequens cessabit illud quod querit Ioan. Licier de primogen. q. 15. & Palacios Ru. hic quos allegat additio Rode. Sua. d. amplia. 10. numer. 10. in d. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testam. scilicet, an cum bona conscientia possit possessor fundans se in præscriptione, retinere bona maioratus ꝑ nam si est immemorialis, neque constat de vitioso ingressu, neque in possessore datur mala fides, & scrupulus poterit ea retinere, quandoquidem ex. l. nostra idem permittitur, quæ tamen cum sint Theologorum ipsos consules, si ampliorem satisfactionem velueris habere, & an hæc nostri tex. consuetudo possit dici consuetudo, vel præscriptio disputat Moli. de primoge. d. lib. 2. c. 6. nu. 9. cum sequent. & n. 36. ubi plus præscriptioni quam consuetudini esse applicandū dicit, & bene meo videri verum tamen, quia siue sit consuetudo, siue præscriptio requiritur immemorialis, nihil in hoc est insistendum. Sed an in probanda hac consuetudine immemoriali vnicus actus successione sufficiet, ꝑ & dicendum est quod sic, quandoquidem, actus ille habet tractum successiuum & continuationem, pro vt in nostris terminis dixit Orof. in l. de quibus col. 179. n. 26. & 47. ff. de ll. & Pala. Rab. in repe. c. §. 18. incipit ex quibus, nu. 37. fol. 68. in magnis, & Moli. ubi sup. d. c. 6. nu. 24. cum 3. sequent. ubi n. 27. etiam inquit non requiri actus esse iudiciales, & pro dictis facit, nam per legitimum tempus vnicus actus successiuus consuetudinem ꝑ inducit, tex. optimus in c. cum de beneficio de prebendis in 6. quem ad hoc singularem dicit Abb. in c. fi. num. 17. de consuetudi. & Feli. in c. Petrus col. 2. de homicidio Roma. consil. 368. col. 2. Ant. & Card. in d. ca. fi. ubi late Rochus. n. 28. fol. 9. in paruis ubi hanc opinionem defendit contra Amalam, ibi col. 5. Ex quibus datur declaratio ad doctrinā Bart. communem in l. de quibus. ff. de leg. asserentis ad consuetudinem inducendam ꝑ duos actus requiri de qua ibi per Ias. 2. 51. & Imol. in d. c. fi. hanc doctrinam communem asserentem, & probatur ex. l. 5. tit. 2. p. 1. dicitur enim ex dictis vt nō procedat quætiōem que adesse vnicus actus habens tractum successiuum & continuum quia tunc vnico actu illo

illo per lapsum legitimi temporis ad talis consuetudinis introductionem necessarij, inducta censetur consuetudo per tex. d. c. cum de beneficio. quem ad hoc commendat Rauena de consuetudine, folio 133. colum. 4. numero 6. & Card. consil. 62. & Ancharran. consilio. 162. Felinus in capi. in nostra Carollario. 40. de rescriptis, & Alex. consil. 7c. lib. 3. & quamuis consuetudo per decem annorum transcursum introducat secundū Doct. d. l. de quibus & l. 5. tit. 2. p. 1. tamen in terminis nostrę legis immemoriale tempus requiritur prout in specie notat Auen. in dictionario. verbo. costumbre, col. 4.

Ibi, Probada con las calidades, vt tamen possit induci talis consuetudo, & præscriptio immemorialis requiritur quod adsit aliquis contra quem introducatur, vt optime aduertit Suarez in l. quoniam. 11. limitatione. l. regia pag. 190. col. 1. vers. vnnum perpetuo, & notat post eum, Moli. de primoge. lib. 2. cap. 6. num. 22. & quis modus probandi ¶ immemoriam ante legem nostram seruetur disputabat Suarez vbi sup. & Couar. in cap. possess. 2. p. §. 3. n. 7. & Pelaez de maioratu. 4. p. q. 20. n. 29. vbi cum sequent. legis nostrę materiam quo ad hanc immemoriam profequitur, & Molina. d. ca. 6. per totum, vbi nu. 38. sermone Hispano describit modum articulandi talem immemoriam in propositum nostrę. l. qui quidē modus, & in alijs etiam negotijs & causis erit optimum seruare, licet non omnes qualitates nostrę. l. erit necesse articulare, non enim erit necessarium in alijs negotijs quam maioratus articulare, & probare bonam famam testium ex Auenda. cap. 6. prætorum. num. 7. in li. 1. licet erit bonum & salubre ad euitandas opiniones, cum ex Rebuf. tracta. de decimis. q. 18. n. 94. cum. 3. sequentibus deducatur id esse necessarium ideo articulabis, & probabis bonam testium famam item & auditum auditus an requiritur articulari in immemoriali probanda in alijs quam maioratus causis infra dicemus in gloss. y oyeron, vltimus notandum quod licet aliqui affirmant nullam esse differentiam inter præscriptionem immemoriam, ¶ & centenariam, maxime tamen inter se differunt secundum Oroscium in Imperiū. num. 15. col. 4. ff. de iurisdictione omnium iudicum vbi pro hoc tex. nostrum allegat differentiasque ibidem annectit & Couar. in dict. cap. possess. §. 3. 2. part. numer. 5. vers. superest modo. cum aliquibus sequentibus & sic in centenaria legem nostram non habere locum inquit Pelaez. d. quest. 20. nume. & Molina. d. cap. 6. numer. 43. cum sequentibus, vbi nume. 51. tractat an cum titulo inualido sufficiat quadraginta annorum præscriptio ad inducendum maioratum, & ibi cum sequentibus inquit quod sic & Pelaez vbi supra. numer. fin. vbi iura ad hoc allegat & decretum concilij Trident. & quid si initium viciosum sit vel constet de contraria hominum memoria, ita vt constet omnes possessores cum mala fide possedisse, an deficiat immemorialis huius autoritas latissime discuit Molina dict. cap. fin. num. 6. cum sequentibus, qui nu. 57. & tribus sequentibus inquit quod si inueniatur scriptura, qua eiusdem institutor clare maioratum nō instituat, sed in ea inueniantur aliqua verba, quę quodāmodo maioratus institutionem non tam præcise inducere

videantur, dispositioque ipsa dubia sit, atque interpretationem requirat, si simul cum hac scriptura interueniat consuetudo succedendi in eisdem bonis, iure maioratus, saltem per decennium ex hac sola decennij consuetudine inducetur scripturę eiusdem interpretatio, vt in bonis in ea contentis iure primogeniturę perpetuo succedendum sit, consuetudo namque non solum legum sed & scripturarum, & privilegiorum interpretatiua est, quę ex decennij lapsu interpretantur, atque declarantur ex cap. cum dilectus de consuet. & communem testatur Moli. vbi sup. num. 58.

Ibi, Los passados auer tenido y poseydo, & sic testis ad probandam immemoriam nostri tex. debet specificare personas, & actus succedendi, neque sufficere deponere ita esse consuetudinem secundum tex. hic, in his verbis, quem ad hoc allegat Auendanus in dictionario, verbo costumbre. 4. conclu. vers. item aliud & an per confessionem ¶ possidentis bona probetur esse maioratum vide Burgos de Paz consil. 9. n. 1. vbi tenet quod sic, ego tamen & alia adminicula requirerem, cum tertio ex hoc præiudicium fiat.

Ibi, Los testigos, ex his verbis videtur duos tantum sufficere testes, pluralis enim locutio eorum numero contenta est, si integrę famę & opinionis sint, pro vt tex. hic, eos requirit, quamuis Auend. in dictionario verbo, costumbre. 4. conclu. vers. item aliud elegantissimum, velit ex tex. nostro colligere tres testes esse necesarios, quod verum crederem si non essent ita bonę opinionis & famę, quasi numerus trium, & sic plusquā duorum suppleat minutionem illā integrę opinionis, tu tamen si potueris semper in similibus causis ad euitandos opinionū conflictus, omnes quos potueris testes præsentabis.

Ibi, De buena fama, quę quidem in materia nostri tex. probanda est, nam licet aliās quilibet bonus præsumatur, tamen vbi lex bonam testis famam requirit probanda est ¶ vt in terminis tenet Auend. d. 4. conclu. in fin. & iterum in cap. 6. num. 7. lib. 1. & Moli. d. cap. 6. num. 29. & 30. & Pelaez. d. quest. 20. num. 1. & faciunt dicta per nos in l. 6. titul. 9. lib. 3. sup. nu. 14. cum sequentibus.

Ibi, Y oyeron, in probanda immemoriali consuetudine aut præscriptione in alijs causis & negotijs quam in l. nostra deductis non esse necessariū testes ¶ dicere se ab ancianis & maioribus audiuisse & illos suos maiores ab alijs suis maioribus audiuisse asserit Burgos de Paz consil. 16. numer. 15. vbi ex Couar. cap. possess. 3. part. 2. par. numer. 7. in prin. & in vers. testes in fi. sic communiter in praxi obseruatur & in num. 16. ipse Burgos de Paz respondet nostrę legi, & alteri quę de iurisdictione loquitur, vt in probanda iurisdictione & maioratu sit hoc speciale, vt de auditu auditus, dicendum sit, quia sic exprimitur, & requiritur, secus vero in alijs causis. Tu vero cum immemoriam articulaueris, in quacūque causa etiā de ijs auditu auditus articulabis, vidi enim iā propter hoc dubitari in facto an valeret in quadam causa terminorum cuiusdam dissenſe & quamuis in cap. 33. curiarū de Madrid. anni. 1573. fuit petitum vt de secundo auditu testes non interrogarentur, non fuit concessum.

Ibi, Nunca vieron ni oyeron dezir lo contrario, verba hæc

hec nō ita exacte, & strictē in testibus requiruntur, quod nunquam audierint contrarium dici, sed sufficit quod ad certum terminum restringantur testes puta ad centum annos, ut aduertit hic Molina. d. cap. 6. num. 61. ad fin. & nu. 63. sicut enim homo post centum annos mortuus præsumitur, ita etiam memoria, quæ est in homine, quæ sicut homo oritur, & moritur secundum Bald. in l. 1. num. 9. C. de emancip. libe. ne impossibilis efficiatur probatio, non enim possemus dare bona aliqua quæ tam antiquo tempore iure primogenij possessa fuerint, quæ non constet aliquo tempore fuisse, tanquam bona libera habita, atque possessa, & nihilominus possibile est, quod ex post facto vincularia fuerint, & maioratui subiecta, de cuius rei principio nemo recordatur, prout immemorialis præscriptio præsupponit, ideoque nē impossibilis efficiatur probatio immemorialis huius, necessarium fuit ad dictum tempus centum annorum hoc restringere, ut optime aduertit Moli. d. nu. 61.

Ibi, *Publica vox y fama*, quæ qualiter probetur fuit doctrina Bart. in l. 1. §. tormentorum. ff. de quaestio. de qua per Iuli. Clar. in præctica crimi. §. fin. quaest. numer. etiam sufficere dicere testes se publice audiuisse vide Moli. d. cap. 6. num. 36. cum sequentibus.

Ibi, *Comun opinion*, qualiter testes debeant deponere ad probandam communem opinionem vide Bal. in l. testium num. fi. C. de testibus & quæ dicitur communis opin. vide per Tiraquelum in l. connubi. gloss. 8. num. 160. cum sequentibus, & hoc pro textualium declaratione, sufficiat, cætera per Docto. hic & per Moli. d. ca. 6. & Pelaez d. quaest. 10. videri possunt.

S V M M A R I V M.

- 1 Licentia quid sit. num. 1. & ibi quod licentia semel concessa perpetuo durat nisi aliud exprimitur vel colligatur ex eo.
- 2 Mortuo concessore licentia & gratia an expiraret. 2. & 3. & sequentibus.
- 3 Papa concedens gratiam si moriatur an expeditione eo mortuo expediri potest. 3. vbi idē in gratia principis.
- 4 Gratia dicitur perfecta per verbum fiat. 4.
- 5 Gratia testandi episcopo concessa an expiraret morte concedentis. 5.
- 6 Gratia papæ licet duret eo mortuo non tamen prerogatiua. 6.
- 7 Per insertionem privilegij confirmati in confirmante præsumitur causa cognitio. 7.
- 8 Gratia quando dicatur facta in forma communi & quando non. 8.
- 9 Licentia ad faciendum maioratum sine causa renocari nō potest, per concedentem postquam concessa est. 9.
- 10 Literæ ad lites per mortem concedentis extinguuntur licet ad beneficia non. 10.
- 11 Literæ ad beneficia pro clericis pauperibus, quæ iustitia appellantur, obtento beneficio

extinguuntur. II. secus in expectatiuis ut ibi.

- 12 In lingua principis stat gratia & in scriptura testimonium & in executione commoditas. 12.
- 13 Gratia, licentia, & beneficium & privilegium idem videtur. 13. differunt tamen in multis beneficium & privilegium ut ibi remissive.

Lex 2. quæ erat. l. 42. Tauri.

S V M M A R I V M.

Licentia regis ad maioratum condendum non expirat morte regis eam concedentis, quamvis ea impetrans usus non fuerit.

IBI, LAS LICENCIAS, quid sit licentia † I tradit optime Cardi. in Clementina. fi. de electione col. 3. in medio, dicens quod est gratia concessa alicui, per quam sibi licet quod prius non licebat, & dicitur à liceo, es, & allegat pro hoc tex. in §. 1. in fi. 14. quaest. 1. ibi omnia mihi licent. ex quo ipse ibidem in proposito nostri tex. inquit, quod ex quo semel est concessa licentia, perpetuo durat, nisi ad certum usum, vel ad certum tempus concessa sit ut in c. unico extra de commodato, & in c. scui, de praben. in 6. & sic secundum eum, mortuo eo qui concessit licentiam, † non expirat licentia: gratia enim, & sic licentia facta & concessa per papam, non expirat morte papæ eam concedentis, licet sit gratia facienda ex tex. iuncta gl. in d. ca. scui, & in c. si super gratia de offi. delega. in 6. de quo per antiquam glo. in regu. cancelaria. 10. & per Io. Nilis reportorio verbo gratia facta Roma. consi. 349. & decisio. Rotæ noua. 12. de offi. deleg. & Dida. Perez alios allegans in l. 2. titu. 2. lib. 2. ordi. colum. 33. in gloss. sear firmes, quod adeo verum est, quod si antequam, gratia expediat moriatur papa eum concedens, potest tamen expediri † per successorem Pontificem in forma congruit, secundum Boerium decisio. 346. & Rebusum, in praxi beneficiari, titu. de gratia rationi congruit pag. 360. nume. 2. & 3. vbi num. 4. hoc idem in gratia per principem singularem concessa licet non expedita asserit, & Molina, de primog. lib. 2. cap. 7. num. 63. & idem Rebusum, in concord. tit. de manda. aposto. §. 1. gloss. literas in princi. pag. 124. gratia enim ut optime inquit Socinus consil. 84. volum. 3. relatus per gloss. de seruitio. l. 51. titu. 18. part. 3. realis debet esse non personalis, & sic si rex dedit privilegium constituendi maioratum, vel legitimandi spurios in regno, mortuo rege privilegium concedente, non videtur expirare privilegium, secundum Cinum, in l. privilegia de sacrosanctis ecclesijs, & Bald. consi. 96. volu. 2. & alia in proposito reperies adducta per Rotam antiquam, pen. & fi. de rescrip. & Abb. in ca. fin. num. 9. de offic. delega. & in cap. à nobis el. 1. num. fin. de sen. excommu. quod tamen ipse Abbas, in d. n. 9. intelligit quoties gratia & licentia habet suum esse finitum & liberum, ita

ita quod ex sola concessione recipit suam essentiam, nec dependet ex futuro euentu, secus vero si dependeret ex euentu futuro, quia non iniecit adhuc vinculum firmiter, tunc enim per concedentis mortem extinguitur re integra existente, & sic inquit posse intelligi glo d cap. a nobis quæ contradictis videbatur, de cuius gloss. doctrina additio Abb. d. num. 9. allegat Doct. de ea tractantes, & doctrinam illius gloss. communē testatur Couar in cap. cum in officio num. 8. de testamentis Abbatis declarationes sequuntur plures relati per Math. de Afflictis decisione 128. num. 3. ubi hanc communem testatur, quam & communem testatur Castillo in pres. col. 1. in princ. & late examinat Gigas de pensio. quest. 91. & Feli. optime in ca. quoniam num. 2. de rescripti. fol. 99. & Molin. de primo. lib. 2. cap. 7. num. 60. cum sequen. gratia tamen dicitur perfecta per verbum fiat, & secundum additionem Matthæ de Afflictis, decis. 253. ubi ipse nu. 4. ubi tenet, & Gigas, ubi sup. quæ 34. num. 3. & sic inquit Nauar relatus per Couar. ubi sup. & melius per Hieronymum Paulum in praxi can. apostolica, in tit. declarat. super proponente, seu uouente ingredi versu. præstantissime doctor pag. 101. in par. 11. quod nullæ gratiæ concessæ per Papam, etiã re integra, antequam eis vsum sit, spirat per mortem concedentis, eo quod iam est facta gratia, non fienda. & ius ex concessione acquisitum, & hoc siue gratiæ sint puræ, siue in diem, siue sub conditione, & quod hic est stylus curiæ Romanæ, etsi alij non satis practici aliud velint, & sic etsi gratia testandi episcopo alicui concessa, non expirat moriente concedente & etiã antequam episcopus ea utatur, & ibi optime loquitur ipse Hieronymus Paulus, & tenent idem plures relati per Didac Perez. in l. 6. tit. 12. libr. 3. ordi. col. 121. 3. quæ. 6. ubi ampliat in fine illius col. cum præsequens, etiam si simplici verbo concessa sint, & nondum bullata, est tamen notandum quod licet duret gratia non tamen prærogatiua & secundum glossatorem antiquum in regul. cancellaria ap. Innoc. 8. reg. 10. pag. 3. in fin. cum sequen. in par. 11. quia prærogatiua secundum eum à gratia separabilis est, vterius & secundo supradicta intelligebat Matthæus Afflictis. d. decis. 1. 8. numer. 5. esse verã quoties licentia & gratia concedebatur ex causâ necessaria. Tunc enim durat post mortem concedentis, secus vero si ex causâ voluntaria, tunc enim re integra morte concedentis expirat. Item & alij intelligebant & tertio supradicta. vt si cum causâ cognitione gratia fieret non reuocaretur per mortem concedentis, secus vero aliàs vt per Abbat. ubi sup. & sic si in confirmatione infereretur priuilegium & confirmatum ex certa scientia, præsumitur causâ cognitio quia non censetur facta in forma communi, secus vero si in forma communi confirmaretur, quia tunc nihil efficeretur secundum Suarez allegatione 14. in principio, ubi declarat quando dicatur in forma communi, & quando non & Molina. de primogeniis Hispania lib. 2. cap. 7. numero. 91. de quibus remissiuè tamen tractauit Sebastianus Medicis in tra. mors omnia soluit. 2. p. conclus. 49. gratia soluitur Pelaez de maioratu. 7. p. 9. 10. per totam, ubi de executoribus literarum tractat ex quibus deducitur ratio dub. ad nostram. scilicet quod cum licentia ad maiorum faciendum ef-

fectum habere videatur à futuro euentu, & sic ex constitutione maioratus. & ex causâ voluntaria, & absque causâ cognitione concessa videatur videbatur ideo dicendum morte concedentis expirare re integra existente, veruntamē quia gratia ex parte concedentis facta est & quasi communiter sit, & datur cum causâ cognitione informando se concedens, quod patrimonium, quotque filios eam impetrans habeat, & cuius qualitatibus & conditionibus sit, iuste disposuit lex nostra talem licentiam ad faciendum maioratū morte concedentis non expirare, & hæc fuit decidendi ratio nostri text. vltra omnes per me considerata, imo & sine causâ postquam concessa est talis licentia reuocari non poterit per concedentem & ex dictis per Abba. d. cap. fin. num. 9. de officio. 9. de leg. & Rebus relatum per conciuem nostrū Gutierrez in consil. 9. numer. 6. & voluit Afflictis ubi supra num. 11. intelligere quoties licentia & priuilegium fuit cum causâ concessum, secus si sine causâ, quia tunc & sine causâ poterit reuocari per successorem, prout in decisione 101. Matthæ de Afflictis fuit reuocatum quoddam priuilegium de quo nos alibi latius diximus, & sic intelliges dicta per Ant. Gom. hic relatum per Matienzo, hoc glossa 3. & vltra dicta notandum est quod literæ ad lites per mortem concedentis & extinguuntur, licet ad beneficia non & ratio est, quia ea quæ difficilius conceduntur, difficilius veniunt dissoluenda & ad obtinendum literas ad beneficia maior est difficultas, quã ad lites, pro quo facit tex. in cap. si pauper clericus de præbend. in 6. ubi literæ ad beneficia in forma communi obtentæ pro clericis pauperibus quæ iustitiæ appellantur, tolluntur, & extinguuntur * quocunq; beneficio habito, quia faciliter conceduntur, nõ vero in expectatiuis quæ difficulter concedi solent pro alijs clericis: debet tamen dicta licentia de qua in nostro text. esse perfecta literis expeditis ante mortem concedentis, secundum Molin. de primogeniis. libr. 2. cap. 7. numero sexagesimo secundo, nam licet licentia non requiritur quod in scriptis detur, secundum Bald. in l. fin. C. de erogatione mil. ann. li. 12. ad eius essentiam, & validitatem vt per Pelaez de maioris. par. quest. 62. numero 1. Molina de primogeniis. lib. 2. cap. 8. numero 3. & 8. tamē ad probationem literarum expedito requiritur * sic & gratia Papæ quod solo verbo perficitur neque scriptura requiritur tradit Felinus in repet. verbo gratia & Rebus pagin. 125 & Gomez & alij relati per conciuem nostrum Gutierrez. d. consil. 9. numero 6. nam in lingua principis & stat gratia, & in scriptura testimonium, in executione commoditas, secundum Rebus. ibi, & sic per testes potest probari talis licentia, vt in l. præcedenti diximus ubi Ant. Gom. numero 2. & 3. nosat & notandum est quod gratia, licentia, beneficium, & priuilegium & idem videntur secundum Castillo in l. 42. Tauri num. 1. ego tamen dico differre in multis beneficium & priuilegium, vt ex Doct. in l. beneficium ff. de consuet. princ. & alibi.

Ibi, No. aya usado. Hic inducitur in licentia ad constituendum maioratum alia dispositio, & determinatio, scilicet beneficium principis si conceditur per modum actionis durat per tantum tempus quantum ipsa actio, & si conceditur per modum facultatis durat per decennium, si tali beneficio

beneficio non vtatur per dictum tempus, ille cui conceditur secundum Oroscium. l. fin. C. de const. principium. num. 24. & 25. nisi forte secundum eum ibi non quia noluit, sed quia non potuit, vsus nō est eo, quia tūc neque per mille annos perdetur, tamen licentia hæc ad maioratum constituendū siue illa potuerit vti ille cui conceditur, siue nō, semper durat vsque ad mortem illius cui concessa fuit, ea non vtētis, sine distinctione temporis, & sic post hæc vidimus Molin. d. c. 7. numero fin. sic tenētē, fateor Christianē me ante hoc scriptum non vidisse, licet post mortem illius concessa, & ea non vsus fuit, expirabit secundum Castillo hic numero 2. quia personalis licentia est nō vero realis, & sic licentia ad extrahendum bona aliqua à maioratu, vel ad alienandum, ea persona cui concessa fuit mortua, absque eo quod ea vtatur successor talis maioratus non poterit ea vti, vt per Pelaez de maiora. 2. p. q. 11. per totam, & Dsda. Perez. l. 2. titu. 2. lib. 2. ordi. colu. 337. nisi secundum eundem Pelaez vbi supra. d. n. 4. in fi. cum sequentibus, talis licentia, & concessio respiciat dignitatem, locum aut maioratum, puta si concedatur possessori talis maioratus vel dignitatis, aut loci, vel tali collegio, nam tunc ad successores transit, quia realis est non vero personalis, secus vero si in perso nam tertij vel Seij concedatur, nam tunc personalis est, vt optime per Petrum in q. priuilegium n. 4. & 5. de reg. in. lib. 6. & Seba. Medicis in tract. mors omnia soluit. 1. par. nume. 109. cum sequentibus, & an per natiuitatem filiorum reuocetur licentia ad constituendum maioratū, vide Pelaez vbi supra 1. p. q. 21. n. 1. & sequentibus.

Ibi, *Y no expiren.* Et sic & officia concessa per regem non expirant per eius mortem vt dixi in l. 1. titu. 3. lib. 2. supra & per Pelaez de maior. 4. p. q. 10. numero 7.

S V M M A R I V M.

- 1 Licentia appellatione venit expressa non tacita. 1. nisi vt ibi.
- 2 Licentia ad maioratum quo modo petenda & quid debeat continere. 2. & quomodo sit constituenda maiora ne alij filij querelent, ibidem.
- 3 Mentio liberorum an sit facienda in impetratione licentiæ ad maioratum constituendum. 3.
- 4 Licentiam habens ad constituendum maioratum an censeatur illā habere ad destruendum. 4.
- 5 Licentia debet præcedere maioratum. 5. & ibi quid regulariter & num. 8. limitatur.
- 6 Actus ratificatus valet etiam si licentia non præcedat. nu. 6. vbi plura illata reperies nisi vt ibi. num. 8.
- 7 Licentia concessa clerico ad testandum intelligitur etiam de testamento, prius condito. 7. & ibi quid in licentia ad duo beneficia impetranda.
- 8 Licentia concessa ad faciendum maioratum non firmat iam factum. n. 8. & ibi cum gl. sequente quid si adsit approbatio & quæ

debet esse.

9 Confirmans tribuat aliquid de nouo. 9.

Lex 3. Quæ erat l. 43.
Tauri.

S V M M A R I V M.

Licentia ad maioratum constituendū debet præcedere ipsius maioratus constitutionem, alias virtute eius non confirmatur maioratus antea factus, nisi id in licentia expresse dicatur.

IBI, LICENTIA. Quæ debet esse expressa, Ineque sufficiat tacita, quia appellatione licentiæ expressa non vero tacita ¶ venit secundum Auend. in c. 12. pratorum nu. 27. in prin. lib. 1. quod verum esse credo quoad legem nostram & eius materiam, secus vero quoad licentiam à marito præstandam vxori suæ, nam hæc tacita sufficit, vt dixi in l. 2. titu. 3. supra isto libro, quasi tunc cum marito ipso contrahi videatur & agatur, dū præsens est contrahui per vxorem suam celebrato, & scit & videt at tacet, quod in principe non est in constitutione maioratus, & ideo etiam si post de tali maioratu notitiam haberet non cenletur confirmare, neque licentiam præbere, præsertim cum filijs alijs præiudicium generatur & dispositioni iuris volentis filios æquare contraueniatur per licentiam talem, & ideo debet esse expressa, sed in contractu per maritum celebrando ipsi solum præiudicatur, & ideo mirum non est si sufficiat tacita licentia eius, & qualiter sit petenda licentia ad constituendum maioratum ¶ 2 & quid debeat continere vide Suarez in l. Quoniam in prioribus limitatione. 2. legis regni. num. 16. pagina 146. de inoffi. testamen. & Pala. Rub. in vrb. §. 16. incip. ex istis. col. fin. vbi optime declarat qualiter maioria debeat cōstitui vt alij filij supplementum legitimæ vel dotis petere non possint, & glos. mag. in fin. l. 32. titu. 9. partia 6. & aliquid etiam per eundem Suarez in ea l. Quoniam 10. ampliatione pagi. 53. & pagin. 62. numer. & late per Molinam de primogenijs lib. 2. ca. 17. per totum, vbi ponit formam licentiæ regis & maioratus constituti & an in impetratione licentiæ ad maioratum constituendum ¶ sit facienda mentio liberorum quos constituens habet vide glos. l. 36. tit. 18. partii. 2. versi encubriendo, & an habens licentiam ad faciendum maioratum censeatur & illam habere ad illum destruendum, ¶ vide Telliū in l. 34. Tauri num. 1. in prin. & an finiatur morte illius cui conceditur in l. præcedenti, vidisti & plures alias quæstiones circa hæc vide per glos. mag. in l. 32. tit. 9. part. 6.

Ibi, *præceda,* licentia enim debet præcedere maioratum ex textu in authent. licentia. C. de episcopis & clero. & Bal. & alijs relatis per Castillo hic nu. 4. & per Pelaez de maiorat. 4. par. q. 2. numer. 2. & Molin de primogenijs Hisp. lib. 2. cap. 7. numero 2. cum sequentibus pluribus, & generaliter quando requiritur ad aliquem actum an debeat præcedere, vide per Doctores per me relatos in lege 2. titu. 1.

2. tit. 3. supra isto libro in glos. sin licentia, & in l. 1. glos. 1. supra isto tit. in casu tamen dubij semper licentiam præsumitur præcessisse actum, ut per Molinam d. c. 7 numero 51. & rationem quare licentia debet præcedere maioratus constitutionem, vide per Castillo hic num. 8. & an idem sit in patre vnicum tantum filium habente, vide gl. mag. vers. siem quæro in l. 32. titu. 9. partu. 6. ex qua gl. ibi colu. 1. vers. adverte etiam limitabis hoc modo singulari, & an sufficiet approbatio principis, infra num. 8.

Ibi, *No se confirme.* Licet enim licentia adhibenda in aliquo actu faciendo, si acta illo perfectæ & facta adipiscatur, sufficiat si ratuſ habeatur ille per illum, qui licentiam aut consensum ad illum actum faciendum præstare debebat, ex Barto. doct. ma in l. Modestinus. ff. de donationibus, secus per Bologninum consi. 59. scilicet quod donatio absque insinuatione facta recotualeſcit si partes post eam coram iudice præsentat eam, & sic inquit Bald. consil. 475. colu. 2. lib. 1. quod contractus factus super re Ecclesiæ absque auctoritate episcopi sufficit si partibus petentibus postea confirmetur, ut refert Baeza de non meliorandis filia. cap. 10. numer. 98. ex quibus licentia concessa testandi clericis intelligitur etiam de testamento prius condito, quod facit valere secundum Paulum in l. hac conditio filia mea. §. si sit, de cond. & demonſt. Alexan. in l. & milibus. C. de testam. mil. Bald. in l. certum colu. 10. C. unde cognati, & ibi Paulus & idem Paulus in d. l. & milibus, vbi & inquit quod licentia impetrandi duo beneficia curata extenditur ad iam impetrata, sic & legatū factum pro certa puella maritanda, debetur quavis maritata sit, secundum Pala. Regium in repeti. c. §. 12. num. 6. & §. 20. num. 6. fol. 90. & 91. & Hippolytum plura similia adducentem in practi. §. secunda. num. 53 cum alijs ante & post, quoad actinet tamen ad nostram legem licentia adeptæ ad faciendum maioratum non confirmat iam factum, & cum ex hoc venientibus abintestato præiudicetur, & supradictæ doctrinæ partibus interessentibus volentibus procedunt, ex quo inferunt male dixisse gloss. ven. in l. 21. ii. 9. p. 6. contrarium in maioratu dicendo, & miror quod gloss illa nõ notauerit legem nostram contra doctrinam illam per eam relatam, nisi gloss istam intelligas secundum quod ipsemet glossator in l. 3. titu. 9. ea par. 6. in glos. mag. colu. 1. ad fin. dixit legem nostram allegando, scilicet, quod si rex sciuit iam factum maioratum & eum probauit sufficet, quamuis licentia non præcesserit, quid tamen si fiat maioratus sub conditione si confirmetur per regem an valebit vide gloss magnam colu. 1. in d. l. 32. vbi & colu. fin. quærit an mortuo constitutore maioratus facti sine licentia possit confirmari per regem.

Ibi, *Que aprobaua.* Nam qui potest concedere licentiam ad actum faciendum potest & illum iam factum approbare, prout & probatur ex l. 2. iuncta l. 3. titu. 3. supra isto libr. & faciunt dicta per Hostiensis & Card. & Abbat. in c. innotuit. de electio. & Præpositum in cap. quicumque, el. 2. distinct. §. 50. quod intelligit Castillo hic numero 8. quoties confirmatio hęc & approbatio fit à principe sciente maioratum iam factum, secus si fiat à principe ignorante nam tunc non valet confirmatio, & constabit de scientia, si maioratus factus inseri-

tur in confirmatione regia, secundum text. in c. venerabilis & ibi glos. de confirmatione utili vel inutili. & notat Matien. hic glos. ff. & adeo valet confirmatio & approbatio maioratus facti sine licentia, quod valet etiam si rex approbans moriatur ante literas confirmationis expeditas, secundum Molinam de primogenijs lib. 2. ca. 7. num. 65. vbi numero 67. in propositum vnam annectit quæstionem, & de nostra lege plura alia tradit, & alias duas quæstiones in propositum nostræ legis vide per glossam magnam colu. 1. vers. quæro præterea cum sequentibus in d. l. 32. & aliam per Molin. in d. lib. 2. cap. 6. numero 53. & 54. & an confirmans tribuat aliquid de nouo & vide per Doctores maxime per Felinum in c. licet Eli de simonia, & an actum inualidum confirmet tradit Castillo hic numero 9. per quem & alios alia videri poterunt: & duram vocat. l. nostram Sarmiento selectarum libr. 6. cap. 13. vbi in fine inquit quod esset abroganda.

S V M M A R I V M.

- 1 Maioratus reuocari potest, & per contrarium actum reuocatus censetur. 1. & ibi ampliatur ut re semel à maioratu extracta amplius ad illum non redeat etsi reuertatur ad possessorem maioratus.
- 2 Per secundum testamentum inceptum licet non perfectum in quo maioria facta in primo cum licentia regia reuocabatur, remanebit reuocata, quod secus si sine licentia Regia. 2. licet sub dubio.
- 3 Licentia regia si maioratus sit constitutus, post autem est reuocatum per modum permissu, an virtute illiusmet licentiæ poterit iterato confici. 3.
- 4 Reuocatio maioratus semel constituti an in foro conscientie fieri possit. 4.
- 5 Princeps an possit mutare leges & condiciones maioratus. 5.
- 6 Donatarius facta ei concessione maioris inter viuos poterit agere ut sibi tradatur possessio. 6.
- 7 Rex si reuocauerit omnes licentias ab eo præstitas ad maioratum constituendum, censetur reuocasse illas quarum virtute iam sunt constituti maioratus. 7.
- 8 Marito & vxore constituentibus maioratū de bonis suis an mortuo eo vxor poterit reuocare quoad bona sua. 8.
- 9 Licentia concedi potest ut semel maioratus constituto non reuocetur etsi sic concedatur reuocari non poterit. 9.
- 10 Acceptatio an requiratur ut reuocari non possit. 10.
- 11 Maioratus omnium bonorum fieri potest sine licentia regia, & quo modo & quando. num. vndecimo.

Lex 4. Quæ erat. l. 44.
Tauri.

S V M M A R I V M.

Maioratus cum licentia regia constitutus regulariter reuocari potest nisi in casibus in lege nostra expressis.

- I**bi. PVEDA LO REVOCAR. Similis tex. videtur huic in l. 17. Tauri, quæ est prima tituli precedentis. adeo vt & per contrarium actum reuocationem esse factam asserendum sit, & quamuis expresse nõ reuocetur, eo quod taciti & expressi idem esse iudicium, & factio sicut verbis voluntas declaratur, ex quo inquit glos. in l. 40. tit. 9. par. 6. ex Bald per eam relato. quod si sit facta maioria de pluribus rebus & pater constituens eam vnã rem illarum alienauit vel dedit filio secundo, quamuis post re habeat eam pater, non re incidit in maioriam, quia quoad illam rem reuocata cõsetur maioria & cum semel exierit ab ea nõ re intrabit per rehabilitationem eius, imo & plus inquit ipsemet glossator in l. 21. titulo 1. partia. 6. glos. 1. quod si quis cum licentia regia maioratum constituerit in testamento, & eo constituto, in secundo testamento, & quod constituens post incepit facere, & non impleuit, aliter testari incipit, videntur maioria in primo testamento facta reuocata, quod secus esse dicit si sine licentia regia in primo testamento de tertio & quinto esset maioria facta, & cum hoc licet sub dubio remanet glossator ille, quod & dubium mihi etiam videtur. *Quæst.* Sed est optima quæstio, num si constituens maioratum virtute regie licentiæ de bonis suis semel reuocauit illum * in casu in quo potuit, an virtute illiusmet licentiæ, poterit iterum de nouo illum constituere, vide per glos. mag. column. 10. versic. quid autem, in l. 32. tit. 9. part. 6. sed an in foro conscientie possit hanc reuocationem & facere talis conditor maioratus, vide Minchacam de successio. crea. §. 1. n. 32. fol. 19. vbi inquit quod non, de quo dubito lege nostra attenda, & ideo latius erit considerandum, sed an & princeps poterit mutare vel reuocare leges & conditiones & ipsius maioratus insertas, vel in vinculis priuatum factis positas, vide Menchacã de successio. crea. §. 1. numero 29. qui in multis aduersatur doctõri Couar. lib. 3. variarum. c. 6. num. 1. cum sequentibus, & vide glos. mag. colu. 11. in d. l. 32. assignãtem remedium vt princeps non possit dare facultatem reuocandi maioratum, vel alienandi bona eius. Sed an donatarius & facta ei concessione maiorie inter viuos poterit agere vt sibi tradatur possessio vide glos. mag. in fine. l. 50. tit. 5. par. 5. & an si rex reuocent omnes facultates concessas ad maiorias constituendas, censeantur illæ reuocata & quarum virtute maiorie sunt constituta, vide glos. mag. colu. 11. in fin. in d. l. 32.
- Ibi. Saluo si. similis text. in l. 17. Tauri quæ est. 1. tituli precedentis, vbi & tergi quæstionem quid si maritus & vxor maioratum constituerint de

bonis suis, an possit vxor reuocare illum & quo ad bona sua mortuo marito, & idem quod hic disponitur cum tradita est possessio vel ex alia de causis hic contentis vt tunc reuocari non possit maioratus, dicit Couarru. in 2. par. rub. de testam. numero 7. in princ. esse quotiescunque rex præstito consensu constituentis primogenium statuerit actum illum esse irreuocabilem, quia tunc minime posset conditor talis maiorie illam reuocare, quod est quotidianum & verum, nam si cum constituens tradit possessionem sit irreuocabilis, cur & non idem erit si constituentis ipsius consensu actus ille irreuocabilis pronuncietur per principem. Item quia si in regia facultate, quæ ad institutionem maioratus conceditur & expresse præcipiatur, vt semel maioratum instituto amplius reuocari non possit, si huius facultatis virtute constituatur non potest amplius reuocari etiam lege nostra stante, secundum Molinam de primogeniis lib. 4. cap. 2. numero 54. à fortiori si eo facto approbetur per principem, & irreuocabilis pronuncietur per eum, sed an vt reuocari non possit requiratur acceptatio primi vocati, & vide per eundem Molinam, ibidem numero 58 cum sequentibus, & per totum illud cap. de reuocatione maioratus tractat.

Ibi. No lo pveda reuocar. Nisi secundum quod in sequentibus verbis disponitur sibi ipsi constituens reseruauerit potestatem reuocandi illud, quia tunc in quolibet etiam dictorum casuum poterit illum reuocare, & idem dicerem si per viam donationis omnium bonorum * fieret maioratus sine licentia regis quia reuocari posset ex. l. 8. tit. 10. infra isto libro, nisi esset tradita possessio & iuratum, & per viam donationis irreuocabilis inter viuos fieret, & relicta sufficiente quantitate pro implemento testamenti & anime, & hoc si constituens non habet descendentes, nam tunc absque regia licentia non posset donando maioriam omnium bonorum constituere, ex dictis per glos. mag. columna antepenul. vers. aduerte etiam in l. 32. tit. 9. partia. 6. vbi loquitur in fortiori casu, scilicet, cum adfuit regia confirmatio: & quod reseruacione reuocandi facta etiam in quolibet trium precedentium casuum reuocatio locum habeat, tener ex versic. sequente, saluo si, Castilio hic in glos. saluo si, & iterum in l. 17. Tauri in glos. saluo si reseruo, aliter enim exceptio non esset de regula, & voluit glossa. 1. in fin. l. 10. titu. 26. part. 4. & duram legem hanc, cum per viam contractus maioratus sit inquit esse Sarmiento lib. 6. selectarum. c. 14.

S V M M A R I V M.

- 1 Nepos an præferatur patruo in successione maioratus. 1. vbi ampliatur.
- 2 Representationis materia remissive. 2.
- 3 Representatio in linea collateralium vsque ad filios fratrum & non ultra extenditur nisi in maioratu. 3.
- 4 Vocabula quia deficiunt sub verbo, descendentes, omnes in infinitum comprehenduntur. 4. adeo vs & filia & sic nep-

tis comprehendatur.

- 4 Formam & conditionem inducit voluntas testatoris & sic omnino seruanda est. 4.
- 5 Mens tacita testatoris ita attendenda est, si ex verbis sua dispositionis id colligi possit non alias. 5.
- 5 Fœmina maior atate præfertur minori masculo in eod. gradu. 6. quod est dubitabile ut ibi.

Lex. 5. quæ erat l. 45. Tauri.

SUMMARIVM.

In successione maioratus ascendentibus vel transversalibus filius præferatur patruo quamuis pater huius filij nunquam in maioratu successerit nisi aliud per constituentem maioratum dispositum fuerit.

IBI ESTOS TALES DESCENDENTES. Processit legis huius dispositio à l. 2. tit. 15. p. 2. quem regia dignitate nepotem patruo præferendum esse statuit, ex ijsque legibus in nostro regno decisa est iam quæstio illa quam gladio certamine aliquando decisam fuisse fertur inter patruum & nepotem, nepotemque vicisse, nam quam plures grauisissimi autores tenuerunt non præferendum nepotem patruo, eam communem esse asserentes latissime omnium refert Tiraquel. de primogenijs. q. 40. sed contrariam imo quod nepos præferatur tenuerunt alij multi communem etiam dicentes relati per Tira. ibi. nu. 11. vbi n. 12. inquit hanc secundam consuetudine fere totius orbis receptam esse, prout eum & alios referens asserit Couar. l. 3. Variarum. c. 5. n. 8. & in Senatu Tolosano sic decisum fuit in decis. 433. & Acosta de patruo & nepo plura dicit & Gama decis. Lusita. 307. vides tñ iã ex l. nostra id decisum, & ex dicta æquiparatione maioratus regij, sic decisum inquit Molina de primogenijs lib. 1. ca. 3. nu. 10. quod adeo verum testatur, Pelaez de maioratu. 2. p. 9. 6. numero 19. & 20. vt etiam neptis patruo præferatur, contra Peraltam, & ibi. nu. 31. & 32. tractat an lex nostra procedat quando illi, qui concurrunt ad maioratum, sunt mere collaterales, vt per Matienço hic glos. 4. in fi. & nu. 33. ampliatur dispositionem nostræ legis etiam cum maioratus per viam contractus est constitutus, idem etiam dicendum est si per viam vinculi particularis fiat, & in iure patronatus secundum Dida. Perez lib. 1. ordi. colu. 242. in prin. vers. dubitabilis est & Pelaez vbi supra. n. 33. & in anniuersario secundum Meneses in rub. C. de fideicommiss. num. 8. dum tamen per viam vinculi constituantur, secundum quod supra in hoc titulo dictum est, & tenet Pelaez vbi supra. nu. 28. & Matienço, hic glos. 1. n. 7. & 8. quidquid voluerit quidam modernus Salazar de consuetudine. c. si qui non percipiens mentem dictorum doctorum voluit eos repro-

bare, & se in sua opinione singularem facere: sic etiam in retractu nepos patruo præfertur ex l. 8. tit. 11. infra isto lib. & tenet Pelaez, vbi supra. numer. 8. & pro huius nostræ legis declaratione, vide omnino Peraltam, eam limitantem & ampliantem, in rub. numer. 122. cum sequentibus. ff. de hered. inst. vbi asserit etiam in vinculis locum habere & quod ita vidit pronuntiatum: & de lege etiam nostra videndus est Couar. in prac. c. 38. vbi eam legit & declarat optime & per partes diuidit vbi a num. 6. vsque ad 10. legit eius primam partem & per totum illum. num. 10. legit secundam, & a num. 11. vsque ad finem, legit tertiam partem, & optime legem nostram declarat & ipsos vidisse fat erit pro eius declaratione, & ibi late tractat de representatione, de qua materia prærepresentationis, late etiam videri possunt, per Bene. in cap. Raynan. verb. & uxorem el. 5. num. 56. de testamentis, & Mencha. de succes. creat. §. 27. num. 17. & Ant. Gom. l. 8. Tau. nu. 39. & tom. 1. c. 1. nu. 15. & glo. emas. vers. & quid si aliquis. l. 2. tit. 15. p. 2. & in l. 3. vers. ningun. tit. 13. p. 6. & not quod & si regula sit, quod in gradu collateralium solū habeat locum representatio in filijs fratrum & non in vltioribus secundum glo. ningun. in d. l. 3. tit. 13. p. 6. & Ant. Co. dicto. lomo 1. c. 1. colu. fi. & Tellus in l. 8. Tauri. n. 5. hoc tamen verum est nisi tractetur de maioratus successione, nam tunc in infinitum est locus representationi etiam in linea collateralium, ex lex. nostro hic, & tenet Costa, & Molina relati & secuti per Matienço hic glos. 4. num. fin. & Couarru. in d. ca. 28. nu. 10. contra Ant. Gom. ibi relatum, & contra glo. el mas colu. 2. in fine in l. 2. tit. 15. p. 2. id non intelligendum dicentes quando tam respectu instituentis quā vltimi possessoris sunt collaterales; & hanc etiam opinionem cum Ant. Co. verā dicit Pelaez de maiora. d. 2. p. 9. 6. n. 31. & eam sequitur, sed generalitate legis nostræ attendita prima videtur tenenda contra Ant. Co. & sequaces.

Ibi. El hijo y sus descendientes Et sic in infinitum comprehenduntur, qui enim totum dicit nihil excludit, & indefinita æquipollet vniuersali & quia vocabula deficiunt sub illo tantum nomine descendentes præ omnes in infinitum comprehenduntur secundum Ant. Co. d. c. 1. col. pen. & Pelaez. d. 9. 6. n. 32. item & quia eadē est ratio representationis in hoc casu in transversalibus sicut in recta linea descendendum & sic idē ius, prout in maioratu & vinculo tenet Couar. in d. c. 38. n. 10. vers. sed & vbi primus, itē etiā cum per verbum descendentes lex nostra loquatur idem erit in filia, & sic in nepte vt patruo præferatur, sicut in nepote; nam descendendum appellatione etiam femine continentur, & ita contra Peralta antequam viderem Pelaez de maioratu. 2. p. 9. 6. numero 19. & 20. tenui, & gauisus sum dum vidi Pelaez contra Peral. ex l. nostra dicentem esse veritatem & verissimam consuetudinem.

Ibi. Aunque sus padres no ayan sucedido. imo; & quod plus est quod & si nunquam aliquis successerit in maioratu illo puta quia eius institutor viuus esset cum casus legis nostræ accideret, idem erit iudicandum, eo quod lex nostra indistincte loquitur & sic indistincte est intelligenda: quod tamen in hoc casu dubiū faciebat, erat, an

talis constitutio maioratus esset valida in persona nepotis cum pater eius ad illam sit vocatus & non successerit in eam propter mortis præventionem, sed & adhuc valere in persona nepotis asserit glof. mag. col. 9. in prin. l. 32. iii. 9. p. 6. & sic nihil ista obiectio obstat.

- Ibi, *Saluo s. otra cosa*. Nam voluntas testatoris sequenda est & pro lege seruanda, vt in *authen. de nuptijs. §. disponat. colla. 4. l. in condi. primum locum. ff. de cond. & demon. c. vltima voluntas. 13. q. 2.* nam
- 4 & formam & conditionem † inducit voluntas testatoris *secundum Bal. & alios relatos per nostrum Gutier. in repeti. l. nemo potest. n. 3. ff. de lega. 1. & Politum in tracta. substu. iuu. de vulg. n. 24. id ampliatur*, fingit enim lex vt seruetur mens testatoris, quod testator plus dixit quam notarius scripsit *secundum Afflictis decis. 44. n. 26.* licet omnino tacitam voluntatem non esse attendendam habeamus, nisi ad dispositionem testator ipse processerit *secundum Mens. l. vnum ex familia. §. si de falcidia num. 18. ff. de legat. 2.* quod est dicere quod hæc tacita
- 5 mens † defuncti ex verbis testamenti colligenda sit, secus vero si ex eis nihil decerpi potest vt *optime inquit Molina, de Primogenijs. lib. 1. cap. 4. nu. 6. & num. 19. & 28. & alibi iterum diximus*: & sic testator iubeat in constitutione maioratus de bonis suis, quod si successor primogenitus filius suus moriatur possessore viuente, relicto filio & sic nepote, quod filius eius secundus excluso nepote succedat tunc in tali maioratu. Si inter collaterales agitur, præfertur filius filij secundi nepoti filio primi filij mortuo patre suo ante successionem in maioratu, cum voluntas testatoris tunc fuerit præferendi propinquiore, *de quo vide Matienzo hic glo. 6. num. 1. & sequent.* sic & in dicto casu licet ad maioratum vocentur masculi & fœminæ, propinquior tamen eorum, maior tamen ætate præferetur, & sic fœmina maior ætate † tunc veniret præferenda masculo minori in eodem gradu existenti, quia hanc videtur fuisse voluntatem testatoris, qui cum voluerit præferre filium secundum nepoti, qui est minor ætate, sic videbitur velle præferri fœminam maiorem masculo minori in eodem gradu existenti, de quo tamen tu latius cogitabis, nam quamuis conditor maioræ vocauerit maiorem ætate, tamen concurrentibus masculo & fœmina in eodem gradu & paritate masculus præfertur, minor etiam ætate tali fœminæ ætate maiori, vt per *glo. 1. col. 2. in l. 3. titul. 13. Part. 6. & Anto. Com. in l. 40. Tauri. nu. 62. & 63. & Couarru. libr. 3. cap. 5. num. 5. faciunt dicta per glo. El mas. columna. 1. l. 2. titulo 15. Part. 2. & hac pro hac lege.*

S V M M A R I V M.

- 1 Lex hæc iusta & seruanda est, & iustificatur.
- 2 Verba nostri text. en las casas de mayorazgo, an essent decisiva vel iustificatiua, maximum dubium est.
- 3 Arma castris immissa per successorem, non erunt sua, sed hæredum, nisi vt ibi.
- † Vnita eiusdem debent esse naturæ cum eis quibus vniuntur. Et ibi ampliatur & declaratur.

- 5 Mentio non est facienda de beneficio vnito & annexo alteri, nisi vt ibi.
- 6 Res maior & si vendatur & ex nummis alia cõparetur, an illa subrogabitur in maioratu illo loco prima.
- 7 Idem in rebus vinculatis est dicendum in proposito legis nostræ, & anniuersarijs, vt ibi.
- 8 Constitutor maioratus non potest contra legis nostræ disputationem aliquid statueri.
- 9 Lex nostra processit ad declarationem glo. ciuilibus Iuris.
- 10 Lex nostra an procedat in edificatis in solo regni.

L. 6. quæ erat l. 46. Tauri.

S V M M A R I V M.

Aedificia & melioramenta in rebus maioratus facta per eius possessorem, cedunt ipsi maioratui & eius reputantur, & cum eisdem vinculis in eis sicut in ipso maioratu succeditur per sequentem vocatum, qui non tenetur aliquid pro eis prædecessori melioranti soluere, non tamen propter hoc censetur data licentia reficiendi fortalicia & domus fortes, nisi secundum quod de iure cõmuni regio cõceditur.

PRO intelligentia huius legis Palatius Rubeus in Rubri. §. 62. num. 15 & 16. multa adducit, & Anton. Gomez hic alia, & Castillo non modica, qui asserit semel fuisse locutum cum ipso Pala. Rub. qui assererat esse legem iniustam & rigorosam, & quod credebat futuris temporibus esse reuocandam, verum tamen pro iustitia eius ipse Castillo aliqua considerauit, & Antonius Gom. & alij multi, & nouissime pro vtraque parte multa allegans Burgos de Paz, in *questionib. suis. quest. 6. per totam. & Didacus Perez l. 1. iuu. 2. lib. 5. Ordi. in colum. 122. cum sequentibus. & Pinellus. l. 1. C. de bonis maternis 2. part. numero 71. & Molina. de Primogenijs. lib. 1. cap. 25. nu. 14. & 16. & Ioan. Garzia, de expensis & meliorationib. cap. 13. num. 34. & ita tenendum est esse iustam & seruandam, † tum quia Princeps & conditor sic voluit, tum etiam quia nimis restringit potestatem possessorum maioratus destruendi illos si vnus faceret vnã meliorationem, & alius aliã. & deinceps, & ex eis filij & vxores partem haberent, fieret enim quod esset aut omnino danda licentia vendendi bona maioratus vt satisfaceret eis de partibus suis, vel si ex fructibus eam haberent recuperare, cogentur possessores medi care, & quod in honorem & sustentationem erat factum, hoc idem in dedecus eius resultaret: item esset occasio quam plurimum litium in probationibus expensarũ, & valore earũ, & periculis daretur maxima occasio. Item rex qui potuit bona subijcere*

maioratui

maioratus & vxori dimidiam lucrorum acqui-
torum applicare, hic idem potuit legē nostram
condere, vt hæc cessarent. Ideo dicendum est *se-*
cundum quod dixit Baldus, in l. Prospexit ff. qui & a
quibus, dura lex est, sed seruanda: Item quia cum
bona maioratus alienari non possint, si lex nostra
non fuisset facta & seruanda vt iusta, faciliter bo-
na maioratus alienarentur contra eius iustitiā &
naturam, & sic legem nostram hac vltima ratio-
ne voluit iustificare Matienzo *hic glos. 3. num. 9.*
vbi à *num. 1.* eius iniustitiam assignabat.

Ibi, *En las casas de mayorazgo*, an verba hæc fue-
rint decisiva vel exemplificatiua simpliciter, du-
bium est maximū inter nostros † Nam esse deci-
siva, vel restrictiue exemplificatiua, vel exēplifi-
catiua restringenda, ita vt in aliis bonis maiora-
tus quam hic expressis decisio legis nostræ non
procedat, tenuit Gomez Arias *hic, quam legit sub l. 44.*
Tau. n. 40. vers. Aduerte dicens ita fuisse iudica-
tum in supremo consilio, & Matienzo hic glos. 3. n.
11. & Burgos de Paz in questionibus suis, q. 7. n. 17.
Aluarius Velasco, de iure impbi. q. 25. n. 29. Pe-
laez de maioratu 4. part. q. 33. n. 3. & Burgos de Paz
senior. consil. 3. n. 109. lib. 1. & secundum hanc opinio-
nem inquit etiam fuisse iudicatum Joan. Garcia, de
Expensis & meliorationib. ca. 13. n. 45. & sic Didac-
us Perez. l. fin. tit. 4. l. 5. Ordnam. pag. 178. col. 2.
inquit legem nostram vt correctoriam solum in-
telligendam in debito contracto ratione ædifi-
cij vt successor maioratus illud soluere nō tenea-
tur Contrariam tamen opinionē imò quod ver-
ba hæc sint merè exemplificatiua, ita quod lex
nostra habeat locum in aliis quibuscumq; rebus
maioratus, tenet Palatius Rubens *hic, & Castillo*
hic & Anto. Gomez hic nu. 1. & Ioan. Garcia, vbi
sup. d. n. 45. dicens sic fuisse iudicatum cum Moli-
na li. 1. de Primogen. c. 26. n. 25. & Arias Pinellus, li.
1. C. de bonis matern. part. 2. n. 61. Vides igitur quā-
ta in hoc sit dissensio inter Doctores nostros scri-
bētes & inter iudices sententiantes, hanc tamen
vltimam sententiam vt probabiliore non semel
in sententiis esse amplexam testatur Molina *d. n.*
15. & re vera mihi placet, nam lex nostra & eius
rationes ab omnibus DD assignatę pro eius iusti-
ficatione ita militant in expensis & melioramē-
tis in quibuscūq; rebus maioratus factis, sicut in
factis in rebus maioratus hic specificatis ergo ei-
us dispositio in omnibus locū habet, & exēpla
nostri tex. non arctant eius regulā & dispositionē
generalem, cum rationes eius sint generales, &
ad metam rationū sit regulanda dispositio, præ-
sertim cum & ipse Palatius Rub. qui conqueri-
tur de lege nostra hanc eandem teneat opinio-
nem, vt dictum est, qui cum asserat Scotis super
condenda hac lege esse disputatum, credendum
est & tunc de his disputatum fuisse, & nihilomi-
nus nihil esse distinctum, idque clarius *ex lege no-*
stra probatur, ibi, *Como lo son, o fueren, las ciudades*
villas y lugares heredamientos y casas donde se labi- a-
ren. Ecce igitur quod quamuis supra lex nostra
in principio tantum de fortaliciis & aliis memi-
nerit gratia exempli tantum id meminisse vide-
tur, non vero causa restrictionis quandoquidem
ædificia & expensæ, ac melioramenta inquit esse
maioratus sicut ipsemet res melioratę erant &
quāuis lex nostra expresserit hæc, expressit idē,
quia à communiter accidentibus melioramenta

Tom. 3.

ædificiorum & expensæ fiunt in rebus immobili-
bus. & hoc nō excludit res alias Fateor tamen &
pro alia parte alia plura considerari posse quę re-
dubiā efficerent, mihi tamen hæc secunda placet
opinio, dum tamē melioratio & expensæ ab ipsa
re meliorata, vbi sit, nō sit separabilis. secus aliās,
vt per Mol. *d. c. 26. n. 2. cum 4. sequentib. vbi n. 5. in-*
quit, quod arma castris immissa per successorem,
non erunt sua sed hæredū, † nisi aliud fuerit di-
spositum, & quod ita fuit pronuntiatum, & ibi a-
lia infert ex hoc: & miror quod in hoc Pelaez *d.*
quest. 33. num. 9. contrarium tenuerit, cum ipse
remanserit cum prima opinione.

Ibi, *Sean ansí de mayorazgo*. Tū quia ædificatum
cædit solo, tum etiam quia vnita eiusdem debent
esse naturæ cū eis quibus * vniantur. *ex tex. in l. si*
in rem §. item si quacumq;. & ibi notat Bald. ff. de rei
uendicatione. l. sed si plures. §. filio. & ibi Ang. & Imol.
ff. de vulg. c. super eo, de prebend. l. 6. & ibi Domini-
cus, & alij, maximè si sunt adiecta & vnita ex vi
causæ onerosæ, vt loquitur Palat. *Rub. d. Rubric. §.*
62. n. 16. & eum referen: Tirac. de retract. Linagier.
§. 32. n. 73. imo quamuis adiecta primò maioratus
sint adiecta ex causa noui maioratus, ita quod à
primò maioratu diuidi non possit, censetur ad-
iecta cum conditionibus & vinculis primi maio-
ratus, neq; censetur eis derogatū, imò secundum
conditiones primi maioratus secundus est intel-
ligendus cum principalis maioratus sit primus &
tamquam tali secundus adiungitur, & id quod
principale est, & attendendum ex iuribus vulg.
nā quod alteri vnitur accessoriè assumit naturam
rei principalis cui annectitur. *l. etiam, vbi Cynus, &*
Salicet. C. de iure dot. l. quoriam. §. fin. ff. de administ.
tato. l. inter socerum. §. cū inter. ff. de pactis dota. imo
quamuis annexum sit principalius illo cui an-
nexio fit, attenditur cui vnio sit secundum Abba *opti-*
me loquentē in c. extirpanda §. quia verò. n. 7. de pre-
bend. & sic beneficium Ecclesiasticū alteri benefi-
cio annexum assumit naturam illius cui adiungi-
tur secundum glo. *in c. super eo, de pub. li. 6. versic. non*
obiet etiam si annexum & vnium sit dignius, se-
cundum tex. in c. cum illis in princ. de preben. l. 6. &
in ca. penult. de atate & qualitate. ideo vnica colla-
tione vtrumq; confertur, vt inquit glo. *in ca. gratis.*
de rescriptis l. 6. & Probus n. 7. in ado. ad mo. in d. ca.
super eo, ex Beltrando consil. 2. & 138. li. 3. n. 14 amit-
tit enim iura & qualitates proprias, secundū Cal-
derinum, *consil. 11. de priuilegiis & domi in ca. cum*
persona §. fin. de priuilegiis in sexto. Felinus latē in c.
cum in nostra, corollario. 33. n. 30. de rescriptis. Alex-
and. l. 1. n. 10. Ripa. l. 1. ff. de leg. 1. secundum quos
qualiter annexum & vnium & incorporatum se-
quatur naturam sui principalis, & per allegatos
per eundem Ripam *Resp. 80. pro resolutione quest.*
nz. 58. quod in tantum est verum quod de Eccle-
sia parochiali annexa vnita, vel corporata in im-
petratione alterius non est facienda mentio * se-
cundum Dominicum Francum & Probum. *dict. ca.*
super eo, & Felin. dict. nu. 10. & in cap. postulasti. co-
lum. 2. de rescriptis, Gom. Regula de Idiomate. quest.
11. Oldradus consil. 57. & Beltrandus, vbi supra, &
Stafil. de literis gratis, & inst. fol. 47. & 53. & Re-
buffus de noms. q. 9. n. 15. vbi limitat, nisi Ecclesia
vnita sicut æque principalis cū ea cui vnitur. nam
tunc dicta mentio facienda est, cumque ædificia
hæc & reparaciones bonorum maioratus, vel

T 4

in eis

in eis facta sunt vnita annexa, & incorporata ipsis bonis maioratus, mirum non est, si eodem iure cum primis censeantur. quamuis per viam secundi maioratus adiungerentur, maximè si adificiatur nomine ac iure antiqui maioratus, quia tunc res clarior est, secundum Tiraquel. *dict.* §. 32. n. 31. & 32. vbi cum multis sequentibus multa dicit in propositum, & hoc cum in dubio sumus, nam si aliud constaret ex secundo maioratu illud seruabitur secundum Ripam *d. responso.* 80. n. 59. & 60. Sed an idem de subrogatione dicendum erit, putà si de domo aliqua vel fundo maiorem irrevocabilem constitui. postea vendidi eam emique aliam ex pecuniis illis, an censeatur hæc alia subrogata & inclusa in maioria illa † in locum rei venditæ, tradit gloss. in l. 40. tit. 9. part. 6. dicens quòd sic, faciuntque dicta per eandem gloss. magnam, in fin. l. 8. tit. 4. part. 5. & per glo. 1. in l. Tuius. ff. ad Trebell. & glo. simile. in Authenti. contra rogatus. C. ad Trebell. & per Suarez allegat. si. folio 204. in antiquis in secundo dubio, & Euerardum in loco à subrogatione, & ex dictis per Tiraquel. in d. §. 32. n. 38. cum sequentibus, & per Moli. de Primogen. l. 4. cap. 4. per totum, maximè à num. 24. vbi videtur dictam questionem examinare: & nota quòd idem quod hic statuitur in rebus maioratus cum licentia regis facti dicendum est in vinculis autoritate propria & sine regia licentia † factis, in casibus præmissis prout & in l. 1. supra eodem diximus, & in l. 8. supra eod. & tenet expresse Molina, vbi supra, lib. 1. cap. 1. nu. 27. & Burgos de Paz in questionibus suis, quest. 6. nu. 45. quidquid aliud, & male voluerit Didacus Perez lib. 5. Ordinarum. fol. 133. col. 1. vers. est tamen dubium, imo & in anniuersariis idem asserit Menes. in Rub. C. de fidei. num. 10. eo quòd maioratibus assimilantur, nã deueniunt semper in maiorem filium & sunt indiuisibilia & inalienabilia bona eorum, & tenet Burgos *dict.* 9. 6. num. 46. imo & quòd plus est, lex nostra habebit locum quamuis tantum dicatur quod iure maioratus res aliqua relinquitur ex dictis per Couarr. lib. 3. Variarum c. 5. n. 7. in fin. & per nos in Rubric. huius tituli. imo & crederem non posse prædecessorem, qui ædificia fecit in dictis rebus maioratus contrarium iubere † contra legis nostræ dispositionem ex text. & material. nemo potest ff. de legi. Sed in casu in quo melioramenta hæc & ædificia possunt deduci de rebus maioratus prout verificari potest in limitationibus ad eam propositis per Docto. maximè per Burgos de Paz in dictis questionibus quest. 7. per totam qualiter deducuntur si possessor maioratus bona libera non haberet vide per Bellon. *consil.* 67. num. fin.

Ibi, Sin que sea obligado à dar parte alguna, hic pendent leges & prophetæ pro iustitia vel iniustitia huius legis, sed vt vides iustificata satis est, conditaque est hæc lex pro declaratione † gloss. magnæ in fin. in l. emptor ff. de rei vend. probantis quod si possessor rei subiectæ restitutioni fecit expensas & reedificauit res illas subiectas restitutioni, quod hæres eius potest petere expensas ab illo, cui res illæ restituntur adueniente tempore restitutionis, neque teneri eas compensare cum fructibus quos interim percipit defunctus, eo quòd tunc res illæ suæ erant, quam gloss. in hoc commendat Bald. in l. insulam §. fructus ff. solut. matrim. & gl. Que se descuenten. in l. 41. tit. 28.

Part. 3. & Ant. Gom. plura inferens tom. 1. c. 12. n. 40. in medio. Cremenf. singul. 105. Tiraquel l. si vnquam vero reueriatur n. 235. de reuo. Pala. Rub. Rubric. §. 62. n. 16. & Molin. li. 1. de Primogen. c. 26. n. 14. hoc enim secundum Molin. ibi & Docto. nostros ex l. nostra non procedit in possidente bona maioratus, vel vinculi, nam hæres possessoris vel vxor illius non possunt petere partem expensarum meliorationum, & reparacionum per patrem & maritum in rebus sui maioratus factorum & est optima limitatio & declaratio ad gloss. illam, & sic cessat distinctio, ab Ario Pinelo in l. 1. C. de bonis materni. constituta in 2. parte n. 71. per totum, cessantque alia quam plurima per Docto. hic relatos, & de ampliationibus & limitationibus nostræ legis vide melius quàm per alium per Burgos de Paz d. 9. 6. ad fin. & 9. 7. per totam & 9. 8. quæ non est necesse hic repetere cum ibidem sint congesta, & quia satis hæc sunt pro declaratione textualium nostræ legis, & fortassis alibi dicemus aliquando latius, & an text. hic procedat in ædificatis † in solo regni vide Molin. vbi supra lib. 1. cap. 3. n. fin. & Burgos de Paz *dict.* quest. 6. num. 44.

Ibi Reparar similis est text. ad quem se nostra refert. in l. 18. tit. 6. supra lib. 3. vbi diximus aliqua: & text. in l. 8. tit. 5. lib. 6. infra.

S V M M A R I V M.

- 1 Publica vtilitas versatur in maioratumum conseruatione.
- 2 Dignitatum ordo semper seruandus.
- 3 Optio datur maiori filio eligendi ditiores maioratum. Et hinc ad partitiones bonorum inferitur.

Lex 7. Tauri. 45.

S V M M A R I V M.

Duo maioratus valoris, & habitus à lege nostra declaratorum per viam & ob causam matrimonij, deinceps simul iuncti non possunt in vnã personam deuenire, sed in eorum successione seruanda forma legis nostræ est.

Ibi, LA MEMORIA DE LOS FUNDADORES, cuius quidem conseruationis causa maioratus ipsi instituti sunt, nemo enim mortalis vnquam fuit, qui non desiderauit perpetuum nomen apud posteros habere, publica que vtilitas probatur † in horum primogeniorum conseruatione vt optime inquit Menes. in Rubric. num. 4. C. de fideicommissis, & Molina de Primogeniis Hisp. lib. 1. cap. 28. numer. 1. ipsique reipub. vtilia sunt insignia, quæ in maioratumum creatione imponuntur, vt liberi fundatoris. & ceteri possessores ad præclara facinora imitanda eorum contemplatione prouocentur, argumento text. optimi in l. qui ex liberalitate vers. ne eius nomine ff. de operibus publi. quem alios allegando allegauit Meneses vbi supra, numer. 5. cumque in hoc versetur publica vtilitas velintque conditores maioratumum voluntates suas conseruari, iure optimo legis nostræ constitutio processit, vt sic eorū voluntatibus

tibus & publicæ utilitati in eis conseruandis mēdererur. & remedium assignaretur, nam alias, vt ex legis nostræ tenore licet videre, faciliter destruerentur memoriæ, ita vt memoriæ conditorum non remanerent, sed lapsu temporum abolerentur.

Ibi *No aura tantos caualleros*. Nam ex maioratum pluralitate & eorum conseruatione nobilitas & familiarum dignitas sustinetur, cumque ira sit, prout est, quis dubitauit vnquam quin publicè interfit ordinem † dignitatum seruandum fore *l. 1. vers. Publicè ff. de ventre inspiciendo*, quem ad hoc notauit Bald. relatus per Meneses, in *Rubrica. C. de fideicom. n. 3. ver. Tertium sic*, vbi inquit etiam ciuitatem felicissimam non quæ è promiscua hominum colluie multos homines colligit, sed quæ antiquissimas & primas familias conseruare studet, ex quo legis nostræ conditor motus iustè fuit ad condendum legem nostram.

Ibi, *En el mayor y mas principal*. Habes hic textum probantem quod in duorum maioratum optione maiori filio † datur ius optandi, & eligendi, quem eorum voluerit, & principaliorem & meliorem, qui ad hoc est singularis & vnicus, ex quo posset defumi argumentum pro decisione illius quæstionis à me examinata in *l. 4. titulo 6. supra isto lib. in gloss. Conuenientemente diuidio*, scilicet quod in casu in quo inter filios diuidentes bona hereditaria parentum, adit aliqua res indiuisibilis detur maiori filio ius optandi & eligendi sibi rem istam solutis partibus suis aliis cohæredibus, & certe textus hic erat optimus ad determinationem huius quæstionis, quem à nemine vidi consideratum, nisi haberemus eum vt casum specialem specialiter disponentem, & sic in consequentiam & determinationem aliorum differentium casuum non esse trahendum: multum tamen iuuabit in perplexitate opinionum.

Ibi, *Sin embargo*, An possit rex tollere, reuocare, mutare aut alterare condiciones maioratus alibi in hoc titulo remanet dictum, & vltra allegatos ibi, tradit Menchaca de *Sucessionum creat. §. 1. numero 29. cum sequentibus*, & numero 32. in multis aduersatur dictis per *Conarrub. lib. 3. Variarum capit. 6. per totum*, & de his tetigit late Molina, de *Primigen. lib. 4. cap. 3. num. 7. cum sequentibus pluribus*.

S V M M A R I V M.

- 1 Lex nostra etiam in vinculis, & anniuersarijs, & patronatibus locum habet. Vbi idem in feudis.
- 2 Quasi possessio etiam iurium incorporalium ipso iure in vocatum transit.
- 3 Maioria veræ vocatus admittitur contra iniustum possessorem nulla exceptione altiore indaginem requirente attenda.
- 4 Lex nostra non tollit remedium. l. fin. C. de Edict. D. Adri. & similia.
- 5 An lex nostra procedat in rebus regni, etiam alienatis.

- 6 Vocatus ad maioratum potest agere interdicto ne vis fiat ei.
- 7 Possessio civilissima nostri textus, etiam ad ventrem transit.
- 8 Duo specialia à iure communi inducta bene concurrant.
- 9 Casus plures vbi possessio sine apprehensione transfertur.
- 10 Civilissima hæc possessio habet effectum veræ possessionis, competuntque pro ea remedia possessoria.
- 11 Possessor maioratus etiam si renuntiet illum in fauorem alterius, mortuo renuntiante vero vocato competit remedium nostri textus, etiam si post renuntiationem illam sint elapsi sex menses legis sequentis. Vbi inferitur ad reprobationem cuiusdam limitationis, & num. 34.
- 12 Possessorium remedium nostri textus, an competat contra illum, qui à fundatore in vita fuit immisus in possessionem etiam si non esset verus vocatus dicti maioratus.
- 13 De civilissima possessione nostri textus, mentio fit in pluribus locis.
- 14 Civilissimæ huius possessionis materia per quinque punctos declaratur cum sequentibus aliquibus vsque ad finem glossæ.
- 15 Civilissima possessio quid sit.
- 16 Possessio hæc quadrupliciter appellatur.
- 17 Possessio civilis sub civilissima comprehenditur.
- 18 Possessio hæc civilissima, an per legem vel statutam introduci potest.
- 19 Possessoria remedia tria sunt, adipiscenda, recuperanda, & retinenda, & an competant huic possessori civilissimo, cum sequentibus.
- 20 Possessori huic civilissimo etiam competit remedium. l. fin. C. de Edict. D. Adri. Tollens.
- 21 Possessori civilissimo, competit etiam Carbonianum edictum.
- 22 Remedium retinenda competit huic civilissimo possessori.
- 23 Remedium adipiscenda, & retinenda simul intentari possunt diuersis respectibus.
- 24 Petitionem hereditatis, & an contra titulo possidentem, possit hic vocatus ad maioratum intentare.
- 25 Remedium recuperanda, an detur huic vocato ad maioratum.
- 26 Exceptio dominij an admittatur contra agentem in remedio nostri text. Vbi an exceptio illegitimitatis & incapacitatis, & nu. 31. aliud de dominie.
- 27 Fœmina exclusa à maioratu, non est admittenda in eius possessione.

- 28 *Remedium nostri text. an competat illi, qui ex coniecturis ad maioratus successionem vocatur.*
- 29 *Exemplum maioratus, an sufficiat ad intendendum remedium nostri text.*
- 30 *Remedium quod vocatur interim, non competit huic civilissimo possessori neque civili.*
- 31 *Remedium nostri text. habet causam proprietatis annexam.*
- 32 *Libellus proponendus in remedio nostræ. l.*
- 33 *Remedium nostri text. an competat primo ipsius maioratus successor. Et an in rebus augmentatis. Ibidem.*

Lex 8. Quæ erat l. 45.
Tauri.

S V M M A R I V M.

Qualiter in vocatum ad maioratum transit civilis & naturalis possessio lex nostra declarat.

IBI, DE MAYORAZGO, idem etiam dicendum est in vinculis factis per priuatum aliquem testatorem in suo testamento ꝛ vel inter viuos secundum *Orosium super ff. Veteri. col. 955. ver. 26.* quod in Praxi receptum esse asserit *Couarrub. Variarum cap. 5. nu. 6. lib. 3. & Telli. l. 27. Tauri num. 1.* vbi etiam inquit quod & dominium sine traditione transfertur, & probatur hoc ex text. in l. 10. infra, eod. expressa ad hoc, facitque id quod asserit se vidisse in Praxi pronuntiatum *Peralta in Rub. nu. 122. de her. inst. scilicet l. 5. supra eodem,* etiam in vinculis locum habuisse, ut ibi dixi, & *Meneses in Rubr. num. 9. C. de fidei iur.* vbi & plus dicit, scilicet, quod & in anniverariis perpetuis & in patronatibus ad modum maioratum constitutis, hoc idem sit, ut in hoc titulo remanet dictum, & *Molina de Primog. lib. 1. cap. 25. cum sequentibus, & verum in eodem l. c. ca. 7. num. pen.* etiam *Ant. Gomez hic num. 116. & Salazar Tract. de usu & consuetudine, cap. fin.* aliud & male velint cum illa l. 10. infra, eod. sit expressa contra eos, imò & in feudis idem decisum reperimus ut sine noua apprehensione transeat in filium possessio secundum *Bald. relatum per Suarez in quest. maioratus, pag. 436. num. 20.* & quod plus reputo, scilicet, quod etiam quasi possessio iurium incorporalium ꝛ ipso iure in vocatum transit, cum possessio corporalium in incorporalibus quasi possessio dicatur, ut tenet expresso idem *Meneses in l. 2. nu. 7. C. de seruitutibus & aqua. & Molin. vbi supra, l. 3. cap. 12. n. 23* quæ ad hoc procedunt ut si alio existente in possessione maioratus, verè vocatus ad illum intenderit remedium possessorium nostri textus, & presentia fuerit in summa maiore, ut illegitimus excludatur, non admittitur possessor ille obiciens contra maioratum illum exceptiones requirentes ꝛ altiore indaginem, sed quæ tantum itatim & illico expediunt poterunt, secundum *Ant. Gom. hic n. 122. & gloss.*

in l. 7. tit. 4. Partit. 5. & in l. 2. vers. luego tit. 14. part. 6. & *Molin. vbi supra, di. Poli. 3. cap. 13. num. 15. & 16.* nam secundum gloss. illam dict. l. 2. ex lege vultis, & eius simili lege 7. tit. 4. part. 5. non tolluntur remedia illius 2. tit. 14. p. 6. neque l. si si similis. C. de edicto Diui *Adriani Toll* ꝛ pro retinenda possessione remedium adhibentes, & an in bonis regni præsertim alienatis ꝛ per prædecesores lex nostra procedat tradit *Molin. vbi supra, l. 1. c. 3. n. 26. & infra, in gloss. Anque otro, dicemus.*

Vt etiam in tantum possessio in vocatum ad maioratum vinculum anniverarium aut patronatum iure maioratus constitutum aut feudum transfertur, quod poterit talis vocatus ante apprehensam corporalem possessionem corporalium, vel quasi possessionem incorporalium agere interdicto ne vis fiat ei qui in possessionem missus est, ꝛ prout optime inquit *Suarez* titulo *De las herencias. & Versic. Sed unum tenebris menti, pa. 446 vbi optime loquitur,* adeo ut in ventrem transeat possessio ꝛ civilissima nostræ legis secundum glo. 1. arg. text. ibi in l. 3. tit. 23. part. 4. quod licet gloss. ibidem id esse sine dubio affirmet, & *Molin. d. l. 3. v. 12. n. 24.* satis tamen posset in dubium reduci ex d. per *Auend. respon. 28. per eorum similem questionem disputatam.* Nam licet ibi *Auend.* loquatur cum vxor remanet prægnans, ad maioratum que illum non erat admittenda scemina, sed tantum in æsculus, & sic propter incertitudinem an masculus, vel scemina nasceretur, dubietu ran possessio hæc transferatur in ventrem, tamè idem est in nostra questione, cum & dubium sit an venter ille nasceretur viuos, vel ut partus naturalis habeatur, vel habilis ad maioratum, & sic etiam in hoc casu incertitudinem damus. Itè & in nostra ampliacione sicut in questione *Auenda.* duæ fictiones dantur, scilicet quod transit in ventrem civilissima possessio, & quod insuper habeatur venter tanquam natus bene ut in eum transeat possessio, licet ad hoc responderi potest, quod licet adsint hæc duæ fictiones, eò tamen, quod à iure communi sunt inductæ, bene possunt in eodem subiecto concurrere, nam duo specialia à iure communi inducta bene concurrunt in eodè subiecto secundum *Felinum in cap. cum in nu. 10. de consuetudine.* Item & incertitudo illa cum non sit omnimoda, quia respectu ventris non est omnimoda, cum certum sit mulierem esse prægnantem, nò debet vitari. Item & quia in dictis dubiis favorabilius debeamus præsumere, & sic quod venter nasceretur naturalis, & quod erit masculus & bene natus, cum in dubiis quod favorabilius est tenere debeamus, & sic audiui factum in Ducatu de *Albuquerque* in quo scemina nò succedit, nam anno 1571. possessor mortuus fuit relicta vxore prægnante, & per prætensorem petita possessio, & nomine ventris contradictum & petita tueri in possessione virtute nostræ legis, in regio consilio fuit iussum, ut ex auditu certo scini, quod vocatus ad illum statim & maioratum interim quod sciebatur nasceretur ne filius aut filia non ingrederetur possessionem status illius, neque bona occuparet, neque se ducem vocaret, ipsaque vxor ventris nomine suum in possessionem missa, ut partus abearet, & mater eius alimenta periret necessaria pro partus sustentatione, & sic quibus se sublinere, & ad partum perducta

posset creato curatore bonis illis, velut in secreto essent, prout Auend. *vbi supra*, faciendum assererat: & quam plures alios casus vbi possessio sine apprehensione transfertur, † refert Cas. relatus per Additio. Seguræ in l. quemadmodum n. 8. ff. de acquirenda possessione, & per gloss. & ibi Abbanum. 9. cum pluribus sequent. in cap. 2. de consuetudine, vbi eius additio alia plura dicit, & plures quaestiones in materia nostræ legis vide per gloss. dicta l. 7. titulo 4. part. 5. & Molin. dicta libro 3. capit. 12. per totum.

Ibi. *Se traspassa la possessione civil y natural*, Eodem modo, quo purificatur conditio vel venit dies vocationis absque aliqua restitutione sublato de medio præcedente prædecessore non ex iure ab eodem sibi transmissio secundum Molinam de Primogeniis lib. 1. cap. 1. num. 17. & num. 18. hoc non solum in natis, sed in nascituris post primogenij constitutionem asserit. & hæc possessio habet effectum veræ possessionis, † competitque pro ea interdictum restituendæ & recuperandæ, secundum Matth. de Afflictis, decisio. 299. n. 17. & num. 18. & late Menochius de recuperanda possessione. 1. remedio num. 39. cum sequentibus pluribus, vbi n. 397. hanc veriore & crebriore fateatur: nam cum hæc habeat effectus veræ possessionis, vt in l. 10. infra, eod. clarius probatur, nimirum si interdicta hæc competant: ex quo optime inquit Meneles in l. post mortem num. 23. C. de fideicommissis, & voluit Molina de Primogeniis lib. 3. capit. 12. num. 17. teste Matienzo hic gloss. 5. n. 6. quod si possessor maioratus in vita sua renuntiet maioratum illum in pretensorem alium ipsius maioratus post mortem huius possessoris & tertius alius mortuo renuntians contendat se esse verum vocatum ac possessorem ex lege nostrâ illius maioratus, & reuera ita sit, iste erit verus possessor: † non obstante renuntiatione illa & possessione capta virtute illius renuntiationis, neq; obstabit ad hoc talis renuntiatio etiam si post eam sint elapsi sex menses legis sequentis, & plus temporis anrequam renuntians moreretur, cū possessioni nostræ legis præiudicari non potuerit per renuntiationem illam & possessionem virtute illius captam. Non enim potuit renuntiatio plus iuris transferre quam ipse renuntians haberet, qui tantū vsque ad mortem frui poterat dicto maioratu, probaturque hoc expresse ex textu nostro ibi, *Aunque aya otro to modo*, & voluit etiam Minchaca tom. 1. § 1. num. 32. versic. *illud autem*, vbi inquit tunc tali detentatori nullum temporis lapsus ius præscriptionis tribuere, quia quoad omnes iuris effectus quorum effectuum vnus est præscriptio, ille tertius possessor pro non possessore habetur, & facti textus in fundo ita disponens in l. 10. tit. 26. part. 4. & ibi gloss. *Ni le empeze*. Ex quibus assero non esse veram limitationem quam supra dictæ communis opinionis tribuenti vocato Remedium recuperandæ, assignant relati per Matienzo hic gloss. 5. n. 2. scilicet, quod non haberet communis illa locum, quoties possessio esset capta in vita possessoris spoliando illum ante mortem eius, quod reputo falsum, & sic iure optimo reprobo eos. Nam & adhuc tunc habebit locū dictum remedium, vt optime probat Matienzo *vbi supra*, n. 3. cum sequentibus aliquibus, vbi hanc testatur communem & veram, & quod in Senatu Mediola-

nen sita fuit iudicatum, & desumpsit à Tiraquello, in *Tractatu de Mortu saisi le vis*, in parte 5. in 3. declaratione per totam. Possset tamen procedere contraria opinio, quoties non per modum spolij, sed per viam iustitiæ & in contradictorio iudicio fuit conuentus super possessionem, nā tunc mortuo possessore victo, non poterit alius prætendens se vocatū, vt dicto remedio possessorio, quia iusto titulo ille possedit, & cum possessore apparenter vero, neq; dum possedit petiit ab illo possessionem intra sex menses legis sequentis, & sic iure optimo quod non audiat, nisi duraret tempus sex mensium, nam tunc vtique audiretur super possessorio dicto recuperandæ, quia eius respectu nulla adfuit citatio, & durat adhuc tempus sex mensium, ideò nimirum si & in hoc casu audiat super dicto remedio possessorio vel simili. Secundo dicta communis non habet locum quoties ab ipso met fundatore maioratus esset in vita sua præstita eius possessio alteri quam vocato † in maioratu, nam tunc eo mortuo non dabitur vocato remedium recuperandæ contra possessorem illū, eo quod licitum fuit conditori reuocare maioratum, & res transferre in quemlibet, ita tenent Guilierm. Couar. & relati per Menoch *vbi supra* numero 409. & Matienzo, & gloss. 5. num. 8. quod tamen ibi optime intelligit nisi irreuocabiler esset constitutus maioratus, ita quod neque expresse neque tacite reuocari posset, nam tunc non esset hoc verum, & bene quia conditor illum reuocare non potuit, & sic neque præiudicare vocato in maioratu illo irreuocabili, in quæ hæc civilissima possessio translata fuit mortuo conditore, de qua quidem civilissima † possessione mentio fit in l. raptores. §. *si* autem dicit commissam, & ibi glo. plenam. C. de episcopis, & clericis, cum qua concordat. l. *si*. tit. 26. p. 7. meminitque etiam de ea vltra Doctores in locis ordinariis Benedictus in capit. Raynucius, verbo, *Mortuo itaque el segundo nu. 71. de testam.* Tiraquel. in *Tract. de morte saisi per totum*, Seguræ l. quemadmodum n. 8. ff. de acquir. posses. Guido Pape decisio 22. num. 6. in fine, vbi inquit, quod de ista civilissima possessione in iure solum fit mentio in capit. ex parte, de consuetudine, & de ea etiam meminit Afflictis decisio 299. & in pluribus mundi partibus hoc iure vitur, vt licet videre ex Tiraquel. *vbi supra* in præfatione declarationis 2. per totam. In cuius quidem civilissimæ possessionis per modum epilogi breuissimè, vt intelligas & percipias totam nostri tex. materiam quinque † punctus proponam, & in eis veritatem cuiuslibet puncti, breuitate qua potero declarabo vt ad alia pergamus. Primus punctus erit quid sit hæc possessio civilissima, secundus qualiter appellatur, & quibus nominibus, tertius an lex, vel statutum potuerit eam introducere, quartus quæ remedia competunt pro ea, quintus & finalis qualiter sit in ea procedendum ad declarationem legum 9 & 10. infra sequentium.

Et quoad primum punctum breuiter dicendum est, quod civilissima hæc possessio est, quæ legis † ministerio sine facto hominis acquiritur secundum Ripam in Rubrica n. 23. de causa posse. & propriet. & eund. in l. 1. in princ. n. 137. de acquir. posses. & Tiraq. *vbi supra* in 7. declaratione præfationis num. 11. qui videndi sunt proborum verborum declaratione.

Secun-
dus.

16

ratione. Quoad secundum punctum dico quod quadrupliciter appellatur possessio ꝛ hæc, nam appellatur per Bart. in l. prima in principio num. 8. de acquir. possessione, civilis, & per Angel. in l. licet. C. eod. tit. & Ancharra. in cap. 2. de consuetud. & ibi Barbatia col. 8. dicit de hoc esse glos plenam in dict. §. sin autem diaconissam, & hanc communem appellationem esse, testatur Tiraquel ubi supra d. 7. declaratione prefatio. n. 2. Secundo appellatur possessio artificialis à Bald. in Rubric. col. 3. de causa posses. & propriet. & Ripa, in d. l. 1. in princ. nu. 36. de acquir. posses. & fictam appellat Barba. relatus per Ripam ibi, nam secundum crebriorem opinionem teste Menoch de recuper. posses. Remedio. 1. n. 401. & 402. non est vera possessio sed ficta & artificiosa. Tertio appellatur dativa ab eod. Baldo in cap. cum venissent, de restitutione spoliatorum. Quarta civilissima appellatur per eundem Bald. in l. fin. in princ. C. de Sacrosanct. Ecclesiis, & si tenemus primam appellationem sequitur quod non differt civilissima à civili in specie, sed tantum in acquirendi modo cum civilis per corporeum actum, civilissima vero absque aliquo actu & facto acquiratur: si vero tenemus quartam appellationem scilicet civilissimam & differant in effectu acquirendi, differre debent etiã in specie, cum possessio, quæ differt in effectu, differt etiã specie, secundum Bald. l. 1. in princ. n. 9. ad fin. de acquiren. posses. & sic videbatur dicendum civilissimam possessionem esse quandam speciem de per se, prout constituere voluit Bald. in Authen. defuncto n. 3. cum tribus sequentibus cap. ad Senatus consult. Tertull. & Ripa in dict. l. 1. in princ. n. 37. ff. de acquir. posses. eò quod secundum eum, ibi, non parit interdictum recuperandæ, & sic differunt in effectu civilis & civilissima, & per consequens sunt differentes specie, & sic erit quelibet de per se Ego tamẽ teneo vnam solam esse appellationem huius possessionis, & hæc civilissima vocatur à nostris Hispanis communiter, & est vna, quia est eadem cum civili, eo quod habet eodem effectus, & tantum differunt in modo acquirendi, nam in hac civilissima, sicut in civili dantur remedia possessoria, ut infra dicam etiam recuperandæ secundum veram & crebriorem opinionem, & tenendam, igitur nihil differunt in specie, & sunt eadem, quia qui vocat civilissimam non negat civilem, sed fatetur potius, imo magis esse huiusmodi declarat, nam quod civilis comparative, & civilissimum superlativè est, idem quoque civile necesse est, ut eum qui melior est, & optimus, bonum, peior, & pelsimus, malum, & cætera id genus, nam comparativum & superlativum in se haud dubiè comprehendi possunt, & sic sub civilissima civilis ꝛ comprehenditur, ut optime considerat Tiraquel in d. 7. declaratione n. 3. & 7. Et sic vnam appellationem habet, scilicet, civilissimam, quæ omnes iuris effectus producit, quos civiles producere potest, & licet illa ex ministerio legis, hæc autem ex facto hominis eos producant, cum in effectibus non differant neque in specie, & sic civilissima non est species de per se, neq; fictitia vocari potest, neq; vera, quia acquiritur sine actu apprehensionis vero aut ficto, & quia lex nunquam fingit nisi super vero, neque potest dici artificiosa, quia lex quæ civilem introduxit possessionem facto hominis acquirendam, potuit hanc

17

civilissimam constituere, quæ eiusdem legis ministerio veram efficeret possessionem, aut saltem talem quæ effectus veræ possessionis constitueret, ut hæc constituit prout in quinto videbimus puncto, & sic neq; fictitia, neque artificiosa verè vocari potest, sed possessio à lege data ac concessa cum omnibus effectibus, quos realis ac corporalis possessio producit, quæ in regno Portugallie mentalis vocatur, quasi in mente concedentis concepta, de qua per Decret. consil. 5. volum. 4. & A-costam de bonis maioratus Regia corone, nam sicut partes per constitutionem veram possessionem transferre possunt, ex l. quod in eo. ff. de acquir. posses. cum tamen ibidem ex parte illius cui possessio acquiritur, nullus realis ac corporalis actus concipiatur, quare non & idem erit per legis dispositionem sic volentis præsertim cum ex cap. contingit, de dolo & contumacia. & l. i. titu. de los absentamientos. l. 4. Recopil. possessio illa vera dicatur, quæ sine apprehensione acquiritur. Neq; obstat dictum aliquorum, scilicet, quod ibi loquitur de possessione actori adjudicata, qui elapso deinde anno in rei contumaciam verus efficitur possessor, quasi continuatione, patientia loco traditionis habeatur, nam non satisfacit eo quod sicut lex ibidem statuit patientiam loco traditionis haberi, ita etiam potest statuere, quod mortuo possessore maioratus per vocationem ad illum factam ex patientia & voluntate, eum vocantis vocato huic adjudicetur, & possessio vera tradatur, & sic è contrario est imponere legem verbis in vno casu, & in alio non. Item qui nã actus constituitur per lapsum anni, ut missus in possessionem efficiatur verus possessor? certè nullus, cum ex solo temporis lapsu hæc vera possessio constituatur ex l. dispositione: quod si hæc est vera possessio cur & non erit hæc civilissima, de qua in nostra materia, nullam video differentie ratione, & sic possessionem nostri tex. vnico verbo, civilissimam, scilicet, appellari censeo, quæ effectus veros possessionis constituit, & hæc pro secundo puncto.

Quoad tertium vero dico quod l. vel statutum ex mente Bald. in l. 1. C. communia de leg. non potest istam ꝛ civilissimam possessionem introducere, ut & voluit Angelus in l. licet. C. de acquir. posses. & sequuntur relati per Tiraquel. in d. Trad. Le morte. & declaratione in prefat. n. 1. cum 5. sequentibus. ubi n. 4. considerat ad hoc tex. in l. qui universas. §. quod per colonum. ff. de acquir. posses. quem dicit nullum ad hoc citasse, ibidemq; respondet cap. 2. de consuetudine, in contrarium adducto. Contrariam tamen opinionem quæ communis & verior est, & tenenda tenuit Innocent. in d. ca. 2. quem & alios plures ita tenentes refert idem Tiraq. ubi supra. n. 5. & 6. & 7. hanc verissimam esse testatur, & cum sequentibus numeris plura pro ea allegat & considerat contrariis respondens, & ex nostris tenet Suarez in tit. De las herencias. n. 18. & communem & veriolem testat. Ripa. l. 1. Responsorum c. 1. & Couar. l. 3. Variarum. c. 5. n. 3. cum sequen. & Segura in l. quemadmodum. n. 8. ff. de acquir. posses. ubi Additio alios allegat, & post hæc veriolem & receptiolem testatur Matienzo hic gl. 1. n. 3. reprobata concordia Ripa, quam & reprobat Tiraq. ubi supra. n. 14. Quoad quartum dico quod habemus tria remedia ꝛ interdicta. Primum est adipiscendæ possessionis, de quo quid sit & cui competat, & plura alia de eo tradit

Tertius.

18

Quartus.
19

eo tradit Ant. Gomez. *hic à num. 128. vsque ad 168.* & Menochius *de adipiscenda possessione*, quæ quidem quia nostræ materiæ non sunt, omiſſa facio solum pro nostræ materiæ declaratione quærendo an cõpetat huic ciuillissimo possessori & videtur quod non, nam cum istud remedium competat ei qui de nouo possessionem adipisci vult, non vero ei qui possessionem est adeptus, *ut probatur in l. 1. ff. quorum bonorum*, non potest huic vocato ad maioratum competere, cū ciuillimã habeat possessionem. Contrarium tamen est asserendum, nam licet habeat possessionem ciuillissimã, potest tamen intentare hoc remedium sine præiudicio possessionis adquisitæ, vt sibi detur naturalis ac corporalis possessio, & ita tenent Petr. de Bellapertica, Cynus, *col. 1. Bald. & Salicet. quarta oppositio in l. ea lege. C. de conditione ob causam, quos & alios complures refert Tiraquel. id etiam fundans, vbi supra, 6. parte, declaratione. 2. nume. 1. cum sequentibus pluribus & Ant. Gomez. hic, num. 118. postto post numerum. 192. & Suarez. in dict. tit. de las herencias. num. 18. pag. 448.* & hanc latissime fundat eam communem dicens Ant. Gomez, *vbi supra*, vbi ipse assignat veram & naturalem rationem, scilicet, quod licet mediante lege, vel statuto ipso iure transeat possessio in vocatum ad maioratum, vel in heredem & successorem, tamen ex eo quod penes alium adest ipsa naturalis detentatio nõ videtur esse plena, vel omnino perfecta possessio penes talem vocatum quouſque verò & realiter corporaliter apprehenditur, & ideo datur hoc remediũ: ex quo ipse Ant. Gomez, infert quod eodem etiam modo successorì maioratus potest competere & competit

20 *remedium. l. fin. C. de Edicto D. Adri. Tolent. quod quidem non tollitur per text. nostrum, prout & voluit glo. Luego. & in verbo, Propriedad. in l. 2. tit. 14. part. 6. & Tiraquel. vbi supra, n. 1. & 8. quod intelligo verum in casibus in quibus aliàs de iure habet locum remediũ. d. l. fin. Secus verò in casibus vbi locum non habet, puta si per contractum inter viuos esset constitutus maioratus, vel res aliqua in vim legati sub titulo maioratus alicui legaretur, quia tunc non daretur remedium. d. l. fi. eo quòd in illis casibus, nec in alijs similibus nõ datur de iure, & sic nimirum quod neque in nostro casu detur: imò & quod plus est, & iam vidi in facti contingetia, quod huic vocato ad maioratum competit etiam Carbonianum edictum*

21 *secundum gloss. Propriedad. in dict. l. 2. & Menes. in l. eam quam nu. 127. C. de fideicommissis. & voluit Suarez. dict. nu. 18. & Molina de Primogen. libr. 3. cap. 13. nu. 25. & 26. cum sequentibus.* Secundum remedium possessorium est retinenda, de quo quid sit & cui competat, vide per Ant. Gom. *hic à nu. 168. vsque ad 180.* & Menochium *de Retinend. possessione*. quæ per ipsos videbuntur, solum enim attingemus, id quod est nostri propositi, scilicet, quod hoc remedium retinendæ cõpetit etiam huic ciuillissimo possessori *secundum Fabrum. S. sui. Instituta de heredum qualitat. & diu. & Ant. Gomez. hic nu. 194. communis secundum Ripam. l. 1. in fine. ff. quorum bonorum, & nullus omnium qui hac de re loquitur contradicit secundum Tiraquel. in dict. parte, declaratione. 1. & 2. Imò & quod plus est quod hæc duo remedia adipiscendæ & retinendæ simul intentari possunt diuersis respectibus, id est, respectu*

diuersarum ¶ possessionum, scilicet, retinendæ 23 respectu huius ciuilis siue ciuillimæ possessionis, adipiscendæ vero respectu naturalis possessionis aut detentionis penes alium, *ut optime inquit Tiraquel. vbi supra in tertia declaratione. 6. parte. numero primo & secundo, & Molina dict. lib. 3. cap. 13. numero 7.* Et an petitionem hæreditatis possit talis vocatus intentare contra detentatorem ¶ 24 vide Ant. Gomez. *hic numero 195. cum sequentibus: & an contra titulo possidentem detur remedium nostri tex. vide Molinam, vbi supra, numero 52. cum sequentibus.* Tertium vero remedium est recuperandæ ¶ de quo itidem Antonius Gomez. 25 *hic, numero 180. cum pluribus sequentibus.* plura tradit quid sit & cui competat, & Menochius *de recuperanda possessione. & an competeret huic ciuillissimo possessori anceps quæstio est inter Doctores*, nam quod non detur facit, ex eo quod qui habeat ciuillissimam possessionem fidei non potest dici eiectum à possessione, *ex gl. possidebat. l. 1. §. interdictum autem hoc. ff. de vi, & viurm. & sic hanc opinionem tenuerunt multi ita vt Alexand. in l. in suis. ff. de liber. & posthum. col. 3. asserit hanc fuisse communem opinionem antiquorum & modernorum, & secundum eam fuisse iudicatum per sacrum regni consilium Neapolitanum asserit Matthæus de Afflictis. decisione. 299. col. 4. & eam tenet Antonius Gomez, hic, num. 193. & alij plures relati per Tiraquellum, vbi supra, in 6. parte. declaratione. 4. num. 1. & 2.* Contrariam opinionem tenuerunt plurimi relati per Tiraquellum *vbi supra, num. 3. cum sequentibus, & hanc crebriorem vocat Menochius de Recuper. possessione. 1. remed. n. 397. & Francia seruari testatur Tiraquellus, dict. n. 4. in fine. & eam sequitur Molina de Primogenijs. lib. 3. cap. 16. num. 6. & num. 7. & Matienzo hic, gloss. 2. num. 13. quem post hac multum in lucem produisse scio, & hæc vltima est tenenda & amplectenda, nam hæc est vera possessio vt supra diximus, & tradit Tiraquellus vbi supra in 5. parte. declaratione. 1. & sic non obstant, quæ de ficta diximus possessione, & per consequens omnia hæc remedia simul iuncta diuersis respectibus competunt secundum dictos DD. & Molinã vbi supra, n. 7. n. & 8. vbi declarat vno modo reiecta concordia Ripæ inter has opiniones, quia reprobatur communiter à Doctõribus secundam tenentibus opinionem, & præsertim Tiraquellus vbi supra, nu. 7. Est tamen notandum quod quamuis ¶ exceptio do-*

26 *minij non esset admittenda cõtra hunc agentem remedio nostri text. vt late per Tiraquellum vbi supra in 6. parte. in 5. declaratione per totam. & Molina dict. cap. 13. nu. 12. cum sequentibus aliquibus. admitteatur tamen exceptio illegitimitatis & incapacitatis, quia legis nostræ remedium non transit in incapacem, vt per Molinam, dict. cap. 13. nu. 23. & 24. & sic forma exclusã à maioratu non est mittenda * in eius possessionem, vt ibi per eum*

27 *num. 22. vbi & nu. 43. tractat an remedium hoc competat illi, qui ex cõiecturis ad maioratus successione ¶ vocatur, & num. 46. cum quatuor sequentibus, an sufficiat exemplum maioratus ad petendum & intentandum remedium ¶ nostri*

28 *text. & ibi plura alia quoad nostri text. materiam annexit, per eum videbuntur.* Quartum autem remedium quod interim vocatur, de quo loquitur Comar-
ru. in practica quæstione. cap. 17. non solum non com-
petit

30 petit huic ciuilibus possessori, verum neque
 † ciuili, secundum Guidonem decisione, 522. & Re-
 buffum in 3. Tomo constitutionum Francia. in materia
 possessorij. articu. 2. glos. 2. & Couarru. vbi supra &
 Molina, vbi supra. num. 70. & 71. & 72. limitant.

31 Nota etiam quod remedium possessorium † no-
 stri tex. habet causam proprietatis annexam, se-
 cundum Molinam ibidem num. 9. & sic inquit Tira-
 quellus, in dict. 5. declaratione. num. 11. quod si pre-
 tensor contradixit aduersario obijciēti causā do-
 minij, & nihilominus iste aduersari^o admissus sit
 ad probationē dominij, nō obstat, quia id ma-
 gis factum fuisse videtur ad iustificandam posses-
 sionem, quā vt super dominio pronuntietur:
 quod est optimum: & sic semper consulo quod
 petens possessionem contradicat exceptionem
 dominij, & quod non audiat super eo aduer-
 sarius, & protestetur quod probationes facien-
 dæ solum fiant super possessionem, & quoad
 adiuuandum remedium possessorium. Quoad

Quintus
 punctus.

32 quintum & finalem punctum scilicet circa mo-
 dum procedendi in hac materia, ex duabus legi-
 bus sequentibus decerpes, & formam proponē-
 di libellū in materia nostræ legis, vt omnia per-
 fectè habeas, forma modo sequenti. † Ioannes
 omni meliori modo quo possum, coram vobis
 compareo & conqueror de tali, & dico sic esse,
 quod Petrus auus meus defunctus cum facultate
 regia condidit maioratum talium ac talium bo-
 norum sub talibus limitibus in talibus locis exi-
 stentium, ac celsūm & reddituum regiorum con-
 tentorum in scriptura maioratus, quam & dictā
 licentiam regiam presento cum solemnitate &
 iuramento necessarijs, qui quidem fundator ad
 dictum maioratum vocauit talem filium suum
 maiorem, & post eū descendentes eius iure maio-
 ratus, & eo mortuo absq; eis & in defectum eo-
 rum vocauit patrem meum filium eius secundū
 & descendentes eius, & pater meus fuit vxoratus
 cum Maria secundum Sacrosanctę matris Eccle-
 się præceptum, ex quo matrimonio me vt filium
 maiorem suscepērūt, & habuerunt, & quoniam
 dictus filius maior fundatoris est mortuus absque
 descendētib; qui in dicto maioratu secun-
 dum eius institutum succedere possit, & pater
 itidem meus mortuus est, & sic vocatus ad dictū
 maioratum ego sum & non alius tamquam fi-
 lius maior patris mei, & in dicta descendētia
 fundatoris aut possessoris vltimi (si iam transie-
 runt multi possessores post foundationem) de
 quibus omnibus offero informationem, & peto
 fieri ad tenorem eorum & ijs de causis possessio
 ciuilib; & naturalis ex remedio legis de Toro in
 me translata est, & de facto dictus aduersarius de-
 tentat bona dicti maioratus absque iure aliquo,
 ideo à vobis peto, non me ad superflua obligans,
 quatenus ante omnia recepta dicta informatio-
 ne me vocatum ac possessorē, dicti maioratus &
 eius bonorū & verū successorem declaretis con-
 demnando aduersarium, dimittat mihi dicta bo-
 na, & libera, & sine obstaculo aliquo dimittēdo
 detentationem eorum, neque perturbando
 me in dicta possessione aliquo modo manu te-
 nendo & defendendo me in ea & in eo quod ne-
 cessarium fuerit mittendo me in realem ac cor-
 poralem possessionem absque præiudicio ad-
 quisitæ possessionis, & si in aliqua comparuerit

me deiectum restituendo & reintegrando ita vt
 liberè & pacificè frui, gaudere dictis possessioni-
 bus bonorū, & eis & eorum fructibus, prouenti-
 bus ac emolumentis quomodolibet pertinenti-
 bus liceat ac possim condemnādo dictum aduer-
 sarium in omnibus fructibus ac redditibus emo-
 lumentis ex dictis bonis per eū perceptis & quæ
 percipi poterint & possunt vsquequo à dicta de-
 tētatione desistat, quos fructus omni anno esti-
 mo in tantum salua in totum vestra iudiciali
 taxatione super quibus omnibus & eis annexis
 & connexis peto mihi iustitiam ministrari om-
 ni meliori modo quo possū, & expensas peto &
 protestor & in necessarijs vestrum auxilium im-
 ploro. Sic ex dictis additis & demptis quæ addi
 vel detrahi debeant, secundum casus contingen-
 tiam, poteris formare libellum dictum, poteris
 etiam petere & protestari quatenus super posses-
 sionis vis & non super alio procedat & intra quā-
 tum tempus debeat proponi in regio consilio
 vel alibi libellus hic ex l. 9. nostritituli decerpes, &
 ex Molina in dict. cap. 13 n. 1. lib. 3. vbi & num. 40.
 declarat an competat remedium nostri text pri-
 mo ipsius maioratus successoris † & Pelaez de
 Maioratu. 1. part. questione 24. nu. 1. & 2. & iterum
 in 3. parte. questione. 8. nu. 8. vbi & an habeat locum
 in rebus augmentatis: & ibi in illa. 3. par. in quest.
 2. 3. & 4. alia plura ad legem nostram tractat per
 ipsum videnda.

Ibi, Aunque otro aya tomado la posesiō, Sed quō-
 modo hoc procedere potest, cum duo in solidum
 possidere nō possūt ex l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. pos-
 sessione. & respondeo, quod cum in maioratus
 successorem possessio ciuilib; & naturalis pertrā-
 seat etiam tertio possidente, penes illum tertium
 non potest esse ciuilib; neque naturalis, sed solum
 habet nudam facti detentationem, & sic cessat
 dicta difficultas, & per consequens neque præ-
 scribere, neque lucrari fructus neque intētare re-
 media possessoria poterit tertius ille, cū talis de-
 tentatio non sit apta producere effectus ciuiles,
 secundum Molinam ita respondentē in d. lib. 3. cap. 12.
 n. 18. vbi inquit Menchaca, de succes. creat. §. 1. n. 32.
 vers. Illud autē. licet apud illam tertiu adsit nuda
 corporalis possessio apud successorem vocatum
 sunt omnes effectus, quos lex positua accōmo-
 dauit vtrique possessioni tam naturali quā ciui-
 li, de quibus ille tertius corporalis possessor frui
 non potest, & non præscribitur, vt dictum est, &
 tradit ibidem Menchaca ex text. in l. 1. tit. 26. Part. 4. &
 ibi glo. Ni le empece, & itidem cessio bonorum
 maioratus facta per successorem eius in alium
 tertium non vocatum, † non nocet immediate
 post cedentem successoris, secundum Burgos de Par,
 in proem. ll. Tauri, num. 96. ad hoc notando text. no-
 strum, & Moli. lib. 1. Primog. cap. 6. n. 45. & hæc pro
 hac lege sufficient.

S V M M A R I V M.

- 1 Repulsa testium an habeat locum in remedio
 ciuilibus possessionis, numero 1. & ibi
 quid quoad publicationem testium faciendā.
- 2 Minori an detur restitutio aduersus omissam
 probationē in dicto remedio ciuilibus pos-
 sessionis.

- 3 *Possessionem si quis coeperit rerum maioratus viuo vero possessore, & eo consentiente, etiam si transierint multi anni ante mortem veri possessoris, eo mortuo nihil prauidetur vero successori post eum.*
- 4 *Leges de maioratu regia licentia constituto loquentes habent locum in bonis vincularis.*
- 5 *Maioratus absque regia licentia constitui potest. 5. fortiusque est id quod fit autoritate legis, quam ex regia licentia.*
- 6 *Facultatem & licentiam regiam habens ad constituendum maioratum an censetur illum constituisse virtute illius licentiae.*
- 7 *Bona maioratus si sint distincta inter duos districtos duarum Cancellariarum, ubi erit lista tractanda.*

Leges 9. & 10.

S V M M A R I V M.

Forma & ordo procedendi in causis civilissimae possessionis in praesenti ponitur & describitur.

LEX QVE nona declaratur per l. 10. in quantum in l. 9. declaratio facienda in causa huius possessorij erat super tenuta, vt iam non sit super tenuta, sed super possessionem. Ita quod vere possideat ille, in cuius fauorem pronuntietur, & solum quantum ad proprietatem causa remittatur ad Cancellarias Regias.

In l. 9. ibi, *otra alegacion ni probanca*, & sic nunquam repulsa testium locum habebit, quia est summarium & executiuum iudicium, & in alio reparari potest, vt in terminis nostris tenet *Auenda. c. 5. per totum. num. 4. lib. 2.* contrarium tamen licet cogitandum relinquat, tenet *Moli. in dist. lib. 3. c. 13. num. 66. ex l. 10. nostris titulis, quae potius est. l. 9. & sic ibidem Molina, in nu. 67. idem voluit*, quoad publicationem faciendam, ex eo quod lex nostra solum terminum, 50. dierum constituit ad probandum, & concludendum, & quod nullus alius terminus concedatur, sed eo elapso determinetur, ita vt neque minori detur restitutio in tali lite aduersus omittam probationem, vt inquit ipse *Molina n. 64. in d. capi. 13. qui n. 65. inquit hoc regia declaratione indigere: ego tamen inter haec ex l. nostra. 9. desumo veram concordiam, praesupposito, quod lex nostra 9. requirit litem esse concludendam intra hos dies, ibi *Ybecho y concluso el negocio dentro de los cinquenta dias*, scilicet quod si per iudices regios de hac possessoria causa cognoscentes fuerit ex dictis quinquaginta diebus terminus assignatus certus ad probandum, puta si dentur triginta dies ad probandum, illis elapsis poterit peti publicatio testium cum breui termino concedenda, & poterunt reprobari testes, & admitti ad probandum reprobationes cum breui termino, & poterit itidem peti restitutio aduersus omittam probationem per minorem, & concedi terminus quindecim dierum ad id facien-*

dum, vel minus secundum numerum dierum restantium ad implementum, 50. dierum, & in isto eodem termino etiam ad reprobationem testium coeesso poterunt praesentari scripturae & instrumenta: & ijs terminis elapsis potest per partes causa concludi antequam quinquaginta dies sint elapsi, & ita procedant dicta per Molinam, sed si terminus ad probandum non fuerit per iudices assignatus supradicto modo, tunc non video quomodo reprobari possint testes neque super eo probationem fieri, neque peti dictam restitutionem, cum omne remedium lex nostra excludat lapsis illis quinquaginta diebus, & sic procedat id quod dixit *Auenda*, & ideo per iudices hos regios esset, proposita prima petitione, assignandus partibus terminus 30. dierum ad probandum cum onere publicationis eis elapsis vt sic possent partes testes reprobari si velint & petere restitutionem, & cum hoc quod instrumenta possent praesentari vsque ad conclusionem in causa, & sic esset faciendum ne partes a dictis iuris remedijs excludamus: vel esset per regem noua lege maior terminus, puta centum dierum assignandus loco horum quinquaginta, signando quot dies essent pro probationibus faciendis, & quod eis elapsis remaneret facta publicatio, vt reprobationi testium & remedio restitutionis locus remaneret, & quod vsque ad finem centum dierum possent instrumenta praesentari, vel saltim ante octo dies postremos vt copia instrumentorum partibus daretur, & cum haec res sit magni prauidicij, ita esset faciendum & prouidendum, & pro secunda instantia, quae est supplicationis, possent assignari quinquaginta dies: aliter enim dubitandi locus relinquatur, licet si id non medetur teneo meo videri pro vero, lege nostra attenda, quories minor terminus quam quinquaginta dierum nostri tex. non assignantur a iudice pro probationibus & allegationibus partium, quod non habebit locum publicatio neque reprobatio testium neque itidem restitutionis petitio, eo quod lex nostra omnem praeccludit viam allegandi & probandi, post lapsum quinquaginta dierum geminative in hoc loquendo, & sic etiam restitutionem excludere videtur vt dixi in l. 4. titulo. 17. lib. 4. supra in glos. antepenulti. & quamuis quoad restitutionis remedium dubitabile videatur, quoad alia vero non mihi videtur dubitandum, eo quod lex nostra omnem alium terminum, omnem aliam allegationem & probationem excludit quam eam, quae intra hos quinquaginta dies partes fecerint, & sic in Indijs absque vlla publicatione & conclusione haec fieri inquit *Matienco hic glos. 2. nu. 3.*

Ibi, *no quede otro remedio*. Adeo vt neque tunc habeat locum supplicatio mille quingentarum duplarum ex text. ubi diximus in l. 4. titu. 20. lib. 4. supra.

Ibi, *Por medio año*. Intellige dummodo post mortem possessoris pro vt lex nostra loquitur, possessio haec capiatur corporaliter, secus vero si in vita possessoris, & talis captor possessionis non est vere vocatus, quia tunc quamuis per multos annos possessionem haberet nihil prauidicaret vere vocato ad maioratum, dum tamen intra sex menses post mortem veri possessoris id petatur secundum *Menses. l. post mortem*

numero. 23. C. de fideicommiss. & supra hoc titulo diximus & de pluribus quaestionibus in propositum horum verborum, & itidem nostrae legis vide Molinam de primogenijs lib. 3. cap. 13. numero 56. usque ad. 62.

In l. 10. ibi. *T bienes vinculados*. Hic est text. expressus probans opinionem Oroscij & aliorum per me relatorum. l. 8. glos. 1. supra isto tit. & libro. quod lex illa. 8. etiam in bonis vinculatis absque licentia regia, locum habeat, imo & videtur per legem nostram permitti cuilibet personae vinculare sua bona absque regia facultate si descendentes vel ascendentes non habeat, & idem tunc de tali vinculo quod de maioratu cum regia licentia facto iudicandum erit, vel in tertio & quinto si descendentes habeat, ut per Molinam lib. 1. ca. 1. numero 25. & 26. imo & fortius est id quod fit auctoritate legis, quam ex regia facultate ut per Molinam supra lib. 4. cap. 3. numero 10. & eo lib. cap. 6. numero 17. & glos. mag. colu. 8. in fin. l. 3. titul. 13. parti. 6. & an si quis habet facultatem censetur & instituere eius virtute vel legis potestate, vide Molinam ubi supra lib. 2. cap. 2. numero 17. ubi se remittit ad cap. 10. numero 74. eiusdem libri.

Ibi. *A las nuestras audiencias*. Quid tamen si bona maioratus sunt diuisa inter districtus duarum audientiarum cui earum remittatur vide Molinam. d. c. 13. nu. 1. & fi.

Ibi. *Ser en possession*. Et sic vera iam possessio est illa, quae acquiritur ex remedio dicta. l. 8. supra eo. titu. pro ut ibi dixi, & tenet Meneses in d. l. post mortem numer. 23. C. de fideicom. text. nostrum allegando.

Ibi. *Guardando se en lo de mas*. Ex his verbis not. Molin. de primoge. d. lib. 3. cap. 13. numero 63. cum sequentibus, quod nec restitutio aduersus amissam probationem dabitur in terminis legis praecedentis neque publicatio requiretur neque testium reprobatio admitteretur de quo dixi late in l. praecedente & haec pro titu. hoc & textualium declaratione sufficiant ut ad aliam deueniamus breuiter nos expediendo de lege. 11. sequente.

S V M M A R I V M.

- 1 Clausula regis Henrici secundi de qua hic, quare fuit facta & alia de ea. num. 1.
- 2 Faemina an succedat ex vi huius clausulae re-

gis Henrici. 2.

3 Faemina an excludatur a primogenio si expresse non exclusa sit. 3.

4 Sententia lata contra legem nostram nulla est. 4.

Lex. 11.

S V M M A R I V M.

Seruanda est clausula testamenti regis Henrici secundi tanquam lex: cuius clausula tenor hic inseritur.

Ibi. *POR RAZON*. De hac clausula huius regis Henrici secundi mentionem facit Rodericus Suarez. l. Quoniam limitatione. 6. ad legem regiam pagina. 168. C. de inofficioso testamen. & in quaestione maioratus numero. 22. & ponit quae fuerit causa quare condita fuit clausula haec & quare per legem nostram iussum fuit seruari, traditque etiam Palacios Rub. §. 69. numero. 14. cum sequentibus & glos. maioria. l. 2. titulo. 15. parti. 2. quos post haec reperi referre Burgos de Paz in proemio. ll. Tauri numero 455. & in propositum huius clausulae vide optimam quaestionem propositam per glosam magnam col. 4. vers. sed an pretium in l. 10. situ. 26. parti. 4. & alias per Molinam de primogeni. lib. 1. cap. 5. num. 21. & 22. & eo lib. cap. 6. num. 21. & an potuerit addi clausula haec in declarationem donatorum ab ipso rege vide Acoftam traeta. de maioratu bonorum regia corona in princi. nume. 2. & Marienço hic glos. 9. num. 2. cum sequentibus.

Ibi. *sin hijo legitimo*. Sed nunquid debet esse masculus an vero sufficiat faemina, & existente & masculino ipse succedit, eo vero deficiente faemina legitima succedet pro ut in terminis asserit Burgos de Paz in d. proemio legum Tauri nume. 66. in fin. ex consilio. 98. Ludouici Romani, id in nostris terminis asserentis, & ibidem cum sequentibus numeris examinat ipse Burgos an faemina & excludatur a primogenio si expresse non exclusa sit & per Molin. ubi supra lib. 3. cap. 4. numero 4. & notandum est quod cum clausula haec iam pro lege habeatur nihil dubitandum est quin sententia contra eam & lata nulla sit pro ut antea non esse ex Barto. assererat Burgos de Paz in proemio ll. Tauri numero 456.



S E Q V I T V R T I T V L V S

De las Herencias y particion de-
llas. 8. in ordine.

Hereditatum bona plerunque, imo & à communiter accidentibus non per viam maioratus tanquam indiuisibilia acquiruntur successoribus, sed per viam hereditatis libere vt inter heredes diuidantur, ideo post præcedentem titulum sequitur hic noster de hereditatibus & earum diuisione tractans, & est singularis & in theorica & practica plurimum versatus.

S V M M A R I V M.

- 1 Hereditas quid sit, & quid particio hereditatis. n. 1. & 2.
Partitio & collatio non sunt idem. 3.
- 1 Ibi. HERENCIAS. Quid sit hereditas designat Iure consultus in l. nihil aliud ff. de verborum significatio. & ibi doct. maxime Rebusus & text. in l. 8. ad. fin. titu. 33. p. 7. declarant Bart. & Docto. in rub. ff. de acqui. hered.
- 2 Ibi. Particion. quid sit particio † vide tex. in l. 1. titu. 15. parti. 6. ponentem definitionem, qua quidem definitio in propositum nostri tituli optime accommodatur, aliam vero parritionis definitionem vide per text. in l. 1. tit. 26. parti. 2. &
- 3 habes notare quod particio* & collatio non sunt idem vt patet ex. l. 9. supra hoc libro, vbi not. Casillo in fin. verbis & nos diximus si bene meminimus, nam collatio est rei propria in communitate, & diuisio fit post collationem secundum eum ibi & sic vt diuersa ponuntur in iure nostro & hæc pro rubrica.

S V M M A R I V M.

- 1 Legitima debita ascendentibus in bonis descendendum non debetur de iure naturali, sed in solatium liberorum amissorum. 1.
- 2 Lex nostra solum de successione ascendentium in bonis descendendum legitimorum tractat, etiam si ascendentes legitimi non sint. 2.
- 3 Ascendentes succedunt descendentibus cum ampliationibus & limitationibus remissive. 3.
- 4 Reciproca est successio ascendentium & descendendum similitudinariè etiam naturalium. 4. & 26. cum sequentibus aliis.
- 5 Pater & mater an simul admittantur ad successionem descendens legitimi. 5.
- 6 Pater & mater in simul admissi ad successionem descendens legitimi portabit pater bona ab eo habita, & eius contemplatione & mater sua. 6.
- 7 Repraesentationi non est locus inter ascendentes volentes succedere descendentibus. 7. & idè in fratribus respectu bonorum ab ascendentibus relictis. nu. 8.
- 9 Bonis vnitis & incorporatis patrimonio alicuius nunquam admittitur distinctio & separatio bonorum nisi in casibus à iure expressis. 9.
- 10 Descendentes legitimi non possunt præterire aut exheredare sine causa ascendentes. num. 10.
- 11 Ascendentes respectu successionis descendendum an sinitatem habeant. 11. & sic ex potentia sinitatis non transmittitur ad eos hereditas descendenti delata, licet ex potentia sanguinis, vel iuris deliberandi sic, vt ibi.
- 12 Ascendentes agunt ad supplementum legitimi eo quod necessarij sunt heredes descendendum num. 11.
- 13 Parentem rumpe re testamentum quoad legitimam portionem tantum si extraneus institutus sit. 13.
- 14 Aequiparationes, plures inter successiones ascendentium & descendendum inuicem habendas à nume. 14. & 20. cum sequentibus pluribus & in numero 14. & 38. primo quoad querelandum testamentum, & nu. 16. remissive plures differentius vide.
- 15 Ius agentium ad supplementum legitime eodem tempore præscribitur quoad ascendentes sicut quoad descendentes & quo tempore. 15.

- 16 Eodem etiam modo nullum grauamen imponi potest in legitima ascendentium sicut nec descendantium. 16.
- 17 Onus & grauamen bona diminuit. 17.
- 18 Patre non reclamante de grauamine in legitima appposito, an hæres eius reclamare poterit. 18.
- 19 Filius eo ipso quo adiit hæreditatem censetur à iure exclusum grauamen à legitima. 19. Vbi idem in patre respectu filij.
- 20 Filius si non grauauerit patrem in legitima, sed uenientes abinstato an valeat tale grauamen. 20. & ibi quid quoad filium.
- 21 Grauamen filio factum in eo quod est ultra legitimam valet. 21.
- 22 Querelam non præparatam an transmittat ascendens ad suos. 22.
- 23 Ascendentes an succedant descendentes pleno iure. 23.
- 24 Sicut filio consentienti grauamen potest imponi in legitima per patrem ita patri consentienti per filium. 24. & 44.
- 25 Iuramentum an requiratur per patrem fieri in renuntiatione legitimi filij. 25.
- 27 Ascendentes naturales per lineam maternam an succedant filiis naturalibus etiam relinquentibus filios legitimos & naturales & è contra. 27.
- 29 Mater sicut potest, filio adulterino quintum legare ita è contra filius matri si filius descendentes reliquit. 29. nisi ut ibi mater plusquam quinque filios haberet.
- 30 Filius non potest, legare quintum si amplius quam sex filios habeat. 30.
- 31 Pater an succedat filio legitimo habenti filios legitimos & naturales. 31.
- 32 Parentes clerici non succedunt filio suo, sicut neque ipse filius ipsis. 32.
- 33 Statutum faciens filios spurios successibiles nihil valet. 33.
- 34 Filij clericorum in sacris an succedant consanguineis ex parte matris. 34. & 35.
- 35 Incestuosi & adulterini licet instituti hæredes à patre prohibeantur non si ab alijs instituerentur. 35.
- 36 Libertus si filios habet excluditur ab eius successione patronus, si etsi parentes libertus habeat excludetur patronus. 36.
- 37 Pactum sicut non valet ut filius à petitione legitime & eius supplemento impediatur, sic neque ut pater. 37.
- 38 Ius emphyteuticum sicut transit in filium etiam patre potentiorum ita & è contra. 38.
- 39 Pater sicut potest, de quinto bonorum inter extraneos disponere & de tertio inter filios, ita filius carens descendentes poterit de duobus tertijs disponere. 39. Vbi reprobo.
- 40 Sicut filius bonis patris renuntians non censetur legitima renuntiare an idem sit in patre. 40.
- 41 Legitima patri debita in bonis an titulo institutionis sit relinquenda sicut filij. 41.
- 42 Filius sicut non priuatur legitima ob omissionem executionem testamenti patris, ita & è contra respectu legitime patris. 42. & an idem ob non inuentarium confectum.
- 43 Filius legitimatus per oblationem curiæ sicut habet beneficium successorij edicti, ita & pater in bonis filij. 43.
- 44 Differentia emancipationis & patria potestatis sublata est hodie & quomodo, & an ad querelandum testamentum patris, vel filij sit necesse agnoscere bonorum possessionem. 44.
- 45 Descendentes sicut non computant fructus perceptos mortuo patre in legitimam sed pro rata capiunt eos ita & ascendentes. 45.
- 46 Descendentes sicut succedunt ex testamento minus perfecto parenti testamenti an ita è contra ascendentes descendentes. 46.
- 47 Filij sicut non priuantur sua legitima per ingressum patris in monasterium & an idem in ascendentes per ingressum filij. 47.
- 48 Ius disponens quod si mater aut alius ascendens non petierit tutorem filio intra annum à morte patris, perdat filij successione an per. l. nostram corrigatur. 48.
- 49 Legitima licet debeat ascendentes in bonis descendentes sicut debetur descendenti in bonis ascendentium, non tamen cum eiusdem qualitatibus & prærogatiuis sicut descendentes. 49. & ibi ponuntur aliqua exempla.
- 50 Iure civili qualiter ascendentes descendentes succedebant & quid hodie. n. 50. Vbi ampliat & de fructibus & de Castrensibus & quasi & iterum in n. 54.
- 51 Ascendens an possit in totum alienare bona prouenientia ex filij hæreditate tam in usufructu quam in proprietate alijs filijs existentibus. n. 51.
- 52 An bona habita ab vno ex filijs possit pater cui velit aliorum filiorum donare. 52.
- 53 Si filius & uxor eius faciunt pactum de sibi inuicem succedendo an hoc modo poterit pater excludi à bonis huius filij. 53.

- 55 Filius disponit de tertio bonorum Castren-
suum, vel quasi tam in proprietate quam in
usufructu, secus de aduentitijs in quibus pa-
ter habet usufructum, secus si neque in
eis haberet. 55.
- 56 Aduentitia sunt prouenientia ab imperiali
liberalitate. 56.
- 57 Dictio, qualquier, posita post verbum, omnes
omnia comprehendit sine exceptione. 57.
- 58 Filij clericij testamentum non subiacet quere-
lae, si de bonis intuitu ecclesiae acquisitis
disponit. 58. dum tamen non sit ultra ter-
tiam partem dispositum. 59.
- 60 Militis testamentum patrem prateruentis
subiacet querele. 60. vbi idem in testamen-
to clericij.
- 61 Nulla est iam facienda distinctio bonorum
patris & matris in successione ascenden-
tium. 61.
- 62 Ascendentes an succedant descendentes in
bonis feudilibus emphyteoticis & maiora-
tus. 62.
- 63 Fœdum & maioratus respiciunt lineam de-
scendentium. 63. nisi vt ibi.
- 64 Filius adoptiuus an succedat patri adopti-
uo exclusis patris adoptiui descendenti-
bus. 64.
- 65 Filius si exheredat filium suum & instituit
extraneum & causa prateritionis iustifice-
tur, an admittetur extraneus institutus, vel
pater viuus. n. 65. sed an tunc filius hic auo
præferretur. 66.
- 67 Filius etiam fauore piæ causæ ultra tertium
disponere potest, si ascendentem habet, quia
hæc est regula generalis. 67.
- 68 Filius si opulentissimam hereditatem patri
relinqueret an posset ultra tertium dispo-
nere, sicut pater ditissimus ultra quintum
fauore animæ & alterius causæ piæ. 68. vbi
reprobatur opinio Larae, duas tertias dicen-
tis posse filium legare.
- 69 Filius si instituat extraneum in omnibus bo-
nis patre exheredato, vel praterito an va-
lebit in quinto institutio. 69. vsque ad.
73.
- 70 Clausula codicillaris etiam prateritione data
operatur effectus suos. 70.
- 71 Authen. ex causa. C. de liber. praterit. ita
procedit in exheredatione patris sicut filio-
rum. 71.
- 72 Pater cum à nullo præceditur competit ei con-
tra tabulas ad consequendum legitimam
dumtaxat. 72. vbi quod remedium intentat-
bit pater prateritus.
- 73 Descendens an possit tertium bonorum in
certa re assignare. 73.
- 74 Filius & descendens in vita & in morte
an possit excedere tertium modicas donatio-
nes faciendo. 74. & 86.
- 75 Cessat ex l. nostra quæstio illa num duæ par-
tes deducendæ sint. 75.
- 76 Patre consentiente quod filius testetur ultra
tertium an valebit. 76.
- 77 Renuntians iuri de futuro & nolens acqui-
rere non efficitur pauperior. 77.
- 78 Pater si donat filio vt filius alteri donet va-
let donatio. 78.
- 79 Pater bene potest pacto se excludere à descen-
dentis successione. 79. dum tamen iuramen-
to firmetur, vt ibi.
- 80 Pater an possit ultra tertium substituendo
filio pupillariter disponere matre existente
in medio. 80.
- 81 Filius non potest, de bonis patris testari, etiam
si viuo patre dicatur filius quasi dominus.
81.
- 82 Filius, vel filia an de promissis in dotem pos-
sint disponere in tertio. 82.
- 83 Stante statuto quod vir lucretur dotem, lu-
crabitur etiam dotem promissam. 83.
- 84 Pater si accuset mortem filij & condemnet
occisorem in certa quantitate an de illa
soluetur tertium legatum ab ipso filio.
84.
- 85 Ius faciendi pacem cum occisore defuncti
competit filio etiã si non sit hæres, quia non
est ius hereditarium. 85. & sic non cense-
tur talem filium adijisse ex hoc hereditatem
patris, vt ibi, vt idem in patre diximus,
nisi vt ibi.
- 87 Qui sunt illi qui sunt de trunco & an in eis
succedatur ab intestato & ordinæ successio,
& habeat locum representatio. 87.
- 88 Consuetudine an effici possit vt forus hic de
trunco & radice etiam contra testamen-
tum locum habeat. 88. & ibi quod fructus
etiam veniunt.

Lex i. Quæ erat l. 6. Tauri.

S V M M A R I V M.

Ascendentes legitimi succedunt descen-
dentibus suis sicut ipsi legitimi descenden-
tes in eis nisi locis vbi bona ad truncum
deueniunt possunt tamen ipsi descendentes
de tertio bonorum disponere.

HAbesque pro introductione notare quod
legitima, quæ debetur parentibus in bonis
filiorum, non debetur de iure naturali, sed tantum
de iure

1 de iure positiuo miseracionis causa in solatium liberorum amissorum secundum Ant. Gom. tom. 1. c. 4. num. 7. post medium per text. in l. scripto versi. ff. unde liberi, vbi aliqua ex hoc inferit, quæ tanquam sine controuersia relinquo. Item aduerte legem hanc tractare solum de successione ascendentium in bonis descendentium suorum naturalium legitimo matrimonio habitorum

2 tam ꝑ ex testamento quam abintestato, itaque ut aduertit bene Matienço hic glos. 1. legitimis consideratur respectu descendentium, nam & patres naturales & spurij descendentibus suis legitimis & naturalibus hæredes sunt deficientibus descendentibus ipsorum descendentium.

3 Ibi. Los ascendentes legitimos. Ascendentes ꝑ enim succedunt descendentibus prout probat text. in l. nam & si parentibus ff. de inoffic. test. & text. noster in presenti per quem correctâ est l. 4. tit. 13. p. 6. & l. 10. tit. 6. li. 3. fori. secundum Duenas reg. 61. istam regulam ampliantes & limitantes allegantem, & per Rojas in epitome de successione ca. 29. vbi in ca. 30. ponit 23. casus in quibus deficit hæc reg. & in cap. 31. describit 26. casus vbi hæc successiones differunt, intelligeque succedere ascendentes suis descendentibus legitimis siue masculi siue femina ascendentes sint, secundum Ant. Gomez, tom. 1. cap. 1. numero 3. licet aliquando ex natura oneris appositum in successione per prædecessores femina exclusæ videantur, secundum glos. mugeres, in l. 3. tit. 13. p. 6. & ideo succedent ascendentes descendentibus sicut descendentes ipsis, vt & hæc similitudinis ratione etiam quoad naturales ascendentes similitudinariè procedant, præsertim quoad matres naturales, secundum glos. los bienes l. 11. tit. 13. p. 6. est enim regu. generalis & communis etiam inter

4 naturales tantum, quod quemadmodum filius ꝑ & descendens naturalis tantum succedit parentibus naturalibus ita & eodem modo ascendens naturalis succedit descendenti naturali, text. in auth. quibus modis natur. efficiantur sui §. si quis igitur, & ibi Bart. & probat. l. 8. tit. 13. p. 6. & infra hac l. in glos. como lo son, latius dicemus: quod tamen intelligerem ex text. in l. 9. Tau. qua est l. 7. huius tituli, nisi esset talis filius naturalis natus ex damnato coitu & punibili, vel esset filius clerici, vel religiosi, quia tunc quemadmodum ipse filius non potest ascendenti alicui etiam ex parte matris prouenienti succedere ex l. illa, sic neque ipsi ascendentes ei, quod an indistincte procedat, dicemus alibi, ex quo inquit glos. illa, los bienes in d. l. 11. tit. 13. p. 6. quod mater aut auia naturales tantum succedunt filio vel nepoti naturali etiam filios habenti, cum nullo iure caueatur secundum glos. illam quod obstat sibi filij, contra quod tamen si hoc voluit dicere glos. illa & Matthesilan. per eam allegatus, videtur tenendum ex supra dicta regula, scilicet quod quemadmodum descendentes succedunt ascendentibus, sic & e contra: sed attendita illa. l. 7. 1. isto ritu. filius naturalis non succedit patri aut matri habenti filios naturales & legitimos neque ex testamento neque abintestato, nisi tantum in quinto pro alimentis, quod quintum & extraneo cui libet relinqui potest, ergo maiori ratione non succedet pater aut mater naturalis filio naturali habenti filios legitimos & naturales cū maiori vinculo

descendentes ascendentibus, scilicet iure naturali & itidem diuino, vt quia filius ergo hæres, quam succedunt ascendentes descendentibus, qui quidem ascendentes, vt dixi supra proxime, in solamen liberorum amissorum admittuntur: & de iure positiuo, & sic glos. illa videtur se ibidem in hanc partem inclinare contra Matthesila. & bene, de quo, & latius in glos. como lo son, infra hac lege dicemus.

Ibi. Por su orden, y linea derecha. Sed num si pater ꝑ & mater sint superstites filio legitimo & naturali decedenti prius pater quam mater admittetur an vero simul ambo, & licet iure. ff. & codicis, pater in successione filij intestati matri præferatur. l. 2. §. obijcitur ff. ad Orf. l. 2. C. ad Tertu. hodie tamen ad successione filij intestati pater & mater simul admittuntur ex text. in authen. defuncto C. ad Tertu. l. 4. titu. 13. p. 6. faciunt notata per Couarru. in epitome de successione abintestato num. 1. vbi ampliatur etiam si pater sit manumissor, idest emancipator, nam nihilominus non præfertur matri, vt ibi per eum, sed iam quod simul admittantur pater & mater ad successione dicti filij intestati succedet pater in bonis, quæ filio ꝑ huic obuenerunt à patre vel ipsius patris contemplatione & causa, mater vero naturalis quæ ab ipsa matre, & eius euenerunt occasione, & in hoc differentia erat inter doctores antiquos, prout licet videre ex Couarru. vbi supra numero 2. Crasso lib. sententiarum §. successio quaest. 22. num. 5. sed secundum eundem Couarru. ex d. l. 4. titu. 13. p. 6. & ex l. nostra sublata est differentia hæc nam abique alia distinctione æqualiter pater & mater tunc succedunt, prout & tenet Villalobos in sua Antinomia iuris ciuili, & regij litera F. num. 37. & glos. igualmente in eadem l. 4. & post hac vidi Matienço glos. 3. hic num. 17. ita tenentem & fundatam, & hanc communiorum, & tenendam dicit Crassus, vbi supra nisi secundum Couarru. vbi supra in locis vbi seruatur lex fori quam ibi allegat, quia in illis eius vsus obseruabitur cum & lex nostra in fin. verbis ipsiusmet, limitet dispositionem generalem vt non procedat in locis vbi consuetū est bona ad truncum redire, quidquid velit Castillo hic verb. por su orden, dicerem forum hunc esse vniuersalem in toto regno, fallitur enim nā in pluribus locis huius regni non seruatur forum hic, sed in simul ac sine distinctione pater & mater & alij ascendentes secundum ordinem, & prærogatiuam succedunt suis descendentibus legitimis & naturalibus tam ex testamento quam abintestato, nisi solum in tertio de quo possint descendentes ij disponere dum ascendentes tantum habent, ex lege nostra, ita vt nullus locus sit representationi ꝑ inter ascendentes dum descendentibus succedere volunt, secundum Antonium Gomez in l. 6. Tauri numero 5. 6. & 7. & Tellium numero 6. & Pala. Ru. num. 9. & 10. & Matienço hic glos. 3. numero 12. & 13. & hanc tenendam dicit Crassus quaest. 22. num. 6. & pro aliis declarationibus circa successione filij intestati inter alios ascendentes quam patres vel inter fratres ipsius filij intestati existentibus ascendentibus, videndus est Couar. vbi sup. numero 4. cum sequentibus & Matien. hic in dict. gloss. 3. est tamen dubium, quid si mortuo patre pluribus filiis ex vxore relictis vnus eorum, quia emancipatus erat, petijt legitimam

legitimam patris sui cum qua plura alia bona adquisiuit tandem eo mortuo matre illa superstitite hæredante bona illius filij mortui dubitatum fuit num bona illa illius filij adquirentur matre illa mortua aliis fratribus vtrinque coniunctis præcipua aliis fratribus ex parte ipsius matris tantum coniunctis exclusis ex priori marito habitis, an vero omnes in simul admitterentur ad bona hæc tanquam ad matris bona, & tenendum est quod omnes admittantur, † quoniam cum semel bona hæc in potestatem huius matris intrauerint, eius effecta sunt pleno iure, quandoquidem post alias nõ contraxit nuptias: eo quod est regula huic proposito quadrans, scilicet quod postquam bona sunt vnita & incorporata patrimonio alicuius nunquam admittitur † distinctio & separatio bonorum nisi in casibus à iure expressis argu. l. 1. §. præterea ff. de separatio. l. sed si plures §. filio impuberi. ff. de vulg. l. fin. in fi. ff. de inofficioso testam. gloss. & Docto. in l. 1. §. veteres ff. de acquir. possessio. teste Matien. hic in gloss. 3. numero 17. neque obstat huic nostræ sententiæ. tex. in l. 6. tit. 13. p. 6. quoniam ibi solum tractatur in successione fratrum respectu aliorum fratrum, non vero in successione matris de quo nos hac in quest. tractamus. & idem tenet Anto. Gom. l. 8. Tau. numero 8. & gloss. 1. in dict. l. 6. & Couar. in epitome de successio. ab in. numero 8. & 9. & Matien. l. 5. gloss. 1. numero 12. infra cod.

Ibi ex testamento, & sic iam clarius ex hac l. nostra procedunt illa quæ de iure ciuili statuta erant, secundum quod ius ciuile non licebat filiis parentes præterite aut exhæredare sine causa non solum si testaretur filius de peculio quasi Castrensi sed & de Castrensi, & hoc non solum quoad patrē sed & quoad matrem procedebat secundum Iulium Clarum lib. 3. Selectarum. §. testamentum quest. 48. numero 49. & ex l. nostra id probatum clare vides vt scilicet excepto tertio non possunt filij ascendentes † præterite sine causa, cum ea tamen possunt sicut & de iure ciuili poterant causasque licet succincte refert Clarus ibi.

Ibi, Les sean legitimos herederos, intellige legitimos, id est necessarios secundum Minchacam tomo. 1. de successio. §. 1. numero 9. & Suarez in praludijs l. quoniam numero 12. C. de inofficioso testamento ex quo ipse Minchaca ibidem, optime quærit ad legem nostram, num tales ascendentes succedendo descendentes sicut descendentes ipsi, vt in hac lege in glo. como lo son dicemus, nimirum si sinitatem non habeant sicut descendentes habent, & sic ex potentia sinitatis non transmittitur ascendentes hereditas descendenti suo delata intestato decedenti & non aduenti eam propter mortem obuientem, licet bene ex potentia sanguinis vel ex capite iuris deliberandi vt per Ant. Gomez tomo. 1. cap. 9. num. 48. quidquid ipse in pres. num. 10. in fin. aliud velit, infertur etiam quod cum necessarij sint hæredes ascendentes descendentes suis legitime possunt ascendentes agere ad supplementum † legitime, sicut ipsi filij possunt secundum Suarez ubi sup. pag. 7. numero 12. & Ant. Gom. tom. 1. ca. 11. numero 24. in medio & communem dicit Mincha. de succes. creatio.

§. 30. numero 85. & Crassus receptorum sententiarum verbo legitima quest. 35. & itidem ius dicendi nullum eis competit vt per nostrum Gutierrez in repetitione l. pater filium numero 14. ff. de inoffi. testamento, per tex. in l. 1. in fin. tit. 8. par. 6. & ibi nu. 16. inquit idem Gutierrez, parentem rumpere tantum quoad legitimam portionem, † si extraneus institutus sit, licet meo videri per d. l. 1. in fin. tit. 8. par. 6. idem videtur dicendum in parente quod in filio, nisi in casibus positus per l. 11. tit. 7. par. 6. & per Castillo hic in gloss. succedam, vbi ad quindecim casus adimplet eos. Ex quo resultat optima conuenientia inter descendentes, & ascendentes circa eorum reciprocam successionem, scilicet, quod sicut descendentes non † possunt querelare patris testamentum in quo integra legitima non est eis relicta, sed tantum possunt agere ad supplementum legitime secundum tex. in l. omni modo C. de inoffi. testam. tex. in l. 5. tit. 8. par. 6. ibi gloss. fin. hoc ampliat aliquibus modis & Anto. Gom. tom. 1. cap. 11. numero 32. nisi pater talis instituisset turpem personam, quia tunc posset filius in totum testamentum illud querelare secundum Suarez ubi sup. pag. 9. numero 15. vers. non est omittendum, sic & eodem modo ascendentes non possunt querelare testamentum descendentium, in quo ipsis ascendentes, aliquid sed non integre pro legitima relicta est, sed tantum ager ad supplementum, quod voluit glo. illa fin. in dict. l. 5. tit. 8. par. 6. sic eodem tempore ius hoc agendi † ad supplementum legitime præscribitur quoad ascendentes, quo præscribitur quoad descendentes, & quo tempore præscribitur tradunt optime Ant. Gom. & gloss. illa ubi sup. & Crassus in d. verbo legitima quest. 47. eodem etiam modo ex eo quia ascendentes necessarij hæredes sunt descendentes, nullum grauamen in legitima * per descendentes eis imponi potest secundum Suarez ubi sup. numero 13. & iterum in ead. l. quoniam 16. ampliatione per totam pag. 99. vbi numero 4. cum sequentibus, ponit differentias aliquas inter ascendentes, & descendentes reciprocam successionem, quem omnino vide, & idem videtur tenere dicens communem Anto. Gom. tom. 1. cap. 11. numero 24. teste Crasso ubi sup. verbo legitima quest. 40. numero 2. Neque obstat quod ascendentes non debetur legitima de iure naturali sicut descendentes, & sic non videtur idem dicendum in vno casu quam in alio. Nam respondeo quod in l. nostra parificatae sunt successiones hæc, quantum ad debitum legitime, & sic idem ius dicendum est, nam cum descendentes solum detur facultas disponendi de tertio bonorum suorum si non habent descendentes, sed ascendentes tantum, omnia alia bona ascendentes sunt relinquenda iubente lege nostra si in istis aliis bonis grauamen aliquod per descendentes proponi posset, iam minus quam lex dicit nostra ascendentes relinquere, quia onus, * & grauamen bona dimiuit. l. fundi partem ff. de contrahen. emp. igitur habemus intentum. Sed quid si patri imponatur grauamen in legitima si pater non reclamatur, an eius hæres in quem transmittitur ius aduenti poterit reclamare, * tractat in filio Ant. Gom. tom. primo, capitulo undecimo, numero 25. vbi inquit quod poterit, gloss. tamen in l. 11.

in l. 11. gloss. 1. titul. 4. p. 6. allegat Socin. in contrarium *confi. 116. num. 19. cum sequentibus, lib. 1.* Sed concordia dari potest ex qua quidem patebit cessare contrarietatem, scilicet, quod si filius iste grauatus in legitima mortuus est adita hæreditate illa, transmittit in hæredem ius petendi, vt grauamen illud à legitima reijciatur, eo quod, eo ipso quod filius adiuuit, reiectum fuit à iure grauamen illud à legitima, etiam si in distincte filius hic adisset *secundum Suarez in d. l. quoniam 9. ampliatione, & Ant. Gom. d. numero 25. & restatur communem Moncha. tom. 1. de succes. creatione §. 10. numero 541. in princ. sed si filius non adisset, & sic ius ad eundem transmississet in hæredes suos, non poterunt petere reijci grauamen illud de legitima, & ita expresse loquitur Socinus ubi sup. quod alibi non legisse gloss. 1. illa testatur, in d. l. 11. titu. 4. p. 6. & per consequens idem & à fortiori dicamus respectu patris, scilicet quod si cum grauamine ei legitimam relinquat filius, non transmittatur ius petendi vt grauamen illud reijciatur de legitima, si antequam adiret pater iste mortuus est, secus vero si iam adita hæreditate moriatur, & est mea ac noua consideratio, eo quod etiam ad reiciendum grauamen de legitima vt dictum est æquiparantur ascendentes cum descendentes, licet in iure agendi ad supplementum legitimæ, aliud esset dicendum, hoc enim ius filius transmittit ad hæredes suos etiã extraneos, tamen filius nunquam agnouerit hæreditatem *secundum Bald. in authen. presbyteros C. de episco. & cleri. & hanc veriorem, & communio-rem testatur Menchaca. d. §. 10. numero 154. & 522. cum sequentibus teste Crasso in d. verbo legitima. quest. 38. quamuis contrariam tenuit gloss. in l. scimus C. de inoffi. testam. & communem testatur ibi Ias. vt inquit Crassus ubi sup. secundum quem à dicta veriori & communiori non est recedendum.* Est tamẽ verum quod si filius non grauauerit patrem suum in legitima, sed venientes abintestato ipsius patris, valeret tale grauamen, et sicut & valeret quoties pater non ipsum filium in legitima grauaret, sed eius venientes abintestato, vt optime per Suarez in d. l. quoniam limitatione 16. num. 15. pag. 112. & Ant. Gom. tom. 1. cap. 4. num. 12. versi. vnum tamen & Couar. in c. Rainuntius §. 5. num. 5. versi. est tamen aduertendum, & hanc testatur communem Costa in cap. si pater. verbo legauit num. 14. & alij relati per Crassum, ubi sup. quest. 39. numero 6. & tunc in dubio an ab hærede an vero à venientibus abintestato censeatur relictum, dubitat Suarez ubi sup. numero 20. licet quoad pupillarem substitutionem hæc adequatio procedere non posset, nam ascendentes substitui pupillariter non possunt sicut descendentes, & in dicto casu si descendens esset pupillariter substitutus vel etiam fideicommissariẽ, ita vt eo moriente venientes abintestato tenerentur propter grauamen eis impositum restituere, & naturales descendentes illi cui pater iussit cessabit hoc fideicommissum filio tali adimplente ætatem pupillarem *secundum Suarez & Ant. Gom. ubi sup. & Crassum d. quest. 39. num. 7.* Itidem notandum quod in residuo ultra legitimam valebit grauamen et filio factum, licet in legitima non valeret, *secundum dictos ex l. scimus §. cum autem C. de inoffi. testam. gloss. per tex. ibi in l. 11. titu. 14. par. 6. verbo, no empecen, & Mo-**

lina de primoge. lib. 2. cap. 1. num. 29. cum sequentibus & Crassus in d. q. 39. numero 23. & an querelam et non præparatam transmittat ascendens ad suos, vide per Suarez ubi sup. 16. ampliatione pag. 101. quæ quidem supra dictæ conuenientiæ successio- num ascendentes & descendentes optime sunt, & infra ead. l. in gloss. como lo son, alias inferemus, & an succedant tales ascendentes descendentes pleno iure et tradit Boerius *decisio- 23* sione: 185. numer. 5. 6. 17. & 18. vbi inquit quod sic & verum est, nisi pater vel talis ascendens secundo nubat alijs descendentes primi matrimonij superstitibus, nam tunc quoad vsum fructum succedat, facta alijs filiis reservatione de proprietate prout in suo loco remanet dictum. Sed num sicut filio consentiente potest per patrem imponi grauamen in legitima, vt diximus in l. 3. in gloss. el fijo titul. 6. sup. hoc lib. poterit & patri consentienti et per filium in legitima grauamen imponi, videtur dicendum quod sic *ex dictis, & tradit optime noster doctor Gutierrez in capitu. quamuis pactum, verbo quamuis pactum. numero 15. cum pluribus sequentibus de pactis in 6. & ex dictis per Anto. Gomez, in l. 22. Tauri, numero 3.* ex quibus erit iste vnus casus in quo potest descendens ascendenti præiudicare in legitima sua, scilicet, quoties patre ipso consentiente filius renuntiat legitimæ suæ in aliquem ex fratribus suis vel patres ipso consentiente filius testatur de legitima sua in fauorem alterius fratris, paterque ipse hoc consensu vult se excludere à successione talis filij iuratque consensum, exclusionem, & renuntiationem, aliter enim sine iuramento patris non valeret talis et renuntiatione *se- 25* cundum Tell. hic numero 64. & Molin. de primoge. libro 2. capitul. 3. nume. fin. quidquid velit Anto. Gomez. tom. 1. capitul. 4. numero 7. post medium, tunc enim mortuo filio hoc non poterit pater eius testamentum tale querelare, eo quod alteri legitimam suam filius talis reliquit, quandoquidem patris ipsius consensus adfuit, potuitque pater iuri illi de futuro renuntiare, neque dicitur ex hoc alijs filiis præiudicium generari ex l. qui autem ff. de ijs que in fraud. cred. & ex dictis per Gutierrez *dict. capitulo quamuis pactum in principi. numero 6. pagin. 373.* ex quo declaratur id quod ipse ibidem nouissime voluit asserere *sub numero 14. pagina 377.* scilicet quod si filius vel filia renuntiantes haberent patrem vel ascendentes, non præiudicaretur eis mortuo filio renuntiante, quia istud est verum nisi talis parens vel ascendens renuntiasset in vita talis filij successioni & legitimæ eius & iuraret renuntiationem, & licentiam præstitam filio huic disponendi de omni legitima sua, nam tunc mortuo tali filio non poterit pater hic reclamare.

Ibi, *Como lo son los descendientes a ellos,* Eodem enim modo sicut descendentes ascendentes succedunt, iam hodie ipsi ascendentes descendentes succedunt, et quæ quidem regula ita indistincte affirmatiue procedit, quod nullus locus dubitationi relinquitur, *secundum Tellum hic numero decimotertio, & adeo procedit & vera est quod procedit non solum in ascendentes legitimis, & naturalibus, siue masculis siue*

fœminis,

fœminis, secundum Anton. Gomez, tomo primo, capitulo 1. numero 3. licet aliquando ex natura oneris apppositi censeantur fœminæ exclusæ secundum gloss. mugeres l. 3. titulo 13. parti. 6. verum & procedit dicta regula in ascendentibus tantum naturalibus, & sic in illis casibus & in illa portione succedunt ascendentes descendentibus naturalibus tantum, in quibus & in qua ipsi descendentes naturales succedunt ascendentibus suis naturalibus, secundum Bart. per tex. *ibi in authentic. quibus mod. natura. effici. sui. §. si quis igitur, optimam l. 8. titulo 13. parti. 6.* etiam si sint spurij vel alterius cuiuscunque qualitatis, secundum communem & veram assertam per Tell. l. 6. Tauri, numero 13. licet ascendentes naturales per lineam maternam habeant aliquid aliud plusquam ascendentes per lineam paternam, eo quod ascendentes per maternam lineam succedunt filiis naturalibus, etiam habentibus filios

27 † legitimis & naturales, sicut & ipsi filij & descendentes naturales succedunt ipsis matribus naturalibus habentibus filios legitimis & naturales secundum tex. in l. 11. titu. 13. parti. 6. & *ibi glo. los bienes*, quæ in tantum hoc verum esse credit gloss. illa quod etiam si attenda. l. 9. Tauri, quæ est lex, infra isto titu. & lib. filius naturalis non possit succedere matri naturali habenti filios legitimis & naturales, in correctionem, d. l. 11. adhuc tamen ipsa mater poterit succedere filio naturali habenti alios legitimis filios & naturales, ita ut cum eis in successione concurrat, eo quod non reperitur in iure cautum quod isto casu filij illi legitimi, & naturales matri huic obstant, neque ob stare huic opinioni glo. illa inquit communis illa regula supradicta quod par est successio descendentium & ascendentiũ reciproca quia inquit gloss. illa quod hæc regula non procedit quantum ad ascendentes naturales per lineam maternam, & nihil allegat, nisi doctrinam Matthesilani, & posset hoc etiam colorari ex d. l. 8. titu. 13. p. 6. in fin. dum *ibi* ponendo dictam regulam in patre non loquitur in matre, sed ego attenda dicta regula communi reciproca successione ascendentium & descendentiũ, teneo contra hanc opinionem & considerationem illius glo. d. l. 11. imo quod sicut naturalis descendens non succedit matri suæ habenti filios legitimis & naturales, ita neque ipsa mater succedat descendenti naturali habenti filios & descendentes legitimis & naturales & ita communi obseruantia obtentum est præsertim cum ex d. l. 9. Tauri, tunc demum naturales & spurij matri hæredes sunt, quoties matri huic deficit legitima & naturalis soboles, & sic è conuerso idem dicendum est respectu matris, neque imaginare possum vnde Grego. Lopez, priuilegium hoc tribuerit matri & maternæ lineæ, & paternæ silentium imposuerit, cum ex d. l. 9. & 10. Tauri sit correctæ. d. l. 11. titu. 13. parti. 6. ut *ibidem* ipsemet fateretur, maxime cum tex. in d. *authen. quibus mod. naturales efficiantur sui §. de neptibus* per verbum *parentes*, loquatur, quod quidem ita matrem, sicut patrem comprehendit, & alios ascendentes ultra eos, inquit enim tex. ille, in quibus casibus naturales filios vocabimus ad successiones, in iis quoque & ipsi descendentes naturalibus patribus deuotionem seruent, eademque

mensura sicut parentes prospiciunt, & naturalibus filiis secundum l. nostram, eadem & ipsi parentibus compentent, siue in successione, siue in alimentis, quem tex. & alios similes allegat & commendat Ant. Gom. in l. 9. Tauri, numero 8. æqualis est enim successio parentum, & filiorum in affirmatiua regula succedendi secundum Tell. hic d. numero 13. cuiuscunque qualitatis sint secundum eum *ibi*, cum ergo in his iuribus ita reperiatur dispositum, nescio quo modo Grego. se singularem in dicta opinione facere voluerit, & tandem ipse in hoc inclinare voluit contra dictum Matthesilani per eum *ibi* relatum, & sic æqualitatem nostri tex. successione reciproca ascendentium & descendentium ad inuicem etiam ad naturales extendes. Ex qua quidem nostri tex. æqualitate dicendum est quod sicut filius legitimus & naturalis præteritus à suo patre vel ascendente alio annullat testamentum, sic & ascendens præteritus à descendente suo † legitimo & naturali, ut probat optima lex part. 1. titu. 8. parti. 6. & tradit Anto. Gom. tom. 1. varia. cap. 11. numero 35. & 36. & diximus in l. 8. titu. de las mejoras sup. hoc lib. in gloss. 1. ubi posui optimam. quæst. cum descendens relicto & præterito ascendente extraneum aliquem instituit, & apposuit clausulam codicillarem in testamento illo, quod tunc virtute illius clausulæ saltem in tertio bonorum de quo descendens ille disporre poterat relicto ascendente, sustinebitur institutio illa, quod est optimum & habui in facto ut *ibi dixi late*, ex hac etiam æqualitate infero quod quemadmodum mater filio suo adulterino potest quintum bonorum legare, de quo pro anima sua disporre poterat, sic & adulterinus matri poterit quintum legare † si descendentes haber, de quo pro anima disporre potest, secundum tex. hic, & hoc siue habeat filios legitimis, siue non, diuites vel pauperes, secundum Tell. in l. 9. Tauri, numero. 34. & hoc dum tamen non habeat mater plures quam quinque filios cum illegitimo illo, quia si haberet non posset totum † quintum relinquere illi secundum Tellum in diff. l. 9. numero 26. & sic neque quintum legare ex l. nostra filius poterit, si amplius quam sex filios habeat, ne plus illegitimus capiat, quàm quilibet legitimorum capit ex bonis talis matris, vide etiam dicenda. l. 10. numero 38. infra isto titu. Est tamen optimum dubium, dicta æqualitate successione nostri tex. inter ascendentium, & descendentium successiones inuicem, & reciprocè existente: ponamus enim præsupposita dispositione. l. 12. Tauri posita sub l. 10. infra hoc titulo disponente legitimatum filium non succedere cum legitimis, & eis existentibus, num isto casu pater eius, & sic ascendens succedet filio huic legitimo habenti filios naturales † & legitimis, 31 ita quod cum eis concurrat in tali successione, & videtur quod non, ut æqualitas seruetur, nam si in vere naturalium & legitimorum descendentiũ reciproca successione debet æqualitas ex tex. nostro seruari, à fortiori & in legitimorum per dispensationem successione, nam propter vnum quodq; tale, & illud magis, in contrarium tamè imo quod filio huic legitimo succedat eius pater, aut alius ascendens concurrente cū legitimis & naturalibus, facit quia licet filius relicto paterno

ternæ hæreditati ex capitul. quamvis pactum, de pactis in 6. non possit esse hæres patri, tamen ipse pater, ipsi filio si moritur hæres esse potest, & est, sed legitimatus iste est istius conditionis, ergo : item quia eo ipso quod filius legitimatur intelligere debuit quod legitimatio fit cum illa conditione, quod cum filiis legitimis non succedat, cum ex dict. l. 12. Tauri, sic dispositum reperitur, ergo ex pacto se exclusit, quod quidem pactum patri non nocet, imo potius eum voluit habere hæredem, & his fundamentis istam quæstionem indecisam reliquit Tellus in d. l. 12. Taur. num. 43. mihi tamen licet aliquando placuerit hæc, secunda opinio quam Tellus ubi sup. iustam & æquam esse asserit, nunc tamen displicet admodum, & iniquam reputo ex dicta communi regula & æqualitate dictarum reciprocarum successio- num ascendentium & descendendum, & ex dicto argumento à fortiori à maiori ad minus negativè proposito, scilicet quod inter vere legitimos, & naturales descendentes non datur dicta concurrentia legitimati cum vere legitimis patri eorum, ergo & à fortiori minus dabitur ascendenti huius legitimati filios legitimos & naturales relinquenti. Neque obstat primum fundamentum dictæ secundæ opinionis nam ibidem non præsupponitur filium illum renuntiantem filios legitimos & naturales habuisse, quoniam si id præsupponeretur falsissimum esset patrem tali filio renuntianti simpliciter succedere posse, ex l. nostra in defectum talium descendendum ascendentes vocante. Neque itidem obstat, secundum fundamentum, nam si intelligere debuit legitimatus, se legitimatum cum illa conditione, ut si pater eius filios legitimos, & naturales haberet non succederet cum eis, idem etiã ipse pater debuit intelligere se non successurum filio legitimato descendentes relinquenti, quia legem nostram id prohibere videmus, item quid quæso operatur legitimatio erga patrem, certe nihil, quia ipsi filio prodest, & in eius favorem fit, ergo non debemus inducere favorem patri ex tali filij legitimatio- ne cum nullum favorem ipsi filio legitimato resultet circa patris legitimantis successio- nem relinquentis filios vere legitimos & naturales, ergo vera remanet & tenenda prima contra Tellum opinio ex dicta æqualitate successio- num reciprocarum ascendentium, & descendendum.

32 Vterius ex hac eadem æqualitate inferitur etiam, quod sicut neque filius clerici in sacris constituti, non succedit patri, neque matri ut paulo post dicam, ita neque ipsi parentes tali filio succedent secundum Auenda. dict. capitulo 26. prætorum numero 18. in medio libro 2. ubi hanc communem dicit & tenet Couar. in epitho. 4. decretal. 2. part. capitulo 8. §. 5. numero 17. & Sylvestrum verbo filij quæstio. 4. quos sequitur eos allegando Didac. Perez, l. 22. versicul. item prohibetur columna. 164. titul. 3. libro. 1. ordina. & Tellum in l. 9. Tauri. numero 15. & Suarez l. 1. titul. 16. libro 3. fori folio 93. pagina 1. in medio, & ibi eius additio, & glossa verbo natus columna. 2. in fin. in l. 11. titulo 13. part. 6. & etiam in medio columna. 3. licet contrarium & male teneat idem glossator in l. 3. titulo 21. part. 4. in quantum dicit filium clerici matri succedere & è contra, fundando suam intentionem ex eo

quod dicta. l. 9. Tauri nihil super hoc disponit sed solum se referat ad l. de Soria quæ est l. 6. infra hoc titulo, & libro quam solum in privatione successio- nis patris loqui attestatur, non vero matri per motiva quæ ibi considerat, quibus tamen non obstantibus tenenda est prima opinio, cum dictis autoribus, imo quod neque matri succedit filius clerici neque è contra, etiam si talis mater soluta fuisset, & id ex dict. l. 9. Tauri, probatur si bene inspiciatur, nam postquam lex illa nostra Tauri quæ est l. 7. nostri tituli descripsit clausulam illam, *Que en tal caso mandamos que no puedan heredar a sus madres, ex testamento, ni abintestato successiue sequitur clausula, salvo si fueren hyos de clericos, &c.* Quasi velit lex quod tunc in illo casu cum filij clericorum sunt, quamvis mater propter concubitum illum non mereatur pœnam mortis, de qua matre in versiculo antecedente dixerat, adhuc tamen ipsi matri tales filij à clerico in sacris constituto habiti, non succedant ex testamento neque abintestato, sicut neque patri ex illa l. de Soria succederent, nam exceptio debet esse regula & versi. ille, *salvo si*, est limitatio versi. alterius, *Que en tal caso mandamos*, cumque sit prout est limitatiuus præcedentis versi. nam versus alius intermedius ab inde, *Pero bien permitimos*, est parenthesis cù versi. sequente ibi, *Y mandamos*, vsque ad versiculum, *salvo*, & sic censetur vna oratio, cum dependeat vna ab altera, & in vnum sensum omnes hæc peragantur orationes & cum sit parenthesis ad limitationem versi. *Que en tal caso mandamos*, processit dictus versi. *salvo si*, cumque sic processerit optime elicitur ex dict. l. 9. iuncta relatione d. l. de Soria, quod eadem forma, & idem ordo, seruandus in successione beatorum patris clerici seruetur & in successione matris illius filij in sacris clerici constituti, nam de hoc loquimur, præsertim cum esset occasio peccandi si matri succedere passert & per consequens intrepide tenenda est opinio dicta quod matri non succedunt filij tales clerici in sacris constituti, sicut neque ipsi patri ex testamento neque abintestato, ut tenent d. Et Doct. & nouissime Rojas de successio. abintestato, cap. 27. per totum, & Pelaez de maioratibus 2. par. quæst. 2. numero 16. quamvis Didacus Perez. l. 2. tit. 15. lib. 8. ordina. colu. 297. aliud & male contrarius sibi ipse velit tenere, imo & communis est opinio, non valere statutum spurries successibiles faciens, secundum Duchas regula. 366. ampl. 1. & Anto. Gom. l. 9. Tauri nu. 1. & gloss. l. 29. titu. 11. p. 5. cum ergo matri non succedant tales filij nati ex concubina clerici in sacris constituti neque mater eis succedet ut æquitas sit inter eos ex nostra regula, quæ & inter illegitimos datur ut dixi, & tenet Palacios Rubi. l. 6. Tauri. num. 12. & Couar. in 4. par. 2. cap. 4. §. 5. num. 17. & sup. dicti, etiam si ex vnico accessu filius generetur talis, quia dict. l. 9. Tauri non considerat concubinatum sed tantum esse filium clerici, prout tenet gloss. natus in d. l. penult. titu. 13. part. 6. & Auend. dict. cap. 26. prætorum num. 18. versi. item filius lib. 2. licet gloss. eadem in l. 3. titu. 21. part. 4. velit intelligere dum modo talis filius sit natus ex muliere pro concubina à tali clerico habita. Sed an tales filij clericorum in sacris constitutorum, succedunt cõsanguineis ex parte

34 ex parte matris, † vt nihil indissolutum relinqua-
mus & gloss. illa d. l. penult. titu. 13. pag. 6. tenet
quod bene succedent & ipsi cōsanguinei ex par-
te matris talibus filijs, eo quod in hoc casu lex
illa 9. Tauri, neque lex illa de Soria nihil dispo-
nunt, sicut quantumuis ex l. 4. titu. 3. par. 6. in fin.
prohibeantur incestuosos, & adulterinos institui
hæredes, illa tamen lex non procedit nisi tantum
35 quoad patres, † non vero quoad alios patris cō-
sanguineos, vt ibi tenet gloss. ante penult. & gloss. l.
10. titu. 13. par. 6. cum inter se habeant ius agna-
tionis & cognationis, & vtrumque tenet etiam
Castillo, in l. 9. Tauri col. fin. & optime Couarr.
in 4. par. 2. cap. 8. §. 5. num. fin. & Matien. in l.
6. gloss. 4. num. 4. cum sequentibus aliquibus & no-
uissime Spino in speculo testam. titu. de filio spurio
num. 19. licet contra videatur tenere Dida. Pe-
rez vbi sup. in d. colum. 164. in fi. versi. cum princ.
sequentis, nam Ant. Gom. quem ipse pro se allegat
non loquitur in hoc casu, quoties consanguineis
matris vult succedere talis filius clerici in sacris
constituti, & pro hac opinione, quod succedat
consanguineis ex parte matris, cum de iure regio
non reperitur aliud dispositum facit, nam de-
bet remanere in dispositione iuris communis,
secundum quod ius ex l. si spurius. ff. vnde cognati,
succedit talis filius consanguineis ex parte ma-
tris, cum qua. l. videtur concordare. l. fi. in fin.
tit. 13. par. 6. vbi gloss. l. illam, si spurius, vt con-
cordantem allegat, & quamuis dicit l. si spurius,
velint aliqui intelligere in natis ex coitu non ac-
cusabili & sic in vulgo quæsitis naturalibus, pro-
ut illa. l. fin. titulo 13. par. 6. loqui videbatur, ta-
men nomen illud, spurius, ita est generalè, quod
comprehendit etiam natum ex coitu damnabi-
li & accusabili, secundum gloss. spurij in l. 1. titulo
15. par. 4. & sic natus ex personis, in quibus
prohibetur concubinitas, secundum gloss. illam,
& sic ad filios clericorum & proprius refertur,
cumque l. illa spurius attenda, filij clericorū tran-
suerfalibus ex parte matris succedant, iureque
nostro regio id non reperitur dispositum, in di-
spositione iuris communis remansit, & sic succe-
dent, secundum quam opinionem asserit Mat-
thæus Afflictis decisione 96. reperisse sententia-
tum, licet ipse contra teneat cum Alex. & dicat
esse difficilem quæstionem & quod pro ea deter-
minanda omnia studia Italix fuerunt requisita,
tu vero hæc nota & cogita quia subtilia sunt, &
vtilia.

Vt etiam ex hac æqualitate succedendi pa-
rentes filiis & è contra, infertur etiam quod sicut
libertus si filium habet, excluditur ab eius succes-
36 sione patronus, sic & si parētes † libertus habeat,
patronum excludent, secundum Meneses in l.
cum secundum num. 9. C. de fideicommiss. vbi num.
10. idem in fratribus liberti dicit.

Item sicut non valet pactum † per quod si fi-
lius à petitione legitimæ, & eius supplemento im-
pediatur, ita neque pater à legitima bonorum fi-
lij, secundum Suarez l. quoniam in prioribus 16. am-
pliatione num. 3. folio 99. col. 2. in fin. cum sequen-
tibus.

Item & sicut in filium etiam patre potentio-
38 rem transit ius emphiteuticum, ita in patrem*
filio potentiores secundum las. in l. si ita quis. §.
ea. l. num. 13. fol. 194. ff. de verborum obli. Item no-

uissime ex hac æqualitate infert Cordoua, decla-
ra. l. si quis à liberis. §. parens, num. 24. cum plu-
ribus sequentibus fol. 208. quod sicut pater potest
de quinto † bonorum disponere in extraneos, 39
& de tertio inter filios & descendentes, sic fi-
lius possit disponere de vno tertio bonorum in
extraneos, & de alio tertio inter suos parentes,
quæ quidem doctrina, sicut est noua, ita est fal-
sissima & contra iura regia, & in consulendo
& iudicando reiicienda prout alio dicimus loco.

Sic ex eodem fonte posset determinari quæst.
à me nunc nouissime considerata, scilicet num,
sicut si filius bonis patris renuntiet ex text. in ca-
pit. quamuis pactum de pactis in 6. nihilominus † 40
legitimæ suæ non censetur renuntiasse secundum
Couarru. ibi in fin. par. §. fin. ita & pater renun-
tando bonis alicuius ex filijs fauore aliorū non
erit censendum renuntiasse quoad legitimam, si
filius ille moriatur ante patrem renuntiantem,
& postquam hæc scripseram vidi ita dictum per
nostrum Guter. in eod. capit. quamuis pactum in
princ. numero 4. vbi id videtur velle meo iudi-
cio. Quæri etiā potest in propositum, num sicut
iure ciuili attento legitima filio relinqui debet
per patrem titul. institutionis, sic & legitima de-
bita patri in bonis filij debeat relinqui † titul. 41
institutionis, & in hoc Iulius Clarus, libro 3. sele-
ctarum sent. §. testamen. quæstio. 38. num. 8. versi.
sed quero, asserit iure ciuili communem esse opi-
nionem quod sic & Rojas de succes. capit. 29. nu.
42. & 43. & capit. 31. numero 8. & 9. sed ex l. 1.
titu. de los testamentos sup. hoc lib. iam cum vt ibi
diximus teneri possit filio relinqui posse legiti-
mam per filium, relinquendā dicendum erit. pro-
ut & tetigit nouissime Meneses, in l. eam quam
num. 77. C. de fideicommiss. Nouissime etiam in-
ferri potest, num sicut filius non priuatur legiti-
ma patris, licet patris † testamentum non exe- 42
quatur secundum vnam communem & veram
opinionem neque itidem filius priuatur legiti-
ma licet inuentarium non fecerit prout omnia hæc
optime asserit Meneses in Authen. hoc amplius
num. 17. cum 3. sequentibus. C. de fideicommiss. sic
& pater in eisdem casibus non priuabitur legiti-
ma filij, & ex dicta æqualitate dicendum vide-
tur idem. Item etiam ex eadem æqualitate reci-
procè succedendi inter ascendentes & descen-
dentes resultat aliud, scilicet, quod sicut * filius 43
legitimus per oblationem curiæ, habet benefi-
cium successorij edicti de quo per Gutierrez no-
strum in repetitione l. pater filium. num. 24. 25. 40.
41. & 42. ff. de officios. testamento, neque repu-
diare talis filius potest vt in l. 12. Tauri, quæ est
10. huius tituli, ita eodem modo pater in bonis
filij, secundum Benedic. in capitulo Rainuntius ver-
bo mortuo itaque el. 2. numero 100. de testamentis.

Item etiam sicut ipse filius potest consentire
in vita patris grauamini & prohibitioni aliena-
tionis in legitima sua per patrem imposito, † vt 44
suo loco diximus, num. 24. supra & tenet Molina
de primogenus in libr. 2. capit. 2. numero 7. sic &
pater poterit grauamini per filium imposito in
legitima à filio habenda consentire, licet ipse
pater alios filios habeat, prout vtrumque ca-
sum testatur noster Gutierrez in repetitione capit.
quamuis pactum in principio. numero 32. cum 9. se-
quentibus de pactis in 6. vbi, num. 39. hanc æqui-

parationem ex l. nostra facit. Item eodem modo
 45 quo filius habet † legitimam à patre ingresso
 monasterium, qui modus secundum iura cano-
 nica constituitur facta possessione. etiam viuen-
 te patre, & secundum iura ciuilia post mortem
 eius naturalem, secundum las. in Aulhen. si qua
 mulier relatus per Villalob. in suo arario mille com-
 muni opinionum. fol. 160. litera F. eodem e-
 tiam modo pater habebit legitimam à filio in-
 gressu monasterium secundum Villalobos ubi
 sup. ius regium in idem considerantem & Abb.
 & communem allegantem, quæ est mea & noua
 consideratio ad hauc l.

Infertur etiam quoddam notabile verbum si
 verum est per Anton. Gomez, tom. 1. capitulo 11.
 numero 24. in fin. & etiam numero 36. scilicet,
 46 quod iam hodie sit sublata differentia emanci-
 pationis & patriæ † potestatis quoad successio-
 nem tam ab intestato quam ex testamento, & sic
 contra testamentum patris aut alterius ascen-
 dentis, cum lex hæc æquiparet & dicat succedere
 debere vtroque modo, sicque filius emanci-
 patus qui iure communi, vt querelam contra
 testamentum patris in quo exhæredabatur cum
 causa expressa & in eo inserta intentare posset,
 debebat prius bonorum possessionem causa litis
 agnoscendæ intentare, per quam præparabatur
 sibi querela illa, prout commun. m. ibi numero 34.
 testatur Anton. Gomez, imo & adhuc iure no-
 uiori ciuili idem requiri communem opinio-
 nem assererat Salicetus, numero 10. Alexand. 8.
 in l. fin. C. unde legitimi, & Viglius in §. tum au-
 tem. instituta de inoffic. testamento plura refert
 Mercha de successio. §. 30 num. 146. hodie ta-
 men iure nostro regio attento & sic l. nostra, in-
 quit Anton. Gomez ubi supra numero 36. quod
 iam dictam bonorum possessionem agnoscere
 nõ sit necesse per talem filium emancipatum vo-
 lentem querelare patris testamentum, in quo
 exhæredatus est, cum lex nostra per verbum de-
 scendentes loquatur, æquiparando eos succes-
 sioni parentum tam ex testamento quam ab in-
 testato, ita Anton. Gom. ubi supra, de quo mi-
 ror, curi talem induxerit correctionem ex l. no-
 stra ad iura ciuilia, & communes opiniones,
 Docto asserentium, solum differentiam emanci-
 pationis & patriæ potestatis sublata fuisse
 quoad successionem ab intestato, non tamen ex
 testamento, prout ipsemet Anton. Gomez dict. nu-
 mero 34. communem testatur & nosse Guierrez in
 §. sui numero 137. cum sequentibus vsque ad tertiam
 ampliationem, instu. de hered. qual. & diff. licet
 hoc non considerauerit, nam tex. hic non æ-
 quiparat successiones descendendum, cum suc-
 cessionibus ascendendum, sed potius successio-
 nes ascendendum, cum successioibus descen-
 dentium, scilicet quod ita sint necessarij hære-
 des ascendentes descendentibus, sicut è contra,
 neque alterat lex nostra modos, quibus descen-
 dentes ascendentibus succedere debeant, sed
 eos in suo statu relinquit, nam etsi iure regio
 antiquiori eadem æqualitas daretur in dictis suc-
 cessionibus reciprocis, non tamen modus alte-
 rabatur sed potius & ista differentia emanci-
 pationis & patriæ potestatis quoad testamenti suc-
 cessionem remanebat, ergo & lege nostra atten-
 ta debet remanere, neque è contrario censetur

correctus modus datus per legem patri succe-
 dendi contra filij testamentum, in quo pater
 ipse exhæredatur, de quo modo tradit Anton.
 Gomez dict. capit. 11. numero 6. & numero 31.
 ex parte descendendum loquitur, & modum,
 & formam ponit, & sic parcat mihi Anton. Go-
 mez, quoniam eius correctio mihi non placet
 neque tenenda est, sed seruanda sicut antea di-
 cta differentia supradicto modo sicut in simili
 voluit asserere gloss. que mouisse. l. 1. titu. 7. part.
 6 dum ibi refert dictum Baldi dicentis, quod si
 filius emancipatus exhæredauit filium suum, &
 etiam præterit patrem suum, cuius præteritio
 pro exhæredatione habetur, & mortuo ipso te-
 statore filius excludatur per sententiam à quere-
 la, pater cui est aperta via querelandi cum pri-
 mum locum non tenuerit, quia à filio præcede-
 batur, necesse habeat intentare querelam inof-
 ficiosi testamenti tanquam ritè exhæredatus, li-
 cet in sua exhæredatione non fuerit inserta cau-
 sa, quod videbatur non esse necessarium si opi-
 nio & mens Anton. Gomez seruaretur & vera
 esset.

Item ex dicta æqualitate dictarum successio-
 num infertur quod quemadmodum † filij & 47
 descendentes non computant in legitimam fru-
 ctus perceptos ex hæreditate patris mortui ex
 text. in l. si quis. §. repletionem. C. de inofficio. te-
 stamen. Sed capiunt eos præcipuos pro rata legi-
 timæ, secundum text. illum, & text. in l. fin. ti-
 tul. 11. part. 6. adnotante ibi glossa, in su parte, ita
 etiam ascendentes secundum glossam, illam per
 text. nostrum & voluit Suarez. l. quoniam ampli-
 atione. 16. num. 7. 8. & 9. pagin. 101. C. de inoffic.
 testamento.

Sed est optimum & singulare dubium in pro-
 positum etiam nostræ. l. quod à nemine tactum
 vidi, habemus enim quod ita est seruanda suc-
 cessio ascendendum in bonis descendendum,
 sicut ipsorum descendendum, in bonis ascen-
 dentium, tam ex testamento quam ab in testa-
 to ex lege nostra, & ex lege octaua, titulo decimo-
 tertio, partita sexta, & hæc est communis regu-
 la in omnibus filiis & parentibus cuiuscumque
 qualitatis sint secundum Tell. hic numero 13.
 est nunc meum dubium, an sicut filij patri suc-
 cedunt ex testamento minus perfecto inter eos
 ab ipso † patre facto, & validum est testamen-
 tum hoc etiam hodie inter filios prout optime 48
 defendit Tellus. l. 3. Tauri. 1. parte, numero deci-
 motertio, & alibi diximus, an & eodem modo
 ipsi ascendentes succedent descendentibus ex
 minus perfecto testamento, & validum erit te-
 stamentum tale inter ipsos ascendentes, in quo
 quia aliquantum à nostra materia diuertit nos,
 & quia lex nostra solum quoad successionem nec-
 cessariam æquiparat has successiones, non verò
 quoad formam & modum testandi, dic quod
 communis est opinio quod non, quia illud so-
 lum priuilegium datur parentibus testantibus
 inter filios, neque debet extendi ad filios testan-
 tes inter parentes prout communem testatur Boe-
 rius decisione 200. numero 22.

Vltterius & ex dicta æqualitate inferri po-
 test, quod sicut filij non priuantur sua legitima
 † per ingressum patris in monasterium secundum 49
 text. in lege decima septima, titulo primo, partita sexta,
 ita

ita neque ascendentes per ingressum filij in monasterium, prout in propositum nostrum inquit glossa descendens, in ead. l. 17. ex quo & sicut filio non potest imponi grauamen in legitima per patrem ita neque patri per filium secundum Suarez l. quoniam ampliacione 16. & Ant. Gomez, tom. 1. capit. 11. numero 24. Sed est noua & singularis dubitatio, num scilicet, ius commune ciuile & regium disponens quod minore relicto sine tutore si mater aut consanguinei non petierint prouideri de tutore huic minori intra 50 * annum, perdant ius succedendi illi minori si moriatur secundum text. in lege duodecima, titulo sexto, paritā sexta, sit correctum quantum ad matrem, & alios ascendentes talis minoris per text. nostrum, nam habemus de iure quod si descendens intra tempus datum ad adeundum, quod est annus non adeat vel repudiet, habetur pro excluso secundum text. in l. cum antiquioribus. C. de iure deliberand. & tamen filius suus, in sua legitima, quæ in bonis ascendentes ei pertinet, non priuatur quantumuis per annum non adeat neque repudiet, neque ex hoc habetur pro excluso, siue tempus à iudice siue à lege ei statuatur ad adeundum, vel repudiandum secundum text. in l. 2. in fin. titulo sexto, paritā sexta, ergo itidem mater vel alius ascendens, legitima filij secundum l. istam, ascendenti pertinente non priuabitur, quamuis per annum tali filio minori tutorem non petierit cum à pari censeantur istæ prouisiones, neque filius possit amplius quam in tertio bonorum ex l. nostra ascendente grauare, ergo neque tacite censendum est grauari posse, & est ad nostram l. admodum colorata isthæc doctrina, & opinio, licet medium hoc aliquantulum dissimile videatur ad eam probandam, & in odium, & damnum minorum, & quia licet ita debeat legitima ascendentes in bonis descendentes, sicut è contra, non tamen cum eisdem * qualitatibus & prerogatiuis & priuilegiis, secundum Anton. Gomez, tom. 1. capitulo 1. numero 6. & capitulo 11. numero 36. colum. 2. in fin. videmus enim quod ascendentes non ita transmittunt descendentes suis querelam in officiosi testamenti, in quo exhæredati, vel præteriti sunt, sicut descendentes ascendentes suis eam transmittunt, secundum Suarez in dict. l. quoniam. 16. ampliacione numero 8. pag. 101. C. de inofficio. testamen. quia transmissio iure sanguinis inter ascendentes locum non habet ut per Anton. Gom. tom. 1. capitulo 4. numero 7. post medium sinitatemque non habent ascendentes ut in principio huius l. diximus, hocque est quod asserbat Alciatus de presumptio. regul. 1. presumptione. 8. scilicet, quod & si lege æquiparetur successio descendentes in bonis descendentes successio ascendentes in bonis ascendentes, ista tamen æquiparatio non est ita generalis, quod extendatur ad qualitates in successione descendentes inclusas, quia magis debetur filio hæreditas, quam è conuerso, ut supra dictum est, & probat lex scripto. ff. unde liberi, & quia in nostra quæstione ex suomet delicto & negligentia se ipsum ascendens priuat dicta successione minoris, ob non petitum ei tutorem intra annum, non vero priuatur ab ipso filio ex quibus fortassis aliquæ ex æquiparationibus, sup. pos-

tis possent limitari, vel aduersari eis per aliquos, verumtamen ex æqualitate nostri tex. defenari ac tutari optime possunt, & notandæ sunt, quia non sic congesta reperies.

Ibi, En todos sus bienes, iure ciuili qualiter ascendentes descendentes succedebant, † tradit 52 Ferrar. in practi. in libel. pro hered. ab intesta. delat. gloss. nullis versicul. itaque de prima specie. fol. 194. colum. 1. & 2. & iure regio partitarum ex l. 8. titu. 13. parti. 6. tantum erat tertia pars, hodie vero ex l. nostra omnia bona abintestato & ex testamento itidem, excepto tertio si de eo descendens disponat moriens sine descendentes & post hæc aduertit hic Matienço gloss. 7. numero primo, & ponderanda est dictio illa, todos & sic & in fructibus prout in simili statuto, notat Cassand. in consuetud. Burgun. rub. 7. §. 4. versicul. desde vx numero quarto cum sequentibus aliis quibus folio 238. item pondera pronomen illud, sus, latine, suis, sua, suum, quæ de iure dominium denotat, ut illorum bonorum, in quibus filius dominium habet, & proprietatem, lex nostra locum habeat, & tunc non solum bonorum quasi Castrensium sed & castrensium, hæc intelliguntur, ut in gloss. sequente dicemus. Dubium tamen est in proposito, scilicet, num pater vel ascendens alius, filio vel descendenti alio hæredans possit bona ex tali hæreditate prouenientia † alienare in totum absque eo quod 53 obligetur referuare proprietatem filiis aliis vel descendentes superstitibus fratribus illius descendentes ab intestato morientis, in quo breuiter dicendum est quod potest, hæc enim bona ex successione descendentes ascendentes prouenientia & adquisita, ascendentes adquirentur tam quoad vsumfructum, quam proprietatem, & ideo optime ea alienare poterunt, si in viduitate permanferint mortua matre, talis descendentes, & existentibus aliis filiis illius matrimonij ut per Castillo in l. 15. Tauri, colum. 1. in medio per text. ibi & Anton Gomez ibi numero 4. & ante eos Boerius decisione 185. numero 5. & 6. & 17. & 18. & pro hoc considerari potest nostræ. l. æquiparatio successio ascendentes, & descendentes inuicem, & reciproce, cumque descendentes ab ascendentes in vsumfructu & proprietate bona adquirent, sic & ascendentes à descendentes si in viduitate permanferint ut dictum est ex dict. l. 15. & 16. Tauri: Sed an pater hic bona ab vno ex filiis suis per viam hæreditatis habita in vsumfructu & proprietate ut dictum est poterit hic pater vni ex filiis superstitibus donare, vel legare † ita ut neque in legitima imputetur neque in melioratione tertij & 54 quinti, & videbatur quod sic, nam si ea possunt alienare in quemlibet extraneum per contractum onerosum, sic & in filium per lucratiuum, ut ea præcipua habeat nulla computatione, in legitimam, vel in vim meliorationis facta. Sed omnino est tenendum contrarium, hoc videlicet modo, quod pater potest dicta bona vni ex descendentes suis superstitibus donare, donata tamen hæc in 3. & 5. meliorationis sum impuranda, & residuum in legitima, & excessus si quis esset, aliis descendentes est tradendus, & dico, quod potest donare dicto modo, computando bona hæc descendentes suis si in viduitate

duitate permanferit, aliter enim filius aliis fratribus morientis à quo habuit pater bona illa, teneatur referuare *ut dictum est ex dict. l. 15. Tauri*, & quia hæc clara sunt solum pro iuuenibus sufficit tetigisse, limitandus tamen est text. noster, vñ non procedat quoties filius vel ascendens a-
 55 lius moriens est vxoratus † & velatus, & fecit cum vxore sua pactum reciprocum de succedendo vnus alteri præmoriendi in omnibus suis, quia tunc nihil ascendens habebit & valebit pactum illud *secundum nostrum Gutier. de iuramento confirmato. 1. part. capit. 3. numero 25. cum sequentibus & Suarez ante eam. l. quoniam numero 5. versi. præterea est impossibile, in 6. ampliatione pagin. 33. & pagin. 34. numero 6. alia in simili adducit, & ibi eius additio allegat Palat. Rub. idem dicentem in repeti. rubri. §. 50. incipit limitat. 2. colum. 5. pro quo faciunt multa que vltra Palat. Rub. vbi supra tradit Castillo in proemio legum Tauri folio 4. & 5. & Covarr. in capitul. cum in officio numero 9. de testamentis dum tamen talis donatio reciproca fiat incontinenti, simul & eodem tempore, secus vero si ex interuallo quia neutra valebit, secundum Palat. Rub. vbi sup. numero 19.*

Ibi, *De qualquier calidad que sean*, quantumuis Castrensia, vel quasi Castrensia sint, *secundum Anton. Gem. tom. 1. capit. 11. num. 36. in fin. &*
 56 *sic neque in Castrensibus † poterit filius testari patrem exhæredando aut prætereundo, aliàs tale testamentum subiaceret quærelæ inofficiosi testamenti, secundum gloss. fin. l. 6. titulo 17. part. & additio Palat. Rub. in rubri. §. 42. numero 7. littera. A. quidquid ibi velit & male in clerico testante, etiam de bonis intuitu Ecclesiæ adquisitis cum & in eis ascendens de consuetudine generali regni nostri sit successor legitimus, tam ex testamento quam abintestato nullos legitimos & naturales filios relinquendo talis filius, nam in hoc casu loquimur in terminis nostræ. l. quæ non solum quoad patrem, sed etiam quoad matrem procedebat de iure ciuili, secundum Clar. libro 3. selectarum sentent. §. testamentum questio 48. & 49. & in his quasi Castrensibus dubitabat Clarus in eo verbo testamentum questio. 18. in fin. Est tamen differentia, quoniam in his bonis Castrensibus, vel quasi filius talis disponit de proprietate, & usufructu * tertiæ partis bonorum horum Castrensiū vel quasi, & in similibus, quæ in proprietate & usufructu filio adquiruntur, cum & in proprietate & usufructu sua sint, in aduentitiis vero in quibus pater habet usufructum solum de proprietate tertiæ partis bonorum aduentitiarum disponet, non vero de usufructu, quia usufructus patris est dum filius non contrahit matrimonium & velationes, ita optime Peralta in prælectione, rub. de hæreditat. insunt. numero 181. cum sequentibus, & placet mihi eius doctrina, licet ipse in finali numero in fin. ibidem, asserat diuersa vota circa hæc in facti contingentiâ habita fuisse, & tandem licet transactione sopitam & idem dicendum est in aduentitiis in quibus pater non habet usufructum, vel quoties filius testans est emancipatus, hic enim in proprietate, & usufructu disponit de dicta tertiâ parte bonorum secus aliàs quoad alia aduentitia, vbi usufructus, est patris, vt per Peraltam vbi supra qui late hæc exa-*

minat, & l. nostram, in hoc declarat, & Rojas de successio. capitulo 29. numero 23. & 24. & post hæc vidi Doctor. Spino in specul. testament. 4. part. rubric. numero 15. cum 2. sequentibus, vbi numero 17. respondens quibusdam verbis. l. 5. Tauri, quæ contra videbantur & idem tenet gloss. que est. in l. 13. titulo primo, partita sexta, & optime Tellus l. 5. Tauri numero tertio cum 3. sequentibus vbi reprobat Anton. Gomez in l. 48. numero quinto, sibi contrarium & responder ad obiectum patriæ potestatis in contrarium adductum. Imo & quod plus est, quod idem dicerem in aduentitiis filio huic prouenientibus ab imperiali liberalitate, nam & hæc aduentitia † sunt ex l. 5. & 6. & 7. titul. 17. part. 4. quamuis enim antea filiis prohibitum esset testari de aduentitiis *secundum text. in l. senium. C. qui testament. face. pos. poterant tamen ex talibus aduentitiis ab imperiali liberalitate prouenientibus testari secundum text. in l. cum multa C. de bon. qua liberand. sic quæ licet per text. nostrum filiis ascendentes habentibus tantum de tertiâ parte liceat testari, id tamen non haberet locum quoad illa bona aduentitia ab imperiali liberalitate prouenientia, quia de omnibus illis poterunt testari filij tales ascendentes habentes, vt colligitur ex Suarez in l. quoniam 6. limitatione l. regie per totam maxime colum. fin. pagin. 169. per dictam l. cum multa (ibi habeant omnia præcipua & nemini adquirant,) & sic limitandam l. nostram, verumtamen vt ad instituta reuertar, teneo idem in his aduentitiis, quod in Castrensibus, scilicet, vt in omnibus filiis ascendentes habens descendentibusque carens, nam de hoc loquimur, non poterit testari, nisi tantum de tertiâ parte horum bonorum Castrensiū vel quasi in proprietate & usufructu *ut dictum est*, in aliis vero non Castrensibus vel quasi, de quibus sup. & in aduentitiis vbi pater habet usufructum, tunc enim de proprietate solum disponit filius in 3. tantum parte vt diximus ex text. nostro clarissimo ad hoc, dum ibi generaliter dicit, *De todos sus bienes*, quasi nulla bona excludat maxime ponderando geminationem illam, *De qualquier calidad que sean*, quæ quidem geminatio multum in iure operatur vt per Doctor. in l. ballista. ff. ad Trebellia. & Euerardum in centuria loco à geminatione, item ponderanda est dictio illa, *Qualquier*, posita post illud nomen *todos*, quæ est ita vniuersalis vt omnia comprehendat, † sine exceptione. etiam si essent dissimilia vel maiora expressis, *secundum Covarruias in prælectis, capitulo 25. numero 3. communis secundum Hippolytum in l. vnus §. cogniturum numero 28. ff. de questionibus, & Mexiam in pragmatica taxa panis super reactualibus verbo, qualquier folio 131.* Neque obstant supra dicta quia procedere possent, quoad hoc, quod de illis aduentitiis ex liberalitate imperiali filio prouenientibus posset talis filius de eis testari, quod antea non poterat in patris potestate constitutus, non tamen quoad hoc, quod testando possit disporre vltra quam de iure ei permittatur: item quia licet adquirantur talia aduentitia à liberalitate imperiali prouenientia filio in totum non tamen ex hoc permittitur, quod de eis ad libitum testari possit ascendentes exhæredando vel prætereundo, sed omnino teneatur seruare dispositionem*

positionem nostri text. & sic teneo contra Suarez aliter sentientem, & nimirum nam non vidit legem nostram. Imo & idem quoad bona sita extra regnum dicendum est, secundum *Pelaez de maioribus. l. i. parte questio. 58. numero 32.* Idemque dicendum est in filio clerico, qui licet de bonis intuitu Ecclesie acquisitis fruatur quavis patrem habeat, & de eis libere disponere possit, ita quod testamentum suum non subiacet querelæ, prout frequentiore testatur *Covarr. in cap. quia nos numero 6. de testam. & in cap. 1. numero 11. eod. titul. id tamen non nocere iuri parentum nisi quoad tertiam partem, & tenendum est cum Anton. Gomez ubi supra & gloss. dict. l. 6. nam quemadmodum communis erat opinio, teste *lasone relato per gloss. dict. l. 6.* quod militis testamentum patrem prætereuntis & subiacebat querelæ prout frequentiore testatur *Covarru. in dict. numero 6.* ita & clerici, qui & miles est quicquid in hoc dubitauerit *Rojas ubi supra cap. 29. numero 49.* Item notandum est ex ijs verbis, *De qualquier calidad que sean,* iam in successione ascendentium nullam fieri distinctionem, & vel separationem bonorum, ut ea, quæ patris fuerunt, habeant ascendentes ex parte patris, & quæ matris fuerunt, ascendentes ex parte matris, videtur *Ant. Gomez in l. 6. Tauri, nu. 8. & Matienzo hic, in gloss. 3. n. 17. & gloss. 5. numero 1.* Sed an in bonis feudalibus Emphyteoticis & maioratus succedant ascendentes descendentes, dicendum est quod non, quia non deferuntur iure hæreditario, sed iure sanguinis regulariter, & sic nisi vocati fuerint ascendentes non succedent in eis ex eo solum quod descendens ea habuerit, secundum *Bald. in Authen. defuncto. C. ad Tertullian. & gloss. l. 4. gloss. 1. titul. 13. part. 6.* quia feudum & maioratus & respiciunt lineam descendentium & sequitur *Matienzo, hic, gloss. 3. numero 11. & gloss. 5. numero 2. & Rojas, de successio. ab intesta. capitulo 30. numero 41. & capitulo 31. numero 49.* quod tamen verum intelligo, nisi disponatur & dicatur, quod feudum Emphyteutis, vel maioratus bona deveniant in aliquem, & in successores suos post eum, nam tunc in uniuersalem successorem denent, ut est communis & communior opinio teste *Crasso, receptorum senten. §. hered. n. 20.**

Ibi, *No tengan hijos à descendientes legitimos, o que ayán derecho de les heredar,* quoniam tunc tales descendentes excludunt ascendentes tam ex testamento, quam abintestato. Ex quo cum text. hic in ijs verbis descendentes requirat ad esse legitimos, vel tales qui hæredare possint, ut ascendentes excludantur, correctæ manet opinio illa disponens quod filius adoptivus succedit & patri adoptivo abintestato exclusis adoptivi ascendentes, quam communem assererat opinionem gloss. per text. ibi in l. 8. & fin. titulo decimosexto, partia 4. relata corrupte tamen & secuta per *Villalobos, in suo ararso mille commun. opinio licet. E. numero 136.* neque obstant verba nostri text. ibi, *O que ayán derecho de les heredar,* quoniam verba hæc de descendentes intelliguntur licet non sint legitimi, habeant tamen ius succedendi, prout habent filij naturales, vel spurij matribus suis ex l. 9. Tauri, & cum adoptivus non possit dici descendens, nimirum

si ex text. nostro dicta communis corrigatur. Sed est in propositum noua & singularis questio, *Quæst.* quid si talis filius vel descendens habeat filium aliquem vel descendente legitimum, & itidem patrem, vel alium ascendente, & in suo testamento causa inserta & expressa ac iuridica filium talem, vel descendente excludat & exheredet, & extraneum instituat, & non patrem, vel alium ascendente, quem habebat viuum, & mortuo ipso testatore filius eius exheredatus per sententiam & in contradictorio iudicio declaratus est iuste exheredatus, nunquid tunc succedet pater, vel extraneus ille hæres institutus, & videbatur ex ijs verbis nostri text. quod extraneus excluso patre esset admittendus, nam patrem præcessit filius ille legitimus testatoris, ergo pater non admittitur ex text. nostro, in ijs verbis. *En caso que los dichos descendientes no tengan hijos, &c.* Nihilominus tamen contrarium est tenendum, imo quod pater succedet extraneo illo excluso, patre ipso agente querela inofficiosi testamenti contra testamentum illud filij ubi eum præterit, ex l. optima. & subtili pater filium ff. de inoffic. testam. ubi *Bald. ita tenet, & eum sequens gloss. fin. l. 1. titul. 7. part. 6.* & erit optima hæc limitatio, & vera ab verba hæc nostræ legis, idem enim in hoc casu iudicatur non habere descendente legitimum vel habere, sed inutilem, & à iure exclusum ex dispositione testatoris. Sed tunc occurrit aliud & singulare dubium, *Quæst.* tactum optime & declaratum per nostrum *Gutierrez, in ead. l. pater filium, numero 20. usque ad 24.* scilicet, iam quod pater ille querelet testamentum illud ex eo quod in eo præteritus fuit, & sic pro exheredato habitus, quandoquidem filius fuit ritè & cum insertione causæ exheredatus, & pater ipse rumpat testamentum, ita quod testator intestatus remaneat, & sic pater eius abintestato succedat, an tunc filius ille exheredatus præferretur & tunc avo suo in successione illa abintestato, quam questionem ibidem examinat ipse *Gutierrez, per ipsum videri poterit, nam non est nostræ materiæ.*

Ibi, *Que en la tercera parte de sus bienes puedan disponer.* Aded quod ultra eam amplius non possunt disponere, etiam favore piæ causæ, quia vbiunque lex prohibet aliquem testari favore alterius, nunquam favore etiam piæ causæ censetur & remissa hæc prohibitio, secundum *Bart. relata, & sequuntur per Suarez in l. Quoniam in prioribus pag. 129. colum. 2. ad finem ubi per totum numerum 8. plura in propositum refert,* sicut & pater non potest in vita neque in morte etiam in causam piam erogare amplius quam per legem ei conceditur, ut probatur in l. 12. titul. 6. supra isto lib. tertiumque istud respectu filiorum idem in eo reputatur quod in quinto respectu parentum, & de eo deducitur impensa funeris, sicut de quinto, ut diximus in l. fin. tauri. 6. supra isto lib. & itidem in tertio isto potest filius apponere quodlibet gratiam, sicut pater in quinto, ut in l. 11. titul. 6. supra isto lib. dictum remanet, inquit tamen *Suarez, ubi supra versicul. immutabis tamen pag. 130.* quod si hæreditas filio relicta esset aded opulenta, quod filius ditissimus remaneret, etiam si ultra quantum disponeret, valeret si pro anima vel piæ causæ relinqueretur excessus il-

- 70 le, & idem esset dicendum de tertio † si filius patri opulentissimam hæreditatem relinqueret, non vero aliàs. Ex quibus redditur falsissima opinio Laræ in l. si quis à liberis. § parens numero 24. cum sequentibus folio 208. ff. de lib. ag. dicentis duos tertios posse filium legare vnum extraneis, & alterum vni ex ascendentibus, sicut pater potest quintum extraneo legare, & tertium vni ex descendentibus. & licet hanc doctrinam sequi voluerit Aluarado, de coniectu. mente testa. lib. 7. cap. 2. in princ. nu. 7. fol. 139. eam tamen semper vti contrariam legibus Tauri falsissimam reputauit, & ab ea in consulendo & iudicando tanquam à peste fugiendum, & latius alibi eam reprobaui, & post vidi reprobata per Angulo, in l. 10. glos. 3. num. 10. & 11. tit. 6. supra isto lib. Quid tamen erit si filius patre præterito instituat extraneum in omnibus bonis an iam quod non valeat institutio in toto, valebit saltem in dicta tertio † parte bonorum, & videtur dicendum quod si in tali testamento adest clausula codicillaris, valebit in dicta tertia parte, quoniam ex communiori opinione etiam præteritione data clausula codicillaris operatur effectus suos, * secundum Clarum, lib. 3. sententia. §. testamentum questio. 46. numero 1. & tunc, vt per eum ibi, censentur rogati venientes abintestato restituere hæreditatem illam ascendenti illi præterito excepto tertio bonorum, quod est restituendum hæredi instituto, vt & per Suarez in dict. l. Quoniam limit. 1. numero 14. pagina 114. nam authent. ex causa C. de lib. præteriti. procedit in exhæredatione & præteritione patris, sicut in filiorum, † secundum Meneses in l. eam quam numero 37. C. de fideicommiss. & Clarum. vbi supra questione 52. præsertim quia cum pater à nullo præceditur competit ei contra tabulas ad consequendum legitimam dumtaxat † secundum Marienço. hic gloss. 7. numero 6. vbi à numero 3. incepit declarare, quod remedium intentare poterit pater præteritus: Si vero clausulam codicillarem non contineat testamentum tale, tunc si pater præcedatur ab aliquo descendente testatoris, quo casu competit patri huic præterito querela testamenti inofficiosa, & per consequens nulla ei competit legitima, totam hæreditatem consequetur nihil remanente penes extraneum institutum, si vero pater præcedebatur ab aliquo descendente testatoris, tunc competit patri cõtra tabulas ad legitimam tantum vt per Marienço dict. num. 6. & per consequens tertia pars bonorum remanebit penes extraneum illum hæredem institutum in testamento illo. Sed an possit descendens hic relinquere extraneo tertiam hanc partem in re certa
- 75 * in quo Anton. Gomez l. 19. Tau. numero quarto, tenet quod non, & bene, si tamen vellet eam relinquere vni ex ascendentibus eum in ea meliorando vltra alium ascendentem posset optime & in re certa assignare eam, nam si pater, qui strictius ius disponendi habet, dum descendentes retinet, potest tertium & quintum in re certa vni ex filiis legare & signare quanto magis filius poterit tertiam dictam vni ex ascendentibus legando in re certa lignare, prout videtur tenere Cifuent. in l. 19. Tauri numero 2. Item an filius vel descendens in vita & in morte possit modicas
- 76 * donationes faciendo excedere istam tertiam partem, terigi l. 28. Tauri, que est l. 12. tit. 6. supra isto libro.
- Vltcrius notandum est, quod iam lege nostra attenda cessat quæstio illa à Doctoribus satis controuersa, num duæ quartæ deducendæ sunt, * nam cum iam libera dispositio patri in quinto bonorum inter extraneos, etiamli descendentes habeat, & filio ascendentes habenti in tertio, data sit ex legibus nostris, cessat iam dicta disputatio de duabus quartis, legitima scilicet, & Trebellianica, prout de iure civili disputabatur, vt per glos. in parte. in l. 1. titulo undecimo, par. 6. & quod cesset hodie hæc quæstio, concludit gloss. fin. l. 12. tit. 13. part. 6. & Meneses in authen. res que. numero 41. C. communia de leg. & Burg. de Paç in l. 3. Tauri 1. p. numero 972. neque obstat l. 10. Tauri, que est, octaua nostris iuruli. in quantum permittitur patri etiam ascendentes habenti omnia bona relinquere filiis suis naturalibus, quia respondendum est vbi, Deo volente respondebimus. Sed an patre consentiente vt filius eius testetur vltra dictum tertium bonorum † valeat iste patris consensus in præiudicium aliorum suorum filiorum, & itidem valeat testamentum ex vi huius consensus factum, & videtur dicendum, quod non valeat, quia censetur hoc casu patrem donare filio, quæ quidem donatio inter patrem & filium non potest consistere, vt l. donationes quas parentes C. de donat. inter vir. & uxor. §. l. 3. tit. 4. parti. 5. optime probans, quod nulla datio, neque donatio inter patrem & filium fieri potest Item & quia esset in præiudicium aliorum filiorum remanentiũ patri huic consentienti habentium ius patri huic succedendi, qui tantum minus ab hæreditate patris acciperent, quantum filio huic permetteretur testari vltra tertium: nihilominus tamen contrarium est tenendum, imo quod pater possit hunc consensus filio testanti præbere, & validum sit testamentum virtute illius consensus & licentiæ celebratum vltra tertium bonorum, primo quia licentia hæc & consensus præstitus filio per patrem testandi vltra tertium non est contra ius, sed præter ius, imo & secundum ius, neque ex hoc filiis aliis superstitibus vllum præiudicium generatur, eo quod ius istud competens patri eorum in bonis testantis filij est ius de futuro, prout ad oculum patet, sed iuri de futuro renuntiari potest etiam in præiudicium creditorum, cum ex tali renuntiatione non efficiatur pauperior pater ipse, neque alius quilibet debitor renuntiationem iuri de futuro * faciens, secundum text. in l. qui autem. ff. de iis que in frau. credi. tradit Pala. Rub. in rubri. §. 47. per totum, fol. 27. in magnis, nolens enim adquirete non dicitur pauperiorem effici, secundum Suarez, in titulo de las ganancias, folio 11. pagina secunda, & optime per Tellium. l. 4. Tauri, numero 51. cum sequentibus: nec obstat quod videtur hæc quædam donatio, quæ inter patrem & filium prohibita est, nam quotiescunque pater donat filio suo vt alteri filius ipse donet, non vero vt retineat apud se, valet talis donatio, † 80 argumen. l. profectura. §. antepenult. ff. de iure doti. per quem ua tenet dictum istud exclamans Pala. Rub. in rubrica. §. 48. numero 1. & 2. folio 27. in magnis, & Suarez in l. Quoniam limitat. §. legis regia numero decimo quinto. pa. 166. Sed in nostro casu pater

si pater dat filio licentiam testandi vt aliis legare possit etiam vltra tertium bonorum, ergo valet iure optimo & fieri potest: Item & quia licet filius renuntiare non possit hereditati paternæ sine patris cōsensu, pater tamen bene potest filij hereditati renuntiare, cum sit præter naturam quod pater non succedat filio, contra naturam vero, quod patri filius non succedat, prout considerat Suarez in d.l. Quotiam, in 6 ampl. num. 10. pag. 102. licet ibidem aliquo modo nostra lege at-
 81 tenra contrarium tenere videatur, cum eodem modo succedat pater filio, sicut filius patri, sed istud parum impedit, cum vt supra in principio huius legis & in progressu dictū est, successio patris est de iure positio in solatium liberorum amiforum, successio vero filiorum in bonis parentum est de iure naturali cum aliis qualitibus, & prærogatiuis, quæ patris successioni in bonis filiorum non competunt: Item & quia pater aut alius ascendens optime potest pacto se exclu-
 82 dere à descendenti successione, ¶ secundum glos. in l. pactum quod dotale. C. de collatio. dummodo pactum hoc iuramento firmetur, secundum Telliū, hic num. 64. ergo nimirum si possit consensum hunc præstare, & licentiam filio testandi, vt vltra tertium testari possit, prout hæc nouissime postquam hæc scripta seinel habebam optime disseruit noster Gutierrez, in repeti. c. quamuis pactum, in princ. num. 6. cum pluribus sequentibus. de pact. in 6. maxime num. 6. 10. 11. & 15. & alius pluribus, & per eum latius videri potest, & cum inter nos hæc aliquando contulissimus, semper nobis visa fuit vera hæc opinio, quæ videtur tenere Boeri. decis. 96. numero 10. Sed est nota quæstio, cum ex rex nostro filius matrem, & sic ascendentem habens non possit testari vltra tertium, & pater substituendo filio impuberi in potestate existenti pupillariter pro ipso filio testetur, & filij testamentum censeretur secundum
 83 text. in l. 7. titul. 5. part. 6. an poterit pater matre existente in medio vltra tertium substituere, ¶ tangit glossa, del moço, in d. l. 7. super cuius opinione cogitabis.
 Ibi. De sus bienes. Etiam si in illis habeat pater vsumfructum, adhuc enim tunc tertium proprietatis eorum poterit filius legare cui voluerit, vt supra proxima glos. dixi, secus vero si proprietatis & vsumfructus esset patris, nam tunc licet filius habeat ius ad ea tanquam filius pro legitima sua, non posset ¶ de eis testari, secundum
 84 Conarrap. 3. par. rubrica de testam. colu. fin. tum quia in legitima viuo patre dominium non habet, tum etiam quia de hereditate patris viuentis sine eius consensu nihil filius disponere potest vt l. fin. C. de pact. sed an de promissis per patrem filio vel filia in dotem, talis filius vel filia poterunt ¶ in morte vel in vita disponere de tertio horum promissorum viuo patre, & tenendum est quod sic, si matrimonium secutum fuit, vt inquit Auiles, in proemio. c. prato. glos. 1. numero 45. fol. 8. eo stante statuto, quod decedente vxore in matrimonio vir eius lucretur dotem, lucrabitur etiam dotem promissam,
 85 ¶ & non solutam, siue fuerit in mora soluendi promissor eius siue non, vt ibi per eundem Auiles, vbi inquit quod ita in facti contingencia consuluit, & licet ipse in hoc casu requirat quod

promissor fuerit in mora soluendi; idem tamen ego crederem quamuis non esset in mora, promissionis tamen effectus & causa secuta fuit, putà si maritus incepit sustinere onera matrimonij, secundum Auiles, ibi, qui tandem hoc videtur tenere siue mora adsit, siue nō. Ex quibus inferri potest ad id de quo in facti contingencia vidi dubitatum, num si filius ab aliquo mortifere vulneratus testetur, patrem habens & legata alicui in testamento relinquat, si postea moriatur, & pater eius occisorem insequatur & accuset, & condemnet eum in certa quantitate pecuniæ, an de tertia parte illius quantitatis erunt soluenda legata illa, ¶ & implendum testamentum talis filij, & videtur quod non, nam ius accusandi & vindicandi mortem defuncti non est ius hereditarium. l. pro herede. §. fin. ff. de acquir. hered. l. quæstum. ff. de sepul. viol. Et sic ius faciendæ pacis cum occisore defuncti ¶ competit filio etiam si non esset hæres patris, secundum Barr. in l. si filius qui patri. ff. de vulg. nu. 8. vbi Ias. eam communem testatur. numero 21. & Soci. 30. & alij plures relati per Menesium, in l. transigere numero 6. C. de transact. vbi numero 63. inferit ex hoc, quod non videtur filius adijisse patris occisi hereditatem per pacem & transactionem cum occisore factam, & per consequens mirum non est, quod cum pater non capiat condemnationem illam iure hereditario, quod ex ea, si aliàs non est hæres filij occisi, non teneatur ad soluenda legata per eum in testamento relicta, ex dictis iuribus, & ex text. vtrumque dictum probante & à me solū considerato in l. 14. ritu. 13. p. 1. qui ita expressus vt dubitationi nullus locus relinquatur, nisi talis pater vt hæres filij occisi declarauerit sequi & accusare mortem filij defuncti, quoniam tunc secus esse crederem, eo quod tunc vt ius hereditarium pater id prosequitur, secundum Ripam. l. 4. §. Caro. numero 102. ff. de verbo. obliga. & sic declarare poteris dicta per Boeri. decis. 204. nume. 41. & 42. vt non obstant supradictis, præsertim si nulla alia bona neque iura filius occisus reliquit, quoniã tunc clarius erit patrem se heredem filij occisi declarantem teneri ad implementum sui testamenti, argum. dictorum per Boeri. vbi supra, & per decisi. capella Tolo. 386. & Deci. consi. 237. volu. 2. & Guidon. Papa. quæst. 105. & Oldrad. conf. 94. colu. 3. post. prin. & quia sic suadet æquitas & amor paternus.

Ibi. En su vida. Et sic donando, ita quod vltra tertium donare non possunt, secundum Villalobos, in Antinomia, litera. D. numero 14. ita quod si plures donationes ¶ fecerit in vita numerentur & cumulentur omnes in tertio hoc, vt sic amplius quam de residuo tertij non possit post in vita neq; in morte talis filius disponere, prout
 88 & in quinto bonorum respectu patris diximus in l. 12. tit. 6. supra isto lib.

Ibi. El tronco al tronco, y la rax a la rax. Quæquidem consueto, & lex seruetur in villa de Galisteo & suæ iurisdictionis, quæ est comitis de Oforno, & qui sint isti de ¶ radice, vide Castillo hic super his verbis, & Castillo sequitur licet eum nō referat. Rojas de successio. c. 30. num. 4. cum sequentibus aliquibus, vbi optime inquit quod in hoc casu succeditur etiam ordine successiuo,

prout & tenet Anto. Gom. l. 40. Tauri nume. 40. sed an isto casu habeat locum representatio, vel debeat admitti propinquior excluso propinquiori alio per representationem, dubitavi aliquando, eo quod quoties testator prohibuit ne res exiret de familia, gradatim ordine successiuo proximior in gradu præfertur & debet succedere *text. l. peto. §. fratre deleg. 2. tradit. Ant. Go. d. l. 40. Tau. numero 41. 42. & 43. & Couarru. ca. 38. præf. quæst. ergo & idem si ex legis dispositione nõ debet exire de familia, veruntamen ex declaratione fori huius & consuetudinis in dicta villa de Galisteo habetur quod nõ detur locus representationi in hoc casu ultra filios fratrum succedentes cum patris, & tunc in stirpem & non in capita succedunt. Et notandum est etiã quod tunc demum hæc de trunco locum habent in locis vbi vititur quoties ab intestato est succedendum, non vero si ex testamento, & ita practica- tur in dicta villa de Galisteo, & tenet citati per Matienço, *hic in glos. fin. & Rojas, de successio. ab- int. cap. 30. numero 14. vbi inquit ita Pincia fuisse iudicatum. Sed an consuetudo valebit vt &**

90 *contra testamentum ¶ lex hæc & forus de Sepulueda locum habeat vt bona ad truncum reuertantur, plures tenent quod sic: sed Matienço, hic tenet quod non, & verius esse dicit, & fortassis melius ne intestabilis decedat ille, qui testari voluit, & libera testandi facultas auferatur, notandum finaliter est quod in tantum bona hæc ad truncum in locis vbi vititur debet deuenire, quod & fructus pendentes etiam venient, secundum Auenda. respon. 5. numero 5. vers. idem est dicendum, quibus lex nostra satis remanet declarata, cætera materiam eius tangentia per scribentes super ea videbuntur. Sed vnũ non omitto, quod si defunctus habet diuersa bona in diuersis prouincijs, & in aliquibus vititur lex nostra in alijs quid fiet, Castillo *hic tetigit, sed latius vide ex dictis per Pelæz de maioratibus. 1. par. quæst. 58. numero 60. cum pluribus sequentibus.**

S V M M A R I V M.

- 1 Abortiuus partus quis dicatur num. 1. & per rerum naturam fieri non potest hæres, & an iudicio finali resurget, *ibidem.*
- 2 Partum an præsumatur nasci viuum, vel mortuum. 2.
- 3 Partus legitimus de iure ciuili quis dicatur, & iure regio. 3.
- 4 Partus non legitimus non excludit fideicommissarium patri suo grauato. 4.
- 5 Lex nostra an potuerit condi. 5.
- 6 Quod tempus requiritur vt partus maturus & tempestiuus sit. 6.
- 7 Ascendentes an sint hæredes talis partus non legitimi. 7.
- 8 Partus hic non legitimus an transuersalibus succedat. 8.
- 9 Tempus quod dicatur legitimus vt partus viuere vel non viuere possit. 9.

- 10 Natus in octauo mense an sit naturalis partus. 10.
- 11 Natus perfecte non dicitur, qui ita intempestiue natus est vt viuere non possit. 11. *vbi quid de ventre extracto viuo.*
- 12 Partus monstruosus quis dicatur. n. 12.

Lex 2.

S V M M A R I V M.

Quando partus naturalis dicatur vt possit parentibus succedere, declarat lex nostra, & est optima & singularis, & iam in facto habui vt in progressu apparebit.

Ibi. ABORTIVO. Quod nihil aliud est, quam immaturam ¶ atque intempestiuum partum, licet viuum, edere, vt ostendunt verba Gellij lib. 3. noctium atticarum. c. 16. & Tira. l. si vnquam verbo, suscepit liberos numero 206. & abortiuus quis dicatur iure ciuili & regio infra glos. *Veinte y quatro horas*, videbis: inquitque Bald. in l. cum proponas col. fin. C. de hæred. institu. per rerum naturam fieri non posse vt abortiuus hæres sit. Et an abortiuus partus in iudicio finali suscitabuntur, tradit Augustinus in *Enchiridi*, ad Laurentium capite. 85. quem refert Tiraquel. *vbi supra numero 209.*

Ibi. Nacio viuo, quia si mortuus nascitur est ac si non nasceretur, l. 8. in fine ti. 33. p. 7. idemque si viuus nascatur, secundum tamen cursum naturæ viuere non potest, vt in fin. glos. dicemus. Et an præsumetur ¶ quod quis fuit natus viuus, vel an mortuus cum adsunt hinc inde testes contrarij, vide Bald. *consil. 69. lib. 5. & Cæpolam, consil. ciuili. 50.* ex quibus decerpitur, verisimiliora deponentibus credendum, & sic si constet in tempore congruo peperisse, præsumetur viuum nasci, sin minus præsumetur mortuus, & in dubio quando verificari non potest, natus fuerit nec ne in tempore congruo, & testes sunt omnino æquales, vel hinc inde nulli testes adsunt, præsumetur mortuum nasci, & sic nundum animam infusam, secundum glos. *ser viuo. in l. 8. titu. 3. parti. 7. & Anto. Gom. tom. 3. c. 3. numero 32. ad finem*, præsertim ad excusandam matrem à delicto.

Ibi. *Veinte y quatro horas*. De iure ciuili sufficiebat quod viuus nasceretur quamuis ¶ statim moreretur, vt patri hæres esset, & vt testamentum rumpere, secundum *text. in l. non sunt. ff. de statu homin. §. l. 3. C. de post. hæ. insti.* etiam si ex sexto ventre natus esset, vel non omnino esset integer & perfectus, secundum *text. in l. quod dicitur. ff. de lib. & post. & intelligendum est istud de non nato integro, scilicet in mēbris, sed in tēpore sic, quia si in tēpore integro & legitimo non nascebatur, quantumuis integer mēbrorum nasceretur iure ciuili pro nõ legitimo habebatur, sed pro intēpestiuo & nõ naturali partu, & pro nõ nato, secund. Paul. in l. 2. C. de post. hæ. insti. vbi dicit se ita in facto habuisse in quodã nato in sexto mēse, & tradit*

6. 7. hęc tamen ex text. nostro correctę sunt, requirit enim lex nostra vt partus naturalis dicatur, quod totus nascatur viuus, & per viginti quatuor vixerit horas, & baptizatus fuerit, ponderando verbum illud, *todo*, nam si cum nascitur integer non tamen totus viuus, non est integer partus & naturalis, a fortiori si non nascitur integer non erit legitimus partus, & sic corrigetur etiam dicta lex. quod dicitur, nam par est nō nasci viuum totum, sicut non nasci integrum, & per consequens danda est dicta correctio ad ius ciuile, quamuis Costa. l. Gallus. §. *Et quid si tantum quinta parte nume.* 59. ff. de liber. & post. dicat non corrigi, & sic si deficiat aliquod ex tribus requisitis nostri text. scilicet, quod nascatur totus viuus, & quod viuat. 24. horas, & baptizatus sit non erit legitimus & naturalis partus quo ad effectus ciuiles, quantumuis tempore legitimo nascatur, secundum Anto Gom. tom. 1. ca. 1. nume. 7. ad eō vt neque excludat fideicommissarium substitutum patri suo grauato, ¶ secundum eundem Anton. Go. eo. tom. 1. cap. 5. num. 4. versi. dubito tamen, cum incapax sit cuiuslibet successionis per legem nostram, siue nascatur post patris mortem siue ante, siue ante factum testamentum, siue iam facto testamento, vt per eundem Ant. Gom. eo. tom. 1. cap. 11. numero 4. in fine. Et an lege nostra potuerit id statui, dicendum est quod sic, ¶ cum vt concludimus. l. 1. tit. 1. supra isto lib. successiones etiam quoad formam iuris ciuilibus sunt, pro vt in proposito considerat Minchaca, de successi. crea. tom. 1. §. 1. numero 1. in fine fol. 7.

6. Et quod tempus ¶ maturum ac tempestiuum partui sit, vide latissimē Tiraquel. in dict. verbo *susceperit liberos*, numero 210. cum pluribus sequentibus.

7. Ibi. *A sus padres, ni a sus madres, ni a sus ascendientes.* Sed an & ipsi ascendentes erunt hęredes talis partus etiam si per horam vnam tantum ¶ vixerit, tradit additio. Abb. in c. 3. eo. con. 5. de presump. vbi inquit quod sic, quod tamen dubitabile est, ex dispositione legis supra proxime parificantis successiones ascendentium, & descendentium ad inuicem, & reciproce, descendens tamen qui per vnam horam non vixit non succedit ascendenti ex lege nostra, ergo neque ascendens tali descendenti succedet, correlatiuorum enim eadem debet esse dispositio, præsertim cum fortiori iure descendens succedat ascendenti, quam ascendens descendenti, tu tamen in hoc latius cogitabis, & ex eodem fonte dubitari potest an transuersalibus succedet filius hic, qui licet maturo ¶ tempore nascatur, nō vixit per. 24. horas nostri text. & videtur quod succedet, quia lex nostra nō disponit, & sic in dispositione iuris communis remansit, secundum quod quamuis primam horam viuere, legitimus partus erat si maturo tempore fuit natus & baptizatus, & per text. nostrum videtur probari, in ver. *Y si de otra manera nascido, murio dentro del dicho termino.* Hic enim versiculus est declaratorius præcedentis, & per consequens ex hoc versiculo elici potest a contrario, quod si est natus totus viuus & in tempore legitimo & baptizatus, reputetur legitimus partus & natu-

ralis, maxime cum in hoc casu reducamur ad ius ciuile, item quia lex nostra solum disponit quantum ad hęredandum patribus, matribus, aut aliis ascendentibus, non vero de collateralibus, nisi dicamus quod per argumentum a fortiori idem dicendum sit in collateralium successionem. cogita, nam a nemine vsque nūc vidi questionem tactam.

9. Ibi. *Que ne podia viuir.* Sed quod dicatur legitimum tempus vt partus viuere ¶ vel non viuere possit. in hoc pendet quasi tota nostrę legis explanatio & declaratio, in quo; secundum Tiraquel. in dict. l. si unquam. verbo *susceperit liberos* numero 210. cum pluribus sequentibus, & Tellezum Fernandez. hic numero 2. Alij nouem menses, alij intra vndecimum mensem, alij in decimo & duodecimo, imo & quatuordecimo dixerunt, sed nos quoad legis nostrę materiam, vt successibiles ij partus sint, habemus legem partitarum. 4. titul. 23. partita. 4. disponentem, partum legitimum & naturalem dici natum in septimo mense, vel vsque ad nouenum, & quod hoc communiter accidere solet, & ad quod respectus & consideratio haberi debet, secundum l. illam, & Docto. in l. Gallus, in princ. ff. de liber. & post. & in l. septimo mense. ff. de statu homi. ad ea enim, quę frequentius accidunt iura adaptantur, inquit tamen lex illa partitarum, quod si partus tetigerit diem aliquem vndecimi mensis, post mortem patris, & idem ego dicerem post absentiam mariti, non erit partus naturalis, cum id potius miraculosum quam naturale esset, secundum communem cursum naturę, pro vt ibi dicit glos. fin. id eō lex illa pro non naturali & impossibili partu illum habuit, ex qua lege partitę colligitur etiam natum in decimo mense legitimum & naturalem partum esse, nam secundum Hippocratem potest mulier in ventre portare puerum vsque ad decimum mensem & nō ultra: Ex quo cum in decē mensibus includatur mensis octauus videtur dicendum quod in octauo mense natus naturalis ¶ partus sit, secundum quod in illa lege partitarum voluit glossator, & Ovolsi. in d. l. septimo mense, & sic quod successibilis sit si natus totus viuus per 24. horas vixerit & baptizatus fuerit. prout in facto vidi litem super hoc, quędam enim mulier peperit filium viuum & per quatuor dies vixit & baptizatus fuit, & ante eum per spatium nouem horarum mortua fuit mater eius, & nouem illis horis elapsis puer hic post matrem mortuus fuit patre eius superstite, qui quidem pater post decem dies mortuus fuit relicto filio alterius vxoris, qui eius bona vult habere & hęredare, oppositum tamen est quod parrus hic fuit natus in octauo mense, propter quod fuit dubitarum an ille esset partus naturalis, & successibilis matri suę, & videbatur ex dictis quod sic, quia natus intra decem menses viuus totus & vixit per quatuor dies & baptizatus fuit, & sic legis nostrę dispositio ei fauet, nihilominus tamen tunc contrarium consultum fuit, scilicet, quod non erat partus naturalis & successibilis matri, & cum non successerit, neque pater ei, neque hęres patris, sed potius bona matris dicendum est deuenisse ad hęredes eius abintestato, eo quod de iure cōpertum satis est, & inter medicos conclusum,

- clusum, partum octauī mensis neque esse naturale, neque viuere posse, secundum Bald. in loco relato per glos. dicta legis partitarum, nam perfecte
- 11 natus non dicitur, qui ita intempestiue † atque immature natus est, vt viuere nō possit, & Bald. opinionem sequitur Soci. consi. 65. num. 2. libr. 3. & Deci. & relati per Matsenco, hic glos. 4. numer. 4. & per Tiraquel. in l. si unquam verbo suscepit liberos nu. 205. vbi allegat Afflictis, decisio. Neap. 236. vbi inquit ita decium fuisse in consi. Neapolita. & communē testatur Soci. Iuni. relatus per Clarum. libr. 3. senten. verbo testam. 9. 45. n. 3. vbi aliqua inferi, & nouissime communem dicit Sebast. Med. in tract. mors omnia soluit. 3. p. nu. 137. tum etiam quia lex nostra non probat contrarium, sed approbat potius in ijs verbis. *Que no podia viuir naturalmēte.* Et paria sunt quem non nasci viuū, vel nasci viuū, sed viuere non posse, secundum Cæpol. consi. ciuili. 50. n. 6. vbi examinat quid de vêtre extracto viuo per modicum tempus: neque obstat illa. l. partitarum, quia licet sub decem mēsis includatur octauus mensis, non est inferendum partum octauī mensis approbasse vt naturalem, sed potius reprobasse quoniam dum partus naturales numerat, non numerat in talem partum octauī mensis, & rationem quare partus octauī mensis viuere non potest assignat Tiraquel. vbi supra: partus vero monstruosus quis † dicatur ultra Doct. hic maxime Gom. Arias, tradit Paul. in l. non sumi. ff. de statu hominum, hic enim insuccessibilis est, ex l. 3. C. de posth. her. inst. & l. 5. tit. 23. 9. 4.

S V M M A R I V M.

- 1 Traditum filio etiam si in legitimam imputetur remanet penes eum licet ad collationem & partitionem trahatur. 1.
- 2 Dos data ab auo nepti an sit conferenda tempore quo fit partitio bonorum patris neptis. 2. vsque ad. 12. vbi multa illationes & doctrina.
- 3 Filius & filia de iure ciuili non efficiebatur sui iuris. per matrimonium, & sic pater in eius substantia & dote vsufructum habebat. 3.
- 4 Auus tenetur neptem dotare quoties pater neptis & mater sunt pauperes & idem ipsa neptis. 4. & 6.
- 5 Obligatio dotandi & alimentandi non succedit ex patria potestate. 5.
- 6 Frater diues tenetur dotare sororem consanguineam pauperem. 6.
- 7 Dos data nepti ab auo quando dicatur profectitia in declarationem glos. l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acquir. hered. n. 3. & 7.
- 8 Declaratur. l. 2. tit. 11. parti. 4. n. 8.
- 9 Auus in casu in quo nō tenetur dotare neptem, si dotet censetur donasse & in tertio & quinto imputatur. 9.
- 10 Extraneus dotans obligatur ex causa lucratiua 10. vbi idem in fratre dotante sororem
- vbi dotare non tenetur & 11. quod in quinto computabitur.
- 11 Reuocatur per superuenientiam liberorum talis dotis datio vim donationis habens. 11. nisi vt ibi.
- 12 Ex dote voluntaria ad quam auus non tenebatur extrahitur tertium & quintum meliorationis. 12.
- 13 Conferendum an veniat id quod ad filium peruenit iure maioris. 13. vbi infero ad vnam bonam questionem in facto contingentem.
- 14 Computatio in legitimam non habet locum in bonis per substitutionem deuenientibus de vna persona in aliam. 14.
- 15 Maioratus bona ab antiquo deueniunt non ab vltimis possessoribus qui fundatores nō fuerunt. 15.
- 16 Nulla est differentia inter emancipatos, & non emancipatos in collationum materia. 16.
- 17 Patre dotante filiam viuo, si filia moriatur relictis filijs, dos data illi filie imputatur filijs eius in legitimam quam mater sua a suo patre debebat habere. 17.
- 18 Filie & earum mariti compelluntur trahere ad collationem dotem si heredes patris aut matris dotantis nolluerint esse. 18.
- 18 Dotis excessus quo modo & in quo tempore computetur. 18. & numero 22. quid in filio.
- 19 Dos iure ciuili quando immensa diceretur. 19.
- 20 Pater immensas donationes faciens an remaneat in conscientia obligatus. 20.
- 21 Donatio non dicitur inofficiosa si pater donet filio vsufructum bonorum ei pertinentem. 21.
- 22 Tempus mortis inspicitur in liberalibus donationibus, secus in ob causam, & remuneratorijs.
- 23 Filius & filia an possint petere salariū & mercedem pro seruitio parentibus factō. 23. vsque ad finem legis.
- 24 Lucrum per filium acquisitum cum pecunia patris an profectitiū dicatur & quando num. 24. & ibi declarantur quedam leges regia.
- 25 Pater si filio salariū promississet, & conuenisset de eo tenetur illud soluere. 25.

Lex 3. quæ erat. 29.
Tauri.

S V M M A R I V M.

Quæ sint trahenda per filios & filias
ad

ad collationem, cum parentum hereditates dividere volunt inter se ut eorum heredes & successores, declarat lex nostra singularis in materia.

IN cuius legis declarationem plura Doct. hic intexuerunt in materia collationis, quæ à locis ordinarijs desumpserunt, & esset longum ea recensere, nos vero, qui brevitati consulimus, non omnia recensere sed ea tantum, quæ necessaria fuerint pro textualium declaratione: Et in materia collationis illud est præcipue advertendum, quod id quod filio in vita traditum est per aliquem ex parentibus in legitimam imputandum, quamvis tempore collationis filius talis illud trahere debeat ad collationem, & partitionem adhuc debet remanere penes ipsum filium, in cuius tunc adest dominio † & potestate, ex l. ea demum, & l. si soror. C. de collatio Teltio notante in l. 25. Tauri. numero 4. ad finem, & ita sit quotidie.

Ibi. Hijo hija. Quid in nepte dotata ab auctore vivente eius filio patre ipsius neptis, an dos illi tradita per auctorem † sit conferenda per neptem tempore partitionis bonorum patris ipsius neptis, & imputanda veniat dos illa in legitimam quæ ex bonis patris nepti huic pertinebat, de qua quæstione agitur per Do. hic maxime per Castillo. numero 11. & Ant. Go. num. 41. & Baeçam de dote. c. 7. numero 28. & per Doct. maxime Rospam in l. in quartam numero 206. cum sequentibus pluribus. ff. ad l. Falcid. & per glo. contrar in l. 3. in 15. p. 6. & omnes recurrunt ad distinctionem singularem Bar. in l. dedit. ff. de col. bonorum, scilicet quod aut dos illa præstita per auctorem nepti sue non fuit data contemplatione patris & de hoc constat, & tunc non imputatur nepti in legitimam ei à patre pertinentem, sed si de hoc non constat imputabitur, & tenebitur neptis talem dotem conferre in partitione bonorum sui patris, ut per Mascard. de proba. concl. 572. & hæc est communis sententia & adeo procedit, quod etiam si ab extraneo detur patris contemplatione idem sit, secundum Baeçam plures allegantem, in de dotibus. ca. 12. n. 19. & hoc est de iure civili, quid autem sit de iure nostro regio adest in effectu dissensio inter Doct. nostros à nemine vsque adhuc considerata, nam glo. illa. d. l. 2. verbo contrar inquit hodie de iure regio aliud esse, cum per matrimonium ex l. 47. Tau. 8. in 1. supra isto lib. liberetur filius à patris potestate, & sic onus dotandi neptem, quo pater de iure antiquo tenebatur propter filium. l. dedit dotem & ibi Bar. ff. de col. bon. l. 8. in 11. p. 4. cesset in isto casu, non potest dici, quod dos, quæ obvenit nepti ab auctore, dicatur profectitia, respectu patris, ut sic imputeretur per ea quæ inquit Grego. ibi, notare glo. in l. qui in aliena. §. interdum, verbo faciet. ff. de adq. her. Bar. in l. quasi in prim. de leg. 1. vide per Alex. in d. l. in quam. 14. & 15. column. & conf. 31. viso testamento, volum. 2. hæc sunt quæ dicta glo. pro se allegat & pro sua hac opinione, quæ quidem cum non explicet bene suam intentionem, & pro eius fundamento debet scire, quod cum filius nec filia non efficerentur † sui iuris

de iure civili per matrimonium ut l. 1. §. si. & §. si nupta. ff. de in dot. l. 2. §. quod si in patris. ff. sol. mat. pater in eorum substantia & in dote usufructum habebat. l. si cum dote §. si ingrediatur & ibi Paul. Roma. & Alex. colu. 2. §. ff. sol. ma. las. conf. 198. vol. 2. Baeça d. c. 7. n. 22. in princ. & sic usufructus eorum, si Castrensia non sint, auctore queritur iure patriæ potestatis. l. cum oportet. l. si in prim. C. de bon. qua lib. text. in princ. inst. per quas perso. no adqui. Riminal. n. 1. unde cum auctore commodum sentiat, quia ei filius & nepos querit, cum sint in sua potestate, sentire debet & incommodum ut eum alatur, & neptim dotet, ut inquit Lara, in l. si quis à liberis. §. si mater. nu. 39. fol. 15. 4. ff. de lib. ag. sed cum hodie ex d. l. 47. Tauri, per matrimonium liberentur filius & filia & itidem eius filij à patris auctore potestate, mortuoque patre liberi eius filij sint ab hac auctore potestate ex §. 1. in fin. quibus mod. ius. pat. pot. l. 1. in 18. par. 4. & sic nepotes nihil auctore querant, cessatque tunc causa ob quam auctore nepotes alere tenebatur, per consequens ut inquit Lara, ubi supra, n. 40. cessabit onus alimentandi nepotem, & dotandi neptem, cum dos succedat loco alimentorum. ex glo. in l. ob ar. C. de prad. in l. ubi adhuc. C. de iure doti. not. Lara, ubi supra. §. si. vel parens. n. 10 & cum cesset hoc onus auctore dotandi neptem, non dicitur dos profectitia illa, quam auctore nepti promittit & dat, quia hoc est regulare, quando auctore ad id non tenetur: ex illa glo. d. l. qui in aliena. §. interdum verbo faciet. ff. de adq. her. sic intellecta per Alexan. in d. confil. 31. nu. 5. volu. 4. & Ripa. d. l. in quartam. n. 204. & hoc est quod voluit dicere Gregor. in d. l. 3. verbo contrar in 15. p. 6. & fundare ex dictis, & sic in effectu vult ex solutione patriæ potestatis iure nostro regio per matrimonium inducta, auctorem non teneri dotare neptim, & per consequens cessare distinctionem dictam de tunc dos per auctorem contemplatione filij vel non detur. neque dici profectitiam, quæ est nova opinio, licet auctore eum idem, scilicet quod auctore non teneatur hac de causa neptim dotare, tenuit Pala. Ru. in repetit. c. per vestras §. 24. col. 2. vers. sed caue, & vers. sed ego, & novissime sequitur idem Lara, circa alimentum in d. §. si mater. n. 40. ita quod isti tres patres, in idem recidere volunt, & idem tenere: contrariam tamen opinionem, imo quod per matrimonij contractum auctore non liberetur ab onere dotandi in casu in quo alias de iure communi & partiarum tenebatur, scilicet quoties neptis † & pater eius pauperes sunt ut probat tex. in d. l. 8. in 11. p. 4. & communem testatur esse etiam de iure civili Baeça, in d. c. 7. n. 16. & Lara, ubi supra. in §. non tam. n. 69. ff. de lib. ag. ex l. 4. titu. 19. part. 4. contrariam inquam tenuit idem Greg. Lopez, in dict. l. 8. in glo. sine fine, reprobando Pal. Rub. ubi supra primam opinionem tenentem, hanc etiam secundam opinionem referendo Pal. Rub. & Grego. in d. l. 8. sequitur & tenet Baeça, de dotibus in dict. c. 7. numero 22. vbi vsque ad. 27. pluribus eam exornat fundamentis, & potissime ad nostrum propositum facit quod cum alimenta filiis & descendantibus de iure naturali per ascendentes debeantur, ex toto titu. ff. de lib. ag. & ex toto in 19. p. 4. & obligatio dotandi, † & alimentandi non succedat ex patriæ potestate, ut l. si. C. de dotis prom. vbi etiam filium vel filiam emancipatos tenetur

teneretur pater dotare, & naturalis affectus non tollitur emancipatione, secundum gloss. Fab. & Ange in §. in testibus, in §. de testam mirandum est quod Gregori & sequaces pro prima opinione allegati teneant auum indistincte non teneri alimentare neque dotare neptem: Item ultra Baecam, facio considerationem, scilicet quod si ratio quare auus teneretur alimentare filium vel filiam & nepotes, esset, quia eos habet in potestate, & non ex iure naturali, frater diues non teneretur alere, nec dotare sororem suam consanguineam, in contrarium tamen est communis & opinio, ut testatur Baeca de dote. c. 13. n. 26. & 28. igitur falsa est opinio prima Gregorij & sequacium, & vera hæc secunda: scilicet quia si ex patria potestate descenderet ius alendi & dotandi auum nepotes ac neptes, ita teneretur eos dotare & alere si essent diuites sicut cum sunt pauperes, obligare tamen auum ut dotet neptem vel alat nepotem diuites, est contra ius, ut apparet ex supra dictis, & præsertim ex d. l. 8. titul. 11. & l. 2. titul. 19. partia. 4. & ex dictis per Baecam. d. cap. 7. numero 16. igitur vera est hæc secunda præsertim cum si prima esset tenenda, plura iura, plures communes opiniones corrigerentur: Ex quo sequitur quod in determinatione & diffinitione nostræ principalis quæstionis, non est ex toto reiicienda dicta distinctio Bart. in principio quæstionis propositæ, sed amplectenda est potius, reiecta hac secunda opinione quam sequor, scilicet quod per matrimonij contractum non liberetur auus ab alendo, neque à dotando nepotem vel neptem pauperes non habentes aliunde unde se alere neque dotari possint, secus vero si habeant. nam tunc excusantur, & in hoc ultimo sensu posset prima opinio verificari, scilicet quod tunc attendenda est opinio Gregorij in d. l. 3. verbo comar titulis part 6 quæ est prima quam supra retulimus quod hodie non imputabit neptis dotem ab auo in legitimam, quam à bonis patris sui est habitura, neque censetur contemplatione patris facta, neque dicitur profectitia & ex gloss. d. l. qui in aliena. §. interdum, verbo facies, quoties auus non teneretur ad dotandam neptem eo quod ipsa vel pater eius est diues, secus vero si pauperes essent, nam tunc quia obligatio dotandi aut alendi auo incumbit, neque per matrimonium filij liberatur ab hoc retenta secunda & vera opinione, dos ab auo nepti promissa in dubio censetur patris contemplatione data, & sic erit profectitia, & imputabitur in legitimam patris, prout expresse dixerunt Alex. 14. & 15. col. & Ripa. nu. 204. in d. l. in quartam, & melius idem Alex. in d. conf. 31 n. 5. volu. 4. & hæc est veritas, & secundum hæc est intelligenda dicta gloss. d. §. interdum, verbo facies, in distincte dicens esse ad uentitium datum ab auo nepti aut nepoti, est item intelligenda & lex. 2. tit. 11. parti. 4. versi. e la otra manera, dicens indistincte datum ab auo nepotibus esse profectitium, ut colligitur ex Alex. d. conf. & per addit. 19. & in d. l. in quartam, & ex dicta. l. 8. titu. 11. p. 4. & d. l. 2. titu. 19. p. 4. Et sic declarabis dicta per Angulo. l. 9. glo. 6. num. 7. & 8. Ex quibus nouissime infero, quod in casu in quo auus non teneretur dotare neptem, si eam dotauerit censetur donasse, quod in tali casu si auus habet alios descendentes computabitur talis dos in tertio & quanto meliorationis & ex l. 6.

Tauri, qua est. 10. titul. 6. supra isto lib. nam omnis ille qui non habebat dotatam in potestate, censetur extraneus. l. una. §. extraneum. C. de rei. vxor. ac. Extraneum autem dotans obligatur ex causa lucratiua & quia est mera donatio in 10 eam cui dotem promittit, ut per Alex. consi. 71. column. 1. & 2. lib. 4. las. conf. 171. col. 2. & 5. lib. 4. Baecam de dote. cap. 34. numero 14. dotisque constitutio facta alij quam filia est mera donatio, ut per las. ubi supra. & Baecam, ubi supra. c. 12. numero 35. & Mascari. de probati. conclus. 571. ergo vera est nostra illatio: nam sic etiam videmus quod frater non teneretur dotare sororem etiam consanguineam, si habet unde se dotet, secundum gloss. l. cum plures. §. cum tuor. ff. de adm. tut. communis secundum Baecam. de tract. de dote. c. 13. numero 26. & 28. ubi numero 29. declarat legem partitæ aliud volentem in tali casu si dotauerit eam censetur donationem in dote ei facere, secundum Baecam ubi supra c. 15. numero 13. & sic reuocatur per superuenientiam & liberorum huius fratris dotantis ad dotandum non obligati, secundum Bart. & relos ac secutos per eundem Baecam. d. c. 12. numero 35. nisi frater decepisset maritum dotatæ ut per eundem Baecam ibid. c. 32. n. 11. & c. 35. n. 11. sed si secundum dicta est donatio dotis constitutio per fratrem sorori suæ facta in casu in quo ipse non tenebatur eam dotare, quia erat diues ipsa, vel erat ueritina, dos talis computanda est in quinto bonorum talis fratris habentis descendentes legitimos & naturales, cum de quinto tantum inter extraneos disponere posset, prout in expresse, tenet ipse Baeca, in d. c. 12. nu. 34. ergo vera est nostra illatio in auo non tenente dotare neptem: iudemque ex tali dote, quia est mera donatio, ad quam auus & ex necessitate non tenebatur, neque ob causam necessariam fuit facta, extrahetur tertium & quintum, ex l. 25. Tauri qua est. 29. titu. 6. lib. 5. recipi. qua tantum in necessaria causa loquitur, ut ibi dico, quæ omnia notanda quia singularia & vera, neque per aliquem sic digesta ac considerata reperies. Alias quæstiones in propositum nostræ legis videre poteris per gloss. illam contat in d. l. 3. tit. 15. partia. 6. & præsertim illam, an id quod ad filium peruenit iure maioris & veniat conferendum & tradit Castillo in l. 29. tauri. num. 31. si bene recordor quæ est optima quæstio, & in eius propositum vidi in facto de tali quæstione dubitatum, pater enim & mater nobiles habentes maioratum ab antiquo & filios duos ex suo matrimonio, masculum scilicet, & foeminam, qui quidem maritus & vxor (ut aptius loquamur) in vita ipsius filij in maioria illa succedere debentis post mortem parentum, dotauerunt filiam illam in quantitate certa, post aliquod verò tempus mortuus est hic maritus pater horum filiorum, mortuusque est itidem filius ille primogenitus superstiti matre sua & sorore sua, ita quod maioratus ille ad filiam illam dotatam deuenit, mater vero ipsa, quæ insimul cum marito suo filiam illam dotauerat, dubitabat, an filia hæc deberet habere dotem illam præcipuam ultra maioratum in quo successit, an vero deberet illam in maioratum computare, ita quod ex bonis ipsius matris non posset recuperare neque petere dimidiam partem ipsius dotis, cum bona lucrata ex matris-

ex matrimonio illo adessent, dosque ipsa nondum soluta esset, & an ex hac causa posset se mater ipsa excusare à solutione dimidia dotis, in quo quidem dubio responsum dedi nullo modo matrem ab hac solutione excusare se posse, tum quia in bonis per substitutionem deuenientibus prout deueniunt bona maioratus de vna persona in aliam, non habet locum computatio in legitimam, 14 * *ut licet videre ex Docto. maxime Ripa. numero 217. in d. l. in quartam ff. ad l. Falcid. tum & principalius quia bona hæc maioratus ab antiquo relicta fuerunt per viam maioratus, * non vero ab 15* *ipsis dotantibus, & cum ab antiquo prouenerint, nimirum si à patribus dotatoribus habita non dicantur, sed à primis constituentibus, secundum Menesum. l. vnum ex familia. §. si de falcidia, de legat. 2. & antequam Cauarr. in practi. cap. 13. num. 6. in priuici. & Anton. Gom. tom. 1. cap. 12. num. 48. in medio, vers. item adde quod talis, ubi plura iura ad hoc allegat, & gloss. de lineage per tex. ibi, in l. 9. tit. 7. part. 2. & ideo nimirum si in dotem ipsam non imputentur, neque dos ipsa in eis, imo & idem substineri posset in maioria constituta per ipsos dotantes ante dotis constitutionem & irrevocabiliter facta, fateor tamen gloss. contrar in l. 3. tit. 15. part. 6. dicere se audiuisse semel in Granatensi prætorio iudicatum maioriã in legitimam imputatam fuisse, sed fortassis erat in maioria reuocabili, vel in casu in quo nulla alia bona extabant pro dotis solutione, tu latius cogitabis, quia magna est autoritas glossatoris. Vterius & ex generalitate verborum nostri tex. ibi, *hijo o hija, defumi potest conclusio, scilicet quod non est differentia inter emancipatos, & in patria potestate existentes quoad collationem materiam, † cum lex nostra inter emancipatos disponat, & facit tex. in l. meminimus C. de legi. her. & l. 14. tit. 6. lib. 3. fori, & l. 3. tit. 15. part. 6. in correctionem §. emancipatos liberos inst. de exher. lib. licet quoad succedendum etiam hodie dureret differentia hæc, quando prætenditur succedere ex testamento prout alius per me dictum est late, & tradit Segura, in l. coheredi, in prin. nu. 8. cum sequentibus aliquibus ff. de vulgari.**

Ibi, *Ellos y sus herederos.* Et sic quamuis viuo patre filia dotata decedat relictis filiis, dos data illi filie, debet eius filiis † in legitimam imputari, quam ex bonis patris filia hæc habere debeat, secundum gloss. contrar. l. 3. tit. 15. part. 6. per verba hæc nostri tex. hæredes filie iubeantis conferre debere dotem matris.

Ibi, *Donacion.* Propter nuptias, de vera intellige, secundum Teili. l. 22. Tauri n. 27.

Ibi, *Las otras donaciones.* De quibus intelligatur, & qualiter remanet per me dictum in l. 26. Tauri posita pro l. 10. tit. 6. supra isto libro.

Ibi, *Pero si se quieren.* Hæc locum non habent iam in filiabus, nam hodie filia & carum mariti compelli possunt, etiam si nolluerint hereditatem parentum adire neque acceptare trahere ad collationem dotem illi per parentes traditam, * ut sciatur, an vitra id, quod pro legitimis parentum capere poterat, sit in dotem aliquid traditum aut promissum, ut omnis ille excessus alij tributui reuertatur, ne inæqualitas adsit filia ad fratres ex causa dotis promissæ ex l. 1. tit. 2. supra eo. ubi dixi, & in specie tunc additio Suarez l. Quoniam ampl.

Tom. 3.

6. regia legis numero 1. pag. 250. C. de inoffic. testam. & Matienço hic gloss. 3. nu. 2. gloss. 4.

Ibi, *Puesto que sea durante el matrimonio.* Sed an idem terminus inspicietur in terminis pragmaticæ 101. de Madrid. sub l. 1. tit. 2. supra eod. lib. ita ut ius eligendi tempus reguletur * ad excessum dotis considerandum ex dicta pragma. an vero ex lege nostra, & breuiter & resolutiue teneo, quod neque in casu illius pragmaticæ inspicietur tempus nostri text. neque in nostri text. casu inspicietur tempus illius pragmaticæ, sed legis nostræ, scilicet, ut cum tractatur de diuisione facienda inter filios, ad habendam collationem bonorum, tempus nostri text. inspicietur, & filia dotata ius nostræ legis competet, ad eligendum tempus promissionis, an vero diuisionis, & hoc quoties contra eam non opponitur de remedio dictæ pragmaticæ, sed si de illius remedio opponatur per alios fratres dicentes quod vitra legitimam fuit dotata, tunc tempus illius pragmaticæ inspicietur, scilicet tempus promissæ dotis, & hoc si respectu filiarum loquamur, nam si respectu filiorum, respectu quorum lex illa 101. non loquitur, lex nostra seruabitur indistincte: prout & seruabitur cum filiabus si de remedio dictæ pragma. non opponatur per alios fratres, nam iudex non debet impertiri officium suum non petitum nisi in casibus à iure expressis, & quia ut dixi in d. l. 1. tit. 2. supra eo que est dicta pragmatica. in gloss. lo aya perdido, clausula annullans contra factum non operatur si velit is in cuius fauorem apposta est: & sic conciliantur leges hæc ne contrarientur, vel ut voluit Baeca de dotibus cap. 31. numero 7. & in d. l. 1. retulimus, vel ut diximus in l. 7. numero 1. tit. 6. supra eo. & per Angulo lege 10. tit. 5. gloss. 9. n. 4. supra eod. lib.

Ibi, *Que son inofficiosas.* Quantum posset olim dare pater pro filia si vellet immensam liberalitatem † in filiam dotis nomine exercere, vide per Baecam. ubi supra c. 1. n. 24. cum sequentibus pluribus Et an in conscientia remaneat * pater obligatus immensas has donationes filiabus faciens, tradit Mincha. de successione. crea. tom. 1. §. 2. nu. 1. vers. denique, ubi inquit quod non, & vide in simili Baecam, ubi supra cap. 29. quod pro nunc non affirmo, non tamen dicetur inofficiosa donatio si pater donet filio vsumfructum, * quem de iure percipere potest ex bonis ipsius filij, secundum gloss. magnam in l. 1. 8. tit. 4. p. 5.

Ibi, *Para se dezir.* Est dubiũ in propositum horum verborum num si pater filio suo pro dote constituat aliqua bona, vel simpliciter ipsi filio ea tradat tempore contrahendi matrimonij, quæ quidẽ bona excedunt legitimam ipsius filij, & tertium & quintum bonorum paternorum, an si natiuitate filiorum reuocetur excessus ex remedio. l. si inquam C. de reuo. don. excessus hic considerabitur respectu legitimæ † tantũ, an & respectu etiã tertij & quinti, & dicendum est, excessum illũ esse considerandum circa id quod exceditur de legitima & tertio & quinto, sicut & in filia dotata ante pragmaticam de las dotes in l. 1. tit. 2. supra isto lib. posita, contra Berna. Diaz aserebat gloss. magna col. 2. in medio, in l. 8. tit. 4. par. 3. & licet in filia dotata hoc non procederet attendita dicta pragma. quia vitra legitimam filia hæc dotari nõ potuit, & sic omnis abinde excessus reuocabitur, in filio tamen datato in quo non habet locum dicta

Y

dicta

dicta pragmatica, excessus ille solum consideratur in eo, quod excedit legitimam & tertium & quintum, de quo pater inter filios disponere in vnum etiam filium poterat: & que ad filium post hæc videri consideratum per D. Gutierrez, *tractat. de iurament. confirmat. partia prima, cap. 9. numero decimo-nono.*

Ibi. *Pero las otras donaciones.* Intellige liberales, non vero remuneratoria: neque ob causam, nam in ijs liberalibus tempus mortis inspicitur, secundum leges nostras regias, sed in ob causam factis nostræ legis ꝑ tempus erit obseruandum prout in l. 26. Tauri postquam l. 10. tit. 6. supra isto lib. dictum remanet, & declaratum, vt lex nostræ non sit illis contraria: Et hæc pro declaratione contexturæ nostri text. sufficient: solum vnum examinando quotidie in practica occurrens, quid si filius seruiuit patri, aut matri, aut ambobus per aliquod tempus alijs fratribus iam matrimonio copularis, & præstitis dotibus, an huic filio seruienti debebitur ꝑ salarium sicut deberetur alij, qui in eodem ministerio Patri aut matri aut ambobus seruiret, & in hoc solus Fulgosius in l. illud nu. 3. C. de collatio. inquit & tenet, quod potest filius talis petere salarium pro tali administratione, id quod verisimiliter daretur extraneo negotiorum gestori, & quod totum id reputabitur aduentitium & præcipuum filij talis, & hanc opinionem sequitur dicens eam iustam & æquam & quod ita ipse practicaret, Anto. Gom. in l. 29. Tauri numer. 24. & facit lex. 5. titu. 17. parti. 4. quæ omne id quod filius labore suo acquirit, vocat aduentitium, & sic esse ipsius filij præcipuum, & quamuis nihil cum patre conuenerit de salario, id tamen censendum est præstandum, & conuentum fuisse, quod communiter de consuetudine dari solet, ex text. iuncta gloss. in l. ex placito. C. locati, & ex per me dictis in l. 9. numero 3. & 5. titu. 15. libr. 4. supra ubi numer. 10. hic nos remissimus super isto articulo: Contrariam tamen opinionem contra Fulgosium, imo quod tali filio nihil debeatur. tenet Ias. in ea. l. illud nihil iuridicum allegando, secundum Anto. Gom. ubi supra, & hanc opinionem cum Ias. tenet gloss. com los, in l. 5. tit. 17. parti. 4. & clarius in l. 3. tit. 20. parti. 2. per text. ibi, in vers. E mas de los hijos que son suyos quitamente, mas que otra cosa para seruir se dellos a su voluntad. & in l. fin. titu. 2. ea parti. 2. item & pro hac opinione facit l. 7. tit. 4. lib. 3. fori, & l. 3. titu. 15. parti. 6. probantes, quod id quod acquirit filius cum pecunia patris est profectitium, & sic cum alijs fratribus comunicandum, neque vllum salarium pro labore leges hæc filio constituunt, & sic neque nos constituere debemus, aded vt neque in conscientia teneatur pater neque mater ad soluendum filio eis seruienti salarium aliquod pro seruitio eis facto, si nihil cum filio de hoc est conuentum, neque, a filio protestatum, secundum Nauar. in manuali Latino cap. 17. nume. 148. quid dicendum: & in hac opinionum diuersitate semper tenui medium desumptum ex gloss. communiter aprobata in l. cum oportet in princi. C. de bon. qualib. scilicet quod sicut ꝑ cum filius lucrum aduersum cum patris pecunia absque opera & labore suo, putat quia pecuniam posuit apud campforem, tunc omne illud lucrum est profectitium, & venit diuidendum inter omnes fratres, secus vero si labore proprio & ex industria, & opera sua lucrum tale adquisiuit

cum pecunia patris, nam tunc licet pecunia sit omnium fratrum, lucrum tamen erit aduentitium, tanquam labore proprio aduersum vt inquit dicta l. 5. titu. 17. p. 4. & sic totum hoc lucrum erit ipsius filij laborantis, neque comunicandum cum alijs fratribus, & illam gloss. ad hoc veriore & æquiore testatur Ant. Gom. in d. l. 29. Tauri, num. 24. si vero sit dubium an ex industria & labore filij sit quæsitum lucrum illud, medietas lucri acquiretur filio laboranti, alia autem medietas substantiæ patris tanquam sit tacita contractu societas, secundum gloss. illam, & Anton. Gom. ubi supra, & hanc cum gloss. illa dicit communem opinionem Gregorius in d. l. 5. tit. 17. p. 4. & ex text. ibi si bene inspiciatur probari potest, dum quando de labore filij loquitur, inquit lex esse aduentitium, cum vero de labore nullum verbum, inquit esse profectitium, & communem etiam dicit Ripa, in l. in quartam num. 157. ff. ad l. Fal. & Tira. relatus per Aluarado de coniect. mente test. lib. 2. c. 2. §. v. num. 114. & nouissime Ayora, in tract. de partitioni. 3. par. quest. 2. per rotam, & secundum istam distinctionem est declaranda & intelligenda dicta l. 7. tit. 4. lib. 3. fori, & dicta l. 3. tit. 15. p. 6. & d. l. 5. in prin. titu. 17. parti. 4. prout inquit Anton. Gom. ubi supra & gloss. magna in ea l. 3. tit. 15. p. 6. ne corrigant dictam communem doctrinam gloss. in d. l. cum oportet, & verum esse credo: Sic & in nostra quæstione de salario filij ob seruitium præstando dicendum est, quod si filius hic nihil aliud faciebat, quam ire equestris, vel pedestris ad videndum laborare famulos patris sui vel matris in prædijs & defensis vel domibus, nullum est ei præstandum salarium, si vero ultra hoc laborabat ipse filius propria manu, & laborare alium famulum ad hoc necessarium excusando, & suo labore auxit bona paterna, tunc arbitrio iudicis est ei moderandum salarium pro labore, & ei tanquam debitum præstandum vt voluit Antonius Gomez, ubi supra, dum in vimilationis refert doctrinam & opinionem primam Fulgosij & clarius & melius voluit Baeza, de decima tutorum capit. 2. numer. 3. & 9. cum pluribus sequentibus, & sequitur Aluarado, ubi supra, & Ayora, ubi supra dicta. 3. parte, quæstione 3. & ibi hoc verum esse putat & summam æquitatem continere, neque obstat dicta lex 3. titu. 20. parti. 2. & lex fin. titu. 7. ead. par. quoniam secundum dicta intelligi possunt, vel quod non excludit peti salarium, licet pater possit se operibus filij etiam industrialibus adiuuari & eis vt ad libitum, vel loquuntur in operibus obsequialibus, ex dictis per Matien. Afflic. decisio. 308. num. 3. ea enim sola potest pater filio præcipere, quæ ad rem domesticam pertinent, & non alia, vt optimè per Alphons. à Castro, de potestate legis pœnalis lib. 1. cap. 4. fol. 28. in paruis & secundum hanc distinctionem pluries consului, & alij meo consilio accesserunt, verum tamen semper consulebam moderate taxandum huic filio salarium hoc, & verbum illud dictæ l. 3. titu. 20. parti. 2. ibi, A su voluntad, intelligitur, ad hoc quod pater ad libitum suum huc vel illuc, in hoc vel in illo etiam renuente filio possit vti opera sua non vero ad excludendum a debito salario pro labore suis manibus impenso augendo bona paterna, & famulum excusando: & sic in cancellaria inquit audisse determinatum Aluarado ubi supra. In casu tamen in quo pater filio * salarium promississet 25 debe-

deberetur ei & præcipuum sibi recuperaret, *secundum Bal. consil. 62. volumine primo & gloss. mercedaria, in d. l. 3. titul. 15. part. 6. & Navar. in manu. ubi sup. & Odrof. l. si tibi. §. si pactus si in col. 840. ff. de pact. in propositum gloss. d. l. cum oportet.*

S V M M A R I V M.

- 1 Corriguntur plura iura per tex. nostrum num. 1
- 2 Non admittitur frater ad tutelam fratris cum Aua. 2
- 3 Si parentes filij hereditatem repudiaissent ita ut à capite parentum & liberorum exclusi essent, non excluderentur à capite unde legitimi. 3.

L. 4. Quæ erat. Tauri. 7

S V M M A R I V M.

Frater fratri ascendentes habenti non succedit neque concurrat cum ipsi ascendētib.

Ibi, No pueda concurrir, corriguntur per hoc plura iura, * scilicet Auth. de her. ab intest. veni. §. si igitur defunctus versic. si vero, coll. 9. & in Authen. defuncto. C. ad Tertull. & in lege quarta titul. 13. par. 6. versic. è hermanos, relata per scribentes hic, & probantia ad hereditatem fratris mortui fratres admittendos insimul cum ascendētib. ipsius defuncti, quod non solum in hereditate secundum legem nostram procedet, verum & in tutelâ, quia licet antea poterat frater pupilli utrinque coniunctus cum aua ipsius pupilli ad tutelam venire, & concurrere, ex eo quod ad hereditatem etiam cum aua concurrebat, secundum Sali. in Auth. matris & Aua. ca. quando muli. offi. tutel. lege tamen nostra attempta cum ad hereditatem talis fratris defuncti non admittatur eius frater insimul cum aua vel ascendente alio, neque ad tutelam admittetur, † quia correctâ ratione legis, & ipsa lex & eius dispositio correctâ censetur, prout optime considerat gloss. abuela. l. 4. tit. 16. part. 6. & Villalbos, in sua Antinomia, verbo filius num. 53, 54 & 56. Ratioque nostræ legis & dispositionis hæc potuit esse, scilicet, quia cum iam per legem 6. Tauri, quæ est 1. nostri tituli, æquiparentur ascendentes descendētib. in successione ab intestato, & sic sicut olim caput unde liberi excluderat caput transuersorum unde legitimi, & unde cognati, ut per totum. ff. & C. unde lib. & unde legi. & §. cum autem cum sequentibus, inst. de bono. pos. ita etiam hodie per. l. 6. Tauri, quandiu supersunt ascendentes intestati morientis excludentur transuersales etiam si sint fratres, non secus quam excluderentur si superessent liberi eius de cuius successione agitur, & ideo in hac lege hoc clarius statuitur, ut optime considerat Minchaca de successio. tom. 1. §. 1. num. 9. versic. denique cum per dictam legem sextam. ubi & in versic. verum tamen est inquit singulariter, quod si parentes eius de cuius successione agebatur repudiaissent hereditatem expressè, vel tempore vel alia ra-

tione à capite tantum parentum, seu liberorum, exclusi essent, tuncque integrum sibi remaneret caput unde legitimi, * in quo capite concurrere possent cum fratribus defuncti, de cuius successione agebatur neque procederet tunc nostra lex, dum dicit fratres in successione intestati fratris concurrere cum parentibus non posse, quæ est optima limitatio ad nostram legem & sic legem istâ nostram procedere etiam quoad bona extra regnum existentia, ut per Pelaez, de maior. 1. parte questione 58. num. 33. cum anteced. & sequentibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Lex nostra in filia fratris locum habet, num. 1.
- 2 Solum habet locum representatio in gradu collateralium usque ad filios fratrum. 2. & ibi quid in descendētib. successione.
- 3 Legatum fratribus relictum de primis fratribus intelligendum. 3
- 4 Representatio in maioratibus in infinitum locum habet. 4
- 5 Sobrinus non admittitur cum patruo ad fideicommissum familiae relictum etiam simpliciter nomine collectiuo ab eo qui non esset de ascendētib. neque de patruis, materteris aut amittis 5.
- 6 Representatiō non est locus nisi in casibus à iure expressis. 6. ubi an detur representatio in fideicommissis familiae relicto.

L. 5. quæ erat 8. Tauri.

S V M M A R I V M.

Filij fratrum ab intestato succedunt patruo cum fratribus defuncti patris in stirpem & non in capita.

Ibi, Los sobrinos, sed an idem erit, † in filia fratris, & dicendum est quod sic, ex optime dictis in materia nostri text. per Maria. Socin. in nouem, consil. 5. per totum volum. 2. intelligenda tamen est lex nostra, quoties sobriini ij cum patruo succedere debentes patruo suo fratri sui patris sunt descendentes in primo gradu constituti, & sic sunt filij fratris mortui, cuius personam representant, representatio enim in gradu collateralium solum habet locum † in filijs fratrum & non in vterioribus, secundum gloss. pariente in fin. in l. 3. titul. 13. part. 6. & Anto. Gomez, tom. 1. capit. 1. corum. fin. & in presenti num. 10. & 14. versic. item etiam iusta, & Telli. hic num. 5. & Couar. in practi. capit. 38. num. 4. versic. tercio ad intellectum, in fin. & in num. 10. versic. secundo potest, in princip. & hoc in collateralium successione in ascendētib. vero successione usque duret representatio, tradit idem Couar. dicto numero quarto, versiculo nono seclusis, & pro hac opinione est textus in l. 5. titulo 1. part. sexta. ibi, & oniese hermano, o hermana de padre o madre, e sobrino hijo de tal hermano que fuesse ya muerto, ecce quomodo loquitur in dicto

in filio fratris tantum, & non in ulteriori gradu, legatumque fratribus relictum de primis fratribus * intelligendum est, secundum Tiraquel. l. lones §. hoc sermone num. 82. & 86. de verbo. signifi. neque obstat lex. 40. Tauri, qua est. l. 5. titu. 7. supra isto libr. quia loquitur in vinculis & maioribus in quibus usque in infinitum tam in linea descendentium, quam collateralium representatio * admittitur, ut excludatur patruus siue cuius alius testator proximus, quoties adest filius nepos vel pronepos possessoris ultimo decedentis, ut & dixi in ea. l. 40. Tauri, & tenet Couar. ubi sup. num. 9. & 10. cum sequentibus pluribus ubi. num. 4. versi. secundo contra gloss. & in versi. tertio ad intellectum gloss. ampliat nostrae legis dispositionem, non tamen secundum eum ibi numero 5. versi. decimo apparet, admittetur sobrinus * cum patruo ad fideicommissum familiae relictum etiam simpliciter nomine collectiuo, ab eo testatore, qui non esset de ascendentibus, neque de patruis, neque de materteris aut amitis, & idem tenet gloss. in gnuo, in l. 3. titu. 13. part. 6. nam secundum eundem Couar. ibi nu. 6. versi. etenim in princ. quod de iure traditur de patruis admittendis cum nepotibus, obtinet, ubi res ad plures deuenire potest, non vero quoties ad vnum tantum, quia tunc primogenito defertur si per viam vinculi aut maioratus deferatur, habetque notare vnam regulam, scilicet, quod representationi non est locus nisi in casibus à iure expressis, ut nouissime post hanc mea scripta vidi consideratum per Doctorem Spino, in suo speculo testamentorum gloss. 1. prin. numero 44. ubi cum sequentibus describit casus hos, & numer. 49. & 50. differit punctum illum de quo per Couar. ubi supra an in fideicommissio relicto familiae detur haec representatio.

Ibi, in stirpem & non in capita, cuius ratio vera est, quia cum vnam solam personam representent, scilicet, patris sui, & iure eius succedant, qui si viuus esset, vnam tantum caperet partem hereditatis fratris sui defuncti cum alijs fratribus, nimirum si & eius filij, vnius tantum personae, quam representant, partem capiant, prout in proposito nostri tex. tradit Didac. Perez, in l. 1. titu. 6. lib. 1. ordina. colu. 235. in princip. versicu. ex quibus infero intellectum, & sic dicuntur in stirpem succedere illi, qui licet plures sint, non faciunt nisi vnam partem personae illius, quam representant, quod si incapita succederent, quilibet caperet aequalem partem cum patruo suo, & haec pro textualium declaratione sufficiant, caetera de successione transuersalium per Docto. hic videri possunt, maxime per Matienico hic qui per conclusiones prosequitur, & per Crassum, in libro receptarum sententia. titu. de successio. ab intestato.

S V M M A R I V M.

- 1 Filij clericorum in sacris constitutorum sicut patri ita neque matri succedunt. nu. 1.
- 2 Verbum, occasio, causam remotam non vero immediatam respicit. 2.
- 3 Clerici in materia nostri tex. debent esse in sacris constituti neque sufficeret minores ordines habere etiam si beneficium possiderent ecclesiasticum. num. 3.

- 4 Filium ante sacrorum ordinum adaptionem habitum an possit pater effectus post sacerdos heredem instituere. 4.
- 5 Spurius neque ex vltima voluntate neque ex contractu lucratiuo aliquid à patre habere potest. 5. & ibi ampliatur, & quibus applicabitur si aliquid ei relinquatur.
- 6 Nepotes legitimi & naturales ex tali filio spurio succedentes an successibiles sint auo. 6. & ibi cautella ut pater spurio relinquat.
- 7 Statutum denegans filio alimenta an valeat. 7.
- 8 Alimenta spurio relicta per patrem cessans spurio mortuo. 8. nisi ut ibi.
- 9 Filia spuria potest per patrem dotari ex eo quod dos succedit loco alimentorum 9. & ibi an possit ultra alimenta aliquid relinqui tali filio spurio.
- 10 Concubina licet clericus donare non possit tamē ob benemeritū a possit. 10.
- 11 Spurius hic de iure itidem ciuili neque patris cognateis succedit. 11. ubi an itaem sit in filijs naturalibus.
- 12 Nati ex damnato coitu an sicut neque à patre possunt institui heredes poterunt à consanguineis patris 12.
- 13 Spuriy clericorum filij an sicut neque matri ita neque consanguineis ex parte matris succedant. 13.
- 14 Filij commentariorum militarium ordinum an patri sint successibiles. 14.
- 15 Filij spurij clericorum dictorum etiam per viam fideicommissi non poterunt institui heredes à patre. 15.
- 16 Spurius hic si expresse instituitur à patre vel eē aliquid legatur ab eo ad venientes ab intestato deuoluitur, sin. vero tacite ad fiscum. 16. ibi & qualiter probetur fides hac tacita & fraus.
- 17 An valeat contractus onerosus inter patrem & filium spurium factus. 17. ubi & an confessio patris de recepto valida sit, ubi & an inter consanguineos ex parte patris & nu. 18. de quo spurio haec intelligantur.
- 19 Reprobatur Gregorius Lopez. num. 19.
- 20 Intelligitur lex. l. C. de naturalibus liberis. 20.

Lex Sexta.

S V M M A R I V M.

Filij spurij clericorum nullo titulo bona parentum acquirere possunt ut sic clerici à concubinarum consortio arceantur.

Ibi, Per

Ibi, *Por no dar ocasion*, ex ijs verbis colligitur clare, legem nostram procedere non solum respectu patris, sed & respectu matris, scilicet, quod quemadmodum patri clerico in ordinibus sacris constituto filij non succedunt secundum legis nostrae dispositionem, ita neque matri ꝑ prout late diximus in l. 1. gloss. como lo son, sup. isto. titu. & lib. vbi & tetigi an & consanguineis ex parte matris, & late per Rojas, in epitome de successio. ab intest. cap. 27. num. 1. cum pluribus sequentibus, & tenet Couar. in 4. part. 2. cap. 8. §. 5. num. 17. verbum enim * occasio causam respicit remotam non verò immediatam, vt docent Paul. Cyn. quest. 2. & Sali. in l. generaliter. C. de Episcopis & cleri. & allegati per Matienco. hic, in gloss. 1. num. 1. & sic non solum causam parentum, sed & matrum considerasse legem nostram est censendum, vt sic filij remoti non solum à successione patrum clericorum, verum & matrum quæ est remotior causa, vt arceantur clerici concubinato, videntes enim filios eorum sibi & matribus insuccessibiles continentia inuitentur ad bene viuendum.

Ibi, *De clericos*, sed an debent esse clerici in sacris, an verò sufficiat si minorum ordinum sint, & dicendum est, quod debent esse constituti in sacris neq; sufficeret minores ordines habere in filiorum naturalium propositum; etiam si insimul cum minoribus ordinibus beneficium ꝑ ecclesiasticum haberent, vt dicemus in l. 9. istius tituli, in glo. de clericos, vbi me remitto, & tradit Couar. in 4. 2. par. ca. 8. §. 5. num. 17. & Rojas in epitome de successio. ab intest. cap. 27. num. 20. & 21. Sed num si clericus ante ademptionem factorum ordinum, vel beneficij ecclesiastici filium habuerit in muliere soluta & cum qua contrahere poterat matrimonium absque dispensatione, poterit nè post sacerdotium adeptum filium illum hæredem instituere, ꝑ & dicendum quod sic, cum Didac. Perez, hic columna 164. ad finem.

Ibi, *Dos tales hijos de clericos no ayán ni hereden*, filius enim spurius neque ex testamento neque ab intestato, neque ex contractu inter viuos lucratiuo. (vt inquit Ant. Gomez l. 9. Tau. nu. 33. & 35. cum sequent. aliquibus, & infra hac lege in gloss. vendida, dicam) aliquid à patre ꝑ capere potest, vt in Authen. qui mo. natur. effi. sui. §. fin. Auth. licet C. de natur. liber. regia l. 10. titul. 13. part. 6. l. 4. titul. 6. part. 1. l. 3. tit. 21. p. 4. tradit. late Sua. in l. 1. tit. 6. lib. 3. fori, sub §. prædicta de naturalium, vsque in finem, & Crassus de successio. titulo fina. de successio. ab intesta. quest. 20. idemque in regno Aragonum feruari asserit, Didacus Perez, hic colum. 161. sub li. 1. ordin. dicens non valere statutum, quod spurij sint successibiles, de quo alias latius diximus, in tantumq; hoc reddit verum Couar. in 4. p. 2. cap. 8. §. 5. num. 3. quod si pater filio spurio aliquid relinquat, id legitimis liberis vel cognatis ex legis dispositione defertur & Anto. Gom. tom. 1. cap. 10. num. 20. vers. tertio infero, quibus negligentibus vendicare intra duos menses, vendicabit bona illa fiscus, secundum eum Couarru. ibi, qui cum numeris sequentibus plura singularia in propositum infert ex hoc asseritque post se persecutum fuisse Dominicum à Soto de iusti. & iure lib. 4. questio. 5. artic. 1. Sed an & nepotes legitimi & naturales à tali filio spurio procedentes inhabiles etiam censentur ꝑ ad succedendum aucto suo, & videtur

quod idem sit, quia ex infecta radice procedunt, quo casu nulla maior prerogatiua eis quam patri competet, prout videre licet ex dictis per Tiraquel. in tract. de primogenitura questione. 12. numer. 13. & 14. & 15. Sed secundum Couarru. vbi supra numer. 13. & 14. & Anton. Gomez in l. 9. Tauri numero 17. cum sequentibus pluribus, communis est, quod possit eis auus talis relinquere bona dummodo fraus absit & hæcerat vna ex cautelis, quæ parentibus clericis dabatur vt possent filij eorum bonis suis perfrui, quam & alias referunt Couarru. vbi supra nume. 11. & Anton. Gomez vbi supra & Didacus Perez, hic col. 162. in fine cum sequentibus, vbi alios allegat alias cautelas describentes, licet hæc cautela ex lege 9. Tauri infra sequente refutata videatur, secundum Villalobos, in antinomia iuris civilis & regij, litera. F. numero 23. & ideo mihi nunquam applausit, neque alia mihi melior videtur & absque fraude carens, quam illa, quod pro alimentis talis spurij pater ei relinquat necessaria, nam iure pontificio, vt apparet ex iuribus relatis per Couar. vbi supra & Anton. Gomez d. lege 9. Tauri numer. 37. cum sequentibus aliquibus alimenta non sunt deneganda etiam spurij, nam eò quod nati sunt non sunt perdendi, aliter enim necesse eos videremur, ex l. necesse ff. de liber. ag. nos. & an valerit statutum denegans filio * alimentum vide Couarr. vbi supra §. 6. per totum, ad declarationem. capi. cum haberet, de eo qui duxit in matrem. defuncto tamen tali filio ꝑ spurio cessabunt alimenta illa, secundum Couarru. vbi supra & Suarez l. 1. titul. 6. libr. 3. fori. §. secundum est nisi secundum eum ibi per patrem, vel matrem alimenta relinquente iubeatur vt & ad ipsius spurij filios alimenta illa deuenirent, vel si in vim alimentorum non relinquatur id quod tali spurio relinquitur, vt in lege sequente, in gloss. yno mas, dicemus, & in l. 7. numero 36. infra eodem. Ex dictisque alimentis spurio relinquendis infertur etiam spuriam filiam posse ꝑ per patrem dotari, eò quod in vim alimentorum dos succedit secundum Didacum Perez hic colum. 164. & melius Anton. Gomez d. l. 9. Tauri numero 17. vbi ponit casum de facto, & Dertium optimè, cons. 611. Si tamen talis filius spurius esset benemeritus circa patrem, posset ei pater aliquid plus ultra alimenta relinquere propter benemerita illa secundum Bald. relatum & secutum per Didacum Perez hic, col. 165. in fine, & Baecam, de dotibus cap. 17. numer. 8. vbi num. 9. inquit quod licet clericus concubinæ donare non possit, secundum gloss. communiter approbatam & laudatam in l. nullis. ff. de re iudi. tamen propter benemerita potest ei ꝑ donare, de quo agit late concius meus Doctor Guierrez, de iuramento confirma parte. 1. capit. 6. per totum.

Ibi, *Ne de otros parientes de parte del padre*, idem est de iure * civili, ex l. spurius ff. unde cog. & ex §. vulgo questos, inst. de successio. cognita. & glossa in §. nouissime, institui. ad officia communiter approbata secundum relatos per Crassum, de successio. titulo. de successio. ab intest. questione 20. num. 1. Ad eò vt idem sit in filiis naturalibus ad ampliationem dictarum legum, ex Authen. qui mo. nat. effi. sui §. filium verò & l. fin. in fine. titulo. 13. partita 6. & tenent plures relati per Matienco, hic gloss. 4. num. 1.

Sed an & idem erit in filiis natis ex aliquo coitu prohibito à iure, vt ij, neque ex testamento à consanguineis, sicut neque à patre condito institui *
 12 possint hæredes, vide tex. & ibi glo. pen. l. 4. & gloff. in manda. in l. 10. tit. 13. part. 6. & dicendum est cum hac glo. quod possint ab alijs quam à patre institui hæredes ex testamento vel per contractum, & lex nostra tantum procedat in casu, in quo loquitur, scilicet, in filijs clericorum, vt & tenet gloff. 1. l. fin. titu. 13. par. 6. & Acofta, in cap. si pater verbo, bona omnia, num. 13. pagin. 340 de testam. in 6. sic & eodem modo inquit gloff. magna in fine, in l. 11. titu. 13. part. 6. quod licet respectu successione matris, filij à clerico geniti ipsi matri non succedant, alijs tamen consanguineis ex parte matris * bene succedent, de quo dixi in l. 1. gloff. como lo son, supra isto titu. & lib. & examinat Matienço, hic gloff. 4. numer. 4. cum sequentibus aliquibus & numer. 8. ita tenet, & num. 9. an & hoc procedat ex testamento, & tenet nouissime Spino in speculo testamentorum, tit. de filio spurio, numero 19. Et an in
 14 filijs commenda ariorum † militiarum idem sit, vide dicenda in lege sequente, secundo amplia quod neque per viam fideicommissi, vt alij restituat, non poterit institui hæres * clerici filius à patre vel matre, secundum Suarez, allegatione. 27. fol. 196. ad fin. in antiquis, & iterum in de captatoria voluntate. §. fin. per totum fol. 102.

Ibi, Que les sea fecha, siuè tacite siue expresse, quod si expresse fiat, deuoluitur ad hæredes ab intestato, * prout dictum remanet, si verò tacite ad fiscum, & tunc tacita fideicommissa vocantur, putà cum clericus amicum quendam in testamento hæredem instituit bonorum suorum, tacite tamen rogauit eum, vt filio suo bona illa restitueret, tunc enim hoc probato, fisco hæreditas applicatur, ex l. 1. in princip. & l. non intelligitur. ff. de iure fisci, quæ iura & alia ad hoc allegat Meneses, in rubrica. C. de fideicommiss. num. 1. in princ. vbi cum numeris sequentibus usque ad 19. de his tacitis fideicommissis optima tradit vltra Docto. per eum allegatos, & numero 17. quarit, qualiter probetur fraus hæc & tacita fides de restituendo incapaci, & num. 18. cui fisco erit restitutio facienda, si clericus sitis, qui tacitam fidem accommodauit & num. 13. an ad probationem hanc faciendam restitutio debet esse facta, vel sufficiat probari tacitam fidem, à quo, eo tacito desumere & inferere hic possem, sed quia id mei instituti non est, per ipsum videri poterunt hæc & alia, sed cum expresse ipse incapax hæres instituitur, non fisco, quia non est commissum delictum, sed hæredibus ab intestato ipsius testatoris restituitur, vt dictum est, & itidem si amicus ipse non tacite sed expresse in ipsa hæredis institutione rogetur incapaci restituere, potest sibi hæreditatem retinere, & si adhuc velit eam restituere iam efficitur indignus & ab eo, cui restituit, hæreditas ablata fisco dabitur, secundum eundem Meneses, ibi numero 15. & tradit Didacus Perez, hic colum. 166. & late de his Anto. Gomez, in l. 9. Tauri, numero 21. cum pluribus sequentibus, & desumpsit ab eis Matienço, hic, in gloffa. 8.

Ibi, O vendida, ex ijs verbis & ex generali prohibitione nostri text. declaratur iuris ciuillis dispositio, in l. qui testamentum. ff. de probatio. vbi iurifconsultus valet affectu contractum mutui vel aliud

onerofum inter patrem † & filium spurium incapacem, quoties vera pecunie numeratio interuenit: nec lat esse solam patris confessionem de recepto, tex. etiam etiam in l. seruum meum ff. de har. inst. vbi valet venditio facta ei, qui hæres institui non potest, & ibi eum expendit Bal. idem Bal. in l. si is qui ex bonis ff. de acq. har. facit & tex. in l. 10. tit. 13. part. 6. quæ non sine mysterio donationem solum prohibuit, item per venditionem filius hic capit iure suo sicut quilibet extraneus, nihilque recipere videtur cum tantum det, quantum percipit, & sic id voluit gloff. in l. qui testamentum. gloff. 2. ff. de probatio. & Bart. & cæteri ibidem, dum iuste reprobant glo. illam dicentem, valere confessionem patris dicentis se recepisse pretium à filio, in quo gloff. communiter reprobata est, & contra eam est tex. in l. 3. tit. 14. par. 3. ergo fatentur Bar. & sequaces quod si vera adesset numeratio, valebit emptio talis inter filium spurium & patrem suum, & hanc conclusionem in specie probant Speculat. tit. de success. ab intest. versi. quod si inter se vendere numero 34. Bal. in dict. l. si is qui bonis, & ibi Alex. numer. 7. Anton. Gomez l. 9. Taurinum. 35. gloff. per tex. ibi in dict. l. 10. Duchas, regula 366. ampli. 11. & verioram & receptiorem testatur Anton. Gomez. d. num. 35. versi. sed his non obstantibus, & nouissime tenet Matienço, hic, gloff. 7. num. 2. cum pluribus sequentibus, declarat enim hæc doctrina & recepta sententia, ex lege nostra vt non procedat, inter filium spurium & patrem suum clericum, vel consanguineos ex parte patris, inter eos enim neque venditio valebit etiam si vera adsit numeratio, & hanc declarationem correctionem esse ad ius ciuile asserunt Segura, in repeti. l. 3. §. fin. num. 145. ff. de lib. & post & Anto. Gomez l. 9. Taurinum. 36. ad fin. vbi asserit in hoc legem nostram esse terribilem, correctio tamen hæc vel potius declaratio non generaliter quoad omnes spurios, vt ipsi dicunt, & Spino infra allegandus & Didacus Perez, clarius in l. fin. titu. 3. lib. 5. ordin. gloff. ni vendida, pag. 154. ex l. nostra est intelligenda, sed tantum in filio spurio * clerici, in quo lex nostra loquitur, quæ cum prohibitoria sit, & eius ratio specialis, vt, scilicet, ne detur occasio, quod mulieres sint clericorum concubinae & hac de causa prohibitio nostræ legis processit, quæ cum specialis vltra casum specialem non est extendenda, præsertim ne inducatur in alijs, quam in specificatis correctio, vt & in alio articulo dixit Didac. Perez vbi sup. pagin. 152. colum. 2. ad fin. & sic dicta receptior opinio etiam hodie quoad alios quam filios clerici remanet in suo esse, & sic legem nostram declarare voluit Matienço, hic gloff. 7. num. 14. quamvis Spino, in speculo testamentorum. tit. de filio spurio, num. 55. indistincte ex lege nostra idem in omnibus spurijs esse velit, cum lex nostra, vt dixi specialis sit, & ea, quæ specialiter introducta sunt, non sunt trahenda in consequentiam, ex iuris regula, & limitata dispositio limitatum producit effectum ex lege cum geminiano C. de transactio. & l. 10. titu. 13. part. 6. quam & pro se allegat ipse Spino, loquitur in donatione non vero in venditione, & cum in donatione loquatur aliud esse in venditione videtur voluisse legem hanc & sic supra pro receptiori opinione eam allegauit, & que quoad nostram legem placet opinio Gregorij * in dict. lege 10. verbo, la donacion vbi voluit 19

nam declarare non procedere si vera ad sit numeratio, nam lex nostra non patitur hanc declarationem, & sic non sequitur eum Marienço *hic dict. gloss. 7. num. 2.* sed tenet dictam declarationem quod lex nostra in suo casu tantum procedit, & sic remanet in suo esse in alijs quam clerici spurij dicta communis & receptor opinio, cui quidem non obstat. *l. 1. C. de natur. lib. 1.* nam ei tribus modis respondet Anton. Gom. *dict. numer. 35.* & Marienço *hic. numero quinto* sequitur vnam ex dictis responsionibus, scilicet, quod in *d. lege prima* pater non emebat aliquid à filio, neque ei aliquid vendebat, sed nomine filij spurij, ab alio emebat in aperta fraudem legis, quare improbatur emptio, mihi tamen non applaudit hæc declaratio & intellectus, nam est expressè contra tex. in *illa l. 1. in versic. siue itaque ibi siue ab eo emptum:* ideo dicendum est, *l. 1. C. de nat. lib.* esse declarandam ex dicta receptiori sententia, vt non procedat, quoties adest vera numeratio, cum non sit nouum leges posteriores per priores intelligi, vel dicendum est legem illam primam solum procedere in casibus in quibus loquitur & non in alijs, scilicet in senatoribus seu præfectis, vel quibus in ciuitatibus dum virilitas, vel sacerdotij, idest phænicarichæ, vel Syriarchiæ, ornamenta condecorant, ij enim si ex aliqua mulierum ibidem scripta: um filium susceperint, nihil ei titulo donationis, aut venditionis dare possunt, & hic est literalis & verus meo iudicio dictæ. *l. 1. intellectus,* & qui eum sequi noluerit, sequi debet illum alium, quod loquitur quoties adest ficta & non vera pretij numeratio, sed mihi magis placet dictus meus intellectus, vt specialiter procedat in personis ibi enumeratis, & ex lege nostra ampliatur in spurio clerici filio, & in alijs spurij dicta communis & receptor opinio in suo esse remaneat tanquam casus omisus, qui remanet in dispositione iuris communis, & hæc pro hac lege sufficiant, alia in eius propositum dicta sunt in *l. 1. in gloss. como lo son super isto titulo. & lib. 8. dicentur in l. sequente.* Sed an filius clerici ab alio tertio, qui non sit cognatus capere possit, vide remissiuè Velascum, in *consultationibus suis capitulo 19. in fin.*

S V M M A R I V M.

- 1 An lex hæc habeat locum in nepote bastardo. num. 1.
- 2 Lex nostra. & d. l. fin. C. de natur. liber. potius fauorabiles quam odiosæ sunt. 12
- 3 Appellatione filiorum nepotes comprehenduntur. 3
- 4 Lex ii. titulo. 13. part. 6. corrigitur per tex. nostrum 4. & 6. & ibi in num. 4. quod representatio habet locum in filijs & descendentes naturalibus sicut in legitimis.
- 5 Bastardorum plures sunt qualitates. num. 5.
- 6 Filij naturales patri non succedunt ab intestato nisi pro alimentis quia non concurrunt cum legitimis & naturalibus. 6
- 7 Descendentes excludunt filium naturalem si descendentes sint legitimi & naturales. 7. & ibi quid in legitimis.

Ioan. 3

- 8 Quinta pars legari potest filio naturali sicut extraneo. 8. nisi vt ibi & incestuoso & adulterrino pro alimentis etiam per fideicommissum tacitum. 13. & 29
- 9 Extraneo an possit quintum legari si legans habet sex filios. 9. vbi & an idem si legares proprijs vsibus.
- 10 Duas quartas an possint filius vel pater grauari extrahere. 10
- 11 Num plusquam quintum possit bastardo filio per patrem relinqui & quando. 11
- 12 Minor pars quinti si sufficiat pro alimentis an excessus reuocabitur. 12. & an illo excessu possit onus apponi. num. 18.
- 14 Cui potest aliquid relinqui palam etiam si tacito fideicommissio relinquatur, non applicatur fisco. 14
- 15 Quintum pro alimentis an possit relinqui filio bastardo etiam si ipse habeat unde se alat. 15. per coactionem tamen & compulsi non cogentur parentes alimētare eū diuitē vt ibi.
- 16 Alimenta qualiter & quando præstanda. 16.
- 17 Quintum hoc si expresse pro alimentis relinquatur mortuo alimētando reddunt ad hæredes testatoris. 17. nisi vt ibi & numero 30 quid attenda lege nostra.
- 18 Filij naturales ex testamento, & contra testamentum & ab intestato matri succedunt.
- 19 in patribus quoad quos ex testamento tantum ei succedunt.
- 20 Consanguineis etiam matris succedunt ij filij naturales deficientibus proximioribus. n. 20
- 21 Filius naturalis an succedat in maioratu ex parte matris. 21
- 22 Spurij pronenientes ex damnato coitu vel ex coitu clerici in maioribus constituti, monachi aut monacha non succedunt etiam matri. 22
- 23 Spurij habiti etiam in meretrice soluta & à soluto matri succedunt. 23. & etiam si sint habiti in matre illustri, vt ibi & etiam si mater hæc ascendentes habeat dum tamen descendentes legitimis careat.
- 24 Spurij equiparati naturalibus succedunt etiam in emphyteusi seculari. 24. licet non ecclesiastica, vt ibi.
- 25 Descendentes si habent filios legitimos non succedunt ei ascendentes. 25
- 26 Filius damnati coitus an possit cum bona conscientia retinere bona matris. 26.
- 27 Filius damnati coitus neque per viam donationis aliquid habere potest, etiam in matre, 27. & an ab alio ibidem
- 28 Hæreditas filio damnati coitus per matrem relicta in testamento ad quem deueniet. 28
- 30 An lex nostra permittens matri de quinto disponere habeat locum si habet ascendentes, vel si eos non habet neque descendentes, sit ei restricta potestas disponendi de tertio bonorum

X 4

rum

- rum 30. & sunt novæ considerationes autoris, cum aliquibus numeris sequentibus usque ad 34.
31. Dictionis quamvis est implicativa. 31. & addit precedentibus, ut ibi. 32
32. Dictionis aduersativa natura que sit. 32
33. Mater relinquens filio damnati coitus quintum in casu in quo careat descendens & ascendens, an de hoc quinto erit implendum testamentum & anima. 33. & ibi ampliatur nouissimè etiam per autorem.
34. Alimenta possunt filij spurij quilibet si sint relinquere parentibus suis sicut è contra dictum est à contrario 34.
35. Alimenta in quinto honorum relicta an mortuo legatario cessent. 36. & supra. num. 17. & num. illo. 36, declarationes describuntur.
37. Coitus damnatus in materia nostra l. est in quo mater propter illum mortis naturalis pena incurreret. 37. secus alias ut ibi.
38. Coitus cum vidua de consuetudine non est punibilis, 38. ubi quod cum virgine non punitur iam pena mortis.
39. Natus filius ex soluta & coniugata matri omni modo succedit si mater sine descendens decessat. 39. quamvis patri non, etiam si pater ipsi aliquid legaret, non necessarium ad alimenta, ibi.
40. Filius famule coeuntis cum famulo domini sue matri succedit si ipsa erat soluta. 40. nisi ut ibi.
41. Filius natus ex coniugata per vim cognita, ex quo filius ille natus est succedit matri sine descendens legitimis & naturalibus mortua. 41.
42. Filius matris illustris soluta & iam hodie ipsi matri succedit decedenti sine legitimis. 42.
43. Quid tam ex erit hodie in filio adulterino nato ex coniugata an mariti ipsi decedenti sine legitimis succedet. 43
44. Quid tamen in filio incestuoso. 44. & ibi pena incestus.
45. Iudex in atrocissimis delictis potest arbitrium usque ad mortem extendere. 45
46. Nepos procedens ex filio damnati coitus an possit ab auia institui. 46.
47. Quid in nato ex Iudeo & christiana an dicitur damnati coitus. 47
48. Quoad patri succedendum nihil immutatur per l. nostramius antiquum & partiarum. 48.
49. Quoad matrem copulatiue requiritur quod sit coitus damnatus & punibilis in materia nostra l. de matri succedendo. 49
50. Clericus in casu nostra l. debet esse ordinibus sacris insignitus, secus vero alias etiam si beneficium ecclesiasticum habeat, siue clerici talis maiorum ordinum concubina sit publica siue non. 50
51. Filius clerici non presumitur genitus in sacer-

dotio. 51

52. Filius commendatoris unius ex tribus ordinum militarium hic expressorum habitus in muliere soluta & potente cum eo contrahere sine Papa dispensatione naturalis est & matri succedit, patri vero nullo modo. 52. & ibi an consanguineis ex parte patris.
53. Coitus monialium damnatus est. 53

L. 7. Quæ erat 9. Tauri.

S V M M A R I V M.

Qualiter & quando filij illegitimi & damnati coitus, clericorum, vel monachorum, aut monialium matribus suis succedant, & quæ alimenta eis relinqui possint, in presenti lege declaratur.

Ibi, Los filios Bastardos, Sed an idem erit in nepotibus, fingamus enim, quod quædam mulier vidua habebat filiam legitimam & naturalem ex legitimo matrimonio procreatâ, ex quo quidè matrimonio & filium etiam habebat, & ex filio isto legitimo & naturali præmortuo relictus erat quidè filius bastardus nepos istius mulieris viduæ, quæ quidem nepotem hunc bastardum hæredem vniuersalem in suo instituit testamento, & dictæ suæ filia modicum quid titulo institutionis reliquit, mortua autè vidua hæc eius filia agit contra testamentum auia filie dicens non valere, nepotique illi non potuisse relinquere amplius quam pater eius si viueret, reliquisset, & per consequens totam hereditatem ad ipsam pertinere abintestato, quaritur quid iuris, * & Paulus Cast. relatus per Suárez. l. 1. titulo sexto, libro tertio Fori. fol. 90. pagina secunda in principio. versiculo circa prædicta tamen, & inquit Paulus, quod plures consuluerunt institutionem non valere, per legem finalem. C. de naturalibus liberis. Sed quod ipse contrarium consuluit, scilicet dictam institutionem factam de nepote valere, eò quod inquit ipse Paulus, dicta l. finalis est odiosa nimis, quia antequam facta esset dicta lex, etiam legitima sobole extante poterat pater nepoti naturali relinquere quantum vellet, quia non puniebatur nisi quantum ad filium, cuius generatione vitium commisit, ergo si est odiosa non extendenda: Item & pro ipso Paulo faciebat. l. 1. titulo 13. part. 6. probans filium naturalem in simul succedere cum legitimis & naturalibus, ergo & nepos ex tali filio naturali cum patris personam representet, & sic quod iam, quod non caperet nepos iste totam hereditatem, deberet tamen esse æqualis cum filia in tali successione, & filia non posset agere nisi ad supplementum legitimæ, neque videtur obstare legem nostram, quia in filijs & non in nepotibus loquitur, & est odiosa, sicut de dicta l. finali. C. de naturalibus liberis, dixit Paulus ubi supra. & sic non extendenda ad nepotes. Quid dicendum: mihi (scilicet) cum Paulo contendere, contrarium videtur asserendum, imo quod idem sit in tali nepote naturali, sicut in filio naturali,

ex d. l. si. C. de natura liberis. patet, in quantum dis-
 ponit, quod legitima sobole existente auus non
 potest relinquere nepoti naturali nisi eo modo,
 quo statutum est in eo, quod pater legitima sobole
 existente poterat relinquere filio suo naturali, & eum
 de iure civili solam vnam vnicam relinquere po-
 terat, ex l. matre. C. de naturalibus liberis, & in Au-
 thentica qui. mo. nat. effi. sui. §. discretis. Præsertim
 quia cum dicta. l. finalis ¶ ad obviandum peccatis
 veniat, non est restringenda, sed amplianda
 potius, vt sic appellatione filiorum nepotes etiam
 comprehendantur, ¶ ex Bartol. & Doctores, in l.
 libellorum appellatione. 220. ff. de verborum significa-
 tio. quod cum appellatione & limitatione prose-
 quitur Villalobos, in arario communium opinionum
 verbo filius, numero 202. usque ad 212. & sic vt in
 casu in quo filij bastardi non possunt succedere as-
 cendentibus, sic neque nepotes bastardi etiam ex
 legitimo filio & naturali procreati succedant, ni-
 si in vna vnicâ ex testamento secundum ius ci-
 uile, & in quintum secundum ius regium existen-
 tibus filijs legitimis & naturalibus, & eis defici-
 entibus, & abintestato duas vncias ex duode-
 cim, ex Auth. licet. C. de natura liber. §. l. 8. titulo
 13. parti. 6. Dura enim esset aliter dispositio sepa-
 rans filios bastardos à successione parentum & ne-
 potes bastardos in eodem casu admittens. Item
 duplex vinculum fortius est vno, sed filia hæc legi-
 tima & naturalis duplici fungitur vinculo, ne-
 pos verò bastardus vno & patri habenti legitimis
 & naturales insuccessibili nisi tantum in dicto
 quinto ex testamento & in dictis duabus vncijs ab
 intestato, ergo necessario fatendum est, dictam
 nepotis institutionem non valere, neque concurrere
 debere ad aui successione cum filia illa legiti-
 ma & naturali talem nepotem naturalem, sicut
 neque concurreret in successione patris sui mori-
 tis cum filijs legitimis & naturalibus, quod &
 probatur ex l. finali. titulo. 13. partia sexta, versicu-
 fueras ende. & sic hæc opinio contra Paulum te-
 nenda est, prout & voluit tenere Suarez vbi supra
 & Antonius Gomez hic num. 6 neque obstat di-
 cta l. 11. titulo 13. part. 6. quia corrigitur * per te-
 xtum nostrum, prout aduertit glos. 3. vbi & Antoni-
 Gomez hic, numero 9. & omnes alij. Ex quibus Pau-
 li opinio non est sequenda respectu aui vel auix,
 ex parte patris. Sed respectu aui vel auix maternæ,
 secus est dicendum, nam in hoc casu, cum ipse
 nepos vel neptis naturales matri sint legitimæ &
 necessarij hæredes & cum ea deficientibus def-
 cendentibus ab ea legitimis & naturalibus primū
 caput liberorum obtinent, secundum omnes hic,
 intrant locum matris suæ nepos hic vel neptis na-
 turales, ita vt quemadmodum ipsa mater legitima
 & naturalis habebat succedere patri vel matri vel
 ambobus in simul cum alijs suis fratribus legitimis
 & naturalibus, ita & nepos vel neptis filius vel fi-
 lia huius matris auo vel auix maternæ succedant
 cum alijs filijs auorum horum legitimis & natura-
 libus, matris personam & locum representan-
 do, nam representatio habet locum tam in na-
 turalibus quam in legitimis secundum Antonium
 Gomez, hic, dicto numero 6. tum etiam quia lex nos-
 tra excludens naturales succedere cum legitimis
 & naturalibus procedit respectu successione ma-
 tris, prout ex ipsa patet, & tenent omnes hic
 teste Matienço hic glossa tertia, numero secundo,

& quia cum correctoria lex nostra sit, non est cen-
 sendū in nepotibus naturalibus in hoc casu loqui,
 cum de iure antea tales nepotes cum legitimis &
 naturalibus concurrerant, ex §. nouissime Instit. ad
 Orficianum. §. l. si spurius. & l. hac parte. & l. mo-
 destinus. ff. unde cognat. gloss. 2. in l. 11. tit. 13. part. 6
 & sic vltra casum in quo loquitur lex nostra nō est
 intelligenda, neque obstabit noster text. dum de
 filijs damnati coitus loquitur, excludens eos à suc-
 cessione matris, vt idem sit quoad successione
 auix maternæ, secundum Doctores, hic, maxime
 Telli. num. 29. & Matienço gloss. 8. num. 2. nam
 vt ex ipsis Doctor. patet. idem erat statutum de iure
 civili, quod ius non est censendum legem nostram
 restrinxisse ad matrem solam filium habentem ex
 damnato coitu, sed in suo esse ius civile reliquisse
 etiam quoad auiam, & per consequens est diffe-
 rens casus, & ex diuersis non fit illatio, vt idē di-
 catur in nepote vel nepte naturalibus circa succes-
 sione auix maternæ, cū legitimis & naturalibus,
 prout ex dict. l. Modestinus, tenuit Cyn. secutus
 per Suarez vbi supra in fin. verbis & Antonium Go-
 mez, hic num. 49. idem dicentem si talis mater
 esset tantum naturalis, & idem voluit dicta glos.
 2. in princ. inuncta gloss. 3. in d. l. 11. dum in gloss. 2.
 tenuit hoc de auia. & in gloss. 3. legem nostram so-
 lum quoad matrem intellexit procedere. Imo
 & quoad matrem asserit Socinus, relatus per glo-
 natus. columna penultima in dicta lege 11. & per Pe-
 laez de maiorat. 2. part. questione 2. numero 15, non
 sit extensio ad nepotes procedentes ex filio dam-
 nati coitus, qui quidem auix suæ succedent, quasi
 prohibitio quoad filios succedendi tali matri non
 extendatur ad nepotes hos, licet non careat scrupulo,
 vt inquit illa gloss. natus.

Ibi De qualquier calidad que sean, plures enim
 sunt qualitates filiorum naturalium, vt patet ex le-
 ge prima, titulo decimo-quinto, part. quarta. nam vo-
 cantur naturales, & erant illi nati ex concubina
 in domo retenta, ex Angel. in l. vulgo concepti. ff.
 de statu homi. Oldrad. consil. 196. Roland. consil. 242
 volumine 1. Alcia. libr. 4. parergon. cap. 5. qui cum
 pauci tales dici possent, processit. l. 11. Tauri
 nostri tit. id non requirens, sed ex qualibet cō-
 cubina, quos bastardos vocat gloss. in Rubrica.
 ff. de concubinis Alexandr. consilio 128. numero
 decimo-tertio, volumine primo. Alij vero nothi vo-
 cantur, quæ dictio (Fabio Autore libro. 3. cap. 8.)
 Latine reddi non potest, & sunt ex concubitu
 geniti, distantes à naturalibus, quod nothi non a-
 deo custodia matre, neque quæ loco vxoris ha-
 beat, nascuntur, vnde & ea voce conti-
 nentur, quæ ex meretricibus concipiuntur, quos
 vulgo conceptos dixit cōsultus, in d. l. vulgo. & spu-
 rios dixit Theophilus, id est passim conceptos,
 aut quasi sine patre filios, de quibus prima pars d. l.
 vulgo. qui patrem demonstrare non possunt, cuius
 modi tyrrhenorum filios omnes esse, Theonius
 est testis libr. 12. esse enim illis lege vxores com-
 munes communiterque partus alere sollicitos,
 quasi sine patre certo & apud alios idem esse referat
 Tiraq. in l. 7. conubi. numero 53. quales & Mossi-
 nes Pontici etiam sunt, quæ (vt Arthemedorus de
 somniorum interpretatione lib. 1. cap. 9. scribit) tantū
 de mulierum fide solliciti videntur, vt eis commu-
 niter miscantur in his soli nihil ipsi curiosi, quæ a-
 pud cæteras gentes admitta grauissimè lege puni-
 ri so-

ri solent, nihilque veriti, si incerto proterus patre filij nascantur. Sunt & alij spurij ex damnato coitu, vt si ex matre sint cum qua stuprum, adulteriũ aut incestus committeretur, de quibus subiicit dict. l. vulgo. ibi vel qui possunt quidem, & illi matri intestata succedebant, vj non succedunt, secundum gloss. in l. si qua illustris. C. ad Orfician. quæ communes opiniones sunt, secundum Socinum *conf. 148. colum. 1. & fin. volum. 1.* nisi ex ancilla propria sint, quod & legens, & ex facto consultus respondit Socinus. l. Gallus. §. quid si is. columna finaliff. de liberis & post. qui quidem omnes sub lege nostra comprehenduntur, & circa naturalium successionem ea attenta nihil dubij relinquuntur, prout refert Oroscius in d. l. vulgo ff. de statu hominum columna 249. Sunt & alij ex moniali cum presbitero nati, vel ex monacho, qui & spurij appellantur, damnatiue coitus secundum Ferrarium in practica in forma lib. pro heredibus ab intestat. de la glo. nullisque super columna 2. versiculo unde aduertendum folio, mibi. 192. qui admodum omni iuri infesti sunt, vt indigni successionem parentum, & ordinum receptione censeantur, vt patet ex l. supra proxima & ex traditis per Doctores, hic, & alibi, & vide optimam. l. 1. titulo 15. & l. 4. & fin. titulo. final. partia 4. & Matienço lege 6. glossa 3. numero 1. & 2. supra isto titulo. & Paulum Grillan. de hereticis in titulo de pœnis omnifariam coitus per totum.

Ibi, En caso que tengan sus madres, Ex ijs verbis ⁶ corrigitur text. in l. 11. titulo 13 part. 6. * quæ naturales filios cum legitimis & naturalibus concurrere ad matris hæreditatem disponebat. Sed an idem erit si ad patris hæreditatem tantum veniant? & dicendum est quod sic & fortius, nam si in matribus hoc disponitur, quibus quidem filij naturales tam ex testamento, quam ab intestato legitimis & naturalibus descendentes deficientibus succedunt, ex lege nostra, à fortiori idem dicendum quoad patris hæreditatem, cum patri tantum legitimis & naturalibus descendentes deficientibus, naturales filij succedant, ex testamento, & ab intestato in duabus vncijs, ex lege titulo 13. part. 6. & ex l. 10. Tauri quæ est sequens. Item quia ex dicta l. 8. & 9. titulo 3. part. 6. tunc filij naturales ab intestato in illis duabus vncijs patribus succedunt, quoties patres legitimam sobolem non habent, nam si haberent lecus esset, & sic neque vltra quintum posset pater filio naturali relinquere dum legitimam sobolem habet, † ex l. sequente, & ex Authentica licet. C. de naturali. liber.

Ibi, O descendentes, & sic nepotes & in infinitum descendentes legitimi & naturales excludunt ⁷ filium naturalem à successionem matris, * auita, vel proauitæ, vel alterius legitimi & naturalis ascendentes, nam cum verbum Descendentes, sit indiffinitè prolatum, omnes comprehendit.

Ibi, Legitimos, Adde & naturales. Quid tamen si tantum legitimi essent rescripto principis legitimati qui secundum aliquos nihil à legitimis differunt, vt per nostrum Gutierrez in repetitione. §. sui numero 16 4. cum pluribus sequentibus, Institut. de hered. qual. & differnet. vide latè & optimè de hac questione & dubio Tellium hic, numero 14. in fine, cum pluribus sequentibus.

Ibi, Mandar, Siue titulo legati, siue institu-

tionis, prout inquit Minchaca de successionem §. numero 9. versic. denique eum.

Ibi, Hasta la quinta parte. Dicitio illa, Hasta, totam quintam partem includit, quæ quidem quinta pars non solum filio naturali * legitimis ⁸ existentibus legari potest, verum etiam extraneo cuilibet secundum leges nostras regias, imo & nepoti naturali ex filio præmortuo secundum Suarez, in l. 1. titulo 6. libr. 3. Fori versic. hac de, in princ. fol. 88. quod tamen intelligendum est, nisi adessent plures filij legitimi & naturales quam quinque, quia tunc non capiet quintum totum filius iste naturalis, sed tantum, quantum quilibet eorum capiet ne plus naturalis ac illegitimus quam legitimus capiat secundum Molinam de Primogenijs. lib. 2. capit. 15. numero 51. & Ioannem Garciam, de expensis. capit. 3. numero 8. & 9. & Telli hic numero 27. cum tribus sequentibus. vbi optime querit an idem sit, si extraneo quintum legetur, vt illud totum quintum * capere non possit, si testator habeat filios quinque aut plus, ne extraneus plusquam filius capiat, & in lege 10. Tauri. ipse Telli, hanc communem dicit opinionem, quidquid contrarium in vtroque casu voluerit Matienço hic in gloss. 4. per totam: Imo & idem nouissime asseri posset, quamuis proprijs vsq; us partem quinti, aut totum legaret, cum adsit tunc eadem ratio, & sic idem ius seruandum est, quod est norandum, & cogitandum, quia à nemine vsque nunc vidi consideratum. Vterius & ex lege nostra tantum vnum quintum promittente legari, cessat iam quæstio illa, num filius vel pater grauatus possint duas * quartas detrahere, legitimam scilicet, & Trebellianicam, secundum glossam, Todos in l. 13. titul. 5. part. 6.

Ibi, Y no mas ni allende, Si legitimos & naturales descendentes habet, secus vero alias, nam tunc si quintum non sufficiat pro alimentis, vltra quintum pro eis pater etiam legare poterit. Nam licet verba hæc taxatiua sint, non tamen ita arctè intelligenda sunt, quin si ipsa quinta pars * non ¹¹ sufficiat pro alimentis talis filij spurij, amplius relinqui non possit, nam equidem poterit legitimis & naturalibus deficientibus secundum Antonium Gomez, hic, & Couarrunias relatum, & secutum per Didacum Perez, in l. 22. titul. 3. libro 1. Ordinant. columna 165. & iterum in l. 1. titul. 1. libro 5. Ordinant. pagina. 131. in prin. & Matienço gloss. 1. numero 1. in lege sequente & glossa. 1. & 3. l. 10. titulo 13. part. 6. & nouissime Ioann. Garciam de expensis & melior. cap. 3. num. 27. & 28. & Molinam de Primogenijs libr. 2. capit. 15. num. 52. cum sequentibus. quicquid contrarium voluerit Tellius in lege 10. Tauri numero 3. & gloss. bene considerata, in l. 8. verbo Menester. titul. 13. part. 6. etiam si pro se eam allegauerit Ioannes Garcia vbi supra, quas contrarietates assignat Lara, in l. si quis à liberis. §. idem rescripti num. 59. ff. de liberis agnoscendis & tunc id quod erit necessarium ne fame pereat dabitur vltra quintum, vt per Matienço hic gloss. 1. numer. 12. Possunt tamen hæc opiniones ex dictis concordari, vt prima procedat filiis legitimis & naturalibus existentibus, nam tunc vltra quintum pro alimentis filio spurio, vel incestuoso relinqui non potest à patre vel matre, etiã si quintum pro alimentis non sufficeret, sed deficientibus

ibus legitimis, & naturalibus totum id quod necessarium fuerit pro alimentis, etiam si quintum excedant, potest pater vel mater relinquere filio incestuoso, & damnati coitus, & sic cessant contrarietates *ut voluit Molina ubi sup. numero 53. versic. in secundo casu, & glos. 3. dict. l. 10. quas post hac vidi perpensas per Matien. in l. sequente, in gloss. 1. num. 6. cum sequentibus aliquibus*, nam vera est opinio quod etiam stantibus legitimis descendantibus possit mater relinquere filio damnati coitus quintum bonorum *ut per Matienço hic glossa 4. numero sexto*. Et an si quinti minor pars sufficiat ¹² † ad alimenta, excessus ille reuocabitur, vide Molinam *ubi supra, num. 54. ubi numer. 55. & in l. 8. infra eo numero 6. qualiter alimenta sint præstanda filio spurio, an secundum qualitatem, & dignitatem, an vero secundum vitæ necessitatem, examinat, & Matienço ubi supra, & Spino in speculo testamentorum. gloss. 16. princ. num. 103. cum sequentibus, & Lara, in l. si quis à liberis. §. idem rescripsit, num. 61. cum quatuor sequentibus. ff. de lib. agnosc. & Matien. ubi supra numero decimo-tertio, & decimo-quarto, & vide in l. sequente. gloss. 3. Vltterius & adeo quintum huic filio bastardo & spurio, vel incestuoso, etiam & adulterino potest pro alimentis per patrem, vel matrem legari, vt quamuis per tacitum fideicommissum relinquatur, * suum erit & non filici, ex rex. optimo & singulari, in l. 1. C. delatori. lib. 10. vbi probatur optima regula, scilicet, quod si ei, qui capere potest palam aliquid, relinquatur illud per tacitum fideicommissum, cessat delatio, & sic ab eo auferri ¹³ non potest, * qui est text. nouiter per me ad hoc consideratus. Vltterius potest in tantum filio tali quintum relinqui, quod quamuis filius talis habeat aliàs vnde se alimenter, potest ei pro alimentis legari, * secundum Couar. in dict. §. 6. 2. par. c. 8. num. 10. & glos. 1. in d. l. 10. tit. 13. part. 6. idque examinat Tellus, in l. 10. Taur. num. 6. & in l. sequente, num. 10. referam late & declarabo, & ibidem ipse Couar. alia plura infert in propositum per ipsum videnda. Vnum tamen est notandum, quod si pater aut eius hæredes cogentur alimentare filium bastardum, non tenerentur hoc facere, si talis filius haberet aliàs vnde se alere posset, vt ibi per Couar. num. 9. & Oroscium. l. 1. §. in se naturale. ff. de ius. & iure. & Telli. dict. l. 10. num. 6. vbi num. 2. quærit & discutit, qualiter ista alimenta præstentur, an secundum dignitatem filij, † an verò secundum reddituum quantitatem, vel secundum proprietatem bonorum, in num. 14. ipse Tellus examinat, vel an secundum indigentiam & necessitatē supra hac glos. remissiue diximus, & per nostrum Gutiérrez in allegationibus suis. allegatio. 14. num. 5. & 6. Doctorem Spino in speculo testamentor. gloss. 16. princ. numer. 101. cum sequentibus. & vide leg. 2. tit. 19. par. 4. probantem quod secundum potestatem alimentantis. Aliud etiam notandum est, quod cum quintum relinquatur expresse pro alimentis, morte ipsius † filij cessabunt alimenta, & redibit quintum ad hæredes ab intestato, vel ex testamento, si testamentum fecit, de quo supra hoc ¹⁴ tit. in l. precedente dictum est. licet videtur esse contra l. 10. Tauri. vbi dico in casu tamen in quo sic esset, non procederet, si filios relinqueret, nam tunc ad eos quintum deueniret pro alimentis. Item intelligerem quoties expresse pro alimentis quintum*

relinquitur, secus vero, si tantum simpliciter quintum relinquatur, absque mentione alimentorum, & ita potest procedere d. l. 10. Tauri, vt dictis non obstat, & vide dicenda ibi, & in presenti, in gloss. 1. de la tal parte, num. 36. Notandum itidem est pro huius glossæ complemento, quod in casu, in quo ex quinto pro alimentis relicto superest aliquid non necessarium ad alimenta, eò quod pro alimentis minus quam quintum sufficeret, in illo excessu potest quodlibet onus apponi, † & intel- ¹⁸ ligitur appositum in eo, quod superest. Nam si legato apponitur aliquod onus vel grauamen, valet & tenet legatum in eo quod superest onere illo deducto, secundum text. in l. non amplius. de lega. 1. quæ ad hoc ita tenedo notat An. Go. Tõ. 1. c. 12. n. 25. & Telli. hic nu. 15. sic declarans id quod ipse Antonius Gomez dixit, in l. 10. Taur. num. 43. & late an excessus ille valeat nouissimè examinat Doctor Espino, in specu. testamento. gloss. 16. princ. numero 103. cum duobus sequentibus. & Ant. Lara, in dict. §. si quis à liberis. §. idem rescripsit. num. 61. cum quatuor sequentibus. vbi contrarias sententias referunt. & Matienço, gloss. num. 13. & 14. legis sequentis, & in l. sequente gloss. 3. examino. quod tamen intelligerem quoties quintum, vel alimenta relinquuntur filio ex damnato coitu nato, vel ex clerici concubitu, quo casu potest ei mater quintum pro alimentis legare, non vero verificabitur in filio naturali, cui quidem si mater quintum hoc legauerit vel alimenta, non potest in excessu aliquod onus apponere, si talis mater filijs legitimis, & naturalibus caret, quasi in hoc plus priuilegiare possumus naturalem filium, quam natum ex damnato coitu, vel ex concubitu clerici, cum ex l. nostra, & sequente naturalem etiam circa patrem reperiamus priuilegiatum, alios verò damnati coitus & clericalis odiosos reputer lex nostra.

Ibi, Naturales, ij enim possunt bona matris absque filijs legitimis & naturalibus decedentis capere tam ex testamento, quam ab intestato, imò & querelare matris † testamentum, si prætereantur ¹⁹ secundum text. in l. si suspecta. §. 2. ff. de inof. testam. quem ad hoc allegat glo. Naturales. in §. tam autem. Inst. de inof. testam. quam commendat Bart. in l. Gallus. §. etiam si à parente. col. 1. ff. de lib. & posth. Bald. in l. 1. col. 8. C. de bono. poss. & Ant. Gomez, & alij, in l. 9. Taur. & faciunt dicta per Couar. libr. 4. Variar. cap. 21. & facit lex nostra tales naturales matri legitimis carenti descendantibus hæredes omnino constituens & nominans, & sic eis præteritis vel exhæredatis per matrem poterunt querelare matris talis testamentum licet patris testamentum non possent, quia ex testamento tantum; non vero ab intestato patri succedunt, secundum textum in leg. 8. & fin. in fine, tit. 13. part. 6. & probatur ex lege sequente, & in patre ita tenet glo. naturales. l. 1. ff. de bon. poss. contra Tab. & Bart. ubi supra. & Didacus Perez. l. 22. in gloss. fin. tit. 3. libro 1. Ordin. col. 168. versic. Hoc tamen intellige, matri tamen vt dixi & ex testamento, & ab intestato necessarij hæredes sunt, vt & tradit Addition. Segura. l. coheredi. §. cum filie. num. 31. ff. de vulgari. imò & matris consanguineis † succedunt deficientibus propinquiorebus, ex text. in dicta lege final. in fin. tit. 13. part. 6. vbi glos. an in maioratu † ex parte matris filius naturalis succedet, & inquit, quod non, quod videtur contra id, quod ²⁰ eade m

eademmet glo. dixit, vt retulimus *in lege 27. Taur. posita pro l. 11. tit. 6. supra isto libro, in gloss. Que ayanderecho de los heredat.* vbi probauimus filium naturalem in maioria succedere, & excludere substitutum, *de quo per Meneses, in l. cum acutissimi, nu. 30. cum sequent. C. de fideicom.*

Ibi, *Ospurios*, Intellige dummodo non sint damnati coitus, neque filij clericorum, monachorum, monacharum vè prout & probat lex nostra ad finem eius, nam ij neque matri succedunt ex testamento, neque ab intestato, * neque sunt digni successione, quantumuis matres tales careant legitimis heredibus, *secundum text. in l. 10. tit. 1. part. 6. de quo infra in gloss. A sus madres. licet & ij spurij dicantur secundum gloss. finalem in l. 11. titulo 13. part. 6.* & sic intelligitur lex nostra in ijs verbis de ijs spurij, qui habentur in muliere meretrice, qui *secundum illam legem partita* propriè spurij nuncupantur, ij enim cum & si in meretrice habiti sint, naturales dici possint, cum tunc possint parentes liberè contrahere, cum soluti essent, & non affines. aut consanguinei, nimirum si

23 & idem quod in veris * naturalibus dicendum sit, & sic spurius iste hodie legitimis deficientibus, prout hic loquimur, ita excludet substitutum sicut naturalis à matris successione, prout contra Bald. tenet Castillo *hic in verbo spurios*, & sic licet filij spurij iure civili matri illustri non succederent, quamuis mater legitimis filijs caret, *vt in Authen. si qua illustris Cad. orficia. l. 11. in fine tit. 13. part. 6.* & sic in Francia neque matri neque patri succedunt bastardi filij *secundum Carol. à Grasallis, libr. 1. Regal. Fran. iure 7. pag. 12. in paruis*, hodie tamen vides quoslibet spurios siue à matre illustri, siue à meretrice sint habiti, succedere matri, etiam si mater ipsa habeat ascendentes careat tamen descendentes legitimis *ex lege nostra*, dum tamen tales spurij non sint ex damnato coitu, aut ex clerico, vel religioso, *vt inquit etiam & disponit lex nostra*, imo & consanguineis ex parte matris succedent ex testamento & ab intestato, si sine legitimo hærede discedant, vt per Rojas, *de successio. ab intest. cap. 20. num. 41.* vbi & inter se spurios succedere asserit, & sic respectu matris & lineæ maternæ spurij dicuntur de genere & cognatione sua, *secundum Espino in Specu. testam. glos. 16. num. 31. & 61. & cū sequentibus plura infert.* Et sic spurij ij de quibus

24 lex nostra in ijs verbis loquitur, succedunt in emphyteusi * seculari, *vt per Menes. l. cum acutissimi num. 34. C. de fideicommi. licet in ecclesiastica non, secundum eum ibi, & las in l. in emphyteuticarijs numero 205. C. de iure emphyteut. & sic non erunt iam ab omni clementia exclusi, vt dicebat tex. in Aut. qui mo. nat. effi. sui. §. fin. adeo vt & si neque per se neque ab alio aliquid capere possent, secundum Suarez, allega. 7. fol. 196. pagin. 2. in medio*, iam tamen poterunt optime, ex text. nostro, qui notabilis est in tota sua dispositione.

Ibi. *Le sean herederos.* Quia quotiescunque aliquis filius habet filios, pater * istius filij, neque alius ascendens non succedit tali filio *secundum nostram l. & l. 3. tit. 13. part. 6.* nam fortior est linea descendentiū, quam ascendentiū, *vt lege scripto. ff. unde liberi.*

Ibi. *De parte de la madre.* Idem videbatur dicendum si ex parte tantum patris esset, *argumento cuiusdam pragmatice Valisletti anni. 1542. 9. in or-*

dine, & posita pro lege duodecima, titulo secundo, libro sexto infra, cui similis lex vigesima, titulo 11. libro secundo supra. Sed contrarium est tenendum, nam leges hæ in contrarium allegata loquuntur & procedunt quantum ad hoc, an gaudeant nobilitate patris filij illegitimi etiam legitimi, *vt dicemus in lege duodecima Taur. qua est decima istius nostri.* nos vero loquimur quoad hæreditates & successiones earum, quod est differens, & in eis lex nostra seruanda est, quoad nobilitatis vero prerogatiuam leges illæ, *prout in d. l. 10. dicemus late.* Sed ex parte patris quisnam coitus poterat dici damnatus ita quod ex eo pater pœnam mortis incurreret. Et dicendum est quod stuprum per vim cum virgine habitum, propter quod stuprator pœnam mortis incurrit, *ex lege tertia, titulo vigesimo, partita septima* ipsa vero stuprata nullam pœnam incurrit, *secundum gloss. nat. lege undecima, titulo decimo-tertio, partita sexta.* licet hodie mitius punitur. Item & in coitu famuli cognoscentis filiam domini sui, etiam sine vi, pœna mortis imponitur *secundum tex. in l. si. tit. 19. part. 7. & licet ex l. 1. tit. 15. li. 8. Ordin. veteris* mitius tamen hodie punitur *ex l. 4. titulo. fi. lib. 6. infra.*

Ibi. *Que no puedan heredar.* Quid tamen si de facto iste talis filius ex damnato coitu ex parte matris natus capiat & ingrediatur bona isthæc materna, an cum bona conscientia poterit illa retinere contra text. dispositionem: Et dicendum est negatiuè, non posse, nam cum lex nostra iusta, honesta, & rationalis sit, obligat in conscientia transgressorem non solum ad mortale peccatum, sed & ad restitutionem, ex late traditis per Doct. *in cap. cum esses, de testam. & Cœpol. de simula. cont. num. 20. & Couar. in d. c. cum esses & in regula peccatum. 2. p. §. 3. colum. fin. in principio & in ea 2. parte in principio versiculo. prima regula*, ita tenet, scilicet, quod contra dispositionem legis non potest aliquid cum bona conscientia retineri, *& idem Couarru. in eo c. peccatum parte 2. princi. in §. in princ. numero 3. per totum*, istud enim quod filius hic capit, applicandum est venientibus ab intestato, vel alij tertio, & cum eis sit applicandum, eis in conscientia restitui debet nam omne quod tenuisti, rapuisti, *& ita in specie nostra tenuit idemmet Couar. in 4. part. 2. cap. octauo. §. 5. numero octauo, fol. 130 in antiquis.*

Ibi. *A sus madres.* Imò & neque patribus succedere possunt secundum textum *in lege decima, titulo decimo-tertio, partita sexta.* vbi & plus probatur, scilicet, quod neque per viam donationis aliquid talis filius * ex damnato coitu natus habere, neque acquirere sibi potest, vt ibi per glossam *la donacion*, & optime per Soto, *libro quarto, de iustitia, & iure questione quinta, articulo primo, pagina 1287. versiculo Quod autem, usque in finem.* ibi & leges Partitarum, & Ordina. allegat, & considerat, & legem nostram etiam & allegat & declarat. Imò & fortius videtur probari *ex l. 4. tit. 3. p. 6.* scilicet quod neque ab alio institui hæres possit, licet subobscurè probetur, & ideo dixit ibi gloss. penult. legē illam tantum quoad patrem procedere non verò quoad extraneos, nā quoad eos bene valebit donatio spurio huic dānati coitus facta, idē q; videtur tenere gl. illa, etiā quoad relicta in testamento per viā legati, vel institutionis per extraneos facta, imò & quoad

& quoad facta ab auo *secundum glos. illam, & glos. la manda, in ea. l. 10. & Villalobos, in Antinomia iuris civilis & regy, litera F. numero 24. ex quadam lege paritarum ibi per eum allegata*: & sic limitetur etiam tex. noster. qui tantum quo ad matres loquitur, nisi sint filij clericorum & monachorum, ij enim, etiam ab extraneorum successione videntur exclusi, *vt supra lege proxima dictum est*. Et ad quam deferatur hereditas de facto relicta huic filio per patrem, vel matrē ex damnato coitu illum procreantem relicta, † vide per glos. o *hermanos, in d. l. 10. & in l. precedente etiam diximus*.

28 Ibi, *De la quinta parte*. Hic approbari videtur æquitas c. *cum haberet, de eo qui dux. in mat.* scilicet vt etiā filio incestuoso, & adulterino, & ex coitu alio damnato possit quantum pro alimentis relinqui, † *de quo late per Couarru. vbi supra 4. p. 2. cap. 8. §. 6. per totum*. Sed an illos tenebuntur ascendentes ex parte patris alimentare, nam ex parte matris tenentur *secundum text. in l. 5. tit. 19. parti. 4.* & videtur quod non, *per text. ibi & ibi glos. contra tamen tenent Socin. & alij ibi allegati, & Anto. Gom. hic numero 38. & Duenas regula. 367. ampli. 5. ex equitate dicti capituli, cum haberet*.

Ibi, *De lo que podria disponer por su anima*. Verba hæc nimis dubium aliquando me reddiderunt in duobus articulis. Primus est, num sint † verba hæc intelligenda in casu in quo mater filium damnati coitus habens ascendentes habeat: secundus nū si hoc in casu intelligatur, vel in casu in quo ascendentes non habeat sicut neque descendentes sit restricta in casu nostræ legis matri hæc potestas disponendi de tertio *per. l. 6. Tauri permissa dum ascendentes tantum habet*. Et sunt hæc nouæ meæ cōsiderationes & obiectiones ad nostram legem per neminem, quem viderim vsque adhuc consideratæ. Et quoad primum articulum assero indubitanter verba hæc intelligenda, siue mater hæc ascendentes habuerit, siue non, & ad hoc dicendum considero versiculum præcedentem nostri text. Ibi, *En caso que no tenga la muger hijos o descendientes legitimos, aunque tenga padre, o madre, o ascendientes legitimos*. Considerado dictionem illam, aunque, quæ non est exclusiua, sed inclusiua potius casus cōtrarij, & sic in casu in quo mater hæc filium habet ex damnato coitu ascendentes non habeat, dicto enim, *aunque, Latine,*

31 *quamuis est implicatiua, † secundum Barto. in l. 1. col. 2. ff. de condi. & demonstr. & Corneum cons. 42. nu. 10. vol. 3. allegantem ad hoc glos. verbo quamuis, in §. fin. auben. de iure iuran. cum ergo implicatiua sit, idem constituit in casu in quo ascendentes non habeat mater hæc, sicut si haberet, licet enim etiam hæc dicitio aduersatiua sit, vt dixi in l. 2. numero 49. & 50. tit. 7. supra lib. 4. natura dictionis*

32 *aduersatiua est † quod casus sequens loquatur in eisdē terminis in quibus loquitur casus præcedens, prout dicit Saly. in l. vinum ff. si cer. per. & Corne. consil. 247. numero 5. vol. 4. implicatiuaque dicitio addit præcedentibus, secundum Parisi. consi. 90. numero 16. vol. 1.* Quo ad secundum articulum teneo etiam matrem hanc ex damnabili coitu filij sui scilicet patrem non posse, etiam si tantum ascendentes habeat, tertium bonorum suorum relinquere huic filio damnabilis coitus, & sic *ex lege nostrā limitari dicit d. l. 6. Tauri, quæ est 1. nostri huius tituli, permittentem descendentes*

ascendentes tantum habentibus tertium bonorum suorum relinquere extraneo etiam, vt istud tertium, *ex lege nostra, respectu filij damnati coitus, cui mater eius ascendentes solum habens vel eis itidem carens aliquid relinquere, ad quintum vsq; restringatur, & non ultra, nam hic est casus specialis, in quo limitatur & restringitur dicta l. 6. Tauri dispositio generi enim per speciem derogatur, & quia cum filius hic damnati coitus infucceffibilis sit etiam matri tam ex testamento, quam abintestato, potuit restringere potestatem matri suæ. Sed restat dubium aliud, nunquid ex quinto isto, etiā si mater † hæc descendentes legi- 33 timos non habeat, neque ascendentes, implebuntur legata relicta in testamento matris istius? Et videtur quod non, & ad hoc pōdero legem nostrā, ibi, *de la que podria disponer por su anima*, si igitur ex tali intelligi debet dispositum, vt ex illo quinto non deducantur legata, & implementum testamenti, nam cum impensa funeris non detrahatur de quinto, nisi in casu in quo loquitur & procedit l. 30. Tauri, quæ est 13. titu. 6. supra hoc lib. secundum Ant. Gom. Telli. & omnes alios ibidem, nimirum si de quinto detrahendum non sit implementum testamenti & funeris impensa, sed potius ex corpore hereditatis, cum descendentes & ascendentes caruit testator: idque clarius deducitur ex alijs verbis nostri text. ibi, *De la tal parte despues que la ouieren priedam disponer en su vida, o al tiempo de su muerte los dichos hijos y legitimos como quisieren*. Imo & plus teneo quod etiā si talis mater carens descendentes legitimis habeat ascendentes legitimis, adhuc ex dicto quinto per matrem filio huic damnati coitus relicto non est implenda impensa funeris, neque legata gratiosa testamenti, sed implebuntur hæc ex residuo ad tertium vsque bonorum numerando, de quo poterat hæc mater ascendentes legitimis habens inter extraneos disponere, quod si residuum illud non sufficiat ad implementum impensa funeris, & legatorum gratiosorum, fiet defalcatio pro rata. Et idem crederem dicendum respectu filij huius damnati coitus matri suæ quantum relinquens, prout potest, sicut ipsa ei potest, vt dictum est, nam eodem modo illegitimi ascendentes succedant descendentes eorum illegitimis, sicut ip si descendentes eis, *secundum Anto. Go. l. 9. Tauri num. 46. Et probatur ex text. in l. 8. tit. 13. parti. 6. & ideo sic alimenta possunt eis relinquere, sicut è contra ipsi ascendentes † eis, vt per Anto. Gom. d. numero 46. 34 & Castillo in ea. l. 9. Tauri num. 8. & Telli. in l. 10. Tauri numero 25. siue sint damnati coitus, siue nō, quicquid velit Rojas de succes. abintestati capi. 3. numero 36. quæ omnia notanda, quia noua & singularia, & cum casus occurrerit, latius cōsideranda, nam sicut noua sunt consideratione digna, licet mihi vera videantur.**

Ibi, *De la tal parte*. Idē probatur in l. sequente loquente etiam cum in vim alimentorum legatur hoc quintum filijs ijs spurij, & necessaria fuerunt verba hæc & sequentia, aliter enim cum pro alimentis quintum istud relinquatur non transmitteret legatum hoc alimentorum ad hæredes, ideo lex nostra permittit, vt hoc casu transmitti † possit per dispositionem inter vivos, vel in vlti- 36 ma voluntate factam, prout in proposito aduertit Suarez l. 1. tit. 6. lib. 3. fori. §. secundum fol. 51. in antiquis,



quis, & Anto. Go. hic numero 42. & Ant. Lara in l. si quis à liberis §. idem rescripsit, numero 30. & 75. ff. de lib. agnos. & Espino in Specu. testam. glos. 16. prin. numero 105. & 106. & communem dixit Telli. in ea. l. 10. Tauri numero 16. vbi à numeris sequentibus id declarat, an legatum alimentorum transmittatur ad hæredes, & hoc etiam post hæc nouissimè tenuit Matienço in l. sequente, in glos. 4. numero 3. cum sequentibus, vbi limitat nisi aliud ex expressa vel tacita coniectura defuncti appareret, vel si substituit in quinti excessu ad alimenta non necessario, in quo secundum eum ibi onus potest apponi, de quo in hac lege dictum remanet. Item limitabam ego legem nostram & sequentem, vt tunc procederent in hoc, quoties quintum relinqueretur simpliciter, secus si ad alimèta expresse, vt in hoc vltimo casu non mutaretur natura alimètorum, vt dixi in glos. y no mas, in hac lege nostra numero 17. verum tamen quia licet lex nostra hunc intellectum pati posset lex vero sequens non, quia loquitur quoties alimenta debentur, & sic ad ea quintum relinquitur, non satisfacit hæc declaratio. Possent tamè alio modo & vero meo videri declarari in hoc nostræ leges, vt procedant, quoties filius hic illegitimus in vita aut in morte disponit de quinto hoc ei ad alimèta relicto, secus vero si non disposuit eo quod mortuus absque eius dispositione, tunc enim iura antiqua remanent in suo esse, vt non transmittatur quintum, sed morte finiat, idq; deducitur ex verbis nostri text. & sequentis, ibi, *Puedan en vida o en muerte como quisere*. Igitur si non disposuit, nihil censetur tunc immutatum ex lege nostra. Et hæc est mea & noua declaratio ne corrigamus ius cõmune, fateor tamen post hæc vidisse Telli in l. 10. Tauri nu. 26. secutum per Larã in l. si quis à liberis §. idem rescripsit numero 76. contra tenentes ff. de lib. agnos. ideo declaratio hæc mea latius erit cogitanda, & voluit nouissimè Matienço, hic glos. 2. nu. 6. tenens idem quod Telli & fortassis hoc verius cogitabit. Declarantur tamen & limitantur in hoc lex nostra & sequens in hac mea declaratione supra proxima, scilicet quoties filij ij relinquerent filios, quibus etiam auus vel auia relinquentes quintum hoc ad alimenta eis etiam relinquere poterant, & dicto quinto ad alimèta egebant, nam tunc eis dabitur, sicut patri non ex vi transmissio- nis, sed ex vi necessitatis alimentorum etiam si pater ipse in vita neq; in morte non disposuisset de dicto quinto in fauorẽ filiorum suorum, & in hoc casu procederet opinio Telli, & Laræ supra proxime relata. Notate, quia singularia & consideratione digna dum casus occurrerit, & in l. sequente, in glos. i. vide aliud, supra dictis accommodandum in numero 5. pro corroboratione opinionis Telli, quam pro nunc sequor.

Ibi, *Quando la madre por el tal ayuntamiento incurriere en pena de muerte natural*. Quali t̄ secus si non incurreret pœnam hanc, nam tunc quantumuis per legẽ coitus ille esset prohibitus & damnatus, succederet filius ille ex coitu illo habitus matri suæ non habenti filios legitimos & naturales, licet ascendentes legitimos & naturales haberet, putã in filio nato ex coitu soluti & solutæ, vel ex vidua honesta per vim etiam cognita, secundum *Loaces l. 1. titu. 6. lib. 7. fori. §. fin. per totum, maxime in prin. fol. 93.* Nam secundum cõsuetudine in regni,

teste Antonio Gomez l. 80. Tauri numero 14. coitus cum vidua nullo modo est iam t̄ punibilis, imò 38 & cum virgine, nõ imponitur iam pœna mortis, vt & per glo. magnam ad fin. in l. 2. tit. 19. partit. 7. & Meneses in l. transigere numero 84. C. de transactio. & quia licet viduæ vel virginis stupratoribus, si vis adesset, vel corruptio comitum; posset imponi pœna mortis, secundum supra dictam glos. & Menes. vbi supra, sic intelligentes l. 3. tit. 20. partita 7. ipsi tamen virgini, vel viduæ nulla pœna imponitur, secundum glos. natus l. 11. titu. 13. par. 6. & sic cessant verba hæc nostræ legis, & per consequens filius talis viduæ, vel virginis solutæ (nam de tali loquimur) successibilis matri ipsi decedenti absq; descendentibus legitimis ex lege nostrã, dum tamen non sit immixtus incestus, secundum glos. illam d. l. 11. de quo latius infra hoc titulo. Sic etiã ex soluto & coniugato natus matri ipsi succedit t̄ sine 39 prole descendentium legitima decedenti, secundum *Deri. conf. 306. num. 1. & 2.* & Matienço hic glos. 11. numero 8. quamuis ipsi patri cõiugato non succederet, neque pater ei posset aliquid relinquere secundum text. in l. 10. titu. 13. partita. 6. iuncta. l. 8. illius met tituli, nisi tantum quoad alimenta necessaria, vt in hac lege dictum est. Eodem etiam modo idem erit dicendum t̄ in filio famulæ coeuntis 40 cum famulo domini sui, prout omnia hæc retulit Coua. in d. 2. parte, de sponsali. cap. 8. §. 5. numero 18. vbi in numeris antecedentibus de ijs dubitabat, nam cum supradictis casibus mulier pœnam mortis nõ incurrat, cū soluta esset & non vxorata, merito dicendum matri esse successibilem ex lege nostra, & facit l. 4. titu. fi. lib. 6. recopilatio, nisi esset talis mulier filia vel consanguinea domini vel nutrix pueri sui, vel cum virgine domi habita vel concubina notoria domi retenta, nam tunc cum secundum illam l. 4. tit. fin. lib. 6. infra declaratam in hoc per l. 6. titu. 20. lib. 8. recopila. possit dominus in eam latuere vsque ad mortem nullo modo filius talis coitus matri succedet, & voluit Velazquez, hic glo. 9. numero 13. non tamen considerans hæc duas leges quasi contrarias, idque etiam de iure ciuili esse in nato ex dictis mulieribus ex coitu per vim commissio, Bald. in l. eam quam numero 25. C. de fidei- commis. & in l. si qua illustris numero 1. C. ad. orfi. relatus & secutus per Hypoli. consil. 99. numero 11. & 12. & Loaces de noua conuersi. paga. col. 6. numero 20. facit e. proposito in principio, & in §. Lucretia 32. quest. 5. & l. vim passam. ff. de adult. l. 1. §. remoueri. ff. de postul. aduersus enim vim nulla fide custodia neque consensus dari potest, ex text. in l. si ea res ff. de actio. emp. Ex quo inferri singulariter potest, quod si ex coitu coniugatæ per vim cum ea habito nascatur filius, succedet ipsi matri decedenti t̄ sine le- 41 gitimis descendentibus, eoquod tunc non est punibilis, neque damnatus coitus ex dictis, prout post hæc vidi tenere Matienço hic in glos. 11. numero fin. quod intellige quoties vis esset præcisa, & quæ caderet in constantem mulierem, secus si esset conditionalis, nam tunc coacta voluntas, voluntas esset, & sic matri non succederet filius ex text. in §. item queritur, de maiores, de baptismo, cui adde Loaces, vbi supra col. 24. numero 1. & 2. cum sequentibus. Sic & filius t̄ matris illustris solutæ eis succedit, in correctionem dictæ Auth. si qua illustris, vt iam dictum remanet in hac lege, & tener Villalobos in Ant. titu. omni iuris ciuili & reg. d. ier. F. num. 19. fallunt tamen

tamen supradicta in filio nato ex clerico in maioribus ordinibus constituto; & ex muliere soluta, vel ex religioso, aut religiosa, nam tunc licet mulieres hec non incurrant pœnam mortis, ut per *Mattheum Afflict. deci. relata per Villalobos, ubi supra numero 22.* filij earum non succedunt eis etiam sine prole legitima decedentibus, ex *tex. nostro, dum se refert ad legem de segouia, quæ est lex supra proxima, ubi dixi*, quod an sit idem de filio habito inter solum & clericum beneficium Ecclesiasticum obtinentem, in minoribus tamẽ ordinibus constitutum, in l. 10. *infra isto ritu.* dicemus, dependet enim hoc an talis naturalis dicatur. Dubium tamen singulare est, quid hodie dicendum sit in filio adulterino habito in muliere coniugata, cum

43 † iam pœna mortis antea præcise imponenda, non imponatur, sed voluntati mariti & in eius potestatem tradatur, qui potest eam relegare, vel flagellare, vel manum aut pedem amputare, ex *lege fori, quæ est l. titu. 20. lib. 8. infra* quam quæstionem primus omnium tetigit glo. in d. l. 11. *verbo Natus titu. 13. parti. 6.* & ita dubiam inuenit eam, quod cogitandam reliquerit. Ego tamen non inuenio in ea causam sufficientem dubitandi, nam cum adultera incurrat à communiter accidentibus pœnam mortis, quam maritus potest ei imponere, tam iure ciuili, quam partitarum, & itidem ex lege nouiori legum fori supra allegata, lex nostra ad id quod communiter accidit respectum habuisse censenda est, & sic filius ex ea natus incapax maternæ successionis habetur, ex lege nostra, quod & cõfirmatur: nam sicut antea ad hoc quod filius esset infucceffibilis non erat necessarium quod mulier accusaretur, sed sufficiebat quod posset accusari, *secundum Specul. relatum per Telli. hic num. 12.* ita & hodie ad hoc quod filius talis adulterinus ex parte matris ex coitu damnato dicatur, & infucceffibilis sit matri, non est necesse quod sit clarum maritum eam ad mortem esse condemnaturum, sed satis est quod ex arbitrio mariti pendeat mortis condemnatio, & sic ijs & alijs fundamentis relatis per Telli. *hic numero 10.* tenenda est hæc opinio, quam & nouissimè reperi tenere late Did. Perez l. 2. *tit. 15. lib. 8. Ordi. col. 293. cum sequentibus aliquibus*, quam & veriore & sustentabiliorem proficetur Villalpando, in l. *partitarum 2. parte. §. quarto loco numero 9. cum sequentibus fol. 113. & Marienço hic glof. 11. numero 7. Velazquez in l. 9. Tauri. glo. 9. numero 6.* Sed est & alia & non minus singularis quæstio, quid in filio

44 incestuoso, nũ † & iste dicatur quoad nostrum propositum natus ex damnato coitu. Et videtur dicendum quod non, nam cum iam de consuetudine & practica cõmuni videamus incestuosos non imponi pœnam mortis, sed solum si viles sint, flagellantur & puniuntur in amissione bonorum, quæ antea imponebatur, & aliquando masculi in triemes condemnantur secundum delicti qualitatem, quod si nobiles sint, in aliquod exilium mittuntur, & pœna amissionis bonorum à iure iussa imponi, & in foro Ecclesiastico aliqua pœnitentia etiam afficiuntur, prout in seculari foro inquit uti Anto. Go. l. 80. *numero 15. in fine, & iterum in l. 9. Tauri num. 15. in fine, & iterum in l. 9. Tauri. numero 14. Versi. tertio infero, & Auend. respon. 7. numero 3.* vbi inquirunt hodie pœnas istorum esse arbitrarias, & sic mortis pœna non im-

ponitur, nimirum si filius talis mulieris solutæ incestuosæ non dicatur natus ex coitu damnato, & sic matri ipsi succedet decedenti sine prole legitima descendentium. Nihilominus tamẽ contrarium est tenendum, imo quod quantumuis ita sit, filius hic talis mulieris incestuosæ dicatur natus ex damnato coitu, & matri ipsi infucceffibilis sit, etiam si mater talis decedat sine prole vel generatione descendentium, vel ascendentium prout in expresso tenet glo. *natus in d. l. 11. rit. 13. p. 6. & Telli. hic numero 6.* tum quia *secundum leges partitarum, ex l. 3. titu. 18. partita. 3.* pœnam adulteræ, quæ erat mortis, *ut disponebatur in l. pen. ritu. 12. parti. 7.* imponi iubetur mulieri huic incestuosæ, & lex nostra prout dictum est in hac glossa, solum respiciebat incurrere posse pœnam mortis, quæ de iure reperiebatur disposita, non vero attendebat consuetudinem & stylum imponendi minorem pœnã pro tali delicto, & id quod fieri debet lex respicit, præsertim si à lege id statutum erat, non vero respexit temporum mutationes, & consuetudines nouas post legem introductas. Item quia cum ex consuetudine pœna incestus sit effecta arbitraria, vsque ad mortem extendi posse arbitrariam † pœnam testatur glof. in §. *in summa, 45 Inst. de iniur.* quæ quidem glof. & eius doctrina est tantum admissa in atrocissimis delictis *secundum glof. fin. in l. 2. titu. 9. parti. 7. & Anto. Com. de delictis c. 6. numero 8.* & incestus olim de atrocissimis iudicabatur, cum ex legibus regijs hæc sim sapere esset dispositum, & quia si incestus nunc hodie esset cum descendente posset vsque ad mortem arbitrium extendi in detestationem tanti criminis, ideo nimirum si & in hoc casu coitus damnatus dicatur, & ita etiã tenere videtur Couarru. in 4. p. 2. c. 8. §. 5. *num. 15.* vbi casum hunc non reijcit ex toto, sed sub dubio cum his transit in *vers. ut iure communi sub numero 18. in fine, & Velazquez hic glof. 9. numero 8.* & nihil hic Marienço in glof. 11. *numero 1. & sequentibus*, determinauit. Alios casus vbi filius est matri infucceffibilis, declarat Telli. *numero 1. cum sequentibus aliquibus, & Velazquez d. glof. 9.* Et an nepos istius filij nati ex coitu damnato † possit per autam institui hæres vide Villalobos in *Antinomina litera F. numero 24.* & ex dictis per glof. *la manda. l. 8. titu. 13. p. 6.* determinari posset, sed in hac lege dictum remanet, ibidem me remitto. Aduertendum est tamen ad vnum casum positum per Telli. *hic numero 7.* & Velazquez vbi supra *numero 11.* scilicet in filio nato ex Iudæo & muliere Christiana, † quia propter hoc inquit quod Iudæus ipse incurrat pœnam mortis, ex quo infucceffibilis filius sit, nam lex nostra pœnam mortis incurrat ab ipsa muliere disponit, ut coitus damnatus dicatur, non vero requirit, quod pater hanc pœnam incurrat, mater autem Christiana non incurrat ex coitu cum Iudæo pro prima vice pœnam mortis, sed pro secunda *secundum text. in l. 9. titu. 24. partita. 7. iuncta. l. fin. 25. tit. & parti. 7.* & ideo partus ex prima vice natus non censetur infucceffibilis matri huic, ex secunda tamen vice infucceffibilis erit matri, quia tunc mater pœnam mortis incurrat, *ut ex dictis partitarum legibus patet, & hoc modo possent procedere dicta à Tello in hoc casu.* Notandum etiam est quod quoad matri succedendum ille dicitur coitus damnatus, ex quo mater pœnam

48 mortis incurrit, *ex lege nostra*: Quoad vero succedendum patri, nihil in damnato ꝑ coitu considerando censetur immutatum, sed seruabitur id quod aliàs ex iure ciuili, & partitarum erat statutum, *ex l. 4. tit. 3. partita. 6.* Nam quoad patrem lex nostra non loquitur, lexq; nostra non solum requirit quoad eius materiam, & dispositionem quod coitus matris sit damnatus, verũ & quod sit punibilis, neque è contrario sufficit quod sit

49 punibilis, nisi & sit damnatus, ꝑ cum text. noster copulatiue loquatur ibi. *De dañado y punible ayuntamiento.* Prout aduertit Auend. in *dictionary, in verbo, Hijo natural*, & hæc quoad successiones procedũt: quoad hoc enim vt coitus omnes sint prohibiti & punibiles (præter vxorios coitus inter matritum & vxorẽ legitime coniugatos secundum Ecclesiæ dispositionem, & sacri Concilij Tridentini) nulli dubium *vt per Anton. Com. l. 80. Tauri, & Clarum lib. 5. prac. crimin. §. fornicia.*

Ibi, *De clerigos.* Intellige in sacris constitutis,

50 secus si in minoribus tantum ꝑ prout omnes tenere asserit Menes. in *l. cum acutissimi numero 35. C. de fidei-commis.* etiam si talis minoribus ordinibus ornatus beneficium Ecclesiasticum obtineret, adhuc filius eius ex soluta habitus naturalis filius dicitur, & matri succedet carenti descendens, quia poterant tunc patres ipsi absque dispensatione contrahere, si aliud impedimentum non extabat, vt late per Meneses *ubi supra numero 36.* vbi Telli. hic allegat in *num. 36.* qui Tellius allegat Didacum Perez idem tenentem contra Auend. *c. 26. Prat. numero 18. vers. item filius lib. 2. & Rodericum Suarez*, & alios per eos allegatos contra & male tenentes, & hanc veriore & communiorē testatur Menes. *ubi supra*, quam & nouissimè tenet Rojas *de successio. ab intest. ca. 27. numero 20. & 21.* quamuis glos. magna in *l. 3. titu. 21. partis. 4. per tex. ibi* velit etiam hodie filium clerici in sacris constituti posse matri succedere, si matrem ipsam in publicam cõcubinam clericus ipse non habeat, secus vero si in publicam eam haberet concubinam nam tũc matri non succederet clerici in sacris filius, sic declarando legem nostram quæ est nimia suppletio ad eam, cum generaliter loquatur & parificet quoad hoc filium clerici, filio monachi aut monachæ, in quibus non fit dicta differentia, & sic cõtrarium est tenendum, imo quod siue concubina clerici in sacris constituti sit publica, vel occulta, vel ex vnico aut pluribus accessibus sit filius ex ea procreatus, matri sicut patri est insuccessibilis in correctionem dictæ *l. 3. titulo 21. partita. 4.* prout vltra dictos tenuit etiam Auend. *ubi supra*, & Rojas *ubi supra numero 1 cum sequentibus*, & in effectu ipsamet glos. in *ca. l. 3. titulo 21. partita. 4. in finalibus verbis dictæ glos. magna* tenet hanc opinionem dum se refert ad dicenda per eam in *l. penult. titulo 13. partita. 6. in glos. magna ad finem*, dum ibi expressè tenet, & indistincte filium clerici excludi à successione matris, in ampliatione legis *de Coria*, quam retulit lex nostra & mentione de ea fecit, & sic in effectu glossator ipse Gregorius nostræ huic accedit opinioni, quæ quoad clericum in sacris intelligenda est, *vt dixi, & post hæc vidi dixisse doctorem Espino in speculo testamentorum glos. 16. princi. numero 94. & 95. & Mariño hic in glos. 12. in fine*, & sic in practica & ab omnibus passim admissam

video, & tenendam & sequendam iudico, & nota quod filius clerici ꝑ non præsumitur genitus in sacerdotio, *vt per Burgos de Paz in consil. 26. nu. 44.*

Ibi, *O frayles.* Cautè fuerunt omiſſa alia verba, quæ in contextura antiqua aderant dicendo, *freyles*, ita quod dicebatur, *frayles o freyles*, nunc autem omittitur verbũ illud *freyles*, qui sunt Commendatarij Calarrauæ, Alcantaræ & sancti Iacobi, quibus licitum est ex constitutionibus suis & statutis, & ex voto castitatis & coniugalis, quod faciunt in professione religionis, nubere, & matrimonium contrahere, dum tamen ad sit licentia regis ad nubendum, & sui Prioris cum tali persona æqualis conditionis, filius enim alicuius ex dictis commendatoribus habitus in muliere soluta naturalis dicitur, & ꝑ matri suæ succedit, ex lege nostra eum non excludente, & in ijs potest etiam verbum, *spurijs*, nostri text. verificari. Nam secundum glos. *(spurijs, in l. 1. titulo 15. partita. 4.* nati ex personis inter quas prohibetur concubitus licet non matrimonium, quamuis *(spurijs* sunt, habentur vt naturales, prout in ijs commendatarijs verificatur, cumque ita sint, nimirum si matri suæ successibiles sint prole legitima descendens deficiente, patri vero nullo modo succedent, ex distinctione quadam facta ex papæ mandato, qui & in temporalibus disponere potest, secundum *Didacum Perez lib. 2. Ordinam. colum. 757.* & à Magistro eorum, qui rex est, approbata, & omnium eorum consensu recepta, quod si filium hunc habuerint post habitum susceptum in concubina sua, nullo modo filius talis eis patribus succedat, neque naturalis dicatur, maxime si habitus sit ex vili muliere, cum qua ipsi dedecus erat contrahere matrimonium, nam tunc clarius hoc esse videtur, eo quod filij illustrium habitus in similibus mulieribus, neque naturales dici possunt, secundum text. in *l. fin. titulo 14. partis. 4. de quo vide dicenda per nos in l. 9. infra isto titulo, & libro glos. 1. ad finem.* Sed an consanguineis ex parte patris succedent tales filij, ex dictis in hac lege in *spurijs*, & naturalibus in simili quæstione decerpes.

Ibi, *De monjas professus.* Ij enim etiam de iure ciuili erant insuccessibiles matri, quia coitus damnabilis ꝑ cum eis reputabitur, secundum *Deci. consilio. 306. numero 2. & sequentibus volumin. 2.* nam secundum eum ibi, cum moniali committitur adulterium, incestus, & sacrilegium.

Ibi, *En la ley.* Quæ est 6. huius tituli, *ubi aliqua diximus*, cætera in propositum nostræ legis per scribentes hic videbuntur.

S V M M A R I V M.

- 1 Lex nostra æquitatem canonicam imitatur & sic in foro seculari seruanda quoad alimenta filiorum quorumlibet num. 1. & ibi quid iure ciuili nisi in casibus ibi numero 3. descriptis.
- 2 Alimenta de iure naturali sunt debita filijs 2.
- 4 Hæredes an teneantur filio spurio præstare alimenta si nulla ei pater reliquit. 4.
- 5 Pater coacto per iudicem filio huic spurio præstare alimenta an filius hic moriens transmittet ad hæredes. 5.

- 6 Quintum relictum pro alimentis filij spurij si sit excessiuum an excessus ille reuocabitur ut reuertatur ad patris heredes. 6.
- 7 Prohibitus donare ultra quantitatem à lege permissam vsque ad eam donare potest 7. & 9. declaratur.
- 8 Spurius etiã de iure ciuili nihil à patre ullo modo habere poterat nisi quoad alimenta. 8.
- 10 Quintum an possit pater relinquere filio spurio etiã ditissimo. 10.
- 11 Onus an in quinto pro alimentis relicto apponi possit numero undecimo per totum.
- 12 Lex nostra in versiculo, pero si el tal fijo, in nepote procedit. 12.
- 13 Frater instituens heredem filium suum naturalem non dicitur turpem personam instituere si fratrem prætereat. 13.
- 14 Filius naturalis si ex testamento imperfecto patris aliquid relinquatur, an capere possit illud. 14.
- 15 Lex hac consultissima. §. ex imperfecto, quod in filijs naturalibus locum habeat. 15. ibi vide.
- 16 Filius naturalis an excludat substitutum 16.
- 17 Filius legitimatus an excludat substitutum 17.
- 18 Declaratio ad legem sextam Tauri primam huius tituli. numero 18.

Lex. 8. quæ erat. 10. Tauri.

S V M M A R I V M.

Parentes in casu in quo à iure adstringuntur alimenta prestare filijs illegitimis non possunt ultra quintum bonorum pro alimentis eis legare, nisi tales filij naturales sint: ijs enim omnia bona potest pater relinquere, si caret descendentiis: Possuntq; tales illegitimi de quinto dicto disponere in vita aut in morte ad libitum postquã illud habuerint.

Ibi, Mandamos que en caso, dispositione, & æquitate canonica sequitur lex nostra ꝛ dum parentibus permittit alimẽta illegitimis præbere, prout ex cap. cum haberet, de eo, qui du. in mat. qua poll. per adult. erat dispositum, cuius canonis vestigia legislator in præsentia etiã quoad forum seculare profecquitur, prout & semper per iudices tribunalium, quorum notitiam habui, & vidi, receptum fuit, aliquibus licet dissentientibus & dubitantibus an in foro seculari esset dicta æquitas canonica obseruanda, prout fuit Mattha. Afflictis in constit. Sicilia lib. 1. rubrica. 59. §. doliana numero 8. & 9. & per Anto. Gabriel in communibus opinion. ciru. de alimentis, conclusione. 1. & in filijs naturalibus etiã iure ciuili, ex Auth. licet C. de nat.

lib. alimenta erant præstanda, & pauperi filia naturali dos erat danda per patrem, vt abunde tractatur per Anto. Laram, in l. si quis à liberis §. idem rescripsit. numero 1. cum sequentibus aliquibus ff. de lib. agnos. folio 40. columna. 3. cum sequentibus: in spurijis vero filijs aliud erat inductum scilicet patrem alere eos non teneri ex Auth. ex complexu. C. de incest. cuius argumento hanc opinionem plures tenuerunt relati per eundem Laram ubi supra numero 4. & hoc vt homines abstineant ab improbo, inhonestoque coitu, ob idque sanctissimus Papa Pius Quintus suo motu proprio disposuit, vt neque alimenta possent clerici filijs suis spurijis præbere in vita neque in morte, quem quidem motum proprium vsque nunc admissum esse nondum audiui: veruntamen quia alimenta ꝛ à iure naturali procedunt, secundum Barro. in d. l. si quis à liberis §. parens ff. de liber. agnos. alijs plures relati per Couarru. in 4. 3. parte §. 8. capi. 6. numero 8. & probatur ex l. 1. §. ius naturale. ff. de ius. & iur. & l. 2. titulo 7. paritã. 2. & communem testatur Ioannes Garfia de expensis capit. 3. numero 6. & late, Lara in d. §. parens numero primo cum sequen. & Spino. in Speculo testamentorum glos. 16. princip. num. 99. & Sarmiento libro 2. cap. 14. numero 6. & 7. & ex eo quod nati sunt, non sunt perdendi, successit æquitas canonica in dicto iure naturali fundata disponens omnibus filijs esse alimenta per parentes præstanda, ne fame pereant, vt inquit Spino, ubi supra numero 96. cum sequentibus aliquibus, etiã si ex nefarijs & incestis nuptijs nati sint, secundum Laram in d. l. si quis à liberis §. idem rescripsit, numero 11. ubi cura sequent. probat hanc communem sententiam optime probari ex d. cap. cum haberet contra Paleorum ibi allegatum aliud dicentem, & latissime Rojas, de successione abintesta. cap. 21. per totum, & cum hæc æquitas canonica naturali iure fundetur, merito quod ius ciuile non sit obseruandum, sed quod in vtroq; foro dicta æquitas canonica seruetur prout quotidie seruatur, vt per Laram, in d. §. idem rescripsit. numero 17. & sic ibi in numero 19. inquit Dinum in consilio. 9. dicentem non posse patrem vel auum filio spurio alimenta denegare, nec testamento iubere ne hæres eum alat, bene dixisse, & plures eum sequentes allegat, & cum sequentibus numeris id ampliat ad dotem filia spuria, & limitat duobus modis, & iterum ad matrem id ampliat vt ad hæc alimenta teneatur, & hanc veriore & receptiorem testatur Matien. hic glos. 1. numero 4. sed quia hæc extra materiam, sufficit, vt ad instituta deueniamus legem nostrã hanc æquitatem perquisisse, & patri alimenta danda tali filio spurio taxatã ad quintum vsque bonorum, prout nostram legem, & præcedentẽ ad hoc considerauit Didac. Perez in l. 1. titulo 2. lib. 5. Ordina. pagina. 98. columna. 1. in principio, & tenet Molina de primogenitis lib. 2. cap. 15. numero 42. cum sequentibus aliquibus, & quamuis legem nostrã dici posset nihil disposuisse de alimentis præstandis spurio, eo quod in casu in quo ei debeantur, disponere videatur, faciliter scrupulus hic vitari potest, ex eo quod nisi lex nostra vellet disponere, quod pater filio spurio possit alimenta præbere vel legare, frustratoria iudicari posset, veruntamẽ quia plures casus ꝛ sunt de iure in quibus hæc alimenta præstare non tenetur, puta si pater est inops, vel filius est diues, vel opifex, qui ex artificio sine dedecore ali

ali potest, & in alijs casibus per Castillo hic, in glos. *en caso*, ideo lex nostra subiecit hæc verba. *En caso que el padre o la madre sea obligado, &c.* Sed an si pater nulla reliquit alimenta huic filio spurio hæredes tenebuntur eum alere. & dicendum est quod sic † cum communiori & veriori opinione, teste Lara, in d. §. *idem rescripsit num. 79. cum 3. sequentibus.* Sed cum in lege precedente, in glos. *Y de la tal parte.* dixerimus, & dubitauerimus an alimenta hæc & sic quintum pro eis relictum per patrem transmittat filius spurio ad suos hæredes siue de eis disposuerit in fauorem hæredum, inuitus à iudice alere cogitur filium † hunc spurium, & Lara ubi supra in numero 76. inquit non esse idem, eo quod inquit legem nostram loqui, quoribus libens ac sponte pater legat filio huic alimenta non vero si coacte, verum Castillo, hic in glos. *lo. que quisere numero. 39.* contrarium tenet, si bene inspiciatur, & bene, & pro hoc considero legem nostram, nam si secundum eam filius hic transmittit alimenta ei relicta per patrem in casu in quo pater est obligatus alimenta relinquere huic filio, igitur & in casu in quo iudex patrem ad hoc obliget, iudex enim est minister legis, igitur id quod lex patrem obligabat adimpler iudex, ergo idem in vno casu, quod in alio erit, & faciunt dicta in lege precedente. n. 36.

Ibi. *Mas de la quinta parte*, Intelligi potest si sufficiat ad alimenta, secundum quod diximus & declarauimus in l. precedente, in glos. *y no mas ni aliende*, secus alias, ut ibi videbis dictum. Sed an è contrario, si quintum pro alimentis per patrem relictum suo filio spurio est magni valoris ita quod excedit id, quod est necessarium ad alimenta, an excessus ille reuocabitur, & minuetur, † vt reuertatur ad patris hæredes, & in hoc pendent leges & propheta, & variantur Doctores nostri, nam pro parte negativa quod minui non debet quintum, sed quod totum spurio dandum sit, authores sunt, Palacios Rubi. Couarru. Anto. Gomez relati & secuti per Laram, in l. *si quis à liberis §. idem rescripsit numero 61. & 65. ff. de liber. agnoscen.* & eos referens sequitur etiam nouissime. Spino, in speculo testamentorum glos. 16. *principio numero 104.* ubi eam asserit communem, & fundant eam ex l. nostra, & ex lege precedente, quæ erat 9. Tauri, permittentibus quintum filiis spuris, de quibus nunc loquimur legari per patrem, per argumentum à contrario, scilicet, quod lex nostra constituit, ne pater aut mater in quibus casibus adstringuntur onere alendi filios spurios, possint ultra quintum bonorum eis legare, ergo à contrario vsque ad quintum dare poterunt, cum prohibitus donare ultra quantitatem præscriptam à lege, vsque ad eam donare possit, † argumento l. *sancimus. C. de donat. cle. exiui de paradiso, vers. cum autem natura termini, de verbo. signifi. quem singularizant soci.* & relati per Laram d. numero 65. item, quia lex regia in hoc articulo quod pater aut mater possint ultra quintum donare filio spurio, illa dicitur. *No pueda.* ad vnumque referri, & sic parificat eos, & ad vtrumque respicit, quibus fundamentis prædicti Doctores tenent hanc opinionem in negatiua contrariam tamen affirmatiua quod excessus ille sit reuocandus ac minuendus à dicto

quinto tenent Castillo in glos. *mas de la quinta*, & Tellius num. 9. in presenti, & Marienço, etiam hic in glos. 1. nu. 13. & 14. & hanc veriorè & verissimam eam sequens testatur Molina de primogenitis lib. 2. cap. 15. num. 54. & hanc licet in lectura Spino, ubi supra in nu. 103. non attestetur communem, in reperiario tamen ipsiusmet lecture, in verbo, *Alimenta*, communem contra communem asserit esse, & sic secundum eam hæc secunda etiam communis est, quæ quidem fundatur, nam de iure ciuili spurio quoad patrem (quoad quem in hac loquimur quæstione) incapax est ex testamento & abintestato † & ex contractu inter viuos aliquid capere, vt in §. *siua. qui. mo. natu. effi. sui, in Authentica ex complexu. C. de incestis nup. Authen. licet C. de nat. lib. l. 4. titulo 3. parit. 6. l. 10. tit. 13. ead. parti. ubi glos. heredar. in principio, ita tenet, nisi quoad alimenta, ex lege nostra, & præcedente, & de iure ciuili sic etiam asseriebant esse, quoad alimenta, Bart. in d. *auth. ex complexu*, quem & alios ad hoc refert Anton. Gabriel, in suis communibus opinio. tit. de alimentis, conclusione. 1. nu. 7. & 8. ubi nu. 9. hanc communiorè testatur opinionem, & ex Bald. & alijs intelligit eam, vt quoad alimenta capax sit spurio capere ex bonis patris, dum tamen sit quoad alimentis quantitatem convenientem & non vltra, si ergo spurio à patre nihil vltra alimenta necessaria capere potest manifeste sequitur, quod si quintum ei relictum per patrem pro alimentis excedens necessitate alimentorum excessus ille non est ei datus, sed hæredibus patris. Item lex nostra non permittit in distincte quintum legari, nisi pro alimentis, & in casu in quo pater sit onere alendi filium spurium obligatus, sed si minora alimenta sufficiunt quam quintum non permittit legari, quia pro hæmum legis inducit causam finalem, cessante causa cessat effectus, & sic remanet excessus in dispositione iuris communis secundum quod vltra necessaria ad alimenta spurio non potest capere ex bonis patris, neque est sumendum dictum argumentum à contrario pro prima opinione sumptum, in iuris communis correctione, & ubi absurdum resuleret, neque censendum est legem nostram non permittentem vltra quintum pro alimentis legari, velle totum quintum legari posse, si totum non est necessariū, sed prohibuisse potius, cum limitatiue loquatur, dum dicit. *En caso que el padre o la madre sea obligado a dar alimentos.* Hæc autè alimentorum nominatio restringit potestatem relinquendi quintum vltra necessaria alimenta, ergo opinio hæc vera est: neque obstat huic fundamento illud primæ opinionis, quod prohibitus donare vltra certam quantitatem non censetur prohibitus vsque ad eam donare, quia doctrina hæc locum habere poterit, nisi lex quantitatem præscribens, limitatiue † eam præscribat, & pro alicuius causæ implemento, quia tunc vsque ad causam illam implendam disponere poterit, & non vltra cum limitata causa limitatum producit effectum l. *age vni Geminiano. C. de transactio. vel quoties si excessus ille ad necessitatis implementum non necessarius soluetur, corrigentur iura alia prohibentia vltra quantitatem necessariam capi non posse, nam tunc lex prohibens vltra quantitatem certam donari pro causa aliqua, non censetur permittere totam quantitatem**

quantitatem legari & donari si tota non est necessaria, & sic doctrina illa pro prima opinione allegata, *ex l. sancimus, & ex Clementina exiui*, non loquitur in hoc casu, quoties præscribit, & taxat quantitatem respectu alicuius causæ, prout lex nostra taxat, & per consequens nihil obstat huic secundæ opinioni, lexque 9. Tauri, quæ est præcedens, & quam pro prima opinione eam tenentes allegant, loquitur in matre, cui quidem spurius est legitimus hæres, si mater decedit absque descendantibus legitimis & naturalibus, quod secus est in patre, *ut inquit Molina, vbi supra & patet ex l. 10. 11. & 12. titul. 13. part. 6.* & quamuis lex nostra matrem & patrem parificet, est in casu in quo alimenta filio spurio præstare tenentur, & sic onus illud alimentandi restringit necessaria ad alimenta, *ut dictum est, & ab eis non licet resiliere.* Et sic hæc secunda opinio magis mihi applaudit, limita *ut numer. 11. infra.* Ex qua inferri potest lapsum fuisse Gregorium Lupum *in lege. 10. gloss. in fin. titul. 10. part. 6.* & Laræ eum sequentem, *in d. §. idem rescriptis numer. 67. & Couarruuias, in l. precedente numero 15. relatum,* dicentes posse patrem filio spurio suo etiam ditissimo relinquere quintum ꝛ suorum bonorum, ex quodam consilio Crauete *ibi allegato, nam ex dictis id falsum videtur cum lex nostra tunc solum permittat quintum legari tali filio per patrem quoties pro alimentis relinquatur, alimenta tamen non debentur filio spurio habenti vnde se alar, uti ipsemet Lara vbi supra numero 28. testatur esse receptam sententiam, & communem testatur Palacios Rub. in repetitione cap. per vestras versic. ista tamen,* quem & alios hanc dicendo magis communem, refert Anto Gabriel *in d. titulo de aliment. d. conclusionem 1. num. 21. vbi num. 22. ampliat etiam si filius viuere posset ex redditibus beneficij, ex quibus Tellius hic numer. 6. & 7. iure optimo reprobat istam doctrinam Gregorij Lopez, & Laræ eum sequentis, imo & quod plus est quod Craueta, quæ pro se ipse Gregorius allegat, non loquitur quoties filius spurius potest habere vnde se sustentare possit dum viuat, sed potius loquitur in eo, cui alimenta in vita deficiunt, & deficere possunt, quod est differens, & sic ipse Craueta inquit ad finem consilij, quod Decius consuetens in beneficiato, qui ex redditibus beneficij alij potest, ut pater ei non possit relinquere aliquid pro alimentis si spurius est, bene loquitur, & quod non loquitur in casu in quo loquitur ipse Craueta, nam Craueta loquitur in spurio, qui ex labore & artificio non potest viuere semper durante vita, secus vero in eo, qui ex artificio & labore potest se sustentare in vita sua, nam & talem non tenetur pater alimentare, ut communem testatur Rolandus, consilio 54. numero 52. lib. 2. & Lara vbi supra numero 29. vbi Aimon, pro hoc allegat in eodem consilio. 199. & sic in casu in quo filius spurius potest se alimentare ex artificio toto tempore vitæ suæ, non meretur reprehendi Craueta, prout reprehenditur ab Antonio Gabriele, vbi supra numer. 21. cum id ipse Craueta fateatur, & solum asserat posse relinqui tali spurio alimenta per patrem, quoties ex artificio non potest in vita sua alimentari, & per consequens male pro se eum allegauit Gregorius, & male reprehenditur à Gabriele, cum *ut dixi, Craueta ibi non loquitur in casu in quo spurius pro vita**

sua potest se alimentare ex artificio, sed tantum in casu in quo non potest, propter quod cauendum à doctrina Gregorij Lopez & caute legendus est Craueta, *in d. consilio 199. ad percipiendam eius mentem, quoad matrem tamen posset fortassis hæc doctrina Gregorij procedere habentem filios legitimos & ipsum unum natum non ex damnabili coitu, cur etiam diuiti posse quintum legare teneri potest, & sic procederent dicta in l. precedente numero 15. & faciunt pro hac differentia dicenda infra hæc lege numero 15.* Pro complemento tamen huius glos. sciendum est, quod si pater apponeret filio spurio in quinto grauamen aliquod, quod quidem grauamen conlumeret excessum illum non necessarium ad alimenta, non reuocaretur excessus ille, & valeret ꝛ sine dubio in excessu illo, quoniam tunc excessus ille non redundat in utilitatem grauati, & tantum minus capit ex quinto illo, quantum est onus & grauamen appositum, quia onus minuit pretium & valorem rei, *ut dixi in l. 2. numer. 16. & 17. titul. 5. lib. 2. supra.* & postquam sic scripseram vidi Tellium sic tenentem, *in presenti, numer. 15. & in hoc sensu & casu potest intelligi id quod inquit Ioan. Garfia, tract. de expensis, cap. 3. numer. 27. & 54. vbi inquit vidisse iudicatum posse apponi grauamen & onus huic filio spurio in quinto per patrem ei relicto, secus vero esset in eo quod esset ex quinto necessarium pro alimentis, nam in hoc non posset apponi grauamen, ut inquit Anton. Gom. hic num. 43. quem sic est intelligendum loqui, & quamuis Ioan. Garfia, indistincte dicat aliud vidisse iudicatum, cum non declararet circumstantias litis secundum dicta iudicatum fuisse fortassis erit, & hæc vera esse iudico, & nota quod lex hæc procedit etiam quoad bona extra regnum existentia, *ut per Pela. de maior. l. part. q. 58. numero 34.**

Ibi. de la que podria disponer. Ut in l. 28. Tauri, pro leg. 12. tit. 6. supra isto lib. posita, statuitur.

*Ibi. Pero si el tal hijo. Idem erit in nepore, ꝛ secundum omnes hic, & alios supra relatos, & Anto. Gabrielem, in d. titul. de alimentis conclusionem 1. numer. 19. & in lege precedente Anto. Gom. & Suarez. l. 1. tit. 3. lib. 3. for. §. hac de successione, in princip. fol. 88. in antiquis, etiam si nepos sit damnati coitus, ut per Martienco, hic glos. 1. n. 23. i x hocque versic. Pe. o si el tal hijo. & c. habes notare hic esse text. expressum meo videri, in quantum ista lex permittit filium naturalem institui per patrem carentem descendantibus legitimis, licet ascendentibus non careat, quod licet frater in testamento suo instituat filium naturalem in omnibus bonis suis, fratre ipsius patris instituentis præterito, non dicitur turpem ꝛ personam instituere, & per consequens quens frater ille non querellabit fratris huius testamentum, secundum Antonium Gomez. tomo 1. cap. 11. num. 38. versic. secundum est, & miror quod istam legem ad hoc ipse neque alius, quem viderim consideret, nam si lex ista permittit præteriti posse ascendentes legitimos in hoc casu, qui quidem *ex l. 6. Tauri quæ est i. ista. nostri tituli,* detentibus morientibus necessarij hæredes sunt, quanto fortius cõsendum est permisisse excludere posse collaterales, instituendo filium naturalem tantum, ex quo desumitur legem illam. 6. Tauri non procedere quoad nostræ legis terminos & dispositionem, prout *et ibi dixi.**

Ibi. *Le pueda mandar Iustamente.* Etiam titulo institutionis, vel quocunque alio titulo: Imo & fortius, quod etiam in testamento imperfecto
 14 † poterit illud relinquere, & valebit, *secundum Couarru. in. 4. parte. 2. ca. 8. §. 4. numero 13. folio. 128. & Ant. Go. l. 3. Tauri numero. 54.* & sic quod lex hac consultiſſima. §. ex imperfecto C. de testamen. ha-
 15 beat locum etiam † in filiis naturalibus, *argumento. l. humanitatis, ibi liberum. C. de nat. lib. & ibi hanc communem opinionem testatur, licet contrariam veriore[m] fortassis esse affirmet, inquit tamen quod arrenta lege. 3. Tauri, secundum quam correctus est. d. §. ex imperfecto, tam in testamento in scriptis, quam in nuncupatio in isto regno inutilis esset hæc disputatio, & sic vult clare quod arrenta dicta. l. 3. Tauri quæ est. 2. titulo de los testamentos, supra isto lib. non procedet isthæc communis opinio, sed potius contraria, scilicet, quod non potest in testamento imperfecto & minus solemniter inter filios bona relinquere filio naturali, inueni tamen, quod Telli in ea. l. 3. Tauri, prima parte, numero. 18. & 19. insultatur valde contra has assertiones dicti Doctoris Couarru. Primo enim contra primam opinionem in qua Couarru. asserit, quod de iure civili esset communis opinio, quod. d. §. ex imperfecto, haberet locum in filiis naturalibus, inquit Telli, quod contra est communior & verior opinio, prout ex allegatis per eum constat, & hanc etiam communem asserendo secutus est Menes. in l. cum acutissimi num. 31. C. de fideicommiss. saluat tamen ibi Telli opinionem Didaci à Couarru. quæ prius fuit Specul. respectu matris, quæ non sit illustris, & hodie etiam si sit illustris, cum ex lege supra proxima ita illustris sicut non illustris succedit filius naturalis, ut ibi dixi, cuius quidem matris respectu posset procedere opinio illa Didaci à Couarru. & Specul. scilicet ut ipsa posset inter liberos naturales tantum testari minus solemniter, & hanc communem dicit Telli. & Menes. ubi supra respectu tamen patris non idem erit: vel alio modo vult, Telli in versi, vno tamen casu saluare ipsius Didaci opinionem, scilicet, cum pater inter liberos legitimos & naturales imperfectè testando in eodem testamento filio naturali quintum reliquit, tunc enim etiam respectu naturalis sustinebitur testamentum illud, quamuis minus solemniter in ijs duobus casibus posset opinio Didaci à Couarru. sustineri de iure civili, aliter enim etiam de iure civili contraria erat verior & communior, teste Tello ubi supra. Quæ & hodie procedere possunt retenta opinione illa, quam tenui in l. 1. titu. 4. supra isto lib. & in l. 2. eiusdem tituli, quæ erat. 3. Tauri, cum Tello, ibi eam late fundante, num. 13. cum pluribus sequentibus & nu. 81. in fine prima partis, tenente dictum §. ex imperfecto, non esse correctum per illam l. 3. Tauri, nam illa lex. 3. Tauri, solum quoad numerum testium corrigit, & sic quoad alia priuilegia à iure concessa testamento inter liberos confecto non videtur corrigere, & per consequens posset ex dictis affirmari conclusio, quod inter filios naturales non potest pater uti priuilegio dicti §. ex imperfecto, nisi instituerit filios legitimos & naturales, & naturalem tantum filium in quinto honorum, mater tamen bene poterit uti dicto priuilegio inter naturales etiam, dum ta-*

men sit quoad alias solemnitates, quam quoad numerum testium, quoad quem minorum testium lex illa. 3. Tauri voluit corrigere ius antiquum, & quamuis ista mihi cum Tello videatur iuridica opinio, difficulter in practica credo quod obtinebitur, ut potè quia quasi omnes moderni Hispani, indistinctè tenent ex d. l. 3. Tauri, quoad omnia priuilegia remanere correctum d. §. ex imperfecto, ut licet videre ex relatis per Matienço in l. 2. glos. 1. numero 3. tit. 4. supra isto lib. ubi ipse sequitur eos, & hanc communem & receptam sententiam testatur, & sicut talis sequenda erit.

Ibi, *Todo lo que quisere.* In quo sic legato si pater grauare posset talem filium naturalem de restituendo alteri, subintelligenda esset conditio illa si filius ille naturalis grauatus sine liberis decessisset, *secundum Anto. Gom. to. 1. cap. 5. numero 53. versi. ex quo norabiliter infero, & tunc in tacita illa conditione sufficit quod talis naturalis grauatus relinquat filios naturales ut excludatur substitutus, † prout late traditur per Meneses, in d. l. cum acutissimi, 16 numero 30. & 31. C. de fideicommiss. nam si conditio illa, si sine liberis decesserit grauatus, esset expressa à testatore, non verificaretur nisi grauatus filios legitimos & naturales reliquisset, neque naturales tantum substitutum tunc excluderent, secundum Couarru. in pract. cap. 38. numero 4. versi. tertio ad intellectum glos. ad si. quod optimum ad d. l. cum acutissimi, & ad l. cum auus ff. de cond. & dem. & tenuit idem quod Couarru. Menes. ubi supra numero 36. in fin. licet Couarru. non alleget. Et an legitimatus † substitutum excludat, in l. 10. infra isto tit. in gl. 1. dicemus annuente Deo.*

Ibi *Aunque tengan ascendientes legitimos,* Declaranda est ex ijs verbis lex 1. supra isto tit. & lib. † quæ 18 erat 6. Tauri, in quantum ibi disponitur filios ascendentes habentes non posse disponere nisi tantum de tertio bonorum, si tales filij decesserint sine descendentes legitimis, vel talibus qui habeant ius hæredandi, nam declaratur illa lex, ut non procedat quoties, etiam si careant dicti filij descendentes legitimis, non carent descendentes naturalibus, nam tunc omnia bona potest pater eis relinquere etiam si ascendentes habeat, & sic declaratur vna lex per aliam.

S V M M A R I V M.

1. Quis filius naturalis diceretur altercota fuit quæstio de iure civili & ex nostro determinata. 1.
2. Quoad probandum concubinatum cessant hodie strictissimè requisita à Pala. Rub. numero. 2.
3. Filius clerici in minoribus constituti, naturalis dicitur etiam si sit beneficiatus talis clericus. 3.
4. Filius incestuosus non potest dici naturalis filius & sic neque aliquo titulo potest aliquid à patre recipere neque ab alio institui hæres, ut ibi.
5. Filij illustrium potentium inter se matrimonia contrahere ita hodie ex legibus nostris naturales dicuntur, in correctionem l. fin. tit. 14. part. 4.
6. Filij commendatorum trium ordinum naturales dicuntur si mulier soluta erat & sine impedimento contrahendi etiam si esset vilis supra.

- 7 *Filij habiti in pinzocola beati Francisci à viro & soluto naturalis est. 7.*
- 8 *Filius habitus à soluto in propria ancilla soluta naturalis est. 8.*
- 9 *Filij habiti à domino ex propria ancilla liberi sunt, præsertim si in testamento eos liberos nominauerit, nam ex hac sola nominatione liberi sunt. 9. vbi idem dominus contraheret matrimonium cum serua.*
- 10 *Probatio filiationis filij naturalis quomodo iure antiquo & nostro fiat. 10.*
- 11 *Quando sit probandū patrem filiū vt talem habuisse & recognouisse, vt dicatur naturalis. 11.*
- 12 *Concubina soluti non punitur vt cōcubina pœna concubinatorum sed admonetur sub pœna concubinariorum. 12.*
- 13 *Nominatio sola patris non sufficit vt naturalis filius dicatur, nisi & alia cōcurrant. 13. licet ad probandum aliàs esse filium minor probatio requiratur, vt ibi.*
- 14 *Filius an in dubio præsumetur naturalis vel spurius. 14. cum sequentibus.*
- 15 *Confessio matris dicentis aliquē esse suum filium præiudicat si filius est in possessione. 15.*
- 16 *Nobilitatem prætendens tenetur probare qualitatem legitimitatis, vel naturalitatis. 16.*
- 17 *Filius an præsumatur legitimus, remissiuè, numero 17.*

Lex. 9. quæ erat. II. Tauri.

S V M M A R I V M.

Quis dicatur filius naturalis, declarat lex nostra.

IBi, Ordenamos y mandamos, Per dispositionem hanc clara redditur & determinata altercatio illa † Doctorum attento iure ciuili habita, quis filius naturalis diceretur, de qua vltra ordinarios in locis ordinarijs, agitur per Suarez, l. 1. tit. 6. lib. 1. Fori. quæst. 1. incip. hoc præsupposito, in antiquis, folio 82. vbi per totam illam quæstionem multum aperit istius, l. intellectum, de quo & per Couar. in 4. p. 2. cap. 8. §. 4. nu. 2. cessant etiam plura illa requisita posita per Ripam in l. ex facto. §. si quis rogatus numero 4. ff. ad Trebellia. vt quis filius naturalis diceretur, & Capiti, decis. Neapol. 32. numero 6. cessant etiam disposita in Auth. qui. mo. nat. effici. legi. §. palam. & in Auth. qui. mod. nat. effi. sui. §. quibus autem, & in l. pen. & fin. ff. de concubi. & l. si quis officium, ff. de ritu nupti. l. 2. tit. 14. part. 4. l. 1. tit. 11. p. 7. qui concubinam hanc parum ab vxore distare debere asserbant, vt filius ex ea natus naturalis diceretur. Cōfirmaturq; (si tale quid dici potest) quoad nostrum forum seculare iuris canonici dispositio idem quod lex nostra disponentis. Atque id consuetudine totius ferme mundi affirmabat vsitatum Caccia Lupus, l. si qua illustis nu. 30. ad Ofsci. C. relatus per Menes. in l. cum acutissimi. num. 34. C. de fideicom. Ex quo & in

foro nostro quoad probandum † concubina-
tum cessare debent quæ strictissimè requirebat
probari, Pala. Rub. relatus per Auiles cap. 47. Pre-
torij verbo *Manceba publica*, scilicet quod vt de con-
cubinato quis puniri posset, nihil concubina
differre debebat ab vxore legitima nisi solum in
sacramēto matrimonij, cum multum distet vxor
à concubina, & concubina ab vxore, secundum
Barr. in l. irem legato. §. parui, de leg. 3. licet quoad
affectiōē amaliōrū aliquando & quasi semper
nihil distent, secundum Orosium, in l. cum quadam
puella colum. 194. in fin. ff. de iur. om. iud. & qua aliàs
rarissimè punirentur cōcubinas, & multa pec-
cata fierent, reiecta est in practica opinio illa
Palacij Rubei, neque tot requisitè requiruntur
vt concubinatorum puniatur, sicut requirebat vbi
supra Pala. Rub. sed infamia sola viciniæ & rumor
publicus in ea, & ingressus ad eam & scandalum
& malum exemplum, & quod aliqua dantur per
amatum sufficit probari, vt concubinatorum pro-
batus dicatur & puniatur in pœnis concubina-
riorū, & sic iam sententiaui & sententiaui quo-
tidie, hæc enim peccata ita perniciofa populis
non est necesse ita arētè probari, sicut Pala. Rub.
asserebat probāda esse, vt punirentur pœnis con-
cubinatorum, idque ex lege nostra deducitur requi-
sita antiqua resecans vt quis naturalis filius dice-
retur. Infertur etiam ex lege nostra & probatur, fi-
lium clerici in minoribus † ordinibus constituti
esse naturalem, si habitus sit ex muliere soluta &
cum qua libere matrimonium contrahi poterat
per clericum talem: Imo quamuis talis clericus
beneficium ecclesiasticum obtineret, idem esset,
vt diximus in l. 7. verbo Clerigos, supra isto titu. & lib.
inferendum etiam est ex l. nostra filium † ince-
stuosum nullo modo naturalē dici posse quam-
uis patres tunc temporis liberi à matrimonio
essent, vtpote quia sine dispensatione matrimo-
nium inter se contrahere non poterant, & sic
neque matri succedent, vt diximus in dict. l. 7. ne-
que patri, imo neque ab aliquo institui posse ta-
les incestuosos, neque donationem à patre reci-
pere, ibidem remanet dictum, vbi vide, & quod
tales naturales non dicantur, disponit optima
lex l. 1. tit. 15. par. 4. Infertur itidem † quod quen-
tumvis filij tales nascantur ex viro illustri & vili
muliere, si tunc temporis liberi erant ad matri-
monium sine dispensatione cōtrahendum, natu-
rales erāt tales filij ab eis procreati, vt per Auend.
in dictionario, verbo *Hij natural*, & sic quod corrigat-
ur l. fina. titulo 14. partit. 4. quæ hos filios talium
illustrium & viliū mulierū naturales non esse
disponebat, & sic ex lege nostra corrigitur, de quo
glossator ibi dubitauit, & tandē in practica pro-
pter generalitatem nostri text. inquit correctio-
nem hanc esse seruandam, & verūm dicit. Ex
quibus potest defendari opinio dicentium, filios
commendatorum trium ordinum, Alcantaræ,
Calatraux, † & Diui Iacobi habitos etiam in
vilibus personis, cum quibus absq; Papæ dispen-
satione matrimonium contrahere poterant, natu-
rales esse, vt diximus in l. 7. supra eotit. nu. 52. nam
secundū Tell. hic, nu. 1. ad fin. lex nostra in quauis
muliere cuiuscumq; qualitatis, in qua legis no-
stræ requisita concurrant, procedit, & sic in ter-
minis fortioribus tenuit ea gloss. l. 1. tit. 15. partit.
4. & Lara in principio repet. l. si quis à liberis num. 9. &
in lu-

in supremo regio Senatu sic vidi in filiis cuiusdam militis de Alcantara iudicatum & admissos filios naturales ad maioriā patris, imo quamuis
 7 habiti essent in pinzocola † tertij ordinis beati Francisci idem esse inquit glo. *spuri d. l. 1. tit. 15. part. 4.* Adeo vt etiam filius habitus ex propria
 8 ancilla † soluta & patre soluto inter quos sine dispensatione contrahi potest matrimonium, ex *Anten. sed nouo iure C. de natu lib. liber. & ex tiru. de coniugio seruorum*, dicitur naturalis, prout inquit *Additio. Suar. in l. 1. tit. 6. lib. 3. Fori. fol. 84. in fine cum principio sequentis, & probatur ex text. in l. si quis ingenuam cū glo. 1. ff. de cap. & post. reu. allegato per Alcia. de presump. regu. 2. par. 5. num. 8.* nam liberi sunt filij
 9 tales, à lege enim consequuntur libertatem, † ex *l. si. C. communia de manum. secundum Suarez, vbi supra* præsertim si in testamento ipse pater eos filios nominauerit, nam ex hoc verbo cēsentur effecti liberi, *secundum Rebus. in tract. de nominatio. quest. 1. num. 7. ex §. fi. Inst. de adoptio. vbi Angel. id extendit*, etiam si per dominum in testamento nominetur filius seruus eius, quantumcunque non esset suus filius, quod si verum est maximi erit momenti dictum hoc Angel. & sic crederem quod quamuis ancilla non habeatur vt concubina, contra Suarez, & Alcia. *vbi supra*, quod filij à domino soluto in ea habiti, si eos recognouit vt tales, erunt naturales, *ex text. nostro, prout vult ille Additionator Suarez, vbi supra & hæc & alia plura in proposito nostræ legis, refert Lara in repe. l. si quis à liberis numero 82. cum pluribus sequentibus*, & dominus si contraheret matrimonium cum serua efficitur libera, *ex l. 1. in fin. tit. 13. part. 4.*

Ibi, *Con tanto que el padre le reconozca por su hijo*, aduertere ad hæc & ad alia verba nostri text. debet aduocatus vt sciat articulos facere & ordinare super probanda filiatione filij naturalis, quia & si iure civili & partitarum requirebatur probari, quod ex vnica concubina in domo retenta † natus erat, ex iuribus in præcedentibus glossis allegatis, hodie vero licet hoc nõ requiratur, requiritur tamen probari, quod pater eum tacite vel expresse pro filio recognouit, puta alimentando eum in domo vt filium, vel nominando eum talem in vita, vel in morte, & quod tempore conceptionis vel natiuitatis parentes poterant absq; dispensatione cōtrahere matrimonium, edquod non erant vere religiosi, neque votum castitatis vel aliud matrimonium impediens & dirimens matrimonium de facto contractū fecerant, neq; erant cōsanguinei vel affines intra quartum gradum, & hæc probanda sunt quoad nostri tex. dispositionem, *& sic plura refecantur per DD. in l. eum diffinimus tradita. ff. de ijs qui sunt sui. & per Marienço hic. glo. 2. & fin. vnum tamen habes notare in proposito horum verborum*, scilicet, quod tunc est probandum patrem recognouisse filium vt filium, quoties habuit eam in concubinam non
 11 retentam in domo † & vnicam, secus vero aliàs, prout considerat *Auend. in dictionario, verbo, Hijo natural, & Ant. Go. hic. num. 2. & Coua. in 4. p. 2. c. 8. §. 4. num. 7.* Itidem ex hac nostra lege notauit, Auiles c. 47. *Præ. verbo, O casado*, concubinam soluti non
 12 puniri † pœna concubinatus, admonēdi tamen tunc sunt, vt à peccato desistant sub pœna concubinarijs imposita per leges regias, & possent insuper aliqua pœna arbitraria itidem puniri, si

concubinato scandalum generauerunt, *secundum Auend. cap. 26. Præto. num. 3. & 4. lib. 2.* Ex quibus omnibus & præsertim *ex l. nostra*, colligitur nominationem solam patris nominantis cum filium extrajudicialiter non sufficere vt naturalis filius dicatur † nisi & cōcurrat quod habitus ex solu-
 13 to & soluta potētibus tunc aut natiuitatis tempore contrahere sine dispensatione: Ad probandum tamē esse quem filium alicuius non adiecta illa qualitate naturalitatis, per alias coniecturas probari sufficit prout aliàs in facto allegaui latē, & fortassis aliquādo in lucem exibat. Solū restat scire vnum an filius in dubio nullo alio probato nisi quod sit filius, præsumetur naturalis, † an
 14 spurius, & in hoc sunt diuersæ opiniones, & quod in dubio præsumatur naturalis, fuit opinio Baldo attributa à Tellio, *hic nu. 3.* qui Aymonem, & Couar. allegat idem tenentes, & Menochi. *de arbit. iudi. lib. 2. c. 2. casu. 194. nu. 32.* & Ioan. Garfia, *in tract. de expensis & meli. c. 3. nu. 21.* & hanc benigniorem vocat Mática, *de coniect. ultima volunt. lib. 6. cap. 11. num. 33.* vbi allegat Alcia. sibi contrarium istud verissimum dicentem, contrarium tamen tenuit Bertan. *consil. 135. volum. 2.* & Alcia. *de presump. regula. 2. presump. 5. numero 8. pag. 158. in paruis*, & Minchaca *contro. illus. cap. 85. num. 14. & 15.* vbi alios ad hoc allegat, & Marienço, *hic, gloss. 3. num. 6. cum sequentibus*, & alij relati per Mantiscam *vbi supra num. 22.* & nouissimè posthæc Mascard. *Tomo. 2. de proba. conclusionem. 1090. folio 348.* Ex quibus omnibus meo videri, concordia colligi potest, scilicet quod prima opinio procedat quoties filius est reus & possessor, & non constat possidere contra iuris præsumptionē, tunc enim nimirum si naturalis præsumatur, cum actor fundare debeat suam intētionem, & reus quamuis nihil probeat absoluendus, neque est præsumendum nisi id quod honestius est in dubio, *vt declarat Baldus, in l. filium numero 11. ff. de ijs qui sunt sui vel ali. iur. ex l. miles §. defuncto. ff. de adulter. & ex l. merito. ff. pro socio.* & sic inquit Burgos de Paz, *in consil. 26. numero 44.* quod filius sacerdotis non præsumitur genitus in sacerdotio: confessioque matris dicentis aliquem esse suum filium præiudicat si filius ille † est in possessione, *vt per Pelæz 15 de maioraribus, 2. part. quæstione 2. numero 32.* & idem si relinquitor hæres in testamento nam qui contra dixerit tenetur probare illegitimitatem, *vt per Simonem de præteritis, de interpr. vlt. vol. lib. 3. interpr. 1. dub. 3. solut. 2. numero 3. & 4. folio 10.* Secunda vero opinio procedat quoties filius hic est actor, vel quāuis reus sit & possessor, ius resistit huic possessioni, tunc enim quia actor debet probare suā qualitatem tanquā fundans se in ea tenetur probare se filiū & naturalem, si qualitas hæc pro suæ intentionis fundamēto requiritur, *secundū Ang. per tex. in l. lilios. ff. de ijs qui not. infra. & Rol. Valle, cōf. 32. nu. 14. & seq. lib. 3.* & idē quoties ius resistit suæ possessioni, quia tunc possessio nihil coadiuuat, *ex l. sicuti. §. si queratur. ff. si seru. ven. & probatur ex c. ad decimas, de restit. spoliator. 6.* vnde siue sit actor siue reus qui præterit nobilitatē, tenetur probare qualitatem legitimitatis, vel naturalitatis, † *vt 16 per Tellii. hic numero 8.* ex quo clarius quam ex alio desumitur hæc concordia, & omnes eius conclusiones ad hæc reduci possunt: In casu tamen in quo non damus tertij præiudicium in dubio
 debemus

debemus eum naturalem praesumere, secundum Telli. ubi supra numero 7. sic volentem intelligere opinionem Ioan. And. ibi per eum relati in numero 3. vers. aliud & tertium & an filius praesumeretur legitimus † vide Mascardum, ubi supra conolusione. 799. & haec pro hac lege sufficient, Matienço hic, in glo. 1. prosecutus est naturalium successiõnem, de quo in libris precedentibus tractauimus ubi aptius conueniebat.

S V M M A R I V M.

- 1 Legitimatõ natalium restitutio dicitur, similis quæ arrogationi, numero 1.
- 2 Legitimus à principe vere legitimus & non fide dicitur. 2.
- 3 Legitimus excludit substitutum 3. ubi ampliatu etiam si conditio si sine liberis decesserit, sit expressa.
- 4 Legitimus de familia & agnatione dicitur 4. & per consequens in maioria succedet, ut ibi.
- 5 Legitimus an comprehendatur in dispositione principis de hæredibus mentionem faciente. 5. & an in emphyteusi ecclesiastica pro se & hæredibus suscepta succedat.
- 6 Legitimatõ quid debeat continere ut perfecta sit 6.
- 7 Legitimatõ an differat à dispositione. 7.
- 8 Legitimus si instituitur hæres à patre & eo mortuo appareat fuisse nullã legitimatõnem cui deuenient bona illa. 8. & ibi an tunc legata testamenti sint soluenda.
- 9 Legitimus an efficiatur spurius per Monachismum & si talis efficiatur an succedat patri vel agnatis & cognatis, & an concurrat tunc cum filiis legitimis & naturalibus 9. cum sequentibus pluribus.
- 10 Religions ingressu omnis macula tollitur 10. ubi & an ingratitude tollatur & 13. declaratur.
- 11 Filia luxuriosa per penitentiam euitat exheredatõnem si in penitentia perseverauerit. 11.
- 12 Oblatione religionis efficitur quis legitimus sicut per oblationem curiæ 12. & 13. declaratur.
- 14 Secundum opinionem legistarum non defertur hereditas monasterio sed per mediam monachi personam 14. & sic monasterium non succedet iure hereditario pro monacho, sed cuiusdam acquisitionis naturalis, ut ibi.
- 15 Legitimus de iure civili an succedat patri ex testamento cum instituenti. 15.
- 16 Legitimus si pretereatur à patre an possit dicere testamentum nullum 16.
- 17 Princeps an possit aliquem legitimare ut succedat in maioria. 17. & ibi an possit succedere in bonis extra territorium legitimantis.
- 18 Filium naturalem habens si volens filium legitimare per matrimonij contractum, & alius id sciens abscadat matrem ut matrimonium fiat, id quid tenebitur 18.
- 19 Natus ex clandestino matrimonio an excludatur à maioria. 19.
- 20 Legitimus filius bastardus in vita patris an patre mortuo succedet cum legitimis & naturalibus ex iure nostro. 20.
- 21 Filius naturalis legitimari non potest in præiudicium legitimorum 21. ubi idem quoad maioratum etiam si sit natu maior.
- 22 Legitimus non succedit cum legitimis & naturalibus etiam natis post legitimatõnem 22. ubi idem si legitimetur per subsequens matrimonium, quod declaratur, numero 23.
- 23 Legitimi per subsequens matrimonium excludunt substitutum 23. ubi an idem sit in legitimatis per rescriptum principis.
- 24 Legitimi per subsequens matrimonium an succedant cum legitimis & naturalibus alterius matrimonij. 24.
- 25 Primogenitus legitimatus per subsequens matrimonium an preferatur secundo de legitimo matrimonio nato antequam legitimatõ concederetur. 25.
- 25 Filius naturalis si suscepit filios legitimi matrimonij & mortuo patre horum filiorum auus eorum nupsit cum cõcubina, an nepotes legitimetur ut auo ab intestato succedere possint 25.
- 26 Adoptiuus an succedet cum legitimo & naturali saltim in quarta parte quarta partis. 26.
- 27 L. fin. tit. 15. partita. 4. permittens legitimatos cum legitimis & naturalibus succedere cessat iam ex l. nostra, & sic superflua esse iam clausulam legitimatõnũ, sine præiudicio venientium ab intestato. 27.
- 28 Venientium ab intestato an sit facienda mentio in legitimatõne. 28.
- 29 Legitimi postquam legitimi & naturales nati erant de quibus est facta mentio in legitimatõne an succedant cum dictis legitimis & naturalibus 29.
- 30 Legitimatõ facta viuentis patre vel eo mortuo antequam adiretur eius hereditas valet etiam non citatis fratribus 30.
- 31 Princeps potest efficere ut legitimatus concurrat cum legitimis & naturalibus, & sic apponitur in legitimatõnibus clausula saluo iure legitimorum 31. debet tamen id specificari faciendã mentionem de legitimis ut numero 32.
- 32 An legitimatõ iã quod legitimis & naturalibus nõ præiudicat in dubio, an præiudicabit venientibus ab intestato legitimis illis deficientibus 32.
- 34 Legitimus an representet patris personam ad succedendum patruo cum fratribus ipsius patrui defuncti. 34.
- 35 Stante statuto quod stantibus masculis filia non succedant, an idem si sit legitimatus 35.
- 36 Verbum descendentes tam masculos quam feminas comprehendit 36.
- 37 Legitimatõ quid operetur ad succedendum ex testamento, & ab intestato absque præiudicio venientium ab intestato remissive 37.

- 38 Legitimus tunc capiet quintum totum bonorum ei legatum quoties non adsunt quinque filij. 38. ubi examinatur nouissime.
- 39 Conditio apposita in legitimatione quod legitimus succedat in illa quinta parte vel in minori vel in nihilo ut patri placuerit, an valeat 39. quod secus si à matre legitimetur 41.
- 40 Legitimitas in quo differat à dispensatione. 41.
- 42 Legitimus limitatiue siue non habeat beneficium abstinendi. 42. ubi an idem in legitimitate per rescriptum & an per ingressum religionis.
- 43 Legitimati obtinent iura suorum 43.
- 44 Legitimitas per oblationem curiæ, vel ex rescripto differunt 44.
- 45 Legitimus per principis rescriptum an succedat omnibus agnatis & cognatis 45.
- 46 Legitimus an gaudeat patris nobilitate. 46. cum sequentibus aliquibus & ibi an quoad exemptionem tributorum, & numero 50. resolutio ponitur.
- 47 Papa cum dispensat cum aliquo filio genito ex nobili debet fieri mentio de nobilitate ut gaudeat ea. 47.
- 48 Legitimandi habens facultatem non censetur habere dispensandi. 48.
- 49 Intellectus quarundam legum regiarum noue recopilationis. 49. ubi & alia ad dictas leges regias, quæstiones proposuimus.
- 51 Filius naturalis an gaudeat parentum nobilitate. 51. & ibi an in maioratu succedat.
- 52 Requisita necessaria pro legitimatione. 52.
- 53 Dispensatio debet facere mentionem omnium venientium ab intestato. 53.
- 54 Legitimus ad succedendum ex testamento, succedet contra testamentum 54.

Lex. 10. quæ erat. 12. Tauri.

S V M M A R I V M.

Qualiter & in quibus filius legitimus parentibus succedat, declarat lex nostra.

Ibi, Legitimado, Quasi in natalibus restitutus, cum legitimitas restitutio natalium dicatur
 1 † teste Bald. in l. 1. C. de iure aureorum annulo. Bart. in l. Gallus §. & quid si tantum, ff. de liberis & posth. & in l. 2. de vulg. & pup. similisque arrogationi dicitur ex text. in l. Inuenimus C. de nat. lib. Bal. in dict. l. 1. inter omnesque ius facit, secundum eum ibi, legitimitas que hæc erit vera, & secundum veritatem & non secundum fictionem, ut late licet videre ex nostro Gutierrez, in repetitione. §. sui. in 4. ampliatione. per totam Inst. de her. qual. & disse. vereque legitimus † & non ficte dicitur, secundum eum
 2 ibi, prout latissime ad utramque partem examinat Iaf. in l. si is qui pro emptore. numero 227. cum pluribus sequentibus ff. de usu cap. idq; quando & quomodo procedat discutit Capitius decis. Neapol. 194. num.

7. & Telli. in l. 9. Tauri, numero 15. cum pluribus sequentibus: Sicque legitimus excludit substitutum, † prout communem testatur gloss. 3
 Todas l. 4. tit. 15. partit. 4. & Villalobos in Arario commun. opin. litera L. num. 88. & 90. hoc ampliat & limitat, & Michael Crasso recep. senten. §. fideicommissum quæstione, 38. & ampliatur etiam si expressa sit conditio, si sine liberis decesserit, adhuc tunc legitimus excludit substitutum, secundum Meneses, in dicta l. cum acutissimi. numero 17. C. de fideicom. quem & Duñas hanc communem proficendo allegat ipsemet Gutierrez ubi supra, numero 182. nam legitimus de familia † & agnatione dicitur, secundum Molinam de Primog. lib. 1. cap. 4. numero 44. secus vero erit in naturalibus liberis, dum expresse dicta conditio apponitur, ut diximus in l. 8. in fi. supra isto tit. & per consequens in maioria succedet legitimus hic secundum gloss. si no. col. 3. per totam, in l. 2. tit. 15. part. 2. ubi hanc & alias similes quæstiones proponit, & Pelaez de maiora. 2. parte, quæst. 1. per totam, & vide Molinam, ubi supra, libro 3. cap. 1. numero 1. & 2. licet ipse ibi numero 3. cum sequentibus, hoc ad Hispanorum primogenia extendi difficile videatur. Et an comprehendatur legitimus in dispositione principis de hæredibus † mentionem faciente vide Afflictis, decis. Neapol. 329. numero 23. Et an in Emphyreusi ecclesiastica pro se & hæredibus suis suscepta succedat legitimus hic, vide per Boëri. decis. 123. num. 7. & Afflict. decis. 386. numero 1. & Ber. Diaz regula. 231. ubi limitat, hæcque materia legitimationis est profunda & prolixa, secundum eundem Afflictis, dict. decis. 386. num. 8. ideoq; videnda per DD. per eum ibi allegatos, ad quos ipse se remittit, & per Gutierrez in dict. §. sui. per illam totam quartam ampliationem, & in materia hac vide optimum consilium Francisc. Marzarij, 37. per totum numerum. 47. cum sequentibus. Et quæ debeant interuenire in legitimatione † examinat hic Telli. numero 8. cum sequentibus aliquibus, & per Acostam in l. Gallus §. & quid si tantum parte. 2. numero 107. usque in finem illius partis, & à num. 90. alia dixit de legitimatione: Et an legitimitas differat à dispensatione, † ibidem ipse 7
 Acosta num. 152. & melius hic Matienço, in gloss. 1. Solum tamen libet duas proponere quæstiones in proposito huius gloss. Prima est, si legitimus hæres instituitur à legitimate patre in testamento, & post mortem patris eum instituentis reperiatur quod legitimitas non valuit ob alicuius requisiti defectum, numquid bona hæc deueniunt ad fiscum, vel remanebunt apud venientes ab intestato, † in quo respondit Bald. in l. hæreditas C. de 8
 ijs qui. ut ind. quod apud venientes ab intestato, & tunc legata in testamento relicto per eos sunt soluenda, secundum Paul. in l. eam quam C. de fideicom. & ibi Iaf. & Deci. conf. 288. numero 41. per text. in Auth. de her. & sal. §. si vero expressim, quod dubium esse testatur gloss. Diciendo l. si. tit. 15. par. 4. quod intelligere quoties filius ille erat incapax hæreditatis paternæ absque legitimatione, etiam si ei deferretur ex patris testamento, secus vero si ex testamento esset capax talis hæreditatis, ut pote quia erat naturalis & pater nullos legitimos & naturales descendentes habeat, ut in proposito quæstione loquimur, tunc enim quamuis legitimitas deficeret, non corrueret institutio, sed valeret potius, quia tanquam filius naturalis
 potuit

potuit institui heres à patre deficientibus legitimis & naturalibus descendentibus, præsertim si in testamento adest clausula codicillaris, & post hæc sic vidi sentire Acoftam, in l. Gallus §. & quid sit tantum 2. parte. n. 166. cum sequentibus. Secunda est quaestio satis à Doctõribus altercata, & in practica vidi altercari, nũ per monachismum spurius efficiatur legitimus, & si talis efficiatur an succedat patri vel agnatis & cognatis, & plures DD. tenuerunt quod sic, prout fuit Deci. in Authen. ingressi. col. 1. C. de sacros. eccles. & Felin. c. deputati. nu. 3. de iudi. & Rojas & plures relati ab eo, in tract. de succes. abint. cap. 23. n. 109. & Minchaca de successio. creat. lib. 1. §. 10. nu. 489. vbi inquit per monachismum parem effici ei, qui per legitimũ subsequens matrimoniũ legitimatur, inquit tamen ibi Minchaca, quod non concurrat cũ filiis legitimis & naturalibus ex lege nostra 12. Tauri, & sic ipse ibi voluit tenere quod eis deficientibus succederet patri quantumvis esset ante monachismũ incapax succedendi ei, & idem voluit Rojas, vbi supra, dũ sub tract. de successio. abint. & ampliando regulã de legitimatis à principe dictam ampliationẽ ponit de monachismo, & voluit expressius Tiraquel. de privilegijs causa pia, privilegio. 29. & Alexan. consil. 121. vol. 2. col. fin. in fine. vbi Natra, in additio. allegãdo Deci. in dict. Authen. ingressi. id intelligit verum dummodo secuta fuerit professio, nõ vero aliã, prout & tenuit Felin. in dict. c. cõ parati. & Casaneus, in consuet. Burg. Rub. 1. §. 5. num. 105. fol. 53. & Syluest. verbo Religio. 6. n. 1. fundanturq; ij, quod ingressu religionis & omnis macula tollitur, vt in Authen. de mona. in princ. & sic ingratitude tollitur per ingressum religionis, secundum Alexan. in l. 1. ff. solut. mar. & alios plures relatos per Couar. in cap. Raynuntius, in princ. n. 20. de testam. & per Minch. de successio. creat. lib. 1. §. 10. sub l. quoniam in prioribus nu. 612. vbi hanc de ingratitude magis cõmunem dicit, siue ingratitude respiciat personã ipsius ingrati siue patris sui, licet si respiciat personam patris non aboleri per monachismũ veriorẽ dicat Ripa. in l. fin. quest. 67. nu. 226. C. de reuõ. don. & verissimã dicat Minchaca, vbi supra & secũdũ iuris cõmunis rationes esse testetur. Costa. l. Gallus §. & quid sit tantum 3. par. n. 198. ff. de lib. & post. vbi à n. 195. inceptit, & n. 200. in facto quaestio nem annectit, itẽ & per pœnitentiam filia luxuriosa euitat exheredationem & secundum dictos & gloss. Deseredar in l. 5. tit. 7. partita. 6. vbi verũ dicit si in pœnitentia perseverauerit, de quo & per Acoftam vbi supra, n. 188. cum sex sequentibus. Secũdo fundatur dicti Doctores ex quodã dicto Guillieli. de Cugno, relato per Bald. in l. 1. col. pen. C. de sacros. eccles. in lect. 1. dicentis, quod si pater spurio filio reliquit centum, si ingrediatur monasteriũ debentur, quia sicut per oblationẽ curiã fit legitimus, ita per oblationẽ & religionis vt inquit Tiraq. dict. priuileg. 29. contrariam tamen opinionem, imo quod monachismus nõ sit potens ad efficiendum incapacem successiois capacẽ ad eam, tenuerunt Suarez allegatio. 25. & gloss. l. 12. tit. 6. part. 1. & Minchaca de succes. propaga. lib. 1. tit. qui ex testa. cap. non pos. §. 2. n. 56. cum quatuor sequentibus vbi alios allegant idem tenentes: Ego tamen salua aliõrum pace crederem tõcordari posse has opiniones, vt primo loquatur quoad succedendum ex testamento, secunda quoad succedendum abintestato, ex

co, quod dictũ Guillieli. de Cugno, quoad successio nem abintestato non loquitur, neq; procedit, prout patet ex Tiraq. vbi supra tum etiam quia argumentũ de oblatione Curie non vsquequaq; procedit, quibus & aliis contra dictam doctrinam Guillieli, tenuit Minchaca, de succes. propaga. tit. qui ex testa. capere non pos. lib. 1. §. 2. n. 56. cum quatuor sequentibus. & ridiculum inquit esse contrarium, tum etiam quia macula omnis per ingressum religionis purgatur, quoad spiritualia, non vero quoad temporalia. secundũ Felin. in d. c. cum deputati. nu. 2. Item dato quod absq; veri præiudicio illa similitudo oblationis Curie esset vera id esset quoad succedendum patri non vero aliis agnatis & cognatis, prout regulare est in oblatione Curie, secundũ textum in Authen. quib. mod. nat. eff. sui §. filiiũ vero & l. 7. tit. 15. partita. 4. notat Maria. Socinus, consilio. 142. n. 33. volumine 1. neq; obstaret huic secũdã opinioni illud quod inquit Tiraq. vbi supra, quod quum non capiat monachus hæreditatem hanc, sed monasterium, quod est capax, nimirũ si per ingressum religionis adquiratur illud quod alias monachus acquiri nõ poterat, nam ad hoc respondetur, quod secundũ opinionẽ legistarũ, quæ in foro Cæsaris seruabitur nõ defertur ipso & per illum monasterio sed prius monacho & per illum monasterio, & sic inquit Bartolus, in Authentica. si qua mulier. nu. 5. C. de sacros. eccles. & communiter teneri inquit Minchaca de successio. creatio. §. 10. n. 13. & Roñan. Valle, in tract. de inuenta. quest. 12. nu. 19. secuti per Cras. recepta. sent. §. hæreditas. q. 6. quod monasterium non succedit iure hæreditario pro monacho, sed iure cuiusdam acquisitionis naturalis, & sic mirum non est si non legitimetur monachus per monachismum vt succedere possit abintestato patri monachi spurij, & sic in effectu tenuit glo. in l. 1. tit. 6. p. 1. & sic etiam intellexit dict. Guill. Suar. d. allega. 25. per totam, qui melius quã alius in hoc loquitur & inquit rem dubiam & concordia cõponendam, sed quod hæc secunda opinio est sustentabilior & verior. Et dum legem hanc commentarem in iis verbis deuenit fama illius immortalis & famosæ victoriæ belli Nauallis contra Otomani potentissimum exercitum in mari Adriatico habitæ anno, 1571. per inuictissimum illum & memoria dignũ D. Ioannem ab Austria Catholici nostri Philippi secundi Hispaniarum Regis fratrem naturalem sub Pontificatu sanctissimi patris Pij V. & vniuerso orbi maximum attulit gaudium dicta victoria, velisque Deus vt omnia sint Philippo Regi ac domino nostro in melius successura, de qua & meminit Simõ Petrus in tractat. de interpreta. ult. volumine lib. 3. interpretario. 1. dubitatio. 3. solu. 2. n. fin. folio 11. quo quidẽ tẽpore & ipse opus illud scribebat vbi dicit,

Ibi, Para heredar, An legitimatus de iure ciuili succedat patri ex testamento & eum instituenti, tradit Iulius Clarus, libro 3. sententi. §. testamentum quaestio 31. versiculo, scias tamen, & iure Particularum aderat l. fin. titulo 15. partita. 4. quæ omnia per legem nostram sunt iam determinata. Et an si præteritur legitimatus * posset dicere testamentum nullum, tradebat idem Clarus in eodẽ verbo testamentum, quaestio 84. Et an princeps possit illegitimum legitimare & vt succedat im maioratu, vide Pelæz, de maioratibus 2. parte. quaestio 1.

stione 1. numero 9. & tunc an possit succedere in bonis sitis extra territorium legitimantis, ibi per eum & numero 10. vertit in dubium, si habens filium naturalem vult contrahere cum matre vt legitimet eum & succedat in maioria, alter autem sperans succedere per obitum illius patris transportauit ipsam matrem illius filij naturalis legitimandi per matrimonium, & sic legitimatio cessauit, quod remedium dabitur contra hanc fraudem ¶ & hoc dubium tetigit gl. *se casa cõ ella*, in *fi. in l. tit. 13. p. 4.* relatus per Pelacz, *vbi sup. & n. 11.* tractat ipse Pelacz, an natus ex matrimonio clãdestino excludatur ¶ à maioratus successione.

Ibi, *Despues su padre, o madre*, ex iis cessat iam doctrina Bal. & aliorum relatorum per Telli. *l. 3. Tau. 2. p. n. 9. in prin.* dicentium, quod si in vita patris filius bastardus legitimaretur, quod succederet in simul mortuo patre cum filiis legitimis & naturalibus, & probatur in *l. fi. tit. 15. p. 4.* quod ¶ tamen iam ex l. nostra cessare vides, cum ex iis verbis colligatur legitimatio fuisse factã in vita patris, & nihilominus cum filiis legitimis & naturalibus inquit tex. noster non succedere talem legitimatum, & nimirum nam naturalis filius non potest in præiudicium legitimorum ¶ legitimari eisdẽ stantibus, ex iuribus relatis per Mol. *de Primog. lib. 3. c. 2. n. 2.* & 3. vbi id ex iure diuino inquit procedere, & idem ibidem quoad maioriã esse dicit, quamuis talis legitimatus per rescriptum principis sit natu maior: nisi id princeps declarauit, vt *infra gl. con los, in prin.* reperio tamẽ quod contrariã imo quod legitimatus nam maior præferat legitime nato minori receptiorẽ & veniorẽ testatur Mench. relatus & secutus per Cra. *recep. sent. tit. de suces. ab int. q. 19. n. 8.* quod cõtra legẽ nostrã videtur. Imo & plus est, quod & si filij alij legitimi & naturales nascãtur post legitimatiõẽ impetratã & cõcessã, adhuc legitimatus hic nõ succedit ¶ cõ legitimis & naturalibus ex *tex. nostro* quantumuis de iure civili aliud esset, vt licet videre ex Villalo. in *A Era. com. opi. litera L. n. 108.* vbi legẽ nostrã ad hoc considerat. Imò & aliud fortius probat noster text. scilicet quod filij legitimati per subsequẽs matrimoniũ excludũt legitimatũ à principe antequã matrimoniũ cõtraheretur, prout expressis verbis probat lex nostra quã in hoc singularis est, tanta est enim vis matrimoniij vt id efficere possit.

Ibi, *por su siguiente matrimonio*, cãta est enim vis matrimoniij, vt qui antea sunt geniti post cõtractum matrimoniũ legitimi habeãtur vt in *l. cãta, qui. fil. sint. leg. l. 1. tit. 13. p. 4.* vbi gl. aliquas quæst. in *proposito differit*, & per An. Gabri. in *suis cõibus opi. tit. de legit. per totum*, & sic legitimati per subsequens matrimoniũ ¶ excludũt substitutũ vt per Boer. *decis. 159. n. 20.* & Gutier. in *§. sui n. 182. Inst. de her. qual. cõis secundum Gabriel. vbi supra. conclu. 1. n. 31.* vbi idẽ esse ait in legitimatis per rescriptũ principis, prout ibi cõiorem esse testatur opinione, de qua in *1. glo. huius legis me remisit ad Mol. & Pela.* licet debeat talis legitimatio per subsequẽs matrimoniũ fieri cõ cõsensu ipsorũ filiorũ, si maiores in stãtia sint, *secundũ Boer. decis. 160. per totum*, nisi in talibus ibi per eũ positus, cuius contrariũ & melius tenuit gl. magna, *col. fi. in l. 1. tit. 13. p. 4.* sed si legitimatio fieret à principe tũc legitimati cõsensus requiritur vt per eundẽ glo. fiat, *l. 4. verbo, & si caben. tit. 15.*

par. 4. & ibi inquit sufficere rati habitationem, etiã si fiat post mortẽ patris & *gl. 2. l. 9. tit. 18. p. 4.* & *Acosta in l. Callu. §. & quid sit tantũ 2. p. n. 107. & seq. ff. de lib. & post.* Et an legitimatio per subsequens matrimonium extendatur etiã in statutis, tradit idem Boeri. *decis. 159. n. 5.* Sed num legitimati per subsequẽs matrimoniũ succedãt cõ alterius matrimoniij legitimis & naturalibus* communis est ¶ quod sic, *secundũ Ant. Gom. in l. 9. Tau. n. 67. & 68.* & sic etiã meliorari poterũt, quod secus in legitimatis à principe, vt per Gutier. in *reperi. §. sui nu. 183. Inst. de her. qua. & disse.* Legitimati enim p subsequens matrimoniũ legitimi sunt, *secundũ text. in l. 1. tit. 13. par. 4. & ibi glo. legitimos.* Et an primogenitus legitimatus per subsequens matrimonium præferatur secũdo de legitimo matrimonio nato priusquam primus legitimaretur per subsequẽs matrimoniũ ¶ dicendũ est non præferri, cũ Tancredo Brixien. & Io. An. & aliis relatis per Moli. *de Primog. lig. 3. c. 1. n. 7.* vbi hanc cõmunem & tenendam in iudicando & consulendo testatur, & veniorem & cõmuniorem testatur Gutier. in *d. §. sui n. 192. cum seq. & nouissime Doctor Spino in suo Speculo testã. gl. 15. prin. n. 126 & Ant. Go. l. 9. Tauri. n. 64. vbi à n. 63. & seq. ad 66. id examinat per iura & rationes, & gl. magna. col. pen. in fi. l. 1. tit. 13. p. 4. etiã si aliud velint Couar. in *4. 2. par. c. 8. §. 2. n. 28.* & Mẽcha. relati per Moli. *vbi sup. & nouissime post hæc vidi late tractantẽ Marien. hic gl. 3. n. 7. cõ seq. vbi resj õdet argumentis cõtrariẽ opinionis.* Sed quid si aliquis ex cõcubina procreauit sibi filiũ, qui quidẽ filius decessit superstitibus ex se filiis legitimis & naturalibus, deinde auº ipsorũ filiorũ legitimorũ & naturalium cõtraxit matrimoniũ cõ cõcubina illa, an nepotes intelligãtur legitimati ¶ vt auo succedere possint etiã ab intestato, tetigit Iac. in *l. si ijs qui pro emptore, & ibi eius addit. nu. 121. ff. de usu cap. & additio eius asserit cõmuncem esse q. nõ legitimatur filij patre eorũ mortuo, secus si eo vivo, vt pote quia deficit extremũ à quo debebat incipere legitimatio, vt & per Guill. Bal. & Ang. in l. benign. ff. de leg. ius. Paul. in l. 1. §. caterũ ff. de acq. pos. cõmuni secundũ Alcia. de presump. in principio presumptionum n. fi. & in lib. 3. Paradoxorũ c. 16. in fi. & secundũ Oros. in d. l. benign. n. 4. ff. de legi. licet contrarium teneat Soci. in l. Gal. §. si eius ff. de lib. & post. & Cast. hic, glo. siguiente vers. sed quando sequitur primam.**

Ibi, *Et tal legitimado*, Sed an adoptiuus succederet cõ legitimo & naturali saltem in quarta quartẽ* partis quã habiturus erat ab intestato nõ stãtibz liberis dic quod nõ. per *text. n. stiũ, quem ad hoc cõsiderat Villalobos in A Era. com. opi. litera F. n. 135.*

Ibi, *No pueda succeder*, quod secus esse videbatur de iure civili ex cõmuni asserta, per Iac. Soci. & Alcia. in *Rub. ff. de lib. & post. & ex eud. ias. in Rubr. C. de post. her. inst. secundũ quos quoad rumpendũ patris testamentũ æquãtur legitime natis à iure civili, secundum cõmuncem illã, licet nõ sic, iure nostro regio, secundum Minch. *To. 1. de suces. §. 10. n. 365.* & sic cessat ¶ *l. fi. tit. 15. p. 4.* cum legitimis & naturalibus legitimatos à principe succedere disponens, vt ibi aduertit gl. *Si los ouiere*, & sic etiã esse de iure civili assererat Capiti. *decis. Neap. 194. n. 3.* & Rojas *de suces. ab intest. c. 23. n. 34. cõ seq. aliquib.* Et sic superflua est iã clausula solita apponi in legitimatiõne, sine præiudicio venientũ ab intestato, prout.*

to, prout antea requirebatur apponi, ex *Alex. relato per Capit. eundem, in decis. 22. n. fi. vbi quid operabatur ista clausula tractat, de quo & per Villal. vbi supra. litera L. n. 104. & 105.* Et an venientium abintestato

28 legitimatio debet facere mentionem, per Boer. *decis. 222. n. 2. vbi decis. 240. tractat, quando fiat legitimatio stantibus liberis legitimis, & quid si princeps legitimationem concedens velit ut cum legitimis & naturalibus concurrat, vide glossam in d. l. fi. tit. 15. par. 4. verbo, si los ouieren.*

Ibi, *Con los tales hijos o descendientes legitimis, natis post legitimationem intellige, prout nostra lex loquitur ibi. I. después su padre,* quasi secus si ante legitimationem essent nati, & de eis fuisset facta mentio in legitimatione, tunc enim succedent sic legitimatedi cum ipsis legitimis & naturalibus tunc stantibus

29 plus & natis cum legitimatio facta fuit, quasi in hoc casu non sit correcta dispositio, *l. fi. tit. 15. par. 4. sic disponens, ut ibi aduertit Glossator, in gloss. 2. vbi hoc intelligit, dum tamen legitimatio fuerit facta viuentis patre, seu de eius voluntate, quia tunc*

30 tenetur legitimatio etiam non citatis fratribus, ut communem testatur gloss. *è si caben. l. 4. tit. 15. p. 4. & idem dicit esse si legitimaretur post mortem patris antequam fratres legitimi & naturales adierint hereditatem cum possit princeps eis preiudicare, cum clausula non obstantibus, ante aditionem, standum est enim principis voluntati volentis legitimis &*

31 *naturalibus preiudicare & cauere tamen ab hoc princeps debet, ut ibi consulit Glossator, & melius Acoستا in §. & quid si tantum 2. parte. n. 103. & sic in legitimationibus solet apponi clausula, salvo iure legitimorum, secundum illam glossam d. l. fi. & noua hæc eius consideratio est ad l. nostram, de qua questione diuersæ erant sententiæ ut aduertit Cras. recep. sent. tit. de succes. ab int. q. 19. n. 10. & 11. & rationem decidendi ad legem nostram & ad hæc considerationem ex ea elicitam assignauit, hic Castillo, in gl. No pueda, vers. quanto que fuit ratio dubitandi. n. 34. nam cum legitimatio habuerit effectum à tempore legitimationis, videbatur legem nostram procedere non posse, verum tamen quia neque pater petens legitimationem, neque princeps tam concedens videtur ad incogitata respexisse, nimirum si filiis post legitimationem natis non preiudicat legitimatio hæc. Imo & natis tempore legitimationis non preiudicaret, quia in preiudicium tertij non vult princeps aliquid disponere in dubio, ut diximus in tit. de las prouisiones l. 1. & 2. & 3. supra lib. 4. & sic impetrans legitimationem legitimis existentibus debet facere de eis mentionem ut*

32 *eis preiudicet legitimatio, & quæ quidem legitimatio solum fit legitima prole deficiente, non vero ea existente, ut per glossam è si caben. l. 4. tit. 15. p. 4. & receptissimam testatur opinionem Acoستا, in §. & quid si tantum 2. p. n. 132. vbi & an citatio requiratur declarat, & Moli. de Primog. lib. 3. c. 2. n. 2. & 3. ex iure diuino id fundas & Matien. hic gl. 1. n. 15. & gl. 2. n. 2. & per consequens idem dici potest legem nostram disposuisse etiam si extaret filij legitimi & naturales tempore legitimationis, sicut si post eam nascerentur, nam in utroque casu censendum est principem noluisse ipsis legitimis & naturalibus preiudicare nisi id exprimat, & constet velle, nam ut dixi in gl. I. después, supra eo. non potest filius legitimari in preiudicium legitimorum, & ideo consideratio dicta dicti Glossatoris ad l. nostram, secundum hoc est intelligenda, & lex illa si etiam declaranda, ut procedat, cum*

princeps id vult; ut legitimis præiudicet legitimatio, & hac de causa etiam non apponatur illa clausula, sine præiudicio legitimorum, intelligendum est noluisse eis præiudicare, siue extent tunc siue post nascatur, nisi aliud exprimat, verum tamen ut omnis dubitatio tollatur, cautius est eam apponere, ne dicat patrem petentem legitimationem & principem eam concedentem voluisse eis præiudicare, cum sciret legitimis & naturalibus tunc adesse, quæ quidem scientia mihi ad hoc non sufficiens videtur, verum tamen ad evitandas lites iustas aut iniustas illa clausula est apponenda, cum princeps expresse, & ex certa scientia aliud non vult, ex dictis per glossam d. l. d. l. 9. tit. 18. p. 4. & hoc est quod meo videri voluit illa glossa d. l. fi. aliter enim male loqueretur, neque lex nostra est intelligenda, prout illa glossa voluit eam intelligere, nam lex nostra non vult casus & dispositionem suam limitatiue cedere, sed potius vult in casu fortiori & difficiliori disponere, scilicet quod licet de iure alias ex l. si te parës. C. de suis & leg. har. plures relati per Matien. hic gl. 2. n. 3. tenerent, quod legitimatus ad succedendum in bonis patris, succederet cum legitimis postea natis, per legem nostram id non procedat in approbationem opinionis per Matieço. vbi supra. relatæ & hæc est veritas, nisi princeps aliud voluerit secundum Matien. ibi. n. 4. Sed an iam quod isti rescripto principis legitimatedi non concurrat ad bona parentum aut auorum cum legitimis & naturalibus, neque eos excludat, an saltem legitimis & naturalibus filiis deficientibus excludent venientes abintestato & si legitimatio hæc facta fuit post mortem

33 *patris, & in hoc Bal. in l. cum ignoratia col. fi. vers. & ista verba. C. de iur. & fac. ig. determinat, quod si legitimatio fiat ante aditam hereditatem à venientibus abintestato, ad legitimatedum successio pertinet, si vero post aditam ad ipsos hæredes abintestato, qui iam adierat, cuius opinionem communem testatur Menel. in ea l. cum ignor. n. fi. vbi allegat Paul. dicentem idem esse si legitimatio fiat aditam hereditatem à legitimis nondum tamen adeptam possessione rerum hereditariarum, & sic intelliges & declarabis tex. in l. 6. & in l. fi. tit. 15. p. 4. quibus manifeste probabatur, quod si pater filios legitimis non haberet, succederet legitimatus in bonis suis, reiectis legitimis hæredibus abintestato, qui non erant filij neque descendentes, nam id verum est & procedit si legitimatio sit facta ante aditam hereditatem & adeptam possessionem, & illam Bal. doctrinam communem etiam dicit Gutier. in d. §. sui n. 194. vbi n. 195. eam intelligit procedere, quando in legitimatione fuit facta mentio de iure illorum ad quos pertinet hereditas, alias enim si simpliciter facta fuit legitimatio, non potest legitimatus auferre dictam hereditatem dictis venientibus abintestato, cum legitimatedo tunc subreptitia esset, prout in expresse ita tenet Paul. in l. Galus §. & quid si tantum n. 19. ff. de lib. & post. quæ pro dicta communi las. sibi. n. 121. allegauit, hæc tamen suam declarationem nostri Gutier. ego admittere & veram iudicare quoties ij venientes abintestato essent de ascendentibus, in quibus difficilius redderetur princeps ad legitimatedum, ut de eis mentio esset habenda, retenta opinione Acoستا vbi supra. licet & in ascendentibus contra teneat Matien. hic gl. 1. n. 17. ex iure nostro regio, & fortassis verius ex communi asserta per Cras. recep. sent. tit. de succes. abintest. q. 19. n. 9. & 11. secus vero in aliis agnatis de quibus nulla est necessaria mentio in legitima-*

tione, prout crebriorem sic tenens cōtra Paul. & alios testatur Acol. in d. §. & quid si iatū 2. p. nu. 148. & 158. vbi à n. 145. incepit, & sic quoad hos agnatos de quibus mētio nō est habēda, illa cōis Bal. distinctio iā relata tenēda erit & sequēda reiecta d. declaratione D. nostri Gutier. Sed dubito nūc an ista decisio Bal. procedere possit in hac facti cōtingentia, ponamus enim quod facta legitimatio post mortē patris, succedit q̄ quidā frater istius patris moritur abintestato absq; liberis descendētib; & ascēdētib; nū iste filius legitimatus repræsētādo propriā patris personā succedet in simul cū patruis suis fratrib; istius defūcti *secūdū Bald. distinctionē de qua supra*, scilicet si legitimatio illa fuit adepta ante hāreditatē, & videtur q̄ sic, quia legitimatus hic nihil differt à legitimis siue quoad successiones, siue quoad honores, vt patet ex verbis nostri text. *ibi*, *Ansi en succeder, & ibi, en ninguna cosa diferan de los hijos nacidos de legitimo matrimonio*, Sed si esset de legitimo matrimonio ex l. 8. Tauri, quā est §. nostri tituli, admititur ad dictā successiōnē patruī primi cū patruis suis per repræsētatōnē, ergo & idē poterit legitimatus ante aditā hāreditatē ex dictā Baldi doctrina: quā est optima ampliatio ad d. l. 8. Tauri, & declaratio ad verba finalia nostri text. vt demū admittātur legitimati ad successiōnē agnatorū quoties legitimatio est adepta ante aditā hāreditatē per agnatos, & vera est & tenēda, quia lex nostra nō excludit hāc declaratiōnē, & secūdum iuris dispositiōnē est declarāda, ne si adita est hāreditas vel adepta eius possessio per agnatos, iuri suo quā sito præiudicetur, contra omnes regulas iuris, & sic intelliges dicta per Matieço hic, gl. 7. num. pen. dicentē agnatis succedere legitimatos per principis rescriptū, vt id verū, si hāreditas nō est adita vel possessio adepta per agnatos ante legitimatiōnē secus vero aliās. Vtērius lex nostra ponderāda est in iis verbis, *o descēdentes legitimis*, hic esse text. determinātem iā quāstionem illā satis à Doctoribus altercatam, & in qua hinc inde aderant duæ cōmunes contrariæ, an stante statuto, quod stātib; masculis filia; fœminæ nō succedāt, si filij ij sint legitimati, filia fœmina legitima † & naturalis excludetur, Curtius enim *in confil. 153.* cōmunem dicit quod excludetur, Curtius autē Senior *confil. 73.* contrariam quod non excludetur filia hāc, dicit cōmunem, Decius tamē, *in consil. 306.* & Paulus Cast. *consil. 24.* quos refert Gozadinis, *consil. 6. nu. 73.* concordare has opiniones conātur, vt prima procedat quādo filius fuit simpliciter & particulariter legitimatus, secunda vero quādo plene legitimatur ad successiōnē parentum cognatorū & agnatorum in omnibus & per omnia perinde ac si de legitimo matrimonio natus esset, Gallus tamē ille, qui scripsit cōsuetud. Parisien. *Rubr. 1. §. 8. gloss. 1. n. 50.* secundā Curtij Senioris secutus est ampliās eam etiam si legitimatio nō esset plena vt dictū est, & hanc ibidem dicit cōmunem opinionem, & in additi. ad Alex. *consil. 2. volu. 1.* & hanc veriorē & magis communem testatur Villalobos in *Aerario com. opinio. litera S. n. 189.* eos referens & Moli. de *Primogenijs lib. 3. cap. 2. n. 7.* & eo lib. cap. 5. n. 75. & Crassus hāc referēs, *recepta. senten. titu. de successio. abintest. quæst. 19. n. 12.* & 13. & hāc in effectu ex text. nostro est approbatā, nā cum per verbū *Descēdentes*, loquatur, quod

tam † masculos, quam fœminas comprehendit, ex *gloss. c. statutū. de here. in 6. in fauorabilibus vt ibi,* & notat Rebuffus, in l. 130. §. *præter hac, pagi. 966. in princ. ff. de verbor. signi.* & sic text. noster in fœminis etiam loquitur, & descendētib; legitimis existētib; nō succedūt legitimati ex text. nostro, igitur dicta magis cōmunis opinio Molinei & Curtij Senioris, reiecta distinctiōne & cōcordia Decij & sequacium tenenda est, & est noua & mea consideratio ad legē nostram, & quid operetur † legitimatio ad succedendū ex testamento & abintestato absq; præiudicio venientium abintestato, vide Craſ. *ubi supra, numero 14.*

Ibi, *En la quinta parte*, dum tamē non capiat in ea plusquam quilibet aliorū filiorū legitimorū capiet, puta si sunt sex aut quin; filij legitimi nō capiet † totam quintā partē, sed æqualē cū quolibet legitimorū, vt per Telli. l. 9. Tauri, n. 27. & in hoc titulo remanet dictum, siue talis legitimeretur per oblationē Curia; siue per principis rescriptum, secundum eum *ibi* hanc cōmunem testantē opinionem: contra quam cōsiderationem hāc propono, ex quinta parte hac est adimplendū funus & legata gratiola testamēti soluēda, sed si legitimatus si adsunt quinque filij legitimi aut plures non potest totā quintam partē capere, sed æqualis debet esse cum quolibet legitimorum, capiet minus quā quintam partē, si ex illa parte, quā tūc capiet, est funus adimplendū & testamētū, ergo & ipse minus capiet quā quilibet aliorum, & remanet in dāmnō, quid tūc erit dicendum aut faciendum, & certe in hoc casu esset assignandum quintū & ex eo funeralia & testamētum adimplēda, & si iis adimpletis ex reliquo filius hic legitimatus plusquā quilibet aliorū legitimorum caperet, tunc esset seruāda dicta cōmunis opinio & ad æqualitatē reducendi omnes filij, ne legitimatus tunc plusquā quilibet legitimorū capiat. Sed an valeret cōditio in legitimatiōne apposita, quod filius legitimatus succedat in quinta illa parte, † vel in minori, vel in nihilo secūdū quod patri placuerit, in quo Suarez in l. *quoniam in prioribus 12. limi. n. 4. pag. 196.* inquit, quod sic, & allegat plures ita tenētes, & inquit quod pluries cōsuluit & practicauit, & quod pauca; reperiuntur legitimatiōnes vbi nō adsit dicta clausula, quod legitimatus capiat id quod patri placuerit, & sequitur Ant. Gom. *hic n. fi.* quia *secūdū eos* ista non est legitimatiō, sed dispensatio, quā potest fieri quoad quædā, vt late examinat Tellius *hic n. 20. cū pluribus sequentibus*, vbi tandē, *nu. 22.* concludit, quod cōmunis est opinio, quod etiā in hoc casu limitatiuo dicitur legitimatio, & nō dispēsatio, quia legitimatiō † respicit statum personæ, à qua ius succedendi est separatū, & hoc *secūdū eundem Telli. ibi. n. 24.* dum tamē talis legitimatio in filiū naturalē sit cōcessa, ita vt qui legitimatur sit filius naturalis, cū cuius matre pater contrahere poterat sine dispensatione, ita quod habeat qualitates vt naturalis dicatur, non vero sit ex tali matre, cū qua matrimonium pater cōtrahere nō poterat sine dispensatione, in isto enim non erit nec dici poterit legitimatio, sed dispēsatio, & per consequēs non succedet nisi in eo tantū, in quo dispēsatū est vt succedāt, prout post aduertit etiā Matieço *hic glo. 1. n. 2.* plures referens idē tenentes, & effectus est maximus, *secūdū Telli. ubi supra n. 26. in fi.*

n. 20. in fi. quia si est dispensatio non æquiparatur legitimo, neq; legitimi prærogatiuis gaudet, & solū limitatiue succedet, & valebit limitatio talis in tali dispensatione appositæ: Ex quibus non infero, quod cū filius naturalis & itidem spurius habitus ex concubitu, ex quò mater nō incurrit pœnam mortis, neq; est habitus ex clerico in sacris vel monacho, sint hæredes matris tã ex testamento, quã ab intestato deficientibus descendentes aut ascendentes legitimis & naturalibus, si per matrē ipsam legitimetur ex principis rescripto, nō poterit in legitimatione apponi limitatio aliqua successioneis ꝑ maternæ, & quantumvis apponeretur, non præiudicaret sibi quin alia bona materna petere nō possit, ex iuris dispositione sibi competētia, imò & quod plus est quod quamuis filius talis tali legitimationi consentiret, nisi renūciaret omnia alia bona & partē eorum præter & vltra cōtentam in legitimatione, & renūciationem hãc iuramento valeret, nihil sibi impediret, quin alia bona petere posset, eò quod *ut dixi*, filius hic necessarius est hæres matris decedenti sine descendentes aut ascendentes legitimis, quod secus, *ut diximus*, est respectu patris cū etiam naturalis filius non sit ei necessarius hæres, & per cōsequens limitatam legitimationem dari, pater petere posset & potest, imò & grauamē in ea apponere, *secundū Telliū. vbi supra, & Matien. hic glo. 3. n. 6.* quod intelligerem verū, prout isti Doctores loquuntur, quoties legitimitio vel dispensatio conceditur limitatiue vt filius legitimatus patri succedat in quinto, vel in ea parte in qua patri placuerit, tunc enim nimirum si & cōcessa legitimatione sic limitata possit pater in ea parte, quã virtute illius legitimationis filio huic donat aut relinquit possit etiã apponere grauamen, quod voluerit, cum in voluntate patris esset ei relinquere plus aut minus, secus vero si limitatio nō conferretur in patris voluntate & beneplacito, sed simpliciter limitatio apponitur vt possit filio quintū relinquere, tunc enim post legitimationē sic cōcessam nō posset pater grauamē in illo quinto filio huic naturali aut spurio apponere si ex vi legitimationis huius eidē quintū relinquit, & hoc est quod voluerunt Ant. Gom. Tom. 1. cap. 11. n. 28. & faciunt dicta per Suarez in l. quoniam amplia. 1. & in preludio. ad l. regiam. C. de inof. dona. vbi in 12. limit. nu. 5. vers. & præsupposita. dubitat de hoc, & tandem inquit quod vt omnis cesset scrupulus, dicatur in legitimatione, quod legitimitur vt possit succedere in quinto vel in eo minus quod patri placuerit & cū vinculis & cōditionibus ipsi patri visis, & secūdū hęc supra dicti Doctores nō sunt sibi cōtrarij sed declaratur optime & vere iudicio meo. Est tamē alia & nō minus singularis quæstio in propositū, an filius iste legitimatus siue limitatiue ꝑ siue non habeat beneficium abstinendi, & in hoc est text. in *Auben. qui. monat. effi. sui §. & quoniam.* probans quod filius legitimatus per oblationem curiæ ita efficitur necessarius hæres patri in re illa, in qua instituitur per patrem, quod nullo modo habet beneficium abstinendi, & idem probat text. in l. quoniam desideria. C. de natur. liber. & commen. Roman. in l. necessarijs ff. de acquir. her. Sed an idem sit in legitimatione per principis rescriptū est dubium, quia Roma. & Ang. relati per Suarez in dicta l. quoniam

10. amplia. n. 63. & 64. inquit quod idem sit, & sic infert idem Roma. teste Suarez ibi, quod cum filius naturalis per ingressum religionis legitimetur, de quo in hac lege late diximus, quod iste legitimatus per religionis ingressum nō habebit beneficium abstinendi, & sic dicunt idem Roma. & Ang. vbi supra, quod procedit dictus §. & quoniam in omnimoda legitimatione, ita & in legitimatione per subsequens matrimoniū idem esset, in quo quidē articulo cōtrarium mihi videtur, ex eo quod dictus §. & quoniam. solū procedit & loquitur in legitimatione per oblationem Curia, secundum Baldum in cap. per tuas. de maio. & obed. prout alios tenere affirmat Ias. in l. 1. nu. 30. & 31. C. quādo non petat. par. & in legitimatione per ingressum monasterij contra supra dictos tenet Alex. relatus per Iaso. ibi, quia id in fauorem monasterij est inductum, ergo in eius odium retorqueri nō debet, ita vt inuitū monasterium obligemus adire si nolit, itē quia legitimatione per subsequens matrimonium, imò & per rescriptum obtinent iura suorum, ꝑ vt per nostrum Gutierrez in §. sui nu. 174. 43 Instituta. de hered. qual. & suit. retinent privilegia secundum Anton. Gomez tomo. 1. cap. 9. n. 12. & Telli. hic n. 2. & eund. Anto. Gom. hic nu. 66. ergo sicut & sui, habebunt ius abstinendi, prout patet ex dictis per Gutierrez, vbi supra n. 100. hanc magis cōmunem dicentem in suis, & sic idem in dictis legitimatis per subsequens matrimonium, & per rescriptū Principis, nam licet necessarii sint hæredes, vt per Telli. hic nu. 3. & 4. habent beneficium abstinendi, & legitimitio, quæ in fauorem eorū fuit obtenta, non est in odium retorquenda & eis esset damnosa, & ex ijs & alijs ista contra Roma. & Ang. tenuit Suarez vbi supra maxima eit enim, secundum Suarez, in ea. l. quoniam 12. limi. pag. 194. col. 2. differentia inter legitimatū per oblationem ꝑ Curia, vel per rescriptū principis, nam legitimitati per rescriptum habent legitimas successiones actiue, & passiuē, sicut & legitimus, debeturque eis legitima in bonis parentū, vt per Gutierrez vbi supra nu. 175. & in l. nemo potest nu. 35. ergo & idē beneficiū abstinendi dabitur eis, sicut & legitimis, nā dispositum in vno ex correlatiuis & æquiparatis, in alio etiã dispositū censetur, quod secus in legitimatione per oblationem Curia, quia ei à iure est denegatum dictum beneficium abstinendi, vt dictum est, quæ notanda sunt ad legem nostram, & deliberanda dum casus occurrerit.

Ibi. *Ansi en suceder a los otros parientes.* Ex ijs verbis cessat quæstio illa, an legitimatus per principis rescriptum succedat omnibus agnatis ꝑ & cognatis, & quod succederet, fuit Bart. opinio, relata per Suarez in l. quoniam 12. limi. l. regia. nu. 2. vers. præterea in tantum, pag. 194. quæ per text. nostrum in præsentī expresse approbatur, & iustiorum opinionem asserit ibi Suarez quod erat hæc Bar. & vt talis per text. nostrum in præsentī approbatur, vbi & ipse Suarez inquit secus esse in legitimatione per oblationem Curia, quia hic iam habet determinatum in quo debet succedere & ideo non sine mysterio lex nostra de legitimatione per oblationem Curia mentionem non fecit, quasi voluerit adhuc remanere differentias inter hos legitimatos sine correctione iurium.

Ibi. *Como en honras y preminencias.* Hic videtur text. expressus & clarus, determinans quæstionem

nem illam satis altercatam tam per doctores exteros quam nostros, num scilicet, legitimatus
 46 gaudeat patris nobilitate † etiam quoad exemptionem tributorum & seruitiorum regis, & sic, *de pechos y tributos*, etiam si de nobilitate patris in legitimatione mentio non habeatur, in quo videbatur dicendum quod non, quia in legitimatione nihil fuit dictum de patris nobilitate, quod si fuisset, aut non concessisset rex, aut saltem difficiliter concederet, & *secundum Hostien. & Ioan. And. in cap. fin. de fil. præbit.* cum papa dispensat cum aliquo genito ex nobili, debet in dispensatione mentio fieri de patris nobilitate,
 47 quando † papa si hoc sciisset, & intellexisset, redderetur difficilior ad dispensandum: Ex quo quidem Benedictus relatus per *glos. rodas l. 4. titu. 15. par. 4.* reasumpsit hoc, ut idem in legitimatione de aliquo facta diceretur, & quod in ea deberet fieri mentio de nobilitate patris, quod si mentio facta non esset, non gauderet dicta nobilitate quoad exemptionem contributionum regalium, quandoquidem redderetur propter hoc princeps difficilior in concedendo eam, vel non concederet, & vnaquæque harum difficultatum impedit effectum legitimationis saltem quoad dictam exemptionem, eo quod per surreptionem videtur adepta legitimitio, *argum. notatorum per Suarez, allegatio. 12. vers. tertio, factis cum sequentibus fol. 149. in antiquis.* Item & quia id ex quadam regia schedula videtur determinatum ab imperatore nostro Carolo Quinto anno 1547. missa regis senatoribus & cancellariis, *quæ est iam l. 12. titu. 2. lib. 6. infra*, & ex simili lege, quæ dictam schedulam ampliat per Philippum Secundum, & dicti Caroli filium ac regem nostrum Hispaniarum edita, *quæ est 20. titu. 11. lib. 2. supra*, quæ expresse probant præsertim illa. *l. 20.* quod filij legitimati per principis rescriptum nullo modo gaudent nobilitate patrum quoad tributorum regionum exemptionem, idque ampliat dicta. *l. 20.* etiam si in dictis literis legitimationis verbis expressis dicatur quod tales legitimati sint legitimi, quarum quidem schedulæ, ac legum fundamento Couarru. *in 4. ca. 8. §. 4. num. 4. partis 2.* hanc opinionem tenuit & Otalora *de nobilita. 2. parte. 3. partis princip. c. 3. num. 4.* ubi refert literam dictæ schedulæ regis, & idem tenet *glos. in l. 4. titu. 15. parti. 4. glos. fin. ad fi.* sic referens auditoribus regis semel rescriptum, & missam dictam schedulam, & de iure communi etiam hæc erat verior & communior opinio, *ut patet ex Otalora ubi supra vers. de legitimatis vero*, & sic quoad hanc exemptionem contributionum & tributorum regi debitorum legem nostram in ijs verbis correctam esse, prout & tenuit Villalobos *in Antinomia iuris civilis, & regij litera B. num. 5.* tenuitque nouissime conciuis noster doctor Gutierrez, *in repeti. §. sui nu. 189. in fine, pag. 211. Inst. de hære. qual.* allegans ad hoc dictam schedulam pro lege. *12. tit. 2. lib. 6. infra & d. l. 20. tit. 11. lib. 2. supra* non aduertens dictam *l. 12.* & sic schedulam illam, quam in prosecutione illius numeri. 189. pro vna parte allegauit, pro contraria *ibidem* allegasse, cum esset eademmet, & cum hæc post operis sui promulgationem communicationem impressorum in curia, vel calami lapsu id fuisse factum dixit, & sic credo fuisse, & ideo ad-

uertere tu debes ne decipiaris in schedula & lege illa. *12.* nam idem disponunt, & nihil aliud schedula disponebat, quam in lege illa dispositum nunc est, sed potius fuit transcripta in nostra recopilatione, ut omnibus nota esset, & per consequens legem nostram correctam esse in ijs, ut scilicet talis legitimatus per rescriptum principis quoad dictam tributorum regionum exemptionem non gauderet parentis nobilitate, & sic filium naturalem, qui ea quoad hoc etiam gaudet, ut in hac lege dicemus esse peioris conditionis si legitimetur à Principe, quam si non legitimaretur: Ego tamen semper tenui & teneo legem nostram etiam hodie procedere & incorrectam esse quoad filium naturalem legitimatum ut gaudeat dicta parentis nobilitate quoad omnia indiscriminatim, quamuis in legitimatione id non sit concessum & expressum, *itaque ex text. nostro ad hoc expresso generaliter id disponente, & ex l. fin. tit. 22. lib. 4. fori, & ex d. l. 4. tit. 15. parti. 4.* nam si pater nobilis indistincte gaudet, itidem & filius eius legitimatus, cum nostra & dictæ leges disposuerint nobilitate patris sui debere gaudere, & referens, inest tamen relato cum omnibus qualitatibus suis & conditionibus, *ex text. in l. si prior. ff. solu. matri. ad hoc notatum per Ios. in l. qui se stipulatur ff. de verbo. oblig.* item quia si legitimitio in fauorem legitimati conceditur non est in eius odium retorquenda, & legitimatus est ac vere legitimus, ut commune testatur Gutierrez, *in d. §. sui, num. 165.* ex quibus hanc opinionem tenuerunt Cisuentes *hic*, & Orosci. relati per ipsū Gutierrez *ibidem num. 188. & num. 189. in fine*, refert præticum Monterroso, sic asserentem, asseritque ipsemet Gutierrez hanc esse communem receptamque sententiam, imo & verissimam ego reputo & tenendam in iudicando & cõsulendo, & non obstant in contrarium adducta, & primo dictum illud Benedicti, inferendo de dispensatione ad legitimationem, quia est falsa illatio, cū legitimitio, quæ dicitur in filio naturali, differat multum à dispensatione, quæ dicitur in spuriiis filiis, *ut apparet ex dictis in hac lege per nos, & per Matienço hic glos. 1. & per Couarru. in 4. parte. 2. cap. 8. §. 8. num. 1. & 5.* & sic *secundum eum ibi num. 10.* habens facultatem † legitimandi non censetur habere dispensandi, & sic argumentum illud Benedicti faciliter diluitur, neque obstat etiam dicta schedula regia *pro l. 12. iam allegata & posita, & similis lex illa 20. † quoniam dimisso intellectu*
 48
 49
 Oroscij olim præceptoris mei, relato per Gutierrez *ubi supra num. 180. vers. ex quibus*, dicentis, quod illa schedula procedit quoad hanc tributorum exemptionem, quod est tenere primam opinionem & correctionem dictam, & dimisso intellectu licet vero, *attenta litera antiqua dictæ schedulæ, assignato per Auenda in dictionario verbo spurio, & verbo, hjo natural, & per Didacum Perez in l. 1. titulo 1. lib. 4. Ordina. & Ducñas, in quadam additione, quam in fine regularum suarum apposuit ad regulam 69. & per Gutierrez ubi supra*, scilicet quod dicta schedula loquebatur, in filiis legitimatis ex damnato coitu procreatis, ij enim non gaudebant dicta patris nobilitate quoad hæc exemptionem tributorum, & verus hic erat intellectus *attenta litera antiqua relata per Dida. Perez ubi supra, & per Otaloram, ubi supra pag. 163. ubi, De aduñada*

De dañado y punible ayuntamiento. Cuius literam aliter quam nunc scripta est inquit Matienço *glos. 8. numero 8.* retulisse Didac. Perez cum vercam retulerit, verum quia hæc verba non referuntur in dictis legibus. 11. & 20. supra relatis, sed potius inseritur alia schedula relata per Otaloram *ubi supra in pagi. 162. col. 2.* quæ illa verba nō habebat, ideo ego nouissime dictam schedulam & leges illas. 12. & 20. intelligo procedere vt non obstant huic secundæ & nostræ opinioni, quotiescunque ille, qui legitimatur ante legitimacionem non gaudere poterat patris nobilitate quoad dictam exemptionem tributorum hic enim quantumuis legitimeretur, etiam dicendo quod sit legitimus non gaudebit dicta patris nobilitate quoad dictam tributorum exemptionem, secus vero si ante legitimacionem ea gaudere poterat etiam quoad hoc, prout filius naturalis gaudet, vt infra dicemus, in tali enim non loquuntur dictæ leges & schedula regia, prout ex verbis ipsius schedulae constabat. *ibi. I deuiam pagar antes que fuesen legitimados, & in d. l. 20. ibi. de que antes de la tales legitimaciones no teniendo las no podian ni deuiam gozar, & in d. l. 12. ibi. a que eran obligados y deuiam pagar ante que fuesen legitimados,* iunctis verbis præcedentibus, de qualesquier pechos y seruiçios y contribuciones. Ecce igitur clarissime intellectum nostrum esse verissimum & sic dictam schedulam & dictas leges regias non obstare nostræ conclusioni, & si bene inspiciatur sic voluit Couarru. *ubi supra.* Ex quibus omnibus resolutiue habes, duas aut tres conclusiones veras meo videri. Prima est, quod si filius legitimatus à principe qui ante legitimacionem non debeat gaudere patris nobilitate quoad tributorum & contributorum exemptionem neq; post legitimacionem illa gaudebit, & sic procedit prima opinio & dictæ schedula & Regi leges *o. tit. 11. lib. 2. sup. & leg. 12. tit. 2. lib. 6. infr.* & per eas sic declaratur generalitas legis nostræ. Secunda cōclusio, est qd filius legitimatus, qui ante legitimacionem gaudebat nobilitate patris, etiam post legitimacionem gaudebit, etiã quoad dictam tributorum exemptionem, prout est in filio naturali, & sic procedit secunda mea opinio, & dictæ leges fori & partitarum pro ea pro me allegatæ, & lex nostra. Tertia vero conclusio sit quod filij legitimati, siue illi qui ante legitimacionem patris gaudere nobilitate poterant, siue illi, qui non poterant, gaudebunt patris nobilitate, primi qui poterat ea gaudere ante legitimacionem post eam indistincte & quoad omnia etiam post legitimacionem gaudebunt, secundi verò qui non poterant ante legitimacionem ea gaudere nobilitate, gaudebunt post legitimacionem quoad alia quæ quoad tributorum & indistorum exemptionem, hancque tertiam cōclusionem colligo ex d. legibus. 20. & 12. & schedula dicta. *iunctis nostra lege & dictis legibus fori & partitarum in mea secunda opinione allegatis & tenet Couar. d. 2. p. c. 8. §. 10. n. 4.* & hoc vt in quantum possimus, correctiones legum euitemus, & vnæ per alias declareretur, quantumuis huic tertiæ cōclusioni aduersentur Otalora. *ubi supra. vers. sed adhuc pagi. 163. & Auen. & Dida. Perez relati & secuti per Matienço hic glos. 8. n. 4.* qui quidē Matien. aliter voluit intelligere illam schedulam & leges partitarum differen-

tiam constituens inter filium naturalem ex concubina non domi retenta habitum, ab illo qui ex concubina non domi retenta habitus fuit, cum ista differentia sit sublata per leg. 6. sup. eo. nihil iam de ijs concubinis distinguendum vt filius naturalis dicatur prout non distinguendum in proposito, inquit Auen. in dictionario verbo, *hijo natural,* & Couarru. *ubi supra. ca. 8. §. 4. n. 4. & gl. magna in fine le. 1. tit. 11. part. 7.* & sic declarabis late dicta per Tira. *de nobilitate, ca. 15. nu. 17. vsq; ad. 22.* an legitimatus gauderet patris nobilitate, & sic tertia nostra conclusio vera videtur cum Couarru. limitatiue loquente, quicquid Otalora & sup. dicti senserint contrarium, eo quod secunda schedula relata per Otalora. *d. pag. 163.* iam est eadem cum prima, & in dictis legibus, 20. & 12. idem dicitur & eisdem verbis, in hac tamen tertia cōclusionem non deest scrupulus propter dictam leg. 20. *ti. 11. lib. 2. sup.* dū dicit. *de hidalgua, ni de exepcion de pechos,* ponderando dictionem illam *hidalgua,* quæ generalis est, & omnia cōprehendit præsertim attētis verbis sequētib; *ni de exepcion de pechos,* cum specialia hæc copulatiue apposita nō excludant generalia in illo verbo, *hidalgua,* cōprehensa, & sic est dubia dicta tertia cōclusio, & tenēdū videtur cum Otalora & sequacibus, scilicet qd illi, qui ante legitimacionem nobilitate parētū nō gaudebāt, neq; post legitimacionem gaudeāt in aliqua re, neq; in vlla præminētia & honore nisi expresse concedatur, etiã si dicatur qd sint legitimi ex d. l. 20. quæ est ampliatiua dictæ l. 12. post hæc autem Ioa. Garzia *de nobilitate. glo. 21. n. 32.* meminit d. l. 20. & nullā de ijs difficultatē proposuit cum esset eius materia, & gauderem vtiq; videre quæstionem hanc tactam per aliquem ex nostris ex professo & late, & cum allegatione nostratum legum & non sub silentio præterire vt fecit dictus Ioannes Garzia, subterfugiens has difficultates, cum esset principalis eius materia, & volēs tenere contra dictas leges si bene inspiciatur, *maxime n. 40.* Vltim^o in propositum dictæ schedulae & legum 20. *tit. 11. lib. 2. sup. & l. 12. tit. 2. lib. 6. infra* iam relatarū quærit Otalora, *ubi supra. nu. 4. vers. adhuc tamē pagi. 165.* an earū decisiones cōprehēdant, & extēdantur ad legitimaciones cōcessas à prædecessoribus imperatorū, vel etiã ab ipso imperatore & Regina Iōanna eius matre, & in cōtingētia facti in Regali Chācellaria obtentū & determinatū fuit, ad legitimaciones extēdi prædecessorū. Sed an dictæ schedula & leges Regiæ habebūt locū & procedēt eo casu, quo virtute talis legitimacionis legitimatus & descēdētes extitissent in quasi possessione nō cōferēdi per quadraginta annos & plures, & ipse Otalora *in eodem n. 4. in pag. 166. vers. dubitatur,* cōcludit verius esse quod nihil proderit hæc possessio quadraginta annorū, eo quod legitimatus est in mala fide quæ ex ipsa legitimacione apparet, & apparatus tituli cōtrarij inducit malā fidē & impedit omnē præscriptionem etiã immemoriam, vt late per Socinum. *consil. 171. volu. 2. latissime Ripa in l. quominus. ff. de flumini. & per relatos ab Otalora. ubi supra.*

Et vt omnia in hoc perfecta habeas, quæstionem filius naturalis secundum terminos & formam legis præcedētis habitus & procreatus gaudeat parentū nobilitate etiã quoad hanc tributorū exemptionem, in quo non adest minor difficultas, quam in præcedentibus quæstionibus, & ad-

sunt legum & scribentium contrarietates, ego tamen diuino fauente auxilio, nam sine ipso factum est nihil, reddam eam clarissimam, nam lex h. tit. 13. p. 4. & l. 1. tit. 11. p. 7. & l. 2. in fine, tit. 21. par. 4. expresse dicunt, quod ad patris nobilitatem admittitur naturalis filius. E contrario vero l. 3. tit. 15. p. 4. filium naturalem à patris & aui honoribus arceat, ita quod nihil congruum in hac contrarietate harum legum videtur responderi posse, quarum legum contrarietatem multo ante quam Didacus Perez scriberet, l. 1. tit. 1. libr. 4. Ord. col. 13. 26. cum tribus sequentibus, & Rojas de success. ab int. cap. 15. num. 20. cum sequentibus, ego consideraueram, & ad utramque partem cum relatione fundamentorum & autorum examinat Tiraque. in trakt. de nobilit. cap. 15. n. 10. usque ad 17. & contrarietate dictarum legum partitarum saltem in animo perpèsa inquit noster Couar. in 4. 2. par. cap. 8. §. 4. n. 4. ad fin. frequentiore esse sententiam quod filius tantum naturalis non gaudet nobilitate parentis, prout tenet Oroscius in l. cum legitime in fine. ff. de statu homi. Glossator tamen Gregorius in l. 1. tit. 15. partita 4. inquit quod dispositio illius. l. 3. tit. 15. partita 4. procedat quoad diffidandum, quod non satisfacit contrarietati. l. 1. titulo 21. partita 4. loquentis generaliter, nisi dicamus cum Oroscio, ubi supra quod forte quoad nobilitatem patris admittatur, à cæteris vero honoribus eum repellamus, & tandem indecisum relinquit ac si nihil dixisset, & sic etiam voluit Dida. Perez, ubi supra intelligere, ego tamen inter has leges hanc esse veram concordiam, & intellectum credo, scilicet quod dicta lex 3. tit. 15. part. 4. arcens filios non legitimos ab honoribus patris procedat in filijs ex damnato coitu natis, qui quidem cum insuccessibiles patri sint tam ex testamento quam ab intestato ex l. 10. & 11. tit. 13. parti. 6. & l. 9. Tauri, qua est. 7. huius tituli, merito si & ab honoribus & patris nobilitate arceantur, & quod in hoc casu loquatur dicta. l. 3. patet in ijs verbis. *E de mas no podrian heredar los bienes de los padres ni de los abuelo, ni de los otros parientes que descienden de ellos nisi como dizen las leyes que fables en esta razon.* Quæ quidem leges sunt dictæ l. 10. & 11. tit. 13. par. 6. sed filius naturalis bene hæredat patri in totum ex testamento ex d. l. 11. tit. 13. parti. 6. & l. 10. Tauri, qua est l. præcedens, & alijs fratribus agnatis, secundum l. fin. tit. 13. partita. 6. Imò & ab intestato succedit patri in duabus vncijs secundum l. 8. tit. eod. 13. & parti. 6. ergo in vere naturalibus non potest loqui dicta. l. 3. tit. 15. p. 4. sed tantum in natis ex damnato coitu, quod & clarius patet ex l. 4. sequente eiusdem tit. 15. parti. 4. quæ in naturalibus loquitur & eos admittit ad honores patris & per consequens est omnino intelligendum l. 3. præcedentem non loqui in naturalibus, aliter enim superflua esset l. 4. quod nõ est dicendum nec coniecturandum, & sic d. l. 3. nõ obstat, quam post hæc sic reperij intellectam per Menes. in l. naturalis, in prin. n. 10. iuncto n. 11. & 12. ff. de pres. verb. & per Rojas de success. ab int. c. 15. in fine, cæteræ vero leges admittentes ad nobilitatem patris nõ legitimos, loquuntur quoad naturales filios ab ipsi legitibus pro talibus habitos, & itidem attende de possessione. l. 9. supra istam, quamuis non sit de concubina domi retenta, nam & ij naturales dicuntur: ex d. l. 9. expressa, &

ex dictis per Auendá, in dictionario verbo, hijo natural, & Telli in d. l. 11. Tauri numero 2. & Couarru. ubi supra, & sic intrepide tenendum est, filium naturalem etiam quoad tributorum exemptionem gaudere nobilitate parentis, prout in expresso tenet Pala. Rubios in rubrica, §. 31. numer. 4. & Duñas in reg. 69. in fin. & Telli, in d. l. 11. Tauri n. 2. & veriore & probabiliorē testatur Anto. Lara in princip. l. si quis à liberis n. 88. ff. de liber agnoscen. & Didac. Perez ubi sup. & Couar. ante eos in 4. 2. parte. c. 8. §. 4. n. 4. in fine, ubi ita in Granatensi pretorio iudicatum asserit, & tenet Menes. ubi sup. n. 10. & Villalpando in l. p. 22. tit. 1. part. 7. §. 42. n. 3. in fin. cum sequentibus fol. 98. & sic in senatu supremo vti asserit Ioá Garzia de expens. & melior cap. 3. n. 25. in fine, & sic in Pinciano vti audiuisse, & glo. in l. 1. tit. 11. partit. 7. & iterum idē Menes. in l. cu acutissimi n. 32. C. de fideico. adeo vt idē sit quauis pater esset tuc clericus minorū ordinū & beneficium Ecclesiasticum haberet, vt sape dictū est, vel esset de pinzocola tertij ordinis Fræscani secundū glo. spurij in l. 1. tit. 15. partit. 4. vel de cōmendatarij tū militariū ordinū, vt in l. 12. Tauri qua est præcedens diximus, & per consequens tenendū est intrepide cū communi nostrorū quod filius naturalis quoad omnia gaudet nobilitate patris, cæteri vero filij non legitimi, prout sūt filij clerici ordinis sacri, vel monachi, aut monachæ, incastruosi, vel adueterini, vel ex coniugato & soluta habiti nõ gaudēt nobilitate dictæ neq; honoribus patris prout in l. 7. huius tit. credo dictum: quæ omnia notabis quia noua, & singularia, & nõ sic cōgesta videbis, & arij naturales in maioratu succedant alibi diximus & tradit Pelaez de maiora. 2. par. quæst. 2. per totum vbi plures in propositum quæstiones annexit. & Moh. de primogeni. lib. 1. cap. 4. numer. 46. cum sequentibus, & glo. l. 32. tit. 9. parti. 6. in glo. magna col. 6. in princ. versic. aduerte etiam circa prædicta. pro complemento tamen legis nostre solū restat in summa scire requisita necessaria ad adipiscendam legitimationem. Quorum requisitorum primum est, quod pater non valeat matrimonium contrahere cum matre talis filij naturalis legitimandi, nisi principi hoc expressum fuerit, ex Authen. qui. mo. natu. effi. legi §. si igitur licentia iuncta glos. qua addit, nisi in subsidium, quod sequitur Bald. in c. illud nume. 3. de præsum. Ang. consil. 17. & in Authen. præterea C. de nar. lib. vbi attestatur propter hunc defectum vidisse multos legitimos elusos, eo quod huius qualitatis mentio facta non fuit, idem Ange. in d. §. si igitur, quem legit sub. §. si quis vero, numer. 10. vbi instruit aduocatos articulos faciendos contra legitimationem quod parentes poterant honeste contrahere, vt hoc probato annulleretur legitimatio, quod esse notandum & digito alligandum inquit Ias. in l. Gallus. §. & quid sit tantum. numer. 17. & ibi Costa numero 96. & glo. l. 4. tit. 15. partit. 4. dicens non solere ad hoc aduerti Telli. l. 12. Tauri numero 7. Duñas reg. 305. ampli. 16. Conar. in 4. parte. 2. cap. 8. numer. 5. & Molina de primogenijs lib. 3. cap. 3. numer. 39. Secundo requiritur quod ad petitionem patris, & cum consensu filij fiat legitimatio, vt in hac diximus lege, vel ex contrario consensu legitima-

tio non fiat, nam altero renitente legitimatio non habet effectum, ut in d. *Authen. qui. mo. nat. eff. legi. §. illud tamen à nobis versic. generaliter autem, ita sensit Bald. consil. 17. lib. 4. & Telli. alios referens, in presenti. nu. 9.* quod requisitum intellige esse verum quoad successione patris & aliorum agnatorum, quoad personam vero legitimitati eiusque dignitatem ac præminentias ac honores nullus exigitur patris consensus, sed filij petitio sufficit etiam patre contradicente, hoc enim accipit à rege & à plenitudine suæ potestatis, quæ non subiacet voluntati patris, neque de hoc pater conqueri potest, ita Bald. & Telli. ubi supra numer. 10. & quis dicatur consensus sufficiens Telli. ibidem numer. 11. cum sequentibus optime id declarat, & nume. 15. late differit an scientia patris absque ratificatione sufficiat, & tandem numero 17. inquit equiorem & iustiorum esse opinionem quod sufficiat scientia dummodo detur tempus sufficiens in medio in quo potuit pater contradicere & non contradixit legitimati huic, pro quo faciunt quæ diximus in l. 2. numero 2. titu. 1. lib. 1. supra, idque clarius erit verisimum quoties ultra scientiam, etiam extraiudicialiter pater aliqua verba protulit, quantumcunque ad aliud effectum, ex quibus deducatur animus approbandi legitimati, puta vocando eum filium legitimum, vel similia, ut inquit ipsemet Telli in num. 18. hic tertio requiritur, quod legitimetur subditus legitimanti principi, & bona sint sub eius territorio, ut per Orosium, in l. fin. numer. 7. ff. de iur. om. iud. colu. 598. & Pelaez de maior. 1. par. quæst. 58. nu. 10. fol. 206. & Telli. hic num. 29. & 30. ubi n. 31. quærit an filius clerici poterit à principe legitimari, quoad successione bonorum patris, & quicquid ipse velit tenendum est posse tam ad bona intuitu Ecclesiæ adquireta, quam patrimonialia, cum ex l. fin. infra isto titu. in omnibus bonis succedatur clerico per propinquos tam ex testamento quam abintestato, & sic vidi legitimati ad hoc, & faciunt dicta per Orosium in ea. l. fin. numer. 2. cum sequentibus aliquibus. Quarto requiritur, quod si secunda legitimatio impetratur, de prima faciat mentionem, quæ limitata erat, aliàs nihil valet secunda, ut l. 3. C. de Episc. audi. imo in c. veniens, de præscrip. ut per Paris. consil. 74. li. 4. per totum, & late per Telli. hic n. 42. Quinto & ultimo requiritur quod pater impetrans legitimati de filijs legitimis, si quos tunc habeat mentionem faciat, aliàs nihil valet legitimatio, & subreptitia est ex defectu voluntatis ut per las. in d. §. & quid sit tantum num. 102. & Costam 2. par. num. 132. Tira. l. si unquam verbo donatione largitus nu. 254. C. de reuo. don. quorum tamen citatio & consensus non requiretur si princeps de plenitudine potestatis & ex certa scientia id faciat, ut per Costam ibi num. 133. & sequentibus, licet iniuste faciat, ut in hac lege remanet dictum: agnatorum tamen, imo & ascendentium cum ex l. 10. Tauri præteriri possint per institutionem filij naturalis, ex l. 10. Tauri nulla est facienda mentio, ut in hac lege dictum est, etiam si Costa ubi supra nu. 146. aliud in ascendentes velit, sed iure dicto nostro regio attento id non est necessarium etiam in ascendentes, in quibus ipse Costa dubitavit an esset facienda mentio in dispensatione tamen omnino est ne-

cessaria mentio non solum descendentium & si quos pater habet, verum & si non habet, agnatorum, & ascendentium & aliorum venientium abintestato, secundum Ancharra. & alios relatos per Marienço, hic in glos. 1. num. 18. ubi ipse hanc communem testatur: Itidem erit faciendadicta mentio, quoties filius etiam naturalis mortuo patre petit legitimati à principe, aliter enim erit subreptitia, secundum Iacob. de Vellouiso, & alios relatos per Pelaez de maior. 4. parte quæst. 1. nume. 33. & in hoc omnes conveniunt teste Costa, in d. §. & quid sit tantum n. 174. posset tamen, secundum eum ibi, id princeps concedere si vellet non facta mentione venientium abintestato antequam esset hæreditas adita per ipsos venientes abintestato, prout in hac lege remanet dictum in glos. con los tales, secus vero si esset hæreditas adita, nam tunc esset mentio talis faciendain legitimati, aliàs nihil valeret, & sic habes legem satis declaratam & requisita legitimati cætera si volueris per leges ordinarios videbis. Et an legitimato ad succedendum ex testamento detur ius contra testamentum, vide Couarr. lib. 4. vari. cap. 21. per totum.

S V M M A R I V M.

- 1 Occidens inimicum suum à tergo gaudet immunitate Ecclesiæ. nu. 1.
- 2 Atuerto, quando dicitur mors facta. 2.
- 3 Lex. 1. C. de ijs quibus ut indign. & lege. 13. tit. 7. part. 6. declarantur. n. 3.
- 4 Hæredes possunt ingredi hæreditatem occisi alevose vel iniuste antequam querellas proponant. 3. & 4.
- 5 Querellam per hæredem occisi sufficit proponi intra quinquennium ab aditione hæreditatis, sed si quinque anni transissent absque querella perderet hæreditatem. 5. Vbi limitatur & nu. 6. & 7. & 11.
- 8 Præstita querella intra quinquennium si hæres se absteineat non incurrit nostri text. pœnam. 8.
- 9 Minæ intelliguntur factæ vindicandi se iuris authoritate non vero propria. 9. & ibi animæ sufficiant ad torturam.
- 10 Si quis famulo dixerit non reuertaris nisi sciam aliquid de te, si inimicus domini mortuus reperitur an punitur dominus. numero 10.
- 12 Fisco regulariter applicatur id quod ab indigno aufertur. 12. & ibi limitationes.
- 13 Minor in casu nostri text. excusatur ab eius pœna si non accusat mortem testatoris. 13.
- 14 Effectus semel consecutus propter aliquam causam non cessat illa causa cessante. 14.
- 15 Pia est lex nostra, & cultrix honestatis dum mulieres ab eius dispositione liberat. 15.

Lex. II.

S V M M A R I V M.

Hæredes non vindicantes mortem defuncti aleuose & iniuste occisi intra quinque annos, puniuntur in amissione hæreditatis ab ipso defuncto relicta, & fisco applicatur: dum tamen tales hæredes sint masculi, & ætatis perfectæ, & constet de occifore præfente, & potentes sint hæredes ad prosequendam vindictam.

Ibi. A TRAYCION O A TVERTO. Pondera difunctiuam illam, o, quæ operatur sufficere alteram difuncti partem fuisse veram, *ex. l. ille aut ille. ff. de rebus dub. & A traycion.* Dicitur aleuose fieri, & quot modis fiat aleuofa, vide quæ diximus in l. 3. titulo. 2. lib. 1. supra numero 10. & licet *ibidem nu. 11.* dixerimus aleuofum occiforem esse illum vt non gaudeat immunitate Ecclesiæ, qui alium à tergo occidit inimicum suum etiam, cautius tamen considerando & prudentius nunc teneo talem occidentem inimicum suum etiam à tergo ꝑ gaudere Ecclesiæ immunitate, tum quia in dubijs pro Ecclesia iudicandum, tum etiam quia nullo modo potest dici aleuose occifum, quem antea inimicum occifor habebat, cum ille deberet se præcauere & non esse incautus, satque dicitur fuisse factum in rixa cum tam tempore homicidij, quam antea aderat orta & formata & cognita inimicitia inter occifum & occiforem, neque in hoc casu loquitur neque procedit lex, *10. titu. fin. lib. 8. infra* prout eam in propositum intelligit & declarat Burgos de Paz *consil. 22. n. 17. lib. 1.* in quibus in simili casu sic decisum fuisse in regia cancellaria in gradu de fuerça, & iure optimo, & sic miratus sum valde quod in cancellaria anno 1587. contrarium in eodem gradu de fuerça decisum fuisset contra vnũ qui ab Ecclesia fuit abstractus, eo quod inimicum suum à tergo in facie vulnerauerit, cum aleuofiam nõ cõmiserit, imo quantumuis hæc esset aleuofa non erat facta animo occidendi, ideo nimirum si admirationem induxerit sententia hæc ipsi, vt doctiores & sapientiores & Domini melius considerauerũt, dixi hæc, vt sciatur, quæ dicatur mors aleuofa, & quomodo intelligatur dicta lex *10. A tuerto* vero dicitur facta mors, quæ quamuis nõ sit aleuofa, est tamen iniusta, prout colligitur: *ex l. 15. titulo. 8. partita. 7. iuncto sumario eius per glossatorem, ibi ab ipsa lege desumptum,* hoc enim, a tuerto, & sic iniuste fit, quod nulla iuris ratione naturalis aut ciuilis fit, ita quod si occifor occidit defendẽdo se aggressorem illum, qui occiforem gladio euaginato comminabatur, vel vxorem suam adulterabat, vel latronem nocturnum se defendentem ne caperetur occidit, vel

quia casu mors fuit facta, tunc non dicitur iniustus occifor, *ex. l. 2. 3. 4. & 5. titulo. 8. partita. 7. & in similibus à iure decisus,* & per consequens lex nostra in aleuofa, aut iniusto occifore intelligenda est, ad declarationem, & restrictionem, *l. 1. C. de ijs qui. vt indig. & l. 13. titulo. 7. partita. 7. 6. versiculo, mas si el testador,* simpliciter probantes, hæredes non vindicantes mortem defuncti incurere pœnam nostri textus nam id verum, quoties mors aleuofa aut iniusta fuit, secus aliàs, nam tunc sibi imputet defunctus, neque est quod hæredi imputetur, & cum lex nostra sit nouior, hæc est seruanda, & per eam anteriores leges in hoc loquentes declarandæ, vt & in glossa sequente videbimus: posthæc autem vidi Matienço hic in glossa alium intellectum dictis legibus præbentem, dicendo quod lex nostra nil immutat à iure communi nam lex nostra, dicit ipse, quod est intelligenda, quoties clam & occulte quis occiditur, veneno vel aliàs, ita vt eius occifio sit occulta, ita quod in hac specie potest heres impune aperire tabulas testamenti, & hæreditatem adire *ex. l. necessarios. §. fin. & l. propter veneni. ff. ad Syllania.* tenebitur tamen postea vindicare intra quinquennium, *ex. d. l. 13.* & quod à die scientiæ computatur quinquennium, fin autem palam fuerit occifus tabulas aperire, vel adire non potest, donec necem vindicauerit, quod si antea adiuerit fisco queretur hæreditas, *ex. l. hæredem. ff. de ijs qui. vt in. & ex. d. l. 13. vers. l. 2. segũda,* qui quidem intellectus ad l. nostrã indistincte & generaliter loquentem nimis suppleticius & diuiniatius videtur, neque obstat lex nostra in versu, *Y si fuere sabido quien fue el marador.* Nam verba hæc, ad cursum quinque annorũ referuntur, non vero quoad hoc vt adire non possit, & tabulas aperire, nam equidẽ poterit neque currunt quinque anni etiam si non vindicauerit necẽ defuncti intra illos quinque annos vsque dum aperiantur, & cõstet, quis fuerit occifor, & tunc à manifestatione occiforis current anni, ita vt quamuis ante heres adierit, vel aperierit tabulas testamenti, non amittat hæreditatem etiam si à die occifionis vsque ad diem manifestationis quinque & plus anni sint elapsi: sed si palam quis fuerit occifor, tunc statim possit heres adire & tabulas aperire antequam proponat querelam cõtra occiforem, dum tamen intra quinque annos eã opposuerit, & hoc est quod nouiter lex nostra disposuit, & sic corrigit dictam, *l. 13. partitarum* in primo casu, & leges iuris communis aliud disponentes, & approbat opinio Azo. sic volentis, vt eum refert *glos. estraños. in ea. l. 13.* & miror quod de nostra lege non meminerit, & sic nunquam vidi dubitari de contrario, imo potius vidi hæredes ingredi bona hæreditaria, & postea fieri accusationem, & est secundum legem nostram clarum meo videri, & quod voluit nouiter disponere in declarationem & restitutionem iuris ciuilis, & partitarum.

Ibi. *Y los reciben.* Hic manifeste probatur posse hæredes ingredi ac adire hæreditatem defuncti iniuste & aleuose occifi antequam querelam ꝑ contra occifores proponant, etiam si sciant & manifestum sit, quis fuerit occifor, & præfens in loco occifor extiterit, idq; probatur ab ordine literæ

literæ nostri text. dum prius inquit, hæredes bona hæreditaria recepisse, & sequuntur postea illa verba. *Y la muerte no querella. Quasi sufficiat pro ut sufficit, post aditã hæreditã querelã proponere, & clarius probatur ex l. 13. tit. 1. par. 7. in versi. mas si al testador, ibi. Bien podria su heredero entrar la herencia, y despues fazer querella. Et quamuis lex illa, loquatur, quoties defunctus est occisus ab extraneis, idem tamen ex lege nostra dicendum est, etiam si à familiaribus suis, & sic aleuose iniuste & clam occisus fuerit si de occifore constet, & in hoc corrigitur illa lex. 13. in prima causa ibidem posita quoties à familiaribus occidebatur, vt tũc si constabat de occifore non liceret sub pœna amissionis hæreditatem adire ante propositam querelam. Eodem etiam modo corrigitur lex illa. 13. per nostram in secunda causa ibi proposita, scilicet si hæres occisi aperiret prius testamentũ, quam querelam proponeret, nã in hoc casu idẽ quod in aditione hæreditatis dicendum est, præfertim, cum vt glossa ab re, ibidem dicit, etiam illa lege. 13. attenda non sufficiebat apertura testamenti, sed etiam aditio hæreditatis requirebatur, & ne mireris si correctionem inducamus ex lege nostra ad dictam legem partitarum & similes iuris ciuilibis, nam aliter lex nostra, quæ nouior est sustineri non potest, neque declarari meo iudicio, & lex nostra, quæ litium & subtilitatum restrictiua iudicanda est, aliter lites non cuitaret nisi correctorie ad antiquas disposuisset.*

Ibi. *No querellan.* Et sic sufficit intra quinque annos post aditam hæreditatem currendos querelam proponere quamuis supplicium non sit iniunctum* in tempore illo quinque annorũ, quod ex lege nostra clarissime probatur, & ex illa. l. 13. vt ibi notat glos. querella, siue à familia siue ab extraneis defunctus occisus fuerit ex lege nostra, quæ vt in glos. precedente diximus indistincte procedit, & sic cessant dicta per Salyc. relatum per glos. illam querella, & per Macienço hic in glos. 3. numero 2. qui in numero 3. & 4. idem voluit, & Didacus Perez in l. 1. in glos. los reciben, titu. 3. lib. 5. ordi. sed si intra illos quinque annos post aditam hæreditatem hæres occisi querelam non proposuerit amittat hæreditatem, & hæc est regula nostri text. quam quatuor modis limitat Marienço. d. glos. 3. nu. 5. cum sequentibus aliquibus & sumptit à glos. deue la perder, in d. l. 13. titulo. 7. partita. 6. primo nisi ab alio fuerit hæres in accusando præuentus ex. l. sororem. C. de ijs qui, vt ind. Secundo fallit in rustico ignaro, ex. l. 3. §. si quis ignorans. ff. ad gl. lani. & ex. l. 13. versiculo, la segunda razon es, titulo. 7. partita. 6. quod ego intellerem si consulere peritiores non potuit secus alias, ex dictis per nos in l. 2. numero 32. titulo. 1. libro. 2. supra. tertio nisi hæres sit filius occidentis, vel è contrario nisi hæres sit pater occidentis, vt inquit glos. d. l. 13. verbo, deue la perder, quem sequitur Marienço. d. glos. 3. nu. 6. & Didac. Perez in d. l. 1. titulo. 3. glossa fin. in questione finali lib. 5. ordinam. quarto si fiscus fuit institutus hæres ab occiso, nam iste non tenetur vindicare mortem defuncti secundam glos. & Marienço, hic numero 7. alias duas fallentias proposuit Marienço ipse, numero 7. quas vt non necessarias ad nostram legem omitto eas: quinto vltra eos ego limico quoties de occifo-

re non constaret, ex verbis nostri text. in versiculo, e si fuere sabido. Imo & debet esse præsens in terra illa, neque sufficeret vnum sine alio, cum text. noster populariue loquatur. Sexto limitatur vt non procedat quoties hæres est minor. 25. annorum, nam & iste excusatur, etiam si post perfectam ætatem non accusauerit, vt dicemus in hac lege in glos. edad cumplida.

Ibi. *En cinco años.* Simile tempus determinauit lex illa. 13. titulo. 7. partita. 6. quando extranei sunt occifores, idem tamen tẽpus dictum est per nos in hac lege dari, quamuis familiares occidant, ¶ & de iure nullum tempus erat statutum 6 intra quod hæres occiforis tenebatur querelare, secundum Antonium Gomez, tomo 3. cap. 3. numero 53. & nimirum quia de iure ciuili non ante debebat hæres adire quã querelam proponeret contra extraneos occifores, & contra familiares ante quam mors esset vindicata vt inquit glos. fasta, in d. l. 13. tit. 7. p. 6. & cum lex nostra correxerit indistincte id de adenda hæreditate ante querelam præfixit tempus quinque annorum intra quod post aditionem hæreditatis esset querela proponenda, & hoc ne hæreditates & sic defunctorum voluntates sint in pedenti: Et sic ex lege nostra current ij quinque anni ab adita hæreditate, dum tamen constet quis fuerit occisus & sit præsens in patria, & hæres non sit minor. 25. annorum, vt inquit lex nostra, & clare ex ea probatur, dum inquit prius hæreditatem esse aditam, & post querelandum intra quinque, & clarius ex. d. l. 13. colligitur, sed si hæreditas non est adita non occurrent quinque anni eo quod est hæreditas iacens neque adest hæres, sed si hæreditate adita non constat quis fuerit occisor tunc statim quod constiterit & præses fuerit in terra incipient currere isti quinque anni.

Ibi. *Por querella* Et sic vt dictũ est sufficit querelã proponere intra quinque annos post aditam hæreditatem, etiã si intra illos non sit finitũ iudiciũ, & alia similia iura allegat Ant. Gom. d. tom. 3. c. 3. n. 53. & per cõsequens colligitur ex lege nostra querela se cõtentãte, quod etiã si prestita querela, hæres ipse se à querela abstineat non incurret pœnã nostri text. præsertim cũ etiam si hæres se à querela abstineat, iudex officio & per mediã fiscalis personam, querelã ipsam prosequitur vel nouã propositã, vt supplicium occifori imponatur, & quia si cõcordare & trãligere non liceret, corrigeretur lex, transigere & eius materia. de transa. & l. 22. tit. 1. p. 7. quod dicendũ non est, & sic quotidie concordie fiũt, siue ad sint probationes contra occiforem siue nõ, quicquid in hoc casu velit distinguere Did. Perez, hic sub. l. 1. titu. 3. lib. 5. ordina. pagin. 147. col. 1. in fine cum princ. sequentis, & tenet expressius An. Gom. d. c. 3. tom. 3. n. 61. & qui possint querelas proponere & concordias facere ibi. n. 60. tractat, & vide. l. 14. tit. 4. p. 7. quod adeo verum est quod etiam sibi ipsi possit occisor facere pacem si hæres est occisus, secundum Villalpãdo in repe. d. l. 21. titu. 1. p. 7. in 3. parte quast. 9. per totam non enim tenetur se deferre, secundum glos. deue, in d. l. 13. ti. 7. p. 6. neque priuabitur tunc hæreditate vt indignus, sed ex eo quod occidit, vt ibi glos. & Iul. Clar. lib. 5. senten. §. homicidium. num. 22.

Ibi,

Ibi. De la iusticia. Nam & regulariter, si quis aliquem minetur, intelligitur mediante iuris auctoritate non vero propria, secundum glo. ubi Bar. Paul. & scribentes in l. 1. C. de ijs qui. ut indig. ex hoc Paul. ibi inferens, quod si post minas occisus minatus reperiatur non punietur minans, adeo ut neque ex illis minis, secundum Ange. ibi non possit minator cōdemnari neque ad torturā etiam si probetur solere minas exequi, quod sequitur Did. Perez in l. 1. glo. 2. titu. 19. lib. 8. ordi pag. 368. & Paulū sequitur additio. Bar. in e. l. 1. C. de ijs qui. ut indig. qui tamen additio. contra Angel. tenet facere indicium ad torturam, & sequitur idē Paul. nu. 4. Corne. col. 1. Alex. & Ias. col. 2. in e. l. 1. idem Alex. in l. si quis mihi bona. §. sed si mādauero. n. 16. ff. de adquiren. hære. Ias. in l. 1. n. 26. C. de ser. fugi. & hāc opinionem, hoc addito quod sit solitus minans exequi, tortura imponi possit, communem dixit Anania in c. 1. nu. 7. ad mediū de maledi. & Marcus Anton. de indicij. n. 183. & Clarus, lib. 5. sententia. §. fin. q. 21. n. 37. & sequitur Anto. Gomez tomo. 3. cap. de tortura num. 11. in fine, & Orosius in l. ut vim. n. 34. ff. de Iusti. & Iure, & late Hippoly. in prac. §. diligenter n. 85. cū alijs pluribus, & Abb. ubi plene eius additio. in c. scribam, de presump. neque huic communi obstat. l. 60. styli, quia illius usus apud nos est probandus eo quod est lex declaratoria legum fori, ut diximus in l. 3. titulo. 1. lib. 2. supra neque vidi eam admissam vsque nunc, etiam si in patria Iulij Clari, ut ipse ubi supra testatur, non seper admittantur tot requisita probari, sed sola probatione minarum & causa earum cōdemnatur ad torturā, quod est cōtra dictam communē, ideo cōmunis est sequenda, quæ tunc locum habet quoties non constat de delinquente, secus vero si de eo constaret, nam tunc contra minantē nihil est agendū, ut dicti Doct. testantur, maxime Clarus in d. n. 72. Et quid si quis dicat famulo non reuertaris domum donec sentiam aliquid de re, cum dominus esset ab aliquo iniuriatus, & vide Bart. & Doct. in d. l. si quis mihi bona. §. fin. & additi. Abb. in c. ex literis. n. 3. de resti. spoli. Ias. d. l. 1. n. 26. cū. 4. sequentibus C. de ser. fugi. Anto. Gom. tomo. 3. c. 3. n. 45. Hippolyt. cōsil. 3. Capol. cōsil. crim. 34. Dueñas reg. 303.

Ibi. Pierdan la herencia. Idem disponebant leges antiq. l. 1. C. de ijs qui. ut indig. l. propter veneni. ff. ad Syllan. l. 13. ii. 7. p. 6. & ibi glo. deue legem nostram allegat, & Anto. Gom. d. tom. 3. c. 3. n. 53. & limitationes ad hanc regulam supra ista lege posuimus in glof. no querellam & presertim aduerter ad nostri tex. limitationes ut hanc amissionis pænā imponas, nā non sufficit quod sit hæres & querelā non proposuerit intra quinquennium, sed etiam debet constare quis fuerit delinquens & quod sit in prouincia illa, & quod hæres vir sit & perfectæ ætatis & potens ad prosequendam vindictā, ut expresse omnia hæc requirit rex. noster, itē & quod ab alio preuentus nō sit, ut diximus in prima limitatione in d. glof. no querellam. Itē excusatur & hæres si accusauit & succubuit ob defectum probationis secundum Anto. Gom. d. n. 53. pro quo est. l. 21. tit. 1. p. 7. & l. 15. tit. 7. p. 6. alias ampliationes & limitationes ad hunc text. & eius regulam, vide per Ber. Diaz, in regula. 319.

Ibi, Parala camara. Idem probant iura in glof. procedente allegata, & habes hic text. quod applicari debet fisco regulariter id, quod ab indigno

& aufertur. & adde. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inof. test. & ibi per Paul. & l. qui contra & ibi Bal. C. de incest. nup. multi tamen casus sunt in quibus hoc non procedit, de quibus per tex. in l. fin. & ibi glof. tit. 7. p. 6. & glof. fi. in l. 3. tit. 5. lib. 3. fori, & quinque modos quibus quis efficitur indignus prosequitur Matienço hic in glof. 3. per totam, quos quia extra materiam nostram sunt, omitto eos, & quia per ipsum videbuntur.

Ibi. Edad cumplida. Scilicet maior viginti quinque annorum ut in l. minoribus. C. de ijs qui. ut indig. & l. 15. tit. 7. p. 6. & l. fi. titu. 9. lib. 3. fori. excusatur enim talis minor propter imperfectā ætatem notat glo. deue. in d. l. 13. tit. 7. p. 6. & Ant. Gom. d. tom. 3. c. 3. n. 53. & Did. Perez in d. l. 1. tit. 3. lib. 5. ord. pag. 147. verbo de edad cumplida. ubi isti duo ampliant nostram legem, ut etiam si talis minor efficiatur perfectæ ætatis non teneatur mortem accusare, & iure optimo, ex eo quod semel fuit liberatus propter minorem ætatem, & effectus semel consecutus à sui principio propter aliquam qualitatem existentem, non cessat illa causa existente. l. fin. in prin. C. unde li. & alia que allegat D. Perez ubi supra & ex alijs pluribus similibus fundari poterat.

Ibi, Varones. Iure ciuili erat aliter dispositum, ex d. cum fratrem iuncta supra scriptione, & in l. solorum. C. de ijs qui. ut indig. & in hoc piam & vocauit legem nostram Ber. Diaz. d. reg. 3. 9. ampli. 1. cum in feminis vindictam ac innatam vagandi cupidinē temperet atque præcludat, & in hoc correctoriam iuris ipse Ber. Diaz ibi & glof. deue. in d. l. 13. tit. 7. p. 6. legem nostram constituunt in quocunque casu nulla adhibita distinctione, sit quis occisus ab extraneis, vel à familiaribus & bene, & ideo nimirum si & in omnibus alijs de quibus in progressu diximus esse correctoriam verū sit sic esse, cum si in omnibus dictis correctoriam non esse fateremur, neque in hoc iudem esset, cum posset suppleri à iuris dispositione, vel quod lex nostra procederet in casu in quo voluit alij nō esse correctoriam, & nihilominus in hoc casu correctoriam efficiunt: indistincte ergo & in omnibus alijs per nos dictis correctoriam esse dicendum est prout mihi videtur esse sub saniori consilio & deliberatione.

Ibi. Euero sabido. Quia si ignoratur non est quid imputetur hæredi, ut in l. si ideo, & in l. cum fratrem. C. de ijs qui. ut indig. & est rex. l. 15. titu. 7. parti. 6. & ponderanda sunt verba hæc, quia non dicit lex nostra, seyendo sabidor, ut dixit. l. 13. tit. 7. parti. 6. ad considerandum, quod potest esse, quod hæres sciat quis fuerit occisor, & id probare non possit, & sic excusatur, prout non excusaretur si adessent verba dictæ l. partitæ, & sic non sine mysterio lex nostra iisce verbis locuta est, & hæc pro hac lege.

S V M M A R I V M.

- 1 Maioratus bona de gradu in gradum vsque ad millesimum & infinitum gradum deferuntur fisco excluso nu. 1.
- 2 Vxor legitima mortis sine vllis propinquis excludit fiscum. 2. & ibi. nu. 3. an idem in marito,

marito, & ibi ampliatur.

4 Lex 32. Tauri 6. titu. 4. sup. hoc libro declaratur, 4.

Lex duodecima.

S V M M A R I V M.

Bona ab intestato morientium, nullis relictis descendantibus aut ascendentibus, aut transfuersalibus, Regi pertinent.

I Bi, *T no oziere heredero.* Intellige vsque ad decimum gradum, si bona libera & diuisibilia sint, secundum text. in l. 6. titu. 13. p. 6. nam si maioratui essent subiecta vsque ad millesimum gradum, secundum gloss. in ead. l. 6. Sed quamuis lex nostra generalis sit, non censendum casus particulares excludere, & sic quamuis quis decedat sine vllis consanguineis cuiuscumque lateris aut gradus, si tamen reliquit vxorem legitimam, illa erit preferenda fisco, ex l. 1. & Auth. praterca, C. unde vir & vxor, & ex l. 6. in fin. tit. 13. p. 6. & l. 23. in fine, titu. 11. partit. 4. & sic in simili lege huic nostrae tenuit Montal. l. 3. titu. 5. lib. 3. fo. hic in margine nostri text. allegata pro lege 13. corrupto allegata, quia non est nouum leges priores per posteriores, & è contra intelligi & declarari, quicquid in contrarium in propositum nostrae legis dicat Telli. in l. 32. Tauri. num. 4. & iterum in 3. p. l. 3. Tauri, nu. fin. quem post hæc multo, & dum eum reprobatum habebam vidi reprobari per Matienço, hic & eo non relato per Didac. Perez hic, sub l. 20. tit. 19. lib. 8. Ord. pag. 371. col. 2. & sequentibus, & quia lex nostra non loquitur per verbum denotans matrimonium, vt sic vxorem exclusisse censeatur, sed per verbum, *todo hombre, o muger*, vt vxorem non excludat, & ita tenendum, etiam si cum Tello transeat Olanus, in concordia Antinomiarum, litera U. n. 21. & iterum in correctione legum partitarum, in partita 6, numer. 118.

3 & idem è contrario dici posset circa maritum, cū correlatiuorum eadem debeat esse ratio, & dispositum in vno ex correlatiuis, in alio etiam ceterum dispositum, vt per Euerard. in Arg. à correlatiuis, & quia vir & vxor vna caro sunt, & sic in vna & eadem carne idem ceterum dispositum, & sic & quoad maritum idem est asserendum, ex dictis iuribus, & ex l. 6. tit. 13. p. 6. & idem erit, etiam si vxor non sit ducta ad domum viri, secundum Bald. d. l. 1. C. unde vir & vxor sequitur Castillo in l. 16. Tauri, numero 51. vers. & bene. idem tamen quod in vxore esse quoad tutorem, & quoad ecclesiam, & quoad collegium Decurionum, & collegia fraternitatum testatur Didacus Perez hic. Sed adest nunc magna difficultas, nam nonne per illam l. 32. Tauri posita pro l. 6. titu. 4. de los testamentos, supra isto lib. preferatur anima fisco, si defunctus nullum hæredem ex testamento, neque ab intestato, neque vxorem relinquat, ergo corrigitur noster text. vocans fiscum in defectum hæredum dictorum, vt pote quia lex est antiquior lege illa 32. Tauri, prout voluit corrigi idem Telli. ibi. d. nu. 4. Ego tamen totum contrarium teneo, imò quod non corrigatur, nam si

Tom. 3.

corrigeretur, non insereretur in hac noua recopilatione, vbi superflua resecantur, vel in margine diceretur, prout in alijs dicitur, ideo dicendum est legem illam 32. Tauri 6. titu. 14. supra isto lib. * loqui, cum non omnino defunctus decessit intestatus, sed cum alicui simpliciter dedit potestatem condendi testamentum pro eo, tunc enim si defunctus ille nullos habebat consanguineos, sed tantum vxorem relicta vxori quarta parte ex bonis mariti, omnia eius alia bona debent pro sua anima expendi, cum tunc censendum sit animam suam fisco preferendam, quandoquidem testari pro eo voluit, lex verò nostra procedit, cum ab intestato nullo facto testamento, neque præstita alicui commissione illud faciendi, mortuusque est, tunc enim deficientibus consanguineis vsque ad decimum gradum & vxore, fisco succedit, qui pro anima defuncti tenetur omnino expendere necessaria & soluere debita, sicut quilibet alius hæres teneretur, & hæc est vera concordia & literalis intellectus dictarum legum, à nemine quem vsque nunc viderim consideratus, & constabit nullum adesse hæredem per proclamata, vt inquit Didac. Perez, & Matienço hic, & Anton. Gomez. l. 8. Tauri in fin.

S V M M A R I V M.

- 1 Correctoria est hæc lex multorum iurium, & consuetudo eius dictis iuribus contraria, 1.
- 2 Clerici an sint vsuarij, an verò vsufructuarij bonorum Ecclesiasticorum, 2.
- 3 Lex nostra, quoad forum exterius, non quoad interius processit, 3.
- 4 Clericus moriens sine consanguineis, cui fisco applicabuntur bona intuitu Ecclesie ab eo quaesita, 4.

Lex 13.

S V M M A R I V M.

In successione bonorum à clericis relictorum, etiam intuitu Ecclesie acquisitorum seruetur eadem consuetudo, quae in alijs eorum bonis obseruatur.

I Bi, *Costumbre muy antigua.* Contra iura tamen, * vt pote quia contra text. in capit. cum in officijs, & in cap. qui annos, de testament. & contra l. 3. 4. 5. & 8. titu. 21. partita prima, cum eis concordantes, & contra l. 6. titulo secundo supra libro primo & duodecimo, quaestione prima per totam quaestionem, & de peculio clericorum per totum non permittentia Episcopis, neque clericis de rebus adquisitis intuitu beneficij & Ecclesie cui deferuiunt, disponere, & id decreto sacri Concilij Tridentini de reformatione, sessione vigesima quinta, c. 1. expressè est innouatum & iustum, in versic. omnino verò eis interdicat, ne ex redditibus Ecclesie consanguineos, familiarésve suos augere studeant, cum & Apostolorum canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt,

B b

consan

consanguineis donent: sed si pauperes sint, ijs, vt pauperibus distribuunt: eas autem non distrahant, neque dissipent illorum causa. *Et iuncto versic. Quæ verò de Episcopis dicta sunt*, eadem non solum in quibuscunq; beneficia ecclesiastica, tam secularia quàm regularia obtinentibus pro gradus sui conditione obseruari, sed ad sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales pertinere decernit. Ecce igitur Decretum nouum sacri Concilij in Spiritu-sancto legitime congregati contra dictam consuetudinem. Nā si in consanguineos non permittit fructus ecclesiasticos distribui, nisi consanguinei pauperes sint, & tūc moderatè, quanto minus licebit in profanos vsus dissipare, & sic consuetudinem hanc, vt Ecclesiæ & canonibus inimicam corruptellam vocat gloss. magna ad fin. in l. 40. tit. 5. part. 1. Ex quibus iuribus colligi potest clericos beneficiorū suorum fructibus vsuarios non verò vsufructuarios esse, * vt tenet gloss. in d. c. cum in officijs, & in d. c. quia nos, & in c. fin. de pecul. cleri. vbi Barbat. allegat viginti glossas similes, dicens esse communiter approbatas; & communem testatur Albertus Trocius de vero & perfecto clerico, 2. p. q. 51. n. 6. & sic inquit Archid. in cap. statutum, §. assessorem, de rescript. in 6. n. 13. quod contrarium asserere est hæreticum in iure, & Rebuff. in tract. de pac. post. n. 61. & magis comunem testatur Probus ad monachum in capit. nemo deinceps. n. 36. cum sequ. aliquibus, de elect. in 6. & sic non solū clericos peccare, sed & ad restitutionem malè consumptorum teneri asserunt dicti Doctores, & Archi. & Domi. in summa. 44. dist. per tex. ibi, ibi, (tibi ò sacerdos de altari uere, non luxuriari licet) & ita hoc probat Feli. in c. de quarta, n. 33. de prescr. & in c. postulasti, de res. quem & sanctū Thom. & alios refert ad hoc Auend. resp. 19. n. 3. late Nauar. de redditibus qu. 2. in antiquis, & habemus vltra dicta iura text. in l. 12. tit. 28. part. 3. iubentem bona vltra necessaria ad victum & vestitum, Dei esse, & in pios vsus conuertenda, contrariam tamen opinionem, imò quod sint vsu-fructuarij, & sic ad restitutionem malè expensorum non teneantur, tenent gloss. in c. possessionis, de rebus Eccles. gloss. in c. duo sunt genera, 22. qu. 1. gloss. in c. 3. de probatio. vbi Areti. dicit quod ista gloss. communiter tenentur, & Pala. Rub. in rubri. §. 66. num. 21. & Couar. in d. c. cum in officijs, col. 4. inquit ita seruare communem Ecclesiæ consuetudinem, & 12. fundamentis probat eā Bellamera in c. cū venerabilis, qu. 1. num. 43. de excepti. & Villalobos, in arar. com. opin. li. 1. c. n. 138. cum 3. seq. & communiter Doctores Hispaniæ & Franciæ, sic tenere asserit Matienço hic gl. 4. num. 2. vbi numer. 4. inquit valere hanc consuetudinem ex quadam extranaq. Ioannis 22. suscepti, de elect. & veriorum esse & comuniorum opinionem quod valeat talis consuetudo, & ibi carpit Gregorium Lupum scrupulum facientem, & tandem consulit clericis, ne ea consuetudine semper vtatur, sed in vita fructus in pios vsus erogent, quod sanè tutius esse, ipse Matienço in eodem num. 4. concludit, approbans scrupulum Gregorij, de quo antea irriserat, vides igitur tot contrarietates iuris Doctorum & glossarum, reprobata distinctione aliquorum distinguendum inter beneficia, administrationem vel non habentia, & de nostra lege meminit etiam Simancas de instit. Caibo. cap. 9. num. 90. quæ quoad sedandas seditiones processit, non verò vt conscientia clericorum securæ redderentur, vt inquit Nauar. vbi supra, q. 13.

num. 16. & sic quoad forum exterius, non verò quoad interius* legem nostram procedere, neque reddere tutas conscientias clericorum, vt aduertit Auend. vbi supra, & in prælato & clerico idem dixit Molina, de primog. lib. 2. cap. 10. num. 45. & 46. & 53. cum sequentibus; & patet quia lex nostra solum quoad succedendum clericis morientibus disponit, non verò an sit licitum, necne in conscientia vti fructibus beneficiorum ad libitum, absque peccato & restitutione, nam vt inquit Additio. Capella Tolosa. 247. iudices temporales non curant de periculo animatum, & sic quod tutius est animæ tenere debemus, vt inquit gloss. magna in l. 53. tit. 6. part. 1. & in l. 40. in gloss. magna tit. 5. part. 1. & gloss. in pragmat. Sanct. in procemio, §. sed prob dolor, verbo deformationes rapinam committere dicit aliter facientes, & de ijs agitur etiam per Iulium Clarum, libr. 3. sent. §. testamentum, quæst. 27. per totam, quibus de causis in hac quæstione septem aut plus opiniones posuit nouissimè Episcopus Ianuensis D. Francisco Sarmiento, de redditibus ecclesiasticis, part. 2. cap. 1. cum sequentibus, quem post hæc vidi, & ipse & Nauarro multa vnus contra alium scripserunt, quæ cū dubia sint, & in tanta perplexitate posita, quid faciēt prælatus aut clericus in tot periculis constituti, quibus nulla datur in conscientia securitas, quin mortaliter peccent, si in vita abutantur fructibus beneficiorum, si & in morte constituti idem faciūt testando, idè vnusquisque prouideat, & conscientia opinionem tutiorem eligant quocunq; tempore, quæ est prima supra relata, prout & consulit Gregorius Lupus vbi supra, & Auend. & Matien. vbi supra, & Molina vbi supra, num. 58. vbi vltra eos inquit etiam stante hæc consuetudine aliud citra conscientia discrimen fieri non posse, & sic hanc securiorem vocat, & à patribus & antiquis & sanctis approbatam, Ang. in 4. tit. de elemosyna, qua. 4. conclus. 2. & quia, vt inquiunt Itali, teste Cosma Gumieli. & eius additio. in dict. pragmat. sanct. l. boni di le campani, ni le flori, ni le grani; & hoc quia clerici dū eis disponunt, maioratus constituentes, vel consanguineis diuitibus relinquentes, abutantur sibi in conscientia permittente, cum neque ad pias causas de talibus fructibus testari possint, secundum Molinam vbi supra num. 36. ex text. in cap. ad hæc, de testam. & cap. quia Ioannes 12. quæst. 5. & contrariam consuetudinem ibidem corruptellam vocat, & hæc pro hac quæstione & declaratione consuetudinis nostræ legis.

Ibi, *Se succeda en ellos*, per consanguineos clerici vsque ad decimum gradum, sicut in laicis diximus in l. precedente, quid tamen si careat clericus consanguineis, applicabuntur bona eius fisco Episcopi, vel Regis, & gloss. fin. in l. 6. tit. 13. part. 6. inquit fisco Episcopi applicari, vt in pios vsus illos couertat, non verò vt sibi appropriet, licet Auenda. dict. resp. 19. n. 8. dicat ex l. 53. tit. 6. part. 1. tunc Ecclesiæ applicandos, concordantur tamen ex dictis per Didac. Perez in l. 20. tit. 19. lib. 8. Ordin. p. 372. colum. 1. vt prima opinio procedat quoties clericus non habet Ecclesiam, secunda verò si eam habeat propriam in titulum: Et hæc pro hac lege & pro isto proluxo titulo sufficiant, vt ad alia accedamus.



SEQUITVR TITVLVS IX.

De las ganancias entre marido
y muger.

Et quoniam hæreditate adita bonorũ relictorũ per hæredes defuncti diuisio & partitio cum vxore petitur, in qua quidem diuisione vxor dotalia bona & alia sibi competentia, inter quæ lucralia sunt, petit, ideo post titulum præcedentem, vbi de hæreditatibus & diuisione earum tractatur, subsequitur titulus hic noster utilis & practicabilis disponens quæ lucralia dicantur, & quomodo diuidenda & cum quo onere: De qua quidem materia fecit tractatum Segura in suis operibus, & Suarez in titulo De las ganancias, foro legum, & tractauit Pala. Rub. in Rubr. §. 62. cum sex sequentibus, vbi ampliat & limitat, & Couar. Varia. cap. 19. per totum, & Cassan. in cons. Burg. Rub. 4. §. 2. in tex. & acquæst. fol. 136. colum. 2. cum sequentibus aliquibus, vbi in numero 1. declarat quid veniat appellatione lucrorum horum, Burgundię, & alibi acquæstus nuncupati, de quo & per Didacum Perez in l. 1. titulo 4. lib. 5. Ordin. pag. 158. colum. 1. cum sequentibus. vbi declarant quid sit acquæstus hic, & in progressu huius tituli videbimus latius, & per leges eius clarissimè patet esse in summa, ea omnia quæ durante matrimonio maritus & vxor vel quilibet ex industria & labore adquisierunt.

S V M M A R I V M.

- 1 Iure antiquo omnia bona præsumebantur mariti, hodie secus ex lege nostra, 1.
- 2 Corduba lex nostra non vsitatur, & ideo consuetudo illius loci probanda est, 2. & ideo semper qui allegat bona non esse lucralia tenetur probare, 3.

Lex prima.

S V M M A R I V M.

Bona relicta marito, aut vxore, aut ambobus mortuis lucralia, & sic communia præsumuntur, nisi aliud probetur.

IBi, *Que el derecho diga, vt in l. quintus, ff. de dona. & in l. etiam, C. eo. tit. l. 2. ad fin. tit. 14. part. 3.* quibus iuribus probatur, res penes vxorem mortuo marito * repertas præsumi esse ipsius mariti, vt omnis sinistra suspicio contra mulierem cessaret, si aliud diceretur, quæ iura ad hoc allegauit Couar. in cap. 1. num. 6. de testam. & Pala. Rub. in Rubr. de donat. inter §. 60. num. 1. cum sequentibus,

vbi quamplura similia adducit, quæ hic referre esset prolixum, præsertim cum ex lege nostra cessent, & tanquam lucrata & conuastus communia ipsius mariti & vxoris, diuiduntur per medium inter hæredes mariti & vxorem, vel inter hæredes vxoris & maritum superstitem, vel inter amborum hæredes vxore & marito mortuis, nam cum inter maritum & vxorem quædam societas contracta videatur vniuersalis, vt in cap. cum societas, 27. questio. 2. late per Didac. Perez in l. 1. titulo 4. de las ganancias, lib. 5. Ord. gloss. 1. nam maritus & vxor sunt socij diuinæ & humanæ domus, vt l. aduersus, C. de crimin. expila. har. vt per Pala. Rub. vbi supra, §. 61. per totum, vbi num. fin. declarat, non quod bonorum ad matrimonium per vnumquemque eorum allatorum hæc societas contracta censeatur, sed quæ in futurum durante matrimonio adquiruntur, prout & inquit Couar. in 4. par. 2. cap. 7. §. 1. num. 5. cumque societatem hanc inter se maritus & vxor contrahant, sicut socij bonorum omnium communicant inter se quæ adquirunt, ex text. in l. §. fin. & l. 2. ff. pro socio. l. 46. tit. 28. par. 3. l. 6. tit. 10. partit. §. mirum non est si & inter virum & vxorem adquisita, durante matrimonio, æqualiter communicentur inter eos, & hæredes suos. Et hoc postquam vxor ipsa ad domum traducta est, prout inquit Pala. Rub. vbi supra, §. 62. in princip. & ibi Additio. allegat Seguram idem tenentem, & dicentis latius in l. sequente, in gloss. de consano. licet Fel. in l. 16. Tauri, numero decimo-tertio velit nul-

lam societatem contrahi inter maritum & uxorem.

Ibi, *Marido y muger*, Quid si putatiue sunt tales, verè tamen matrimonium non valuit, vide in l. sequente in gloss. 1.

Ibi, *Pero la costumbre*, Quæ quidem consuetudo antequam per legem nostram approbaretur erat introducta, & vtebatur communiter & passim inter omnes, secundum *Montal. in l. 1. verbo Por medio, titu. 3. lib. 3. fori*, licet tunc ante legem nostram probanda erat talis consuetudo, & vsus legis fori & styli consuetudinem approbantes, verumtamen cum ex lege nostra sint approbata consuetudo hæc & dictæ leges fori & styli, non est iam necesse consuetudinem hanc, & vsum dictarum legum approbare, secundum quod diximus latè in l. 3. verbo *En aquellas cosas que se usaron, l. 1. lib. 2. supra*, & sic qui contrariam consuetudinem allegauerit, renebitur eam probare, prout Cordubæ fit, † ubi lex nostra non vsitatur, teste Pala. Rub. in dicto §. 60. in fine, & glossa dos, in l. 20. tit. 11. part. 4. & in l. 24. in glossa magna, eo tit. & part. & Symancas qui vt Cordubæ naturalis ita asserit, in de insti. Cathol. titu. 9. numer. 15. cum tribus sequentibus, & à numero 138. inceptit, inquitque consuetudinem contrariam Cordubæ habitam fauorabilem esse, nostram verò exorbitantem, secundum eum ibi numero 154. inquitque num. 139. consuetudini nostri text. posse renunciari, vt & probat l. 9. infra eod. ubi videbimus Deo volente, & eadem consuetudo sicut nostra seruetur Burgundia, secundum *Casin. consue. Burg. Rubrica 4. §. 2. per totum, fol. 132. ubi & alia in propositum adducit*, & Aragoni, secundum *Castellum l. 14. Tauri, verbo Puecan*, & apud Gallos & alios, secundum *Couarr. in 4. part. 2. cap. 71. numero 6. & Boer. decis. 22 numer. 27*. Sed quid si negaret mulier bona illa esse lucrata cõstante matrimonio, vide optimè Salicet. in l. etiam, ad fin. C. de dona. inter. & tunc tenetur † hoc probare, quia præsumptio est contra eam, ex lege nostra & similibus, & tenet *Couar. in cap. 1. numer. 6. de testamentis*, & est optima l. 2. col. pen. in fin. tit. 14. par. 3. id probans, & *Dac. cons. 237. num. pen. & fin.*

Ibi, *Saluo los que probare cada uno que son suyos*. Nam ista præcipua dabuntur probanti, prout & dicebat etiam dicta lex styli, & Suarez in l. 1. titu. de las ganancias, versic. *quæritur ulterius*, in fine, fol. 22. in princ. in antiquis, imò si officium aliquod ante matrimonium rectoriæ aut tabellionatus vèdibile tamen & renantiabile ad matrimonium artulit, etiam si illud vendiderit durate matrimonio, vel perdiderit, præcipuum habebit, vt per *Auend. respons. 9.* & sic vtilissimum est maritum & uxorem in uentaria publica coram tabellione & testibus facere bonorum, quæ vnusquisque ad matrimonium adfert, vt consulti fieri *Matsenço hic*, glossa 2. numero 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Lex nostra in sponsis, etiam de presenti locum non habet, num. 1.
- 2 Mariti appellatione de uelato intelligimus, 2.
- 3 Sponsus si sum pecunia sponsæ aliqua lucra auerit, cuius erunt, 3.
- 4 Lucra diuiduntur inter maritum & uxorem

etiam si non sit uxor cognita carnaliter à viro, 4.

- 5 Lucra acquisita in matrimonio putatiuo, an sint diuidenda, 5. & ibi quid si est clandestinum.
- 6 Iniuste quæsitæ non communicantur, 6.
- 7 Maritus potest in vita restituere illicite acquisita antequam trahantur ad comunione, 7.
- 8 Res mariti si melioretur, an diuidetur melioratio tanquam lucrata, 8.
- 9 Quid de usufructu consolidato cum proprietate, 9.
- 10 Lucra an acquisita dicantur titulo oneroso vel lucratiuo, 10.
- 11 Impensæ pro rebus dotalibus factæ sunt computanda pro dimidia marito, 11. & sic cessabit titulus, de impen. fac. in rebus dota. vt ibi.
- 12 Damna bonorum dotalium & bonorum mariti ex lucris, sunt dicta damna resarcienda, num. 12. nisi vt ibi.
- 13 Acquisitum per uxorem labore suo, non est suum, sed communicandum contra Alex. ad. in num. 13.
- 14 Cohabitatio simultanea an requiratur ad communicanda lucra, 14. & ibi declaratur proueniat separatio, culpa, vel non uxoris aut mariti.
- 15 Acquisita mortua uxore, bonis semper remanentibus in communi, an dabitur medietas heredibus uxoris mortuæ, 15.
- 16 Maritus ante matrimonium, si emit res aliquas traditas, contracto iam matrimonio, an illarum habebit partem uxor eius, 16.
- 17 Lucrorum transfertur pro medietate dominium & possessio in uxorem, statim quod acquiruntur in habitu, & non in actu, & reuocabiliter, 17.
- 18 Uxor an aget pro sua medietate lucrorum sine cessione heredum mariti, 18.
- 19 Debitor vendens fundum alicui, vt ex pecunia satisfiat creditoribus venditoris, opus est cessione vt agant, 19.
- 20 Socius omnium bonorum potest petere lucra societatis, & debita sine cessione, 20.
- 21 Respub. potest agere contra conductorem bonorum eius, & contra eos quibus conductor partem dedit conductionis, 21. & eodem modo è contra possunt conductor & socij agere contra debitores Reipub. sine cessione, vt ibi.
- 22 Ficta traditio ex actu inita societatis habet vim constituti, & in constituto cessat l. 3. ff. pro socio, num. 22.
- 23 Rei retracta à marito an detur medietas uxori, 23. & ibi an ex fructu consolidato cum proprietate, vel de augmento rei, & an in re vendita cum pacto de retro vendendo.
- 24 Rei incepta vsucapi, & matrimonio cõstare perfecta vsucapione, an detur medietas uxori, 24. & ibi quid in re emptæ ante matrimonium à nō domino, & matri. constante præscripta.

- 25 Donationis cuiuslibet marito facta non datur pars mulieri & contra. 25. & ibi quid in remuneratoria.
- 26 Acceptationem si vxor non fecerit sue medietatis lucrorum an transmittet ad haeredes suos ius acceptandi. 26

LEX 2

S V M M A R I V M.

Qualiter lucra constante matrimonio habita & adquisita inter maritum & vxorem sint diuidenda, lex nostra declarat, & disponit.

- I**bi, que el marido y la muger. Et sic in sponsis * etiam de praesenti prout hic inquit Montal. glo. 1. locum non habebit lex nostra, nam mariti appellatione † de velato intelligi debet, & postquam vxorem in domum traduxit, prout inquit Pala. Rub. in Rubr. §. 62. in principio. vbi eius additio allegat Suarez idem tenentem, & Castillo. l. 16. Tauri. num. 48. & 49. & Ant. Gom. in l. 51. Taur. num. 72. & communis est haec & recepta sententia vt attestatur Matien. hic glossa prima, numero quadragesimo-primo. idem Pala. Rub. vbi supra §. 64. in fi. verbis, vbi hoc intelligit, nisi cum pecunia sponsae maritus aliqua lucra * acquisierit, quia tunc diuidentur lucra haec inter eos per medietatem, vt & ibi per eund. in d. §. 62. num. 5. vel secundum eum ibidem erunt ipsius sponsae tanquam bona & augmentum dotis, ex lege partitarum per Pala. Ru. in eo. §. 64. in fine allegata & ibidem Palat. Rub. non se determinat, sed dubie loquitur, & ex illa lege Partitarum. 28. tit. 11. part. 4. quam allegat, inquit fructus dotis sponsae pertinere, nisi ipse sponsus alimentet sponsam, & tandem nihil concludit, ideo Castillo, vbi supra à num. 50. vsque ad 52. istam questionem late examinat, & inquit quod vbi adest de hoc consuetudo vt acquisita per sponsam cum dote sponsae ipsi marito traditae, sint communia inter eos, seruanda est consuetudo prout in loco sui domicilij dicit fieri, vbi autem non adest talis consuetudo adhuc idem fundat late de iure esse, praesertim si alit sponsam ex fructibus dotis, mihi tamen videtur quod si alit sponsam ex fructibus dotis diuidantur lucra, vtpote quia iam negociatur & intendit in omnibus tanquam maritus vxorem in domo habens, si vero non alit vxorem ex fructibus, tunc fructus augeant dotem secundum illam. l. 28. tit. 11. par. 4. & lucra si qua adsunt sint mariti, cogitabit, quia lex nostra translationem ad domum considerat: Et haec transductio operatur vt etiam si maritus non cognouerit vxorem carnaliter, diuidantur inter eos lucra † constante eorum matrimonio adquisita, secundum Auils, in proemio capit. Praetorum, num. 33. Sed an si matrimonium sit putatum, puta quia ex aliqua causa † non valeat an habebit locum lex nostra, & Pala. Rub. in Rub. §. 66. num. 2. inquit quod sic, per legem 4. tit. 6. lib. 3. fo. & licet hinc inde plura adduci possent pro

& contra assumenda ex Tirag. in l. 8. conub. nam. 234. cum sequentibus & per Couar. in 2. parte. cap. 7 §. 1. num. 7. de spons. & Suarez in tit. de las ganancias. §. 1. per totum. & Baez. de decima tut. cap. 12. num. 17. & per Anto. Garnã. decisio. Lusit. 220. tamen quia haec est vera, & tenenda opinio, vt data bona contrahentium talem matrimonium fide habeat locum lex nostra, vt post hac vidi per Matienço hic gloss. 1. num. 4. cum sequentibus pluribus, & Didac. Perez in l. 4. tit. 4. lib. 5. Ord. pag. 264. in fine. cum sequentibus, ideo verborum ambages sunt excusandae. Et quid si matrimonium est clandestinum vide Auend. respon. 20. num. fin. vbi per totum illud responsum plures limitationes ad legem nostram assignauit, quas refert Matienço dict. gl. 1. per totam, quas omitto ne transcribamus aliorum dicta.

Ibi, Ganaren, Siue industria, siue opera, vel quaestu alicuius, secundum Palat. Rub. in Rubr. §. 64. num. 63. dum tamen iuste non vero iniuste lucrata sunt, iniuste enim quaesita † non communicantur. l. quod autem cum sequentibus. ff. pro socio. l. 8. tit. 10. p. 5. not. in propositum Pala. Rub. vbi supra. §. 65. fol. 41. Suarez in tit. de las ganancias, limitatione 4. fol. 16. in antiquis. Rebus. in compen. aliter Eccles. numero 29. vbi Pala. Rub. allegat, & Didacus Perez, in l. 2. tit. 4. lib. 5. Ord. pag. 162. vers. queritur. & sic maritus potest in vita restituere † illicite adquisita, antequam trahantur ad communionem, secundum Pala. Rub. in dict. §. 65. num. 10. & Baez. de decima tut. cap. 26. num. 8. Sed an si res mariti melioratur † diuidentur melioramenta tanquam lucralia, tradit Couar. in 4. parte 2. cap. 7. §. 1. nu. 9. vbi tractat questionem de usufructu consolidato * cum proprietate mariti, quod & tetigit Anto. Gom. Tom. 2. cap. 15. num. 19. & glo. estimanda. in l. 18. tit. 11. part. 4. Et an titulo oneroso, vel lucratiuo * haec lucra adquirantur, tradit Tellus, in l. 14. Tauri, colum. 1. notandum tamen est ex text. nostro & similibus, quod impensae in rebus dotalibus factae sunt computandae pro dimidia marito * & pro dimidia vxori, & non totum vxori, secundum Cast. in l. 61. Taur. num. 16 in additio, quod intelligo si id quod est impensum multiplicatum esse apparet, puta si maritus edificauerit solarium aliquod in domum cum vxore ei datum, vel refecerit domum dotalem, impensum in hoc reputabitur multiplicatum durante matrimonio, si aliunde adsint bona ex quibus soluantur capitalia mariti, & vxoris, ex l. 9. tit. 4. libro 3. For. communiter in hac ciuitate Placentiae vsitata: & per consequens cessabit titulus. ff. de impen. in re dot. fac. in casu dicto in quo impletis capitalibus viri & vxoris impensae illae tanquam lucra remanerent, secus vero alias, quia & tunc seruabitur dictus tit. de impen. in re dot. fac. & idem esset vbi per maritum ante matrimonium esset aliud conuentum, vel in locis vbi lex nostra non est admissa, vt Cordubae. Damna tamen in bonis dotalibus obuentionia de lucris deducenda * & refarcienda sunt, secundum glos. el pro. in l. 18. tit. 11. part. 4. vbi ita dicit praticari, & Ayora, de partition. 1. parti. cap. 7. num. 38. versic. his autem. nisi damna talia bonorum dotalium obuenerint culpa mariti, nam tunc ex bonis mariti non vero ex lucris refarcientur, secundum glos. pen. in dict. l. 18. vel si maritus suscepit bona dotalia aestimata etiam simpliciter, vel

sunt de rebus, quæ pondere numero & mensura consistunt, nam & tunc de bonis mariti refarciuntur, non vero de lucris, *secundum Couar. in pract. c. 28. n. 5. & 6.* Itidemq; vt equalitas societatis maritalis seruetur, damna etiam obuentionia in bonis mariti ex ijs luctis refarcienda sunt, quamuis culpa mariti damna illa in bonis eius obuenerint, *secundum glos. magnam colu. . in medio l. 55. tit. 5. part. 5.* quicquid aliud voluerit Montal. *in l. 1. verbo per medio tit. 3. lib. 3. Fori vers. est tamen*, contra quem de consuetudine practicatur, *secundum glos. illum in dict. l. 55.* etiam si Montal. ad hoc non consideret, nam capitalia vxoris & viri prius sunt deducenda, & eis deductis, quæ supersunt dicuntur lucra, vt per Ayot. *in dicto nu. 38. vbi n. 39.* inquit, quod si non adsunt lucra maritus non deducit capitale suum consumptum, quia ipse tenetur pro dote vxoris, ipsa vero non pro capitali mariti. Itidem notabis hic esse text. & *in l. precedente* contra doctrinam Alex. *conf. 133. vol. 4. relati per Rip. respon. 24. licet plura dubia nu. 4. fol. 94.* dicentis quod aduersus per vxorem ex artificio suo * suum est, & non comunicandum cum marito vt lucrum, *refert Alcia. de presumpt. regu. 3. presump. 26. num. 11. vbi addi. allegat Alexand. & Rip. vbi supra*, istorum tamen doctrina est contra legem nostram & præcedentem, & sic in regno nostro non est tenenda.

Ibi, *Estando de consuno*, Ex ijs verbis vt lucra communicarentur inter virum & vxorem * simultaneam & perpetuam cohabitationem requirere videbatur Pala. Rub. *relatus per Couar. in 4. parte 2. cap. 7. §. 1. nu. 6. fol. 90. & Auend. resp. 20. limi. 6. Gutierrez de iuram. confir. 1. p. ca. 1. nu. 56. & 66. cum sequentibus & Gamma decis. Lusit. 357. in prin.* Ex quo inferitur, quod si maritus esset absens, vel separatum esset matrimonium, vxor non gaudebit lucris à marito interim factis, nec è contra. Contrarium tamen imò quod data simultanea à principio cohabitatione inter maritum & vxorem non semper requiratur ad comunicanda lucra tenuit idem Pala. Rub. *in Rubri. §. 64. num. 15. & faciunt dicta per ipsum ibidem §. 34. num. 1. 2. & 3. & Gomecius Leon in Centu. inform. cap. 1. numero 11.* neque obstat lex nostra & l. 207. styli. nam verbum istud, *de consuno*, non est referendum ad simultaneam & inseparabilem cohabitationem, sed ad durationem matrimonij, ita quod tempore, quo lucrum maritus adquisiuit, iam erat vxor in domum traducta & matrimonium durabat, aliter enim faciliter eludi posset vxor per absentiam mariti, item esset falsa opinio dicentium, quod si superstes coniux adhuc remanet cum omnibus bonis durat societas *ex l. Fori vt inquit Segura l. 1. §. si. ff. de libe. & post. num. 74. cum sequentibus & Castil. l. 16. Tauri numer. 52. versic. Et responde*, & sic hæc secunda opinio vera est & tenenda, *vt & per Did. Perez, in l. 4. tit. 4. lib. 5. Ord. pag. 164. colum. 1. in si. cum sequentibus* Temperanda tamen quoties absentia mariti non prouenit ex culpa vxoris, sed mariti potius, vel neutrius, puta si maritus voluit ex causa aliqua vel vt ditiozem se faceret in Indos migrare, vel expulit absque causa à domo vxorem suam, vel ob seuitiam viri vxor fugit & seorsum habitat ex causa diuortij quoad mutuam cohabitationem facti absque culpa vxoris, tunc enim non priuatur vxor sua medietate lucrorum per maritum interim acquisite, neque itidem

maritus priuabitur sua medietate si ob culpam vxoris puta propter adulterium suum fuit factura diuortium & interim vxor aliqua acquisiuit lucra, & sic posset prima opinio, declarari & procedere, prout inquit Segura *in l. unum ex familia. §. sed si fundum colu. 9. & num. 31. & 37.* inquit quod si cum dispensatione in totum ex aliqua causa diuideretur & separatio fieret huius indiuiduæ vitæ consuetæ, tunc quia in totum separantur & absoluntur à matrimonio procederet prima opinio, & sic ex dictis possunt dictæ opiniones concordari, *prout ultra Seguram traditur per nostrum Gutierrez vbi supra, num. 01. & per Antoni. Gammam. dist. decis. 357. numero 1. & Castillo l. 16. Tauri numer. 52. & nouissime post hæc vidi per Matienço hic glos. 1. num. 42. vsque ad 59.* quid tamen si soluto matrimonio per mortem vxoris maritus superstes adhuc retinet omnia bona in communi & lucratur hinc inde multa, an postea petita diuisione per filios emancipatos dabitur & parti vxoris & suorum hæredum medietas lucrorum † dissoluto matrimonio acquisite, & dicendum est quod sic, *cum Pala. Rub. relato & secuto per gl. l. 10. t. 10. p. 5. per text. in l. 9. tit. 4. lib. 5. Fori. generosorum, & l. 6. tit. 4. lib. 3. Fori, & ratio est*, quia coniux durante viduitate censetur in eodem permanere matrimonio, *vt l. fin. C. de bon. mater. & Castillo in dict. l. 16. Tauri. num. 52. versic. & responde.* & istam quæstionem nouissime late tetigit Matienço *hic glos. 1. numero 9. cum pluribus sequentibus & num. 13.* inquit videri contrariam sententiam iure probari, & numero 16. responderet dictis legibus Fori dicendo quod debet earum vsus probari, & quod in Pinciana Cancellaria vidit contrarium practicari & tandem *num. 17. vsque ad 26.* distinctione casuum decidit istam quæstionem, & fere in omnibus concludit casibus societatem hæc & bonorum communionem durare vt pars lucrorum detur hæredibus vxoris, & sic opinio Pala. Rub. & Gregorij supra allegati videtur sequenda cum à iuris dispositione fundari possit, ex ibi adductis per Matien. *num. 9. cum quinque sequentibus, & à num. 26. cum sequentibus aliquibus*, vbi differit de fratribus in communi existentibus & remanentibus mortuis parentibus & quia dictæ leges Fori plurimum ad hæc conducunt, & vbi earum vsus probabitur indubia res erit hæc, vbi tamen non probabitur vsus earum quæstio dubitabilis est, & altiori digna consideratione, licet mihi non displiceat distinctio Matienço, *num. 17. & sequens posita*, & quid si mulier vidua fuit tutrix filiorum an tunc cesset hæc communitio, vide Pala. Rub. *vbi supra num. 31.* qui cogitandum reliquit. Quæro etiam quid si maritus ante matrimonium emit aliquas res tempore solutionis dilato in tempus futurum, quod euenit constante iam matrimonio & traducta vxore ad domum, num debetur dimidia harum rerum emptarum † vxori ipsi & hæredibus eius? quam quæstionem examinat Cassaneus, *in consuet. Burgun. tit. de droychz. Rubric. 4. §. 9. in text. de tons debet. num. 3. fol. 172. col. 3. cum sequentibus* vbi videtur tenere partem negatiuam, in eadem tamè Rubr. *§. 2. in text. Et acquest. 2. num. 8. fol. 136. ex Bald. in l. ea. demum. C. de collatio.* inquit quod ea, quæ veniunt post mortem ex præcedenti contractu sunt comunicanda, secus vero si ex vltima voluntate. Ego tamè dico res emptas non comunicandas, pretium

pretium tamen pro eis solutum constante iam matrimonio & translatione ad domum erit communicandum, quia tantumdem defuit ex bonis comunibus, & hoc nisi ex nummis proprijs quos ad matrimonium traxit, id maritus soluit, nam tunc neque ex pretio hoc vxor aliquid lucrabitur, & idem si pro solutione dictarum rerum maritus præberet alteram hæreditatem, vel prædium aliquod sui capitalis, vel venderet prædium & ex nummis illis solueret pretium dictarum rerum ante matrimonium emptarum & solutarum matrimonio iam constante, simileque videtur, quando maritus matrimonio durante vendit aliquod prædium suum ex deductis per eum ad matrimonium, & ex pretio illius emit aliud pro eodem pretio, nam tunc neque pretium neque prædium emptum erit communicandum cum vxore, quia succedit & subrogatur loco prædij venditi, *ex l. si eum §. iniuriarum. ff. si quis cautio. l. filie. §. titia. ff. de cod. & dem. & videtur tex. pro hoc, in l. si donata res. §. si sponsus. ff. de don. inter. & ibi Bal. in vtraque lectu. quem ad hoc allegat Caspaneus, in dict. §. 2. & in dic. fol. 130 num. 7. vbi ipse consulit quod in hoc casu maritus ipse declaret in presentia iudicis, quod vult quod illa res empti de pecunijs sui patrimonij teneat locum sui patrimonij, alias non emisset illam rem, & ultra eum ego consulo quod & in hoc vxor ipsa cõsentiat cum licentia iudicis & mariti.*

Ibi, *Ayanlos de por medio.* Idque adeo verum est, quod statim quod acquiruntur bona per maritum
 17 * statim medietatis eorum transfertur dominium & possessio in vxorem in habitu & potentia licet non in actu, absque aliqua apprehensione reuocabiliter tamen, non vero irrevocabiliter, *ut optime per Couar. lib. 3. Vari. cap. 19. per totum, & per alios relatos per Gometium Leon, in sua Centuria informationum iuris, informati. 1. & Bacza, de decimarum. c. 31. nu. 5. & Ant. Gom. Tom. 2. cap. 5. numero 3. & refert Telli. optime in l. 16. Taur. nume. 9. cum sequentibus aliquibus, & glos. magna column. 3. in medio. l. 55. titulo 5. parita 5. & Suarez titulo de las ganancias, versiculo ulterius quæro. in principio. folio 19. & Matienço hic glos. 3. num. 2. cum sequentibus aliquibus, & magis communem testatur, Angulo l. 3. glosa 4. numero 5. istius libri. 5. quem post hæc vidi & nouissime Ayora, in tractatu de partitionibus. 2. parie. quæstione. 41. numero 44. cum sequentibus. quamuis Tellius, vbi supra numer. 11. aliud velit & male, & per consequens cum in habitu & potentia & non in actu neque irrevocabiliter transeat dominium & possessio, poterunt hæc lucra durante matrimonio per maritum alienari, *ut in lege quinta istius tituli disponitur vbi aliqua dicemus.* Sed an sine cessione hæredum mariti † *matr.* agat pro medietate sua suorum lucrorum, in hoc duos casus constituo. Primus est quoad agendum ad diuisionem lucrorum cum hæredibus mariti, & ad hoc nulli dubium nisi quod poterit sine vlla cessione. Secundus casus est quoad petendum lucra & partem mediam eorum ab aliquo tertio, & in hoc constituitur distinctio, scilicet quod si vxor ipsa est contenta insimul cum marito in instrumento emptionis vel debiti alicuius, tunc poterit tanquam contenta in instrumento executionem perere pro sua medietate contra debitorem absque cessione hæredum, si vero non est contenta nul-*

lo modo poterit ita *Mansuerius & Rebuf. relati & secuti per Auendanum, respon. 20. num. 3. versiculo, tamen contra & Didacus Perez, in l. 4. titulo 8. libr. 3. Ordnamenti. pagina. 1086. versiculo. deducitur secundo.* & in dubio non præsumitur cessionem factam. *l. fideiussor. ff. de fideiussoribus. l. cum aker Codice eodem.* & sic si debitor vendiderit fundum alicui, vt ex pretio venditionis soluat emptor creditoribus venditoris, non poterunt creditores agere contra emptorem * sine cessione, 19
secundum Benuenut. de mercatura, in titulo de decretoribus. columna 333. numero 9. in paruis. In contrarium tamen imo quod indistincte sine cessione hæredum possit mulier pro sua medietate agere contra debitores mariti, facit, nam mulieri *ut dictum est* dominium & possessio bonorum lucrorum, translata sunt in vxorem statim quod virtus illa lucra acquirit, *ut in hoc titulo diximus,* ergo si dominium & possessionem habent, dominus petere potest, & nulla est necessaria cessio. Item quia ad petendam executionem sufficit petentem in instrumento virtualiter contineri, & sic hæres contenti in instrumento potest petere illius executionem quamuis in eo non sit nominatus, *ut diximus in l. finali. titulo 21. numero 20. libro quarto supra. Item ex legibus nostris* vir emens & adquirens lucra sibi & vxori acquirit, *ex lege secunda titulo decimo-sexto infra isto libro.* potest quis stipulari alteri tertio, & stipulando nascitur actio, & sic ius executiuum *ut in ea. lege finali. numero decimo-sexto cum duobus sequentibus* dixi, ergo & vxor cui maritus lucrorum medietatem adquisiuit. Item de iure circuitus sunt euitandi, ergo & iste circuitus cessionis vitari debet. Item vir & vxor vt diximus in hoc titulo ex vi vniuersalis societatis in lucris ijs contractæ sibi hæc lucra in vicem communicant, socius tamen omnium bonorum potest petere lucra societatis sine mandato
 20 * & cessione alterius, *ex text. singulari in l. 6. titulo 10. part. 5.* inuicem enim dicuntur socij habere mandatum, ex communi asserta per Oros. *in lege si vnus, in princip. ff. de pactis. col. 850.* & per Ias. *in lege stipulationes non diuiduntur numero 9. for. 99. ff. de verb. oblig.* & notat expresse Auendan. *in cap. 12. pretor. numero 16. libro 2. vbi & inquit* quod si aliquis condicit bona * a communi ciuitatis, & illa bona communicat alijs sine mandato reip. & sic facit illos in conductione sibi socios, Resp. potest agere ad solutionem pretij locationis contra tales socios eodem modo sicut contra principalem arrendatarium, & eodem modo tales socij, *secundum Auendanum in eodem numero 16.* sine vlla cessione poterunt agere contra debitores Reipu. sicut principalis arrendator, & faciunt dicta per Ancharra. *consil. 332. pro clariori,* si ergo hæc ita se habent nimirum & a fortiori quod mulier etiam sine cessione hæredum mariti mortui possit agere etiam contra nomina debitorum, & hæc sunt ita vrgentia quod responsionem bonam non patiantur, & sic ante *in l. 3. titulo 13. numer. 19.* sic tenui contra Auend. & Didacum Perez, quamuis ibi in iuribus incorporalibus aliud esse dixerim, nunc autem lauius considerando idem esse crederem in nominibus debitorum & iuribus incorporalibus, sicut in alijs bonis, nam ex legibus nostris medietas lucrorum omnium sine distinctione in vxorem transfertur in dominio & possessione, & ex

dicta l. 6. potest vxor tanquam lucrata quærere & ad hoc censetur habere mandatum, ergo vera est hæc nostra opinio, nec obstat *l. 3. ff. pro socio*: vbi nomina debitorum adquisita per vnum socium, non communicantur actione pro socio, nisi cedantur, quia id verum est, nisi aliud per legem sit dispositum, prout per leges nostras dispositum reperitur, quoad virum & vxorem tam quoad dominium, quam quoad possessionem. Item dato quod non communicarentur actione pro socio, actione nostrarum legum sunt communicata, item *ex dicta l. 6.* & *ex dictis* recuperatio debitorum datur alteri socio ea non adquirenti, igitur tenendum est indistincte sine cessione vxori adquiri medietatem lucrorum, & competit remedium possessorium ipsi vxori pro recuperatione suæ mediæ partis debitorum vel iurium incorporalium, sicut aliorum bonorum immobilium acquisitionum durante matrimonio: Item si Auendañus & Didacus Perez *vbi supra* fatentur quod si mulier est contenta in instrumento potest petere iura & nomina debitorum, ergo non in cessione hæredum mariti vis facienda est, quia si facienda esset, etiam tunc cessio requireretur. Item quia huiusmodi ficta traditio ꝑ ex actu in ita societatis habet vim constituti, *vt sentiunt glossa. & Doctores in l. 2. ff. pro socio probat Tn aquellus de constituto. parte 2. ampliatione 32. numero 6. in fine & Couarruias Variar. cap. 19. num. 2. & Matienço, hic, glossa 3. numer. 19.* vbi tamen adest constitutum cessat regula. *dicta l. 3. ff. pro socio*, secundum Molinam, *de Primogenijs, libro 4. cap. 2. numero 33. & 36.* vbi numero 39. inquit ex constituto in corporalibus cessionem fieri, & cum *vt dixi* ex hac ficta traditione, dominij constitutum censeatur adesse, ergo & cessio adest, & sic omnino remanet destructa opinio Auendañi, & Didaci, Perez, & hæc nostra optime corroborata, quam sic non reperies per alium tactam neque axaminatam. Sed an res à marito retracta ꝑ ex vi retractus consanguinitatis habenda sit vt lucrata, ita quod in ea vxor medietatem habeat, Auenda. *responsio 39.* octo fundamentis tenet quod sic, Didacus tamen Perez, *in l. 4. tit. 4. lib. 5. Or. pa. 165. versi. dubium censeris olet, cum sequentibus*, inquit quod non & *in pag. 166. columna 1. in fine* allegat alios idem tenentes in simili casu scilicet, quoties vsus fructus rei, quam in proprietate vxor ad matrimonium adduxit, quod non acquiratur medietas vsus fructus consolidati viro, etiam si durante matrimonio fiat consolidatio, quia venit extra rem & extra operam & industriam, sicut in augmento rei ex cursu temporis proveniente, quod nec de hoc etiam datur pars aliqua viro, sed totum accrescit vxori cuius erat res, & è contra viro si sua erat, & sic in vtroque casu tenet Couarruias, *in 4. parti. 2. capit. 7. §. 1. numero 9.* & Antonius Gomez *Tomo 2. capit. 15. numero 19.* & glo. *o estimada, in l. 18. titulo 11. partia 4.* vbi inferet ex hoc an idem sit in re per matrum ante matrimonium vendita cum pacto de redimendo, si matrimonio iam constate redemit eam. Et quid in re, quæ vir vsucapere incepit ante matrimonium & eo constante vsucapta, ꝑ & in hoc cum Pala. Rub. reliquit cogitandum Couarruias *vbi supra numero 10.* cui conuenit questio facta per Didacum Perez *in dicta l. 4. titulo 4. libro 5. Ordina. men. pagina 167. columna. 2. versicul. quid autem erit*

quoties maritus emit domum ante matrimonium cum titulo & bona fide à non domino, quam matrimonio constante cursu temporis adquisit an sit communicanda cum vxore, quæ per ipsos videri possunt, quia late in ijs insistant vt ad alia properemus, & in retractu adhæreo opinioni de Auenda. in alijs vero ipsorum Doctorum opiniones placent, quidquid velit Montalius. *l. 1. tit. 3. glossa per medio columna 3. versiculo, unde not. libro 3. Fori.*

Ibi, *Donadio de Rey.* Ergo aliud in donatione ab alio quam à Rege facta dicendum erit, nam inclusio vnus est exclusio alterius. *l. cum prætor ff. de iudi. c. nonne, de præsumptio.* & limitata dispositio limitatum producit effectum *l. age C. de transactio.* nihilominus tamen idem dicendum est in donatione * à quocunque facta, nam non communicatur inter socios *ex text. in l. nec adiecit ff. pro socio. l. si fratres in principio in illis verbis, quod alius de quaerint, in commune non redigetur. ff. eod. Baldus in l. cum oportet. in principio C. de bon. qua liberis. & Didac. Perez in l. 1. gloss. e si fuerit, titulo. 4. libro 5. Ordi. pagina. 159.* & rationem assignat Matienço, *in l. sequente gloss. 4. scilicet, quia causa finalis lucri coniux, cui fit donatio, præsumitur siquidem inter coniunctos potius ex naturali affectu quam ex alia causa donationem fieri, vt l. 2. §. fina. ff. de donatio l. creditor §. 1. ff. mand. quare donatario acquiritur solum, cum eius contemplatione donetur vt dictum est ex dictis legibus & ex dict. l. 3. infra eo. expressa ad hoc.* Ex qua quidem ratione inferri posset, quod si consanguineus mariti contemplatione ipsius mariti aliquid donaret eius vxori, ipsi marito solum acquireretur, *ex dictis per Clarum, libro 4. sentent. §. donatio. questione 10. numero 2. & melius Palatinus Rubens in Rubrica §. 45. cogita latius, nam lex 3. infra eo generaliter loquitur in donatis per quemcunque propinquum, aut amicum nulla distinctione facta, & est hæc mea noua consideratio ad hanc legem, quam vsque nunc à nemine vidi factam, & in l. 3. sequente in gloss. o de pariente, latius repeto.* Sed an lex nostra procedat in donatione remuneratoria, Didac. Perez *vbi supra pag. 158. in fi. & pag. 159. col. 2.* tractat, & Matien. *in l. 3. infra eo. in glossa. 4. in fine.* voluit se remittere ad Arium Pinnelum *in l. 1. parte 3. num. 60. versiculo probatur 2. & sequentibus C. de bonis maternis & per Couarruias in capit. cum in officijs numero finali ad finem de testamentis per ipsos videbis, & per Suarez hic in 3. limitatione, versiculo neque obstat si dicas, Et in donatione regia, de qua in ijs verbis nostri text. mentio fit, vide late Suarez in titulo de las ganancias 7. limitatione, & Tellium lege 16. Tauri, numero 14. & id erat de quo dubitabat Rebuff. in 2. Tomo constit. Franc. titulo vt benefic. ante vac. articulo 2. glossa. finali folio 355. de quo in nostro Regno ex lege nostra non est iam dubitandum, & Matien. hic, eam ampliat sub glossa 4. numero 2. ex Rodrico Suarez, *vbi supra, vt id procedat etiam si contemplatione societatis Rex faceret dictam donationem vni ex coniugibus. Aliam rationem assignat Montalius, in l. prima, in glossa de Rey tit. 3. lib. 3. Fori.**

Ibi, *A quien lo diere, Similis in l. 6. tit. 10. infra hoc lib. & hoc est quia lucra personalia non communicantur, secundum gloss. magnam, ita ad legem nostram*

nostram notantem, in l. 3. titulo 10. partia 5. quæ est alia ratio ultra eam, quam in gloss. supra proxima adnotauimus, non tamen procedit hoc in casu l. 6. titulo septimo supra hoc libro, vbi dixi in gloss. finali. Et an transmittetur medietatis huius acceptatio ad hæredes vxoris, si per ipsam non est acceptata, 26 *vide Pinelium in l. 1. C. de bonis maternis, 1. parte, numer. 36. & 37. & hæc pro hac lege.

S V M M A R I V M.

- 1 Acquestus nomine quid comprehendatur, num. 1.
- 2 Legitima in vita patris licet non debita est, tamen quasi debita, 2.
- 3 Differentias contractuum & vltimarum voluntatum remissiuè, 3.
- 4 Declaratio l. sed & si adijciatur, ff. pro socio, num. 4.
- 3 Lucrum est genus, quæstus vero species, 5.
- 6 Amicus reputatur vt consanguineus, 6.
- 7 Donatum vxori à consanguineo mariti ob contemplationem mariti, cuius eorum an vero amborum erit 7. cum tribus sequentibus, & num. 10. resoluuntur.
- 8 Donata vxori mariti contemplatione mariti sunt 8. & è contra resoluuntur in num. 10.
- 9 Donatum socio etiam occasione societatis cedit ipsi donatario, 9. vbi quid in donatis ambasiatori.
- 11 Regula interpretandi dispositiones testatorum aut contrahentium & aliorum, num. 11.
- 12 Legatum relictum Episcopo, quando censeatur intuitu Ecclesiæ, 12.
- 12 Marito mortuo, si eius consanguinei contemplatione ipsius mariti aliquid donent vxori, an erit hæredis, num. 12.
- 13 Damna propter societatem obuientia sunt communia, secus si propter personam contemplationem obuenerunt, 13.
- 14 Donatum marito existenti in bello communibus expensis, mariti & vxoris sunt lucra, n. 14. declara vt ibi.
- 15 Fructus etiam Castrensium, vel quasi Castrensium bonorum communicantur inter virum & vxorem, licet bona vnde proueniunt non, num. 15. & 16. & ibi quid si sunt fructus pecorum vel ancillarum, vsque ad 19.
- 17 Correcta est l. 20. titulo 11. partia 4. per nostras circa partus ancillarum, 17.
- 18 Partus ancillarum licet non computentur inter fructus, computantur tamen inter redditus, 18.
- 19 In venditione gabelle fructuum non venit vsus fructus hominum qui nascuntur, 19.
- 20 Protocolla tabellionis mortui an sint communicanda cum vxore eius, 20. vsque ad 21.
- 21 Fructus non est quod non renascitur, 21.
- 22 Fructus bonorum paraphernalium an communicantur, 22. & ibi quod maritus est hodie administrator eorum sicut dotalem.

- 23 Bona mariti sunt tacite obligata pro paraphernalibus, licet non detur pro eis prælationis priuilegium.
- 24 Maritus an teneatur pro consumptis paraphernalibus, 24.
- 25 Fecundum obueniens post contractum matrimonium an sit paraphernale, 25.
- 26 Vxori an detur medietas iuris præsentandi constante matrimonio adquisiti, 26.
- 27 Fructus primogenij communicantur inter virum & vxorem, etiam mortuo marito, dum tamen, vt num. 27. vbi quod cessant hodie dispositiones antiquæ circa hos fructus diuidendos.
- 28 Fructus bonorum in locatione remanentium mortuo marito an diuidantur, 28.

Lex 3. & 4.

S V M M A R I V M.

Casus in quibus bona lucrata constante matrimonio non communicantur inter maritum & vxorem declarant hæc leges, quæ sunt declaratorie præcedentium. Et sunt leges Fori 2. & final. titulo 3. libro tertio Fori.

Ibi, De herencia de padre o de madre. Nam cum nomine acquæstus illa tantum * comprehendantur, quæ ex industria hominis, & opera, & solertia, vel industria per alterum coniugum constante matrimonio adquiruntur, vt satis notatur, ex l. quæstus, ff. pro socio, & verbum acquirere lucrari est, capit. transmissa, & capite pastoralis, de decimis. Ancharranus consilio 65. columna prima, numero primo, libro primo, & hæreditas parentum iure nature, rationeque naturali debetur filijs, iuxta illud apostoli, filius, ergo hæres, capite si pater, de testamentis in sexto, & quamuis non sit verè debita legitima in vita patris, est tamen quasi debita, secundum glossam in l. 3. C. de iure & fact. ignor. quam commendat Segura in repetitione l. 3. §. finali, numero 115. ff. de liberis & posthumis, & ibi Additionator. & sic ex industria, opera vel solertia vxoris, aut viri hæreditatem accipientium patris aut matris, vel alterius propinqui, aut amici non acquiratur hæreditas, ideo nimirum si nõ communicetur inter maritum & vxorem, siue proueniat ex testamento vel ab intestato, ex textu in l. si societatem, C. pro socio. & sic appellatione acquæstus non venit hæreditas, ex l. nec adiecit, ff. pro socio. & ex glossa in dicta l. quæstus, ff. eod. tit. Et sic constitues differentiam inter contractus, & quasi contractus, donationes, & vltimas voluntates, quia habita ex contractu oneroso constante matrimonio communicantur, non tamen lucra habita ex titulo lucratiuo donationis, vt in legibus præcedent. & in presenti, neque ex causa testati vel intestati, secundum legem nostram, & hæc est vna de differentijs inter contractus, & vltimas

3 & vltimas voluntates, & aliàs † vide per Decium in l. cum quid, numero 42. ff. si certum petatur, & Ad-
ditionatorem Segura, in repetitione, l. si ex legati
causa, numero 11. vsque ad 56. ff. de verborum obli-
gationibus. Sed contra supra dicta videtur, † text.
in l. sed & si adijciatur, ff. pro socio. ex quo colligi-
tur, vt inquit glossa 1. lege septima, titulo 10. par-
tita 5. quod verbum, *lucrum*, inducit genus, &
sic non solum actus quæstuarij continentur, sed
& etiam illi qui non sunt quæstuarij, ergo & sic
dicendum in nostro casu, sed faciliter difficultas
diluitur, nam in nostra materia simpliciter est
contracta societas, & tunc solum actus quæ-
stuarij comprehenduntur, sed cum adijciatur per
contrahentes velle esse socios, & in lucris, tunc
etiam in non quæstuarijs contracta censetur socie-
tas, sed & adhuc videtur instandum, maximam
hanc ex d. l. sed & si adijciatur, colligi non pos-
se, ibidem enim nihil amplius operatur verbum
lucrum, quam verbum quæstus, ergo non potest
dicta doctrina abinde colligi, sed nihilominus
est dicendum colligi clarissimè, nam ideo ibi
nihil operatur verbum *lucrum* vltra verbum quæ-
stum, quoniam *lucrum* est genus, * & quæstus
est species, & restringitur significatio lucri, vt
intelligatur quæstus, ex eo quod statim post genus
apponitur species ipsi generi, & ideo ponitur ex-
positiuè, vel determinatiuè, ita Bartolus in l. qua-
situm, §. finali, numero sexto & septimo, ff. de fundo in-
strueto, ex quo clarè desumitur quod si verbum
lucrum non esset ibi appositum restrictiuè, omne
lucrum acquisitum etiam vltra actus quæstuarios
comprehenderet, & sic maxima dicta optimè de-
sumitur per illam glossam 1. dicta l. 7. ex dicta l. sed
& si adijciatur.

Ibi, O de donadio, Vide quæ diximus in l. prece-
dente, in glossa donadio de Rey. & vidi post hæc Bur-
gos de Paz Iunior, quæstione 11. per totam, de ijs dif-
ferentem.

Ibi, Amigo, Hic habes textum, expressè pro-
bantem, amicium ac vt propinquum † & consan-
guineum reputari, nam vt habetur Proverb. 18. Vir
amicibilis ad societatem magis amicus erit quam
frater, & Ecclesiasti. 6. Amicus si permanerit fi-
xus erit tibi quasi coequalis; & ibid. Amicus fi-
delis protectio fortis, qui autem inuenit illum,
inuenit thesaurum, & iterum cap. 14. ante mortem
bene fac amico tuo, amicitiaque habet effectum
fraternitatis, ex l. nemo dubitat, §. 1. ff. de heredibus in-
stituendis. in hæc verba, (qui frater non est, sed fraterna
charitate diligitur, rectè suo nomine sub appellatione
fratris, hæres instituitur) l. verum in principio, ff. pro
socio, & plura diximus de amico, in l. 34. tit. 6. lib. 3.
supra numero 3. cum sequentibus aliquibus, vt dixi-
mus magnam amicitiam consanguinitati compa-
rari, & cum consanguineo comparatur amicus
mirum non est, si ob hæc specialem causam ab
amico hæres institutus, vel donatarius effectus nõ
communicet hæc cum socio, prout hic disponitur.

Ibi, O de pariente, Sed an debeat esse consan-
guineus illius coniugis, cui donatio vel legatum
fit, an verò sufficiat & idem sit, quod sit consan-
guineus alterius coniugis, & attenda nostra lege,
idem in vno quod in alio dicendum, cum sub per-
sonæ donatarij contemplatione censetur donatũ
& legatum, licet lucri societas fuerit occasio. Ex
quo semel in facto habui consulere, an id quod

donatur vxori à consanguineo mariti sit vxori ap-
plicandum, an verò marito, vel erit multiplicatum
† durante matrimonio; & sic inter eam & hære-
des mariti diuidendum, & antequam ad quæstio-
nem deueniam, excludendus est casus indubita-
bilis, scilicet quod non erit multiplicatum, quia si-
ue sit adquirendum marito, siue vxori, non est cõ-
municabile: Et hoc sic supposito, videtur quod de-
beat esse mariti, nam omnia data, vel donata vxori
à consanguineis mariti eius contemplatione, * vel
in dubio quando hoc percipi potest ex qualitate
rerũ, videntur donata ab ipso marito, & ipsi ma-
rito queruntur, text. est formalis in l. sed si plures, §. in
arrogato, ff. de vulgari. text. in l. cum oportet, & ibi
glossa ordinaria, & communiter Doctores, C. de bonis
qua liberis, text. in lege quinta, titulo decimo-septimo,
partita quarta, & ibi gloss. per rason, & idem è con-
trario donatum sponso & marito contemplatione
sponsæ & vxoris, erit sponsæ ipsius, non verò mari-
ti, ex text. in l. si mater vestra, C. de donat. ante nupt.
& hæc est communis sententia, vt constat ex Iulio
Claro, lib. 4. receptarum sentent. quæst. 10. numero 2.
§. donatio. tradit latè Palatius Rubeus in Rubrica, §.
45. per totum, vbi plura in propositum adducit, se-
cundò & pro hac opinione facit text. in Authentica
in donat. C. de secund. nupt. vbi habetur quod si
mulier recepit donationem propter nuptias ab a-
liquo tertio pro ipso marito, quod tenetur eam fi-
lijs illius matrimonij reseruare, tanquam si ab ipso
marito processisset, & ibi notant Doctores, text.
in Authentica de nuptijs, §. si verò expectet, in fine,
ibi & non decernimus & c. collatione quarta, ergo in-
distinctè ea quæ fuerint data vxori à consangui-
neis viri, eius contemplatione vel è contra debent
reseruari, & sic ex hoc themate inquit Capra,
confi. 31. quod dispositio l. hac editali, C. de secund.
nupt. præsumens summam, quam vxor potest dare
in dotem secundo marito, seruanda est, etiam si
mulier non det marito, sed alteri eius amico, se-
quitur Decius & relati per Baetzam, de dotibus, ca-
pit. 30. numero 4. neque obstat quod Roman. con-
sil. 405. incip. præsuppositis, dicat quod iura in pri-
mo fundamento allegata loquuntur in donatio-
ne propter nuptias, & non in alijs, quia certè text.
in dicto §. si verò expectet, in fine, loquitur tam in do-
nationibus ante nuptias, quam propter nuptias,
& apertè videtur comprehendere omnia, quæ dan-
tur occasione matrimonij, præsertim cum in om-
nibus eadem ratio contemplationis mariti detur:
Pro contraria verò parte, imò quod sit vxoris tale
donatum in l. præcedente considerati generalita-
tem nostri text. non distinguentis, detur necne
contemplatione mariti, vt vxoris cui donatur sit,
& sic nec nos distinguere debemus. Item quia
quod donatio facta vxori à consanguineis mariti
videatur facta ipsimet marito, istud est per fictio-
nem & iuris præsumptionem, vt in l. adition. in fine,
ff. de acquirenda hereditate, & in l. cum oportet, ver-
siculo primo de bonis qua liberis, iuncta gloss. in verbo
ex eius substantia, ergo dispositio generalis, prout
lex nostra quæ semper in potiori & difficiliore sensu est
accipienda, non est declaranda per casum fi-
ctum, vel præsumptum. Item facit gloss. in l. vt
liberis, verbo in ipsos, Cod. de collatio. ex qua pro-
batur quod res sponsæ meæ donatæ à fratre meo
statim efficiuntur vxoris & sponsæ meæ, quam
ad hoc dicit singularem Palatius Rubeus, in
Rubrica

Rubrica, §. 44. numer. 1. vbi numero 2. versiculo hoc idem videtur, pro hac opinione considerat generalitatem nostri text. & videtur ibi hanc opinionem velle, quem certissimè nondum videram, quando legem nostram pro ea consideravi: Item pro hoc considero textum in *l. socium qui. §. final. ff. pro socio*. vbi secundum communem lectionem probatur, quod si donatur socio occasione societatis, ex quo tamen donatur personæ, cedit ipsi soli donatario,* & non societati, vt eum considerat in proposito Suarez, *in titulo de las ganancias, 3. limitatione paulo post principium, & verum in 7. limitatione, & rationem assignat Bartolus in ea. l. socium, in fine*, quia occasio est causa remota, ideo non consideranda, & sic contemplatio mariti, quæ est occasio dandi, tanquam causa remota, non est attendenda, veluti si socio à principe fuit castrum donatum, quia veniens ad Curiam pro negocijs societatis, complacuit Regi ex quo sibi fuit facta donatio, erit suum donatum & non societatis, *secundum Pala. Rub. in Rubri. §. 65. numero 65. vbi optimè loquitur in propositum, & gloss. magna in l. 3. titulo 10. partita 5.* & idem si donatio fuit facta ambafiatori vel legato alicuius prouinciæ, vt per *gloss. l. qui proprio, §. procurator. vt in ceteris, & ibi Bartol. & DD. ff. de procur. & Pala. Rub. vbi supra, §. 45. numero 6.* Quid igitur erit in hoc dicendum, præsertim quoad propositum nostræ legis, & in ista cōtrarietate, ego tres casus distinguem;* Primus, cum constat propter ipsum maritum, & non aliter, donationem fuisse factam eius vxori per consanguineum mariti, & tunc procedat prima opinio quod tale donatum marito adquiratur: Secundus casus est, quoties constat ipsi vxori solum donationem talem fieri, quia tunc personæ eius facta videtur, & sic procedat secunda opinio, *& ita loquitur expresse gloss. in ipsos, in dict. l. vt liberis, & dicta l. sociam qui. §. si. prout intelligit ipse Pala. Rub. in dicto §. 45. num. 6.* & sic procedunt dicta per eundem Palac. Rub. *in dicto §. 44. vbi in versic. hoc tamen intelligo*, ita tenet & declarat, & ibi hos duos casus constituit: Tertius verò casus erit quoties sumus in dubio an voluerit ipsi soli vxori donare, an verò contemplatione mariti, & tunc teneo cum opinione Angeli, *in dicto §. in arrogato. relata per Pala. Rub. in dicto §. 45. numero 8.* scilicet, quod quando fuit donata res vel materia marito conueniens, vt puta arma vel equus, vel similia, marito donatum censeatur, & idem si erat res indifferens, quæ ita vxori sicut marito competere poterat, si res est in eodem statu, vt quia non est incissa ad alicuius vsum, secus si res donata solum vxori conueniebat, nam tunc ipsi soli & non marito applicatur, & ita ex qualitate rerum est coniecturanda mens donantis, & considerationes Alexand. contrarium tenentis, relata per Pala. Rub. *dict. §. 45. nu. 8. & 9.* mihi non satisfaciunt, quin concordia hæc non sit tenenda, vel secundo hic tertius casus declarari potest, quod si in loco illo adest consuetudo donandi consanguineos mariti vxori, & è contra, & quod sic donata sint propria illius cui donantur, valebit hæc consuetudo, & sic verificetur secunda opinio, secus verò vbi non adest talis consuetudo, nam tunc seruabitur prima opinio: Et pro prima concordia ex Angelo, contra Alexandrum facit, nam hæc est vera & propria regula interpretandi dispositiones testatorum aut contrahentium, &

aliorum,* vt iuxta naturam rei, materiam subiectã, ¹¹ & regulas iuris intelligantur, vt per *Didacum Couarr. in pract. cap. 38. numero 12.* & quidem ex qualitate rei legata colligitur coniectura voluntatis, nam licet legatum relictum à consanguineo * Episcopo præsumatur relictum intuitu personæ, non Ecclesiæ, *c. requisisti, de testament.* hoc tamen locum non habet, si testator legauerit calicem vel patenam, vel tintinnabulum, quia tunc ex qualitate rei legata præsumitur legatum relictum Ecclesiæ, vt dicunt magis communiter Doctores *in dicto cap. requisisti, & ita testatur & sequitur Soci. Senex. in l. in ciuibus, numer. 14. in fine, ff. de rebus dub.* similiter etiam per contrarium, quamuis legatum relictum Episcopo ab extraneo, intelligatur esse relictum contemplatione Ecclesiæ eique adquiratur, *dict. capit. requisisti*, id tamen non habet locum, quando aliud ex qualitate rei legata conijci potest, veluti si quis legauit prælato falconem, vel cures, vt tradunt Doctores, *dict. capit. requisisti, & Soci. vbi supra, numero 15. & refert Mantica, de cōiectur. vltima. volun. li. 6. ca. 12. n. 4.* & sic vides quod cessante dicta consuetudine secundæ concordia, tenenda est prima concordia Angeli, inter istas opiniones quicquid Alexan. voluerit. Et cui incumberet probare probationem affectionis cōsanguinitatis, & contrariæ qualitatatis, tradit Alciat. relatus per *Couarr. in dict. cap. requisisti, num. 9.* Quid tamè si post mortem mariti aliquis ex mariti consanguineis, vel alius donat vxori rem aliquam contemplatione ipsius mariti, an adquiritur res illa hæredibus ¶ mariti, & videbatur quod sic, quia hæredes personam defuncti representant, ergo sicut marito si viueret, deberetur, sic & eius hæredibus eo mortuo, sed contrarium verius videtur, cum tunc cesset causa propter quam, & cum cesset, cessare etiam debet dispositio, nam quoties aliquid fit, alicuius causæ contemplatione, cessante causa illa, cessat illius causæ dispositio & contemplatio, *ex dictis per Doct. maximè Tiraquell. in capit. cessante causa, de appellation. maximè num. 197. cum 3. sequentibus, in principio illius tractatus,* præsertim si in tali donatione vel legato fiat mentio meritorum ipsius vxoris, nam tunc ob eam solam fieri videtur donationem illam *argum. traditorum per Tiraquell. in l. si unquam, verbo donatione largitus numer. 77. C. de reuo. donatio.* quod, tu latius considerabis.

Ibi, *En huelle en que vaya por su soldada.* Habere potuit hæc dispositio fundamentum à *l. socium qui in eo. §. socius, ff. pro socio*, vbi est casus quod damna & lucra contemplatione societatis obuinentia sunt communia, secus si contemplatione personæ obuenerunt, licet * societas fuisset occasio lucri, & quia lex nostra non ita considerat contemplationem personæ, sed quod eat cum soldata ad bellum & regis seruitium, vel sine soldata, expensis tamen communibus mariti & vxoris, ideo melior videtur lex *si fratres, §. idem Papinianus, aliàs est, si inter fratres, ff. pro socio*, quæ loquitur de salarijs & stipendiarijs, prout nostra lex loquitur, & inquit lex illa *si fratres, in illo §. Papinianus.* (quod si inter fratres voluntarium consortium initum fuerit, & stipendia, cæteraque salaria in commune redigi iudicio societatis) & intelligitur ille text. de stipendijs & salarijs, quæ dantur militibus & vexillarijs, vel similibus, quæ in Castrensi peculio compu-

- computantur, & sic est ibi casus singularis, quod illa stipendia seu salaria veniunt communicanda, & intelligit *ibi* gloss. quando fuisset eo modo celebrata societas, vt ex quacunque causa quæsitum communicarent, secus si simpliciter *per l. coiri. ff. pro socio*, & sic est ille casus notandus ad concordiam, ita iura hæc in propositum nostræ legis considerat Suarez, *hic limit. tertia in principio*, verumtamen quia lex nostra non tantum stipendia & salaria regis vel militiæ bellicæ ipsius mariti esse probat, quoties maritus bellum vel regis seruitium adiit cum soldata, sed & omne aliud, quod ibidem lucratus fuerit, vltra salaria, in ijs verbis. *Aya lo todo quanto ganare por suyo*. Et qui totum dicit, nihil excludit, *c. si Romanorum 19. dist.* ideo plus placet ratio & consideratio, *ex tex. in l. cum oportet. in principio. C. de bon. qualib.* scilicet, quod cum stipendia hæc & salaria, & omnia quæsitia in bello Castrensis reputantur, & itidem illa quæ in regij seruitio adquirantur *ex text. illo, & ex l. 6. titu. 17. par. 4.* sunt propria illius qui ea acquirit, ideo nimirum quod cum vxore non communicentur, cū moderamine tamen à legē nostra inducto iustè & iuridicè, dum tamen pro tali seruitio & bello, maritus regijs aut bellicis stipendijs sustentetur ibidem, sed si expensis communibus mariti & vxoris sustentaretur, tunc quia qui sentit onus, debet & commodum sentire, *ex iuris regula, qui sentit, de reg. iur. in 6. & ex l. ab eo. C. de fideicommiss.* & cum communibus expensis maritus sustentetur, mirum non est, si in hoc secundo casu lucra abinde obuenientia, & stipendia communicentur inter virum & vxorem, etiamsi de talibus Castrensibus bonis proueniant, & hæc est mea & vera ratio decisionis istius, & à nemine, quem viderim, considerata: Et hæc etiam consideranda sunt & declaranda, vt non procedant, quoties per viam donationis
- 14 † tali marito existenti, etiam communi expensa in bello vel in regis seruitio acquireretur, nā tunc suum proprium erit, quia tunc deficit opera & industria quæstuarua, *vt ex l. nostra probatur clarè, & iterum ex l. 5. infra eo. nostra declaratoria, & ex text. in l. hereditatem. ff. de cast. pecul. traditur per Montanum. l. 1. titu. 11. partita quarta, & l. 6. titu. 16. partita 3.* quod intelligit Suarez *hic in dict. 3. limit. versic. succedit nunc, usque ad finem illius limitationis*, quoties hæc donatio est simplex & mera donatio, secus si esset remuneratoria ob seruitia & merita, nam tūc communicabitur cum vxore, si communibus expensis maritus *ibid.* adest; prout semper in curia regis & eius seruitio adsunt, non enim sufficit stipendium pro sustentatione, & sic expensis communibus sustentantur, præsertim cum mulier remaneat in domo gubernando & procreando filios, & se habendo in administratione domus, vt *ibidem* inquit ipse Suarez, qui licet semel cogitandum reliquerit, tamen *in fine illius 3. lim.* id per tres conclusiones tenet & declarat. Secundò, limitatur nostra
- 15 lex quoad fructus, nam illorum * comunicatio fit etiam si à Castrensibus, vel quasi Castrensibus bona proueniant, ex quo infert notandum ad salaria iudicum & alguacellorum, de quibus *& in hac l. & etiam in l. 3. infra eo.* dicemus.
- 16 Ibi, *Aya lo todo*. Fructus tamen talium † rerum communicandi sunt inter maritum & vxorē etiam si res ipsæ non communicarentur, *ex l. 4. & 5. infra à isto tit. nostra l. declaratoria*, in cuius propositum alia
- qua adducuntur per Doctores *hic*, & Baeçam *de decima tutorum cap. 25. num. 24. & cap. 30. num. 17.* adeò vt & si sint fructus pecorum prægnantium tempore soluti matrimonij, sunt diuidendi per dimidium inter maritum & vxorem, vt bona lucralia, tum quia industriales sunt, *secundum quod tenet in propositum Montan. in l. 10. titu. 4. lib. 3. fori. gloss. 1.* tum etiam quia lex nostra 4. & 5. loquuntur de fructibus mobilium, quorum appellatione semouentia continentur, *vt l. mobilium. ff. de verb. sign.* & sic pendendum etiam fructuum fiet hæc diuisio per dimidium inter coniuges & eorum hæredes, *secundum quod infra dicemus*: & ideo lex 11. titu. 4. libr. 3. fori iubens, quod si res vnus ex coniugibus vendatur, & ex pretio ematur alia, fructus percepti ex re empta sunt communes, quātumuis ipsa res subrogata non esset inter coniuges communicanda, & per legem nostram in hoc lex illa fori remanet approbata & confirmata, & illam l. fori allegat Tiraq. *de retract. Linagiel. §. 32. gloss. 1. num. 12.* vbi & Pala. Rubios etiam allegat de ea tractantem, & est notandum quod illius legis fori distinctio per nostram legem & duas sequentes cessat in locis vbi non est vñtata, *de quo dicemus infra hac gloss. numer. 27.* Prout & cessat l. 20. titu. 11. part. 4. * probans 17 partus ancillarum non esse mariti, nisi in se periculum damni & mortis recipiat, neque pecorum, nam hodie *ex text. nostro & sequentibus*, siue maritus in se recipiat periculum ancillarum & pecorum, partuseorum erunt communes mariti & vxoris, sicut alia bona lucralia, prout expressè notauit Villalobos, *in arario com. opin. litera D. numer. 236.* per textum nostrum, quem voluit in hoc allegare, nam licet partus ancillarum inter fructus propriè non computentur, inter redditus tamen computantur, * *vt per Baeçam de decima tutorum, cap. 23 18 numer. 10. & 13.* & sic veniunt communicanda vt lucralia inter coniuges, contra quod videtur etiam facere text. *in l. 23. titu. 31. part. 3.* probans expressè, quod cū ad seruitium hominis sint omnia procreata, non esset iustum, quod ipse homo inter vsum-fructum numeraretur, *vt & probat text. in l. in pecudum. ff. de usuris*, & circa hoc adfuit maxima contentio inter Doctores *secundum Menochium de arbitrar. indi. lib. 2. centuria 2. casu 49. numero 7. cum sequentibus*, est enim homo dignissima creatura, *vt l. iustissimè. ff. de ad. edic.* & fuit hæc vetus quæstio, secundum gloss. *in ea. l. 23.* ex hoc inferens, quod in venditione gabellæ fructuum † non 19 venit vsus-fructus hominum qui nascuntur, & sic correctio dicta inducta per Villalobos, *vbi supra* non caret serupulo quoad partus ancillarum, licet quia inter redditus numerantur, posset procedere eius opinio, cū in effectu negari non possit, quin durante matrimonio sit acquisitus partus, hic & per consequens lucrum, & non augmentum iudicandus, & lex illa 23. loquitur, quoties alicui est relictus vsus-fructus, quod secus considerandum est, & longè à lucratis, durante matrimonio, dubitatione tamen non caret: sic & eodem modo dubitari potest de protocolis tabelionis † mariti mortui, an medietas eorum mulieri 20 adquiratur, & videtur quod non, quia inter fructus non numerantur protocolia hæc, nam non dicitur esse in fructu quod non renascitur, † *secundum 21 Bar. in l. diuortio, §. si vir in fundo, & ibi Alex. numero 5. ff. sol. matr.* Ex quo ipsi *ibidem* inferunt quod

quod si maritus legauit vxori vsumfructu omniu bonorum, id quod colligitur ex exemplationibus protocolorum mariti, ad vxorem non pertinet, ita Barto. vbi supra, & alij relati per Baecam, de decima tutorum cap. 25. numero 23. & sic ad vxorem non pertinebit medietas eorum, praesertim attenda lege, 24. colum. fin. versicul. y mandamos, titulo 25. libro 4. supra vbi probatur protoco- tabellionis mortui, aut renuntiatis officium esse tradenda successori eius in officio illo, & sic hac consideratione ita tenebat expresse Auendan. respons. 38. numero fin. Ego tamen in ca. l. 24. in fine, tenui, quod cum illa. l. 24. in dicta dispositione sit declarata per l. 31. titulo 20. libr. 2. supra. vt non procedat in locis vbi consuetudo est, quod mortuo tabellione, aut renuntiante, nam idem est, (ex eo quod lex noua declarans vnum ex casibus aequiparatis per legem antiquam censetur omnes casus aequiparatos declarare) in tali casu vbi adest consuetudo quod registra & protoco- tabellionis mortui aut renuntiantis aestimentur per duos alios tabelliones & sic aestimata successori vel alij ea volenti tradantur in dicta aestimatione, tunc teneo vxorem vsumfructu pecuniae gaudere, imo & potius medietas pecuniae etiam in proprietate erit vxoris, vbi vero non adesset dicta consuetudo procederet opinio illa Auendañi, & tunc procederet vt vxori non adquiretetur medietas protocolorum, quia non sunt fructus, adquiretur tamen medietas illius lucri ex protocolis prouenientis in futurum interim quod successori non traduntur, nam licet vxor relicta vsumfructuaria per maritum tabellionem mortuum non adquirat, nec faciat suam quoad proprietatem pecuniam illam, quae ex exemplationibus protocolorum percipitur, bene tamen poterit frui pecunia tanquam vsumfructuaria non vero tanquam proprietaria, per leg. vsumfructuar. ff. de vsumfruct. & in l. vxori mea. ff. de vsumfructu. legat. vbi quicunque fructus veniunt nec non obventiones. l. usuras. ff. de usur. ista fuit opinio Bald. in l. 1. & 3. versicul. quero an vxor. Cod. de fructu. & l. i. expen. & in l. dimortio. §. fundum. ff. solut. matrimon. & in l. quadam. 4. nihil ff. de eden. Guido Pape, decision. 541. quidam, sic concludit Benedic. in repetit. capit. Raynuntius, in verbo, caetera bona numero 27. de testament. quod vxor non debet habere pecuniam instrumentorum, & protocolorum in proprietatem, sed in vsumfructum, & ita seruari in forensi iudicio, attestatur Rebuffus sic referens, in l. bonorum 49. pagina. 363. in princip. ff. de verborum significat. dicens facere pro vxoribus, quae solent relinqui vsumfructuariae in resortu Tholosano, imo & fortius attentari potest, & vere, quod in locis vbi adest dicta consuetudo, de qua in dict. l. 31. titulo 20. libro 2. supra tunc, quia talia registra & protoco- ex illa l. possunt aestimari & tradi in ea aestimatione successori in officio illo ea volenti, sin minus alteri tradantur sic aestimata, crederem medietatem illius aestimationis adquiri vxori pro medietate tanquam bona lucralia, & hoc videtur velle illa. l. 31. in fine, dum dicit, Para que aquello que cassaren pague el escriuano que succedere a la mu-

ger y herederos del escriuano muerto. Et iterum in illis verbis. La muger y herederos puedan. Quasi expresse lex illa voluerit inter vxorem defuncti tabellionis & haeredes eius aestimationem illam esse diuidendam per dimidium, nam copula illa, y, diuidit per medium inter personas posita, & collectiuum illud, herederos, non potest amplius quam vxor percipere, etiam si essent plures, quia collectiue sunt positi, ex doctrina Bald. in Authent. causa qua. Cod. de episcopis & cleric. numero 4. relata per Rochum, de iure patrona. verbo ipse vel is, numero octauo, & sic illa l. 31. est clara pro hac opinione data dicta consuetudine, praesertim attenda l. quadam. §. nihil interest. ff. de edendo & ibi Bald. & communiter omnibus, teste Auend. dict. respons. 38. num. fin. dicentibus, quod ex eo quod protoco- haec vendi possunt & ad aliquem transferri titulo emptionis vt ille de mandato iudicis exempla faciat, fructus & emolumenta dici possunt, vt omnes fateri testatur Oroscius. in d. l. quadam. §. nihil interest. ff. de edendo, vel saltem id quod colligitur ex instrumentis ijs & protocolis venit appellatione reddituum & obventionum, secundum Angel. in rubrica. ff. de usur. glos. in cap. grandi, verbo de redditibus de supplen. negli. prala. Bo. vi. decisio. 224. num. 5. & Baeca. dict. cap. 25. num. 27. ideo nimirum si pecunia redacta ex dicta aestimatione protocolorum, dicatur lucrum, & inter vxorem & haeredes mariti diuidatur, prout in tali pecunia cadere decimam arharum inquit Auendan. vbi supra, idem Auendañio qui sic debet intelligi in responsor. 9. numero finali. in fine, vbi tamen dicta consuetudo non adesset, tunc quia lex illa. 24. dicti tituli 25. libr. 4. supra, remanet in suo esse, scilicet, quod protoco- omnino sunt tradenda tabellioni successori in officio illo, tunc nihil de eis quaeritur vxori, sicut neque quaeritur haeredibus mariti, & hanc credo meram veritatem & tenendam attentis ijs nostri regni legibus supra citatis, nam illa l. 31. tituli. 20. libr. 2. supra, vt apparet ex eius subscriptione marginali, ibi, & in dict. l. 24. apposita declaratoria est non vero correctoria dictae l. 24. & sic optime per eas dicto modo decidi potest haec quaestio, quam sic decisam per alium non inuenies. Sed an bonorum paraphernalium fructus communicabuntur, † 22 inter virum & vxorem & de iure ciuili non communicabuntur, sed vxoris erant, & eius haeredum, quia ipsa administrationem eorum habebat non vero maritus, secundum gloss. Bartol. & Doctor. in leg. final. Cod. de pact. conuen. & per Bart. & communiter Doctor. in leg. penulti. ff. ad leg. Falcid. teste Gregorio in l. 17. tituli. 11. partit. 4. in glos. todas, hodie tamen de iure regio cum maritus omnium dotalium siue non dotalium, & sic paraphernalium fructus sint communes inter virum & vxorem ex legibus nostris & ex l. 5. infra eod. eorumque maritus administrationem habeat, non est dubitandum de hac quaestione, quin & paraphernalium fructuum fiat per dimidium diuisio inter maritum & vxorem & eorum haeredes, vt inquit Suarez hic in §. final. & Antonius Gomez. l. 53. Tauri numero vigesimo-tercio, versicul. hodie tamen, & Palat. Rub. in rubrica. §. 62. num. 11.

Et gloss. in d. l. 17. tit. 11. partit. 4. verbo todos, Et iterum in l. 6. tit. 11. partit. 6. glos. magna col. 4. in correctionem dicta l. 17. Et Villalobos in arario opinio. com. litera B. numero 59. Et eund. Palat. Rub. in §. 68 numero 16. versic. modo iste, & sic secundum eum ibi, agit super talibus bonis paraphernalibus in iudicio sine assensu vxoris, sicut super dotalibus, ut Et per glo. magnam d. l. 6. Et Couar. lib. lib. 1. cap. 7. in princip. neque tenetur cauere de rato, secundum eos, de iureque maritus etiam intentabat paraphernales actiones vxori competentes si illi vxor instrumenta tradebat, nisi aliter provide- ret, secundum Rebuff. 1. tomo constit. Franc. in presunt. tit. de sentent. prouis. num. 8. & hodie siue tradiderit instrumenta siue non, est maritus eorum administrator: Ex quo & resultat quod cum maritus dictorum bonorum paraphernalium sit administrator & suo periculo bona hæc sicut dotalia maritus administrat, pro tali administratione bona mariti sunt tacite obligata, † ex text. in l. fin. Cod. de pact. conuen. Et ex d. l. 17. titulo 11. partit. 4. ubi glos. todos, ita tenet, Et Anton. Gom. l. 51. Tauri numero 40. Et 41. licet in eis vxor non habet privilegium prelationis, ut & tenet Couarr. d. cap. 7. num. 1. hanc dicens communem, Et probatur ex d. l. 17. in fine, & tradit, Fano, de pignori. 2. parte, membro. 4. numero 13. Et 63. & nu. 64. tradit de hypotheca donationis propter nuptias, & an maritus teneatur * pro consumptis paraphernalibus, vide Anton. Gomez. d. l. 51. Tauri num. 44. versic. Et ex superioribus se offert, & quæ dicantur bona paraphernalia, vide text. in d. l. 17. & an feudum, quod obuenit post contractum matrimonium † dicatur paraphernale, vide Matth. Afflict. decis. Neapol. 44. num. 1. ubi nu. 5. de fructibus paraphernalium tractabat. Et an in iure presentandi durante matrimonio adquisito vxor † habeat pro parte dimidia presentare mortuo marito cum heredibus eius, & inquit quod sic Afflictis in consuet. Sicil. incip. licentiam quæst. 2. primi notabilis, relatus & secutus per Baeçam, de decima tit. capit. 23. num. 21. Et 22. quod indistincte non credo verum, nam ius patronatus est annexum spiri- tuali, & sic emi non potest, sed si maritus ex iure hæreditario, aut donationis illud acquirat, suum est ex legibus nostris, igitur mulieri suæ acquiri non potest nisi daremus casum, in quo maritus ipse constitueret ipsum ius patronatus durante matrimonio, nam tunc procedere posset illa doctrina Afflictis non vero aliàs, & sic post hoc scriptum, vidi per Pala. Rub. in rubr. de dona. §. 62. numer. 23. item 27 & fructus primogenij communicantur * inter virum & vxorem, etiam mortuo marito dum tamen sint tales, quietiam si non essent de primogenijs communicantur, secundum Pala. Rub. in rubrica §. 62. nu. 10. Et Suarez hic relatus Et secutos per Baeçam, ubi supra cap. 24. num. 15. Et vide Ayoram de partitioni. 1. parte cap. 9. num. 6. Et sequentibus. Ex quibus cessant hodie dispositiones & distinc- tiones l. diuortio, & l. de diuisione, & similia ff. solut. matrimon. Et l. 26. tit. 11. part. quarta, du- pponentium qualiter soluto matrimonio fructus bonorum dotalium, vel paraphernalium vxoris, vel mariti essent diuidendi inter eos, & eorum hæredes, nam diuiduntur hodie secun- dum legem nostram inter eos tanquam lucra- lia, cum distinctione. l. 10. titulo quarto, libr. 3.

fori hodie seruata teste Montaluo in l. fin. tit. de las ganancias lib. 3. fori, Et Pala. Rubios in rubri. §. 62. numero 10. Et Bonifacio in peregrina legum partitarum, verbo, dos, in glos. soluti vers. tertio decimo, quamuis sine distinctione esse tales fru- ctus soluto matrimonio communes vt lucralia, restetur gloss. in dict. l. 17. Et in d. l. 6. Et Anton. Gomez. l. 53. Tauri num. 33. versicul. hodie tamen Et Montal. l. 3. tit. 3. libr. 3. fori, in fine, sed re vera non ita indistinctè sunt intelligendi, sed se- cundum dictam l. 10. fori, sunt declarandi dicti Docto. prout expresse voluit Montal. in dict. l. 3. glos. final. in fine, licet fateor quod in locis vbi dicta. l. fori 10. & nostra non seruarentur vel si lu- cra repudiarentur ante vel constante matrimo- nio per coniugem superstitem posset procedere dispositio dicta l. 26. titulo 11. partit. 4. vel vbi vt Cordubæ, non seruaretur dispositio legis no- stræ. vbi tamen lex fori vsitatur, prout in pluri- bus locis seruatur, & communiter seruari dicit Ayora de partitioni. capit. 9. numero 1. partis 1. Et iterum ead. 1. parte. cap. 6. numero 12. tunc eius distinctione sunt declarandæ leges nostræ circa fructus soluto matrimonio remanentes: Et sic male, meo videri, inquit Anton. Gom. in d. num. 33. versic. hodie tamen, dicens quod si matrimo- nium durauit paruo tempore, tunc pro rata tem- poris maritus & eius hæredes fructibus collectis vel pendentibus gaudebunt, nam hæc declara- tio Anton. Gom. est contra legem nostram & dic- tam l. 10. fori, ideo non tenendam, nisi eum intelligas quoties ante matrimonium tales fru- ctus extabant pendentes, & itidem soluto ma- trimonio, nam tunc procedet id quod dicit ibi Anton. Gomez. vel id quod nouissime inquit Ayora in tractatu de partitioni. in princip. cap. 9. numero secundo Et tertio, vbi numero quarto, quid erit si, † locata erat vinea. Et an idem sit circa fructus officiorum regionum, vel aduocato- rum & tabellionum & similitum in leg. quint. sequente videbimus ad quam declarandam pro- gredior.

S V M M A R I V M.

- 1 Officiorum emptorum vxor medietatem esti- mationis eorum habet, numer. primo, Et ibi an Et fructus officiorum non vendi- bilium sit medietas vxoris, vbi de aduoca- tis. num. 2.
- 2 Hereditaria licet non communicentur inter virum Et vxorem, fructus tamen eorum cõ- municantur. 2.
- 3 Castrensium etiam vel quasi communicantur fructus. n. 3. Et ibi an adquisita per aduocatos sint castrensia vel quasi castrensia.
- 4 Meliorationes in re mariti facta constãte ma- trimonio communicantur vt lucra. 4. vbi idem iure vxoris, nisi vt ibi, Et quid tunc estimabitur.
- 5 Intellectus verborum nostritext. y de los otros bienes, num. 5.
- 6 Alienari possunt constante matrimonio bona cõmunicabilia vxori. 6. nam vt ibi n. 7. reuo- cabile

- cabile est dominium eorum uxori acquisitū durante matrimonio.*
- 8 *Maritus an possit donare bona lucrata constante matrimonio. 8. & 9.*
- 9 *Donatarius cui maritus donauit aliqua ex bonis lucratis tenetur de ijs certiorare uxorem & heredes eius ut tantumdem ab heredibus mariti recipiat. 9.*
- 10 *Tutori & administratori liberam administrationem habentibus promissum est donare pro pupillo nobili. 10. declara ut ibi.*
- 11 *Vxor de fructibus etiā non potest constante matrimonio aliquid alienare. 11. ubi etiam si amplam dotem dederit.*
- 12 *Maioratum an de bonis lucratis possit maritus constituere sine consensu uxoris. 12.*
- 13 *Maritus ā potest alienare si mulier est heretica. 13.*
- 14 *Maritus an possit meliorare unum ex filijs ex lucris. 14.*
- 15 *Maritus in testamento & ultima voluntate nō poterit lucralia hęc alienare. 15. & 16. ubi quid in donatione causa mortis.*
- 16 *Renūtiatio facta in ultimo vita spiritu vel in senectute videtur facta in fraude spectantiū. 16.*
- 17 *Maritus & Ecclesie reconciliatus non poterit ab inde alienare lucra uxori suę pertinentia sine eius licentia. 17.*
- 18 *Dolus non est permissus etiam in quacunque generali administratione. 18.*
- 19 *Maritus ludendo aut meretricando an possit lucralia consumere in præiudicium uxoris. 19.*
- 20 *Maritus fideiubendo an præiudicet uxori in sua dimidia lucrorum. 20.*
- 21 *Etiā si quis habeat liberam administrationem non potest fideiubendo dominū obligare. 21.*
- 22 *Vidua luxuriose viuēs perdit partē lucrorū. 22. ubi quādo dicitur luxuriose, in n. 23. remissive*
- 23 *Vidua si post annum luctus luxurietur non perdit usum fructum bonorum filij. 23. ubi & an facultatem ad testandum vel meliorandum perdet.*
- 24 *Vidua stuprum committens an peccet magis quam virgo. num. 24.*

Lex 5. Declaratoria præcedentium.

S V M M A R I V M.

Leges præcedentes non procedunt quoad usum fructū, quoad eū enim à quibuscunq; bonis proueniat debet cōmunicari inter cōiuges, potestque maritus libere durāte matrimonio alienare bona lucralia cessāte tamen fraude: Perditq; vxor luxuriose viuēs mortuo marito partē lucrorū ei pertinētū, et deuoluitur pars illa heredibus mariti.

Tom. 3.

Ibi, *Declarando.* Nota qualiter hæc lex nostra declarando non vero corrigendo procedit, vt intelligas quod non est contraria supra proximis, sed potius declaratoria & limitatiua earum.

Ibi, *Officij de rey.* Si intelligis de officijs venditis ab ipso rege, vt sunt rectorie, vulgo regimientos, vel tabellionatus & officia procuratorum, nihil dubij hoc contineret, neque esset limitatio hæc præcedentium legum, quoniam officia hæc empta durante matrimonio saltem quoad æstimationem eorum communicabilia sunt, & † in eis medietatem æstimationis & valoris habet mulier, vt alibi diximus in tracta. de decurionibus vocato *Curia Pisana*, & sic multo fortius fructus & redditus ac salaria ex eis prouenientia inter maritum & uxorem communicantur, & in ijs nulli dubium. Ideo vt lex nostra sit declaratoria præcedentium & limitatoria earum, quia limitatio debet esse de regula, lex nostra intelligenda est, de ijs officijs regis quæ neque venduntur, neque vendi possunt, neque cedi, prout sunt officia iustitiæ, puta consiliariorū regis, cancellariæ aut Curia, ciuitatum, villarum & locorum regni, hæc enim cum vita ea exercentium, vel voluntate regis extinguntur & finiuntur, & sic non communicantur inter coniuges, quia nihil est quod in proprietate æstimari possit, & quamuis ita sit, nihilominus eorum fructus, redditus, prouentus ac salaria talium officiorum communicantur inter coniuges, sicut aliorū bonorum, prout in expresso tenet Suarez, *hic in 3. limit. pagin. penult. versicul. per dicta vt refert*, quod inquit esse notandum ad correctores & officiales, qui lucrantur multa in officijs, vt hæc cum vxoribus sint communicanda, ex *Bald. in tit. quis dicatur Dux vel Marchio, & in proæmio feudorum colum. 10. & ex l. 3. tit. de las arras, lib. 3. fori, & l. porque acaece, tit. de las partijas y particiones, facit text. in cap. si duo fratres, de duo. fra. de nouo, per quem consuluit Alexan. consil. 49. col. 3. volum. 1. quod licet obtenta iure hæreditario non communicentur inter socios l. coiri. ff. pro socio, & leges præcedentes, tamen fructus communicabuntur, quia illi non dicuntur iam venire* ex hæreditate bonus text. in l. 11. tit. 4. de las particiones, lib. 3. fori, quam in sua dispositione allegauit Tiraquel. de retract. Linagiel. §. 32. gloss. 1. número 12. & idem quod Suarez tenet Palat. Rub. in rubr. §. 62. numer. 18. & Didac. Perez. in l. 2. tit. 4. libr. 5. ordina. pagin. 162. in princip. & Montal. in l. 2. titul. 3. lib. 3. fori, gloss. es communal per totam, qui idem dicunt in salarijs doctorum & aduocatorum, & nouissime Ayora, in tractat. de partitionibus. 1. part. capit. 3. número 5. versic. teneo, & cap. 8. número 16. siue salaria hæc aduocatorum dentur eis de publico siue à partibus, vt communio rem testatur opinionem additio. Ca; ella Tolos. decisio. 10. & tractat hic Matienço gloss. 4. número quarto cum sequentibus, & sic tenendum est legem nostram in ijs officijs intelligendam vt deteruiat de dubio, & limitatio & declaratio sit de regula: & per Couarruū. lib. 3. variar. cap. 19. alia traduntur circa officia regis vendibilia an proprietates eorum communicentur, & non est dubium quod sic, quoad æstimationem vt alibi diximus late.*

Ibi, *Aunque sean de los que el derecho tuuo por quasi castrenses.* In ijs enim maus dubium esse poterat, cum præcipua sint maritorum hæc acqui-

C c 2

rentia,

rentia, nam & in ijs inquit lex nostra quantum ad fructus legem præcedentem præcedere, * nam dictio illa, *aut*, Latine, quamuis, includit hunc casum prout in proposito voluit Anton. Gom. l. 50. Tauri. numero 72. ad fin. vbi & declarat quæ sint bona Castrensis vel quasi, quod melius declaratur in l. 7. titulo 17. parte 4. quam declarat noster Gutierrez, in repetit. *Authent. sacramenta puberum*, numero 52. cum 2. sequentibus C. si aduersus ven. & licet dubitatum fuisset an quod aduocatus, vel curiæ seruiens, vel notarius lucratur diceretur quasi Castrensis, & cum de publico salaria habebant, id tale dici affirmabatur, & sic quod aduocati moderni adquirebant non diceretur Castrensis vel quasi, *vt per Palat. Rub. in rubrica*, §. 62. numero 19. & 20. communior tamen est opinio teste *Aufredio in additione ad decisio. 10. capelle Tolosana*, quod siue ex publico detur siue à priuatis personis quasi Castrensis dici, præsertim cum iam ex publico aduocatis salaria non constituentur regulariter, nisi vni aut alteri pro defendendis rebus ciuitatis, aut pauperum causis, vel fisci, notandum itidem est, quod meliorationes † in re mariti factas constante matrimonio sunt mariti, & vxoris si in rebus eius factæ fuerint, earum tamen æstimatio erit pro dimidia vxoris, vel mariti secundum quod in rebus vnius aut alterius, aut vtriusque factæ fuerint, *secundum text. in l. 9. titulo quarto, libro 3. fori*, nisi res in quibus tales meliorationes fiunt, sint maioratus, nam tunc neque æstimatio meliorationum communicabitur, *secundum Conarrun. in 4. 2. parte. cap. 7. §. 1. numero 9. in fine, ex l. 46. Tauri supra isto in titulo de los mayorazgos, inserta vbi diximus*. Et in dicto casu in quo expensarum aut melioramentorum æstimatio danda est, æstimabitur id quod tunc, quando facta fuerunt expensæ & melioramenta, expensum in eis est, *ex dictis per Anton. Gomez. in l. 46. Tauri numero 3. & Boeri. decisio. 44. numero 12*. Et de ijs quasi Castrensis officia publica vendibilia communicantur, *vt dixi supra hac lege, & aduertit bene Matienço hic glo. 4. num. 2. & 3.*

† Ibi, *Y los otros bienes*. † Intellige, de similibus expensis in verbis præcedentibus, in quibus vxori nulla communio datur, non vero de alijs intelligas, nam aliter esset destruere leges præcedentes, & quia dictio illa, *otros*, Latine, alius alia aliud, est repetitiua similibum, ideo de similibus intelligenda sunt verba hæc. *Y los otros bienes*. Non vero de dissimilibus in quibus datur communio, & hoc quoad hoc in principali estimatione eorum detur communio nec ne, secus quoad fructus, nam quoad eos communicandos nihilo differunt vna bona ab alijs.

Ibi, *Y los frutos*. Nam & horum fructuum resultantium ex bonis vxori non communicabilibus, datur vxori communio, sicut & datur fructuum aliorum quorumlibet bonorum constante matrimonio acquiritorum, prout lex supra proxima probat, quæ per legem nostram declaratur & ampliatur quoad fructuum communicationem prouenientium etiam ex rebus non communicabilibus, vt sunt Castrensis vel quasi & similia, & voluit *Bur. de Paz. junior in questio. suis quest. 11. nu.*

31. cum sequentibus. alij. quamuis iure cõmuni dicti fructus non communicabantur, *secundum gloss. l. 17. titul. 11. p. 4. vbi communem sic esse dicit antiquius*.

Ibi, *Que no fueren castrenses ni casi castrenses*. Nam de castrensis & quasi Castrensis, nulli dubium quin possent per maritum alienari, cum sint sua & præcipua & in eis nulla communio vxori concedebatur quoad proprietatem eorum, *vt dictum est in legibus præcedentibus*. Et ideo lex nostra de ijs nihil in hoc de alienatione expressit, sed tantum de illis, quæ non erant castrensis nec quasi castrensis, vt & hæc, in quibus vxor communio nem habet, libere per maritum alienari * possint constante matrimonio, & in hoc est singularissima lex nostra, & ratio esse potest, nam cum in actu mulieri constante matrimonio non acquirantur, sed tantum in habitu, & potentia, nimirum si maritus interim durante matrimonio possit ea libere alienare fraude tamen cessante, *vt in proposito tradit Conar. lib. 3. variar. cap. 19. col. 3. in princip.* nam dominium vxori acquisitum matrimonio durante reuocabile est.

Ibi, *Enagenar el marido*. Allegatur in hoc per Cassaneum, *in consuet. Burgun. rub. 1. §. 3. per totum, fol. 132. col. 3. cum sequen. alij.* nam dominium vxori acquisitum pro sua medietate remanet reuocabile, * *ex text. hic, quem ad hoc allegat Auend. resp. 7. 20. nu. 8. limi. 3. & late Suarez in tit. de las ganancias, vers. vltimus quaro, per totum fol. 19. & alibi dictum remanet in hoc titulo*, ideo nimirum si & alienari tales res per maritum possint data bona fide & fraude cessante, item quia cum de iure deberent lucra esse mariti, & grauat in hoc quia tantum pro dimidia, nimirum si reueletur, vt possit ea alienare, *vt inquit Cassaneus vbi supra §. 4. in pri. folio 139. column. 2. in princip.* Sed an & donare poterit maritus hic bona lucrata * constante matrimonio etiam si dimidia pars vxori pertinet alienetur, & donetur, & Anton. Gomez. in l. 51. Tauri numero 73. ex quodam Ancharran. *consil. inquit quod sic si dolus cesset, & idem tenet Suarez, telarus & secutus per Baezam, de decima rito. ca. 27. numero 28. dum ibi inquit quod in ludendo & meretricando hæc potest maritus consumere, ergo & donando, cum donare perdere sit, & in donatione in simili statuto ita tenent Cassan. & Boeri. relati per Molin. de primogenit. libr. 2. capit. 10. numero 66. & mouetur Anton. Gomez ex generalitate legis nostræ, & quia appellatione alienationis donatio continetur, & hæc sunt præcipua eius fundamenta, & in puncto iuris hæc veriore testatur nouissime Ayora, in tractatu de partitionibus 2. par. questione 41. numero 46. contrariam tamen tenuerunt Bald. *consil. 235. libr. 2. Palat. Rubios de donatio. in rubrica. §. 66. numero 29. Simanc. de institut. catholic. titul. 9. numero 86. & Pelæz de maioratu. 1. parte questione 23. numero 14. & Didac. Perez. in l. final. titulo quarto, gloss. pueda, libro quinto ordinament. pagina 170. columna secunda cum sequentibus*, & Rojas, de successione ab int. capit. 33. numero vigesimo quinto, vbi contrariam vocat etroneam, & falsam opinionem, & hanc etiam sequitur Telliuz eam fundans, *in leg. 19. Tauri numero secundo, & pluribus sequentibus, & Bernardus Diaz. & Segura, & Suarez relati per Malinam, vbi**

ubi supra Marienco, hic, gloss. 6. numero 6. ubi numero 10. hanc veriorē & receptiorem testatur opinionem, & voluit Auend. d. respons. 20. numero 8. limit. 3. imo & plus voluit Auenda. respons. 37. in fine, quod quamvis vxor consentiat alienationi per maritum factæ ex causa lucratiua adhuc possit mortuo marito ex bonis mariti petere medietatem illam ei pertinentem ex bonis illis alienatis per maritum ex causa lucratiua, & hanc etiam opinionem voluit tenere Couar. in libr. 3. variar. c. 19. num. 2. dum ibi legem nostram restringit causa alienandi data, non vero aliàs, & idem quod Auendaño, voluit Nauarrus, in manuali Latino, c. 17. num. 155. in fine dicens quod licet maritus donare possit de lucratis, quod in conscientia tenetur mulieri tantundem restituere, & quod facere tenetur, quod vxori suæ id innotescat, vt in partitione tantundem plus sibi cedat, imo & donatarius ad id tenetur * si credit maritam non certioraturum vxorem, secundum eund. Nauar. ibi & in ijs dubijs decidendis & contrarietate opinionum Doctores nostri ita torquentur capita sua, quod contrarietatem constituerint, & diuersas opiniones, & fundamenta, ubi nulla contrarietas dari potest. & sic teneo quod Anton. Gomez. & sequaces idem quod Palacios & alij relati in secunda opinione tenent, & quod non sunt contrarij, nam Anton. Gomez. solum tenet opinionem legi nostræ conformem, scilicet, quod valet donatio lucrorum per maritum facta dummodo non sit dolose, & cum fraude vxoris facta, & hoc probat nostra lex, Pala. autem Rubens & sequaces tenentes secundam opinionem asserunt, non valere donationem, quia præsumitur dolose & in fraudem facta, igitur ubi datur dolus & fraus Anto. Gom. cum eis concordat, quod non valeat, ubi tamen fraus hæc & dolus cessaret etiam donatio & lucratiuus contractus valeret, igitur contrarij non sunt, & miror de tot Doctoribus doctissimis sic anxie contrarietates opinionum facientes, ubi nulla est contrarietas, & sic punctus stat solum in inuestigando quando fraus, & dolus hic versabitur in donatione, nam si instat fraus & dolus, nullus discrepat, quia talis donatio non valeat, ubi tamen deficit dolus omnes concordant quod valeat, nam deficit fundamentum tenentium secundam opinionem, scilicet quod donare est perdere, hæc autem maxima & doctrina cessat, ubi id quod donatur est cū causa donatum, item & cessat, quoties donatio est parua, quia tunc non est dicendum perdere sic donantem, igitur nullo modo dicti Doctores differunt, sed potius sunt concordantes, & quoties adest causa, quod donare maritum de lucratis non sit perdere, tenet Couarruu. ubi supra dict. numero 2. & Ayora. dict. questio. 21. numero 47. & Rojas, ubi supra numero 26. & Palacios Rub. in rubrica. §. 60. numero vigesimo quinto, & hac de causa permittitur quod maritus dotando filiam communem, dos illa ex lucris constante illo matrimonio quæsitis solvatur, sic & tutori & administratori, vel procuratori liberam administrationem habentibus permittitur est donare pro pupillo † nobili, ex l. filius ff. de donation. & ibi Doctor. gloss. in l. contra iuris §. final. verbo non habere. ff. de pactis. l. cum plures §. final. ff. de administrat. tutor. Pala.

Tom. 3.

Rub. in rubrica §. nono, numero quinto, Pinellus in l. 1. Cod. de bonis matern. 3. parte numero 57. item propter seruitia & benemerita in patrem collata. Item quoties donatio est parua & non magna, permittitur fieri administratori, imo & procuratori liberam & generalem administrationem habentibus permittitur transigere, & alia non valde præiudicialia dominio facere, ex tex. in l. 19. tit. 5. partita 3. ubi gloss. quando tales palabras, & gl. ubi Doct. maxime Meneses n. 14. & 15. in l. transactionis placitum C. de transactione igitur & fortius marito ex lege nostra censendum est esse permittitur donare cum causa, vel sine ea in parua quantitate, & sic tenendum est maritum ex bonis multiplicatis posse aliqua moderate, atque ex iusta causa donare, vt filiam communem absque vxoris consensu dotare, & filia communi alimenta præstare, consanguineis, amicis & famulis modica atque consueta largiri & alia similia facere, ex quibus fraus vel dissipatio præsumi non possit, donationes autem excessiuas atque eas, quæ absque causa legitima, ac in patrimonij communis dissipationem fiunt, facere non valeant, eo quod tunc fraus & dolus manifeste patent in præiudicium vxoris, & hic verus est ac proprius nostræ legis intellectus, vt optimè asseritur per Molinam. dict. capit. 10. numero 67. ex Suarez, hic, versicul. ulterius quæro in fina. verbis, & voluit expresse Peral. l. 1. numero 73. de legatis. 2. pagina 47. sic declarando verbum, libremente, nostri text. & Velazquez de Auendaño. l. 17. Tauri. 7. glossa quarta, & per consequens nulla est contrarietas in hoc circa dictos Doctores, quæ sunt notanda, quia sunt mex & novæ considerationes, & veræ meo iudicio & tenendæ, vxor vero ipsa non poterit * constante matrimonio aliquid ¹¹ etiam de fructibus alienare, etiam rerum dotalium, cum ex hoc lædatur maritus. l. si prædium. Cod. de iure doti. not. Lara. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. ff. de liber. agnoscen. numero 253. & sic inquit Nauarrus, ubi supra. dict. numero 155. quod mulier etiam si amplam dotem dederit marito, non potest absque eius licentia de illa donare ultra 40. scutos etiam ei, qui eam lædauit. Et ex ijs desumi potest quæstionis resolutio, an ex ijs bonis super lucratis possit maritus sine consensu † vxoris maioratum constituere, de quo per Mo- ¹² linam dict. cap. 10. numero 6. cum sequentibus, & Pelæz, de maiora. 1. part. questione 23. numero 10. cum sequentibus. Et an aliter quam per donationem alienans maritus lucrabilia possit in parte vxori pertinenti ei præiudicare in hac lege in gloss. maliciosamente videbis. Sed an maritus possit alienationem horum bonorum facere, si vxor * sua est hæretica, vide Simancas, ¹³ ubi supra numero octuagesimo secundo cum aliquibus sequentibus. Et an meliorare vnum * ex fi- ¹⁴ lijs possit, vide Angulo l. 3. glossa quarta, numero primo cum sequentibus pluribus titulo quinto supra eod.

Ibi, Durante el matrimonio. Et sic in testamento & vltima voluntate non poterit vt post mortem suam alienentur, quia tunc non durat matrimonium, † & quia text. hic loquitur per verbum, enagenar, & per verbum, contrato de enagenamiento, & verba contraxerunt & gesserunt,

C. 3

108

non referantur ad ultimas voluntates, ex l. verba contraxerunt ff. de verbo. signif. vbi Doct. maxime Rebuf. & quia confertur in tempus in quo maritus non potest disponere, vt puta si iubeat testator, quod seruum Titium habeat Sempronius in sex mille morapetinis, cum plus valeret, nam per hoc non potest vxori præiudicari in parte sua veri valoris serui illius, pro quo facit, quoniam renuntiatio facta in ultimo vitæ spiritu, vel in nimia ¹⁶ senectute videtur facta in fraudem spectantium, secundum Parid. de Puteo, de syndicato, verbo pena. cap. 3. numero 4. fol. 358. & sic quod in vltima voluntate non sit permiffa hæc alienatio marito, tenuit Couartu. lib. 3. variarum cap. 19. numero 2. in fine, & Afflictis decisio. 350. num. 3. & Cassan. in cons. Burgun. rubric. 4. §. 9. versic. & ne font point num. 2. & 3. vbi num. 4. tractat quid erit in donatione causa mortis, fol. 173. in magnis, & iterum in rubrica eadem 4. §. tertio, in gloss. fact. Carles viuz fol. 133. & latius ibidem §. 4. fol. 139. col. 2.

Ibi, Sin licencia. Nisi maritus fuerit hæreticus, & Ecclesiæ reconciliatus, propter quod bona sua sunt publicata, nam abinde non poterit alienare ¹⁷ partem lucratorum vxori pertinentem sine eius licentia, & consensu, cum societas illa publicatione bonorum soluta fuerit, vt expresse tenet Simancas de institut. catholic. titulo nono, numero 87.

Ibi, Saluo si fuere prouado. Sed per quem dicitur quod per allegantem fraudem, vel dolum, nisi de dolo aut fraude manifeste constiterit, puta quando absque causa donationem magnam alicui facit, aliter enim, qui dolum au fraudem allegat, probare tenetur, ex l. marito §. qui dolum ff. de probatio. & in propositum nostrum ita notauit, Simancas de hæret. dict. tit. 9. num. 85. quem post hæc & Alciat. allegat licet corrupte, Matienco hic gloss. 7. num. fin.

Ibi, Cautelosamente por defraudar o damnificar. Hoc enim non licet neque dolum debet alicui patrocinari, & in quacunque libera & generali administratione ¹⁸ non videtur permititum aliquid dolose fieri, nec si factum fuerit obligat dominum l. creditor. §. Lucius ff. manda. vbi Bald. notat Afflictis decisio. 29. in fine, late Pala. Rub. in rubri. §. 66. num. 6. Suarez in l. 1. tit. 3. lib. 3. fori. versic. vltimus quarto colu. 1. in fine, & Peralta. l. 1. num. 73. delegat. 2. & sic neque per delictum, in quo dolum versatur hæc alienatio fieri poterit, vt in l. 10. infra istor. dicemus. Sed an ludendo aut meretricando possit maritus hæc consumere ¹⁹ bona lucralia, certe cum hic modus sit dissipatiuus, & perditiuus, idem in eo quod in donatione meo videri esset dicendum, cum Montaluo in l. 1. tit. 3. lib. 3. fori, quem post hæc hanc veriore dicendo reperit secutum fuisse Ayora in tractatu de partitionibus. 1. p. cap. 8. num. 10. veruntamen, quia si non probatur dolum aut fraus contra maritum censendum est quod lusit aut meretricauit sine animo fraudandi vxorem suam & ob vitandas plures lites, quæ orientur in diuisionibus & partitionibus, & quia sic Doctor. nostri volunt, tenendum est quod non probato dolo aut fraude id licebit marito, quod verius in puncto iuris esse testatur Gregorius in l. 13. verbo ganancias, titulo decimo, part. quinta, & in practica sic seruari inquit Suarez in dict. l. 1. titulo 3. lib. 3. fori versic. quaritur circa

hoc, & Burgos de Paz iunior, in questionibus suis questione 8. numero 13. & 29. sequitur Anton. Gómez. l. 53. Tauri. numero 66. ad finem, & Nauarr. in manuali Latino. capit. 17. numero 155. & Matien. hic gloss. 6. numero 7. Sed an si fideiubet pro alijs possit in parte media ²⁰ lucrorum vxori pertinet damificare, & videtur quod non, quia sicut donare, est perdere, & sicut in hac diximus lege quod non licet marito donare sic neque fideiubere deberet licere, nam etiam si quis habeat liberam administrationem, non tamen poterit pro alio ²¹ fideiubere, ex l. in personam §. qui pecuniam, ff. de pactis, nam male vti substantia sua dicitur illum, qui fideiubet, vt apparet ex Pala. Rub. in repetit. cap. per vestras, in princip. §. 18. num. 9. & 10. pagin. 329. in nouis, id tamen difficulter obtinebitur in practica, crederem tamen, quod si esset homo ille pro quo fideiussit pauper omnino, & talis, quod eo solvente non posset solutum ab eo recuperari, & fideiuberet in quantitate tunc quia videtur clare perdere & donare, non præiudicaret in eo vxori, argumento text. in l. 1. §. si fideiussit ff. si quid in fraudem patro. & distorum per Cassa. in consuetud. fol. 138. columna tertia, & sic vidi post hæc voluisse Ayoram vbi supra, numero 12.

Ibi, Siendo hinda. Quoad perdendum lucra habes hic text. approbantem opinionem Palat. Rub. relati per Auiles, in proemio capitul. pratorum, numero 38. fol. 6. quod perdit vxor ²² vidua lucrorum medietatem non solum si intra annum luctus luxurietur, verum etiam si anno elapso, quamuis quoad successionem filiorum in totum perdendam de iure distinguatur annus luctus, & lapsus eius vt licet videre per Tellium, in l. 6. Tauri numero 21. & sic intelliges quæ diximus in l. 4. gl. 2. titulo 1. supra hoc lib. scilicet vt lucralia quamuis post annum luctus luxurietur perdat, successionem vero filij perdat in totum si intra annum luxurietur non vero aliàs, dum tamen filio tutorem petierit, vsum fructum tamen bonorum filij non perdet ²³ si post annum luxurietur, & idem volebat distinguere quoad lucrorum amissionem Dueñas regula. 12. limitat. 3. in fine, ad declarationem dictæ legis 4. sed est contra generalem ipsius legis 4. dispositionem & contra legem nostram quæ solum viduæ luxuriam considerat sine præfinitione temporis quoad lucrorum amissionem, & Matienco hic gloss. 8. numero septimo, & Dida cum Perez, in l. 4. titulo quarto, gloss. final. libr. 5. ordinament. & in dict. lege 4. dixi quid dicitur luxuriosè.

Ibi, Viuere luxuriosamente. Faciunt plura per nos dicta in l. 4. tit. 1. supra isto lib. in glossa. 2. & tradita per Antonium Gomez. l. 53. Tauri, numero 72. & Villalobos in arario opinion. litera B. numero 31. & 32. & Palacios Rubios in rubrica, §. 11. numero 6. & melius idem Antonius Gomez. in l. 14. Tauri numero 17. & idem Palacios Rubios, ibi in §. 67. numero 1. cum sequentibus aliquibus. Auiles in proemio capit. prator. numero 39. vbi cum sequentibus pluribus recitat illa, quæ perdit vidua luxuriose viuens, & nouissime Meneses, in l. fidei commissum numero septimo, Cod. de fideicommiss. cum numeris ante & post, vbi numero 14. quarit an idem erit in viro luxuriosè viuente mortua vxore, & in propositum plura dicit

Acosta. in cap. si pater, de testam. in 6. part. 1. verbo legavit, num. 38. relatus per Pelaez de maio. 1. part. quest. 48. colu. 2. ad fin. vbi & an perdat dotem, & num. 43. an & facultatem ad testandum vel meliorandum perdat. Et iure optimo hæc statuuntur vt in castitate viduæ viuant, & cum ob maritorum industriam & causam lucrorum partem habuerint, etiam mortuo marito ipsum honorent, & venerentur, sicut de vidua quadam fertur, quæ dicere solebat se adhuc virum viuum habere vt illum mortuum non offenderet. Et an peccet magis vidua stuprum † committens quam virgo, vide Tiraquel. in l. 9. connubiali nu. 117. fol. 146. & hæc pro hac lege quinta.

S V M M A R I V M.

- 1 Coniuges tenentur reseruare filiis primi matrimonij ea tantum quæ titulo lucratiuo adquisierunt, num. 1.
- 2 Auius & auia si secundo nubant an perdent successionem filiorum primi matrimonij. 2.
- 3 Mater secundo nubens an priuetur successione filij primi matrimonij quoad bona aui talis filij. 3. & ibi quid in auo.
- 4 Tutus est maritus disponens de parte sua lucrorum mortua vxore etiam in conscientia. 4.
- 5 Filij primi matrimonij de quæsitis in secundo an partem habebunt. 5.
- 6 Notatur lex nostra nouissime per autorem pro cuiusdam doctrinæ fortificatione. 6.

Lex 6. quæ erat 14. Tauri.

S V M M A R I V M.

Aliquo ex coniugibus mortuo, potest qui superstes est de parte sua bonorum lucratorum constante matrimonio adquisitorum libere disponere, etiam si secundo nubat, neque tenetur ea, neque eorum vsum fructum reseruare filiis matrimonij illius in quo lucra acquisita fuerunt.

ET nota quod lex ista secundum quod aduertit hic optime Tellius nullius difficultatis punctum habet, imo secundum ius ciuile disponit, nam cum titulo oneroso multiplicata hæc, secundum eum, vxori adquirantur, prout communem ipse Tellius hic in fin. verbis testatur, non verò titulo lucratiuo, merito quod sicut de alijs bonis titulo oneroso acquisitis potest vxor disponere, quantumcunque ad secundas transeat nuptias liberis ex primis nuptijs existentibus, ita & possit de parte lucrorum ipsi vxori pertinere, vt & tenet Anton. Gomez. l. 53. Tauri num. 74. & Pala. Rub. in rubric. §. 50. num. 35. & ibi nouus additionator Barabona, in additione finali alios allegat, & uerum in §. 67. numero decimo-septimo, idem additio. in additione fi-

Tom. 3.

nali, alios allegat & communem banc dicit, nam regula quod teneantur parentes reseruare filiis primi matrimonij si ad secundas nuptias transferint procedit de bonis habitis, à marito vel eius occasione * titulo lucratiuo non vero aliàs, prout & dixi in l. 3. & 4. titul. 1. De los casamientos supra isto lib. & ideo Doct. hic male inculcauerunt materiam secundarum nuptiarum, & inaduertenter locutus fuit, salua eius pace, Mincha. de succes. creat. §. 1. num. 25. versio. denique licet, dicens quod ex text. nostro immutata erat lex, femina Cod. de secund. nupt. cum ibi nihil de ijs lucris disponatur, vnum tamen licet sit extra materiam, velim vt notes, scilicet quod mater aut pater si secundo nubant perdant successionem in bonis filij primi matrimonij, vt in l. generaliter Cod. de secund. nupt. vt idem sit in auo, & auia, † secundum gloss. 1. in princip. in ead. l. generaliter: contrarium tamen renuit Bart. in auth. ex testamento Cod. eod. titul. pro quò facit determinatio Bald. per text. ibi, in l. Neaseniuss ff. de negot. gest. vbi appellatione matris non venit auia, sed adhuc tamen opinio illius glossæ est tenenda, quam contra Bartol. sequitur Hostiens. in summa tit. de secund. nupt. §. qualiter column. 2. & Mathesila. de successio. ab int. 2. arti. membr. 1. quest. 2. num. 29. quem reperi relatum sed eum non inueni, nam à propria significatione verborum recedi potest si resultat ab sonus intellectus, aut aliquod absurdum, text. & ibi gloss. in c. quod dicitur, & in cap. Ioseph de verbor. signif. & sic licet talis mater priuatur, ita & auia in bonis patris, per text. in l. generaliter iam allegata, non tamen priuabitur mater filij successione in bonis aui, sicut in bonis patris ipsius filij * prout in terminis tenet Bart. in d. Auth. ex testamento, quamuis glo. l. nonnunquam ff. de coll. bon. idem dicat esse in bonis auitis, sicut in paternis per text. in l. 2. Cod. de bonis mater. quam gloss. allegat idem Bart. in l. liberorum in fine ff. de verbor. signif. sed gloss. male loquitur, & contra eam cum Bartol. tenet Mathesila. vbi supra, & cum Bart. est communis, secundum Ioan. de Agarron in d. Auth. ex testamento. numero 28. neque obstat d. l. 2. Cod. de bonis. matern. nam hæc secundum Bald. ibi potius facit pro Bart. quam contra & regula gloss. in d. l. nonnunquam, non etiam obstat, nam loquitur & procedit, in materia fauorabili, prout eam intellexit Bart. in d. l. liberorum in fine, in tantum quod inquit Anchar. conf. 437. quod sicut pater priuatur successione filij, si secundo nubat, ita etiam priuatur auus successione nepotis, & Anchar. licet à legentibus viderim ad hoc allegatum, nunquam tamen vidi neque eum reperi in meo codice, ideo alibi videbimus.

Ibi, Que el marido y la muger. Approbat dispositionem l. final. Cod. de bonis matern. quæ tantum in patribus loquebatur, secundum Castillo, hic, & Gomezium Leon, in centuria inform. iur. loco 4. in fine.

Ibi, O mas, caute sunt verba hæc adiecta, aliàs enim si lex præberet licentiam disponendi de quæsitis durante matrimonio, intelligeretur de quæsitis durante primo matrimonio, secundum Boeri. decisio. 203. numero secundo, & ideo ne hoc intelligeretur, adiecit lex nostra verba hæc. O mas, vt etiam ultra tertium matrimonium id liceat.

C. 4

Ibi,

Ibi, *Pueda disponer*. Et sic pœna legis femina. *Cod. de secund. nupt.* in hoc casu locum non habet; & nimirum quia illa loquitur cum titulo lucratiuo à marito bona obuenerunt vxori, vel contra, *ut diximus supra in l. 4. tit. 1. supra isto libro*, secus verò si titulo oneroso, *ut hic*, & in tantum id potest quod tutus est maritus sic faciens † etiam in conscientia, *secundum Minchacum to. 1. de successio. §. 1. num. 25. versic. denique licet*, & Couarr. *in 4. part. 2. cap. 3. §. 9. num. 8. fol. 48. in antiquis*, id de titulo lucratiuo tenet.

Ibi, *De los bienes multiplicados*. Intellige de ijs tantum, quæ tali viro vel vxori, pro parte sua obuenerunt, non vero de parte alterius defuncti, cū illa alia pars heredibus vxoris prædefunctæ sit sua & præcipua & relinquenda incolumis, & idem est in vxore superstite, quæ mortuo marito, de sua tantum dimidia multiplicatorum disponere poterit, non vero de dimidia mariti heredibus eius danda, & sic verba hæc generalia intelligenda sūt, & faciliter decipi posses, nisi ad hæc aduerteres, & per consequens pater tenetur filijs dimidiam multiplicatorum vxorimatrique filiorum pertinentem eis reseruare tanquam bona aduentitia, & hoc nisi illa dimidia pars ex legis dispositione marito titulo lucratiuo acquireretur, nam in tali casu non tenetur eam reseruare filijs illius matrimonij, *secundum Conarru. in gloss. precedente allegatum*, & post hæc multum sic vidi declarantem *Velazquez in l. 17. Tauri gloss. 3.*

Ibi, *O segundo*. Sed an filij primi matrimonij de bonis quaesitis in hoc secundo matrimonio * partem habebunt, vide Boeri. *decis. 203. num. 2.*

Ibi, *Durante los quales*. Notanda sunt & ponderanda verba hæc, nam eis attentis est *hic* text. expressus probans quod vt bona acquisita dicantur communia inter maritum & vxorem, non requiritur quod sint lucrata † ipsis insimul habitantibus, sed sufficit, quod durante matrimonio adquirantur & traducta iam vxore ad domum, etiam si dum adquiruntur simultanee non viuāt, puta quia maritus est absens, *ut tenuerunt Palat. Rub. in repetit. rubric. de don. int. §. 64. num. 15. & Gometius Leon in centuria informationum cap. 1. & in l. 1. in gloss. estando de consuno supra hoc titulo iterum dixi*, & nunc considero text. nostrum in ijs verbis pro hoc, dum non simultaneam cohabitationem, sed durationem matrimonij requirit.

S V M M A R I V M.

- 1 Ratio dubitandi & decidendi nostri text. nu. 1. & ibidem declaratio authen. præterea Cod. unde vir & vxor, & similitum iurium, an legatum compensandum sit cum debito, cum nu. 2. & n. 6. & 8.
- 2 Legatum filio vel filia si non adest coniectura ex qua meliorationem fieri percipiatur, in legitimam imputatur. 2.
- 3 Ratio decidendi ad l. 10. infra isto tit. & lib. numero 3.
- 4 Vxor transfert ius lucrorum suorum in heredes licet illa non acceptauerit vxor. 4.
- 5 Valet legatum à marito vxori factum dotis recep-

tum propter commodum breuioris exactio-
nis. 5.

- 7 Legatum factum vxori per maritum non computatur in arrhis per eum promissis siue traditis siue non 7. imputabitur tamen in quinto ut ibi.
- 9 Legatum dicitur onus hereditarium. quod soli heredi est iniunctum. n. 9.
- 10 Legatum vxori factum per maritum compensatur cum sua lucrorum parte si maritus id vult. 10. ubi antunc cum compensatio hæc locum habet compensabitur legatum prius cum fructibus bonorum paraphernalium.
- 11 Legatum ubi est compensandum, compensabitur quoties debetur species & legatum est quantitatis. 11.
- 12 Alia ratio dubitandi ad legem nostram assignatur. nu. 12.

Lex 7. quæ erat 16. Tauri.

S V M M A R I V M.

Legatum vxori à marito factum in testamento non computatur in parte lucrorum vxori ipsi pertinentium.

Ibi, *Nota le cuente*. Sed quænam fuerit huius legis ratio dubitandi, & decidendi † dubitabile est, & hoc explicito tota eius materia remanet clara, & elucidata, & in hoc est dicendum, rationem dubitandi desumi, ex text. in auth. *præterea Cod. unde vir & vxor.* ex qua probatur legatum à marito factum vxori imputari in portionem illam, quæ vxori ex bonis mariti debetur, *concordatque lex 7. tit. 13. p. 6. ad idem l. si cum dote. §. si pater ff. sol. mat. Bart. per text. ibi in d. auth. de exhib. reis. §. fin. nu. 1. vbi inquit*, quod quando aliquid per aliquem alicui legatur, videtur animo compensandi legari, & in primo debito imputatur, ergo & idem videbatur in nostro casu dicendum, nihilominus tamen pro ratione decidendi dicendum est distinguendo debitorem conuentionalem à legali, & sic volutarium debitore, à debitore inuito, vt in priori debitore conuentionali & sic volutario dicta compensatio non admittatur si debitum ab ipso in iudicio exigi poterat, in secundo vero casu, & sic in debitore legali, qui inuitus dicitur, fiat dicta compensatio, *prout in specie asserit & distinguit Couarr. in cap. officij num. 2. de testam. & Ant. Gonn. Tom. 1. cap. 12. num. 27. vbi plures allegant & communem hanc distinctionem testantur, & tenet etiã Palat. Rub. in dict. rubr. §. 27. num. 3. ad fin. & sic legatum filio, vel filia à patre vel matre factum absque meliorationis verbo, vel alia coniectura deficiente ex qua melioratio * inducatur in legitimam imputatur, secundum text. in l. omnino & l. quoniam nouella. C. de inoffi. testam. Bart. in l. in quartam. num. 10. ff. ad l. Falc. tradit Couarru. vbi supra, nisi tota legitima sit soluta, ita quod necessario ne legatum inutile sit, & sic voluntas testatoris inutilis reputetur, censetur melioratio & imputatur vt legatum gratiosum: quod nota quia optimum & Co-*

& Couarruu. *ubi supra, numero secundo*, alio modo id declarat, sed hæc ratio non placet ad legem nostram, nam potius videtur fortificare rationem dubitandi, quippe qui ex legum nostrarum dispositione maritus videtur debitor legalis & sic inuitus medietatis lucrorum vxori pertinentis, & nihilominus lex nostra disponit quod non fiat dicta compensatio, ergo dicta ratio decidendi non est bona ad legem nostram, & ideo Couarr. *ubi supra, numero quinto*, considerando difficultatem hanc, inquit quod ideo lex nostra disponit, non faciendam dictam compensationem, quia dimidia pars lucrorum constante matrimonio acquiritorum, ita ipso iure vxori defertur vt statim vxori adquiratur, neque dicitur debita à marito, sed propria ipsius vxoris in habitu acquirendi dominium & possessionem, licet non in actu repetendi viuente marito, *vt in l. 2. verbo, ayan, supra isto tit. dictum est*, cum ergo sit propria vxoris, ni mirum si legatum vxori factum per maritum in suo testamento non computetur in dimidia lucrorum vxori pertinenti, & quæ sua erat in vita mariti & eo etiam mortuo, & hanc rationem ad legem nostram etiam assignat Villalobos, *in suo Arario litera. V. num. pen. in principio*. de qua ratione licet late disputet Telli. *hic numero 9. cum pluribus sequentibus*, nullo tamen fundamento congruo disputat & ab ea discedit, nam se singularem demonstrat, vt ab hac ratione discedat, in probando contra communem non acquiri vxori dominium & possessionem viuente marito suæ dimidiæ partis lucrorum, nam licet ipse *ibidem* dicat, legem 47. *titul. 28. partica 3.* pro dictis facientem, & asserat loqui in societate omnium bonorum, & societas vxoria non sit omnium bonorum, & per consequens legem Partitarum nihil efficere pro supra dictis, meo tamen iudicio lex illa Partitarum non loquitur in societate omnium bonorum, sed tantum eorum quæ tempore societatis habebant, vel eorum quæ in futurum adquirent, cum lex illa, per disiunctiuam, o, loquatur non vero per copulatiuam, & quælibet istarum non est vniuersalis societas omnium bonorum, *vt apparet ex l. 3. § 7. titulo 10. partit. 5.* quia si est præsentium, plura in posterum per quemlibet socium lucrari possunt, & sic non est omnium bonorum, & itidem si societas sit tantum contracta bonorum in futurum acquirendorum, plura alia bona habere poterant tempore contractæ societatis, & sic vno casu neque alio lex illa 47. loquitur in societate omnium bonorum, & consequenter lex illa 47. Partitarum facit pro dicta opinione, præsertim cum & sint qui asserant inter maritum & vxorem contrahi societatem omnium bonorum, quas ob res Telli. *ubi supra*, iniuste discessit ab ista secunda ratione decidendi ad legem nostram. Ex qua quidem & credo processisse dispositionem. *l. 10. infra isto titulo*, disponentis partem dimidiam lucrorum vxori pertinentem non confiscari ob mariti delictum, scilicet quia ꝑ ipsa erat domina tunc temporis istius suæ dimidiæ partis, ideo nimirum si ob mariti delictum non confiscetur, neque est curandum de examine verbi, *ayan, dicta lege secunda, supra isto titulo*, vel quod sit quantitatis debitor maritus vxori horum lucrorum, vel quod emptio sit insimul cum

marito & vxore facta, prout insistit & male in ijs Telli *hic, numero 15. cum ante & post*, cum à legibus nostris nulla differentia circa hæc constitutatur, imo sine distinctione dominum & possessorem iura vxorem constituunt dictæ suæ dimidiæ in habitu & potentia viuente marito, adeo vt vxor ad hæredes eius lucrorum hanc partem dimidiam transferat, licet ea non acceptauerit * *secundum Pala. Rub. ubi supra §. 62. numero 31.* Quæ quidem & in tantum procedunt, quod quamuis vir leget vxori dotem cum ea receptam valebit tale legatum * propter com- 5 modum breuioris exactionis, quamuis dos in bonis mobilibus consistat, *secundum Anton. Gomez. Tomo 1. capit. 12. numero 81. in fine, & glossa. vn año l. 31. titul. 11. partit. quarta*, & si nulla dos à marito tunc recepta fuerit, valebit vt legatum, *secundum Anton. Gomez. ibi, & hac nulla alia ratione nisi quia in dote non est computandum tale legatum*, & ideo valebit in illo, quod valere poterit. Ex quibus optime inferri potest meo videri alia & non minus singularis * 6 ratio decidendi ad nostram legem *ex Palat. Rub. in l. 16. Tauri. numero tertio relata per Matienço, hic gloss. 1. numero septimo*, scilicet quod ideo hic non fit compensatio legati cum dimidia hac parte, quia huius dimidiæ partis fuit maritus debitor voluntarius cum ex mera & libera voluntate sua matrimonium contraxerit, & in debito ex voluntaria causa procedente non habet locum hæc compensatio, *vt dictum est*, ideo nimirum si lex nostra ita disposuerit, & hac de causa legatum non compensatur cum dote, *l. si compensandi Cod. de hered. institut. Baldus consil. 58. volum. 2. Paul. consil. 247. Capra. consil. 72. additio. Math. Afflict. decisio. Neapol. 44. numero nono*, & quod dicatur debitum voluntarium, vide *las. d. auth. præterea, numero 18. & Auend. resp. 13. numero 6. Tiraquell. de retract. tit. primo, §. 1. gloss. 14. numero 15. & 16.* Ex quo optime Couarruu. *ubi supr. numero quarto*, infert quod legatum factum vxori non computatur in arrhis promissis per maritum, siue tradite sint, siue non ꝑ cum ex donatione mariti non vero ex legis dis- 7 positione proueniant, & acquirantur vxori, vt è contra Suarez aliud & male dicentem tenet Telli. *hic num. 2. in princip. & numero 7. & 8. prosequitur & declarat, & post hac Matienço, hic gloss. 1. numero 8.* Imputabitur tamen in quinto, *secundum quod diximus in l. 2. gloss. mag. in fin. titul. 2. supra isto lib.* Sed vltra supra dictos considero aliam rationem decidendi * ad nostram legem quæ 8 & ad similem dispositionem assignasse reperio *Cast. in consuetud. Burg. Rubr. 4. §. nono in text. Et ne sont point legat, fol. mibi 173.* scilicet quod ratio decidendi nostræ legis fuit & processit ex eo quod maritus in vltima voluntate non potest grauare vxorem, sed sic est quod legatum est vltima voluntas, & appellatione vltimæ voluntatis comprehenditur legatum, *vt per plura ostendit las. in l. senium, col. 7. C. qui test. face. pos.* ergo faciendo legatum, si legatum assumeretur & computaretur in parte mulieri, mulier esset grauata contra supra dicta, maxime etiam quia vxor accipit mediam partem acquiritorum tanquam suam virtute legis nostræ & similibus, & in hoc non dicitur hæres, 6d

9 sed legatam dicitur onus hereditarium † quod soli hæredi est iniunctum, *ut not. in l. probare. Cod. de her. actio. & Bald. in l. 1. & 2. Cod. ad Trebelli.* ergo legis nostræ dispositio iusta fuit, & iuri conformis, leges enim nostræ per contractum inter viuos nõ vero per vltimas voluntates marito concedunt alienare lucrata constante matrimonio, vt in hoc tit. remanet dictum & ex legibus eius clarissime probatur. Sed an in casu in quo legatum esset hoc compensandum cum dote, vel cum bonis lucralibus vxori pertinentibus, puta quia maritus † sic expresse vel tacite voluit, prout potest, *secundum Conarruu. vbi supra numero 2. in fine,* an compensabitur cum fructibus, quos maritus percepit ex bonis paraphernalibus, vel extra dotem constante matrimonio habitis, tradit Matthe. de Afflictis, *decisio. Neapol. 44. numero 9. vbi cum pluribus numeris sequentibus* descripsit coniecturas, ex quibus animus compensandi decerpitur, vt cum ijs fructibus & non cum dote vel parte lucrorum voluerit compensari, quod ramen in nostro regno nihil dubij continet, cum etiam bonorum paraphernalium maritus sit legitimus administrator, & fructus eorum sunt communes, vt vtrumque in hoc libro affirmauimus. Est etiam dubitandum in casu in quo compensatio esset admit-
11 tenda, admitteretur † quoties debita est species, legatum vero est quantitatis, & non admitti, neque animo compensandi fieri, asserit Ias. in §. in bona fidei. numero 67. *Inst. de action. & hanc proficitur communem Socin. consil. 93. colu. penult. volu. 1. dicens ab ea non esse recedendum in iudicando & consulendo, quam & probat Suarez. l. 1. titul. de las arras, libro 3. Fori, vericul. sed pone questionem, & Bald. l. quoniam in prioribus col. fin. Cod. de inoffic. testament. & Conarruu. vbi supra, numer. 2. ad fin. quamuis contrariam teneant Alexand. Deci. & Ias. in Auth. praterea. Cod. unde vir & vxor. Imol. & idem Alexand. profitendo hanc contrariam communem in l. huiusmodi § cum pater. de legat. 1. ex illo text. sumentes rationem, à quibus dissentio primæ opinioni adhærens, vt pote quia speciei cum quantitate nulla fit compensatio. l. fin. vbi glos. communiter recepta Cod. de compensa. l. si conuenerit ff. de pignor. action. optimus text. in hac specie l. 2. §. mulier ff. de dote præ lega. & l. plane §. sed si non de legat. 1. qua post hac certe vidi relatos per Matienço, hic gloss. 1. numero nono, & Gregorius Lopez in l. 16. titul. 9. partit. 6. in gloss. 3. sic tenendo in nostrum propositum & Beroius. in quest. famil. 92. nume. quarto, & numero 11. declarat, & Mant. de coniectu. vlt. volunt. libr. 10. titul. 2. numero 8. debetque fieri talis computatio legati in id quod debetur ex obligatione legali, siue fiat ab eo, cui onus ex lege incumbit, siue ab illius hærede, qui successit in illa obligatione legali, vt cum Anch. Paul. & Aymo. contra Cornucum tenet eis relatos Conarruu. in dict. cap. offi. ij, numero secundo ad fin. Et quando legatum vel fideicommissum relicta censeantur animo compensandi necne vltra dictos Doctores vide optime per Manticam, vbi supra per totum illum titulum 2. & hæc pro ratione dubitandi ad nostram legem & decidendi, quibus clara redditur eius dispositio. Aliam rationem dubirandi ad eam * proponit Telli. hic, à quo desumpsit Matienço dict. gloss. 1. hic, numero primo, cum sequentibus ai-*

quibus. scilicet quod lex nostra nullam habet dubitationem contra l. quod Labeo. ff. de Carbon. edict. nam si dominium rerum constante matrimonio adquiretorum translatum fuit in vita mariti in vxorem, prout nostri communiter existimant, quomodo legis nostræ conditores dubitare potuerunt an legatum vxori per maritum factum compensetur cum ea parte bonorum cõmuniam, cuius dominium & possessionem habebat vxor. Et tandem ipse Matienço ab hac dubitandi ratione conditores legis huius non excusat meo videri. Ideo ego excusò eos dicendo, quod maxima dubitandi rationem habuerunt, scilicet, quia cum videatur vxori lucralium dimidiam partem deberi ex legis dispositione, & sic velit nolit maritus, videbatur tanquam debitum legale compensandum cum legato, ideo iustum fuit lege nostra id declarari, ne dubitari de eo posset. Item & ex alio, quia cum ex legibus nostris sit permillum marito in vita libere de bonis lucralibus disponere per contractum inter viuos, non vero per vltimam voluntatem, vt dictum est in hac lege, videbatur dicendum, quod si quid vxori legabat ex lucris ipsis legatum videbatur, eò quod omnia præsumuntur per leges nostras quæsiã constante matrimonio & sic vt lucra iudicanda, & ex ijs potius velle maritum solui legatum quam ex suis bonis, quia nemo videtur velle iactare suum, id eò nimirum si rationem dubitandi habuerint conditores nostræ legis, vt eam constituerent & ordinarent, & sic merito reprehendendi non sunt, cum iustam habuerint dubitandi causam & causas, quas ob res vera ratio dubitandi ad legem nostram non est hæc Telli & Matiençi, sed prima per nos descripta.

S V M M A R I V M.

- 1 Promissio dotis ab vxore sine licentia mariti & in abscondito facta nihil valet. 1. & 2. & n. 4. an soluto matrimonio valebit.
- 2 Statutum generale includit omnes casus speciales & priuilegiatos nisi in eo tantum casu in quo priuilegiatus reperitur. 2.
- 3 Vxor etiam si sit tuatrix filiorum primi matrimonij non potest contrahere sine licentia mariti secundi etiam pro tutela. 3.
- 5 Cuius effectus sit mulierem cum marito obligari. 5.
- 6 Rationes decidendi ad hanc legem. 6.
- 7 Lex fi. Cod. de dotis promi. non procedit quoties ex matrimonio adsunt lucra. 7. vel declaratur secundo vt ibi nu. 8.
- 9 Mater potest iam filiam dotare & tenetur ex lege nostra. num. 9.
- 10 Vxor si insimul cum marito dotem promittat filio cõmuni obligatur ad limitationem l. 61. Tauri. n. 10. & an tunc possit vxor iurare sine pena & nu. 11. an tunc repetet à mariti bonis partem dotis ab ea constituta, vbi & quid si absente marito id faciat.
- 12 Mater dotans an videatur de suo dotare. 12. & quid

- quid si erat debitor, vel administratrix bonorum filiae ibidem. ubi & quid in fratre dotate.
- 13 Iure civili dos quomodo & ex quibus soluebatur bonis. 13.
- 14 Vir & uxor si in eodem fateantur instrumento recepisse centum pro dimidia censentur recepisse. 14.
- 15 Uxor si constante matrimonio post dotis tamen constitutionem, vel uxore mortua renuntient lucris an tenebitur uxor vel heredes eius pro dote illa, num. 15. & ibi ex quibus bonis tunc soluetur dos, si sufficientia sint, sin minus ex bonis mariti & uxoris quod superest, soluetur.
- 16 Uxor quamuis pro debito aliquo se obliget cum marito id quod pro eo soluit repetit ab eo, id non procedit quoties ipsa cum marito dotem promittunt filiae communi. 16.
- 17 Frater & extraneus si dotant filiam huius patris unusquisque tenetur pro dimidia. 17.
- 18 Lex nostra an habeat locum si soluto matrimonio pater dotat filiam an de lucris soluetur dos. 18. & nu. 19. an idem erit in matre dotante filiam communem, mortuo marito.

Lex 8. quæerat 53. Tauri.

S V M M A R I V M.

Qualiter & de quibus bonis dos promissa per maritum & uxorem filiae communi vel per maritum solum sit soluenda declarat lex nostra.

Ibi, Y ambos le prometieren. Intellige in simul & vnam & eandem dotem, secus vero aliàs, puta quia promissit maritus 200. & uxor de per se & in abscondito, absque mariti licetia promissit 50. tunc enim quia * licentia mariti defecit, nihil valebit uxoris illius promissio, vt expresse tenet Pala. Rub. in rubrica §. 48. num. 4. & 5. vbi in facto ita dicit se vidisse, & in facto ego habui, & obtinui nihil valere promissionem si bene memini quicquid in transitu voluerit contrarium Didac. Perez, ad Seg. in l. 3. §. fin. nu. 75. ff. de lib. & posthu. & eo relato Matienco in l. 5. gloss. 6. numero 8. supra isto tit. & lib. & Spino, in suo Speculo testamentorum, glo. 10. princ. num. 23. & 24. quia ad hoc allegat Baeza cum ipse Baeza, nihil de hoc teneat sed potius in cap. 11. de dotibus nu. 55. cum pluribus sequentibus. contra teneat, imo quod licentia mariti requiratur, aliàs nihil valet uxoris eius constitutio dotis, itidemque Decia. & Tiraquell. quos pro se ipsi Didac. Perez, Matien. & Spino vbi supra, allegant, non solum non tenent ipsorum opinionem sed potius contrarium, legis 55. Tauri dispositione, aut simili attendita, vt patet ex Tiraquell. per Spino, allegato, in numer. 96. cum sequentibus aliquibus, idque Tiraq. ipse & Deci. fundant, ex eo quod statutum generale includit omnes casus priuilegiatos & speciales, nisi in eo tantum

casu in quo priuilegiatus quis reperitur, * & sic cum statutum dicit quod nulla mulier possit contrahere vel quasi contrahere in plena forma, prout in consilio Decij, per Spino & Matienco, allegato, vel quod habeat locum retractus in omni venditione, aut datione in solutum, non habent locum in causa dotis, nam præterquam quod ipsi loquuntur quoties consensus illius qui consentire debet, requiritur ibidem propter imbecillitatem mulieris, & sic nimirum si causa dotis sit excepta, lex vero illa 55. Tauri, in titulo, de las mugeres, supra hoc libro inserta, loquitur principaliter, ne præiudicium fiat marito, & sic dotis causa & quælibet alia pia comprehenditur sub generali dispositione illius legis, vt ibidem dixi, ne sine licentia mariti possit mulier contrahere neque dotare, aut in piam quælibet causam donare, vltra hæc ponderandum est quod lex illa 55. Tauri, assistit & resistit, annullat & inhabilem ac impotentem mulierem nuptam reddit ad contrahendum quasi contrahendum vel distrahendum sine licetia mariti, & sic nullo modo etiam per viam dotis vel cuiuslibet causæ piæ poterit talis mulier aliquid donare sine licentia mariti, præsertim cum in dict. l. 55. Tauri, persona & res prohibeatur alienare & alienari, & non solum alienationem prohibeat lex illa, verum & quemlibet contractum quasi contractum, vel distractum, sic & donare causa dotis prohibetur sine viri licentia, prout in proposito considerat Cassane. in consuetud. Burgun. rubr. 4. §. 1. numero 20. & 21. Fori 28. quem pro se Didacus Perez allegabat, cum contra ipsum teneat, & diximus etiam l. 1. gloss. 2. titulo 6. supra hoc lib. & in l. 6. gloss. o la madre. eod. tit. 6. Adeo vt ibi ipse Cassane. in eod. num. 21. & 24. concludit quod etiam si mulier hæc esset tutrix filiorum suorum primi matrimonij, non possit contrahere sine licentia sui mariti secundi ¶ etiam in causam tutelæ filiorum ipsorum, quod est singulare verbum ad dict. l. 55. Tauri, in cuius propositum loqui videtur, cum loquatur in propositum alterius similis constitutionis. Et an saltem ¶ matrimonio soluto valebit dotis constitutio in scio marito vel inuito facta, vide per Baezam, in dict. capit. 11. de dotibus, numero 68. cum pluribus sequentibus, & diximus in l. 1. tit. tertio, de las mugeres, supra hoc libro. Et cuius effectus sit mulierem ¶ cum marito obligari, tradit Boeri. decisio. 23. numero septimo, octavo & nono.

Ibi, Que ambos la paguen. Idque statutum videtur ratione societatis inter virum * & uxorem contractæ, saltem quo ad hunc effectum vt data, vel promissa, hoc titulo dotis etiam à solo patre in dubio censeantur, data & promissa ex bonis viro & uxori communibus, & ea ratione ex eis sunt soluenda & deducenda, ex text. nostro id deducente Couarr. in dict. lib. 3. Variar. cap. 19. num. 3. in principio, & Pal. Rub. in rub. §. 66. nu. 7. Quæ quidem ratio mihi certe ad legem nostram non concludit, in casu in quo pater ipse solus dotaret, ex eo quod debitum soluendum ab vno ex socijs, quod quidem debitum non est contractum in commodum societatis & ratione eius, non est soluendum ex parte alterius socij prout de iure decium extat, & ratione clara fundatur, sed indubium est, patrem solum teneri & adstringi dotare filiam, non vero matrem, secundum

text. in l. 8. titul. 11. partit. 4. ergo quamuis promittatur dos per patrem filiae communi, non debet ex parte matris solui dotis pars, quoniam ad id mater non tenebatur. Ideo Couarru. *vbi supra*, hęc præsentiens assignat aliam, quę concludentior videtur scilicet, quod ideo ex lucris dos hęc per patrē & matrem filiae communi vel per patrē assignata soluitur, quia debitum cōtractum per solum patrem matrimonio constante soluendum est de ijs lucris, eō quod non dicuntur lucra nisi debitis solutis, ergo & etiam cum solus pater dotat ex dictis lucris, soluenda est dos filiae huic communi promissa. Quę quidem ratio neque itidem mihi satisfacit, tum quia non potest procedere in casu, quo iam dos promissa soluta esset, cum propter solutionem non possit dici deberi, tum etiam quia cum pater soluto matrimonio dotat filiam communem non concludit, & tamen tunc secundum legem nostrā de bonis lucratis soluenda est dos, ergo hęc etiam ratio non est concludens. Et ideo vel dicendum est pro ratione, sic principem legis conditorem voluisse, cum pro ratione eius voluntas sufficiat, vel dicendum est, quod ideo cēsetur, maritum in quolibet casu siue durante matrimonio, siue eo soluto, siue solum ipsum, siue cum vxore ex bonis lucratis filię communi dotem constituere quia de eis potest tacere id quod voluerit, dicta lucralia in totum, vel in partem alienando, dum tamen non sit in fraudem neque malitiose, cum que alienauerit per dotis huius cōstitutionem, censendum est, vt minus pater laedatur, de bonis ijs in quibus liberam habet administrationem constituisse, sed quia hęc ratio non concludit quando matrimonio soluto pater filiā dotat, ideo mihi plus placet secunda ratio Didaci à Couar. *supra* assignata, cui non obstant incōuenientia per me *supra* posita, nam prima obiectio cessat, & itidem secunda, ex eo quod obligatio & onus dotandi hanc filiam orta fuit constante matrimonio, & sic tunc dotando debitum soluitur, & itidem si dotetur soluto matrimonio debitum in eo contractum, censetur solutum, ideo nimirum quod legis dispositio sic processerit, vel quia cum maritus sit ex legibus nostris oneratus dimidiā lucrorum per eum adquiretorum vxori pręstare mirum nō est si releuetur vt dimidia dotis pereum constante matrimonio siue soluto filię communi constitutę, in dimidia parte lucrorum vxori obuenturę computetur. Ex quibus & ex lege nostra limitatur communis illa opinio Doctorum *in leg. final. Cod. de dot. promiss.*

7 * & dispositio dictę l. 2. titul. 11. partit. 4. disponentium, quod etiam si pater de bonis suis & matris promittat dotem filiae communi non censetur ex bonis matris aliquid illius dotis esse soluendum, nam hęc non procedunt, quoties ex matrimonio illo adsunt lucra, quoniam tunc dimidia pars dotis illius imputabitur matri in sua dimidia parte lucrorum ei pertinente siue pater id dixerit in dotis promissione siue non, quę est singularis declaratio ad dicta iura. Altam etiam declarationem ponit, & gloss. *in ea l. 2.*

8 vt non procedat † quoties etiam si deficerent lucra hęc, pater dotem constituens declarauit dotem promittere ex bonis suis & ex bonis matris specificando quantum ex suis, & quan-

tum ex maternis, & filia ipsa & sponfus sius id acceptarent & consentirent, nam tunc non procedet illa lex Partitarum, & dicta communis opinio Doctorum, *in dict. leg. final. Cod. de dot. promiss. idem tenet glossa secunda, in l. 8. titulo 11. partit. 4.* & idem si nomine & vice filiae ex bonis eius pater dotaret, *secundum Rubenum, consilio 71. numero 3. & gloss. 3. ad fin. l. 16. tit. 9. partit. 6. & communioem & verioreem testatur Burgos de Paz consil. 1. numero 13. colum. 1. & voluit tenere Anton. Gomez. l. 53. Tauri. numero vigesimo-primo, & Baeza, de dote capit. 11. numero 95. cum sequentibus, maxime à numer. 131.* Ex quibus & ex lege nostra notari potest quod quamuis de iure ciuili mater filiam dotare non teneatur, neque poterat, licet communis esset, & insimul cum marito eā dotaret, ex lege † tamen nostra, optime potest, *prout in propositum asserit Baeza, de dotibus filiarum cap. 11. numero 45. & 46.* Ex quo & colligitur singularis limitatio, *secundum eum ibi, numero 41. ad l. 61. Tauri. † quę est l. 9. titulo 3. supra isto libro, probantem vxorem cum marito obligare se non posse, vt non procedat si insimul cum marito filiae communi dotem promittat, nam tunc optime poterit cum marito se obligare, dum tamen licentia mariti interueniat, prout in tali casu interuenire debere asserit idem Baeza vbi supra, numero 22. & 23. & Anton. Gom. l. 53. Tauri. numero 24. in medio, de quo diximus in l. 1. gloss. 1. tit. 6. supra hoc libr. & iterum in nostra hac lege in gloss. 1. dixi, cum que ita sit, quod vxor in hoc casu cum marito potest se obligare, dabitur & maxima causa dubitandi, nam, si tunc talis vxor sit maior. 25. annorum, possit in tali dotis constitutione intercedere vxoris iuramentum, & videbatur dicendum quod non, nam si contractus similis valet, & potest talis mulier ipsi interesse, igitur iuramentum interponi non potest, cum prohibitum sit interponi, ex legibus nostris, in contractibus absque iuramento validis, nisi dicamus apponi posse ex eo quod alienatio & datio promissorum in dote illa est perpetua, quo casu secundum easdem leges regias licite possunt interponi iuramenta. Sed an in dicto casu in quo vxor dotem promittit filię communi * insimul cum marito, soluto matrimonio poterit repetere à marito & hæredibus eius dotem ex sua parte promissam, diximus *in dict. l. 9. titulo 3. supra hoc libro.* Et quid si absente marito vxor dotem promittat & soluat filiae communi repetet à mariti hæredibus & bonis tradit Baeza *vbi supra, numero 41. cum quatuor sequentibus.* Quid tamen si incio marito vxor dictam dotem promittat, an soluto matrimonio compelletur promissionem seruare, dixi *in leg. 2. titulo 3. supra isto libro.* Et an mater dotans * videatur de suo dotare, vide per Baezam *dicto capit. numero 155. vbi limitat, & quid si erat debetrix vel administratrix bonorum filiae dotatę per eam, vide Anton. Gomez. l. 51. Tauri. numero vigesimo-tertio & vigesimo-quarto, & Castillo, l. 53. Tauri, numero secundo, vbi distinguit quam distinctionem videtur sequi gloss. in dict. l. 16. tit. 9. partit. 6. dum ibi se refert ad Bald. in l. fin. C. de dotis promiss. sic tenentem, & Bart. in l. vxorem §. pater naturalis, de legat. 3. & infra ista l. numero 20.**

Et quid

Et quid erit in fratre dotante an de suo dotare videatur, vide Baezam. *dist. cap. 11. num. 155. ubi allegat Ripam l. 1. numer. 94. ff. solut. ma. & melius Bar. Socin. consi. 9. volu. 5.*

Ibi, de por medio quomodo tunc de iure civili & ex quibus bonis soluebatur dos * vide per scribentes, hic, maxime per Anto. Gomez num. 25. & per Bald. Nouellum. *de dote 6. parte. privileg. 3. quem refert gloss. 1. in l. 9. titul. 11. partit. 4.* sicut & videmus, quod si vir & vxor in instrumento fateatur recepisse centum de tali venditione, intelligitur vnumquemque pro dimidia parte recepisse secundum Paulum in l. reos §. cum in tabulis ff. de duobus reis ubi eius additio. alios allegat, & Paul. ibi allegat corrupte Bart. in quodam consilio, & est in cons. 52. & Cal. in consi. Burgun. Rub. 4. §. 13. in prin. num. 4. fol. 177. col. 3. inquit, quod si aliter non constat in dubio ad maritum praesumitur peruenisse pecuniā venditionis, vbi tamen constaret, prout quando maritus & vxor vendunt & ambo fatentur recepisse pretium, praesumitur vnumquemque pro medietate recepisse, & eodem modo quoties obligantur pro dote filiae communis pro medietate tenentur soluere ex bonis lucratis. Quid tamen si soluto matrimonio inter hos maritum & vxorem, vxor ipsa * superstes, vel haeredes eius renuntiant lucris constante matrimonio quaesitis an tenebitur vxor pro dote illa & ab ipsa & a marito in simul promissa filiae communi, & quoad dotatam indubium est teneri, quia licet sit sublata ratio vna, vt obligatione teneretur, scilicet quia renuntiauit lucris, alia vero obligatio, & ratio quia se obligauit ad dotem cum marito renuntians legibus Velleiani & alijs solitis renuntians remanet in suo esse, & sic obligata est vxor licet renuntiet acquasibus, & hoc licet dubius voluit Cassaneus, vbi supra dict. §. 13. in principio, numero 1. cum duobus sequentibus & iterum in §. 20. versiculo 2. numero 8. ibi sed quero de quaestione, fol. 184. column. 2. in fine cum sequentibus. Sed ex quibus bonis tunc soluetur dos, dubitabile est, & per neminem vidi tactum & in hoc mihi videretur tenendum intrepide adhuc tunc dotem hanc ex lucris constante illo matrimonio adquisitis soluendam, quod si nulla lucra adsint tunc dimidiam soluet vxor ex bonis suis, neque tunc eam repetet a bonis mariti, & ita clarissime decerpitur & colligitur ex text. nostro ita vt inductione non egeat, quae est singularis limitatio, ad id quod de iure est scilicet quod quamuis vxor * se obliget ad debitum cum marito nihilominus ex bonis mariti repetet id quod ex illa obligatione soluit si tota obligatio & pretium eius maritus recepit, vt per Doctores maxime Anton. Gomez in l. 51. Tauri. id tamen non procedit quoties vir & vxor in simul filiae communi dotem promittunt, tunc enim quamuis vxor ipsa soluat dimidiam dotis ex bonis suis, nihil repetet a bonis mariti ex text. nostro, & voluit Antonius Gomez, hic numero 25. Sic etiam quando pater & extraneus dotant * filiam patris huius tenetur vnusquisque pro dimidia vt per eundem Antonium Gomez, dicto numero 25. sed si solus maritus dotat & mulier renuntiat lucris ipse solus tenebitur, vt infra l. sequente nu. 15.

Ibi, Si el padre solo, Tollit dubium ante ea tactum per Suar. in titulo de las ganancias ver.

ulterius quer. in fin. fol. 21. in princip. & dubium tactum per Pala. Rub. in Rubr. §. 66. nu. 7. fol. 45. in antiquis.

Ibi, Durante el matrimonio, Quid tamen si eo soluto pater dotet filiam illius matrimonij ex quo extant lucra an erit dos * soluenda exijs bonis communibus lucratis constante illo matrimonio, an vero ex bonis proprijs ipsius patris dotantis & dicendum est quod sic acsi dotaret constante matrimonio, secundum Cou. libr. 3. Variar. capit. 19. numero 3. versicul. ex quo inferitur, vbi dicit ita frequentiori iudicium suffragio receptum esse, & idem tenet gloss. comunales in l. 6. titul. 10. partit. 5. & Castillo hic numero 2. ita sentit, & lae Baeza, optime hanc partem fundans & respondens contrarijs, de dotibus filiarum. capit. 11. numero 97. cum sequentibus aliquibus quicquid post voluerit Castillo hic, numero 24. & Anton. Gomez numero 24. ad finem prout post hac vidi relatum per Martiengo, in gloss. 7. l. 3. numero 9. & 10. titul. 9. nostro & facit ultra eos, nam si ratione societatis contractae inter virum & vxorem censetur dispositionem huius legis nostrae processisse, si tenemus primam rationem ad legem nostram in principio eius per nos assignatam, societasque haec nisi aliud per maritum protestatum sit, etiam post mortem vxoris censetur durare, vt hoc titulo dictum remanet, merito tenendum est, quod etiam soluto matrimonio soluenda sit dicta dos per patrem promissa filiae communi ex dictis lucris, prout voluit tenere Couar. vbi supra item quia vt inquit Baeza vbi supra, & in hac lege diximus, dimidia pars lucrorum constante matrimonio parti vxoris defunctae pertinens affecta videtur onere illo filiam dotandi, ex quo vxor acceptat lucra, & cum lucrum ipsa & haeredes eius sentiant, nimirum si & onus sentire debeant. Sed id quod in patre dictum est dotante soluto matrimonio filiam communem erit dicendum in matre dotante filiam communem mortuo marito † vt dimidia dotis computetur in parte lucrorum marito & haeredibus eius pertinente, & videtur quod idem sit in matre, quod est in patre, nam militat eadem ratio, tum quia correlatiuorum eadem est ratio & dispositio, tum etiam quia cum sit debitum contractum constante matrimonio de bonis lucratis est soluendum, vt dictum est in patre, & sic hanc opinionem tenet Castillo hic numero 2. & 43. et Martiengo in l. 3. gloss. 7. numero 7. supra hoc titulo, et facimus dicta per gloss. mag. ad fin. in l. 6. titul. 10. partit. 5. & per Couar. dist. libr. 3. Variar. ca. 19. numero 3. & ita etiam videtur tenere Bae. de dotibus capit. 11. numer. 43. vbi & in numer. 23. plura dicit de vxore dotante filiam absente marito, sed si non adessent bona multiplicata, si filia haberet bona, quae penes se mater habebat vel erat debitor filiae vel eius nutrix aut curatrix de bonis filiae censetur dotem promississe, quod si bona filiae non sufficiant residuum censetur matrem de bonis suis promittere quasi in dictis in dubio maiorem praesumptionem capere debemus ex administratione † quam ex affectione ex text. in l. cum post mort. §. 1. ff. de admi. tut. notat Anton. Gomez hic, numero 22. vbi & numer. 24. ita videtur tenere & gloss. el padre, l. 8. titul. 11.

titul. 11. part. 4. & Pal. Rub. in Rub. §. 66. numero. 7. & sequen. & Bac. de dot. cap. 11. numer. 155. & supra nume. 12. dum tamen constet de animo deliberato matris volentis promissam & dotem soluere totam, & ad totam obligari vel si dolose & sciens promiserit, secus vero si de alio animo constaret, puta quia putabat filiam tot bona habere quor. pro dote ei promisit & iustificaret animum suum ex probationibus, quoniam tunc excusaretur à soluendo residuo, eo quod tunc donare in eo non videtur, & ita præsumitur, cum ut tutrix, curatrix aut debitor filia dotem promittit, secus vero si non esset eius tutrix, curatrix aut debitor, quia tunc non potest alia capi coniectura quam donationis, & sic residuum soluet tunc mater de bonis suis, ex dictis per Baczam, ubi supra, & Cast. hic. num. 2. & Anto. Gomez numer. 24. & quamuis mihi hæc videantur cum casus occurrerit latius cogitabis, & per species, & hæc pro hac lege sufficiant.

S V M M A R I V M

- 1 Remittere est donare nu. 1. & sic in ea est necessaria insinuatio, ut ibi & nu. 3. declaratur.
- 2 Vxor potest iuri querendo renunciare, & valet talis renunciatio 2.
- 4 Vxor renuncians lucris non admittitur aduersus lesionem etiam ratione cuiuslibet lesionis, vel etatis nu. 4.
- 5 Vxor si mortuo marito remaneat in bonis eius ac si viueret an censeatur lucra acceptasse ita quod ad debita teneatur n. 5.
- 6 Vxor intra quantum tempus teneatur acceptare vel renunciare lucris n. 6.
- 7 Pactum & consuetudo valent ut vxor de bonis mariti nihil capere possit neque filij eius. 7.
- 8 Matrimonio soluto potest vxor lucris ijs renunciare. & itidem eo constante n. 8.
- 9 Renunciatio facta à marito de lucro dotis per statutum marito acquirenda reuocari non potest à creditoribus mariti n. 9.
- 10 Pactum fieri potest ut vxor quamuis lucrorum medietatem capiat non teneatur ad debita 10. ubi an è cõtra quatenus teneatur ad debita & lucra non capiat.
- 11 Vxor sine licentia mariti lucris renunciare non potest 11.
- 12 Iuri accrescendi locus est in lucris ijs 12.
- 13 Vxor pœnitere non potest acceptationis lucris, 13. nisi ut ibi.
- 14 Fructus bonorum vxoris renunciantis sunt mariti & e contra 14 & tunc soluto matrimonio seruabitur dispositio legis, de diuisione. solut. mat. ut ibi.
- 15 Vxor si renunciat lucris non tenetur ad dotem promissam per maritum filie communi n. 15.
- 16 Commoda & incommoda utrique socio communicanda 16.
- 17 Damna obuenientia bonis coniugum ex lucris eodem matrimonio acquisitis refarcitur n.

17. nisi ut ibi, ubi an idem in damnò ancilla dotalis.

- 18 Vxor an tenebitur si acceptat lucra ad debitorum omnium solutionem vel tantum pro parte sua 18 ubi quod pro sua parte exequi potest.
- 19 Vxor an tenebitur si acceptat lucra ad medietatem censuum & pignorationum 19.
- 20 Vxor acceptans lucra, nõ tenetur ad debita mariti ante matrimonium contracta. 20 ubi id in quolibet socio esse dicitur.
- 21 Maritus si durante matrimonio soluit debita ante matrimonium contracta medietas debitorum illorum soluetur vxori ex bonis mariti num. 21
- 22 Maritus si constante secundo matrimonio dotat filiam primi matrimonij, dos illa non est soluenda de lucris secundi matrimonij sed ex bonis mariti dotantis 22. nisi ut ibi n. 24.
- 23 Socius si aliud non est actum non potest dotare filiam de bonis communibus 23. ubi ampliat. tur etiam si sint socij omnium bonorum.
- 25 Maritus si constante secundo matrimonio emit terram nomine filij primi matrimonij & ei tradidit an secunda mulier habeat partem in ea 25.

Lex 9. quæ erat 60. Tauri.

S V M M A R I V M.

Vxor renuncians lucris constante matrimonio quærendis siue quæsitis non tenetur ad solutionem debitorum matrimonio illo durante per maritum contractorum.

PRO cuius legis ratione dubitandi oppono sic, inter maritum & vxorem omnis donatio est prohibita, ut per totum ff. de don. int. vir. & vxor. & in decreta libus & in l. tium. 4. part. 5. sed remittere est donare ¶ ut ex text. in l. si quis delegauerit ff. de donatio. in eaque sicut in vera donatione insinuatio requiritur, & est necessaria, ut per Menes. in l. præses num. 11. & 21. C. de transa. ergo lex nostra procedere non potest nihilominus iusta est eius decisio & iuri cõformis, & pro ratione decidendi dicendum est, quod cum vxor hæc similem renunciationem faciens pauperior nõ efficiatur, neque renunciat iuri quæsitio & irreuocabili, sed potius reuocabili, & quærendo ut apparet ex l. 5. sup. eo. iuste disponitur vxorem posse renunciare lucris ex l. nostra etiam constante matrimonio, quia si non esset constate matrimonio nullum dubium adesset, in g. sequente dicemus, nam iuri quærendo bene potest vxor renuciare ¶ & valet talis renunciatio & remissio, ex text. in l. si sponsus §. si maritus ff. de don. int. vir. quem ad hoc allegat Ant. Go. To. 2. c. 4. n. 24. & tradit expresse ad legem nostram Cou. in 4. p. 2. c. 7. §. 1. n. 11. fol. 92. & An. Go. hic, Boer. decis. 244. numer. 2. & Pala. Rub. in Rub. de dona. int. §. 47. num. 13. ubi sic dicit in factis contingentiæ

contingentia decisum, & *Casari. in conf. Burgos. Rub. 4. §. 9. nu. 8. fol. 172. & Aluar. in tract. de coniect. men. test. lib. 2. cap. 1. num. 28. vbi. num. 29. denotat tunc mariti licentiam requiriti. Ex quo & in tali renunciatione dicendum est nullam insinuationem requiri, nam tunc demum requiritur, quoties ius*

3 † quæsitum renunciatur secundum *Ant. Gom. d.c. 4. n. 10. ita in propositum tenens & alia inferens, & in si. col. querit. quid erit è cōtra, de quo & per Pal. Ru. in d. §. 47. n. 13. & dicendū est idē. esse, & pacta talia super hoc facta valere ex l. 24. tit. 11. p. 4. probante pacta hæc esse omnino seruanda, neque valere consuetudinē contrariā. Imo & vxor hæc etiā si dum vidua renunciationem hanc facit, non admittitur contra renunciationem ratione cuiuslibet*

4 * læsionis, nec minoris ætatis secundum *Burg. de Paz, q. 9. nu. 12. Sed an si mulier mortuo marito remaneat in bonis eius ac si viueret, an censeatur lucra acceptasse ita quod ad debita teneatur † & in dubio videretur dicendum quod sic, si per aliquod tēpus sic stetit, nisi constet id fecisse ratione pignoris vel dotis ac bonorū suorū, vel quia protestata est, ex dictis per *Maran. in l. is potest, n. 58. ff. de acq. her. retenta opinione alibi in hoc titul. per nos asserta, quod nulla requiritur cessio hæredum mariti vt vxor vidua possit vti lucris ijs & potiri & petere, secus vero si cessio requireretur quasi tunc cum ea petere non possit videatur alio titulo quā acceptationis lucrorum in bonis permanere, tu latius considerabis quia per neminem vsque adhuc**

6 vidi dubitari de ijs. Et intra quantum tempus † post requisitionem teneatur acceptare vel renunciare ijs lucris mulier vidua, nouissime *D. Spi. in Specul. test. in gloss. 12. princip. num. 108. pagin. 290. inquit quod ex iure nostro intra centum dies post requisitionem ad id tenetur, ne creditores sint in suspenso & *Marien. hic glossa. prima, numero octauo.**

Ibi, *Renunciat*, nam pacto & conuentione ipsorum fieri potest, ante matrimonium contractū absque dubio vt per *Rot. antiqui. §. 42. titul. de pact.* quia tales conuentiones non sunt contra leges & bonos mores, sed ex consensu partium legem accipiunt, c. 1. de spons. & ibi *Ang. Feli. & ceteri teste Siman. de inst. cath. tit. 9. num. 139. & hanc sensit Ber. in cap. de don. int. verb. si non est aliud Fab. in §. aliud. inst. de nup. & hæc etiam de iure ciuili erat communis opinio secundū *Alex. relat. per Boer. decis. 22. n. 28. & fundatur etiā ex c. 1. de fil. nat. ex ma. ad morga. com. vbi valet pactum* * vel consuetudo, vt vxor vel eius filij de bonis mariti nihil capere possint, & tradit *Cou. in 4. 2. p. c. 7. §. 1. nu. 11. & Auen resp. 20. nu. 8. vbi inquit non solū valere dictum pactum, vt de melioratis nihil habeat vxor, sed vt certa quantitas detur vxori vel eius hæredibus siue sint adquisita siue non secundum *Fab. in l. de fideicom. C. de transm. matr. itidem dissoluto potest* * etiam mulier dictis lucris renuntiare quia tunc cessat ratio donationis inter maritum & vxorem, constante vero dubium esse poterat quia vxor viro constante matrimonio donare non potest, & in hoc lex nostra prouidit vt talis renuntiatio valeat, tum ex ratione decidendi supra posita, tum etiam quia lex nostra loquitur per verba, *muger y marido*, quæ proprie matrimonio iam contracto dicuntur, & verificantur, tunc etiam quia in difficiliore casu & vbi videretur poterat dubium censetur**

legem nostram disponere præsertim cum sit de legibus Tauri, & ita prius probauerat gloss. in d. c. 2. de don. inter, quam præter *D. D. ibi existimat esse insignem Suar. relat. & secutus per Conar. vbi supra, & idem Suar. in d. tit. de las ganancias. versi. queritur. & secundo fol. 10. & Pala. Rub. in rubr. §. 47. nu. 13. & 19. & 20. vbi inquit ita in contingentia facti pronuntiatum vidisse, & *Auend. d. n. 8. & idem Pala. Rub. in ead. rubr. §. 63. n. 2. fol. 40. & Burg. de Paz in qua suis, q. 9. num. 11. & Ant. Gom. hic & ab hoc licet sub dubio non esse recedendum asserit Cast. hic col. 3. quicquid ipse ibi velut supplere, & nouissime post hæc tenet *Marien. hic glos. 1. num. 2. 3. & 4. & Cast. in conf. Burg. Rub. 4. §. 2. femme marite lim. 3. fol. 137. quamuis contrarium velit tenere & verius esse dicat Greg. in l. 5. tit. 11. part. 4. verbo otra, satis debilibus fundamentis sed contra eum est intrepide tenendum, quæ & fundari potest ex dictis per *Deci. consil. 170. vbi probat remissionem factam à marito de lucro dotis, quod lucrum ex lege municipalis deferebatur eidem marito vxore præmorta reuocari à creditoribus † mariti non posse, quod consilium plures sequuntur relati per *Benuen. in tract. de merca. tit. de decoctor. 3. p. nu. 37. pagin. 107. in paruis, & sic & eodem modo creditores repudiantis lucris ijs contradicere non poterunt, vt per *Conar. vbi supra num. 12. & faciunt dicta per *Socij. l. minor. consil. 109. lib. 3. n. 1. 4. & 5. & qua alibi nos diximus, quicquid velit contra *Marien. hic gl. 1. nu. 6. & 7. contra quem faciunt, quæ ipse dicit. n. 8. Imo & poterit fieri pactū quod vxor etiam si sit particeps* * horum lucrorū non teneatur ad debita vt tradit *10 Cassa. in conf. Burgun. Rub. 4. §. 9. in princ. nu. 11. fol. 171. vbi nu. 7. querit quid è contra an poterit fieri quod vxor ad debita teneatur & non capiat partē lucrorum, non tamen poterit vxor hæc renunciare lucris siue licentia* * mariti secundum *Burg. de Paz in question. suis. q. 9. nu. 12. & 13. sic intelligendo *Castell. hic aliud indistincte dicentem. Ex quibus infertur quod in ijs lucris cum renunciationi locus sit, erit etiam locus † iuris accrescendi, secundum* 12 *Ant. Gom. Tom. 1. s. 10. n. 28. in medio. Post acceptationem autem lucrorū non poterit vxor pœnitere † secundum *Marien. hic glo. 1. nu. 9. ex l. sicut Cod. de repu. her. quod intelligo nisi esset minor 25. annorum, nam tunc ex capite læsionis & minoris ætatis posset, ex dictis per *Anton. Gomez. Tom. 2. cap. 14. versiculo octauo infertur, norandum tamen est & aduertendum quod quemadmodum fructus bonorum mariti non cedunt lucro vxoris renunciantis lucris constante matrimonio quæsitis, vt hic disponitur, ita & fructus bonorum mariti renunciantis non erunt communes sed ipsi vxori adquirentur* * nam si ex vi societatis inter coniuges contractę communicabatur, vt in l. 3. & 4. supra eod. resoluta societate, vel non contracta ab initio, propter renunciationem vxoris non communicabuntur, cessat enim effectus societatis causa cessante argumento eius quod scribit *Specul. titul. de indic. del. §. superest. versicul. quid si socius, ita *Marienco huius gloss. 2. quod intelligo quoad diuisionem fructuum bonorum vxoris soluto matrimonio, nam eo durante dominus est maritus bonorum dotalium, & fructus eorum pro sustentatione matrimonij constituuntur, & sic in hoc casu soluto matrimonio quoad diuisionem seruabitur************

dispositio. l. si diuisionem & similia. ff. solut. mat. Sic etiam & cum vxor renuntiat lucris non tenebitur ad solutionem dotis filiae communi per patrem promissae, ad limitationem legis praecedentis ut optime aduertit Marienco hic gloss. 2. in fine, & quid si vxor & maritus dotauerint, vide supra lege praecedente, numero 15. cum duobus sequentibus.

Ibi, De las deudas, Ergo a contrario si non renuntiet tenebitur vxor ad debita soluenda ex parte sua lucrorum et obuientium, & sic intelliges. l. 14. tit. 20. lib. 3. Fori, ut ibi aduertit gloss. final. cum comoda & incommoda * utriusque socio communicanda sint, secundum Couar. lib. 3. variar. cap. 19. num. 3. post princip. & Pala. Rub. Optime in Rubr. §. 66. numero 1. cum sequentibus aliquibus, ubi inquit quod damna obuientia bonis alicuius ex conjugibus refarciuntur de bonis super lucrativis constante matrimonio † & sic uti inquit & vidisse practicum in Cancellaria, & per consequens damna bonorum dotalium, ex dictis lucris refarcienda erunt, secundum gloss. el. pro. in l. 18. tit. 11. partit. 4. nisi secundum eundem gloss. ibi penult. talia damna obuenerint culpa mariti, nam tunc ex bonis mariti refarcientur, & non ex lucris ijs, prout & tenet Palat. Rub. ubi supra numero 3. & 4. & Marienco in l. 4. in gloss. fin. supra eod. & dixi in l. 2. gloss. ganaren. supra eod. imo & secundum gloss. 1. in l. 20. titulo 11. partit. 4. damnum etiam ancillae dotalis ex lucris refarcitur, nisi obuenerit culpa viri ut dixi. Sed est dubium an tenebitur vxor acceptans lucra ad omnia debita per maritum constante illo matrimonio contracta, an vero pro parte sua dimidia tantum * & dicendum est pro sua tantum dimidia parte teneri, & non ultra ex dictis per Bennen. in tract. de mercatu. pagin. 139. in parnis, num. 15. sub tit. de contractibus mercatorum & tenet Casan. in consuet. Burgun. Rub. 4. §. 20. verbo, descendere, num. 8. fol. 189. col. 2. & sic pro parte obuientii tali vxori potest exequi pro debito contracto durante matrimonio, secundum Rebuff. Tom. 1. const. Franc. tit. de liter. obligat. art. 2. gloss. 1. num. 100. Sed an medietatem censuum acpignorationum * tenebitur soluere, tunc Cass. ubi supra dict. Rub. 4. §. 9. in verbo, semblament, in fin. num. 11. folio 174. ubi inquit quod sic, & quod ita fuit iudicatum, & bene quicquid ipse ibi velit subtilizare, nam census inter bona immobilia computantur. Et an pro fideiussione a marito facta mulier haec acceptans lucra teneatur in l. 7. supra eo. lib. sub tit. 3. diximus, & in hoc titulo iterum repetiuimus.

Ibi, Durante el matrimonio. Nam pro alijs debitis ante matrimonium contractis non tenebitur vxor † soluere aliquid ex parte sua lucrorum constante suo matrimonio acquiritorum, idque ex lege nostra in ijs verbis clarissime a contrario sensu probatur, & quia tunc socius tenetur ad debita quoties durante societate sunt contracta, non vero si ante initam societatem, ut per Seguram, in tractatu de bonis lucra. constante matrimonio, numero sexto, ex text. in l. sed neque as alienum, & l. an ne as alienum, & l. pro socio. arbit. ff. pro socio. notat P. P. P. consilio. 94. spectabiles numero 5. volum. 1. qua ad hoc ita asserendo allegat Bennen. in dict. tractat. de mercatu. titulo de contractibus mer. in principio. numero 14. ad finem, pagina 139. in parnis. quamuis Cassaneus

ubi supra dicto. §. nono, versiculo, de tont debitorium, numero primo, folio 172. litera suae consuetudinis attenta, aliud velit, & ideo caute lex nostra adiecit, durante el matrimonio, ad omne dubium tenendum. Ex quo inferitur quod si maritus constante matrimonio soluit debita ante matrimonium per eum contracta * soluto matrimonio, medietas debitorum illorum solutorum constante matrimonio est refarcienda & soluenda vxori de bonis mariti. Et per consequens si maritus constante matrimonio cum secunda vxore dotauit filiam primi matrimonij * dos illa non est soluenda ex lucris secundi matrimonij, sed ex bonis mariti censetur dos constituta, ex text. in l. si socius pro filia. ff. pro socio. per quam ita tenet Paul. in recollectis, ibidem, dicens quod si expresse non est actum non potest socius dotare filiam de bonis † communibus, idem tenet Baldus in Authentica ex testamento. Cod. de collationibus. ubi Additionator alios plures idem tenentes allegat, & Ancharranus & alij relati per las. in Authentica quod locum, numero 5. & 6. Cod. de collation. etiam si sint socij omnium bonorum. secundum eos ibi, quamuis in tali socio omnium bonorum aliud velint Baldus & alij relati per Additio. Bald. in dict. numero 13. & Socin. Iunior. consilio. 46. numero 11. volumine 1. in non socio tamen omnium bonorum clarius eo est, & in expresse tenet licentiatas Quemada, in question. fiscal. sanctae Inquis. questione 6. in fine, ubi allegat Palat. Rub. in Rubrica §. 62. in fine. ubi idem dicit si soluisset largitiones ante secundum matrimonium contractas, & in dote ita tenet etiam Burgos de Paz, in questionibus suis, question. 8. numero 14. & nouissime post haec examinat & declarat Ayora, in tractatu de partitionibus. 3. parte, questione 12. per totam. quamuis Socin. Senior. consilio. 4. numero 21. 31. & 41. & consilio. 5. volumine 4. aliud velit intelligendo dictam l. si socius, alio modo, & probatur id ex ijs verbis nostrae legis, imo & in socio omnium bonorum sic se habet magis communis opinio, ut consuluit cum Roma. idem Socrus relatus per gloss. communio, ut consuluit cum Roma. idem Socin. relatus per gloss. communales in l. 6. tit. 10. partit. sexta, quicquid ibi gloss. velit, de quibus & per Bae. de dotibus filiarum, capit. 15. numero secundo, ubi numero quinto, etiam testatur esse veriore dictam magis communem opinionem, & ibi numero 6. videtur quadam distinctione, qua quidem in idem recidimus, scilicet quod ex parte lucrorum vxoris non est soluenda illa dos sed ex bonis mariti, nisi vxor ipsa doti expresse † consentisset & quod ex lucris solueretur, ex dictis per Baezam, ubi supra numero 14. 15. & 16. & iterum in capit. 10. numero 82. cum quatuor sequentibus, quasi tunc renunciare lucris quoad dotem ipsam videatur, item & secundo intelligo id esse verum quoties dos esset magna, secus si parua, quia tunc cum paruam donationem non sit marito prohibitum facere, ut in hoc titulo dixi, ex Molina de Primogenijs, lib. 2. cap. 10. numero sexagesimo septimo, nimirum, si & in nostro casu valebit, quae est noua declaratio & ideo cogitanda. Ex quo & dubitat optime Cassan. in consu. Burgun. Rub. 4. §. 2. numero 20. folio 137. quid si pater habens filium ex prima vxore emit

emit aliquam terram nomine sui filij, & eidem tradidit constante tamen matrimonio secunda vxoris an debeat esse præcipua illi filio, an vero mulier * debeat habere partem dimidiam, tanquã fuerit adquisita constante matrimonio, & ibi distinguit cum Bald. in l. filia cuius. Cod. famil. her. & tandem reliquit cogitandum, & plures de hac re tractantes allegat, illud tamen mihi indubium est, quod in casu in quo mulieri huic non detur dimidia pars illius terræ dabitur æstimatio talis dimidiæ partis ex bonis mariti, quia cum emerit durante matrimonio suo id totum lucrum dicitur, & sic communicandum, eo quod tantum minus maritus reliquit, quantum valet dicta terra, & donare in præiudicium vxoris non potest, neque filios prioris matrimonij ditare in præiudicium & fraudem secundæ vxoris.

S V M M A R I V M.

- 1 Socius vnus non tenetur sentire damnum obueniens ex persona alterius socij, num. 1.
- 2 Ratio dubitandi apponitur in num. 2. & num. 5. ratio decidendi.
- 3 Delinquens se ipsum pœna subdit per delictum 3. & num. 7. declarat.
- 4 Naturalis obligatio oritur in delictis, sicut in contractibus. 4.
- 6 Alienatio lucrorum licet per contractum permittatur marito, non tamen per delictum. 6.
- 8 Creditores heretici ante hæresim recuperant debita à fisco. 8.
- 9 Vsfufructus bonorum aduentitiorum filij non confiscatur propter hæresim patris. 9.
- 10 Consuetudo vel statutum an valeat quod vnus pro alio teneatur. 10.
- 11 Delicto mariti vxor non perdit dotem, bona neque arrhas. 11.
- 12 Bona mulieris si publicentur ob eius delictum non publicatur dos constante matrimonio nisi in quinque casibus. 12. & ibi quid hodie erit.
- 13 Dos mulieris catholica contrahentis cum illo qui scit esse hereticum confiscatur. 13. & sic etiam lucra confiscabuntur.
- 14 Lex nostra procedet in bonis confiscatis ante eius promulgationem. 14.
- 15 Bona delinquentis tam habita post delictum quam ante delictum propter quod confiscanda veniebant, confiscabuntur, neque valebit vlla alienatio bonorum post delictum facta 15. nisi sit lucrorum vt num. 17.
- 16 Fiscus in delictis, vbi bona confiscantur non tenetur stare locationi. 16. declara vt ibi.
- 18 Dictio hasta, nostri text. inclusiuè apponitur, num. 18.
- 19 Pœna etiam vbi incurritur ipso iure declaratio requiritur, 19. & numero 20. an sufficiat declarationem esse factam, etiam si non sit lapsa in rem indicatam, vt vxor desinat ab inde acquirere lucra.

Tom. 3.

Lex 10. quæ erat 77. Tauri.

S V M M A R I V M.

Propter delictum vnus ex coniugibus non perdit alter bona sua neque medietatem bonorum constante matrimonio lucratorum vsque ad sententiam vel executionem eius super delicto tali prolatam, etiam si delictum sit hæresis, vel alterius similis qualitatatis pœnam imponens ipso iure contra delinquentem.

IBi, No pierda, Non enim tenetur vnus socius * alterius socij sentire damnum obueniens ex persona sui socij, ex text. in leg. ex parte, §. filius. ff. famil. her. & facit text. in l. duobus §. damna. in fine. ff. pro socio. notat Panorm. in consilio. 65. numero 1. volumine 1. relatus & secutus per Castaneum in consuetudinibus Burgundie. Rubrica. 4. §. 2. Fem emari el. numero 1. folio 137. vbi in additione. allegat ad hoc Palatium Rube. in Rubrica, de donatio. inter §. 66. per totum. Sed pro ratione dubitandi oppono ¶ ex l. 5. supra isto titulo, vt libere alienare lucra permittitur marito per contractum absque consensu vxoris, quod si id licet per contractum, licebit & per delictum, cum in delictis quali cõtrahatur, factoque delicto delinquens videatur se pœnæ propter delictum * imponenda subiecisse, ex l. Imperatores ff. de iure fisci, optima l. 15. ad final. titul. 13. parita secunda, & ibi gloss. el mismo. Minch. de successi. Tom. 1. §. 10. numero 665. per totum, folio 281. in delictisque naturalibus sicut in contractibus ¶ oritur obligatio ex iuribus illis, & ex l. final. Cod. de collat. fun. patri. libr. 11. Soto de iust. & iure, libro quinto, quæstione secunda, artic. 3. in fin. pagina 385. validum estque argumentum de contractibus ad delicta & è contra, vt per Euerardum in sua Centur. locorum. capit. de contractibus ad delicta, & è contra, ergo text. noster procedere non potest, sed pro ratione ¶ decidendi dicendum est quod cum delicta dolo & malitia non careant ex parte delinquentis, præsertim illa, ob quæ confiscatio bonorum venit imponenda, per dolum, non potest maritus alienare lucra hæc, ex dicta l. 15. & per consequens iusta est decisio nostri text. neque illicitè licet alienare marito, prout liceret si propter delictum eius dimidia pars lucrorum vxori pertinens esset etiam confiscanda, secundum Palat. Rube. in Rubrica. dict. §. 66. numero 23. & 24. & quia licet per contractum permittatur dicta alienatio marito, non tamen per ¶ delictum, prout inquit text. expressus in l. si filio. Cod. de bon. pos. quem commendant plures relati per Con. libro secundo, variar. cap. 8. numero septimo, versicul. hinc apparet & tenet in proposito Quemada, in delictis quæstion. fiscal. sancte Inquisitio. quæstio. 6. ad finem. tum etiam quia tunc argum. de contractibus ad delicta procedit, quoties eadem ratio dari potest, hic tamen deficit, quia in contractu datur

Dd 3

libera

libera voluntas contrahentis, in delicto vero non, quia animæ passiones & primi motus non sunt hominis, & ficti & non vere & proprie videtur delinquentem pœnâ imponendæ propter delictum * consensisse, *secundum Angel. & Paul. in l. si tibi quadam. §. decem. ff. de pactis secutos & relatos per Mexiam, in pragm. tasse panis, conclusionem 6. numero 67. itidem & dictum argum. cessat quoties resularet absurdum & iurium correctio, sed iure vnus propter delictum alterius non debet puniri, neque vxor pro marito, ut in toto tit. Cod. ne vxor pro marito, ergo nimirum si per delictum mariti vxor non perdat dimidiam suam partem lucrorum. Et sic creditores hæretici qui ante crimen commissum creditores erant ad exigenda à fisco vere * sibi debita admittuntur. l. 2. & ibi gloss. ff. de alimen. & cib. leg. l. 1. cum ibi ciuitis. Cod. de pœn. fiscal. l. 10. titul. 2. partit. 3. l. 16. titul. 7. part. 6. Symancas de instit. cathol. cap. 9. numero nono.*

Sic etiam propter patrem hæreticum non confiscatur usufructus bonorum aduentitiorum † filij, eo quod tunc filius efficitur sui iuris, & exijt à manu patris propter status diminutionem, & sic usufructus consolidatur cum proprietate, ut optime inquit Symancas, dict. tit. 9. num. 81. & diximus in l. 7. num. 134. cum sequentibus aliquib. titu. 10. supra libro præcedente, & per consequens & similiter dicendū est, vxorem exire de potestate mariti quam per matrimonij contractum ingressa fuit, & cum tunc cum effectu ei adquirantur bona nimirum si ea non perdat ex parte sua, idque & legis nostri dispositione pluribus medijs exornare poteris ex dictis per Symancas, ubi supra numero 66. cum pluribus sequentibus, & per Seguram, in dict. tract. de bonis lucra. constant. mat. per totum & per Palat. Rub. relatam per Cast. hic, num. 1. & fuit hæc decisiua plurium quæstionum & opinionum, quæ ante eam, aderant circa bona hæc lucralia, ut licet videre ex Segura ubi supra, & Pal. Rub. in d. Rubrica, §. 66. Et an valeat consuetudo vel statutum ut vnus pro † alio teneatur, vide Menes, in l. si emancipata, numero 34. Cod. de iur. & fac. ignor.

Ibi, *Sus bienes*. Et sic non perdet arrhas * ex §. titul. 10. part. 7. not. Palacios Rub. in dict. §. 66. numero 23. neque itidem perdet dotem, sed potius potest illam repetere secuta condemnatione, etiã si ipsa sequeretur virum, qui esset de rebellionem condemnatus, prout indicatum refert Bossius relatus & secutus per Iuli. Clarum, libr. 5. recep. sent. §. fin. quæstion. 78. num. 15. ubi idem è contra dicit, scilicet, quod si bona mulieris publicentur non confiscatur eius † dos constante matrimonio, nisi in quinque casibus de quibus per Anton. Gomez. l. 78. Tauri numero 1. hodie tamen secundum cum ibi, ex eadem met. l. 78. quæ est sequens bene confiscatur dos per delictum vxoris pœna mortis propter tale delictum puniendæ. Imo & dos vxoris Catholicæ publicatur * propter hæresim viri, quoties sciens illum hæreticum contraxit matrimonium cum illo ex cap. decreuit, de hæretic. in 6. not. Simanc. in dict. tit. 9. num. 10. & numer. 74. idem quoad lucra hæc dicit.

Ibi, *Ni la mitad*. Processit ut supra diximus ad sedandas opiniones Doctorum circa hæc bona lucralia antea habitas, & determinantur hæc dicta per Seguram in dict. tract. de bonis lucra. const.

mat. à numero 1. cum sequentibus, ubi numer. 15. istam opinionem secundum legis nostræ dispositionem tenuit. Sed an lex ista procedet in bonis confiscatis ante huius legis promulgationem, † tradit quod sic Quemada, in quæstion. dictis fiscalibus Inqui. quæst. 6.

Ibi, *Hasta que por el tal delicto*. Nam licet iure compertum habeamus bona omnia, quæ post delictum commissum lucratur delinquens, * confiscanda esse, cum ijs bonis, quæ ante commissum delictum habuerat, quoties ipso iure à tempore delicti commissi confiscatio à lege fiebat, ut in crimine hæresis & similibus, secundum text. in l. ex iudiciorum versic. adde. ff. de accusatio. not. Anton. Gom. tomo 3. variar. in 4. parte 2. capit. 6. §. 8. in fin. cum sequentibus, & Simanc. de instit. Cathol. tit. 9. numero 21. adeo ut alienatio titulo oneroso vel lucratio facta per talem delinquentem post delictum commissum nullius sit momenti, & ea non obstante fiscus pretio non oblato possit illa bona recuperare & vendicare, secundum d. l. ex iudiciorum, & text. in l. 4. tit. 2. part. 7. & Ant. Go. dict. numero 2. & 11. & in eo tom. 3. cap. 4. numer. 4. & Couarr. dict. num. 8. & Simanc. dict. titul. 9. num. 27. cum sequentibus aliquib. ubi num. 29. inquit multos esse casus ubi precium possessori talium bonorum esset restituendum. Ex quo inquit Anton. Gomez. tomo 2. capit. 3. numero 10. in fine, quod in ijs criminibus ubi ipso iure bona confiscantur, non tenetur * fiscus stare locationi factæ per delinquentem secundum distinctionem ibi per eum positam, quod intelligerem quoties locatio talis facta fuit post delictum commissum, secus si ante, nam tunc cessaret dicta doctrina, & distinctio Anton. Gom. eo quod ante delictum commissum potuit iuste locatio fieri, & cum effectu tanquam facta à vero domino: tamen, ut (ad instituta redeamus) quia medietas horum lucrorum ipso iure in vxorem transfertur, & dominium & possessio eius, nimirum si non confiscetur † hæc vxoris media pars lucrorum etiam adquisitorum post delictum commissum & vsque ad sententiam super delicto latam, cum id quod est vxoris non sit confiscandum, neque socius partem socij per delictum perdere possit, ex text. in l. si fratres. §. fin. ff. pro socio, & l. adeo, in fine, eo tit. ideo iuste in text. nostro disponitur, ut vsque dum declaratio hæc confiscationis facta sit, non fiat confiscatio lucri acquirendi vxori, & sic dictio, *hasta*, nostri text. inclusiue † hic apposita est, licet aliàs secundum subiectam materiam exclusiue apponi soleat, ut in l. filius sum. §. 1. delegat. r. de quo plene per Alex. in l. 1. ff. ad l. Falc. per gloss. in l. id est ff. de dolo, Bart. l. patronus. §. 1. deleg. 3. ubi perfecte huius dictionis naturam declarat, teste addition. Abb. in cap. cum dilecti. numero quarto de dolo, cui tamen aliqua sunt addenda ex Bald. in Authen. hoc amplius. Cod. de fideicom. teste Oroscio in l. meminisse numero 1. ff. de offic. procons. & Tiraquel. de utroque retract. tit. de retract. lina. §. 1. gloss. 11. numero 66. folio. 88.

Ibi, *Sean declarados*. Hic habes text. expresse probantem quod ubi etiam pœna incurritur ipso iure declaratio eius requiritur, † quod & de iure regula generalis erat, ut late diximus in l. 2. titulo de las contesta. in gloss. annque, supra precedente libro quarto, & nunc nouiter pro hoc ego confidero.

fidei text. nostrum. Sed est dubium an sufficiat declaratoria sententia vt ex tunc vxor desinat adquirere luca etiam si talis sententia declaratoria non sit lapsa in rem iudicatam, & crederem sufficere declarationem * esse facta, nam ab inde deuenit iam in vxoris notitiam maritum esse hereticum, vel delictum tale commisisse propter quod bona confiscantur, & deuenisse in statu diminutionem, vt cessent abinde societatis luca & communio eorum, & sic affecta ex tunc censentur bona, vt cesset deinde communicatio, & post sic vidi sensisse *Matienco*, hic *glos. 3. in fine*, licet suboscure, & incidenter, suo tamen loco latius considerabit vnusquisque & veritatem indagabit.

Ibi, *Aunque*. Pondera dictionem hanc, *aunque*, quæ & minora delicta quam hæresis includit dum tamen in eis confiscatio bonorum facienda sit.

S V M M A R I V M.

- 1 Dotem perdit mulier ob delicta aliqua ab ea missa, num. 1.
- 2 Maritus vxoris delinquentis delicto confiscatione digno saluas habet actiones ne ultra quam possit condemnentur. 2.
- 3 Donata vxori à consanguineis viri an confiscentur propter delictum vxoris confiscatione dignum. 3. & quod è contra. *ibidem*.
- 4 Vxor hæretica si filios habeat, confiscatio locum habebit. 4.
- 5 Dos vbi est confiscanda quoad proprietatem & usum fructum confiscatur. 5. vbi ampliatum ad quodlibet crimen per vxorem perpetratum in eo quod condemnatio contra eam fit.
- 6 Dotis partem etiam si vir sit lucraturus soluto matrimonio eo durante confiscabitur ob delictum vxoris confiscatione dignum, ea tamen ~~in tota~~ remanet salua actio marito & eius heredibus pro parte illa. 6. vbi idem si erant alicui restituenda.

Lex ii. quæ erat 78. Tauri.

S V M M A R I V M.

Nupta vxor ob delictum ab ea perpetratum potest perdere bona lucralia & dotalia vel quæcunque alia in toto vel in parte.

Ibi, *Pueda perder*, Vt in crimine * hæresis, ex *capit. decreti, de hære. in 3.* & in alijs à *Rege*, quinque legibus. ff. de bon. clam. descriptis, vt not. *Docto. hic præsertim Anto. Gomez.* & in hæresis crimine textum nostrum considerat ad hoc *Couarruu. relatus per Didac. Perez. in leg. 1. tit. 1. pagina 33. ad fin. lib. 1. ord. licet Cassan. ibi ai-*

Tom. 3.

legatus contrarium voluerit, & male, ideoque quamuis Carolo Quinto Imperatori nostro petitum fuit in curijs de Valladolid anno 37. peti. 108. vt dignaretur, quod lex nostra saltem post mortem mariti locum haberet, & non eo viuo propter mariti detrimentum, noluit inuictissimus Imperator id concedere, sed potius iussit leges in hoc disponentes seruari, quasi denegauerit petitionem prout denegauit, & sic lex nostra in suo esse remanet, neque dicta petitio fuit in nostra recopilatione inserta, quasi nihil per eam innouatum esset, prout non fuit, est tamen verum quod adhuc in nostro casu, & lege nostra saluas habet maritus actiones contra fiscum, vt in id quod facere possit † dumtaxat condemnentur, *secundum Simancas, de insti. cathol. tit. 9. num. 12.* non enim debet in hoc casu plus iuris habere fiscus, quam pars à qua causam habuit. Sed est dubium an res donatæ vxori à viri consanguineis confiscantur ob vxoris delictum propter quod bona eiusdem vxoris veniunt * confiscanda, & in hoc Pala. Rub. *in rubri. §. 45. num. 17.* videtur tenere quod sic, cum etiam res illas lucraretur sponsa si ab spōso deosculata fuisset pro medietate, & totas si cognita esset carnaliter ab sponso, ex *dispositione l. 53. Tauri, quæ est fin. tit. 2. supra isto libro.* Ego tamen prout colligo ex *Palacios Rub. ibi & alibi dixi*, tenerem quod si res illæ donatæ sint vxori vt sua sint, puta quia ita erat cōsuetudo, vel alijs quam mulieribus non competunt, vel propter feruitia per sponsam vel vxorem facta consanguineo mariti ea donanti, tunc confiscentur, quia propria sponsæ ac vxoris erant, si vero desinat coniecturæ hæ, vel aliæ ex quibus præsumeretur ideo donatas esse vt ipsius vxoris propriæ essent, quia tunc præsumuntur contemplatione sponsi vel mariti factæ donationes earum, non confiscabantur, quia non vxori sed marito acquiruntur sicut neque confiscantur donationes marito factæ à consanguineis vxoris, contemplatione ipsius vxoris, *secundum Simancas, d. tit. tit. 9. numero 76.* aliud etiam, & non minus singulare dubium adest, num si mulier hæc hæretica filios habeat confiscatio hæc bonorum suorum locum † habebit, & videtur quod non habeat locum, ex *l. 2. titulo 27. partita 7. quæ ita expresse disponit, & facit text. in l. 5. titulo 31. partit. 7. vt & alio diximus loco*, & sic quod lex nostra limitetur vt non procedat quoties vxor hæc filios habet ex legitimo matrimonio, & probari etiam potest *ex text. in l. 7. tit. 7. partita sexta*, sed nihilominus contrarium est dicendum in hæresis delicto, imo quod quamuis hæreticus, vel hæretica filios vel descendentes habeant etiam legitimos, bona confiscantur, & quod in hoc standum est dispositioni iuris canonici sic prouidentis, *ex capit. vrgentis, & in cap. filij, & in capit. quicumque. §. heretici, de hære. in 6. & tenet gloss. in dict. l. 7. titulo septimo, partita sexta, & Didac. Perez in dict. l. 1. tit. 1. columna 33. libr. 1. ordinam. & Tellius in leg. 4. Tauri numero trigesimo-quarto, & hæc est communis opinio, secundum Simancas. dict. titulo nono, numero quarto, quinto & sexto, neque obstat. dict. l. 5. tit. 31. partita 7. nam potius illa pro hoc facit, eo quod ibidem probatur quod bona aliena si fisco applicantur quamuis filios habeat alienos hic, quod si hoc probat lex illa in alieno alteri homini, quanto magis erit idem in alieno ipsi Deo,*

D d 4

qutu

quia propter vnum quodque tale & illud magis, pariterque proceditur in vno, & alio delicto, *ut per Anton. Gom. tomo 3. cap. 2. de crimine lesa ma-
restatis, & ita teneas, & sic videbis quotidie pra-
cticiari, & iuste ut bene fundat Castro de iusta her.
pani. lib. 2. cap. 10. § 11. in alijs vero quam hæresis
delictis dictæ leges partitarum seruabuntur regu-
lariter, præsertim d. l. 5. tit. 31. part. 7. ut diximus
in l. 3. in fine, tit. 10. supra lib. 4.*

Ibi, *En todo, o en parte.* Id est secundum quod per ius decisum reperitur, idque adeo verum est, quod etiam si vxor non commiserit delictum propter quod pœna mortis veniat puniendi, sed aliamitiori, confiscabitur dos non solum quoad proprietatem, sed & quoad vsumfructum, * eo quod hæc est alienatio necessaria, quæ fieri potest in præiudicium mariti, *argum. text. in l. alienationes. ff. fam. her. not. Palacios Rub. in rubrica §. 66. num. 23. ad fin. versicul. pariratione, licet indecisum relinquat, Anton. Gomez. tamen, hic numero 6. expresse ita affirmavit, & Palacios Rub. hic numero 2. citans ad hoc Bartol. & Docto. in l. quinque ff. de bon. damn. & Anchar. & alios, in cap. decreuit, de hæresi. in 6. & Alberio. 3. parte statut. questione 4. cum 2. sequentibus, & Castillo hic in fine. Imo & pro quacunque condemnatione cõtra vxorem*

facta poterit hodie fieri executio in bonis dotalibus pro crimine ab ipsa vxore pattato, ex lege nostra, ut optime adueitit Matienço *hic glos. 1. numero 2. qui numero 3. ampliat, ut etiam soluto matrimonio actio pro dote competens vxori contra hæredes viri confiscetur, ex l. si constante. ff. soluto matrimo. vbi Bart. Bald. & alij Doct. Sed si ex statuto, pacto, vel consuetudine vir mortua vxore lucrari poterat certam dotis partem, cõfiscabitur tota dos ob delictum vxoris propter quod bona eius erant confiscanda, & dicendum est quod durante vita vxoris tota dos confiscabitur, ea tamen mortua restitueretur marito, & eius hæredibus ¶ pars illa, quam ex vi pacti, statuti, aut consuetudinis lucrari debebat. ex dict. l. quinque ff. de bon. damnato. iuncta l. sequenti, & ibi Doctores, notat Cisuentes, Castillo, Palacios Rub. Antonius Gom. num. 3. hic ex l. Statius Florus §. Cornelio Felici ff. de iure fisci. Et idem erit quoties bona dotalia mortua vxore delinqnente sunt alicui restituenda, ex text. singulari. l. si dotem Cod. de iure doti. quem ad hoc expendunt Doctores comun. ibi teste Antonio Gomez, hic in fine, qui huic accedit opinioni post alios nostræ legis interpretes. Et ijs totus hic 9. remanet expeditus ut ad alios deueniamus.*



SEQUITUR TITVLVS X. DE las donaciones y mercedes que los Reyes han hecho y hizieren en otras personas.

ET cum titulo præcedente dictum sit de lucris inter maritum & vxorem constante matrimonio habitis & acquisitis & inter eos & eorum hæredes diuidendis, nunc autem de alijs lucris ex donationibus regum & aliarum personarum in titulo nostro tractatur.

S V M M A R I V M.

1 Donatio quid sit, & quid merced. num. 1. & in quo differant.

Ibi, *Donaciones.* Quid sit donatio, * ultra Doct. in locis ordinarijs, Antonius Gom. tom. 2. var. Cod. de Donatio n. 1. inquit, quod est quando quis nulla subsistente causa, sed propter solum liberalitatem donat alteri pecuniam, vel rem, aut bona alia, *ut l. 1. ff. de donat. l. 1. tit. 4. part. 5. est enim quasi dominatio. Ex quo maxime differt, à verbo, merced, nostri text. & rubricæ, ut apparet ex copulatiua illa, y, cuius natura est inter diuersa poni, nam donatio liberaliter & ex mera liberalitate procedit, merced vero non, sed ex aliqua causa & subsistentia eius, iuxta verbum illud, dignus est mercenarius mercede sua, & proprie regibus & principibus conuenit verbum hoc merced, ex l. final. titulo 32. partita 7. & ex l. 1. titulo 24. partita. 3. & ex l. nostra, in primis versiculis, donatio vero omnibus personis pertinet, ex dict. l. 1. ff. de donat.*

& l. 1. tit. 4. & per totum partita 5. & ex nostra rubrica, plerumque tamen vnum pro altero sumitur, ut patet ex dictis legibus partitarum.

S V M M A R I V M.

- 1 Liberalitas & magnanimitas amorem & dilectionem causant, num. 1.
- 2 Liberales maxime inter liberales continentur, num. 2. & ibi quid sit liberalitas.
- 3 Regibus maxime conuenit habere subditos diuites. 3.
- 4 Clausula annullatiua declarat omnia esse ad vnguem seruanda. 4.
- 5 Omne quod est cõcessum in diminutione regni nullum est. 5. adeo ut si iuraret aliquid in regni detrimentum nihil valeret ut ibi. 3.
- 6 Diminutio parua aut magna regni que dicatur.
- 7 Rex ad libitum potest villas & populos alienare. 7. vbi aliqua in propositum adducuntur, & num. 8. declaratur.

- 8 Donatio regis insinuationem non requirit. 8.
 9 Principes non dicuntur alienare populos & ciuitates si sibi supremam retinent potestatem. 9.
 10 Donatio regis donantis villas, oppida aut castra valet si regnum non enormiter ladat. 10. vel si cum causa, vel ob remunerationem, ut ibi nu. 11. vel paruas res ut nu. 12. vel fauore Ecclesie ut n. 13.
 14 Suprema potestas nunquam censetur concessa nisi expresse concedatur ecclesie, & tunc ad vitam concedentis valebit, non vero ultra n. 14. & n. 27. & 30.
 15 Prædecessor non potest imponere legem successori, imo neque sibi ipsi derogando suæ potestati. n. 15. & quauis sibi ipsi id posset imponere non tamen successoribus suis. 16. vbi declaratur.
 17 Non est præsumendum de facili Papam velle derogare priuilegijs prædecessorum suorum. 17.
 18 Princeps ex contractu celebrato cum subdito obligatur secundum veram & communem opinionem. 18.
 19 Episcopus non potest actus legitime consummatos & per prædecessorem perfectos reuocare. 19.
 20 Imperator aut rex non possunt in externos regni res suas alienare. 20.
 21 Naturalibus non vero extraneis debet populus ornari. 21.
 22 Rex facilius reuocat priuilegium subdito concessum, quam si extraneo concederetur. 22. & ibi limitatur remissive.
 23 Rex non potest vti plenitudine potestatis contra non subditum. 23.
 24 Tutelarum tempore faciliter regni circumuentio præsumitur. 24.
 25 Liberalitas potest vsitari à regibus & principibus minoribus etiam 25. armorum secundum quod consuetum est, & à tutoribus eorum non vero ultra consuetum. 25.
 26 Tutor regibus an sit necessario dandus. 26.
 28 Iurisdictionem à rege concessam an possit successor tollere. 28. nisi ut ibi.
 29 Bellum & pax qualiter sint gerenda. 29.
 31 Commissa generali iurisdictione an censetur commissum merum & mixtum imperium. 31.
 32 Iurisdictione quando per vnicum actum vniuersaliter retineatur. 32.
 33 Merum imperium acquiritur minori spatio ceterum annorum in casu nostri text. 33.
 34 Rex si donat Castrum censetur transtulisse iura omnia que in priuatum transire possent. nu. 34. vbi tunc an iurisdictione transferatur.
 35 Donatione facta à rege alicuius loci censetur donate res proprie ibi existentes. 35.
 36 Territorio concessa an censetur concessa iurisdictione attenda lege nostra. nu. 36. & ibi quid si ciuitas concedatur.
 37 Territorium potest esse sine iurisdictione. 37.
 38 Præsiders ciuitati non habet merum impe-

rium si non habet iurisdictionem ex principis concessione. 38.

- 39 Castro concessa an censentur concessa munitiones facta ad eius defensionem. 39. & ibi an molendini. nu. 41.
 40 Ecclesia unita alteri vel vnum castrum alij an censentur translata bona in unitam. num. 40.
 42 Castrum si tibi concederem an videar concedere habitationes quas ibi habeo. numero 42.
 43 Verba illa, consus terminos todas aguas estantes, &c. quid importent. 43. vbi & alia quoad hoc.

Lex Prima.

S V M M A R I V M.

Iurisdictione ciuili vel criminali, dominium ciuitatis ville, aut populi alicuius donari vel alienari non possunt per reges in extraneos regni, quod si in regnicolas fiat, semper suprema potestas censetur reseruata & itidem ea que regie dignitati competunt, & quamuis concedantur non vtentur eis donatarij, neque valebunt priuilegia in contrarium, qualiterque intelligenda sunt quedam in donationibus solita apponi, in presenti declaratur.

Ibi, Porque sean ricos. Et vt ipsi reges charos sibi subditos suos faciant, nulla enim res magis attrahit animos hominum subditorum siue non subditorum ad amorem & dilectionem quam liberalitas & magnanimitas illius, † qui amandus est, & in ipso amando maximæ virtutis liberalitas existit nam inter virtuosos maxime liberales † continentur, secundum 2 Philosoph. 4. Ethicor. & Boeti. de consolatione, & probatur in l. 18. titul. 5. partita 2. vbi diffinitio liberalitatis describitur, scilicet, quod liberalitas est donare indigenti, vel benemerenti, aliter enim esset prodigalitas & non liberalitas, ut inquit text. ibidem, & sic inquit Boeri. decis. 23. nu. 24. quod magna donatio dici potest furiosa, quare secundum potestatem donantis regulanda est liberalitas, & hæc in regibus & principibus magis splendescere debet, & præsertim cum subditis suis, nam licet subditi ei fidelitatem debeant, similiter & patriæ, si tamen pro honore principis, vel defensione patriæ pericula subierint, fortemque & fidelem operam præstiterint, digni quidem sunt remuneratione, ut inquit imperator in l. final. Cod. de præp. agen. in re. & l. 1. C. de priu. eorum lib. 12. & l. cum nauarchorum Cod. de nauicul. agen. in re. libro. 11. & Arius Pinelus id referens. l. 1. parte 3. numero 62. illati. 24. Cod. de bon. mat. & sic qui diu principi seruerunt vsque ad senectutem in ea egere non debent,

arg. l. Lucius, verbo veteranis in pramium assigna. ff. de euictio. Alciat. in reg. 3. presu. cap. 19. in fin. facit text. in l. fin. ad medi. Cod. de offic. prof. prat. & ideo iuste noster text. inquit, quod reges suos subditos ditare debent, ipsis enim regibus maxime conuenit habere subditos † diuites, ut eis possint in necessitatibus subuenire, non vero eos excoire ne forte & sibi & eis deficiat tempore opportuno, ut inquit singularis l. 2. titul. 10. partit. 2. in colu. 2. vbi in princip. id etiam de liberalitate principis in suos subditos disponitur, & ideo quotidie & semper principes fauores & gratias subditis pollicentur ut habetur, de pace Constan. verb. quā semper & ibi Bald. & de ijs per Tirraquell. de nobilit. cap. 37. num. 40. & subditi in ijs preferendi sunt sicut in multis alijs preferuntur, de quibus diximus in l. 4. titul. 3. lib. 1. supra, & inter subditos, ij qui regi & regno vtiliores fuerint præmiandi sunt & gratificandi & in pretio habendi, & vocandi ad hoc, sed vā solis, quia non est qui subleuet eos quantumcunque regno vtilis sint, & in labore quotidie versentur pro regni commodo & vtilitate siue armis siue literis laborando, nam qui minus vtilis sunt, cum celerius currant siue rogibus, siue intercessionibus, & aliquando forsā illicitis, brauium absque meritis capiunt, & plura alia de liberalitate exercenda per reges, principes, & nobiles refert Pala. Rub. in rubrica de donat. int. §. 9. per totum, vbi quam plura refert, quam liberalitatem sopitam in nobilibus videmus.

Ibi, Sean ningunas. Clausula hæc annullatiua, declarat cuncta in lege nostra apposita esse de forma, & ad vnguem seruanda * & adimplenda, ut notat Bald. Ang. Alexand. & commun. omnes in l. 1. ff. de lib. & post. & in l. pacta qua contra Cod. de pactis, tradit Carol. Ruin. cons. 175. incip. vis à donatione, colu. 1. volu. 1. Socin. Iunior. consil. 71. columna 6. volumi. 1. forma enim dat esse rei, ex capit. sine exceptione 12. quaestione secunda, capit. tua de ijs qua fi. à prel. cui nihil etiam leue addi potest, nec minui, ut notat Bald. in leg. final. Cod. de suis & leg. her. Gomet. alios referens, in §. sed ista col. 10. inst. de action. quem & alios sic in propositum nostre legis asserens refert Loazes, in alleg. de mula, dubia. partit. in 7. fundamento 1. partis. numero 2. pagina 64. & sic omnia legis nostre forma omnia in contrarium acta nulla erunt, omneque illud, quod est concessum † in diminutionem regni, nullius est momenti, ut ex text. nostro probatur, & ex l. final. titul. 24. partit. 3. & l. 29. titul. 18. ea par. & ibi glos. idque nimirum, nam si decreta & literæ regis alicui concessæ in præiudicium aliquorum nullius sunt momenti quamuis motu proprio & ex principis potestate sint concessæ, ex l. nec damnosa Cod. de preci. imp. offer. & per totum vbi late dixi in l. 1. titul. de las prouisiones, supra lib. 4. à fortiori erunt nulla illa, quæ in detrimentum totius regni proueniunt. Idque fortificatur ex text. in l. 28. titul. 11. partit. 3. probante, quod rex augere non vero minuere debet regnum suum, & ideo si rex aliquid iuraret in regni detrimentum, non teneretur ad obseruantiam iuramenti, & ibi glos. menguar, allegat ad hoc Baldi doctrinam, & Socin. consil. 7. volumi. 3. dicentem, quod alienatio in regni præiudicium non

valet, etiam si sit parua diminutio, ibi & allegat Lucam de Pena, declarantem, quæ dicatur parua, aut magna * diminutio. In contrarium tamen considero text. in l. 8. titul. 1. partit. secunda, & l. 9. titulo 4. partit. 5. probantes, regem posse villas, populos ac castra sui regni alienare libere & ad libitum † & voluntatem suam, 7 proprium enim imperatorum est separata vnire, & vnita separare ut post glos. notat Bartol. & Doct. in l. vnica, versiculo sed quæro, Cod. de Metrop. Berit. libro 11. tradit Paul. Castr. in l. ex hoc iure col. 4. ff. de iust. & iur. vbi inquit posse imperatorem de vna prouincia duas facere voluit Iaso. & alij plures relati per Loazes, in allegatione de mula, in primo fundamento pro marchione num. 1. pagin. 73. cum sequentibus aliquibus, & in numer. 18. pagin. 81. considerat ad hoc dictam l. 9. & numero 27. pagina. 88. allegat Bald. in capit. final. de re indic. dicentem quod ad libitum reges & principes non recognoscentes superiorem possunt res regnorum suorum donare, sequitur Ias. consil. 10. colu. 3. volu. 3. & probant complura iura nostri regni inter quæ numerat ipse Loazes. d. l. 8. & text. in l. 1. titul. 17. partit. 2. & l. 1. titulo 18. ea. partit. & text. nostrum & sequentibus. dum exteros à regno ab ijs donationibus excludit, non vero regnicolas, maiorem enim libertatem habent principes in donando, quam alij priuati homines, & sic poterant de iure civili donare filio in potestate constituto, neque eius donatio insinuationem † requirit, ut per Loazes vbi supra numero 19. vsque ad 27. pagin. 83. cum 4. sequentibus. Quid igitur erit dicendum, & pro legis nostre defensione & responsione ad leges & doctrinas contrarias, dicendum est primo leges contrarias, & doctrinas procedere & declarari ex lege nostra, scilicet quod procedant quotiescunque rex alienaret castra, villas aut populos sui regni, retenta sibi maiori & suprema iurisdictione & potestate, quia tunc principes alienare * non dicuntur, ut notat Oldrad. consil. 159. incip. ex presenti themate in primo dubio, & Alexan. consil. 24. colu. 4. volu. 5. Decian. consil. 469. colu. 2. in princip. probat. l. 5. titu. 15. partit. 2. & alia leges partitarum supra in contrarium allegata, notat expresse supra dictos & alios allegando, Loazes, vbi supra pagin. 80. in fine cum sequentibus, & glos. a quien, in d. l. 8. titulo 1. partit. 2. & idem Loazes latius vbi supra in prima responsione ad primum fundamentum pro oppido de mula, in principio, pag. 239. nam ut ibi num. 1. pagin. 237. ex Corneo, in consil. 69. incip. de duobus colu. 4. versio non enim obstabit vol. 2. talis donatio non est dissipatio, neque dici potest magna regni læsio: vel secundo tunc donatio ciuitatis, villæ aut castri vel alia valeret quoties non enormiter regnum * læsio 10 deretur, secus alias, prout omnes communiter tenent Doct. in cap. intellecto de iure iur. & in cap. ex transmissa, & in c. verum, de foro comp. asserit Loazes, in d. primo fundam. pro marchione num. 6. pagin. 74. cum sequentibus aliquibus, & que ad pagin. 79. vbi plura pro hoc allegat & dicit, & glos. in d. l. 8. vel tertio quando nulla præcedente causa vel obligatione fit talis donatio & alienatio, secus vero si cum causa * & ob remunerationem nam tunc optime valebit, ut latissime per eundem Loazez, vbi supra in respons. ad 5. & 6. fundament. prima partis numer. 8. pagina. 307. cum pluribus sequentibus, vbi plura iura & do-

Arinas in propositum allegat, & ibidem examinat an causa presumatur in principis concessione, vel quarto dici potest res paruas & minimas posse reges concedere * & alienare, *vt latissime per eundem Loazes, vbi supra in finali fundamento pro marchione pagi. 192. cum sequentibus pluribus, vel itidem favore Ecclesie poterit fieri dicta alienatio, * ex lege nona, titulo quarto, partia quinta. & ex late dictis per Loazes, vbi supra in responsion. ad 2. fundament. 1. part. pagina 239. numero tertio cum pluribus sequentibus.* Ex quibus cessant dictae difficultates, in ijs tamen donationibus, in casibus in quibus fieri possunt per reges nunquam suprema potestas censetur concessa, † *ex dictis in prima responsione, etiam si ecclesie fieret talis donatio. ex dicta lege nona, titulo quarto, partia quinta, nisi secundum text. ibi. id expressè ecclesie concederetur, nam tunc valeret concessio supremæ illius potestatis, quod intelligo, quoad vitam concedentis, non vero ultra vitam, ex lege penultima, tit. 5. partia 2. prout per eam sic intellexit gloss. e otorgadas, in dict. l. 9. titulo quarto, partia 5. alia quam plura possent hic referri, sed missa facio breuitatis causa.*

Ibi. *Ni los reyes despoes de nos.* Sed nonne dispositum reperimus, quod prædecessor non potest imponere legem successori † *ex textu in cap. inno-ruit, de election. notat glossa prima. in capite non liceat Papa. 12. questione secunda.* potestque successor tollere priuilegium à prædecessore concessum *vt per Afflictis decisione. 101. numero secundo, quia facultas, secundum eum ibi, non se habet in futurum: & nimirum nam si rex sibi ipsi imponere legem non potest à qua non liceat resilire, ex text. in lege si quis in principio testamenti, de legatis 3. legitur & notatur in l. digna vox. Codice de legib. vbi Odrofred. & Paulus Castrensis nominatim id firmanz, & Doctores in lege princeps. ff. de legib. nam vt idem Paulus Castrensis inquit in lege humanum. Co. de legi. princeps non valet clausulam suæ potentie derogantem apponere, quia potestatem, quam à iure publico habet, sibi ipsi minimè auferre potest, quod & tenent Doctores in capit. noui. de iudi. Ias. complura congerens in consilio. 227. Carolus, columna decima-quarta, versiculo non obstat nū. secundo lib. secundo. quod si ita est à fortiori non poterit legem successoribus necessariam edere, quam non possint reuocare, ex textu iuncta gloss. in dicta lege digna vox, & in l. ille à quo §. tempestiuum. ff. ad Trebellia. & in lege nam magistratus. ff. de arbit. & tenet Bario. in lege prima circa princip. ff. de constitu. princip. imo & plerique tenent quod licet princeps sibi valeat clausulam voluntatis derogatoriam collocare, quod eam suis imponere successoribus non † valeat. *vt Ioan. Mon. videtur, in capite primo de constitutio. in 6. cuius meminit Baldus in præ. Iudicio feudorum. §. expedina, versiculo dicit eidem & notat in capite licet de constitution. in sext. Iason. in dicto consilio. ducentesimo vigesimo-septimo, columna finali.* Et si prædictorum sententiæ plures aduersentur relati per Felium in capite quia nonnulli. de rescriptis columna sexta, ampliatione sexta. & eorum sententiæ probabilior esse existant. Et adeo hæc vera sunt quod omnino fatendum est supradicta procedere debere, & seruanda esse. Veruntamen licet ita sint, operatur tamen principem*

legem imponere successor, vt licet successor dictæ legis obseruantia solutus sit, quia lex natura sua regem cogere non potest, ceterum quo Deus eum liberiore fecit, legumque coactione longius exemptum, eo rationi debet vigilantius, & diuino nutui obediens esse, ac subinde legibus, quas alijs ponit, obtemperare, non coactus sed ratione ductus, & suorum prædecessorum bene facta obseruare, difficilioremque se reddere ad ea infringenda, & reuocanda, & sic plerumque ad perficiendas gratias à prædecessoribus factas & non perfectas, solent vti clausula illa principes successores, scilicet, dignum arbitramur vt que à prædecessoribus nostris bene constituta sunt, ad affectum perducantur, de qua per Rebuffum *in praxi beneficiorum titulo de gratia rationi congruit, pagina. 360. vbi numero quarto in principe seculari inquit locum habere dictam gratiam.* Item & operabitur hæc principis successoribus impositio, quod omnino per successorem dum reuocat legem prædecessoris teneatur de lege illa mentionem facere, aliàs non valebit successoris dispensatio, & dispositio, *secundum Rebuffum vbi supra titulo de dispensatione super defectu. nata. numero vigesimo-quarto. in fine pagina. 410. difficilioremque successor se reddet ad dispensandum, vel reuocandum legem prædecessoris, & ad concedendum aliquid contra eam, quam redderetur, si lex prædecessoris non adesset, & sic multa operabitur lex potestati successoris derogans, vel potestatem restringens, nam quæ per antecessores principes seu alios quoscunque promittuntur, ac confirmantur maiorem firmitatem habent, quam si ab vno solo fierent, habere videntur, vt notat Franciscus Aretin. consilio decimo-quinto, incip. reuerendissime, in secundo dubio, in fine, & voluit in simili Roma. consilio 327. Decius consilio 165, quos refert Neuisanis, inter consilia Brunii 12. in ordine, incip. parues comederunt vnas acerbas, vbi inquit non esse præsumendum Papam de facili † velle derogare priuilegijs, quæ prædecessores sui soliti sunt confirmare vera enim communis atque indubitata est conclusio omnium scribentium, *reste Loazes, in dicta allegatione de mula, in quinto fundamento pro appido. num. 8. in fine pag. 28. cum sequentibus principem ex contractu cum subdito * suo celebrato obligari, tam ipsum quam ipsius etiam dignitatis successores, ex textu in capit. primo. & ibi per omnes, de proba. & ex alijs ibi per eum allegatis, & sic difficilius reuocare id posse. Et sic Episcopus actus legitime consummatos, & per prædecessorem perfectos tollere, retractareque † non potest, secundum relatos per Loazes, vbi supra, numero 20. pagi. 33.**

Ibi. *No natural.* In extraneos enim regni Imperatores vel principes non possunt res suorum regnorum alienare, * neque extra ditionem suam ponere, *vt plene tradunt Bario, & Doctores in proemio. ff. Ioannes Imol. & Aretin. in rubrica. ff. de verborum obligatio. Gratus in responsio. 5. incip. thema vult vbi columna 2. volum. 1. quo ad hoc allegat Loazes, vbi supra pagina. 7. numero 4. idque iulle tam quia naturales regni præferendi sunt exteris, tum eorum naturalium sudore, & labore regnum sustentetur, tum etiam ne arcana regni reuelentur, & scandala in regno oriantur, *vt diximus**

in l. 14. titulo 3. supra libro 1. & naturalibus non ve-
 21 ro extraneis debet * populus ornari, secundum l.
 1. titulo. 11. partita. 2. & ibi glos. verbo, de los suyos
 item quia facilius rex reuocabit priuilegium sub-
 22 dito ꝑ concessum, quam si extraneo concedere-
 tur, nam ille absque causa reuocare poterit, si per
 viam contractus non est concessum, secundum Ca-
 pitulum, decisio. Neapo. 116. numero. 8. & Gramma-
 ti. decisio sexagesima-quinta, numero vigesimo-o-
 ctavo & eundem Capie. decisio. 166. numer. primo &
 Felin. in c. nouit. numero. 10. de iudi. quod non est
 in priuilegio extraneo concessio, nam illud transit
 in vim contractus, & ideo sine causa reuocari non
 potest secundum Afflictis decisio. Neapolita, 361. nu-
 23 mero 10. & Suarez, allegatione. 28. numero 14. & Fe-
 linus ubi supra numer. 9. ubi Deci. id limitat quinque
 modis, & Felinus nouem, & ibi Barb. late, nam con-
 tra non subditum non potest princeps ꝑ vii plen-
 itudine potestatis, secundum Antonium, & alios
 relatos per Crauetam, consilio 7. numero 9. folio 17.
 prime partis, & ideo iure optimo, lex nostra exteris
 prohibet donari per regem res regni, subditis ve-
 ro non.

Ibi. En tiempo de tutorias. Tunc enim facilis
 praesumitur regum & principum circumuentio
 24 ꝑ ideo nimirum si tunc etiam in regnicolas pro-
 hibetur donationem siue a minoribus siue a
 tutoribus eorum fieri, licet tunc liberalitas
 non censetur interdicta, nam haec & a minoribus
 25 regibus & principibus * secundum quod con-
 suetum est, fieri poterit, secundum Palacium
 Rubenium in rubrica. §. nono, numero quinto, &
 sexto. & iterum in §. 45. numero undecimo, &
 duodecimo. vltra haec enim donari non poterit
 a minoribus ex lege finali, Codice si maior fact.
 neque a tutoribus, quia donare est perdere,
 ex lege filius familias. ff. de donatione, & tradit
 Rebuffus in constitutione Francia titulo de donatio-
 nibus & alijs dispositionibus ad mi. & alijs non faci.
 ubi optimas tradit rationes, nam ut inquit Baeza,
 de decima. tutorum capite nono, numero trigesi-
 mo. quid enim malorum non perpetitur reg-
 num tempore tutorum administrantium illud,
 late & impune regnat auaritia, quibus in a-
 lienum caput violenter grassatur, omnia praed-
 onibus & peculatoribus plena sunt, flu-
 ctuat populus tanquam ouis pastore destituta,
 denique nusquam plus malorum, & ideo se-
 cundum eum ibi, quamuis lege tertia, titulo de-
 cimo quinto, partita secunda, iubeatur vsque ad
 vigesimum annum tutelam regum duraturam,
 tamen consuetudine contra fit, & ante datur
 regi regni administratio, prout ibi ipse asserit
 fuisse factum cum rege Ioanne secundo, & in
 Carolo quinto Imperatore regeque nostro, &
 iure optimo, nam sapientissimus, & Christia-
 nissimus fuit magnaue tunc, quamuis iuuenis,
 fecit, & ita inquit etiam glos. in ea. lege tertia.
 verbo, venite, & quia minus damnum regno
 fieret, si rex quantumuis iuuenis regnaret abs-
 que tutoribus, quam cum eis. Et an tutor re-
 26 gibus sit necessario ꝑ dandus, Baeza, ubi supra.
 numero vigesimo octavo. plures de hoc tractantes
 allegat, & supra in lib. 2. latius diximus.

Ibi. Les sean guardadas para siempre. Sicut in
 alijs donationibus regum & principum iubetur
 in l. 6. infra isto titulo ubi & alia dicimus: Sed qua-

tum ad villarum & populorum alienationem et-
 27 tiam nostratibus prohibetur fieri. in 3. infra eo-
 dem, quae nonior est nostra, & ideo illa seruanda,
 ut patet ex subscriptione marginali nostri text.
 ubi dicam.

Ibi. Con tanto que quede para nos. Imo & haec
 27 suprema potestas quamuis nihil in donatione ꝑ
 regia dicatur, semper censetur seruata ipsi regi,
 secundum text. in l. penultima, titulo decimo-quinto
 partita. & ibi glossa, non dixesse, nam inabdica-
 lis est ab ipsa regia dignitate, prout late dixi-
 mus in l. 13. titulo primo, libro quarto, supra & lege
 prima, titulo decimo-quinto eodem libro, & per Lu-
 cam de Pena in lege prima, columna quarta, in
 principio. C. de vetera. libro duodecimo & no-
 stram legem in hoc allegat Auendaño capite primo
 prator. numero trigesimo primo, versic. item ob.
 libr. 1. quod ob negligentiam dominorum in
 terris suis negligentium iustitiam administrare
 intrat rex, & committit iustitiae administratio-
 nem, ut & per Couarru. in practi. cap. 4. num. 1
 & in d. l. 1. diximus.

Ibi. Concedida la iurisdiction civil y criminal. Sed
 an iurisdictionem alicui a rege concessam poterit
 eius successor tollere, * tradit Cassan. in cons. Bur. 28
 rubri. 1. §. 8. nu. 3. fol. 81. & dicendum est quod po-
 test, etiam sine causa, si subdito concedatur, dum
 tamen concessio non fuerit facta per viam contra-
 ctus, vel remunerationis, quia tunc tolli non pos-
 set, ut per Afflictis, in consuet. Sicil. lib. 1. rubrica. 47.
 nume. 4. cum 4. sequent. fol. 187. & cum sequentib.
 aliq. limitat hoc, & dicimus latius in l. 3. glo. otorgo y
 prometio, infra eo. sed si gratis rex concessionem fe-
 cerit ob beneplacitum suum, reuocare libere eam
 poterit, sicut & praedecessor poterat, secundum te.
 in l. 15. infra isto tit. ubi dicemus.

Ibi. Sean tenudos. Sed quid si non fecerint quod
 perdent castra a rege donata, secundum text. in l.
 22. in fine titulo 13. partita 2. ubi glos. ni ome, quaerit
 an amissio haec rerum donatarum durabit & quo-
 ad omnes successores & descendentes talis nolentis
 legis nostrae praecipua obseruare.

Ibi. Guerra y paz. Similis text. in l. 9. titulo 4.
 29 partita 5. & in l. pen. titul. 15. partita 2. & ibi glos. &
 glos. in l. 22. verbo, o no hiziesen bueste, titul. 13. pa.
 secunda. ubi allegat partitarum describentes qua-
 liter haec fieri debeant, ꝑ & sint adimplenda.

Ibi. Nuestra moneda. Qualiter hoc intelligi
 possit, declarat glos. in l. pen. titul. 15. partis. 2. et
 glos. coger. l. 22. tit. 13. part. 2.

Ibi. Aunque les sean concedidos. Quae & conce-
 30 di posse quamuis regiae maiestati * & dignitati
 tantum pertineant, asserbatur, disponebaturque
 per text. in dict. l. penul. in fine. titulo. 15. partita se-
 cunda, & text. in l. 9. titulo 4. partita 5. saltem ut
 concessio talis (secundum dict. l. pen.) duraret ad
 vitam concedentis, quem tex. allegabat ad hoc A-
 uendaño cap. 4. prator. num. 20. in medio, libro se-
 cundo. & ex textu nostro neque ad vitam conceden-
 tis valebit talis concessio, nam ut nulla ex lege
 nostra iudicatur, ipsique quibus conceditur
 inhabiles redduntur ad vtendum tali concessio-
 ne, nam semper suprema potestas inabdicabile
 est ut alibi dixi & sic gl. penultim. in dicta lege pe-
 nultima. voluit ex l. nostra, & sic intelliges dicta
 supra n. 14. & 27.

Ibi. A los alcaides de justicia. Sed an commissi generali
 iuris-

iurisdictione videbitur commissum merum & mixtum imperium, † simplex iurisdictione, tradit Felin. in cap. quod sedem numero 2. de offi. ord. & in l. 1. titu. 1. supra. lib. 2. diximus. Et an possit imperator donare ita vt in illo territorio nullaremaneat iurisdictione, neque successor possit reuocare, tradit Bald. in l. oportet n. 7. C. de nouo. co. fa.

Ibi. Vso della. Aliter enim si vsus deficiat, non censetur iurisdictionem concessam esse per verba nostri text. quasi vsus ille interpres sit dictæ concessionis, vt per illa verba vsu interpretata censetur regem donantem velle etiam iurisdictionem concedere nisi interruptio ex parte regis adfuerit, & tunc solum in illo actu in quo donatarius vsus est iurisdictione censebitur prescripta iurisdictione, & non in alio, ex dictis per Romanum consilio. 291. num. 5. & Castillo in l. 61. Tauri. num. 3. & 4. quod verum credo, quoties de prescribenda vniuersali iurisdictione penes principem † existente ageretur, nam tunc vnicus actus circa vnum articulum prescriptus, non sufficeret quoad prescribendum in vniuersum, secus si aliquis alius non possideret iurisdictionem vniuersaliter, secundum additio. decisio. 323 capella Tolosana, ita declarantem. Est tamen verum quod si habens iurisdictionem ab eo, qui concedendi eam ius habebat, vtatur iurisdictione in vno actu, tunc retinet iurisdictionem in omnibus alijs actibus, secundum Barto. in l. 1. §. si quis hoc interdito. ff. de itin. ac. prid. & Paul. & Felin. relatos per Cassaneum, in consuet. Burg. rubrica des iustices. §. 1. in principio num. 92. fol. 20. & Molina de primogenijs lib. 2. cap. 6. num. 18. Sed num ad vsu hunc constituendum scientia principis requireretur, & hoc dependet à quaestione illa, num in prescribenda iurisdictione scientia principis requiratur, de qua diximus in l. pen. in glos. fin. limi. 1. titulo. 1. lib. 2. supra, ad ibi dicta me remitto.

Ibi. De quarenta años. Hic est vnus casus vbi merum imperium adquiritur † minori spatio centum annorum, secundum Auenda. c. 1. pratorum. n. 21. versic. vltra hoc. lib. 1.

Ibi. Saluo solamente. Ex iis verbis declaratur id quod dicebat Lucas de Pena, in l. 1. colum. 3. in princ. C. de veteran. lib. 12. scilicet, quod si rex donat quoddam castrum alicui, censetur translulisse in donatarium iura omnia, quæ † in priuatum trāsire possent, & sic iurisdictionem etiam, id tamen declaratur ex text. nostro, vt iurisdictionem tunc temporis translulisse non videatur, etiam eam, quæ penes priuatum existere potest, quantumcunque diceretur, quod donabat castrum cum omnibus iuribus & pertinētis, sed tantum tunc iura, & calumnias censebitur translulisse: Ex quo notari posset, quod donatione facta à rege † alicuius loci, intelligitur donare res proprias in loco illo existentes, quem text. ad hoc notauit Auendaño capu. 4. prator. numero 5. lib. 1. vterius & habes notare ex text. nostro correctam esse, per eum, communem illam opinionem Doctorum afferentium territorio concesso † concessam esse iurisdictionem, secundum Doctores maxime Oroscium in l. 1. in princ. num. 12. ff. de offi. prat. vrb. Boeri. decis. 227. numero 8. & 9. communis secundum Curti. l. un. l. 1. numero 133. ff. de in. om. iud. Couarru. in pract. cap. 1. numero 10. conclusion. 9. Dida. Perez. lib. 3. ord. colu. 756. &

optime per Afflidis decis. 132. quoddam per tex nostrum correctum videtur, imo quod iurisdictione concessa non censetur, territorio concesso, & pro hac correctione est etiam text. in l. 12. titulo 1. parua. 2. qua iura ad hoc alleg. Villalob. in arario opi. commu. lucra. l. numero 261. & glo. segun. in d. l. 12. Ex quibus & etiam videtur cessare opinionem illam relata per Rod. Suarez in alleg. 6. per totam, praesertim pag. 4. in medio, afferentem, concessa ciuitate plenissimam iurisdictionem concessam videri, nam contra hanc opinionem facit tex. noster, & d. l. 12. territorium enim bene potest esse † sine iurisdictione, secundum Boeri. d. decisio. 227. nisi velis dicere, quod text. procedat in donatione, communis vero illa, in venditione, cum non sit lex aliud dicens in venditione quam illa communis Doctorum assertio testatur, quod intelligerem quoties pretium venditioni appositum est æquiualens castro, villæ aut populo venditis, & iurisdictione eorum, secus vero si esset minus pretio æquiualens, quia tunc cum emptio & venditio quamuis de pretio metio habeatur, si non est iustum, non iudicaretur talis, saltem in eo quod est minus iusto pretio, quia illud minus donatum censemus, ex traditis per Tirag. l. si vnquam verbo donatione numer. 148. pag. 23. & Clarius in pag. 186. num. 2. vsque ad. 1. nimirum si non censetur tunc concessa iurisdictione de hoc tamen vltimo in contingencia casus latius considerabis. Ideo tu quoties à rege villam vel territorium aliquod emeris, semper dic, quod emis cum omnibus iuribus & pertinētis mero & misto imperio & omnia alia iurisdictione ei pertinenti: nam & praesidens ciuitati non habet merum Imperium † si non habet iurisdictionem ex principis concessionem vel prescriptione aut consuetudine, secundum Curti. Iunio. in l. Imperium. n. 70. ff. de iur. om. iudi. communem ex Bar. ibi dicentem, imo & quantumcunque sit alicuius castri generalis facta concessio non intelligitur, principem transferre ea, quæ sunt meri imperij, secundum Castillo. l. 65. Tauri. nu. 3. & an concesso castro censeantur concessæ munitiones, quæ sunt ad eius defensionem, † quamuis non sint affixæ, vt trabuchi, dic quod sic cum Bald. cap. 1. §. si quis de manso, de contro. inuef. colu. 4. Et quando vnum castrum vnitur alteri vel vna ecclesia aliæ, an censeantur translata bona in vnitam, vel remanere penes eam, † vide per glos. magnam, in l. 7. titu. 20. p. 3. & Auendaño. cap. 4. prator. nume. 6. versic. dixi lib. 1. Et an concesso castro per Imperatorem censeantur † etiam concessa molendina castri, vide glos. & Bald. latias in cap. quidam capitaneus, de cap. qui curi. ven. in vsu. feud. Et an si concedo tibi omnes vassallos meos talis castri videar tibi concedere habitationes, † quas in illo meo castro habeo, & ipsum fortalitium, vide eund. Bald. in cap. generali, in fine, si de feud. fuer. contro. ist. dom. & agnatum, in vsu feud. Et quid importent verba illa, Con todos sus terminos aguas estantes † y manantes, y con la iurisdictione civil y criminal mero y misto imperio. Et an virtute horum verborum possit dominus terminos videre, aut permittere vt ædificentur vicij, vel frantulia ædificia cōtra voluntatem concilij, vide Auendaño. d. cap. 4. numero 6. versic. & hoc est summe, cum numero 7. nam ibi optime

inquit ex text. in l. 2. titulo. 1. partita. 2. & ibi glos. deue, soli regi competere diuidere terras, alij vero non & faciunt dicta per Suarez, allegatione. 7.

S V M M A R I V M.

- 1 Quæ sint illa quæ sunt regia coronæ in 1. & non possunt per regem donari aut alienari.

Lex 2.

S V M M A R I V M.

Exteris à regno etiam regibus non potest fieri donatio ciuitatis, villæ aut populi aut insule alicuius.

IBI. NI A OTRA PERSONA ESTRANA. Idē disponit lex supra proxima, ubi dixi in glos. no natural, & idem dicendum est, ex lege sequente, vt neque in regnicolam possit fieri similis donatio, vel alienatio, neque lex nostra id excludit, sed potius supplenda & amplianda est ex lege sequente, vt ibi dicam.

- Ibi. Coronæ real. Quæ quidem sunt illa, quæ per antiquos & reges fuerunt semper vt talia possessa & sub eorum potestate retenta, & alijs nunquam sunt concessa, vt inquit Andreas de Isernia, in ca. 1. §. Præterea ducatus, de prohib. feu. ali. per Frede. quem refert & sequitur, Bari. Soci. consil. 4. incip. super quest. qua vertitur col. 6. vcrsi præterea dicit Andreas, vol. 3. & eos referens sequitur Loazes in alle. de mula in 2. fundamento pro Marchione, pag. 93. numero 1. & cum hæc de corona regia dicantur, & sic sunt de demanio regis, vt inquit Galli, nullo modo possunt per regem concedi aut donari, vt est text. apertus, per quem ita tenent Hosti. Innocen. loa. And. Anto. Abb. & communiter omnes in c. intellecto de iure iuran. Docto. communiter in cap. 1. de proba. & in præmio ff. & in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam, & in l. digna vox. C. de legi. Oldrad. consil. 74. quos & alios ita firmans refert Loazes ubi supra in primo fundamento pro oppido de mula pagin. 17. cum. 2. sequentibus, ubi alia adducit in propositum, & in pagina. 236. cū sequentibus, hoc declarat, secundum quod diximus lege præcedente, in glos. magna.

S V M M A R I V M.

- 1 Liberalitas licet virtus sit & nō vitii debet tamen ita exerceri ne in vitii redūdet. n. 1.
2 Reges in coronatione iurare solent de non alienandis bonis regni & conseruandis, & de non mutanda moneta. 2. & magna est vis dicti iuramenti, vt ibi, & nu. 20. quod inalienabilia sunt.
3 Populi etiam idem promittunt se non permisso regnum vendi aut alienari. 3.
4 Successor non obligatur ad periurij incursum sed tantum illi, qui iurauerunt. 4. reale est

enim quoad eū cui iuratur, personale quoad iurantem. 5.

- 6 Princeps obseruare tenetur contractum à se factum neque potest illum reuocare. 6. & 7. etiam de plenitudine potestatis. 10. & 19. receptior dicitur.
8 Successor regni succedit tanquam hæres iure primogenitura. 8. & sic tenetur soluere debita & legata prædecessoris. 9.
11 Priuilegium pecunia concessum cum in contractum transeat reuocari non potest. 11. nisi cum causa, vt quia regno damnosum esset. vt ibi, & n. 12. ampliatur, & nu. 29. Vbi que erit causa.
12 Priuilegium licet sit communis sententia quod absque causa reuocari potest non tamen habet rationem. 12.
13 Vassalli inuiti alienari non possunt. 13.
14 Lex 8. ti. 1. p. 2. intelligitur & declaratur. 14.
15 Bona patrimonij vel confiscata vel inuenta antequam regia coronæ incorporentur alienari possunt. nu. 15. & 16. Vbi idem in ijs, quæ regnum non lædunt.
17 Importunitas damnatur: & soli principis dicto dicentis se per importunitatem concessisse creditur. 17.
18 Donationes regia regno præiudiciales nihil valent etiam si iurentur. 18.
22 Rex duplex ius habet in qualibet ciuitate vel Castro. 21. l. 1. tit. 15. p. 2. & nostra maxime contraria sunt. n. 22.
23 Reges in remuneratione rationem seruitiorū donare possunt. 23. neque donata reuocari possunt per eos vel successores vt ibi nisi cū causa, vt n. 29. & ibi quæ erit iusta causa.
24 Donatio est quidā nominatus contractus. 24.
25 Papa si concessione aliqua dixerit, supplicauit nobis talis super beneficio, cui etiā motu proprio concessimus, verbum illud, supplicauit, non impedit quin motu proprio factum censeatur 25.
26 Immunitas à principe concessa subdito licet reuocari sine causa possit, non tamen si per viam contractus facta sit. 26.
27 Seruitiorum ratione potest princeps beneficium vni auferre & dare bene merenti. 27
28 Priuilegium ob remunerationem concessum non censetur derogatum per clausulas non obstantibus. 28.
30 Clausula in compensationem seruitiorum quid importet. 30.
31 Merita an sint probanda tempore concessionis, & donationis. n. 41. Vbi distinguitur an inter personas prohibitas donare, vel non loquamur.
32 Principi asserenti merita in donatione incredatur. 32. cum sequentibus.
33 Asserzioni iudicum & publicarum personarum

- narum statur. 33. & sic creditur eis dicentibus ex causa minuisse pœnam legis, vt ibi, nisi vt ibi.
- 34 Merita vbi probanda sunt quomodo probentur. 34.
- 35 Nulla seruitiorum remuneratio dici potest excessiua quâdo quis pro ipso dotante mortis periculo se exponit. 35.
- 36 Papa absque consilio Cardinalium, & Rex absque procerum consilio an possint ardua explicare, prout est donare & alienare. 36. cum sequent.
- 37 Papa potest absque cardinalium consilio vnum de cardinalibus ex causa deponere & imperatores & reges. 37.
- 38 Episcopus sine consilio capituli potest ardua explicare. 38. nisi vt ibi, & ibi quod hodie prelati non requirunt capitulum in iurisdictionalibus.
- 39 Procuratores ciuitatum loco sex ciuitatum interueniunt in alienatione bonorum regni. 39.
- 40 Fides regia est simplex promissio inter generosos vsitata, & habet vim iuramenti. 40. vbi declaratur, & ibi de clausula solita apponi in titulis tabellionum.

Lex 3.

S V M M A R I V M.

Rex non potest donare ciuitates, villas aut castra regie sue corona contra tenorem contentorum in lege nostra: quam vide quia longa est neque aliter breuius summari potest, & est declaratoria legum precedentium, imo & correctoria. l. i. supra eo. vt ex eius serie infra apparebit.

IBI. NO CÔNVIENE. Istam legem in sua dispositione terribilem vocat contra Marchionem de los Velez, Ferdinandus de Loazes, in allegatione de mula, in 7. fundamento pro oppido de mula, pagi. 60. cum sequentibus aliq. qui in responsione ad dictum septimum fundamentum pag. 390. cum seq. ei respondet aliquibus modis, ne obstet intentioni Marchionis, à quo in hoc, sicut in alijs multis possem quam plurima colligere tacito autore, sed quia mei non est instituti remissionis eius ero contentus.

Ibi. Porque la franqueza. Liberalitas enim licet virtus sit, & non vitium, ex dictis per Tiraquei. de primogeni. 37. numero 42. & 46. & Pineolum. l. i. p. 3. illatio. 4. C. de bonis mat. glos. l. 18. tit. 3. p. 2. Matienço. l. 1. glos. numero 3. & 4. supra isto titu. & lib. debet tamen ita exerceri ne in vitium redundet, & nam vt inquit text in l. 18. tit. 5. p. 2. Franqueza es dar alque lo ha menester, è al q lo merece, segun el poder del dador dando, de lo suyo e no tomando lo ageno, ca el que damas de lo que puede non

es franco mas es gastador, e de mas aura por fuerça à tomar de lo ageno, quando lo suyo no le cõplier. Et itidem voluit text. in l. 2. tit. 10. part. 2. in prin. ibi. Haciendo les merced quando entendiere que lo han menester. Et ideo inquit text. noster. Que la franqueza deve ser usada con ordenada intencion.

Ibi. Otorgoy prometio. Imo & iuravit, vt ex colu. fin. nostra legis latius patet, prout & in coronatione sua reges iurare solent de non alienandis & bonis regni, & conseruando honore eius, & non mutanda legitima moneta, secundum text. in cap. quanto, & c. intellecto, de iure iura. & ibi not. Abb. numero 3. & c. sane, de iudi. in 6. & optimam. l. pen. titu. 15. par. 2. & ibi glos. que nunca, optima dicit in propositum, & tractat Suarez, legem nostram allegans, in alleg. 9. fol. 140. in prin. in antiquis, & Pala. Rub. in repet. cap. per vestras. §. sed est pulchra dubitatio nume. 41. & 42. fol. 82. & glo. in prag. sanc. in proemio. §. caterum, glos. depereant fol. 43. in paruis, tomo. 1. idemque iurare Regem Francie in coronatione asserit Guido Papæ, decisio. 239. & Carol. Grasallis, lib. 1. regalium Fran. iure. 11. columna. 3. & dicta glos. depereant dicta prag. sancti. & magna est vis talis iuramenti, vt licet videre ex Ferdinand. de Loazes, in d. allegari. de mula, in 6. pro. parte oppidi funda. pagina. 55. cum 3. sequentibus. Imo & plus probat text. in d. l. penult. titulo 15. partita. 2. quod etiam cõsilia populorum communiter in suis populis congregata & conuocata, a pregon ferido, quod dicimus, a cõejo abierto, debet hoc idẽ promittere pro se, & suis nõquã permissuros regnũ diuidi, neq; alienari, & tunc tenentur successores ex quadã saltim fidelitate idem adimplere, secundum glossam, son viuos, in e. l. penul. licet iuramento non obligetur successor ad periurij incursum si contraueniat, sed tantum illi qui iurauerunt, secundum Aueda. c. 27. preto. numero 12. lib. 2. & alibi dictum remanet, in libr. 4. tractatus de Decurio. vocato Curia Pisana. c. 5. eo quod iuramentum quoad vinculum periurij personale est quoad iurantem, quoad eum vero cui iuratur reale & secundum Paul. Anton. in sing. Doctorum sing. 14. fol. 995. cumque princeps promiserit & iurauerit, vt ex text. nostro apparet, se non diuisurum neque alienaturum regna, & populi eius id etiam promiserint, & iuramento vallauerint non id permissuros, & quasi per pactum factum & promissum videatur, omnino tenebuntur ad eius obseruantiam, nam & contractum quem Rex facit cum suo subdito obseruare & adimplere tenetur, neque potest & illum reuocare, ex text. in cap. primo de natura feudi. text. in cap. i. de proba. & ibi DD. gloss. in c. ad Apostolica. de iudi. in 6. & communem & indubitatam opinionem asserit Loazes, plura referens, in dict. allegatio de mula, in 5. pro oppido fundamento pag. 28. numero fin. cum sequentibus pluribus, nihil enim est, quod clariori præfulgeat lumine, quam recta fides, & obseruantia in principe, vt inquit text. in Epistola inter claras. C. de summa Tri. & fide catholi. bene facit text. cap. 1. de nona forma fidei. & ibi notat Bald. quod si Rex contra promissionem à nostro text. descriptam contrauenit & fecerit, successor eius potest propria auctoritate reassumere alienata contra similem promissionem pactum & iuramentum, secundum Villalobos, in Aerario

- mille com. opini. litera. P. num. 170. vbi duas communes contrarias proponit circa dictum punctum an princeps obligetur per suum contractum 7 † & adstringat eius successorē, & inquit tenenda esse communem illam, quæ principem obligat ab obseruantiam contractus & successorem eius, & alia plura iura ad hoc allegat Suarez, alleg. 9. & Anto. Gomez, Tom. 2. cap. 1. numero 1. & fundat optime Did. Per. in l. tit. lib. 4. Ordi. col. 1061. ad fin. cum sequentibus. & Afflictis in constir. Sicil. lib. 1. Rubri. 47. num. 4. cum quinque sequentibus. foli. 187. & optime amplians Socin. Iunior. consi. 68. numero 2. cum tribus sequentibus. volumi. 3. Imo & inquit Suarez vbi supra, Capitula facta per Imperatorem & apostolicum cum ciuitatibus suis esse obseruanda, tam per ipsos quam per successores, ut & per Afflict. decis. 2. numero 2. vbi eius additio. ad hoc plura iura allegat, & Capi. decis. Neapol. 121. & Dueñas regula, 293. per totam & ceteri sequuntur secundum eundem Suarez allegatio. 10. fol. 142. in fin. vbi cum pagi. sequente folij. 143. in antiquis. hoc etiam prosequitur & Boeri. decisione. 104. num. 42. & melius omnium tam in contrahente, quam in successore eius Rebuff. in concor. Franc. in Rubr. de colati. in prefatione Rubrica. col. 6. versi. insuper quero. vsque in finem illius prefationis, vbi inquit in versi. decimo, communem hanc esse opinionem professorum vtriusque iuris, & latius per Tiraquell. de Primogenijs, quest. 35. per totam, 1as. cons. 1. vol. 1. & Afflictis, decisio. 128. & ibi eius additio. & Capi. decisione. 166. nam
- 8 successor in regno dicitur succedere † iure primogenituræ & tanquam hæres primogenituræ, secundum Suarez dict. alleg. 10. fol. 143. in prin. & tractat Ioannes Garsia. in tract. de expens. & meliora. cap. 16. probareque videtur text. in l. 7. in fin. & lege. 8. tit. 1. part. 6. & sic regnum hæreditas dicitur, secundum Auen. cap. 4. prato. numero 1. lib. 1. ex quo videtur per. l. 4. tit. 15. partita. 2. statutum successorem in regno teneri soluere † debita & legata à prædecessore contracta & facta, nisi dicamus hoc de honestate, ut voluit Meneses, l. vnum ex familia §. si de Falcidia. numero 7. ad fi. ff. ad. l. Fal. alias de lega. 2. imo & ut inquit Suarez, dict. alleg. 9. fol. 139. quod neq; ex plenitudine potestatis potest princeps vel
- 9 eius successor contractum reuocare † priuilegium aut concessionem per contractum facta, ut & per Afflict. vbi supra. numero 10. & eius additio. & Gramma. decisio. Neapol. 65. numero 27. & 28. tradit Deci. in cap. qua in ecclesiarum. numero 24. cum tribus sequentibus. de consti. & ideo cum priuilegium pecunia concessum transeat in contractum † reuocari non poterit, secundum Aymonem consil. 241. numero 10. & per consequens male dixit Meneses. vbi supra, quod esset de honestate non de necessitate successorem regis teneri ad debita eius. Est tamen verum quod existente causa reuocari posset, secundum Molinam de Primogen. Hispan. 2. p. cap. 3. numero 17. lib. 4. Cephalum, consi. 168. numero 29. volumine. 2. & 1as. consi. 1. numero 4. volumine. 1. Afflictis. decisio. 361. numero 6. puta si damnosum esset regno priuilegium vel contractus, ut per Dueñas vbi supra. limita. fin. & Castillo. l. 43. Tauri. numero 4. facit text. in l. 15. vbi dico, & in l. 17. infra isto tit. & voluerunt relati per Tiraquell. de primogenit. alias de pœnis temper. in prefati. numero 41. & quamuis sit communis opinio de iure quod priuilegium absque causa reuocari potest, non tamen fulcitur † ratione secundum 12 Molin. de primoge. dict. cap. 3. numero 16. cum sequentibus pluribus. Ex causa tamen indubium est reuocari posse, non tamen erit tunc iusta causa remuneratio meritorum si in præiudiciū tertij resultat, secundum Cephalum, vbi supra, numero 37. neque statuit secundum eum ibi, num. 38. assertioni principis vbi præiudiciū tertij resultat, eo tamen deficiente in tantum cum causa reuocari potest priuilegium, quod procedat etiam si iuratum sit, secundum Loazes in allegat. de mula, pag. 117. numero 22. cum sequentibus, & ab inde tractat an causa præsumatur. Cum igitur hæc ita sint nimirum si rex in præfati similem promissionem faciens per viam contractus teneatur illam obseruare, neque eam reuocare possit ipse neque eius successor, & sic neque alienare regnum neque ciuitates, villas, castra, aut populos eius, neque hæreditates eorum, aliter enim, ut inquit l. 6. tit. 1. partit. 2. perdet nomen regis, quam ad hoc considerauit Villalobos, in Aerario suo opini. com. vbi supra & per consequens vassalli inuiti alienari † non possunt, ut 13 per Loazes, vbi supra numero 4. fundamento pro oppido. Ex quo videtur iam cessare dispositionem. l. 8. tit. 1. partita. 2. † probantis regem posse 14 per viam hæreditatis donare villam vel castra regni sui cuicumque voluerit, nam licet glossator ibi in verba, a quibusquisiere, legem illam velit intelligere, quotiescumque donatio illa non læderet enormiter regnum, tamen ex lege nostra videtur iam illius legis dispositionem cessare, imo quod non possit rex donationem talem facere quamuis regnum non læderet, nisi maxima adesset causa, & in vtilitatem communem redundaret, prout innuit eadem. l. 8. in fine, & probat text. noster ibi. Por razón de grandas seruicios nam tunc id fieri posset, in subditos regni, non vero in extraneos, nam ij in omni casu exclusi censentur, & censendum est esse exclusos ex rationibus in l. 1. huius tituli per me adductis. Vel intelligi potest. d. l. 8. in bonis propriis regis ex proprio vel peculiari patrimonio acquiritis † 15 non vero de iis quæ regis coronæ & dignitatis regis sunt, ut prima libere rex alienare possit, secunda vero non nisi cum causa & læsione regni non existente, ut in gloss. sequente, de quibus loqui videtur lex nostra, & l. pen. tit. 15. partita. 2. vel intelligitur illa. l. 8. in bonis ex confiscatione vel inuentione regi pertinentibus, quæ ante quæ regis dignitati † & coronæ incorporata 16 sint, poterit rex ea libere alienare vel donare prout sibi libuerit, ut per Molinam de Primogenijs. libro 1. cap. 3. numero 18. quem ante quam viderem sic declarabam legem illam. 8. quam ipse ibidem non allegat, probat tamen ex l. 2. tit. 13. libr. 6. infra & ex aliis per eum relatis, plura sunt enim genera bonorum regis, ut licet videre ex dictis per nos in l. 1. tit. de las prescripciones. libro quarto, supra. quæ descriptis post vidi Matieço, hic gl. 3. per totam. Ex dictis tamen ego colligo, quod ea quæ nullo modo lædunt regnum, libere rex alienat in subditos; & tamen quæ lædere possunt regnum sed non enormiter possit

possit cum causa alienare & valeat alienatio, ut ex *tex. nostro* & *similibus* probatur, & in ijs non intelligitur iuramentum de non alienando bona regni, *secundum Afflictis, in constitu. Sicil. libr. 1. Rubri. 24. numero 1.* si vero enormiter regnum lædatur, nullo modo rex alienare possit neque valeat alienatio etiam in subditos facta, & in ijs intelligatur promissio & iuramentum nostri text. à rege facta, de non alienando bona regni, ut probatur ex *verbis nostri text. ibi, en perinyzio de la dignidad, nisi regno consentiente. ut dixi in l. 1. tit. 1 libro. 4. supra.* & in hoc ultimo casu intelligitur. l. 28. titulo. 11. par. 4. probans quod si rex iuret aliquid, quod tendit in regni detrimentum, nõ tenetur illud adimplere, credendumque est regi dicenti se reuocare ex causa publicæ utilitatis ex certa scientia *secundum Alexandrum consilio. 115. volumine. 2. ad hoc allegatum per Afflictis, dicto lib. 1. constit. Sicil. Rubri. 47. numero decimoterio, fol. 188.*

17 Ibi, *Por importunidad* Damnatur † hic importunitas, sicut & in l. 29. titu. 18. partita. 2. ubi gloss. *afincamiento.* & in l. 1. titulo. 14. libr. 4. supra. ubi dixi in gloss. 1. crediturque soli principis dicto asferentis per importunitatem quid concessisse, ut per Paris. consil. 15. & 17. volumi. 3. & *relatos per Loaſes in allegatio. de mula. 5. fundamon. pro Marchione num. 48. pag. 14. nume. 49.* limitat nisi de præiudicio tertij agatur & bene dicit, & quod credatur tali principi, tenet etiam Pala. Rubeus. in *Rubrica §. 18. numer. 17.* & *ibi* plura de importunitate tradit & Sylua nupti. libro. 6. consilio. 592. numero 53. & *Deci. consil. 476. Hpipoly. Singul. 6.* & *ibi* quando per importunitatem censetur quid concessum, & late Felin. in *cap. cum olim. colum. 3. & 4. de re iu. Bar. l. 1. C. de limtroph. lib. 11. optime Rebuff. in 2. Tom. constit. Franc. tit. de rescrip. artic. 2. & in titu. ut benefi. ante vocatio. in princ. numero 1. & sequent. ubi numero 9. quando propter lætitiã quid conceditur.*

Ibi, *Perinyzio a la dignidad real,* Quo casu donationes non sunt per regem concedendæ, & si concedantur † nullius existunt momenti, *ex text. in l. fin. titulo. 24. part. 3. & text. ubi gloss. in l. 29. titulo 18. partita. 3. & probat Afflictis diel. libr. 1. constit. Franc. Rubri. 47. numero 14. folio 188. & facit text. in l. 1. supra isto titu. Adeo ut et si iurentur non confirmetur iuramento ut per conciuem nostrum Doct. Gutier. in tractatu de iuramento confirmat. 1. parte. cap. 52. num. 7. & Roland. consilio 2. numero 95. cum sequentibus aliquibus, volumine 1. & pro hoc confidero expressam. l. 28. titulo 11. partita. 3. & *ibi* gloss.*

Ibi, *Y contrato firme,* Quo quidem princeps obligatur, ut supra ista. l. remanet dictum, & receptiorem † & veriore[m] saltem quoad naturalem obligationem testatur nouissime Marienço *hic gloss. 2. numero 9. ubi numero 10. inquit hanc solam naturalem in principe datam actionem efficacem, producere.*

Ibi, *De su natural fuessen inalienables y perpetuamente imprescriptibles,* Et sic neque † in regnicolas possent alienari, contra disposita in l. 1. supra isto tit. quæ in hoc per nostram corrigitur, ut apparet ex *subscriptione marginali ibidem appoposita super text. licet dum ibi compiler allegauit. l. 2. debebat dicere. l. 3. quæ est nostra,*

quam ad hoc allegauit Didac. Perez libr. 3. *Ordinamenti. columna. 763. in medio.* Sed & adhuc videtur obstare iis nostri text. verbis. l. 1. titulo 15. supra libro 4. ubi expresse permittitur ea, quæ iurisdictionis sunt præscribi posse, imo & ipsas ciuitates & villas. quæ quidem lex cum nonior sit, ut ex eius subscriptione patet, videtur nostram per illam corrigi, nisi dicamus legem nostram disponere quoad supremam dispositionem & iurisdictionem, hæc enim impræscriptibilis est, vel quoad alia bona, quæ impræscriptibilia esse in ex. l. 1. demonstrauimus, nam *secundum Algeri. relatum per Didacum Perez. dicto libr. 3. Ordinamen. columna. 762.* Duplex ius † 21 habet rex in qualibet ciuitate villa seu castro, vnum tanquam dominus specialis & utilis ipsius castri, quod forte emerat, & istud alienabile & præscriptibile remaneat, *secundum illam. l. 1.* Aliud vero tanquam Rex, qui habet dominium directum eius regium vniuersaliter, & de isto nihil trãffertur & impræscriptibile & inalienabile est, eo quod sit supremæ potestatis, & in hoc etiam idem disponit, dicta. l. 1. titulo 15. supra libro 4. & *idem. l. 1. supra isto titulo* & sic non corrigitur nostra per illam. 1. *diel. titu. 15.* sed declaratur potius illa per nostram, prout & declaranda est. l. penultima. titulo 15. partita. 2. quæ similis erat nostræ. Qui quidem intellectus licet sit verus in se, non tamen potest legi nostræ quadrate, cum lex nostra disponat ob magna seruitia posse Rex iurisdictiones & villas ac castra alienare & donare, ergo nõ loquitur de dicta suprema potestate, quæ nullo modo abdicari potest à Regia dignitate, ut in hoc titulo & alibi diximus, nisi ad vitam concedentis tantum, ut ex l. penultima. titulo 15. partita. 2. diximus in hoc titulo. Ideo lex illa. 1. titulo 15. & nostra maxime contrariæ sunt, † neque possunt bene concordari, & l. 1. supra isto titulo. ita quod videtur concordari non posse, nisi dicamus, quod in quantum l. nostri tituli permittit in subditos Regni posse fieri dictas alienationes ciuitatum villatum aut castrorum aut iurisdictionis, declaretur, per nostram ut procedat, quoties, ob seruitia a quiualentia, sit in subditos Regni talis alienatio, & donatio, dum tamen suprema potestas non concedatur, nam hæc inalienabilis est: Et in quantum lex nostra probat impræscriptibilia remanere bona hæc corrigatur per *textum. in dicta. l. 1. titulo 15. supra libro 4.* ut sic hodie præscribi optime possint per tempus de quo *ibi*, excepta dicta suprema potestate, hæc enim impræscriptibilis est, *secundum text. illum.* Ita quod quoad præscriptionem, & sic tacitam alienationem ex præscriptione resultantem *tex. noster* corrigatur, quod expressam vero, cum in ea lex illa. 1. titu. 15. non loquatur, sed tantum. l. 1. *huius nostri tituli,* & lex nostra, 3. seruentur vi scilicet, tunc dictam expressam alienationem fieri liceat in subditos regni, quoties ob seruitia æquiualentia sit, non vero aliàs, neque alio modo dum tamen suprema potestas non alienetur, & sic vendi de iure non poterunt ciuitates, villæ & castra ac iurisdictiones eorum, de iure Fori nec Poli, *secundum Afflict. in constit. Sicil. libro 1. Rubri. 47. numero 3.* in extraneos vero regni nullo modo alienatio & donatio

permissa est ex legibus nostris, & nisi teneas hunc intellectum inter nostras leges, non video quomodo concordari possint, nisi & dicamus ut diximus supra ista lege, quod illa l. i. tit. 15. permittens præscriptionem, procedat quoties ex tali præscriptione regnum non læditur enormiter, secus vero si læderetur, nam tunc lex nostra procederet disponens præscribi non posse, & ex dictis per Molinam libr. 1. de Primog. cap. 3. numero 18. colligi potest, & melius ex dictis per nos in hac lege in gloss. otorgo, ad finem. quæ sunt mæx nouæ considerationes & declarationes ad has leges.

- Ibi, Por razón de grandes yleales seruicios,
- 23 Quo casu regum est donare, † & tunc reges debent esse prompti ad remunerandum, valentque tales donationes remuneratoriæ, seruandæque etiam sunt per successores, secundum glossam. lo deuen l. 14. titul. 5. partua. 2. neque reuocari possunt per concedentem neque per successorem eius, secundum quod dixi in glossa. 1. nostra legis, & tradit Capi. decis. 166. numero 1. & 2. Felin. in cap. nouit. numero 12. & ibi. additio. de iudic. Molin. de Primoge. libro 1. cap. 3. numero 18. & optime Afflictis, in constit. Sicil. libro primo. Rubrica. 47. numero 2. nam siue talem donationem remuneratoriæ dicas esse priuilegium, quod nemo dicere potest, quia donatio † est quidam nominatus contractus. l. si donationes. ubi notant gloss. & DD. C. de ijs que vi met. causa si. l. contractus in primo. C. de fide instrum. notant communiter Doctores, in l. fin. C. de cond. ob causam Loazes, in allegatio. de mula. in 3. pro Marchione fundamento pagin. 124. adhuc reuocari non posset, sine causa, præmaxime cum contractus dicatur inter principem remunerantem & subditum remuneratum, quantumcunque princeps donans verba illa (por vos hazer bien y merced) priuilegium & gratiam sonantia in donatione inserat, ut notabiliter voluit Bald. in l. qui de patris. columna. 7. C. vnde libr. Ias. consil. 1. column. 7. 3. fundamen. volumine. 1. & iterum in cons. 65. col. pen. eo. vol. nam si Papa in concessione dixerit supplicauit nobis talis super beneficio, cui etiam motu proprio † concessimus, verbum illud supplicauit non impendit, nec facit, quin motu proprio beneficium illud cõcessum fuerit, Bald. in cap. nisi speciales, de offi. del. vers. pone in literis. Felin. in cap. causam qua de testibus. Deci. in l. si quis iniquum. colu. 1. ff. quod quisque iuris. & consili. 341. volumine 3. Ex quo cum talis donatio transeat in contractum reuocari absque causa minime poterit, ut per Inno. & Doctores, in cap. nouis de iudi. & in l. digna vox. C. de legi. Afflict. decisione. 24. quos & alios alia quam plura referens & sic tenens retulit Loazes. ubi supra pag. 125. cum sequentibus pluribus, & Pala. Rub. in Rubrica. §. 69. numero 13. cum sequentibus aliquibus, Rebuff. in concord. in prefat. ad Rubricam. de collatio. column. pen. in principio. nam licet immunitas à principe concessa subdito † possit ab eo ad libitum reuocari, tamen si per contractum, vel quasi contractum concessa fuerit renocari minime poterit, secundum Bar. & omnes in l. omnes populi. q. 3. questionis. 3. prin. ff. de ius. & iure. quos & alios plures refert Loazes, ubi supra in 5. fundamento pro oppido de mula.

numero 29. cum pluribus sequentibus. & per totum illud fundamentum, plura adducit in propositum, quæ esset longum referre. Ratione enim seruitiorum potest princeps ius alteri quæsitum auferre & dare benemerenti † secundum Grammati. decisio. Neapol. 66. numero 2. & 3. plures allegantem & hanc communem asserentem, Loazes ubi supra, pag. 189. numero 5. & 6. Id quod adeo verum est quod per generalem reuocationem etiam continentem clausulam, non obstantibus † priuilegijs & concessionibus contrarijs, non censetur tali donationi & priuilegio derogatum, si ob remunerationem ut diximus fuit concessum, ut per nostrum Gutier. in l. nemo potest. numero 175. cum duobus sequentibus. de leg. 1. de quo plura posset adduci, quæ de donatione remuneratoriæ adducit Tiraquellus, in l. si unquam. in verbo donatione largitus. numero 11. cum quam pluribus sequentibus hoc declarans, & per Loazes, in repertorio dicta allegationis de mula, in verbo remuneratio, quæ esset longum referre. Dicta tamen intellige nisi adit causa † nam tunc & remuneratoriæ reuocari posset per concedentem Regem, vel eius successorem, secundum Afflictis, decisio. 361. numero 6. Rebuff. ubi supra, in vers. item, quæ tunc erit iusta causa reuocandi, & Afflictis in dicta Rubrica. 47. numero 4. & 5. Et quid importent verba hæc & clausula, in compensationem † seruitiorum, declarat Afflictis, decisio. Neapoli. 44. numero 19. Ex ijsque nostris text. verbis potest fulciri & corroborari donatio Constantini Imperatoris Ecclesiæ Romanæ facta de qua aliàs dixi in lib. 1. supra. Et an merita & seruitia probanda sint in gloss. sequente dicemus.

Ibi, Saluo vista y conocida, Sed an debeant probari tempore concessionis donationis † merita hæc & seruitia, & dicendum est quod sic, prout ex iis verbis denotatur clare, quia inter personas prohibitas: nam donatio prohibitorum donare facta propter benemerita donantis, etiam si merita in specie exprimantur probanda sunt, prout communem testatur Corrafi. relatus & secutus per Villalobos, in Aulario com. opini. litera. D. numero. 159. ubi ad l. nostram applicat, secus vero esset si inter personas non prohibitas donare fieret talis donatio, nam tunc sufficeret si in donatione talia merita exprimerentur, ut communem testatur Clarus, libro quarto, senten. recep. verbo donatio. questione. 2. in principio laissime Loazes in dicta. allegatione de mula. in 5. fundamento, pro Marchione, numero 31. cum pluribus sequentibus, pagina 128. Et sic in propositum est quæstio an iam quod ex verbis nostri text. probanda sint merita tempore faciendæ donationis, si tunc non probeantur sed princeps ipse asserat † in instrumeto donationis quod propter merita & seruitia plurima facta donat. sufficere absque alia probatione? & ex dictis dicendum videtur quod sic, nam cum principem donare ob benemerita per text. nostrum non sit prohibitum, sed permissum, standum est assertioni principis donantis, ut & erat de iure ciuili communis opinio, ut apparet ex Corrafi & Claro, ubi supra & per Loazes ubi supra. maxime in pagina. 133. nam & in iudicijs & personis publicis statuit eorum assertioni † secundum Bald. in Rubrica. de offic. del. Alexandr. &

communiter omnes in l. 1. in principio. ff. de offic. eius cui. est iur. & sic standum est assertioni iudicis dicentis & pronuntiantis se ex causa pœnam à lege vel statuto impositam minuisse, vel alterasse, & licet de causa non constet, sufficeret ad minus causam expressisse, iudicisque assertioni standum esset secundum Specul. titu. de accusatore. §. 1. ver. sic. quid si iudex. Bart. l. quid ergo. §. pœna gravior. post Ray. & Alberi. ibi. ff. de iis. qui not. inf. & hanc plures referens testatur communem sententiam Loazes, ubi supra nu. 44. cum tribus sequentibus. pag. 138. vbi à numero 42. pag. 137. incepit dictam limitationem de personis publicis, ut eorum assertioni credatur, idque verum intelligo, prout alibi dixi, nisi esset in præiudicium iuris iam quæsti alicui tertio, nam tunc secus esset in actibus saltem iudicium respicientibus, quod si hæc in publicis personis vera sunt. quanto magis verum erit in regis ac principis assertione benemerita in donatione exprimentis, & præsertim si id in eadem donatione iuramento affirmaret, quia tunc clarius esset ei credendum, prout optime inquit optime Capol. in tract. de simula. contract. 7. presumptione numero 45. pagina 640. in paruis, & Afflict. decisio. Neapoli. 370. nu. 15. & Capici. decisio. Neapoli. 203. num. 8. & 9. & etiam numero 7. vbi ita tenet & inquit, quod in specie merita exprimentenda sunt, aliter enim non probarentur per solam donationis scripturam, quamvis diceretur propter merita & servitia fieri, & inter personas prohibitas donare, quantumcumque exprimerentur non sufficeret, nisi probentur, ex communi asserta per Tiraquell. in l. si unquam. verbo. donatione largitus, num. 89. & 91. & Afflict. dict. decis. 370. num. 15. & Villalobos, & Clarum, ubi supra, etiamsi confessio meritorum fieret in tali instrumento, secundum Tiraquellum, ubi supra num. 104. & 105. neque supra dictis in rege & principe obstabit. l. 15. infra isto tit. quia ibi solum disponitur quoad donationes factas per reges ipsam legem condentes, non vero quoad faciendas, aliter enim esset corrigere totum ius ut ibi dixi. Et in casu in quo merita ¶ probanda sunt, quomodo probentur, & per Vitalem de Camb. in tracta. clausul. in capit. enuntiatiua verba, in contradictibus, numero undecimo, vbi communem resolutionem ponit, & Bellon. consilio 7. numero 5. & 6. & 7. & latius Tiraquell. ubi supra, numero 87. cum sequentibus pluribus. Et communis est opinio secundum Clarum. dict. verbo donatio questione 3. quod relinquatur arbitrio iudicis quando merita æquivalent donationi, & Menochi. de arb. iudi. lib. 2. Cen. 2. casu. 132. numero 6. & sequentibus, & Loazes ubi supra, pagina 153. numero . . . & 1. vbi numero 7. inquit nullam donationem nullamque

34

35

36

servitiorum remunerationem ¶ excessivam dici posse, quando pro ipso donante quis mortis periculo se exponit
Ibi, De los de su consejo, Non enim possunt reges absq; consilio suorum procerum regionumque consiliariorum, neque Summus Pontifex absque consilio Cardinalium ardua explicare ¶ prout est donare, vel alienare ea, quæ sunt de demanio regni, ut de Imperatore & Regibus probat l. placet. C. de sacros. Eccles. & l. humanum, C. de leg. in Authen. habita. C. ne fil. pro patre. &

Tom. 3.

in l. proxime. cum similibus. ff. de iis qui in testam. del. & de Summo Pontifice, qui plenorem cæteris Regibus, atque ampliorem potestatem habet, & de cæteris quibuscumque principibus tenuit expresse Archidia. in cap. quamvis & colu. 2. & ibi Guiliel. de Monte Landu. de offic. Ordinarij. in 6. & in cap. cum Redemptor. 12. questione 2. & in aliis pluribus legibus canonibus & iuribus tenent quam plures Doctores relati per Loazes, in dicta allegatio. de mula. in 7. fundamento pro oppido, numero 3. cum sequentibus pluribus, pagina 65. cum aliquibus sequentibus quem referre sufficeret pro exornatione nostræ legis & eius materiæ qui quidem in responsione ad dictum. 7. fundamentum pagina 392. numero 6. cum quam pluribus sequentibus, inquit veriore atque communiorem esse opinionem, neque Papam teneri in quibuscumque negotiis quantumcumque arduis requirere consilium Cardinalium, neque Imperatorem aut Reges suorum procerum ac consiliariorum, adeo ut si consuetudo aliqua in contrarium induceretur, nulla existeret, & pro nulla haberetur, ac reputaretur, prout fuit opinio gloss. notabilis. in capit. Anastasius, verbo. concilio. 19. dist. & in cap. fundamenta. §. decet. verbo contingeret, de electio. inquit quod quamvis de urbanitate, vel ex quadam laudabili consuetudine Cardinalium consensus siue consilium in arduis per Summum Pontificem exercendis, vel providendis requiratur, & quamvis sæpe de consilio fratrum aliquid Summum Pontificem fecisse reperiat, prout factum fuit & fecisse dicitur atque habetur in c. unico de schismaticis, & in c. 1. de renun. in 6. & in cap. super eo. de hered. cod. lib. nullatenus tamen ad prædicta faciendum & tale consilium petendum Summus Pontifex arctatur, nec secularis princeps ad ea etiam efficiendum adstringitur, & obligatur, quam etiam opinionem tenuit gloss. communiter approbata in capit. ad Apostolica, in principio de re iud. in 6. & in extranag. Execrabilis. Joann. 22. de præbend. verbo de ipsorum, Doctores communiter in Rubrica de constitut. ubi Barba. Felin. Deci. & Ripa. volunt esse communem opinionem, teste etiam Loazes, ubi supra, numero septimo, & numero octavo, inquit posse Summum Pontificem vnum ex Cardinalibus aliis non requisitis ob eius demerita punire, imo & Imperatores* & Reges, ut ibi numero 13. cum sequentibus aliquibus refert de Summis Pontificibus, qui id fecerunt, & per cõsequens in progressu idẽ de Imperatoribus ac Regibus sine consilio procerum & consiliariorum ardua quælibet explicare posse testatur, & sic etiam Episcopum id posse facere sine ¶ consilio sui Capituli, ibidem numero 26. & 27. declarat, exceptis alienationibus & aliis communibus negotiis cum Capitulo facere solitis, & iam ab aula recessisse titulum, de iis qua fin. à Pralat. sine cons. Caput. quia cuncta hodie Prælati absque Capitulo faciunt, & quod frustra hodie disputari potest an Episcopus in iurisdictionalibus teneatur sui Capituli consilium requirere, nam ut inquit Panor. in cap. irrefragabili, in principio. columna 2. circa finem, de offic. ordin. hodie Episcopi communiter contra capitula præscripsisse, ut absque eorum consilio possint subditorum excessus punire, & alia iurisdictionalia exercere, imo &

Ec 4

ipforum

ipforum capitularium, & quorumlibet eorum ipsis capitulis minime requisitis delicta punire & castigare, *ut ibidem ipse Loazes prosequitur numero 32. & sequen. ibus*, qua de causa nimirum si Papa sine consilio Cardinalium & Imperator ac Reges sine procerum ac consiliariorum consilio possint quantumcunque ardua explicare & decidere. & alienare ac donare. Et per consequens quod lex nostra de vrbantate non vero de necessitate procedat, sicut in legibus condendis & abrogandis, diximus, *in l. si. tit. 1. libro 2. supr. in casu tamen l. 5. infra eo. neque de vrbantate ad id tenentur Reges.*

Ibi, *procuradores de seys ciudades*, Nam sicut Rex inuitis ciuibus non potest donare vel alienare ciuitates vel populos *ut per Pala. Rab. in repetitione, ca. per vestras. §. sed est pulchra dubitatio, numero 41. & Socin. regula. 37. in posterioribus regulis, & Loazes, ubi supra in s. fundamento pro opido*, ita neque inuitis aliis regni ciuitatibus, quarum ciuitatum loco sex isti procuratores † eligi videbantur, cum sine ciuitatum consilio & regni magnatum similes alienationes fieri de iure prohibitum esse testabatur Paul. Cast. *relatus per glo. que nunca. in l. pen. tit. 15. part. 2. imo & secundum ipsammet gloss.* talis consensus, ipsis solis consentientibus non vero successoribus eorum præiudicaret, quod est optimum ac notandum, & etiã ultra dictos consensus debebat interuenire forma & ordo nostri text. de vrbantate tamẽ, non vero de necessitate, *ut dixi in glo. precedente.*

Ibi, *Sola fe real.* Hęc est quædam simplex promissio inter generosos, † *ut probatur in c. grandi. de suplen. neg. pral.* non tamen, *ut ex text. ibi probatur* habet eandem vim sicut iuramentum, prout non habere firmabat Couar. *relatus per concium nostrum Gutier. in repetitione Authen. Sacramen. pube. nu. 144. de rescinden. vendit.* quod est verum quoties tanquam fides humana interponitur fidei promisso, secus vero si tanquã Christiana fides nam tunc vim iuramenti haberet, *ut vtra eos inquit Menes. in l. si quis aitor. n. 35. C. de transactio. neque aliud probat l. 26. tit. 11. par. 3. prout optime aduertit ibi glossator, quẽ sequitur Menes. ubi sup. n. 36. & Auen. relatus per Gutier. ubi supr. nu. 1. 8. & 149* Ex quo ipse *ibi n. 150.* infert ad clausulam solitam poni in titulis tabellionum, de qua ipse & ego fuimus interrogati, & sic considerauimus clausulam illam, dum dicitur, *Que no haze n. obligaciones en que uno se obligue a buena fe y sin mal engaño.* Quasi bona illa fides, quæ in dubio de fortiori, & sic de Christiana est intelligenda tanquã iuramentum habeatur, quod est prohibitum, tabelliones in scripturis publicis regulariter apponere, *ut apparet in l. 1. §. 2. tit. 1. lib. 4. supr.* & hęc pro hac lege. sufficiant.

S V M M A R I V M.

- 1 Principes communem vtilitatem populorum suorum debent potius quam suam propriam respicere. 1.
- 2 Donationes factæ ob populos sedandos reuocari possunt. 2.
- 3 Principis potestas in præiudicium tertij multum restringenda. 3.

- 4 Rex non debet vnum altare cooperire vt alterum discooperiatur.
- 5 Princeps si sine causa cogeret subditum obuendere rem suam, tenetur ad damni satisfactionem in conscientia. 5.
- 6 Iurisdictiones concessas an possit successor reuocare. 6.

Lex 4.

S V M M A R I V M.

Reuocatio donationum à rege Henrico III. factarum, villarum, populorum, iurisdictionum ac terminorum presenti lege inseritur.

IBI. SE DESTROYEN LAS CIVDADES, Quod rex auertere omnino debet, & vtilitatem communem populorum suorum debet potius quam propriam † respicere *ut inquit l. 9. tit. 1. p. 2.* Considerauimus enim inquit Imperator, *in Authen. ut iudi. sine quo. supra. §. consideramus*, quia licet quæstus immodicus imminuit Imperio, attamen nostri subiecti incrementum maximum percipient, si indemnes à iudicibus conseruentur, & Imperiũ & fiscus abundabunt vtens subiectis locupletibus, & vno hoc introducto ordine plurium rerum & innumera erit vbetras: quæ verba optima sunt & digna consideratione à regibus & principibus, nam & in multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia principis, *Proverbio. 14. cap.* nam licet rex sit dominus populorum, vt in pace & iustitia populos ipsos sustineat, & ab eis seruiatur, debet tamen ita eos seruare, & custodire, vt non deficiant cum opus fuerit, *ut inquit optima l. 14. tit. 5. par. 2. & l. 2. tit. 10. ea. par. ibi la primera de si mismo*, ubi iubet lex populos per reges cõseruandos non extorquendo ab eis tempore, quo excusari potest id, quo amato & capto non possit postea ab eis se subuenire cũ opus fuerit. Sed quæ maior diminutio, quæ maior destructio, & Regni ac Imperij calamitas & infortunium, quam quod per alienationes diuisio & partitio, populorum fiat, & quæ simul iuncta vires habebant, nunc in partes & in diuersos dominos diuisa, imbecilla & absque viribus & fortitudine efficiantur, & ideo iuste lex nostra ex similibus diuisionibus ciuitates diminui asserit, vt in pluribus ciuitatum diuisionibus & alienationibus visum videmus, quæ cum amplam ac magnam haberent iurisdictionem, magnosque terminos, ita supradictarum alienationũ causa angustatæ & coarctatæ sunt, vt deserte remaneant, & destitutæ à terminis antiquis, locis & populis alienatis concessis, & ideo Reges permaximè ab iis abstinere debent alienationibus.

Ibi. *Reuocamose de mos por ningunas.* Nam cum propter scandala sedanda orta in regno tempore huius regis Henrici III. donationes hęc factæ fuerint, prout & patet ex l. 17. *infra isto tit.* quæ hatum etiam donationum moderatrix est nimirum si reuocari possint, cum hoc de iure* permittatur *secundum alatum. Rubicum. in Rubrica §. 69. n. 15. 16 & 17.* Præsertim si factæ sunt in principio

principio regiminis assumpti, & coronationis factæ, ut ibi per eundem Pala Rub. numero 18. & 19. & in §. 81. num. 7. & 8. fol. mibi 59. ubi inquit ex hoc Reges Catholicos Ferdinandum & Elisabeth potuisse reuocare donationes per eos factas in principio suæ coronationis, cum tunc potius ad sedandos animos quam ob benemerita & seruitia fieri videantur, prout ex dict. l. 17. patet, & tradit Rebuff. in 2. Tom. consli. Franc. tit. de rescript. art. 2. ad fin. ubi ipsum Palati. Rub. allegat. & an successor possit reuocare, in lege præcedente diximus.

Ibi, *Que primeramente eran de qualesquier ciudades.* Nam diuisis ciuitatibus in prouinciis, vel in iurisdictionibus separatis, cõstitutis territoriis, populis, montibus & pratis ac deffensis ex Regis mādato & donatione vnicuique ciuitati facta non licet principi in præiudicium ciuitatum alteri donare, ut ex text. nostro inquit *Auenda. cap. 12. preto. num. 20. in principio lib. 1. in præiudicium*

enim ¶ tertij multum debet restringi principis potestas, prout in huius legis propositum inquit *Munchaca de successione creat. §. 17. numero 37. late, secundum §. 26. numero 98. remissive iterum tetigit, & leges has allegauit, & nimirum est hoc, nam licet ampla sit principis potestas & manus, seipsum à iure restringit potestatem & manum in tertij præiudicium, ut licet videre, ex l. 2. ubi diximus ti. 14. li. 4. supra, & diximus etiam in l. 1. titul. 1. eod. libr. Rex enim & Imperator quoad iurisdictionem & protectionem non vero quoad dominium rerum particularium fundat intentionem suam, ut ex text. col. penult. & ibi, gloss. lo suyo, in l. 2. tit. 1. part. 2. debetque adhibere bonum cambium si alter cum causa fecerit, ut probat. l. 3. titulo 18. partita 3. ut in dicta. l. 1. titu. 1. supra libro 4. late diximus, nam non debet Rex*

¶ unum altare cooperire ¶ ut alterum discooperiatur, ut inquit text. in l. si. §. sed & si quis & ibi Bal. col. 3. versic. quod non debet. C. communia de legat. gloss. in *Aubhen. qui mo. opor. Epis. §. sed neque offensus, text. in l. sin autem. §. final. ff. de aqua plu. arcen.* & sic non debet unum ditare, & alterum depauperare. Imo si minis & mandatis impotuntis cogeret princeps aliquem subditum suum sine causa vendere ¶ rem suam alicui, teneretur in conscientia etiam ad restitutionem damni, secundum *Nauar. in Manuali, c. 25. n. 6. & faciunt dicta per Capici. decis. Neap. 165. n. fi.*

Ibi, *Sean obedidas y no cumplidas:* Nam cum præiudiciales sint, spectanda est secunda iussio, ex text. in l. 2. tit. 14. lib. 4. supra ubi diximus.

Ibi, *iurisdictiones,* An iurisdictiones concessas possit successor reuocare ¶ ex dictis per Cass. in const. *Burg. Rubr. 1. des iustices in princ. n. 103. fol. 21. & per nos in l. precedente decerpes.*

Lex 3.

S V M M A R I V M.

– Donationes per reges faciendæ debent fieri cum consilio & assensu regni supreme eius senatus nisi in casibus à lege nostra descriptis.

Ibi, **CON ACVERDO DE LOS DEL CONSEJO,** De quo in l. 3. supra isto titu. per nos late dictum est & ad ibi dicta me remitto, & cum consilio & deliberatione ardua qualibet sunt faciendæ, ut diximus in c. 9. gloss. fin. lib. 2. nostri tractatus de Decario. & iterum eod. lib. 2. cap. 3. numero 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Concessa simpliciter iurisdictione, in perpetuum concessa videtur. n. 1.
- 2 Beneficium principis decet esse mansurum. n. 2.
- 3 Rex si de aliqua re duobus donationem fecerit quis erit potior. n. 3.
- 4 Donata an rex reuocari possit, remissive. n. 4.

Lex 6.

S V M M A R I V M.

Donata à rege firma & permanentia debent esse, & adquiruntur donatarijs ut sua propria, & tanquam de proprijs disponere possunt de eis ad libitum, & succedent hæredes eorum in eis, sicut in alijs bonis patrimonialibus & hereditarijs nulla talium bonorum parte vxori assignata, sicut neque marito assignaretur ex rebus per regem vxori eius donatis.

Ibi, **LAS COSAS,** Hic videtur text. probans, quod concessa simpliciter iurisdictione * in casu in quo cõcedi potest, videtur in perpetuum concessa, de quo in l. 1. gloss. 1. tit. 1. l. 4. diximus.

Ibi, *Que no se las pueda quitar,* Decet enim concessum à principe beneficium esse mansurum, ex text. in C. decet. de reg. iur. in 6. & donationes regum diminutionem non recipiunt, ex iuribus allegatis per *Afflictus decisio. Neapol. 392. numero 6.* quod intellige ex dictis per nos in l. 3. sup. isto tit. ubi late disseruimus an liceat principi concedenti, vel eius successori reuocare donata, de quo & per Cassan. in consli. *Burg. Rub. 1. de iusticos. §. 5. gloss. saulcon n. 187. cum tribus sequentibus.* ubi & an eam donationem interpretari possit. Et an si rex fecerit donationem alicui de aliqua re vel fundo, & inuestiuit eum & tradidit possessionem & post de eadem re fecit alteri donationem & possessionem tradidit, quis erit potior ¶ vide latissime *Lucam de Pen. in l. si. col. 2. cum sequentibus. C. de loca. prad. crul. lib. 11. & posthæc an princeps reuocare possit donata vide Marien. hic, in gloss. 1. late per conclusiones tractantem, breuius tamen & secundum veras doctrinas diximus in d. l. 1. 3. sup. eo.*

S V M M A R I V M.

- 1 Donatio causa mortis ut talis dicatur debet in ea fieri mortis mentio. nu. 1. licet non semper.

- semper sit talis etiamsi de morte mentio fiat, ut ibi.*
- 2 Donatio mortis etiam iurata reuocari potest. n. 2.
 - 3 Donatio causa mortis an reuocetur per alienationem vel superuenientiam liberorum. n. 3. Et ibi an comprehendatur sub statuto loquente de donatione, vel sub dispositione. l. cum auus, vel sub statuto loquente de donatione ibidem.
 - 4 Donatio causa mortis hodie quot testes requirat. n. 4.
 - 5 Donatio perfecta pura & simplex secundum ius facta reuocari non potest. n. 5. Et ibi remissive quinque requisita apponuntur ad hoc, Et ibi aliqua deferuntur.

Lex 7.

S V M M A R I V M.

Duobus modis mortis scilicet causa, vel inter viuos fit donatio, Et illa reuocari potest, hæc autem non, si secundum iuris dispositionem facta fuerit, nisi in casibus à iure expressis.

IBI, EN RAZON DE MVERTE, Quæ quidem donatio causa mortis vocatur, de qua per totum iij. ff. Et C. de donatione causa mortis, Et per l. ii. tit. 4. part. 3. Et ut talis dicatur requiritur, in ea mortis* mentionem fieri, ut ex dicta. l. ii. probatur, per gloss. ibi verbo de la muerte, Et tradunt late Boeri, decis. 353. n. 1. ii. 12. Et 13. Et Ant. Gom. To. 2. c. 4. n. 15. Duenas, regu. 217. Et 218. licet non semper, ex eo quod mentio mortis fiat in donatione, censetur mortis causa donatio, ut licet videre ex Couar. in 3. parte. Rubrica de testa. n. 25. vbi plures modos assignat quibus adhibitis donatio hæc transit in donationem inter viuos, & à nu. 1. plura dixit Coua. vbi supra, & Gutierrez, in tractatu de iuram. confirma. 1. parte. c. 12. per totum, Et in locis ordinariis per Doctores, & est materia longa & clara, ideo remissione dictorum contentus ero.

Ibi, Dar a otro o reternerla para si, Et sic reuocare eam, nam donatio causa mortis quantumuis iurata reuocari potest † cum conditionem in se contineat, nisi donantem pœnituerit, prout late tradit Couar. in 2. parte. Rubr. de testa. n. 11. & Telli- lius, l. 17. Tau. nu. 97. cum pluribus sequentibus. vbi per conclusiones profequitur casus vbi donatio causa mortis reuocari non potest, aliaque vtilia in materia refert, de quo Et per Anto. Gom. Due. Et Gutierrez, vbi supra. Et an hæc donatio per alienationem rei donatæ factam à donatore reuocetur* tradit Couar. in d. 3. par. Rubr. de testam. n. 19. Et an per superuenientiam liberorum reuocetur, late Tiraquell. in l. si unquam. verbo donatione largitus, n. 245. cum pluribus sequentibus. C. de reuo. don. vbi nu. 258. quærit an comprehendatur sub statuto loquente de donatione, & num. 248. an

valeat facta pacto nudo, & num. 250. an comprehendatur sub dispositione. l. cum auus. ff. de condi. Et de mon. Et quot testes hodie requiruntur † in donatione causa mortis, tradit Antonius Gomez, Tomo 2. cap. 4. n. 16. & Couar. in dicta. 3. parte, n. 21. & Suarez, allegat. 20. pag. 2. in principio, & alibi diximus.

Ibi, Y la que es fecha de otra guisa no la pœda quitar, Iunge iis verbis, finalia verba sequentia, Esto si fuere hecha la donacion ansi como lo manda la ley. Et facta hac coniunctione verborum remanebit res clara, donatio enim perfecta † pura & simplex, & secundum iuris dispositionem facta reuocari non potest, ut in l. de donatio. §. alia autem l. cum proficaris, cum duobus sequen. C. de reuo. don. cap. inter dilectos. §. accedentes, ex eo. tit. §. Et cum perficiuntur, in l. eo. tit. Et l. si quis argentum. C. de donatio. text. in l. 4. colum. 2. titul. 4. partis. 5. Et ad hoc quod donatio sit vera & propria quinque requiruntur, de quibus per Fab. in l. de donati. in prin. Et No. in l. hoc iure. ff. eo. tit. quod tamen intelligendum est dum tamen hæc donatio fiat à potente donare, nam sunt qui non possunt, ut patet in l. 3. tit. 4. par. 5. Et per Ant. Gom. Tom. 2. c. 4. n. 23. item & quod fiat extraneo, secus si constituto sub potestate, nam si tali reuocari potest, nisi tradita sit possessio, vel fiat ob causam onerosam, secundum text. in l. 17. Tanti, qua est. l. 1. tit. de las mejoras, supra isto libro, insuperque ut fiat talis donatio in mensura & quantitate permessa & sic quod non sit omnium bonorum, secundum l. infra proximam. Et quod si excedat quingentos aureos insinuetur, secundum text. in l. 9. titul. 4. part. 5. Item quod filij post talem donationem non nascantur, quia si nascuntur reuocantur, secundum text. in l. si unquam. C. de reuo. don. l. 8. titul. 4. part. 5. Et quod ex parte donatarij non committatur aliqua ingratitude, vel non adsit aliqua causa ex qua reuocatur de iure donatio, ut patet in cap. fin. extra de dona. Et in l. 10. titul. 4. part. 5. Et probatur ex penultimo versic. nostri text. & posset de iis fieri integer tractatus, sed hæc pro legis nostræ declaratione sufficienter, & an ut perfecta sit donatio requiratur præsentia donatarij dicemus volente Deo in l. 2. titul. 16. infra isto libro. Et an hæres donatoris possit reuocare donationem ex ingratitude donatarij contra donantem commissa, in l. 1. titul. 1. supra lib. 1. diximus.

Ibi, Sino per las razones. De quibus in præcedente gloss.

Ibi, Como manda la ley. De qua in præcedentibus glossis.

S V M M A R I V M.

- 1 Verbum potest, præcedente negatiua inducit impossibilitatem & nullitatem actus contrarij. n. 1.
- 2 Donatio omnium bonorum nullius est momenti. 2. cum ampliationibus, & limitationibus, Et ibi quid in donatione causa mortis, Et quid si per viam maioris, vel cum pœna si reuocetur.
- 3 Donatio apposita in pœnam mutationis testamenti non valet. n. 3.

- 4 Iuramento confirmatur donatio omnium bonorum. 4. Vbi nouissime eam autor declarat, & aduertentia ponit.
- 5 Donatio bonorum futurorum valida est. n. 5.
- 6 Donatio omnium bonorum facta propter dotem an valeat. n. 6. Vbi si Ecclesie vel alteri pio loco, & ibi declaratur id de dote.
- 7 Contractus onerosus factus super omnibus bonis ut venditio valet. n. 7.
- 8 Donatarius omnium bonorum an tenebitur respondere creditoribus. n. 8.

Lex 8. quæ erat 69. Tauri.

S V M M A R I V M.

Donatio omnium bonorum etiam presentium tantum non valet neque fieri potest.

Ibi, NINGVNO PVEDA, Negatiua hæc et adiecta ante verbum potest necessitatem inducit, & reddit actum impossibitem & nullius momenti si contra legis talis dispositionem fiat, imo neque tali legi renuntiari potest, ut diximus in l. 1. glossa. 1. utulo 3. supra isto libro Adeo ut & si donator hic sit extra regnum tempore donationis tenetur legem nostram seruare ut per Pelaez de maioribus, . part. 9 58 n. 26. cum sequentibus.

Ibi, De todos sus bienes, Hic constituo pro legis huius declaratione regulam, scilicet, donationem omnium bonorum nullius* esse momenti, cuius rationem assignant hic DD & Couar. 2. part. Rub. de testam. num. 4 quia prorsus auertit facultatem testandi, & sic est contra bonos mores. Quam conclusionem amplia primo ex text. nostro etiam si presentium tantum bonorum fiat, & in hoc lex nostra ius nouum constituit, nam ex iure ciuili ut apparet ex dictis per Bar. in l. stipulatio hoc modo concepta, num. 6. ff. de verbo. oblig. presentia tantum bona poterat quis donare, prout & ex l. 7. tit. de las donaciones libro 3. Fori disponebatur, imo quamuis fieret vniuersalis donatio omnium bonorum valebat, quia intelligebatur de presentibus, prout communem testatur Ias. consil. 5. volum. 3. relatus per Villalobos, in Aerario. mille com. opini. litera D. nu. 165. & Bellon. consil. 5. num. 1. cum pluribus sequentibus, & Iuli. Clar. libro 3. senten. §. donatio. quest. 19. & Beroi. in questio. famili. 10. num. 1. cum sequentibus. eo quod tunc ex bonis & lucris post donationem quaesitis testari talis donator poterat Ex quo ipse Clarus ibi, inquit valere donationem causa mortis omnium bonorum, cum eam reuocare possit donator tempore testamenti, & sic ex bonis suis testari, sicut si reseruatis sibi aliquibus ex bonis ex quibus posset testari, omnia alia posset donare, quamuis futura & presentia donaret, ut infra dicetur. Hodie tamen ex lege nostra, quamuis presentia tantum bona donentur non valet donatio, ex text. nostro clausulam prohibitiuam, imo & quodammodo derogatoriam habente, prout in proposito tenet Villalo. in sua Antino. iuris ciuili & regij litera D. num. 14. & Due. regn. 216. amplia. 1. in quo lex nostra nouiter prouisit in derogationem dictorum. Nam si esset donatio

talis bonorum presentium & futurorum nullo modo valebat etiam de iure ciuili, prout communem testatur Clarus & Due. vbi supra.

Vltorius & secundo ampliatur nostra conclusio ut procedat etiam si per viam maioria fieret dicta donatio secundum Minch. de success. crea. To. 1 §. 1. n. 32. ad fin. fol. 19. & Molin. de Primog. libr. 2. c. 10 n. 20. cum sequentibus pluribus, & a n. 9. incepti questionem.

Tertio ampliatur dicta conclusio quod quamuis testator dicat, volo hanc esse meam voluntatem, quam promitto non reuocare, sed si contigerit me reuocare vel aliud facere testamentum, ex nunc do omnia bona mea heredi instituto, adhuc non obstaret dicta clausula. neque valida esset, ex eo quod tolleretur facultas testandi, & in effectu esset donare bona sua contra nostræ legis prohibitionem, & quia donatio apposta in pœnam mutationis et testamenti non valet, ut per 3 Tellium, in 2. part. l. 3. Tauri, n. 12.

Quarto ampliatur nostræ legis conclusio quod quantumuis iuramento talis donatio et firmata sit, adhuc nihil valeat, cum bonos mores, quibus testandi libertas innitur, euertat, item etiam quia iuramentum & bona fides non firman contractum nullum, non tam ratione vtilitatis publicæ, quam & propter bonos mores conseruandos, prout communem testatur additio. Capella Tolosan 382 & Villalo. in Aerario. com. opti. litera I. numero 201 & 202. & nouissime Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 0. num. 1. hic tamen patet ex dictis, quod contra bonos mores est tollere libertatem testandi & contra publicam vtilitatem, quæ in condendis & conseruandis testamentis versatur, igitur valere non debet talis donatio omnium bonorum presentium etiam si iurata sit, præsertim cum lex nostra prohibendo disponat, quo casu nullum est id, quod in contrarium fit, ut in nostra legis propositum inquit Due. in dicta. regula. 219. in princ. & quod talis donatio etiam iuramento non firmeretur, communem testatur est Aymon Crauet. relatus per Couarr. in 1. parte. Rubric. de testamen. num. 4. vbi plures allegat idem tenentes. Contrariam tamen opinionem tenet Anton. Gom. hic, numero 1. contrariis fundamentis satisfaciens, præsertim quod in donatione bonorum presentium non datur testandi priuatio, cum de bonis post donationem quaesitis testari possit & sic cessat fauor & vtilitas publica. & bonorum morum interruptio, quod erat principale fundamentum contrariæ opinionis, neque versatur tunc eadem ratio, quæ in donatione omnium bonorum presentium, & futurorum versaretur, in qua quidem magis communis erat opinio, ut attestatur Due. vbi supra, amplia. 2. per totam, quod iuramentum nullum robur præstat. & Clarus. in dicto. §. donatio. questione 20. vbi & inquit quod tunc in totum annullatur donatio, sed in donatione omnium bonorum presentium tantum cessat hoc inconueniens utpote quia alia bona acquiri possunt, de quibus donans testetur, ideo nimirum si iuramento firmeretur, maxime si fructus sibi reseruauit, prout & tenet Hippol. in pract. §. secundo. num. 60. & in §. diligenter. n. 76. cum sequentibus, & nofter Cutier. in tract. de iuramen. confirm. 1. parte. cap. 11 nu. 13. & Matienço, hic nu. 8. neque negari

gari potest, nullitatem nostri text. esse principaliter favore donantis inductam licet in consequentiam, favor publicus versetur, quo casu non excluditur iuramentum, quin donationem confirmet *secundum communem relatum per additio. Capella Tolosan. ubi supra, & Anton. Gom. dist. num. 4. & Villalobos. in dist. litera I. n. 202. præsumentumque est viuere posse donatorem per tempus, quo possit augere bona & fructus colligere, secundum Moli. de Primog. lib. 2. c. 10. nu. 23. in fine, & quia cessante ratione illa, ne quis priuatur facultate testandi, cessare debet legis dispositio, & sic iuramento vallari talem donationem bonorum præsentium, prout & voluit Clarus, ubi supra, licet Molina, ubi sup. num. 12. lege nostra attenda aliud velit, nam si reseruata sibi aliqua parte bonorum ad testandum, & reseruato usufructu etiam modico ad vitam donatio omnium bonorum præsentium & futurorum validatur iuramento, prout communem testatur Clarus, ubi supra vers. secundo principaliter, & Gutierrez, ubi supra, num. 14. cum sequentibus aliquibus, quod secus esset si solum sibi usufructum bonorum reseruaret, vt de eo posset in vita disponere, quia neque tunc valeret, & hanc etiam ipse Clarus, ibidem communem affirmat ex Couar. lib. 3. var. c. 12. n. 3. & si. & Moli. ubi sup. n. 24. & 25. alio modo hoc intelligit, quod si ita est in donatione præsentium & futurorum, à fortiori in donatione bonorum præsentium tantum, cum de lucris & fructibus & bonis post quæsitis testari possit, operabitur validitatem donationis iuramentum interpositum & DD. relati per Couar. in 2. p. Rubr. de testa. n. 4. contrariam asserentes communem si bene inspiciantur loquuntur in donatione omnium bonorum præsentium & futurorum, prout licet videre ex Abb. consil. 48. vol. 2. & ex aliis ibi allegatis per Couar. & sic quoad præsentia tantum bona videtur loqui communem per Aymonem, ibi relatum asserentem. Et sic teneo donationem omnium bonorum præsentium tantum iuramento validari, quam nouissime intelligo dum tamen talis donator moriatur post longi temporis interuallum & acquisierit bona ex quibus testari possit, secus vero si statim moreretur, vel post donationem nulla bona acquisiuit, ex quibus testari posset, quia tunc cum militet eadem ratio quæ militat in donatione omnium bonorum præsentium & futurorum neque iuramentum validaret tunc talem donationem omnium bonorum etiam præsentium tantum. Et ideo ad euitandum hoc periculum etiam in donatione omnium bonorum præsentium, consulerem vt sibi donator reseruaret aliquid ad testandum, vel quod dicatur in donatione, quod si contigerit donatorem decedere nullis adquisitis post donationem bonis ex quibus testari possit, adimpleatur testamentum, vel fiant suffragia necessaria pro anima ipsius donatoris si intestatus decesserit, & hæc est mea & noua & singularis cautela, & consideratio. Alias ampliaciones ad nostram legem videre poteris per Due. ubi supr. limitatur tamen primo modo nostra lex ex dictis si iurata sit donatio hæc bonorum præsentium, cum declaratione supra per me relata & considerata.*

5 Secundo limitatur, vt non procedat † si do-

natio fieret solum bonorum futurorum, nam cum præsentia remaneant iurique de futuro renuntiarum possit, merito quod valeat argumento dictorum per Antonium Gomez, Tomo 2. capit. 4. nu. 24. & per Gutierrez, in repetitione, cap. quamuis pactum, in principio nu. 20. cum decem sequentibus de pactis, in 6.

Tertio limitatur lex nostra vt non procedat quoties donatio talis est facta propter † dotem, & nam tunc valebit etiam si præsentium & futurorum facta esset, secundum Dueñas reg. 219. limitatio. 1. & voluit Antonius Gomez l. 11. Tauri, nu. 16. & 17. sicut & valeret facta Ecclesiæ, vel alteri pio loco, vt communem testatur relati per Gutierrez in dicto tract. de iura. confirmat. 1. parte, ca. 11. numero 7. & tunc secundum eum ibi numero. 8. causa pia teneretur alere dotantem, & hanc pia causa favore testatur communiorum Tiraquellus, de priuileg. causa pia, priuilegio 100. numero 1. & fin. & Villalobos in Aerario, litera D. num. 167. & Clarus in dicto § donatio. questione 20. vers. vltimus quero, & hæc quoad causam piam tenenda sunt, quoad dotem tamen declarandum est vt prodar quoties dos pia causa dici posset, nam regulariter non est, nisi mulieri pauperi fiat, secundum Tiraquell. in præfatione de priuileg. causa pia. n. 23. & tenet Couar. ubi supra, n. 9. & 10. & ipse & ego ante lectiones nostras communicauimus inter scribendum. Valeret tamen dotis constitutio etiam diuiti facta omnium bonorum quoties tertio alicui fieret cum Berta contraheret, nam tunc valeret, non quia pia esset, sed quia ex contractu oneroso facta, sed & adhuc tunc consulerem vt ad testandum aliquid relinqueretur, vt supra diximus.

Vltimo limitatur nostra lex non vt procedat in contractu oneroso ex quo aliquid † remanet penes contrahentem puta in venditione omnium bonorum tam præsentium quam futurorum, nam tunc cum pretium remaneat penes vendentem mirum non est si valeat, vt inquit Anton. Gom. Tom. 2. c. 2. n. 4. & Moli. dist. c. 10. n. 17. Alias limitationes decerpes ex relatis per Due. d. reg. 219. in fin. Et an in casu in quo † valet donatio omnium bonorum tenebitur donatarius respondere creditoribus donantis, vide decisio. 386. Capella Tolos. & ibi additio, & hæc pro hac lege sufficiant quibus remanet declarata.

S V M M A R I V M.

- 1 Lex ista non habet locum si per viam contractus onerosi donatio fiat. num. 1.
- 2 Lex nostra non solum in factis donationibus, sed & in faciendis procedit. n. 2.
- 3 Per legem priuatio bonorum induci potest etiam nullo cambio dato. num. 3.

Lex 9.

S V M M A R I V M.

Gratia & donationes simpliciter vel ad vitam facta censuū & reddituum regalium

galium intra annum à die data huius legis numerandum inscribenda sunt in libro rationum præpositorum agentium in rebus sub pœnis nostri text.

IBI, DE OTRA QUALQUIER MANERA. Intellige dum tamen sint per viam gratiæ, & donationis concessi tales redditus regi, secus vero si per viam contractus onerosi, quia tunc lex nostra non haberet locum, † prout ex ea clare patet, nisi aliud sit solitum fieri, nam tunc id erit adimplendum, & idem si ex speciali iussione iubeatur.

Ibi. *Que del dia de la data de nuestra carta.* Idq; non solum in gratiis & donationibus ante legem nostram factis observabitur, sed & in posterum † faciendis, tum ne lex nostra superflua foret, tū etiam quia semper est in viridi observantia, secundum text. in l. *Arriani. C. de hereti. & ibi Bart.* & verum in l. *illicitas, in fine principij. ff. de offic. præsi.* tum etiam quia lex nostra expresse ita disponit, in *versi. y de aqui adelante, & iterum in versiculo, lo qual mandamos que se guarde para agora y para siempre jamas.*

Ibi. *Muestren ante nos.* Nam cum sit fundata regis intentio in contrarium debet titulum ostendi, ut dixi l. 2. tit. 1. lib. 4. supra.

Ibi. *Ayan perdido y pierdan.* Non est contraria. l. 6. supra. quia hic per legem sic disponitur, & lege generali id fieri potest etiam in quacunque re vel iure quæsitis à iure gentium, atque etiam nullo dato* neque adhibito pramio donatario, ut late per Dec. in c. *quam in Ecclesiarum num. 21. de constit. & Parisi. consi. 1. num. 46. lib. 1. ubi citat concor. & Matienço, hic in gloss. 1. & ex hoc clarius intelligitur legem nostram in donationibus meris & in gratiis loqui, non vero in contractibus, ut dixi supra in 1. glossa.*

S V M M A R I V M.

- 1 Fraus & dolus donantis clerico ex quibus præsumantur. n. 1.
- 2 Lex nostra non tollit veras cessiones & donationes permissas fieri scholaribus ad alimenta & libros per patrem. 2.
- 3 Fraus præsumitur in donatione omnium bonorum ex qua tertio præiudicium inferitur. 3.
- 4 Alienatio quando censetur facta in fraudem fisci & quomodo fraus proberur. 4.
- 5 Filius clericus vel scholaris in quem donatio fraudulenta facta est ad quid tenebitur. 5.
- 6 Fraus & dolus an sint idem vel diversa. 6.
- 7 Fraus præsupponit animum depravatam dolus vero non semper. 7. & sic differunt & habent se tanquã genus & species, ut ibi.
- 8 Forma procedendi contra fraudulentos donatores bonorū volentes tributa fraudare. 8.
- 9 Verbum, fit, est læta sententia. 9.
- 10 Alienationem fraudulentam habemus in iure, & itidem imaginariam, & inter eas

Tom. 3.

constituitur differentia, ut n. 10.

- 11 Iuramento non confirmatur alienatio simulata & imaginaria. 11. adeo ut neque tunc relaxatio iuramenti requiratur ad veniendum contra eam, ut ibi.
- 12 Iuramentum debet habere tres comites. 12.
- 13 Iuramentum confirmat contractum nullum n. 13. ubi declaratur.
- 14 Simulatio sicut fraus coniecturis probatur. 14. & ibi modos probandi.
- 15 Nobilis incarceration in materia nostri text. si contra eum delinquat. 15.
- 16 Fiscus an possit agere contra fraudulentum donatarium. 16. facta prius excussione ut ibi n. 17.
- 18 Lex nostra in quantum disponit donationem in clericum factam fraudulentam præsumi, possit procedere de iure. 18.
- 19 Clericus consentiens donationi in fraudem fisci facta tenetur in conscientia. 19.

Lex II.

S V M M A R I V M.

Donationes facta in fraudem collectorum & tributorum regionum non valent.

IBI. A HIJOS CLERICOS. Sed nonne filiis etiam clericis licet donationes facere per parentes, præsertim ut quoad titulum talium donationum ordinentur, item nonne filij clerici per patres possunt meliorari in tertio & quinto, sicut cæteri filij laici, quomodo ergo hic prohiberi videntur hæ duæ assumptiones iuridicæ & veræ, præsertim cū disponatur in lege nostra, quod præsumuntur fieri in fraudem, igitur nunquam eis fieri poterunt, quid dicendū? Et pro solutione primo fatendum est dictas conclusiones veras esse & iuridicas, fallere tamen quoties in fraudem & dolum alicuius tertij fiunt, & tunc fraus præsumitur, quoties omnia bona donantur, † ut inquit lex nostra, ibi *de todos sus bienes*: & idem esset si ex parte aliqua bonorum fieret, non tamen ad utilitatem talis clerici, vel filij scholastici, idque constaret puta quia utilitas rei & possessio eius penes donantem remansit, tunc enim censentur facta causa iudicij mutandi, quæ reprobat in iure, ut in rubri. C. & ff. de aliena. iudi. & sic in fraudem, imo & tota utilitas illius rei ad excludendam omnem fraudem debet pervenire ad clericum, vel scholasticum donatarium, & ideo si dimidia pars pertineret donanti & alia dimidia donatario fraudulosa præsumeretur, si totam vellet rem liberare à tributo, ut de donans non debet consequi utilitatem pecuniariam ex tali re donata, ad excludendam fraudem, ex l. si fideiussor, in fine. ff. de leg. 1. ab eo, ubi Doctores. C. de fideicommiss. notat. Rebus. in 2. tom. constit. Fran. tit. de cessione. actio. ar. 2. gloss. 8. & 10. & ut fraudibus obviatur lex nostra processit non vero ad tollendum

Ff

tollendum

tollendum donationes & cessiones veras & non fictas nec simulatas.

Ibi, *Como a estudiantes*. Non tollit veras cessiones permissas fieri filiis scholaribus per patrem † ad alimenta & libros, per l. 8. tit. 7. lib. 1. supra, de qua ibi allegavi Doctores plures, & præsertim Rebus. in d. tit. de cessione. artic. 2. glos. 2. per totam, ponentem requisita neq; procedit lex nostra ad tollenda priuilegia scholaribus concessa, qui quidem à iure communi nullis tributis, talleis aut collectis ordinariis vel extraordinariis sunt obnoxij, neque ad ea tenentur, ut in *Authen. habita. C. ne filius pro patre*, & ibi Doctores maxime Rebus. in leg. 1. & 2. C. qui etat. vel profes. lib. 10. col. vni. decens. Rebus. de priuileg. scholast. priuileg. 149. & hoc quoad munera personalia, non quoad patrimonialia, ut apparet ex dict. l. 2. Ang. & ceteri in §. uem si maior. inst. de excusa. 1870. Dida Perez l. 8. tit. 2. lib. 1. ord. colum. 75. vbi matriculæ descriptum esse debere asserit, ut iis priuilegiis gaudeat scholasticus, quæ quidem per legem nostram eis non tolluntur fraude cessante, ut in glos. præcedente diximus, sed tunc demum cum fraus præsumitur, silent dicta priuilegia.

Ibi. *Donacion y traspassacion de todos sus bienes*. Idem in venditione disponit. l. 59. tit. 5. partit. 5. vbi glos. plura similia adducit: Ex donatione enim omnium bonorum in præiudicium tertij alicuius facta † fraus præsumitur contra tertium illum & in præiudicium eius commissa, ex text. singulari, in l. omnes §. Lucius. ff. de iis que in fraud. credi. tradit Bart. in l. post contractam num. 2. ff. de donati. idem dicens in venditione, & las. in §. item si quis in fraudem num. 34. inst. de actio. probatque text. noster, ibi. *Porque el derecho presume que lo hizo cautelosamente*. Imo & idem dicendum est si maiorem partem bonorum donarent secundum Bald. relatum, & secutum per Auenda. cap. 14. pratorum num. 30. versic. item alij limitant, lib. 2. & glos. diesse, in medio in l. 7. tit. fin. parti. 5. & per eundem Auenda. in tit. de las exceptiones. n. 57. in limi. 5. quod tamen intelligerem si filio fieret talis donatio per patrem, quoties filio pater donaret plusquam de iure posset, secus si id quod à iure permittitur donet, nam tunc non est præsumenda fraus, si cum effectu fiat talis donatio ita quod in donatarium transfertur dominium & possessio in donatarium clericum vel scholasticum nihil putet sibi reseruando, secus vero si sibi reseruasset possessionem, vel vsumfructum, & vellet excusari à tributis ex persona donatarij, nam tunc nihil sibi prodesset, imo potius fraudulenta præsumeretur donatio, & sic intelligerem. l. 212. stilli, per Auenda vbi supra allegatam, & dicta per Feli. in capite. Ecclesia, num. 10. de constitutio. & adeo tunc fraudulenta præsumeretur donatio, quod etiam si per actum fictum transferretur possessio in donatarium non cessaret fraudis præsumptio, secundum Anton. Gomez, tom. 3. cap. 14. num. 4. versic. tertius casus est. Et vide Decium, in consil. 235. optime differentem, quando alienatio censeatur facta * in fraudem fisci, & quomodo fraus probetur, & Franciscum Betium, consil. 72. num. 25. cum sequentibus. Sed quæstionis est, ad quid tenebitur tunc talis filius clericus, vel scholaris in quem dicta donatio fraudulenta facta est, † vel iuris transfusio, &

dicendum est quod tenebitur ad restitutionem fisco, vel eius nomine collectori aut locatori eius triburi, quod donator ex tali re soluere tenebatur, solutione tamen cuius alter liberatur, secundum Didac. Perez lib. 1. ordinam. col. 93. in fine, & tunc contra clericum coram suo iudice ager, & contra scholasticum coram suo, & quia hoc esset longum discutere, ne dici posset legistatorem in mæstem alienam manum mittere, disposuit, ut contra donantem etiam agi posset, & merito, imo & ad expensas & damna tenebitur donatarius & donator, pœnaque arbitraria puniri possent, ex dictis per Rebus. in 2. tom. consti. d. tit. de cessione arg. 2. glos. 12. & 13.

Ibi. *Desuando los tales fraudes y engaños*. Malitiis enim obuiandum est, ut habetur in cap. 1. de immun. Eccles. in 6. neque permitendum fraudem, aut dolum alicui patrocinari, sed an, fraude y engaño sint idem, † quandoquidem rex noster intumulus de eis mentionem facit, & dicendum quod non sunt idem, imo differunt, & ut differentia copulatiue in præsentibus apponuntur, cum copulæ natura sit inter diuersa apponi, ex text. & materia in l. 1. ff. de Iusti. & Iure, & sic in iure reperimus fraudem & dolum, sub differentibus rubricis, ut patet ex titulis. ff. & Cod. de his que in fraud. cred. & ff. de dolo, differuntque multipliciter prout licet videre ex glos. 1. l. iuris gentium §. sed si fraudandi. ff. de pactu. & glos. fraude in l. 1. §. furti. ff. de ijs qui notan. infam. de quibus glos. sis meminit las. numero 20. & Gometi. 9. in §. item si quis in fraudem, inst. de actio, & dicunt magis communiter quod fraus præsupponit † animum deprauatum dolum vero non semper, nam habentis dolum bonum, & dolum malum, ita dicit glos. maxime glos. in dict. §. sed si fraudandi, & ibi Alex. colu. 2. dicit, quod ista est propria differentia inter dolum & fraudem, & hos dolos bonum & malum probat. l. 2. titu. 16. parti. 7. & secundum dictam differentiam fraudis & doli intelliges text. in l. aliud est fraus ff. de verbo. significat. & text. l. fraudis ff. de regul. iur. & text. in l. 1. §. non sint ff. de dolo, & hoc est quod tetigit las. num. 20. cum 8. sequentibus, & Gometius, numero 9. in dicto §. item si quis in fraudem. Ex quo inferitur, quod fraus & dolum habent se tanquam genus & species, differuntque dolus à fraude tanquam genus & species, secundum glos. 1. in d. §. sed si fraudandi & ibi Alex. colum. 2. Barba. in cap. 1. extra de commoda. & Gometi. d. num. 9. ex quo secundum eundem Gometi. ibidem, reprobat glos. fraudis, in cap. 1. 81. dist. dicens, quod fraus potest esse sine animo deprauato. Inferri etiam potest, an iudex teneatur seruare fidem, quam dedit delinquenti de non puniendo eum si delictum fateretur, nam hic potest dari dolum bonum, de qua quæstione diximus in l. 3. tit. 2. lib. 1. supra, num. 13. & sequentibus.

Ibi. *Ordenamos*. Hic apponitur modus & forma procedendi contra tales alienatores * & donatores bonorum suorum causa fraudandi collectas & tributa, quæ ex bonis illis fraudulenter & dolose alienatis & donatis tenebatur soluere fisco & regio collectori, scilicet, ut agatur contra talem donatorem pro solutione tributorum ac si penes ipsum bona illa adessent, & contra eum & eius bona fiat executio quod si bona

bona non habuerit, eius persona incarceretur absque alia informatione, cum sola presumptione fraudis à iure & lege nostra inducta, & appa-
rente, & hic est ordo & forma nostri text. & se-
curior & melior: Solet tamen aliquando agi con-
tra ipsummet donatarium, non agendo contra
eum directe, sed capiendo fructus pendentes ex
bonis fraudulentè donatis, ac si in dominio do-
natoris adessent, & sub eius potestate, & tunc si
clericus, vel scholaris donatarius se opponit &
petit à iudice Ecclesiastico, vel scholaris à suo
conseruatore vt procedat contra capientes &
subleuantes fructus dictorum bonorum & con-
tra iudicem laicum sic iubentem capi & suble-
uari, & decernatur mandatum in forma vt fru-
ctus restituantur & laicus iudex se inhibeat sub
excommunicationis pœna, laicus ipse iudex &
partes conquærun t se coram Ecclesiastico vel
conseruatore dictum mandatum præbente, vt
illud reponat & non procedat vterius decli-
nando eius forum, & quod ipsi seculari causa re-
mittatur & appellando in forma & sic non fie-
ret, & protestando auxilium *de la fuerça*, quod
si Ecclesiasticus vel conseruator nihilominus
procedit, prouisione ordinaria deducitur pro-
cessus ad regiam cancellariam, vbi si de fraude
constat, pronuntiatu r vim esse factam & quod
omnia Ecclesiasticus reponat, & admittat appel-
lationem, & tunc ipsi seculares procedunt pro
solutione dictorum tributorum, & sic vidi iam
semel fieri, sed quia posset si de fraude non con-
staret, iucurri aliqua censura & excõmunicatio,
securiorem iudico practicam & formam pro-
cedendi à nostra lege designatam, & quæ fre-
quentius vtitur, & vtenda est: Idemque genera-
liter seruandum in quacumque re subtracta à
publica necessitate per fraudem vel imagina-
riam venditionem, testatur Bart. in l. 1. C. de na-
uis. non excus. lib. 10. relatus & secutus, per Ben-
tuenut. in tract. de mercatu. titu. de nanibus 2. par.
n. 3. pag. 247. in paruis.

Ibi. *Sea ninguno no*. Verbum illud, scilicet, Latine,
sit, executionem denotans, vt sic ipso iure talis
fraudulenta donatio sit, tum quia verbum † sit,
est latæ sententiæ *secundum Tiraquel. l. si vnquam*
verbo reuertatur num. 180. cum 6. sequentibus. C.
de reuo. don. præsertim cum sit adiectum verbum
sequens, derecho, quod secundum eundem Tiraq.
ibi num. 140. est latæ sententiæ, tum etiam quia
pœna hæc annullationis apponitur in præsentem
circa bona neque alia adiectu r pœna, & tunc ni-
mimum si latæ sententiæ sit, vt ibi per Tiraquel.
num. 62. maxime cum dictio illa, ninguna, sit la-
tæ sententiæ, vt ibidem num. 243. & sic ex quali-
bet earum ponderationum lex nostra est latæ
sententiæ, non vero ferendæ, & à numero 62.
ponit Tiraquel aliàs plures dictiones denotan-
tes latam esse sententiam, & effectus ex iis re-
sultantes, quem & alios allegat Conar. in cap. pos-
seffor. 2. parte §. 6. num. 6. in princ. Et sic in propo-
situm legis nostræ resultat maximus effectus, scilicet,
quod non est necesse petere annullari talem
donationem & alienationem fraudulentam, ne-
que agere reuocatoria, prout requiritur in termi-
nis iuuli ff. de us qua in fraudem credit vt inquit
Tiraquel. vbi supra num. 455. Ideoque inferri po-
test donationem & alienationem hanc, de qua

in nostra lege, potius imaginariæ alienationi
quam fraudulentæ assimilari, nam in iure habe-
mus alienationem † fraudulentam & in frau-
dem factam, de qua loquitur titu. *de us qua in*
fraud. credi. & text. in §. item si quis in fraudem,
inst. de alio. & tit. C. ff. si quid in fraud. Pat ha-
bemusque itidem alienationem imaginariam de
qua in l. imaginaria venditio. ff. de regul. iuris &
text. in l. nuda. ff. de contraben. empt. & text. cum
gloss. 1. in l. emptor. ff. de aqua plu. arcen. inter
quas alienationes constituitur differentia, nam
alienatio in fraudem facta & sic fraudulenta val-
let, & eget reuocatione, ex text. in dict. §. item si
quis in fraudem, & totum titulum maxime, d. l.
omnes §. Lucius. ff. de us qua in fraud. credi. simu-
lata vero alienatio est nulla ipso iure text. in d.
l. nuda, quam differentiam expresse ponit Bart.
in l. post contractum num. 4. ff. de donatio. Ias. in l.
non dubium numero 5. C. de legibus. Gometi. in d.
§. si quis in fraudem num. 1. & 2. & Fran. Betium
consil. 52. num. 32. cum sequentibus. quod vsque
adeo procedit quod quamuis iuramentum in-
*terueniat adhuc tunc non confirmetur * dicta*
alienatio simulata & imaginaria, secundum gloss.
l. 3. C. plus val quod agitur, quam ibi omnes sequun-
tur, & Ias. num. 7. Gometi. 1. in dict. §. item si quis
in fraudem, circa quam gloss. adde omnino Cro-
tum in l. nemo potest num. 60. delega. 1. Ias. in au-
then. sacramen. pub. num. 42. C. si adu. vendi. &
conciuem nostrum Doctorem Gutierrez in dict.
l. nemo potest. num. 383. plures allegantem dicen-
tes illam gloss. communitè approbatam, & nu.
394. ampliat vt neque tunc relaxatio iuramenti
requiratur, & num. 386. eam limitat vno modo,
& fundatur dicta gloss. ex l. fin. C. de non num. pe-
c. peruenit & c. quemadmodum, de iureiur. quod
iuramentum sortitur naturam contractus, cui
adiicitur, sed contractus simulatus est nullus &
est ac si non esset contractus, quia defecit con-
sensus, igitur iuramentum nihil operatur: Item
quia iuramentum debet habere tres comites, ve-
ritatem, † iudicium & iustitiam. text. cum gloss. 12
in c. & si Christus de iureiur. de quo per Curti. iunio-
rem consil. 141. num. 9. sed si contractus est simu-
latus & imaginarius deest veritas, ergo, licet
contrarium in effectu velint. Bar. Socin. consil.
83. vol. 3. & Alexand. consil. 36. num. 3. vol. 2. &
Curti. Iuni. consil. 168. num. 13. & consil. 110.
num. 15. & Ludou. Gozadi. consil. 69. num. 16.
in fine. quos reprobat Rebuff. in 2. Tom. consilium.
Franc. titu. de restitutio. artic. 1. gloss. 8. num. 10.
& 11. vbi per totam illam, optima desimulatione
dicit, neque obstat quod iuramentum † confir-
mat contractum nullum. C. licet mulieres, de iu-
re iur. Authentica Sacramenta puerum. C. si ad-
uer. Ven. vbi Gutierrez num. 28. hanc testatur com-
muniem opinionem, quoniam procedit in contra-
ctu nullo de iure speciali, secus vero si de iure
communi, vt conclusum fuit in decisio. 382. Capel-
le Talosan. vel secundo intelligitur dicta commu-
nis quoties in contractu datur consensus, secus
vbi nullus datur, prout non datur in contractu
imaginario & simulato, nam tunc iuramentum
nihil operatur, neque obstat quod iuramen-
tum est seruandum vbi potest sine interitu salu-
tis aternæ, quia verum est nisi iuramentum an-
nulletur eo modo, quo contractus principalis

- annullatur, & quoties datur subiectum & contractus in quo confirmatio adesse potest, in contractu tamen imaginario & simulato nihil partes contrahentes agere volunt, igitur neque iurando, neque placet concordia Gomeci. nu. 2. *vbi sup* & Ant. de Burg. in cap. ad nostram. nume. 39. de empti. & vendi. sed quoad nostram materiam sufficit scire quod contractus simulatus est ipso iure nullus & quod non est necesse agere reuocatoria, igitur manifeste patet legem nostram aptius in simulatione quam in fraude loqui. Ad dicta tamen est norandum quod eodem modo
- 14 præsumitur simulatio sicut fraus † & probatur ex coniecturis sicut fraus, secundum Socin. in d. consi. 83. & Alex. consi. 197. numero 78. & 9. vol. 7. & Franc. Becium consi. 52. numero 19. *vbi cum sequentibus* prosequitur modos probandi eam, & excusandi ab ea & in consil. 72. numero 23. *cum sequentibus* alios describit modos probandi fraudem, & Gutierrez, in d. l. nemo potest. num. 402. & in hoc secundum Socin. *vbi supra*, nume. 3. versatur multum arbitrium iudicis quandoquidem per coniecturas est fraus vel simulatio probanda: & in specie est alleganda & probanda simulatio, secundum Alex. consi. 111. numero 1 lib. 3. Insuperque est aduertendum quod licet ipso iure per text. nostrum annulletur contractus, ad hoc tamen requiritur sententia declaratoria, *vt diximus in l. 1. tit. de las contestaciones, gloss. aunque no aya sentencia, lib. 4. sup.*
- Ibi. *Hasta que de*, iunctis verbis sequentibus, *pero que no salga de la carcel hasta que aya pagado*, collige ex ijs verbis, quod etiam si talis donator
- 15 fraudulentus † siue simulatus præstiterit bona libera pro solutione tributi & executione eius, non est relaxandus à carcere vsque dum realiter soluat, etiam si fidei iussiones, *de la haz, vel de saneamiento*, præstiterit, quia lex nostra non contentatur nisi cum solutione reali, ad liberandum talem donatorem à carcere. Imo etiam si esset nobilis incarcerari posset, quia delictum commisit in alienando bona fraudulenter in clericum *vt à solutione gabellarum se excusaret*, quæ sunt optimæ limitationes ad l. si. tit. 21. *supra libr. 4* & ad leges probantes nobiles non incarcerandos. Sed an si veller fiscus agere contra donatarium vel emptorem fraudulentum & simulatum † poterit, & excludendo casum cum tributum est annexum ipsi rei donatæ & alienatæ, quia cum in quencumque exemptum transeat res illa, transit cum onere illo, & sic sine dubio conueniri posset donatarius, *secundum quod dixi in l. 11. numero 8. titu. 3. lib. 1. supra* in casu tamen in quo non esset res illa affecta tributo, tunc quia bona illa existunt penes tertium nullo modo contra eum agi poterit pro tributis illis nisi prius excussione facta contra donatorem, & ita videtur velle noster text. cum contra ipsum donatorem actiones dirigat, & quia de iure habemus quod tunc potest agi per creditores contra possessorem bonorum in fraudem alienatorum,
- 16 cum alienator & sic debitor † non habet unde soluat, *secundum gloss. possessis, in d. §. item si quis in fraudem, vbi las. numero 66. & 78. 80. & 81. dicens esse communem cum hac gloss. & Gomeci. numero 38. pro qua est text. in eo. §. text. in l. 1. C. de reuo. ijs qua in frau. cre. & in l. pen. C. eo. tit. & fa-*
- cit ratio viua scilicet quod ad hoc vt creditores possint agere reuocatoria requiritur quod sint damnificati, id tamen perspicere non potest, nisi constituto prius de inopia debitoris, *secundum Bald. in d. l. 1. las. numero 66. cum sequentibus, in d. §. item si quis*, igitur habemus intentum: sed est pro complemento videndum an legis nostræ dispositio in quantum præsumit † talem donationem & alienationem bonorum omnium vel maioris partis eorum fraudulentam ac simulatam in clericum factam censeri sustineri possit & procedere, nam habemus de iure, quod non potest lex civilis hanc præsumptionem inducere vt alienatio facta in Ecclesiã videatur fieri in fraudem fisci, vel tributorum ob idque esse inuvalidam, *ex sententia Bald. in l. neminem numero 3. c. de sacro. eccles. & in authen. item nulla numero 4. C. de episcopis & cleri. & in consi. 28. lib. 2. & est communis secundum las. in l. placet, lect. 2. numero 21. c. de sacrosan. Eccles. Minchaca de successio. crea. §. 10. numero 658. lib. 1. & gloss. el rey, in l. 55. tit. 6. parti. 1. adeo vt neque indirecte per modum præsumptionis id possit fieri, vt per Minch. ibi, & facit. l. 3. tit. 3. supra lib. 1. & l. 1. eo. tit. vbi numero 11. dixi non posse fieri vt omnia prædia sint tributaria propter alienationes in clericos faciendas, vt contra Bar. est commu. opi. secundum las. in d. 2. lect. 1. placet. numero 21. Feli. in ca. Ecclesia sancte Marie numero 76. de consir. & ibi Deti. numero 52. & gloss. in d. l. 55. Duenas reg. 100. limi. 9. Didac. Perez. lib. 1. titu. 3. lib. 2. ordi. colum. 90. in fin. & sequentibus, non enim præsumitur in fraudem fisci facta donatio rei propter quam donans soluebat tributum, vt l. non ex eo. C. de euictio. gloss. in prin. inst. de usucapio. gloss. in c. sanctorum de prescrip. & in c. si diligenti, verbo bona fide, & in c. quoniam omne eo. tit. & l. meruo. ff. pro socio, vbi probatur delictum non esse præsumendum, & præsertim in Ecclesijs & ecclesiasticis personis, igitur lex nostra procedere non potest, & contra libertatem ecclesiasticam est: quod tamen credendum non est conditorem eius velle, & ideo dicendum est legem nostram non disponere quod ex eo quod alienatio & donatio in clericum facta sit, præsumatur in fraudem fisci facta, quod est quod dicti Doctores dicunt esse contra libertatem ecclesiasticam, sed solum fundamentum faciendo super præsumptione iuris, quæ est quod tributarius donans omnia bona sua in fraudem fisci censetur alienasse, quod hac de causa si in clericum alienet vel donet sit nulla, prout de iure ante erat, & sic caute lex nostra dixit. *Porque el derecho presume que lo hizo cautelosamente. Non vero dixit, porque declaramos ser cautelosa, & sic cessat dictum obiectum, prout voluit gloss. in d. l. 55. verbo, el rey, titu. 6. parti. 1. & Minchaca vbi supra numero 657. Didac. Perez. vbi supra col. 90. qui ad finem colu. 93. inquit clericum consentientem donationi in fraudem fisci factam ei, teneri in foro † conscientia fisco tributa soluere si particeps fraudis fuit, liberari tamen si per debitorem soluat, prout in hac lege diximus, & Maienco hic gloss. 5. numero fin. sic etiam voluit dissoluere dictam obiectio nem nostræ legis.**

S V M M A R I V M.

- 1 Indij serui fieri non possunt. numero 1.
- 2 Exteris prohibita remissive. numero 2.

Lex 12.

S V M M A R I V M.

Nulla gratia aut donatio fiat alicui persona de Indijs, neque exterus a regno in Indiarum locis contractare possit.

IBI. DE INDIOS. Intellige vt ne serui fiant. prohibetur eorum donatio, nam serui fieri non possunt *ex. l. 21. Indiarum. qua est. l. 15. titu. 8. li. 4. mei repertorij de Cortes, de quo diximus in l. 8. titu. 9. lib. 3. supra nume. 4.* vel ne vt vassalli habeantur ipsorum donatorum nam sunt vassalli liberi regis, vt patet in l. 20. dicti. titu. 8. lib. 4. dicti mei repertorij, & ita in effectu voluit intelligere, Matienzo, hic, in glos. 1. num. 3 & 4. vbi nume. 5 ad Indos Ianaconas dictos id applicari non posse affirmat.

Ibi *Que nungun estrangeo.* Iustificari potest ex dictis per nos in l. 14. titu. 3. lib. 1. supra vbi in fine eius, hoc & quam plura alia cumulauit, & exteris prohibita.

S V M M A R I V M.

- 1 Importuna petitio sicut in ecclesiasticis ita & in secularibus officijs reprobata est. 1.
- 2 Licentia per importunitatem obtenta non est licentia sed violentia. 2.
- 3 Concessio per importunitatem obtenta nulla est. 3.
- 4 Officia nondum vacantia non sunt prouidenda ne detur votum captandæ mortis. 4.
- 5 Argumentum est bonum de beneficijs ad officia. 5.
- 6 Generalis etiam concessio officiorum nondum vacantium dari non potest. 6 & ibi remissive multa mala ex hoc oriri solita.
- 7 Princeps si motu proprio pœnas & condemnationes nondum lapsas in rem iudicatam concordat an valebit concessio. 7.
- 8 Spectatiua officiorum de patre in filium dari potest. 8.
- 9 Concordia legis nostræ cum l. 2. titu. 14. lib. 2. supra. n. 9.

Lex 13.

S V M M A R I V M.

Nulli officij antequam vacet est gratia aut donatio faciendæ, neque pœna alicuius in totum vel in parte, vsque dum

sententia pœna illius condemnatoria sit lapsa in rem iudicatam: neque itidem bonorum camerae regie nondum incorporatorum, neque aliorum bonorum regis nomine vel eius corona regie petitorum super quibus non adsit sententia lapsa in rem iudicatam est talis gratia & donatio faciendæ, aliter enim nulla est.

IBI. ANTES QUE VAQUE. Ob euitandas molestas & importunas preces petentium, vt inquit. l. 1. C. de pet. bon. sub. lib. 10. & in §. consideremus, Authen. detrienne & semisse, col. 3. & ne importunitate molestantur principes per singulos dies, formas scribere coguntur. §. ne igitur, vt facte noua constu. collatione. 5. & sicut importuna petitio super beneficijs vel honoribus ecclesiasticis habendis simonia est. c. ordinationes. 1. q. 1. c. tuam, de ata. & qual. c. 2. & 3. de concessio. præb. sic & super officijs & honoribus secularibus dicitur & etiam ambitiosa importunitas & reprobata c. fin. de rescrip. in 6. facit. l. ambitiosa decreta. ff. de decreet. ab ord. faci. nec interest roget quis perse, aut per alium, nam qui per alium facit est perinde ac si per seipsum faceret, & Bernar. ait ad Eugen. per importunitatem extorta licentia, non est licentia sed violentia, & vt per Lucas de Penna, in l. multis. col. 1. C. 2. de priuil. agen. in re. lib. 11. & hæc importunitas aliquando adest in petente, quia pluries petit, aliquando in curialibus vel magnis nobilibus intercedentibus, aliquando est ratione potentie petentis, vel ad requisitionem mulierum, & hæc est grauis importunitas, vel propter nimiam lætitiã, & in vnoquoque horum casuum concessio est nulla & vt aduerit optime Rebuff. in 2. tomo consti. Fran. titu. vt benefi. ante voca. art. 1. glos. 1. numero 4. cum sequentibus, vel prohibetur in presenti & in l. 3. lib. 7. infra petitio & concessio officiorum nondum vacantium, ne detur occasio captandæ imo neque optandæ & mortis, contra l. fin. C. de pact. & c. 2. de concess. præb. & c. detestanda, & c. ne captandæ, co. titu. in 6. l. stipulatio hoc modo concepta vbi Doctores. ff. de verbor. oblig. regula concella de impetrantibus benefi. viuen. vbi Gome. & alij glossatores. l. 13. in fin. titu. 5. partia. 5. nam de beneficijs ad officia bonum est argumentum. & secundum Barto. in l. 2. §. data. ff. de opt. leg. Lucas de Pena, in l. annonas, de erog. mil. an. lib. 12. Palacios Rub. in repet. ca. per vestras. in prin. col. 2. imo neque debent promitti officia antequam vacent. c. 2. de concess. præ. §. quia prohibita concessione tenetur prohibitum omne id per quod ad illam peruenitur. oratio. ff. de sponsali. latè Rebuff. in proemio concordata, & in verbo alieni facti, & has rationes & alias assignat ipsemet Rebu. in praxi bene. tit. de reprobata bene. viuen. impet. numero 6. cum. 3. sequentibus. pag. 337. idque expressius in officijs secularibus idem esse quod in beneficijs ecclesiasticis dixit Bart. Soci. consi. 53. lib. 3. relatus per glos. in dict. l. 13. titu. 5. partu. 5. adeo vt neque generalis concessio officiorum nondum vacantium possit

6 ¶ possit dari, ut arbitratur *ibidem* Socin cum quo & bene contra Deci. in l. finali. C. de part. tenet Marienço, hic. glos. r. numero 2. dicens itidem voluisse glos. d. l. 13. dum in fine ad legem nostram se remittit, nam in generali concessione eadem militant rationes, quæ in speciali, si bene considerentur, & sic idem debet esse ius. & multa mala quæ oriri solent ex præmaturo dono officiorum, aut bonorum confiscandorum refert Rebuf. in d. tomo. 2. d. titu. ut benefi. ante vaca. ar. 1. glo. 8. & ideo omnino est seruanda legis nostræ dispositio.

Ibi. *Ni de pena aliqua.* Idem disponit l. 11. tit. 6. lib. 3. supra ubi diximus contra iudices capientes partes suas ex condemnationibus obuenientes eis, contra quos & contra Auenda. *ibidem* relatum tenui multo antequam viderem Marienço. hic in glos. eum & bene reprobantem & ideo hic non censeo repetendum iterum.

Ibi. *Pajada en cosa juzgada* Et sic quod appellatione non sit suspensa neque suspendi possit, nam per appellationem extinguitur iudicatum. l. 1. in fi. ff. ad Turpil. & quia potest dici male iudicatum, & ideo nihil debetur. l. eos. C. de appella. ideo dari non possunt neque concedi antequam pœnæ & bona sint fisco adjudicata per sententiam appellatione non suspensam vel à qua non possit appellari, ut à sententia de reuista: Sed an si motu principis proprio fiat talis concessio
7 contra legis nostræ formam valida ¶ erit, & Rebuf. in d. tit. ut bene, ante vaca. ar. 1. glos. fin. inquit DD. in l. 2. C. de peti. bon. sub. lib. 10. & in l. 3. ff. quod quisque iuris, tenere valere, ipse tamen *ibi* & optime contrarium tenet, nam licet tunc cesset ratio importunitatis, non tamen cessat ratio captandæ & optandæ mortis: & quamuis vna ratio cesset, si alia vrget non cessat dispositio, ex tex. & materia in §. affinitatis, Inst. de nup. item & quia pars procurabit apponi clausulam motus proprii in tali concessione, & eadem facilitate qua rex donat, conscribere itidem faciet illam clausulam motu proprio, & quia lex nostra & illa l. 3. tit. 7. infra ita generaliter disponunt, ut omnia hæc comprehendant, fallit tamen noster text. ex illa. l. 3. in spectatiuis
8 officiorum à patre in filios concessis, in quibus ¶ nihil suspicari lex permittit, neque quod pater caprabit mortem filij, neque optabit, nam nullus est amor qui vincat paternum.

Ibi. *Que no ayan venido a nuestra camara y poder.* Marienço hic glos. 3. opponit contra hoc de l. 2. tit. 14. lib. 2. supra dum *ibi* inquit probari quod receptor pœnarum fiscalium nullum ius recipiat ex bonis illis donatis antequam ipse eos receperit, eo quod ante exactionem donata fuerant per regem, & inquit Marienço ipse, ita esse contrariam illam legem nostræ quod nulla alia euasio dari potest, nisi quod lex nostra non potuit imponere legem ipsi conditori, nec eius successor, quin possit quando libuerit donationem pœnarum ante exactionem facere ut aliquando faciunt, & ponderat ad hoc verba illius l. 2. *¶ si accierer. hazer se merced de algunas condenaciones de penas de camara, a algunas personas antes que entren en poder del receptor.* Quasi dicat id non posse fieri debere, sed posse quandoque id accidere. Ego tamen salua eius pace assero nul-

lam inter ¶ has leges adesse contrarietatem nam ¶ lex illa. 2. non probat quod ante sententiam lapsam in rem iudicatam possit fieri donatio bonorum aut nummorum cameræ regiæ applicatorum, neque vllum verbum de hoc *ibid m* apponitur, & ideo secundum legem nostram est illa declaranda & intelligenda in illo versiculo, *¶ si acciescere*, ita quod licet bona talia applicata cameræ nondum erant in potestate receptoris, cum donatio eorum facta est alicui, declarandum est ex lege nostra, erant tamen iam bona illa cameræ applicata per sententiam lapsam in rem iudicatam, & sic nulla adest cōtrarietas, & verba nostri text. *ibi.* *Que no ayan venido a nuestra camara y poder.* Declaranda sunt ex verbis sequentibus, per sententiam lapsam in rem iudicatam, secus vero si per sententiam talem sint adiudicata, quoniam tunc, quia qui actionem habet ad rem ipsam habere videtur, satis dicuntur bona esse in camera & regis potestate cum ab ea auelli non possint per sententiam aliam, & tunc quamuis reali traditione non sint in potestate receptoris, optime per regem donari possunt, neque hoc est censendum legem nostram prohibere, sed permisisse potius ex verbis sequentibus finalibus, quæ ad omnia præcedentia referuntur, dum dicit. *Sin que primero sea dada sentencia contra los poseedores possada en cosa juzgada.* Et sic nulla adest contrarietas in ijs legibus supra dicto modo declaratis. Item quia verba nostri text. *que no ayan venido a nuestro poder* intelligi possunt ut nostra bona patrimonialia dicantur, ut inquit Rebuf. dict. 2. tomo titulo ut bene ante vaca. ar. 1. glo. fi. versi. si tamen non vero quoad hoc ut donari possint, nam quoad hoc sufficit condemnationem lapsam in rem iudicatam.

Ibi. *Sea en si ninguna.* Et sic ipso iure nulla est, ut in precedente lege diximus, ex verbo, *si*, & ex verbo nulla, & idem in Francia reperitur statutum, ut apparet ex Rebuf. in d. tit. ut benefi. ante vaca. 2. tomo consti. arti. 1. glos. fin. in prin. & per totum illum titulum. lex 14. iustissima est & non eget commentatione, neque habet difficultatem.

S V M M A R I V M.

- 1 Nihil tam congruum quam ut res tollatur per causas, per quas nascitur. n. 1.
- 2 Priuilegium & gratia principis an reuocari possit, & quid si ad beneplacitum fiat. 2.
- 3 Donatio gratia per seruitia post sequentia principi donanti facta efficitur remuneratoria. 3. quod secus in alijs donatoribus, ut *ibi*.
- 4 Liberalitas principis franco non subest. 4. ubi declaratur.
- 5 Rex immoderate donans peccat. 5. & ideo potest immoderatas donationes restringere, ut *ibi*.
- 6 Donationes tempore belli factæ tempore pacis reformandæ sunt. 6. ubi & ipso iure dissolui inquit.
- 7 Tutori regis non est danda decima. 7.
- 8 Donatio valeat facta inter personas non prohibitas etiam si merita non æquiualeant. 8. ubi declaratur.

- 9 *Natura donationis remuneratoria est ut merita ipsa excedere non debeat. 9. & ibi quid consideratur ad excessum hunc.*
- 10 *Donatio remuneratoria quæ requisita habere debeat. n. 10.*
- 11 *Datum ultra pretium donatum censetur. II.*
- 12 *Subscribens se schedulæ vacuæ non tenetur. 12. nisi ut ibi.*

Lex 16.

S V M M A R I V M.

Ordo habendus in moderandis donationibus à regibus vel in totum tollendis in presenti describitur, neque potest clarius & breuius summari.

ET hic nostri tex. ordo iubetur seruari in l. 17. infra eo. ut apparet ex eius marginali subscriptione licet corrupte allegetur, nam allegatur pro lege 13. cum deberet allegari pro lege 17 & fuit lex nostra cōdita propter donationes à Rege Henrico IV. factas de quibus in l. 4. supra hoc tit. dictum etiam est, & propter aliàs itidē factas à conditoribus nostræ legis in sua coronatione.

Ibi. *Por sola voluntad.* Nullo admisso meritorum respectu nam sicut sola nuda voluntate fuit concessio facta, sic & eadem voluntate tolli poterit, cum nihil tam consentaneum quam quod per eandem causam quid tollatur * per quas nascitur, ut in propositum inquit Innocen. in cap. cum ad monasterium, de statu mona. & Abb. in cap. inrell. Et numero 2. de iureiurand. & Loazes in allegati de mista in respons. ad 5. & 6. fundament. n. 2. & sequentibus. Imo & successor illius, qui concessit priuilegium & gratiam dictam posset illam ꝛ reuocare. secundum Alber. relatum & secutum per Afflict. decis. 392. n. 10. & 17. nam ut in hoc titulo dictū est, donatio subdito per principem facta potest per eum absque causa reuocari, ut per regulam & limitationes prosequitur Felin. in c. nouit. n. 10. 11. & 12. de iudi. maxime, secundum Afflict. ubi supra cum gratia principis finita est per tempus concedentis, de quo Afflict. ibi. num. 18. & sequen. plura dicit. Imo & secundum Capi. decis. 116. per totam principis priuilegium ad beneplacitum eius concessum. principe ipso concedente, mortuo per aduentum sui successoris spirat, ubi & tractat Capiti. an priuilegium ad beneplacitum concessum possit absq; causa reuocari iusta: Ex quo per nostram legem inquit Molina, de primogeni. lib. 4. cap. 3. nu. 20. posse iam regem priuilegium ab eo concessum absq; causa reuocare, contra quod allegat quandam legem fori, & indecisum reliquit, sed procedit lex nostra in principio quoties sola voluntate, & sic ad beneplacitum regum fuit concessum, vel ex suggestionem eorum cui concessum fuit, vel excessit meritorum condignam satisfactionem, & in aliis casibus in lege nostra descriptis.

Ibi. *Siruieron despues.* Quasi tunc donatio antea facta non in sola voluntate iam consistat & fundetur, sed & in meritis post eam ꝛ principi ta-

li factis, pro quibus post nulla satisfactio fuit facta. quod in principis donatione ex lege nostra speciale est pro conseruanda principis voluntate, & præsumptione iuris & hominum, quod principum est remunerare benemeritos erga eorum seruitium, cum aliàs de iure sit, quod donatio remuneratoria præterita non futura seruitia respicit, secundum Tira. in l. si unquam verbo, donatione largius, n. 109. C. de reuo. aon. itidemque secundum eum ibi. n. 71 donatio remuneratoria ob præcedentia merita cēsetur facta, quod secus est in principe qui & facienda seruitia respicit, & sic inquit in suis priuilegiis & gratiis. *Por los muchos y leales seruios que nos auays hecho, y esperamos que nos hereys.*

Ibi. *Procuraron.* Obsunt enim & non profunt remedia procurata, ut diximus, in l. 14. tit. 3. n. 11. lib. 4. supra neque debet quis ex malitia sua commodum reportare, sed puniri potius.

Ibi. *Mandamos moderen.* Sed nonne principis liberalitas fræno non subest, ꝛ neque debet 4 coartari. l. si. circa me. C. de præpo. agen. in rebus lib. 12. ubi absurdum & temerarium foret propter astutam interpretationem velle beneficia Principum recludere ad strictam interpretationem, quæ iura, scilicet d. l. si. & l. pen. C. de don. inter vir. & l. sancimus. C. de dona. ad hoc allegat Thom. Gram. decis. 39 n. 49. ubi nu. 7. & 48. alia similia adducit, & fatendum est hoc. limitandum tamen quoties liberalitas illa principis ratione regulatur, secus vero si est immensa, vel damno-fa. quia tunc non esset liberalitas, sed fatua donatio, ut inquit Boeri. decis. 23. num. 64. donatio namque & liberalitas facta non merenti, est, ut inquit l. 18. tit. 5. p. 2. in fin. Como el que guisa a sus enemigo contra el. quasi diceret est inimicum fortificare contra se, nam & secundum l. 14. eod. tit. 5. p. 2. reges ubi non conuenit, donationes facere non debent: imò & peccaret rex immoderate donans, ꝛ secundum Nauar. in manuali. c. 23. n. 3. ideo nimirum si lex nostra iubeat immoderatas donationes excedentes merita ad condignam mensuram meritorum restringendas, quod potest rex iuste facere, ut per Pal. Rub. in rubric. §. 69 n. 14. ubi iura pro hoc allegat, & nu. 13. inquit, in excessu tantum esse moderationem faciendā non vero in alio: & hæc præsertim procedunt in donationibus factis à Rege Henrico IV. quæ tempore belli factæ fuerunt & duranribus dissensionibus & perturbationibus in suo regno, quæquidem tempore pacis ꝛ reformandæ sunt, 6 ex text. & ibi Bal. notante, in l. unica in princ. C. de cad. tollen. & Barbat. cons. 1. incip. magnus psalmista. 6. & pen. columnis, volum. 3. & Tiraq. cessante causa n. 42. & tex. in extrauag. de pace Constan. verbo bonos quoque, & ibi Bald. & Odofre. Imo & ipso iure dissoluitur factum tempore belli, secundum Barba. ubi supra prout refert Tiraq. ubi supra. Et sic ex hac excessiua donatione processit, ut tutori ꝛ regis non sit danda decima, prout late tradit Bac. de decima tut. c. 9. ubi ipse n. 17. 18. & 19. notanda verba in propositum refert.

Ibi. *De manera que respondan a ellos.* Sed nõne in donatione facta inter personas non prohibitas, prout est rex ob benemerita donans, valida est donatio etiam si merita non æquiualeant, ꝛ ut 8 consulunt Deci. consil. 20. incip. in causa istorum fratrum.

fratrum, col. fin. vol. 1. & Loazes, in d. alleg. de mula, in pen. fundamento pro marchione. n. 9. § 10. pag. 194. in fine, cum princ. sequen. & Clarum in §. donatio. q. 3. Et quidem fatendum est supra dicta esse vera, & quod seruitia æquivalentia donationi præsumuntur, ut notant glos. & DD. in c. si quis qualiter 12. q. 2. quam refert & sequitur Iacobus de Leonardi, inter consilia Alberzi Bruni. 114. incip. Altissimi redemptoris col. 24. in princ. Cassan. conf. 7. & Maria. Socin. conf. 91. vol. 2. sed ob id in lege nostra iuberi moderandas donationes de quibus in ea, eo quod factæ fuerunt in temporibus, ubi præsumitur non attendi merita, sedurbationes & dissensiones regni sedari, vel ob nimiam lætitiã tempore coronationis habitam, vel potentiorum preces, & tanquam factas temporibus iis periculosis iuste moderandas esse lex nostra iubet, ut diximus in fine glos. precedentis ex Baldo & aliis, vel dicendum est quod licet valeant donationes, non tamen quia si appareat, excessivas esse, non possint moderari, nam equidem poterunt, ut lex nostra dicit, est enim hæc natura ꝑ donationis remuneratoriæ, ut merita ipsa excedere non debeat, ut probant, tex. in c. ceterum, versi. dari rei quantitas, de donat. c. ad hæc verbo moderate, & in c. relatum, versi. iuxta seruitij meritum, de testa l. si sponsus. § circa venditionem, & in l. sed si vir. §. si duo. ff. de don. int. volunt. communiter DD. in l. si donatione. C. de donatio. & alij quam plures relati per Loazes, ubi supra in pen. fundamento pro marchione, pag. 191. & Rebus. in compendio de alienatione. n. 62. & Iuli. Clar. in lib. 4. recep. sent. verbo donatio. q. 3. Pal. Rub. in repet. rubri. §. 50. nu. 3. probat. l. 17. versi. Que no eran dignos de tanta remuneracion. Infra isto tit. & iterum idem Pal. Rub. ubi supra §. 32. n. 9. nam in excessu est simplex donatio secundum eos, & communem teste Claro, ubi supra. & Tiraq. in l. si unquam, verbo donatione largitus, n. 148. C. de reuo. don. & latius ibi. n. 80. ubi ab isto n. 80. usque ad 87. tractat quid sit considerandum ad excessum hunc, & n. 106. intelligit hoc ut talia merita dicantur adesse, in illo, scilicet, qui ad ea non tenebatur, secus vero si teneretur ut filius & vxor nam in eis nulla donatio remuneratoria dari potest: & istud est vnum de requisitis ad hoc ut donatio remuneratoria dicatur, quod

10 quidem & alia requisita probanda * refert optime Bellon. consil. 74. n. 5. 6. & 7. & in l. 3. supra eod. diximus qualiter merita probentur & quod arbitrium iudicis in hac moderatione multum versatur, ideo esset bonum habere iudicem fauorabilem.

Ibi. *Ouiera alguna duda.* Nam ubi adest dubietas, & in dubierate opinionum moderatio adesse debet, secus vero ubi nihil dubij adest, nam tunc moderatio non est necessaria secundum Pal. Rub. ubi supra. §. 69. n. 13. cum sequentib. aliquib.

Ibi. *En satisfacion moderada de buenos seruios.* Sed contra si bona seruitia fuerunt, quomodo moderatur donatio ratione seruitiorum facta, contra dicta in hac lege in glos. precedente, & dicendum est quod ideo in hoc versiculo moderantur, quia non in ipsum regem donantem facta sunt, sed in ipsos primos donatarios, qui de manu regis receperunt donata, tunc enim nimirum si & moderantur, quamuis in remunerationem

bonorum seruitiorum factæ sint tales donationes à primis donatariis renuntiantibus eas in secundos donatarios ipsis benemeritos, in quo maxima versatur liberalitas regis, qui seruitia priuatis suis impensa sibi ipsi reputat impensa esse & facta, moderanda tamen, quia ex importuna priuatorum prece quasi semper obtinentur, & sic lex nostra in hoc versiculo de iis donationibus loquitur, sunt enim differentes eius dispositiones, sicut differunt in orationibus & verbis.

Ibi. *Por pequeños precios.* Omne enim datum ultra pretium, donatum ꝑ censetur, ut probat tex. hic clare in hoc §. & tradit late Tiraq. in d. l. si unquam verbo donatione. n. 1. cum pluribus sequentibus, & sic reuocandum est restituito pretio, vel saltem aliqua satisfactione facta si constiterit de manifesto lucro in vilitatem emptoris resultantem. Et intelligo paruum pretium esse in hoc versiculo considerandum, in quo ad sit læsio ultra dimidiam tempore emptionis, ex dictis per Tiraquel. ubi supra numero 7. & ex versiculo sequente nostri text. incipiente. *Los marauedis de juro que se compraron por razonables precios si se compraron del rey deuen ser confirmados.* Quasi tunc cum liceat saltem in foro fori, licet non in foro poli, contrahentes ad inuicem se decipere, nimirum si valida sit talis emptio, sed cum adest læsio ultra dimidiam tunc emptio retractatur ex tex. nostro, secundum eius formam in iis versiculis, *Lo que se compro por pequeños precios, adhibiam,* & quamuis quadriennium sit elapsum ad agendum remedio legis 2. C. de rescem. ven. ex beneficio restitutionis admittetur rex ex lege nostra & ex l. fin. ut. 19. p. 6. qua de causa per l. si tit. 15. infra isto lib. iuribus & censibus iustum pretium fuit constitutum.

Ibi. *O firmadas en blanco.* Hic probatur manifeste, & in l. 17. infra eod. subscribentem se schedulæ * vacuæ non teneri ex subscriptione illa, nisi certioratus fuisset de iis, quæ in tali schedula essent scribenda, secundum Innoc. relatum & secutum per Suarez, in l. prostrè, ampli. 3. legis regia nu. 8. pag. 285. & ibi additio. & Paul. nu. 2. Iaf. 13. fol. 172. in l. si uia stipulatus. §. Chrysogonus ff. de verbo oblig. & hac ratione credo iustum in l. 13. tit. 25. lib. 4. supra quod tabelliones prius legant partibus scripturam quam partes eam firment.

S V M M A R I V M.

- 1 Monedas y pedidos, tempore necessitatis petenda sunt. 1.
- 2 Rex solus & princeps vtitur clausula Dei gratia si superiorem non recognoscit. 2.
- 3 In successione regnorum solent reges non concedenda concedere & sic nulla sunt. 3.

Lex 16.

S V M M A R I V M.

Donatarius eadem forma, modo & tempore vtetur & fruatur tributis, redditibus

tibus ac impositionibus eis donatis, quibus rex donator utebatur ac fruebatur.

PROqua est videnda optima decisio. 334. Matthæi Affliet. in n. 1. 2. & 3.

Ibi. En per j. 10 de tercero. Imo potius superflua censenda sunt, quam quod ex iis præiudicium tertio inferatur ut in l. 2. titu. 14. supra precedente lib. lausime diximus, alia per Matienço hic tacta in progressu huius tituli dicta sunt.

Lex 17.

SUMMARIUM.

Hæc lex iustificationes describit, quare donationes à Rege Henrico IIII. facta moderentur & moderatae sunt in l. 15. supra eod. & itidem in factis à catholicis Regibus Ferdinando & Elisabeth, tempore suæ coronationis & hoc pro summario nostræ legis sufficiet.

IBI. MODERADAMENTE. Pro horum verborum & nostræ legis declaratione videnda sunt quæ diximus in d. l. 15. supra eo. ne bis eadem repetamus.

Ibi. Demandar monedas y pedidos. Quæ quidem tantum tempore necessitatis ꝛ petenda sunt, secundum text. in l. 8. in fi. titu. 1. & l. 2. tit. 10. part. 2. ne forte si tempore in quo deficit necessitas petantur subditi excoꝛiati similibus petitionibus & exactioꝛibus remaneant impotentes ad subueniendum regi tempore necessitatis, ut inquit d. l. 1. & ideo maxima cum aduertentia debent reges in iis, sicut in aliis procedere.

Ibi. Por la gracia de nuestro Señor. Solus Rex & Princeps non recognoscens ꝛ superiorem potest uti hac clausula, ut optime inquit Rebuf. in 2.

tomo constit. Fran. titu. vi bene ante vaca. artic. 2. glos. 1. & Burgos de Paꝛ, in proæmio legum Tauri. n. 31. & 32.

Ibi. No cran dignos de tanta remuneracion. Vide quæ diximus in l. 15. glos. de manera que respondan a ellos supra eod.

Ibi. Muy pequeños. Vide dict. in d. l. 15. gloss. por pequeños.

Ibi. Firmadas en blanco. Vide in d. l. 15. verbo, firmadas en blanco.

Ibi. Mercedes excessiuas. Quæ quidem fatuæ iure optimo dici possunt, ut dixi in d. l. 15. in gloss. moderen.

Ibi. Necesidades. Quarum quidem occasione & ipsi Reges Catholici nostræ legis conditores plures donationes & gratias fecerunt, iureque optimo & eisdem rationibus, quibus & donationes Regis Henrici IIII. reuocantur, & reuocandas esse asserere, Palaci Rub relatus per me in l. 4. in gloss. reuocamos, supra isto titulo & libro.

Ibi. Importunacion. Et sic præter voluntatem ut diximus in l. 1. glos. 1. titu. 14. supra. lib. 4. & in d. l. 15. supra eod.

Ibi. Despues que sucedimos. In quorum regnorum successione solent successores ob nimiam lætitiã, vel importunitatem concedere non concedenda, ꝛ & sic nulla sunt ut per Doctores in 3 cap. sicut in 2. de iureiurand. notat alios allegans Rebuf. in 2. tom. consti. Franc. tit. de rescript. artic. 2. glos. 3. vers. pen. & fin. & ibi inquit quod intra annum censetur initio, & iterum in eodem tomo, titu. ut bene, ante vaca. artic. 1. glos. 1. num. 9. cum sequentibus, & Siluam nupti. in tit. in dubio quomodo indi. num. 53. & sequentibus, & Loãez, in allegatio. de mula in respons. ad 5. & 6. fundamen. num. 8. & sequentibus pagi. 307. in parnis.

Ibi. Menester madura deliberacion y consejo. Nam vbi maius periculum vertitur ibi cautius est agendum, ut in c. vbi periculum, de electi. in 6. vbi gloss. consulendum alia iura similia allegat.

Ibi. Ciert. declaracion. Quæ in l. 15. supra isto titu. & lib. ponitur, & pro hac lege & toto titulo, cætera leges huius tituli non egent declaratione.

S E Q V I T V R T I T V L V S

II. De las Ventas y compras y retratos de
tanto por tanto de patrimonio
o abolengo.

Hæc sicut & aliæ rubricæ continuanda est ad præcedentem, & continuari potest quia cum superiori titulo actum sit de alienationibus titulo lucratiuo factis, nunc consequenter & immediate in titulo nostro agitur de alienationibus ex titulo oneroso resultantibus, & cum in venditionibus detur retractus tam ratione communionis rei venditæ, quam generis, ideo insimul materia retractus tractatur.

S U M M A R I U M.

- | | |
|---|---|
| <p>1 Remedium læsionis ultra dimidiam ita venditori sicut emptori competit. n. 1.</p> <p>2 Rei appellatione immobilia, mobilia, semouentia, iura & actiones cõprehenduntur. 2.</p> <p>3 Remedium læsionis ultra dimidiam in omnibus contractibus bonæ fidi procedit. 3. & sic habet locum in iudicio familie hercis etiam si diuisio sit facta, per ortes vt ibi.</p> <p>4 Remedium dictum etiam in locatione locum habet. 4. etiam si finita sit locatio, vt ibi, vbi & in alijs multis procedat.</p> <p>5 Remediũ dictũ an in transactione locũ habeat. 5. & quomodo nunc æstimabitur. & n. 27.</p> <p>6 Remedium dictum an detur contra tertium possessorem. n. 6. vbi quid in emptore postquam rem in alium alienauit.</p> <p>7 Contrahentibus licet intra dimidiã iusti pretij ledere in foro fori non in foro poli. 7.</p> <p>8 Nouus intellectus Authoris ad l. in causa. la. 2. §. idem Pomponius. ff. de minoribus. n. 8.</p> <p>9 Homines non ad bonum, sed ad malum proni sunt. 9.</p> <p>10 Articuli & interrogatoria qualiter cõcipienda in remedio huius læsionis ultra dimidiã. 10.</p> <p>11 Testis in probando valore huius læsionis debet reddere rationẽ etiam non interrogatus. 11. potest tamẽ vt ibi Iudex ex officio facta etia publicatione testes interrogare de ratione.</p> <p>12 Valor rei tempore contractus ad huius læsionis remedium articulandus est. 12. declara vt ibi. & an ex affectione vel ex loco publico fori vel mercati deducatur, ibidem.</p> <p>13 Testes debent se referre ad communem æstimationem, alias nihil probant, communis contra communem. n. 13. vbi declaratur.</p> <p>14 Testes si non dixerunt de cõmuni æstimatione vel de tẽpore contractus possunt interro-</p> | <p>gari testes, nõ tamẽ super valore poterit iudex per inspectionẽ oculorũ se informare, neq; per æstimatores probari. 14. nisi vt ibi.</p> <p>15 Onus rei vendita infixũ minuit eius valorem. 15.</p> <p>16 Vicinus malus diminuit valorem rei. 16.</p> <p>17 Læsiõ ultra dimidiam qualiter in venditore & in emptore consideretur. 17.</p> <p>18 Læsiõem dictam adesse in vno nummo satis esse. 18.</p> <p>19 Læsiõ an probetur si testis dicat valere decem & plus vel ultra. 19.</p> <p>20 Renuntiari an possit legi nostræ & similibus. 20. vbi & an iuramento confirmetur.</p> <p>21 Læsiõ hæc ultra dimidiam qualiter consideretur in venditione commoditatis rerum maioratus à vita vendentis. 21.</p> <p>22 Pretium iustũ quod regulariter dicatur. 22.</p> <p>23 Testibus discordantibus super valore quibus credatur. 23.</p> <p>24 Libellus alternatiuus licet de iure non admitteretur, admittitur tamen in hoc remedio læsionis ultra dimidiam. 24.</p> <p>25 Fructus an sint restituendi in hac læsiõne ultra dimidiam. 25.</p> <p>26 Læsiõ non datur rei consumptæ nisi dolo desierit eam emptor possidere. n. 26.</p> <p>28 Minori an detur remedium hoc læsionis ultra dimidiam quoties Decretum iudicis interuenit in venditione. 28.</p> <p>29 Clausula & quod plus valet donat in instrumento venditionis apposita an aliquid operetur. 29.</p> <p>30 Læsiõ enormis an possit allegari in donationibus & contractu gratuito. 30.</p> <p>31 Læsiõis huius remediũ habet locũ etiam in re vendita in publica subhastatione etia si desisset iudicis autoritas. 31. nisi vt ibi in cõpulis ad emendũ vel in re vendita ab herede iustitæ testatoris</p> |
|---|---|

testatoris pretio ab ipso signato vel in con-
ductione gabellarum.

- 32 Actio hac lesionis ultra dimidiam quò re-
pore duret. 32. Vel in enormissima vel do-
losa, ibidem, vel principi vel reip. aut Ec-
clesiæ.
- 33 Restitutio datur propter enormem lesionem
etiam ubi iuramentum adest. 33. & nu-
mero 34. etiam si maior factus ratifica-
uerit.

Lex i.

S V M M A R I V M.

Remedium lesionis ultra dimidiam
nostri text. & forma eius in lege nostra
describitur.

Quæ quidem lex est ordinaria in iudicijs, fa-
cilis tamen eius materia, & per Doctores
exteros quam nostros satis declarata, quæ om-
nia si in unū recludi vellemus, volumen esset lon-
gum & extra propositum, & cum præ manibus
habeantur eius commentatores, puta Pantaleon
de Crema, Menes. & Pinnelus, super. l. 2. (de res-
cin. ven. & Anto. Gom. To. 2. cap. 2. nu. 22. cum
pluribus sequentibus, & Couar. libro. 2. Variar. cap.
3. & Gregorium. l. 56. tit. 5. parisiæ. 5. & per Villa-
lobos, in communi opi. verbo lesio. per totum pa-
rum erit immorandum in eius declaratione. So-
lumque necessaria pro textualium declaratione
inferemus.

Ibi. O comprador. Nam ita ei sicut venditori
competit legis huius remedium ¶ ex text. hic, &
ex. l. 56. tit. 5. part. 5. gloss. & communi in l. 2. C. de
resc. ven. ubi Menes. nu. 12. hanc communem testa-
tur, in contracti. vulgari. in l. fin. C. de fructi. & l. vi
expen. æqualitati enim iura semper fauent, ut l.
promidendum. C. de postul. & l. si cum dies. §. pen.
ff. de arbit. que iura ad hoc allegat. Segura, in
tract. de bon. luc. conf. mat. numero 60. non
enim debet claudicare contractus contra text.
in l. Iulianus. §. si à pupillo. ff. de actio. emp.
& quomodo tunc respectu emptoris æstima-
bitur læsio, in gloss. lo que valio. istius legis vi-
debimus.

Ibi. De la cosa. Siue sit mobilis, semouens aut
immobilis, siue incorporalis, ut iura & actio-
nes, nam rei appellatione omnia hæc compre-
henduntur ¶ cum generaliter ut hic apponitur,
ut licet videre ex DD. maxime Robuff. in l. rei
appellatione. lib. 1. pagina 54. 56. Imo & om-
nibus contractibus bonæ ¶ fidei lex nostra
procedit secundum gloss. & omnes. in d. l. 2.
C. de resc. ven. ubi Menes. numer. 13. commu-
nem testatur, & quod hac de causa habet lo-
cum in iudicio familiaræ herciscundæ, etiã si diui-
sio sit facta per sortes, ut ibi per Menes. dicto.
num. 13. itidem & in locatione, ¶ ut ibidem per
eum nu. 13. etiam si finita sit locatio, ut per Fin-

nelum, in ca. l. 2. & An. Gammam. decisio. Lusita-
na. 19. num. 1. fol. 35. ex quo ipse Menes. ubi supra
nu. 12. cum sequentibus aliquibus, infert plura in
quibus remedium nostræ legis & similia locū
habet, ut in conducentibus herbæta vel quartas
Episcopales, & in conductoribus gabellarum,
& in contracta permutationis rei profanæ, & an
in pensionibus locum habeat, & in taxatione rerum
dotalium & in alijs pluribus contractibus
& rebus ibidem per Menes. profecutus, que esset
longum referre cum ibidem sint satis examina-
ta. Et in contractibus stricti iuris ibid. n. 21. cum
Pinnelo, testatur veriorē & receptiorem esse, &
locum habere, ex quo ibi n. 23. ipse Menes. infert
an in transactione locum ¶ habeat, & tenendum
est quod sic, si est enormis læsio, & quomodo
tunc æstimabitur declarat optime Pinnelus,
ibi. 1. parte, n. 12. & sequent. fol. 133. & Burgos de
Paz consil. 19. n. 27. cum sequent. & infra in gloss. y
en los otros. Iam id de transactione videbis, quæ
per ipsos videri possunt, ut ad alia transitum fa-
ciamus, & an si res est consumpta habebit locum
remedium nostri text. in hac lege dicemus, & quid
si res fuit alienata an detur ¶ contra tertium pos-
sessorum vide per Menes. ubi sup. numer. 39. &
Anto. Gammam. decisio Lusitana, 21. & Anto. Go-
mez, Tom. 2. cap. 2. numero 22. in medio, ubi de-
clarat quid erit in emptore volente remedio
hoc uti postquam rem in alterum alienauit an
audiatur.

Ibi. En mas de la mitad. Ergo intra dimidiam
¶ licet, & sic restringatur dispositio text. in l. in
causa la. 2. §. idem Pomponius. ff. de minori. dis-
ponentis licere contrahentibus naturaliter se
decipere ut id verum, dum tamen non sit ultra
dimidiam, nam intra eam licebit, ut contra-
ctus valeat, & non inualidetur, non tamen ut
sit securus in conscientia emptor emens plus mi-
nus iusto pretio etiã si intra dimidiam adsit
læsio, ut per Couar. in c. possessor. 2. par. §. 7. col.
pen. et Menes. ubi supra, nu. 8. & 73. sed cum
text. ille dicat, naturaliter licere inuicem se
decipere contrahentes, quos natura non ob-
ligat, non obligat conscientia, habemus tamen
ut vides, in conscientia non licere in uno num-
mo decipere, quid igitur dicemus illi text.
in dicto §. idem Pomponius. cui quidem multis
modis responderet Menes. ubi supra, numero
10. & 11. Ego tamen ultra eos aliter respondeo,
scilicet quod ¶ text. ille in dicto. §. idem Pompo-
nius. non intelligitur de iure naturali, neque
quod ex natura liceat decipere, sed loquitur &
exponitur verbum illud, naturaliter, illius, §. de
pessima naturali hominum inclinatione, ex qua
id naturaliter homines introduxerunt, postquam
meum & tuum & contrahendi formæ sunt in-
troducæ, omnis enim ætas ad malum est pronæ
cap. omnis ætas 12. quæst. 1. vitiorumque imi-
tatrix est natura & quotidie labitur ad delicta,
c. 2. 20. q. 3. naturaliter enim homines non ad
bonum, sed ad malum proni sunt ¶ ut in præmio
Clementinarum, & ibi Card. & ideo nimium si
hæc considerans legislator, naturaliter dicat li-
cere se decipere posse inuicem contrahentes, vel
intelligitur naturaliter licere, re ipsa, non tamen
ex dolo, secundum glo. in l. gloss. 2. C. si aduersus
fiscum, vel ut intelligit Didac. Perez. l. 2. tit. 7.
libro.

libro 5. Ordinamen. pag. 181. colum. 2. Et ideo legistatores in presentibus & similibus iuribus id permisisse dum tamen non sit ultra dimidiam, ne commercia & contractus cessarent, & tota machina contrahentium destrueretur, & quia *ut inquit Additio. Capel. Tolos. 247.* iudices temporales non curant de periculo animarum & iura in contrarium disponentia dicunt non fuisse admissa Sed vix emptoribus & venditoribus inuicem se decipientibus, quia in animarum iudicio ob has leges non excusantur, neque excusandi sunt, ideo unusquisque vigilet & proximum non lædat, neque decipiat, quia durum & tremendum iudicium spectat. Sed ut ad materiam redeamus, leges nostræ ultra dimidiam decepto succurrunt ad rescisionem contractus vel ad satisfactionem iusti pretij. Sed est dubium qualiter erit tunc articulandum ex parte decepti remedio nostræ legis ꝑ ventis, decerpes, *ex gloss. in l. mortis causa §. si ff. de dona. cau. mor. & Bari. in l. hi qui. C. de prad. & rebus nauicul. libro 10. & Antoni. Gomez, dicto Tom. 2. cap. 2. num. 25.* & plura de probando rei valore, tradit Pinnelus, *in dicta. l. 2. C. de res. ven. 2. par. cap. 4. numero 17.* & Menes. *ibi numero 72.* inquit quod etiam factis probationibus si non constat de rei valore potest iudex rem de qua agitur videre ut percipiat eius valorem: de quo vide in fin. huius gloss. debent tamen testes super hoc deponentes assignare rationem etiam non interrogati ꝑ *secundum gloss. pndere. in d. l. 56. titul. 5. par. 5.* & ideo semper articulabis rationem ne forte testis deficiat negligenter in ratione, & an teneantur deponere & dicere rem tantum valere communi æstimatione, Anto. Gomez, *ubi supra, numero 25.* inquit quod non, quia videntur se referre ad communem æstimationem, vide veritatem *in fine huius gloss.* Potest tamen iudex etiam publicatis attestationibus testes non reddentes rationem de ea interrogare, *ex doctrina Bar. in l. si quid ex Pamphila. de leg. 2. Bal. in dicta. l. 2. numer. 25. & ibi Cagno. numero 265. in fin. & Pinnelus, 3. par. cap. fin. numero 7. & 41. C. de res. ven. debet tamen probari valor rei habitus tempore ꝑ contractus nõ vero postea, ex text. in l. si voluntarie. C. de res. ven. & ex dicta. l. 56. & ex text. hic, & ex communi omnium doctrina, in dicta. l. 2. nisi esset tam parui temporis lapsus ut venditæ rei immobilis pretium manifeste coniecturari possit pretium non mutatum, ut inquit Matienço hic gloss. 4. & nouissime Velasco, in consultatio. suis. cap. 43. num. 28.* non tamen arbitraret tempus ab eo constitutum vnus anni esse considerandũ, sed multo minus, puta vnus mensis vel paulo plus, quod discretus iudex arbitratur, in rebus vero mobilibus, ut per eos secus est, ego tamen si iudex essem, aut communem seruarem, aut meum arbitrium iustificarem aliqua certiorationis informatione, neque debet æstimari pretium & valor ex affectione vel interesse particulari, *secundum gloss. & omnes. in dicta. l. 2. ubi Pinnelus, dicta. 3. par. cap. fin. num. 17. post Couarr. libro. 2. varia. cap. 3. & Alicia. in l. prope modum. ff. de verbor. signifi. communem dicit, neque itidem necesse est, quod probetur valor ex loco publico fori vel mercati, licet abinde facilius deducatur, ex text. in cap. 1. de emptio. & vend. & ita intelligi debet Bar. in l. si seruus. numero 10. ff. de cond. fur. Iaf. l. qui Roma. §. coheredes. numero 25. ff. de verbor. obliga. Afflictis de cefio. 316. numero 7. Cagnol. in dict. l. 2. numero 252. sed sufficit articulari & probari, quod res illa tempore venditionis vel contractus communi æstimatione valebat tantum & non plus, neque plus pretij reperiretur pro ea etiam si videretur publice neque testes darent plus eam, etiam si emere vellent, & quod ita sciunt tanquam homines expertes pretiorum similium rerum, & quia res erat deteriorata vel censum habebat, vel quia sic communiter vendebantur & venduntur similes res, & hic est verus articulandi modus, & attendes an res illa sit in loco malè posita vel habeat censum vel hypothecam seruitutem aut onus aliud, nam hæc valorem diminuunt, & sic est vile imo necesse articulari & probari, *ut infra dicemus & alibi dixi.* Ad ea tamen quæ supra diximus *in hac gloss.* probare testes dicentes rem tantum valere tempore contractus, etiam si non adijciant communi æstimatione, quia ad communem æstimationem videntur se referre, adde quod hanc communem testatur Antonius Gomez, *dict. cap. 2. numero 25. in fi.* dic quod non est verum neque tenendum, quia contraria imo ꝑ quod non probent, communem testatur Pinel. *in dicta. l. 2. 3. par. cap. fin. numero 12. C. de res. vendi. cum gloss. & Bar. ibi.* quia iuxta particularem affectionem videntur deposuisse contra. l. pretia rerum. ff. ad. l. Fal. & hanc veriore & receptiorem & in practica admissam testatur contra Anto. Gom. & sequaces, Matienço *hic gloss. 2. numero 17.* dictum siquidem testis debet necessario concludere. *l. non hoc. C. unde cog.* cum ergo testis non se referat ad communem æstimationem & se possit referre ad singularem affectionem, minime concludit, limitat tamen eam Matien. *ubi supra. num. 18.* ut non procedat quoties testis in redditione rationis, dicit: valet tantum quia ego tanti emerem communi æstimatione, *ut per Pinel. dicto. num. 12. vel secundo non procedit, quoties iudex fuisset arbitratus actorem ex processu iustitiam fouere, eam tamen non fuisse rite probatam imperitia notarij vel aduocati, nam tunc ex officio possit rem proprijs oculis inspicere & de valore se informare, ut in l. fin. C. de iure domi. imp. & Menes. dict. num. 72. in dict. l. 2. & Pinell. dict. 3. par. cap. fin. num. 7.* quod ego intelligo, quoties iudex vult interrogare iterum testes & interrogat super communi æstimatione vel super tempore contractus de quibus ꝑ non dixerunt, *ut inquit Pinell. dict. cap. fin. num. 15. in fin. & num. 41. & Matien. hic, num. 17.* non tamen ut iudex possit sola inspectione oculorum hæc supplere, cum ipse non viderit rem tempore contractus, & sic scire non possit de valore eius, sicut & cum æstimatores nominarentur ad sciendum valorem talis rei & explicandum ab eis, ut cognosci possit an adsit læsio, *secundum quod inquit gloss. Bar. & Bal. num. 25. in dict. l. 2. C. de res. ven.* nam id fieri possit *secundum Paul. ibi* quoties æstimatores ij, seu periti nouerant & viderant rem illam tempore contractus cum de eo tempore declarare debeant, vel si ita modicum transferit tempus, quod valoris mutatio non præsumeretur, tunc enim æstimatorum talium declarati-*

tioni stabitur, non vero aliter, & idem voluerunt Ang. & Sali. & alij relati per Matien. ubi supra numero 20. ex Pantal. Crem. numero 294. & Cagnol. 258. & 264. & Pinel. dicto capit. fin. numero 2. & 3. in dictal. 2. C. de ref. ven. nec satis erit secundum eos tunc vnum æstimatorem eligere si duo reperiri possunt, & practicam eligendi & nominandi hos æstimatores, Pinelus, ibi numero 3. & Matien. hic d. gloss. 2. numero 21. apponunt, & est clara, scilicet quod partes nominent eos, & iurabunt se bene æstimaturos: quod si partes nolunt aut discordant in nominatione iudex eliget, & tertium in discordiam æstimatorum, raro tamen in practica hoc fit, sed partes probant per testes suam intentionem.

Ibi, *Delinsto precio*, Quod non ex affectione vel interesse singulari, neque ex publico foro aut mercato, sed ex communi hominum æstimacione regulandum est, secundum quod in gl. diximus præcedente, & traditur per Couar. libro 2. Variar. cap. 3. nu. 1. cum sequentibus aliquibus & ultra per eum dicta & in gloss. supra proxima, est notandum vnum singulare scilicet, quod onus rei veditæ infixum minuit eius valorem † & talis oneris habenda est consideratio ad hunc effectum, nam onus est pars pretij, secundum Abb. in cap. in aliquibus, de decimis. ubi additi. litera B. ad legem nostram applicat, & diximus in l. 2. numer. 17. tit. 1. lib. 2. supra. Imo & itidem est considerandum an res illa vendita puta si est domus, vel vinea, vel quid immobile, habeat bonum, vel malum vicinum, nam propter malum vicinum diminuitur valor rei † secundum tex. in l. sape §. fin. in sine. ff. de contrahen. emptio. allegatum ad hoc per Bar. addition. in l. hi qui num. 2. C. de præd. & alijs rebus nauiculariorum lib. 11.

Ibi, *Loque valio diez vendio por menos decinco*, In venditore agente remedio* nostræ legis hoc idem erat expeditum de iure ciuili, secundum gloss. & omnes in dict. l. 2. C. de ref. ven. testibus Couar. dict. lib. 2. Variar. cap. 3. num. 8. & Anton. Gom. dict. Tom. 2. ca. 2. nume. 22. & Menes. in dict. l. 2. numero 40. in emptore tamen aderat differentia, nam in eo existimabant quidam ad læsionem hanc considerandam ex parte emptoris duplandum esse pretiũ iustum, puta si rem valentem centum amplius quam ducentis comparasset, quam tenuerunt Pet. & Cyn. in d. l. 2. quæst. 7. & alij quos allegat Albe. numero 6. & Anto Gomez ubi sup. & eam approbat l. 16. in fin. tit. 11. partita 4. & l. 5. tit. 10. libro 3. fori. contrariam tamen imo quod idem iudicetur in emptore quod in venditore, tenet AzO. in summa huius tituli, n. 2. veluti si rem valentem centum, emisset quis pro centum & quinquaginta vno aut pluribus, & hanc sequitur gloss. in dict. l. 2. & hanc communem vocat Couarr. ubi supra, num. 8. & plures relati per Menes. dict. num. 40. & veram & magis communem testatur Anton. Gom. dict. num. 22. & approbata est l. 56. tit. 5. partit. 5. & lege nostra, emptorem, & venditorem æquiparante, & sic lex illa. 16. tit. 11. partita. 4. reiectis intellectibus Ant. Gomez, quos refutat Menes. ubi sup. vel dicendum est illam l. 16. tanquam in primo loco positam correctam per illam aliam 56. in posteriori loco insertam vel illam 16. intelligendam secundum illam l. fori cum ea concordantem, in locis vbi sic visitatum est. Nam in no-

stro regno passim & vbiq; hæc secunda opinio admissa est sine contradictione, neque vlla differentie ratio dari posset qua distingueretur emptor à venditore, cum æquales in contractibus esse debeant ut in glo. 1. diximus. Et notandum satis esse si vel in vno* minimo intercedat excessus ultra dimidiam, secundum Bal. in dict. l. 2. C. de ref. ven. & ibi Menes. numer. 41. & communem testatur Couar. dict. cap. 3. numero 3. ad fi. & Anto. Gomez dict. ca. 2. num. 22. post princ. sic recte deponit testis dicens rem valentem decem venditam esse pro* 19 quindecim & plus, ut communem testatur Anto. de Burgos, in cap. cum. causam num. 5. de emp. & ven. & tenet Couar. dict. cap. 3. nu. 3. & Menes. in dict. l. 2. num. 41. & latius per Matien. hic gloss. 2. nu. 43. cum sequentibus. & quid importet illa dictio plus, vide Menoch. de arbit. indi. lib. 2. col. 2. casus 145. & Velascum, in consulta. suis Portugal. 44. ca. Et quid si renuntietur dictal. 2. C. de ref. ven. & nostra* an adhuc detur remedium eorum, vide 20 Couar. dict. lib. 2. cap. 4. & Menes. ubi supra, nu. 42. & Gutier. in tract. de iuramen. confir. 1. part. cap. 26. vbi & an iuramento confirmetur & læsio hæc ultra dimidiam qualiter* consideretur in venditione commoditatis rerum maioratus ad vitam vendentis, vide Molin. de primog. libro 1. cap. 19. num. 42. fol. 153. Et quod regulariter dicatur pretium iustum, † vide Didac. Perez in dict. l. 2. tit. 7. lib. 5. 22 Ordinamen. page. 178. in col. 1. in fi. cum sequentibus. Et testibus discordantibus † super valore quibus 23 credetur, vide per Matien. in presenti in gloss. 2. num. 49.

Ibi, *De la dexar*. Idem probat dict. l. 2. & l. si voluntate C. de ref. ven. l. 1. iuncta gloss. si minori C. si maior fac. rat. hab. alie. cap. cum dilecti c. cum causam, de emp. & ven. l. 5. tit. 10. libro 3. fo. l. 56. tit. 5. partita 5. & sic licet libellus* alternatiuus de iure 24 ciuili non erat recipiendus ex l. vbi autem §. qui illud aut illud ff. de verbo oblig. vbi Bar. & in l. pretor. §. quod autem ff. de iure iur. & gloss. in c. abbate sane, de verbo sig. in 6. in hoc remedio læsionis ultra dimidiam admittitur, ex dictis iuribus & ex lege nostra, & notat Riminal. colum. 1. in l. cum proponas C. de transact. & ibi Menes. numero 10. petendo quod aut rescindatur contractus, vel suppleatur iustum pretium rei conuentæ, quodlibet horum volentis eligere voluntati relinquendo, & quamuis libellus sic non concludat, sed tantum petatur vnum sufficiet & sustinebitur libellus & iudex pronuntiabit secundum naturam actionis alternatiuæ, prout communem dicit Gozadinus, relatus & secutus per Ullalobos, in sua collecta com. opini. litera L. numero. 141. præsertim attenda l. fin. titul. 17. libro 4. supra, secundum quam veritas est attendenda et si libellus deficiat in conclusione, vel in aliquo substantiali, & tenebitur iudex pronuntiare secundum quod petendum erat. Sed an in casu in quo restitutio rei esset facienda & annullandus contractus ex electione rei conuentæ, poterit condemnari etiam ad restituendum † fructus, dic quod non, quia possidet rem cum titulo & bona fide, neque potest dici esse in mora, & hanc verissimam & tenendam vocat Anto. Gomez dict. cap. 2. nu. 24. & Couar. dict. libro 2. 25 Varia. ca. 3. n. 9. & Menes. in dict. l. 2. num. 50. cum sequentibus aliquib. qui ex Pinelo hanc testatur communem & in praxi receptã, quicquid contrariam

voluerit sequi Matienço, *hic gloss. 5. num. 6. cum septem sequentibus.* In casu tamen in quo fructus essent restituendi prout superiores iudices plerumque iubent in venditionibus iudicialibus in via executiva factis, in quibus submissa voce dantur præconia & fit subhastatio, & exequens apponit licitatore, posset etiam condemnari ad dandum censum ex nummis emptori ipsi debitis ad decem & sex pro milliaro, ex die quo fructus restitui iubetur, *secundum Couar. lib. 2. Variar. cap. 11. nume. 3. in medi. & iterum in lib. 3. Variar. cap. 4. nume. 7 & vidi pluries executorias à superioribus in dictis venditionibus iudicialibus emanatas sic determinantes, & decedentes, & in hoc casu potest verificari id quod Matienço in dict. gloss. 5. hic numero 11. testatur vidisse in Cancellaria Pinciana, vel quia in fructibus à litis contestatione fieret, prout fit quotidie, & compensatur abinde cum interesse pretij *ut dixi & tangit ipsemet Matien. ibidem, numero 14. & idem tenet dum tamen ex pretio lucrū senserit venditor, non vero aliàs.**

Ibi. *De la cosa que vendio.* Intellige si extat, † aliàs si non extat penes emptorem conueniendum, nisi facto suo ipse desijt eam possidere quia vendidit, vel consumpsit eam, & tunc conueniri potest, eo quod non potest à se excutere personalem obligationem. *l. aduersus. C. de acti. & obli. & communem hanc testantur scribentes,* aut vero sine facto emptoris desijt esse penes eum, puta quia casmate perijt, vel mortua est res, vel multum deteriorata, & tunc communior est opinio & verior quod excusetur emptor neque conueniri à debitore possit, *ut testatur Pinellus in dict. l. 2. relatus & securus per Menes. vbi numero 37. & Anto. Gomez, Tomo 2. cap. 22. ad fin. & approbata est. l. 56. titul. 5. parita 5.* eo quod rei restitutio & iusti pretij supplementum non sunt ambo in obligatione alteratiua, sed rei restitutio est in obligatione, pretij suppletio in facultate, *prout communem testatur Paulus Cast. num. 16. C. de res. ven. l. 2. teste Menes. ibi. n. 38. idq; lege regia dicta approbatur, adeo ut secundum eam, idem sit in emptore agente remedio nostri text. si cut in venditore astore, quod singulare esse dicit Gregorius, in ea. l. 56. & sic iam semel sententia determinauit, quia hæc sunt receptæ opiniones, quantumuis alijs contradicentibus, imputet enim negligens actor petere in tempore, licet tunc denunciatione agi posset, *ut diximus in l. 10. titulo 1. libro 4. supra.**

Ibi, *Y en los otros contratos,* No. verbum contractos, præsertim geminatiue appositum in lege nostra, quasi geminatione voluerit legislator omnē contractum de mundo comprehendere, & sic etiam in transactione locum habebit * *ut per omnes maxime Pinell. in d. l. 2. part. 1. cap. 4. numero 15. & Menes. numero 23. quam dixit magis communem Aucnd. cap. 1. prato. nu. 29. libr. 1. licet contrariam & veriorē & communiorem asserat Menes. dicto numero 23. approbarique per l. 34. titul. 14. parita. 5. & sic per legis nostræ generalitatem non esse credendum correctam illam Partitarum legē specialiter in hoc disponentem, possent tamen concordari ut prima procedat quoties enormis læsio datur plus multo quam ultra dimidiam *ex dicta l. Partitarum & ex dictis per Couarr. in cap. quā. nis pactum. 2. par. 5. fin. de pact. in 6. & per Menes. vbi supra,* nam in simili læsione inest dolus, *secun-**

*dum Couar. vbi supra, & probatur ex l. fin. tit. final. parita sexta. & sic nimirum si & in transactione detur tunc locus læsionis remedio, secunda verò opinio procedat quoties deficit hæc enormis læsio adest tamen aliqua licet parua ultra dimidiam *ut tenuerunt relati per Burgos d. Paz consilio 19. numero 21. vbi à numer. 12. istam questionem incepit, fateor tamen geminata verba nostri text. de contractibus solum modo reminiscencia multum vrgeri pro prima opinione, prout in iure est multi momenti geminatio, ut apparet ex DD. in l. Balista. ff. ad Trebellia. & Euerar. in Centur. in loco à geminatione, & alibi diximus latius. & quomodo tunc æstimatio fiet in hac lege remanet dictum & si tenemus primam opinionem responderi potest dictæ. l. 34. pro secunda opinione allegatæ, ut verba illa, quanto quier, in quibus Gregor. ibi & tenentes secundam opinionem, fundantur, declarentur *ex dict. l. fin. tit. fi. part. 6. dum tamen læsio non sit enormis ultra dimidiam & sic quod non excedat multum ultra dimidiam, nam si excederet cum tunc detur dolus, ex l. qui superstitie. C. de dolo. etiam in transactione locum habebit, & Grego. ibi in d. l. 34. eam intelligente data etiam enormissima læsione reprobatur Burgos de Paz vbi supra numer. 18 quicquid velit sequi Gregorium Matienço *hic in glo. 8. num. 55. Sed an minori dabitur nostræ legis remedium, quoties decretum iudicis interuenit in subhastatione † prædij minoris, & additio Bar. in l. 1. num. 4. C. de prad. decur. lib. 10. inquit quod dabitur, & sequitur Guido Papæ decis. Delphin. 22. in fine. quasi decretum iudicis exclusiuum sit doli & fraudis, & faciat præsumi contractum esse celebratum in vtilitatem ecclesiæ & minoris, *ex dict. l. 1. & sequitur hanc etiam opinionem Burgos de Paz, consilio. 7. num. 25. cum duobus sequentibus, libro. 1. sed esse contrariam communem sententiam testatur Menes. in dict. 2. numero 30. in fine, ex Pinello, ibidem. 2. parte. cap. 2. n. 18. & id probatur ex tex. nostro disponente etiam in venditione in publica subhastatione facta locū habere eius remedium, prout & tenet Matienço *hic glossa nona per totam. Quid tamen erit si in scriptura * & in instrumento venditionis dicatur quod pretio tali venditur res, quod quidem est iustum pretium, & si plus valet id omne donatū, cēseatur, prout quotidie dicitur in instrumentis venditionū, an tunc cessabit remediū nostri tex. & Rip. in respo. 138. nu. 4. inquit tunc cessare nostrā legem & eius remedium, hancque ibidem appellat communē opinionem, de qua & per Couarr. in dict. li. 2. Var. cap. 4. num. 6. dum tamen secundum eum ibi dicatur, quod donatur iustæ quātitatis excessus si quis adest, quantumcumque sit, quamuis dimidiam iusti pretij excedat, ita quod aperte concipiatur clausula ista in instrumento, Rebuff. tamen in 2. Tom. constituti. Franc. tit. de rescis. cont. articul. 1. gloss. 1. numero 20. relatus per Mexiam, in pragmat. iaspans conclusio 1. contra tenet, imò quod nihil operetur & quod perfunctorie & stylo notariorum apponitur, de quo & per Boeri. decis. 142. & Matienço *hic, gloss. 8. num. 44, vbi ipse tenet cum Rebuff. & asserit ita vidisse practicari, & semper ipse vidi in hac Placentiæ ciuitate, vbi licet vidi hæc allegata, nunquam tamen per iudices considerata, sed potius ijs verbis non obstantibus probata læsione nostri tex. secundū eius dispositionē*******

causa determinatur, nam eadem facilitate, qua venditor vedit, eadem omnes clausulas sibi lectas vel verbo recitatas per tabellionem annuit, bene tamen verum esset quod si constaret de determinata voluntate venditoris scientis verum rei valorem, & nihilominus donaret in alia scriptura de perse excessum veri valoris in quacunque existeret quantitate & summa enormi vel enormissima, ruc utique cessaret nostri tex. remedium, prout aduertit Matien o dict. nu. 44. & faciunt dicta per Menochi. de arbitrar. iud. libr. 2. Centuria 2. casu. 144. per totum, ubi optime examinat hunc articulum, & an in donationibus & gratuito t contractu possit allegari læsio enormissima, vide Molin. de primog. libro. 2. capit. 3. numero 31. cum tribus sequentibus, ubi ampliat, & limitat, & Rip. in respon. 138. numero 4. 13. & 14.

Ibi. *Aunque se haga por almoneda.* Deciditur hic iam quaestio Doctorum in d. l. 2. l. de res. vend. de qua ibi per Menes. in numero 30. an in venditione facta t in publicatione subhastatione locum haberet remedium nostri text. & iam vides quod sic, etiam si cum iudicis autoritate fieret. ex quo ipse Menes. num. 31. infert ad subhastationes factas iudicis autoritate in vijs executiuis, bonorum executorum vt & in eis legis nostræ remedium locum habeat, imo & in venditionibus minorum cum decreto iudicis, vt in hac lege diximus. Dum tamen bona illa executata ob non repertum venditorem adiudicata minime sint executanti, secus si ei inuito adiudicarentur tassata, nam tunc cum in hoc graueretur, mirum non est si cesset tunc legis nostræ & similibus remedium vt probat text. in l. 6. infra isto tit. & melior text. in l. 20. in sine titu. 7. libro 9. infra, vel quoties vt hac lex 6. loquitur fuerunt aliqui compulsi ad emendum contra voluntatem venditoris positis aestimatoribus publice, vt & in dict. l. 6. dicemus: & sic limitatur nostra lex & eius dispositio. Ex quo & secundo limitatur nostra lex vt non procedat in re vendita ab hærede iussu testatoris pretio ab ipso testatore signato, secundum Tiraq. de retract. lina. in si. titu. post §. 36. num. 5. fol. 259. & Menes. hic n. 64. neque itidem procedit lex nostra in conductione gabellarum & reddituum regionum, tam ex parte locatoris quam conductoris, secundum text. in l. 14. & 15. tit. 9. lib. 9. infra notantibus has leges ad hoc Gregorio, in d. l. 56. verbo menos tit. 5. p. 5. & Menes. dict. l. 2. nu. 16. & Matien. hic, glos. 6. n. 4.

Ibi, *Quatro años.* Iure ciuili, (cum actio secundum communem opinionem t assertam per Menes. d. l. 2. n. 45. competeret) triginta annis actio hæc durabat, cum hæc esset vita actionum, ex l. si. cut in rem. & l. omnes C. de pras. 30. ann. & testatus est communem Bald. & Gratus relati per Menes. ubi supra num. 47. qui ex l. nostra asserit ad quatuor annos actionem restrictam, & notat Coua. lib. 2. variar. c. 3. nu. 10. in sua. & Anto. Gom. tom. 2. c. 2. n. 22. inquit tamen glos. in l. fin. tit. fin. parv. 6. in glo. fin. quod si deceptio esset facta ex proposito, vel esset enormissima tunc ultra quadriennium competeret. Principi tamen reipublicæ vel Ecclesiæ per quadraginta annos durabit, ex tex. in d. l. si. tit. si. p. 6. notante ibi gl. si. & Menes. in d. l. 2. n. 48. & in enormissima læsione, idem tenet ultra hanc gl. si. Gometi. Leon. in Cent. infor. sur. c. 96. ubi ampliat etiam si iuratu & renuntiatum ei sit, & Alci. in c. cum

contingat, de iure iur. Rip. respon. 138. nam iuramentum & renunciatio idem operatur sed si iuramentum ad sit datur restitutio * propter læsionem etiã enormem, vt communiorem testatur Capiti. decisi. Neapo. 159. nu. 24. & 25. & Boeri. conf. 28. 38. & 9. Benedict. c. R. nuntius verbo duas n. 64. ergo quãuis legi & omni alio legum renuntietur, locus erit nostræ legis remedio etiam lapsis ijs quatuor annis si adest læsio enormissima, ex d. l. si. licet contrarium voluerit Anto. Gomez Tom 2. variar. c. 14. nu. 20. & contra eum vltra supra dictos tenet iterum idem glossator. in l. 56. verbo Mayor. tit. 5. part. 5. & Couar. in c. quamuis pactum fol. 126. nu. 7. conclus. 10. in paruis, & in lib. 2. varia. c. 4. num. 5. & qualiter computabitur enormissima hæc læsio, vide Cepol. conf. ciuili 29. nu. 12. & Couar. d. c. 4. n. 5. & iterum in lib. 1. variar. c. 3. nu. 15. versic. ego sanè inquit tunc læsionem enormem considerandam etiam respectu rei modici valoris sicut & magni. Imo si quis in minori ætate vendiderit & maior factus ratificauerit, adhuc contra enormem læsionem poterit * agere ex remedio nostræ legis & dict. l. si. secundum Roma conf. 53. per totam & Barb. conf. 42. col. 9. lib. 1. læsio tamen in valore dotis semper est refarcienda, secundum text. in l. 16. tit. 11. part. 4. ad hoc allegatum per Gometium Leon ubi supra capit. 5. num. 5. etiam si non sit vltra dimidiam, ex dict. l. 16. quam ad hoc notat Menes. hic nu. 20. & Matien. hic gl. 8. nu. 20. & 21. qui in nu. 22. iniuste meo videri carpit Couar. li. pract. ca. 28. num. 9. cum ibi Couar. non loquatur quoad denegandum remedium nostri text. cum in rebus dotalibus adest deceptio vltra dimidiam, sed tantum quoad hoc an data dicta læsione vltra dimidiam in taxatione rerum dotalium, talis taxatio faciat emptione nec ne. Item nota quod contra ecclesiã lædentẽ alium vltra dimidiã etiã lapsis quatuor annis nostri tex. datur eius remedium vt per Mexi. in frag. panis conclus. 5. n. 2. quibus quidẽ remanet lex nostra satis declarata cõmõtata necessarijs declarationibus, cetera per scribentes in d. l. 2. C. de res. ven. antiquos & modernos videri poterunt.

S V M M A R I V M.

1. *Fæmina hic comprehenditur sub dictione qualquier n. 1.*
2. *Dictio qualquier, adiecta signo vniuersali omnia etiam dissimilia comprehendit. 2.*
3. *Minor. 25. annorum contrahere potest. 3. competit tamen ei læso etiam intra dimidiam restitutio. vt ibi.*
4. *Actus iure ciuili permittitur propter bonum publicum, non tamen ex hoc permittitur videtur fieri cum bona conscientia 4.*
5. *Dolus duplex datur in iure vnus dans causam contractui, alius non. 5. & quomodo annullatur contractus in eis & qua forma ibidem*

Lex 2.

S V M M A R I V M.

Contractus omnes cuiuscunque formæ & qualitatis sint facti à maioribus viginti quinque annorum validi & efficaces sunt, dum tamen dolus & fraus absint, non obstante quod in contractu adsit deceptio aliqua intra dimidiam iusti pretij non ultra.

IBI, *Qualquier*, Fœminam etiã * comprehendit, nam dictio hæc, *qualquier*, est ita generalis, quod omnia comprehendit, *ut patet ex dictis per Couar. in pract. c. 25. n. 3. & Segura, de bonis lucra n. 78. & quia vbi materia est apta ira sexui fœmineo, sicut masculino, fœmina etiã comprehenditur, ut diximus alibi in hoc libro, & in lib. 4. supra mulieres tamen non prohibentur contrahere, sed potius permittitur etiã si nuptæ sint, dum tamen tunc licentia mariti interueniat, secundum quod disponitur in l. 1. & 2. tit. 3. sup. isto lib. non tamen ex hoc habilitabuntur inhabiles contrahere, nam licet dictio hæc, *qualquier*, sit ita generalis nunquam operatur habilitatem inhabiliũ, secundum Oros. super ff. vete. col. 923. per l. pluribus ff. de acceptilatio. communis secundum eund. Oros. ibidem col. 633. & Menes. l. si de certa n. 3. C. de transactio. & inhabiles contrahere numerantur per Ant. Gom. Tom. 2. cap. 14. nu. 1. & 28. cum sequentibus pluribus.*

Ibi, *Por otra causa y razon qualquiera*. Nullum contractum de mundo excludi ex ijs verbis, de iure est, dum tamen licitus sit. & non contra bonos mores, dictio enim hæc, *qualquier*, adiecta alicui signo vniuersali, ita vniuersalis est, ut etiã dissimilia * & maiora expressis comprehendat, *secundum Couar. vbi supra & Hippol. in pract. §. cogniturum n. 28. fol. 122. ff. de questio. & late asserens communem Tiraquel. de retract. linag. §. 1. glo. 7. nu. 20. cum pluribus sequentibus vbi nu. 26. hoc limitat, & plura etiã allegat Mexia. in pragm. panis, verbo qualquier, fol. 131.*

Ibi, *Si fuere mayor de veinte y cinco años*, Ergo excludit minorem 25. annorum, ita quod ex tex. nostro à contrario sensu probetur quod minor 25. annorum contrahere non possit, neque se obligare, contra * tex. in l. tam ex contractibus ff. de iudi. & tex. in l. fil. fami. la. 2. ff. de acti. & obli. & quam plura alia iura allegata per An. Go. to. 2. c. 1. n. 2. probantia filiumfam. etiã in paterna potestate constitutum obligari posse per contractum, adeo ut ex illo contractu teneatur & incarcerari possit, *secundum eund. Ant. Go. ibi & Hippol. in pract. §. attingam n. 69. ex quo inferri potest cõtra Segu. in l. si ex legati causa n. 72. ff. de verb. obli. quod etiã cum præcepto guarantee clausulæ potest obligari filiusfa. sine patris consensu. Sed ut huic difficultati satisfaciamus asserendum est legem nostram ideo distinxisse velle minorem 25. annorum à maiore eorum, non ut probet minorem non posse obligari, nam equi-*

dem potest, sed quod maiori læso intra dimidiam iusti pretij nullum subest remedium contrahendi & rescindendi contractum & læsionem talem, minori tamen 25. annorum detur remedium iuris ut etiã si intra dimidiam lædatur competat ei cõtra læsionem restitutio in integrum ex clausula minoris ætatis, prout licet videre ex toto tit. ff. de minori. & C. de in iute. resti. & ex relatis per Anto. Gom. To. 2. c. 14. nu. 1. cum sequentibus aliquib. quæ est mea noua consideratio.

Ibi, *Aya engañio*. Ergo lex decipere permittit, igitur fieri non potuit, quia nihil cum peccato est agendum, *ex c. fin. de rescripti. quomodo ergo lex hæc contrahentes se intra dimidiam decipere inuicem permittit, & dicendum est quod lex id permittit, non quia id honestum vel iustum sit, quoniam bono, & æquo non conuenit, aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnum sentire pro alterius lucro, ut scripsit Pomponius in liure succursum §. si. ff. de iure doti. sed quia licere ex eo dicitur, quod humano iure non punitur, magisque eodem iure permittitur. Nec confestim sequitur, actus hic ciuili iure permittitur impune, & non rescinditur, ergo licitus est, ¶ leges enim non omnia illicita puniunt, nec punire tenentur nec actionem dare aduersus eum, qui iure naturali, & iusta ratione aliquid agere, vel restituere debet. Ius enim ciuile bonum publicum respicit, secundum gloss. in c. cum contingat, de iure iur. relatum per Domi. in ca. 1. n. 31. de constit. in 6. & ideo possunt legislatores dicta plerumque quibusdam ex causis omittere, & dissimulatione quadam ob euitandum maius malum tolerare, ea potissimum prouidentes, quæ ad hominum commercium, & reipub. integrum ac illæsum statum attinent, autore Dico Thoma. 2. 2. q. 77. art. 1. & ei assentitur Dominie. à Soto lib. 6. de iust. & iur. q. 3. art. 1. in respon. ad 1. col. pen. versic. sed allegare forsan, quibus adde tradita circa lupanaria per Couar. in epitome de spons. p. 1. c. 4. num. 9. & ideo nimirum si lex nostra sic prouideat, quia & ut diximus in l. precedente, iudices temporales non curant de periculo animarum, & male quia curare deberent.*

Ibi, *Que no sea mas de la mitad*. Nã ultra dimidiam ex l. precedente omnibus succurritur, ut ibi vidimus.

Ibi, *Si no dolo*. Sed nonne dictum est supra ex lege nostra, quod quamuis cum dolo fiat non detur remedium aliquod maioribus 25. annorum, quomodo ergo hic, excludit dolum lex nostra, & dicendum est id ipse esse dispositum, nam habemus in iure dolum ex proposito dantem * causam contractui, & non dantem, sed ex ipso met. contractu resultantem, prout est in læsione ultra dimidiam iusti pretij, in qua læsione etiã si adsit dolus, est tamen dolus non ex proposito, sed ex ipso contractu resultans non adhibitus ad hoc, ut contractus celebretur, quo casu licet adsit dolus, fuit tamen adhibitus in minus vendendo, qui potius deceptio dici potest, ideo nimirum si teneat venditio, sed potest suppleri iustum pretium, *secundum tex. in l. precedente, & in l. diligenter ff. manda. & in l. venditor. ff. de acti. emp. & de hoc dolo loquuntur priora verba nostri text. in versi. aunque en el tal contrato aya engañio, si tamen adesset dolus ex proposito & re ipsa, & dans causam contractui, de quo in ijs nostris verbis, quæ nunc declaramus, sic dicitur, quia fuit adhibitus ut contractus efficeretur,*

tunc quia talis dolus in venditione adhibitus ipso iure contractum annullat, *ex text. in l. eleganter ff. de dolo. optima. l. 57. tit. 5. par. 5.* in contractibus bonæ fidei, ut est venditio, nã in contractibus stricti iuris ope exceptionis fiet annullatio, prout est communis resolutio, secundum Cou. *in c. possessor. §. 6. num. 6. ubi cum sequen. usque in fin. de hoc tractat, & Menes. l. 2. num. 3. C. de res. ven. gloss. l. 28. tit. 11. part. 5. & Aut. Gom. tom. 2. cap. 2. nu. 21. in medio,* ubi optimè declarat quando dicatur dare causam contractui, *de quo & traditur per glossam. l. 57. titulo 5. parti. 5.* nimium si tunc non sufficiat suppleri iustum pretium per emptorẽ contra voluntatem venditoris, sed quod contractus sit pro nullo declarandus, *secundum tex. in l. 1. C. si ven. pig. aga. tradit Bal. in l. cum contra. C. eo. titu. quem refert & sequitur Tiraquel. in l. si unquam. verbo reuertatur. num. 447. C. de reuo. don. nisi aliud velit ille, qui dolum passus est, nam si velit ei stare, quamuis nullus sit ipso iure, standum est ei & valebit, & supplendum est iustum pretium, nam hoc est regulare in tali contractu, secundum Tiraquel. in legibus connubia. gloss. 8. numer. 93. & hoc dummodo secundum cum ibi numer. 98. à iure non sit reprobatus contractus ille, quia tunc neque sufficeret, si passus dolum vellet tali contractui stare vt valeret imo & tunc quamuis intra dimidiam iusti pretij tantum esset læsus, possit agere vt contractus rescinderetur, & annullaretur, vel pro tali declararetur, secundum Abb. notabiliter, in ca. ut in ciuitate. numer. 6, de vsur. post Ioan. Calde. in cap. nauiganti. eo. tit. quos allegat Benuenius, in tracta. de merca. tit. de sponsonib. §. item quero. num. 5. pagina. 203. in paruis. Ideoque noster tex. in præfati in ijs verbis, dolum hunc ex proposito & dantem contractui causam excipit, vt & tunc licet non sit ultra dimidiam iusti pretij non sufficiat pretium supplere actore petente inuito, deficiente tamen hoc dolo licebit, vel illud supplere vel rescindere contractum, & valebit contractus ille interim, & sic non contrariatur lex nostra ubi ipsi in ijs.*

S V M M A R I V M.

- 1 Remedium lesionis ultra dimidiam non competit venditori scienti verum rei vendite valorem, n. 1. & sic officiali in suo officio. vt ibi
- 2 Doctõri alleganti in ijs quæ officij sui sunt se læsum, non est audiendum. 2.
- 3 Redhibitoria non competit scienti rei vitium. 3
- 4 Probatio scientiæ vel experientia quis debet probare. 4. & 5.
- 5 Turpitudinem suam allegare licet, cum actus est reprobatus à lege. 5

Lex 13.

S V M M A R I V M.

Officiales non possunt allegare se deceptos ultra dimidiam iusti pretij in tangentibus eorum officia, & est limitatio legis primæ supr. eodem.

Tom. 3

IBi. *No puedan allegar.* Et nimirum quia scienti & consentienti non fit iniuria, neque dolus, *vt in c. scienti. de reg. iur. in 6. & sic remedium. l. 2. C. de res. ven.* non competit venditori scienti verum rei* vendite valorem, vt est recepta omnium sententia, *in ead. 2. & in facto respondit Alex. conf. 115. lib. 5. & Deci. conf. 583. Soci. con. 48. lib. 4.* illeque qui scit valorem rei suæ videtur partem vendere, & partem donare. *l. si quis donationis ff. de contra emp. officialisque sui officij pretiũ & valorem scire præsumitur, & sic læsum se allegare non poterit in rebus artis & officij sui, cuius se expertem demonstrat, turpe est enim officiali artem, quam exercet, ignorare. Imperitia enim culpæ annumeratur. l. si quis fund. §. Cel. ff. locari l. 10. & 12. tit. 8. par. 5. & sic Doctõri alleganti, in ijs quæ sui officij sunt, se læsum, & hac de causã restitutionem petenti, ¶ non est audiendum, secundũ gl. in l. profes. C. de muner. & patri. lib. 10. de qua diximus in l. 6. tit. 16. num. 5. & 6. lib. 3. supra, & ultra ibi allegatos traditur etiam per Mauri. in tract. de in int. c. 87. per totum, qua de causã neque redhibitoria competit* scienti vitium rei emptæ secundum Cepol. l. 1. num. 10. fol. 7. in paruis. ff. de edil. edic. quibus & alijs ultra relatos in princip. huius gloss. istam eandem opinionem & dispositionem nostri tex. fundabat de iure Auiles. c. 33. prætore. a menos costa. num. 2. cum sequen. & num. 6. nostrũ text. ad hoc allegat & Menes. num. 14. in d. l. 2. & Auen. c. 13. præ. num. 3. lib. 2. Dida. Perez libro. 2. Ordina. colum. 709. in fin. & Pantaleon. in dict. leg. 2. numero. 124. quamuis Pine'lus ibi 1. parte. numero. 19. fol. 58. col. 2. ad fin. aliud velit nisi eum intelligamus in officiali nouo & non experto prout ex tex. nostro colligitur, ibi seyendo expertos. Sed quis probabit in hoc casu venditorem esse expertũ, aduersarij ne ¶ eius tenebitur id probare se esse expertum, an vero venditor ipse tenebitur probare se non esse expertum, & videretur quod venditor ipse agens teneatur probare se non expertum cum actor sit, & per consequens actor officialis allegans se deceptum in arte sui officij tenebitur probare se non expertum vt possit vti remedio. l. 2. C. de res. ven. nam contra ipsum officialem præsumitur quod sit expertus in rebus sui officij quando quidem ille vtitur publice officio illo, prout diximus in l. 6. num. 1. & sequen. tit. 16. lib. 2. Item quia officialis allegans se non esse expertum etiam allegaret turpitudinem suam, quod non licet ex l. transact. finita. C. de transa. l. creditoribus in fin. C. de ser. pig. dato manu. tamen in hoc casu non videtur eam allegare cum quãdoque bonus dormitex Homerus & quia cum actus est reprobatus à lege, * bene licet id allegare, secundum Ber. Diaz, in re. 24. limi. fin. lexque nostra non tam se fundat ne turpitudinem allegeturquam in experientia vel non experientia officialis. cum igitur id liceat allegare tenebitur officialis talis agens remedio. d. l. 2. C. de res. ven. probare se non expertum, præsertim cum sit actor, in contrarium tamen imo quod ille qui allegat non comperete remedium dicte legis 2. de resc. vend. quia actor erat expertus officialis in officio illo, teneatur id probare, facit, quia actor potens fundat se in negatiua, eo quod deberet probare se non esse expertum, negatiua autem est improbabilis, ergo ad impossibile actari quis non potest item quia reus allegans non compe-*

G g 3

in acto-

re actori læsionis huius remedium, est actor in exceptionibus suis, ergo tenetur suam intentionem probare. Item quia lex nostra tunc excludit officialem cum expertus est, excludens autem ob hanc causam tenetur hanc qualitatem verificare, quia qualitas aliquem excludens vel admittens probanda est, per eam allegantem, igitur reus se defendens hac exceptione quod actor erat officialis, sicut tenetur id probare, tenetur etiã probare quod & erat expertus in officio illo, nam utramque qualitatem requirit lex nostra, & sic utraque est probanda per eam allegantem, actor enim obtinebit probando læsionem, cum hoc sit fundamentum suæ intentionis, reus vero excipiens non dari actori remedium nostri tex. tenetur allegare causam quare non competat, scilicet, quia erat officialis & expertus, ergo id probare tenebitur, cum qualitas illa quod sit officialis, non excluderet illum à dicto remedio læsionis ultra dimidiam, nisi & probetur esse expertus in officio, quia lex nostra loquitur per gerundium in do, & in ablatiuo, quod importat modum & conditionem ac formã, *ut alibi diximus*, hanc tamen qualitatem experientie actor non allegabit, sed potius reo incumbit eã allegare, ergo reum onerare debemus ad probatione dictæ qualitatæ, & hoc mihi verius videtur, licet ego cõsulerem utique ut probaret ex parte sua omne id quod sibi conuenire, in hoc videret, actori videlicet ut probaret se non expertum quia nouiter officium assumpsit, & reo contrarium quod expertus erat in officio illo, & ut talis illud publice exercebat, & qui melius probabit, obtinebit, dum tamen periurijs non dent causam & occasionem.

Lex 4

S V M M A R I V M.

Tabelliones in scripturis emptionis & venditionis, in quibus merces aliquas asseritur vendi, extense & explicite tenentur declarare merces illas.

Ibi. *contratos*. Pro instrumentis & scripturis ipsius contractus harum venditionum continentibus sumitur verbum hoc contractos in presenti, *ut optime aduertit hic Matien.* non tamen erit nulla scriptura, quæ hoc non contineret, cum lex nostra non annullat eam, neque deficiat causa, etiam si omnes merces extense non declarantur, nã pro causa sufficit dicere & cõstare, quod emptor se obligat dare venditori centum pro certis mercibus ab eo ei venditis & traditis per venditorem, & cum causa non deficiat, nõ est annullanda scriptura præsertim cum lex nostra ad tabelliones verba referat, & non ad partes, & sic non censetur nullitatem inducere instrumentorum aliter scriptorum. Et quia ratio nostræ legis est: nam cum superioribus legibus actum sit, de læsione ultra dimidiam, ut melius constare possit, an adsit læsio & probari inquit tex. noster, ut omnes merces extense describantur in instrumento, & sic teneo absque dubio quod quamuis legis nostræ forma nõ seruetur, non annullabitur scriptura pu-

niri tamen posset tabellio eo quod legis nostræ formam non seruauit crimine stellionatus & in interesse partium propter hoc obueniens, quamuis Matien. hic aliud sentire velit.

S V M M A R I V M

1. *Etiã ubi pœna ipso iure imponitur declaratio requiritur. num. 1.*
2. *Solutio in qualibet pecunia an fieri possit. n. 2. & ibi quid si decrescat aestimatio moneta.*

Lex 5.

S V M M A R I V M.

Venditor pro re vendita quod non possit per nummos regios, sed per morapetinos vendere & contractare, sub nostri textus pœna.

Legis huius rationem multoties consideravi, neque vnquam reperire potui & ab alijs inquisui, & data mihi non fuit, sufficit tamen sic principem eius conditorem voluisse.

Ibi, *Ni declaracion*, Intellige legem nostrã nullam declarationem requirere, quoad hoc ut ei cõtraueniens ita amissionis pœnam incurrat, ut amissa alienare non possit, non tamen ut excludat declarationem requisitam pœnæ incurse, nam hæc etiã si ipso iure pœna imponatur facienda est, secundum communiorẽ & veriorẽ opinionẽ, ut alibi diximus, & ex lege nostra constat, dum sententiam requirit, quandoquidem iudici sententiantis pœnam applicat, *prout hic optime considerat Matienço & nouissime post hæc communiorẽ dicit concius noster Gutier. in suis question. canonicis. c. 1. nu. 4.* in huius tamen legis propositum examinari poterat quæstio satis quotidie coram iudicibus altercata num adimpleat debitor obligationem soluendi centum, si solueret illa centum in qualibet pecunia & teneatur creditor * illa recipere velit nolit, & in hoc fieri solet distinctio, quod aut debitor designauit monetam in qua solutio erat facienda, & tunc in ea debet solutio fieri & non in alia, aut vero non est designatum in qua moneta sit soluendum, & tunc in quacunque solutio fiat dum modo sit moneta publice inter omnes vsitata & currens, sufficit, & recipienda est per creditorem, *ut probatur ex l. 6. titulo 4. lib. 6. infra, ia distinguit, Conar. in tracta. numismatum, cap. 7. §. unico numer. 1. in 1. conclusione, & num. fin. in 10. conclusione, & ante eum melius per Rebuf. in 1. tom. consti. Fran. tit. de liter. oblig. artic. 5. gloss. 1. per totam*, ex quo limitatur hoc secundum membrum, ut non procedat, quoties creditor ex pecunia illa esset passurus damnum, tunc enim non tenetur illam recipere. Item & secundo limitat nisi pecunia oblata sit alterius regni, nam tunc illam non teneretur recipere, nisi à principe fuerit approbata ad certum valorem. Item & tertio ego limito, nisi debitor malitiose dum haberet pecuniam argenteam ad soluendum, mutuauit illam in pecunia

area, vt creditor onere illius fatigaretur, si forsan erat forensis, vel vt creditor in viliori pecunia reciperet solutionem, & ad hunc effectum mutuauit debitor pecuniam argenteam, quia eam non habebat, pro area pecunia in odium creditoris, nam tunc non id permetteretur. Et quid si moneta currentis tempore obligationis decrescat aestimatio, late examinat Couarru. *vbi supra conclusionem. 2. cum sequentibus.*

S V M M A R I V M.

- 1 Emere neque vendere regulariter quis non compellitur *nu. 1. vbi limitatur.*
- 2 Vassalli inuiti an vendi possint ita vt non possint se redimere 2.
- 3 Solutionem voluntariam & necessariam considerabis ex *num. 3.*
- 4 Gabella non debetur ex necessaria, ex voluntaria vero sic 4. & 7.
- 5 Alienatio voluntaria siue necessaria venditio est si pretium interuenit. 5.

Lex 6.

S V M M A R I V M.

Lex prima huius tituli non habet locum, quotiescunque emptores compulsi fuerunt emere, venditione celebrata, inuitis debitoribus & exemplificatur, puta quia iudiciali subhastatione fit rei venditio pro debitis soluendis & quia emptor non reperitur, compellitur creditor rem recipere ac emere pro pretio per aestimatores publice taxato, vel quoties aliqui compulsi emere res illas, vt ex pretio earum debita soluantur, prout multoties iudices commissarij faciunt, qui res & bona condemnatorum publice appretiarum faciunt & non repertis emptoribus, in pretio aestimato homines diuites emere compellunt.

Ibi, *Saluo si la vendicion*, Similis est text. in l. 20. tit. 7. lib. 9. infra de quo & supra eodem in l. 1. diximus in glos. aunque se haga por almoneda.

Ibi. *Contra la voluntad del vendedor.* Sed quomodo potest esse contra eius voluntatem cum neque emere neque vendere regulariter quis compelli potest, vt l. inuitum C. de contra empti. l. 3. tit. 5. p. 5. dic quod lex nostra loquitur in casibus vbi id licet quia lex illa, inuitum, plusquam in octoginta casibus limitatur, de quibus per Doctores relatos per *Orosium in l. 1. colum. 273. ff. de offi. pref. vr. & Bart. l. 1. C. de communi ser. man. & Didacus Perez in libro 1. Ordinamen. colum. 315. in principio & ite-*

rum libro 2. Ordinamen. colum. 713. in principio & Couarruuias libro 3. Variar. capit. 14. & Anton. Gome. tom. 2. cap. 2. numero 51. Socin. in regulis & fallentis reg. 435. Quorum est vna limitatio, quoties iudiciali autoritate compellitur quis vendere, tunc enim inuitus venditor dicitur eo quod iudicium redditur in inuitum, l. inter stipulantes §. sacram. ff. de verbo. oblig. libere enim facere non dicitur, qui ad hoc cogi potest, secundum Fulgo. conf. 218. nu. 3. & potest exemplificari in casibus per summarium nostri tex. exemplificatis. Sed an si vassalli vendantur inuiti per regem aut dominum eorum contra eorum voluntatem, erunt emptoribus tradendi etiam si ipsi velint se redimere pro eodem pretio, dic quod poterunt redimere se & excusare traditionem faciendam emptori, vt per Couar. in c. quamuis pactum 2. part. §. 2. nu. 4.

Ibi. *Eueren compellidos y apremiados copradores.* Matien. hic, in glos. 1. verba hæc & legem nostram intelligit in venditione necessaria, & bene nam in voluntaria scilicet, in ea, quæ vocatur datio in solutum * ex voluntate debitoris facta traditis rem aliquam creditori pro pecunia sibi debita, hæc locum venditionis obtinet cum detur species pro quantitate, ex voluntate venditoris & emptoris vt in l. si pradium C. de enctio. & l. eleganter in principi. ff. de pig. acti. singularissime Bar. in l. si quis aliam. ff. de solutio. num. 2. qui bene loquitur secundum Tiraq. de retract. linagi. §. 1. glos. 14. n. 7. & in hac voluntaria datione in solutum non loquitur noster tex. sed tantum in necessaria, quæ quidem non comprehenditur sub venditionis nomine, secundum Tiraq. ibi. num. 8. quem & alios allegat Matien. hic gl. 1. n. 4. & n. 5. allegat Bal. in l. ordo. n. 6. C. de exec. rei iud. Imo in l. pretia ff. ad l. Falc. & hanc esse etiam de iure receptiorum opinionem testabatur Pinel. l. 2. C. de resc. ven. 1. p. c. 4. n. 10. & Due. reg. 187. casu 10. & sequuntur alij relati per Matien. hic. n. 5. d. gl. 1. & verum est legem nostram procedere in alienatione ac venditione necessaria: veruntamen in exemplo eius appposito per Mat. hic d. n. 4. videtur ipsum allucinare, & in eo legem nostram non loqui, nam inquit Matien. exemplificando legem & necessariam venditionem, illam dici, quæ fit à iudice pro executione rei iudicatae iuxta text. in l. cum fidei heredis ff. de fideicom. lib. & dici necessariam, quia fit à iudice, & venditor compellitur per iudicem exequentem rem iudicatum, rem publice vendere, vel emptoribus deficientibus, creditori in solutum dare, vt l. à diuo pio. §. si pignora. ff. de rei iud. & l. fin. in fin. tit. 27. part. 3. emptorque compelletur emere & sic creditor recipere rem aliquam aestimatam loco quantitatis sibi debita, si in pecunia soluere non potuit debitor quantitatem, ex Authentica hoc nisi debitor. C. de solutio. l. 3. tit. 14. partita. 5. & ita Matienço exemplificat venditionem necessariam, vt locum habeat nostri tex. dispositio. Sed tamen eius pace videtur in hoc non loqui nostrum tex. nam hæc voluntaria, & non necessaria vocatur alienatio, ex eo quod præsupponit principium voluntarium, & vbi principium debiti & sic eius primordialis obligatio fuerit voluntaria ex parte debitoris, quantumcunque post appareat necessaria, quia debitor tenetur eam implere & ad hoc cogi potest per iudicem ad petitionem creditoris, est ex eo quia licet à principio contractus sint voluntarij ex post facto sunt necessarij,

non tamen quod ex hoc possit dici, procedere à causa necessaria, sed à voluntaria potius, eo quod à lege non est inducta, *ut inquirunt Auenda. responso. 13. num. 6. & 7. & Tiraquell. de retract. l. nagi. §. 1. gloss. 14. num. 16. & nonissime D. Didacus Lopez de Zuñiga, in tractatu de voto questione. 2. numero 20. cumque à iudice compellatur debitor solvere, & creditor recipere rem pro specie, & sic de tali adiudicatione procedente ex principio voluntario debetur gabella † etiam si compulsionem iudicaria compellat sit quis recipere bona pretio aestimato in solutionem quantitatis debite, quod secus est in necessaria, quæ secundum dicta necessaria dicitur, prout quando quis compellitur vendere rem Ecclesiæ, vel quando quis habet rem communem cum alio & alter agit ad diuisionem & compellitur quis vendere partem suam socio, *ita exemplificat Auenda. respon. 13. num. 6. & 7. & Tiraq. ubi sup. numer. 16.* & sic videtur quod Marienço, male exemplificat nostram legem in alienatione necessaria proprie sumpta, & itidem male asseruerat alienationem illam dici necessariam, quæ compulsionem iudicis ob penuriam debitoris nummos non habentis neque reperientis emptorem compellit iudex creditorem capere & recipere bona tassata, nam hæc non est necessaria *ut dixi.* Et ideo ego legem nostram intelligo procedere etiam in venditione voluntaria, quæ tamen licet à principio voluntaria fuit, necessitate tamen venditoris non potest solvere in pecunia & itidem non reperientis bonorum emptorem, cogitur debitor tradere bona creditori tassata & appretiatæ estimatione per aestimatores facta, & creditor ipse compellitur ipsa recipere, & ita videtur noster text. disponere, dum contra voluntatem venditoris venditionem dicit esse faciendam & emptorem compellendum emere rem etiam & verius meo videri intelligi lex nostra potest, quoties venditio hæc ex causa proprie necessaria facta est: ut pote quia à lege inducta, scilicet, cum fiscus & regius procurator tributa & redditus regios ab aliquo petit, & quia non habet nummos debitor, iudex iubet vendi eius bona, eo tamen quod non reperitur bonorum emptor compellitur tertius aliquis diues bona illa emere pretio per aestimatores publice tassato, tunc enim nimirum si & in tali casu non habeat locum lex. 1. nostri tituli & similes, prout exemplificat & inquit text. in l. 20. titu. 7. lib. 9. infra quæ cum similis nostræ sit, & sic disponat, verius dici potest legem nostram in hoc casu loqui, in quo proprie dicitur alienatio & venditio necessaria, non vero in illa in qua licet necessitas venditoris & penuria emptoris, cogat iudicem compellere creditorem recipere bona tassata, non tamen est necessaria venditio, cum à principio inter venditorem & emptorem, & sic debitorem & creditorem ex voluntaria causa procedatur. Veruntamen quia licet hæc non sit necessaria proprie & vere, sed causatiue tantum, ut ita dicam, publice ponuntur aestimatores rerum & compellitur creditor emere, & contra voluntatem venditoris fit hæc venditio, quia iudicium redditur in inuitum itidem & in hac habebit locum noster text. prout voluit Marienço, licet ipse male eam necessariam vocet, nihil dicas, eam talem vocare causatiue *ut dixi* non tamen proprie: Et an creditor compellatur recipere bona tassata & quando diximus in l.*

fin. titu. 21. num. 31. cum sequentibus lib. 4. supra. Ex quibus inferitur quod siue dicas alienationem esse voluntariam, vel necessariam si pretium interuenit, venditio iudicanda est, † *ut optime inquit Bart. in d. l. si quis aliam.* factum quippe iudicis censetur factum partis. l. si ob causam C. de euictio. & ex alijs adductis per Tiraquell. ubi supra num. 13. & 14. ita tenentem, quasi nihil interfit alienes, an id facias ex quo alienatio sequatur † l. codicillis §. matre & ibi Bart. de leg. 2. & sic iure nostro regio ex text. nostro & ex d. l. 20. tit. 7. lib. 9. infra & ex l. fin. in fi. tit. 27. parti. 3. hæc talis venditio dicitur, & ubi dicitur pretium pro specie siue in solutum detur ex voluntate debitoris & creditoris, siue ex compulsionem iudicis ob penuriam debitoris, venditio est, ex dictis & ex §. pretium, inst. de emp. & vendi. & ex utraque debetur Gabella, *ut inquirunt Auend. & Tiraquell. ubi supra,* quia ex voluntario principio procedunt, ex illa tamen, quæ necessaria, * ut quando bona in ea capiuntur ad construendum locum religiosum vel in simili casu gabella non debetur, nec laudemium secundum eodem, & Rebusf. in 2. tomo constitu. Fran. iuu. de precon. & licit. art. 3. numero 3. fol. 438. & gloss. l. 53. tit. 5. parti. 5. quicquid voluerit Parlador. in suo lib. rerum quosud. c. 3. §. 2. num. 29. dicens non deberi ex adiudicatione bonorum.

S V M M A R I V M.

- 1 A quo iure processit lex nostra & eius dispositio num. 1.
- 2 Dominus præfertur in emptione fructuum venditorum à colono. n. 2.
- 3 Frumentum exteris venditum potest à ciuibus retrahi pro eodem pretio 3.
- 4 Testator si prohibet alienari turrim, vel fundum antiquorum suorum tacite videtur iubere ne exeat de familia 4.
- 5 Retractus ius à iure diuino censetur ortum habuisse 5.
- 6 Retractus ius potius odiosum quam fauorabile est 6.
- 7 Nomen, heredad, ad immobilia refertur 7.
- 8 Appellatione possessionis vulgo ad hereditatem relata mobilia vel semouentia non comprehenduntur 8.
- 9 Retractus in immobilibus regulariter solum locum habet 9.
- 10 Retractus habet locum in re emphyteutica, siue vendatur utile dominium, siue directum & pensio cum eo. 10.
- 11 Retractus an habeat locum in locatione ad longum tempus vel in emphyteusi pro quolibet anno concessa. 11. ubi quid si commoditatem vendat.
- 12 Retractus non datur in censibus etiam constitutis super immobili n. 12.
- 13 Retractus non datur in usufructu usu vel habitatione. 13.
- 14 Retractus an detur in molendino, vel in naue vendita. 14.
- 15 Retractus an detur in re per patrem solum, vel per auum

- per auum solum habita. 15.
- 36 Consanguineus retrahens si lite pendente moriatur relicto extraneo herede cessat retractus. 16. ubi secus in habente partem in re, vel si lis esset contestata cum defuncto ut ibi.
- 37 Filius non admittitur ad retrahendam rem a patre alienatam habitam titulo particulari non vero uniuersali hereditatis. 17. secus si eam hereditauerat, ut ibi.
- 38 Frater non admittitur ad retractum rei vendite per fratrem non habita titulo hereditatis a patre vel ab abolengo. 18
- 39 Retractus non est locus in donatione. 19
- 40 Vbi plures de familia vocantur proximior vocatus censetur. 20
- 41 Representatio paterna persona per filium datur in retractu sicut in vinculis & maioratibus. 21
- 42 Retractus an competat filio naturali. 22. & 43. ad finem.
- 43 Filius vel nepos exheredatus an admittatur ad retractum. 23
- 44 Retractus an detur in personis ecclesiasticis tantum actiue quam passiuè. 24. & num. 25. coram quo iudice petetur si clericus est emptor.
- 45 Retractus ius an competat monasterio pro monacho consanguineo venditoris. 26. & num. 29 quid si monasterium emat vel vendat.
- 46 Monasterium est quedam uniuersitas & res inanimata in qua non datur neque consideratur ius sanguinis neque perpetuatio nec conseruatio familiae. 27.
- 47 Monasterium habetur loco filij improprie & perfectione. 28. & ut excludatur substitutus, ut ibi.
- 48 Cessionarius an admittatur ad retractum. 30.
- 49 Pretium idem debet offerre consanguineus quod venditor constituit, siue magis valeat siue non res vendita. 31. etiamsi inseratur & quod plus valet donat, nisi ut ibi.
- 50 Emptor si auxerit pretium primo conuentum an & augmentum illud teneatur retrahens depositare. 32. & ibi quid si emptor proximiori retrahenti dedit aliquid ut a lite desisteret, an sequens retrahens soluet illud.
- 51 Retractus non habet locum nisi in casibus a iure expressis. 33. licet ius prelationis etiam in alijs datur ut ibi.
- 52 Emptor si vult post condemnationem contra eum factam uti condemnatione illa an retrahens penitere poterit a retractu. 34
- 53 Proximiori retrahente & emptore a quo retractus reuendente an erunt dua venditiones. 35
- 54 Emptor a quo retrahitur non tenetur de euictione. 36. & remanet liberatus a qualibet obligatione exemptione illa contracta ibidem.
- 55 Dominium in retractu reuertitur ad venditorem tempore consignationis. 37
- 56 Petitione super retractu data an liceat partibus in prauidicium retrahentis a venditione recedere. 38.
- 39 Herede petente velle sibi rem retrahendam retinere an preferatur proximiori retrahenti. num. 39
- 40 Retractus an detur contra quemlibet possessorem. num. 40
- 41 Actio retractus est natua non datua & personalis, & qua vocatur conditio ex lege in rem tamen scripta. 41
- 42 Fructus rei retracta erunt retrahenti prestandi. 42
- 43 Infanti & filio fam. an competat ius retractus & an filio legitimo. 43
- 44 Retractus ius an competat hereditario. 44
- 45 Retractus ius an competat uxori ad rem per maritum venditam. 45
- 46 Retractus an detur solum uni ex pluribus consanguineis petenti, alijs nihil dicentibus. 46 & 47. & 48. & 49
- 47 Duobus vendentibus rem communem cum pacto retrouendendi an si unus petat dabitur ei an vero sit necesse quod ambo petant num. 47. & 49
- 48 Ius reuendendi & rem trahendi indiuiduum est. 48
- 49 Res retrahenda si indiuidua est & plures eiusdem gradus retrahunt quid erit agendum. num. 50
- 50 Iudicis arbitrio plurimum tribuitur circa rerum diuisionem, vel hereditatis. num. 51 ubi & quod maiori licitatori detur & intra quantum tempus sit licitationi locus & an pluries ibidem.
- 52 Retrahentibus pluribus consanguineis an negligentia unius eorum noceat alijs. 52
- 53 Pluribus vocatis nomine collectiuo cognationis vel familia proximiores in eodem gradu existentes concurrunt. 53.
- 54 Duo habentes domum communem tum alio tertio, si tertius ille vendat suam partem, an alij duo poterunt illam retrahere & equaliter diuidere inter se. 54
- 55 Consanguineus retrahens an teneatur probare se proximiores esse vel sufficit se consanguineum probare. 55. declara ut num. 56
- 56 Proximus dicitur quem nemo antecedit. 56
- 57 Filius venditoris an preferatur fratri ipsius venditoris in materia hac. 57
- 58 Ascendentibus an competat ius retractus. 58.
- 59 Fundus si vendatur alicui consanguineo intra quartum gradum an proximior admittetur 59. ubi & quid in consanguineo eiusdem gradus, cuius est emptor.
- 60 Retractus non habet locum in decimis. 60. neq; in rebus incorporalibus ut ibi, & sic in distractu seruitutis, neque in alienatione utilis domus solum, vel ususfructus.
- 61 Nouem dies retractus currunt a die venditionis, & sic statim quod conuentum est de pretio. 61

61. etiam si vendatur ad creditum, vel data nomine solutionis & pagamenti ibi.
- 62 Dicitio, usque, in presenti apponitur inclusive, ita ut dies termini computetur in termino.
62. & currit de momento ad momentum ut ibi & num. 63. quid si culpa aut dolo venditoris vel emptoris nescitur dies venditionis, ubi quando dicitur dolum tale adesse.
- 64 Lapsis temporibus retractui assignatis si emptor requirit consanguineum an velit retrahere, audietur consanguineus. 64.
- 65 Consanguineus requisitus ante venditionem si volebat retrahere, dixit quod non, etiam audietur si venditione facta velit retrahere. num. 65
- 66 Tempus quod dabitur ex pacto de retrouendendo, si tempus non est appositum. 66. ubi quid si vendatur conditione quod si infra talem diem pretium restituatur, venditio habeatur pro non facta.
- 67 Dies retractus in contractu conditionali à quo tempore currat. 67
- 68 In re vendita pro annuo censu redimibili à quo die currant nouem dies. 68
- 69 Retractus non datur in re pignorat vel hypothecata. 69
- 70 Legatum non censetur reuocatum per pignorationem de qua non est spes luitionis. 70.
- 71 Retractui non est locus in transactione vel diuisione. 71
- 72 Retractus an detur in donatione insolutum. 72 ubi & in donatione insolutum à iudice facta idem dicitur.
- 73 Retractus an detur in re immobili data in dotem aestimata, aestimatione optione faciente 73
- 74 Proximior nolente retrahere admittitur sequens in gradu, in correctionem nostrae legis aliud disponentis. 74. non tamen debet requiri, ut num. 79
- 75 Res semel extracta à patrimonio amplius non dicitur patrimonialis. nu. 75. ubi idem in re extra familiam alienari prohibita, vel non transmissibili, & n. 76. ubi limitatur cū. n. 77
- 76 Tutor licet non possit emere res pupilli, si tamen semel vendite sunt, poterit optime. 76
- 77 Res si virtute pacti de retrouendendo reuertatur ad venditorem non censetur nouiter adquisita, 77.
- 78 Res patrimonij etiam si per plures manus transferat, potest retrahi intra nouem dies à prima venditione numerandos. 78.
- 80 Retractus non datur in permutatione. 80, nisi fraus detur, ut ibi, ubi & ampliatur.
- 81 Iuramentum quod sibi & non alijs retrahit intra nouem dies est prestandum, aliter nihil fiet 81. & admittitur probatio in contrarium. 82
- 83 Iuramentum ubi à lege vel statuto defertur potest probari contrarium. 83. & n. 86. pena se periuuantis in hoc.

84 Requisita ad retractum enumerantur. nu. 84
85 Libellus in retractu formatur. 75.

Lex 7

S V M M A R I V M.

Qualiter res immobilis potest, si vendatur, retrahi pro tanto iure sanguinis declarat lex nostra.

Huiusque nostrae legis dispositionem, videtur nobis processisse à quarto intellectu Cin. & Bal. ad l. imperator ff. de pactis, ubi text. illum intelligunt, ut si bona alicuius vendenda sint, ceteris paribus ij in licitatione praferantur, qui consanguinei creditores fuerint, ut in eorum propositum aduertit Croscius in ea. l. imperator, col. 2. in medio. num. 8. 9. & 10. & num. 16. inquit optime quod & colono fructus vendente, ceteris emptoribus iure dominus praefertur per tex. in l. 1. ubi Bart. C. de metallis. lib. 10 quem & ad hoc considerauit Couarr. lib. 3. Var. ca. 14. n. 6. ubi & inquit hac de causa frumentum ceteris venditum posse à ciuibus pro eodem retrahi pretio, * itidemque in quacumque re alienata ciues praferendos inquit Bart. Socin. conf. 45. n. si. vol. 1. idque itidem ex naturali ratione fundari potest, qua quidem ratione quis affectat habere, quae fuerunt parentum suorum, ut ff. de bon. lib. l. libertus, qui soluendo. & de admin. tut. l. lex qua, & l. 1. ff. si quid in frau. pat. DD. in c. qualiter, de elect. faciunt notata per Bald. in l. quoties. C. de fidei com. post glo. ibi. quod si est turris, vel locus honorabilis, qui diu fuit antiquorum suorum, & testator prohibeat eam alienari, & ultra non procedat expresse, tacite tamen intelligitur velle ne de suo nomine exeat, * ut ibi inquit gloss. illa, quam communiter approbati testatur Meneses ibidem. n. 10. nec mirum, dicit ibi Bald. quia honorem suum & domus suae praesumitur quis diligere, ut l. 1. C. si qua pradi. potest. & l. nulli. ff. si quis ob causam test. & sic ex rerum qualitate causa praesumitur, ut in dict. leg. qua cum qua concor. l. 18. tit. 16. p. 6. hacque de causa processit lex fori de Sepu'ueda, ut immobilia ad truncum redirent, de qua in l. 6. Taur. qua est. i. titul. de las herencias, supra isto titul. imo & ab ipso iure diuino censetur & ius hoc retractus ortu prius habuisse, ut inquit Montal. hic in glo. tanto ut Leuiti. c. 25. ibi. Si attenuatus frater tuus vendiderit possessionem suam, & voluerit propinquus eius, potest redimere, quod illi vendiderat. Et Hieremiae. c. 32. & in alijs locis, de quibus per Montal. hic & Lucam de Pena in l. 1. col. 2. C. de impo. lucra def. lib. 10. & Tiraq. in praefatione libr. 1. titulo. 1. de retract. numero 7. licet & odiosum potius quam fauorabile * ius retractus dicatur, ut per Soci. iuni. consil. 1. num. 21. & 22. vol. 1. & ideo forma ad retractum descripta est ad vnguem seruanda aliter enim deficiet retractus, ut in hoc titulo suo loco dicemus.

Ibi. Heredad. nomen hoc tam de iure ex l. 1. 2. 9. & 10. tit. 30. p. 3. ad immobilia * refertur, ut ex dictis legibus clarissime colligitur, quam ex comuni vfu loquedi quod etiam proprie significationi vocabuli praefertur, ex iuribus vulgaribus, verbum enim hoc

hoc, heredad, etiam inter rusticos prolatum ad res soli refertur, & sic ad immobilia & radices habentia, & aliquando vocatur, *possession*, prout communiter dicitur, *tengo una heredad o possession ental parte*, quo casu appellatione possessionum non veniunt, semouentia vel mobilia puta *libri vel boues, *secundum Cim. in l. fina. C. de compen. & Matienço hic gloss. 1. num. 1.* vt ex ijs colligamus, quod retractus tantum habet locum in rebus immobilibus, de quibus tantum leges nostræ retractuum loquuntur vt ex eorum verbis deduci facile est, & quia non damus illam affectionem & memoriæ conseruationem in rebus mobilibus vt pote quia vsu temporis consumi possunt, & intra nostros parietes possidemus, & quotidie labuntur in detrimentum & diminutionem, sicut in immobilibus in quibus memoria nostra & nostrorum conseruatur, & palam omnibus patent, & affectio nostra constitui potest, vt in prin. huius legis dictum est, & sic communiter omnes nostri legem nostram, & similes in rebus immobilibus intelligunt procedere, † *secundum Montal. hic sub l. 13. titu. 10. lib. 3. fori verbo, camiar colu. 6. versic. ita quaro quomodo, Anton. Gomez Pala. Rub. Castillo, & Couarru. relati per Matienço, hic nu. 3. ex l. 230. styli, ibi. Las heredades y las otras rayzes.* Et hoc est sine dubio. Et sic infert Matienço *num. 4. hic in gloss. 1.* quod retractus sanguinis locum habeat in re emphyteotica vendita † per consanguineum eam ex hereditate parentum habentem, & *nu. 6.* allegat Doctores antiquos ita tenentes & *u. 8.* regnicolas nostros sequentes eos, & *probatu ex l. 74. Tauri qua est l. 13. istius nostri tituli*, vbi vendito vili domino, quod pars rei est, consanguineus admittitur ad retractum, licet ei præferatur Dominus directus. Et idem esset si dominus directus directum dominium & pensionem emphyteusim vel censum vendidisset. cum preciosius sit dominium directum quam vile, vt in l. 2. *vbi Sali. & Iaf. 3. nota. C. de iure emphyteut. & tenent Castillo & Pal. Rub. relati & secuti per Mari. hic gloss. 1. num. 9.* & hæc sine dubio sunt. Sed an in locatione ad longum tempus, vel emphyteosi pro quolibet anno cōcessa * dabitur retractus hic sanguinis, ipse Matienço *vbi supra n. 10. & 11.* examinat, & inquit quod non quali non exeat de familia cum finito tempore redeat ad eam, & hæc communem tam in locatione ad longum tempus, quam in emphyteusi perpetua testatur Couarru. *lib. 3. varia. c. 9 nu. 3.* etiam si ipse Couar. *ibi* contrarium velit tenere, sed tenenda & sequenda est communis opinio, & sic & à fortiori si emphyteuta vendit commoditates non erit locus huic retractui, quia immobilia non sunt, neque itidem habebit locum retractus in censibus possessis ab aliquo, quos habuit ab hereditate † parentis, & venditis per ipsum possessorem etiam si super rebus immobilibus sint constituti, nam si super persona tantum puta quia ad vitam constituentis constituuntur, tunc nulli dubium, sed si super immobilibus constituerentur quantūcunque ij census immobilibus assimilentur, *ex clementina exini de paradiso*, id tamen est improprie & non proprie, lex vero nostra cum exorbitans sit & odiosa, in significato proprio non vero in improprio est intelligenda, & sic hanc opinionem nostrates sequuntur prout *& Pala. Rub. l. 70. Tauri numero 30. cum duobus sequentibus & Castillo*

in l. 74. Tauri, gloss. magna col. 5. & 6. & hanc veriore testatur Matienço *hic gloss. 1. num. 22. & n. 23.* idem à fortiori dicit in censibus redimibilibus, *ex Couarru. lib. 3. varia. c. 11. num. 5. & Castillo vbi supra* licet contrarium tenuerint Faber, Afflict. & Tira. relati per Matienço *d. num. 22.* sicque etiam verior est & receptior opinio huic retractui locum non esse in venditione vsusfructus, vsus, vel habitationis, cum † hæc sint iura incorporalia, atque ideo non sunt proprie mobilia, neque immobilia, *secundum Bald. l. 1. §. sciendum, de feudi. cog. Pena in l. fin. col. 2. C. de ven. re. ciuili lib. 10. Corne. conf. 147. col. 2. lib. 4. & sic tenet Alexan. conf. 52. lib. 1. Tira. de retract. Linag. §. 1. gloss. 7. num. 60. & ibi Coua. lib. 3. varia. c. 11. nu. 4. Montal. hic gloss. mag. col. 11. in fi. & veriore ac receptiore testatus est Matienço *hic. d. gloss. 1. n. 31.* Et quid in naue † vendita, molendino, & in alijs similibus per Tiraq. *de retract. in d. gloss. 7. num. 90. & sequentibus* & in molendino locum esse retractui contra Tiraq. tenet Castillo, *vbi supra* quod verius esse dicit Matienço, *vbi supra n. 49.**

Ibi. De patrimonio, o abolengo Cum verba disiunctiue apponantur colligebat episcopus relatus per Montal. *in presenti, in gloss. 2.* sufficere vt retractui locus esset rem venditam esse tantum patrimonij, vel de abolengo, nam disiunctiua verificatur in vnius veritate & essentia *l. vbi autem non apparet §. qui illud aut illud l. qui stipulatus fuerit illud aut illud §. fin. ff. de verbo obli. l. qui 200. §. vtrum ff. de re. dub. §. pen. inst. de her. instit. neq; requiritur vtrumque verificari ex dictis, & sic, quod si res vendita fuerit tantum in potestate vendentis patris, adhuc tunc fit locus retractui, vel & si fuerit in aui tantum potestate, * quam etiam opinionem sequuntur Cifuen. *quest. 3. & Anto. Gom. num. 3. l. 70. Tauri, & ibi Ferdi. Arias num. 49. & Gometi. Leon, in centuria informati. iuris c. 35.* & hanc receptiorem testatur eam sequens Matienço *hic gloss. 1. num. 50.* de quo valde miror cum habeamus hodie *l. 8. in fine, ibi, anida y heredada, & in l. 15. infra eo. tuu.* expresse decedentes non sufficere quod res vendita fuerit in potestate patris vendentis, vel Aui vendentis vt retractui huic locus sit, verum & requiritur quod venditor eam habuerit & adquisierit titulo vniuersali hereditatis, & sic *por via de herencia* ad eam peruenerit, secus vero si titulo particulari pura doris vel venditionis, ad eius potestatem peruenerit, nam tunc etiam si eam venderet, cessaret retractus, & sic communiter practicatur, ideo merito dixi me mirari de Matienço qui cum dictas leges *8. & 15. cōmentauisset*, hæc non aduerterit, & sic verbum *patrimonio & abolengo*, copulatiue dicendum est vel si disiunctiue, dum tamen pater eam adquisens non vendat eam in vita, sed eo mortuo filius eius ab ipso patre eam hæredans, qui quidem pater titulo particulari eam adquisierat non vero vniuersali titulo hereditatis, ita quod pater vendens vel auus vendens, vel qui liberalius venditor ab abolengo suo eam heredauerit rem quam vendit, vt retractus iure sanguinis locum habeat, vt in multis Franciæ partibus vti asserit Tiraq. *vbi supra titu. 1. §. 32. gloss. unica num. 1.* Ex quo & notandum est cū Montal. *hic in gloss. nota, in prin.* quod si consanguineus * retrahere volens lite pendente moriatur relicto extraneo hærede, cessabit retractus ille, cum*

hæres ille confanguineus non sit per text. *in l. posthumus §. si. ff. de inoffi. testam. sequitur Ca. Tillo. l. 75. Tauri num. 3.* vbi & optimè secus esse dicit in habente partem in re, & hac de causa retrahere volente, nam si hæredem pendente lite reliquit extraneum, procedere poterit ad retractum, quandoquidem rei illius pars ad eum transit, & ex persona sua hac de causa, vel quia proximior est admitteretur, vt inquit Matienço *hic glos. 2. num. 24.* vbi *num. 23.* inquit idem esse si lis erat contestata cum defuncto. Ex quibus & vera est nunc hodie opinio Anto. Gom. *l. 70. Taur. num. 3.* tenentis filium in vita patris non admitti ad rem à patre adquisitam titulo particulari retrahendam * dum pater eam vendit, eo quod eam non hæredauerat pater à maioribus, *quod & tenuit Tiraqu. in de retract. titul. 1. §. 32. glos. vnica num. 3.* sed si pater eam hæredauerat, & ex successione generis ei obuenerat, tunc optimè filius admitteretur ad retractum dum pater eam vendit, *secundum Tiraq. vbi supra & Boeri. in cons. Buturi. tit. de retract. Linag. §. 1. glos. 2. & latius decis. 76. col. 1. & 2.* et si Matienço *hic d. glos. 1. num. 52. & 53.* aliud velit & c. *constitutus, de integ. resti.* loquitur in casu diuerso, scilicet cum pater vendit bona materna filij, vt inquit Tiraquel. & Matien. *vbi supra, de quo, & latius dicemus in l. 15. infra isto tit. & li.* Sic etiam est declarandum id quod inquit Anto. Gom. *di. l. 70. Tauri num. 3.* vbi probat quod fundus quem pater adquisiuit, si ad vnum ex suis veniat filijs, qui eum vendit, admittitur alius filius ad retractum, nam id verum si ad filium vendentem deuenit † ex ipsius patris hæreditate, eodem etiam modo alia quam plurima declarabis, quæ quidem *ex Tira. in d. tract. retractus,* decerpere poteris ne in ijs immoremur aliorum scripta recitando prout Matienço hic intentauit facere, eo quod esset vnum aliud integrum volumen Tiraquelli scribere.

19 Ibi. *vender.* Et sic in donatione * non erit locus retractui, vt per Tiraquel. *de retract. Linagiei. §. 25. glos. 2. num. 1. & in eodem titul. §. 1. glos. 14. num. 90* nam *secundum eum, ibi* de vera venditione est hoc verbum intelligendum, & an in datione in solutū idem sit necne, *in l. 9. glos. secunda infra eo.* videbimus.

Ibi. *T alguno de aquel abo lengo.* Proximiorum intellige, nam id regulare est, vbiunque aliquis de familia vocatur, vt proximior vocatus censetur, * nam quoties plures inuitantur, ad aliquid, inter quos potest cadere ordo charitatis, vel affectionis videntur inuitati ordine successio secundum ordinem affectionis, qui colligitur penes proximiores, *secundum Barto. & magis communiter Doctores in l. Gallus. §. quidam ff. de lib. & post. teste Barto. Socin. consil. 49. num. 1. vol. 1. not. Deci. cons. 1. num. 5. ex text. in §. si plures in l. de legi. ag. succes. l. 3. §. si duo, de legi. iur. l. hæredes mei. §. fin. ff. ad Trebel. idque ex legib. nostris regijs de retractu hoc Linagiel tractantibus clarissimè disponitur, præsertim ex l. nostra: super ijs verbis Matienço *hic glos. 2. in principio* contendit dicere, quod ex eis colligitur, confanguineos proximiores auo vel patri cuius res vendita erat admitti ad retractum, contrarium tamen inquit probari *in l. sequente in fine, vt ibi inquit se dicturum,* & tamen nihil dicit de contrarietate hac, ego tamen dico legem sequentem nihil contrarium legi nostræ disposuisse,*

sed idem potius, nam si filium venditoris ponit in loco ipsiusmet patris vendentis per representationem, eundem locum intrat, quem frater venditoris habebat, & per consequens non disponitur in lege sequente contrarium, sed potius imitando opinionem illam ex iuribus nostris regijs approbatam, videlicet filium præferri patruo magno per representationem in vinculis & maioratibus, sic & in retractu dabitur † hæc representatio & prælatio, cum pater & filius sint vna caro, de quo dubitauit Mierres *de maioratibus. 2. parte. q. 6. num. 8. & 34.* & hoc modo lex nostra non est contraria in hoc sequenti, neque sequens nostræ. Et an filio naturali † competat ius hoc retractus, latissimè est disputatum per Tiraq. & alios relatos per Matienço *hic glos. 2. num. 2. cum sequentibus pluribus, de quo & alibi diximus admittendum esse, & hanc vt veriorum ita & receptiorem testatur Matienço, ibid. n. 3. & allegat Boeri. in consuet. Bituri. titul. de ret. §. 1. in fin. & Cifuentes l. 70. Tauri quæst. 5. dices. ita fuisse iudicatum in ciuitate Ouerensi, & ibi Anto. Gom. num. 4. & Montal. hic verbo camiar. col. 3. Castillo. l. 9. Tauri. verbo, hærederos vbi quoad patrem & quoad matrem idein tenet, vt & infra num. 43. repetemus* nam de consuetudine nostræ Hispaniæ filij naturales nobilitate & prærogatiua parentum gaudent, vt suo diximus loco. Et an filius vel nepos exhæredatus admittatur * ad retractum hunc, & admitti verior est, & receptior opinio, quia iura sanguinis tolli non possunt *l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. l. 3. ff. de int. & releg. & in specie tenent, Ferro. in cons. Burdega. tit. de retract. §. 10. Tiraq. de reira. Linag. §. 1. glos. 8. num. 45. & pen. An. Gom. in l. Taur. 70. num. 5. relati & secuti per Matien. hic glos. 2. num. 10. vbi num. 8. hanc dicit veriorum & receptiorem, contra Cifuent. in l. 70. Taur. 39. quæst. aliud volentem si retrahens graues iniurias venditori intulerit, propter quas posset exhæredari. Et an in personis ecclesiasticis tam actiue, quam passiuè habeat locum noster text. dicendum est quod sic, * *ex cap. constitutus de integ. resti. vbi Anch. 7. not. & Ab. not. 5. & indubitatum esse clericum retrahere posse inquit Tiraquellus dicto titulo primo. §. primo, glos. 8. num. 41. qui refert Afflictis, hanc dicentem communem opinionem, siue clericus sit venditor, siue emptor, siue retrahens, & licet cum clericus est emptor vel venditor aliqui dubitassent, nihilominus idem esse asserunt scribentes in d. l. 70. Taur. & Tiraq. d. §. 1. glos. 13. num. 3. et sequentibus. & communem testatur Afflictis, relatus per Tiraq. d. glo. 8. num. 41. glos. in l. 55. verbo, done, ad medium, titu. 6. partu. a quinta. idem tenet, & verius & receptius hoc esse testatur Matienço. hic glos. secunda, num. 12. & tractat latè Maran. in disputatione 8. nam cum in dict. c. constitutus, summus pontifex id ius retractus clericis concesserit, idem ius contra eos debet esse, *ex tit. quod quisque iuris, nam quod quisque facit, idem & ipse pati debet, vt inquit Aristotel. Ethico. 5. cap. & quia leges ciuiles in foro ecclesiastico seruanda sunt, si canonicis non repugnat. c. 1. & ibi. Doct. de noui op. n. dixi 25. in ru. l. 1. l. 2. su. coram quo tamen indice petatur si clericus est emptor, † dico quod si venditor est clericus & emptor itidem nulli dubiū, quin coram ecclesiastico sit retractus intentandus, sed si venditor est laicus & clericus emptor, hoc dubitabile est***

quicquid tamen alij dubitent, teneo intrepide coram Ecclesiastico sicut in precedenti esse intentandum retractum, nam cum retractus contra emptorem sit dirigendus, & cum eo agitandum iudicium, laicus in clericum nullam habet potestatem eum iudicandi, & sic coram suo iudice conueniendus, si vero emptor sit laicus quamuis venditor sit clericus nulli dubium nisi quod coram seculari est agendum, & hæc procedunt siue retrahens sit clericus siue laicus, & sic teneo & consulo. Sed an in monasterium in quo est proximator consanguineus ius hoc retrahendi transeat, † veriorum & receptiorum testatur Matienço *hic glos. 2. nu. 20.* non transire, eo quod in monasterium nõ transit ius personalissimum consanguinitatis, in quo lex nostra & eius ratio nititur, & quia monachus in hac specie non sibi retrahit, sed alij, hoc est monasterio, & ad monasterij utilitatem & commodum, quod non licet, *ut in hac lege in fine, & in isto nostro titulo dicemus,* monasterium est quædam vniuersitas, & res inanimata, in qua non datur, neque consideratur ius sanguinis, nec perpetuatio † nec conseruatio familiae, *ut in auct. ingressi vbi DD. C. de sacro eccle. & in c. in presentia de proba.* & quamuis monasterium haberetur loco filij, istud est improprie, & † perfictionem, *secundum Bal. in l. filium col. 4. ff. de ijs que sunt sui, & in l. cum acutissimi col. 1. C. de fidei.* neque id quidem temper & indiscriminatim, sed quoad eum duntaxat finem, vt excludatur substitutus sub ea conditione, si quis decesserit sine liberis, de quo tantum agunt prædicta iura monasterium loco filij haberi disponentia *ex sententia eiusdem Bal. in d. l. filium, & in aut. si qua mulier not. 3. C. de sacro. eccle. & Abba. vbi supra. num. 48. vbi alij recentiores,* imo & hoc non est eo quod monasterium loco filij habeatur, quia non habetur *ut optime fundat Mantica, de coniect. ult. vol. lib. 11. tit. 7. nu. 6. & 7.* sed quia, *secundum cum ibi,* fauor religionis hoc operatur, & quia præsumitur, testatorem monasterium non minus, quam liberis hæredis instituti dilexisse, & ideo sicut liberis prætulit substituto, ita etiam deficientibus vel non extantibus liberis, si cogitasset, ipsum hæredem institutum monachum futurum, ipsum monasterium prætulisset, *ut optime per Paul. in aut. nisi rogati. nu. 3. C. ad Tre. Alex. cons. 121. nu. 12. vol. 2. & alij relati per Manticam d. num. 7.* & sic hanc opinionem, quod monasterium non succedat in retractu, tenent Tira. *d. gl. 8. num. 10.* & Anto. *Go. nu. 9. & Cifuen. col. 3. d. l. 70. Tau. & Matien. hic d. l. gl. 2. n. 11. in fine,* qui in n. 20. hanc veriorum & receptiorum testatur. Sed an si monasterium emat erit locus retractui, † dic vt *supra* proxime diximus in clericis, & tunc coram suo iudice erit conueniendus. Et an monasterio vendere rem immobilem monachi & patrimoniale admittetur consanguineus monachi ad retractum, dic quod non, quia res non dicitur patrimonialis, nec per consanguineum, sed per monasterium vendita, in quo non datur ius sanguinis *ut dixi,* & cum à familia exierit cessat retractus, vt docet Anto. *Gom. nu. 10. Cifuen. col. 3. d. l. 80. Tauri,* & hanc veram sententiam esse fatetur Matien. *vbi supra num. 22.* & bene, & sic consultum & tribus sententijs determinatum restatur Peralta. *l. cum patronus, num. 37 pag. 303. de leg. 2.* Et an cessionarius † admittatur dic quod

non, quia istud ius est personalissimum, *ut diximus,* & nequaquam cessibile, & quia repugnat rationes, propter quas datur retractus, vt expresse decidunt Cin. Bald. Sali. & Paul. *in l. ad officium. Cod. communi diuid. & latissime Tira. d. tit. §. 26. glos. 1. per rotam, & alij relati per eum, & per Ant. Gom. n. 8. ad fin. & Cifuen. q. 14. in d. l. 70. & per Matien. d. gl. 2. n. 24. vbi n. 26. cum Tira. in eo. §. 26. gl. 2. in prin. limitat hoc, nisi cessio facta fuerit in aliquem cognatum etiam remotiorum, nam valet cessio, licet non præiudicet proximiori, quominus si velit, retrahere possit, quæ quidem limitatio nullam dubitationem habet: secundo limitatur in retractu conuentionali, hic enim cedi potest, *secundum Tiraq. vbi supra & Matien. vbi supra nu. 26. & 27.* sed an si fundus vendatur per extraneum à regno vbi retractus non datur, & in parte vbi fundus est situs datur, an habebit locum vide Pelaez *de maior. 1. p. q. 58. num. 14. & seq. vbi inquit quod sic, & coram iudice illius loci id fiet.**

Ibi. *Tanto por tanto.* Et sic idem pretium † à re-
trahente præstandum est emptori, quod emptor
soluit, aut soluere fuit per eum promissum, siue
magnum, siue paruum fuerit, neque audiendus
est consanguineus, qui minus pretium obtulit
etiam si iustum sit, quod offert, nec ex contrario
emptor, qui à consanguineo peteret maius pre-
tium, quam dedit, eo quod ab alio maius sibi of-
feratur, id quod iure etiam communi fieri debe-
bat in locis in quibus hæc viget consuetudo, *ut
asserit Iocand. ad Spec. tit. emp. & ven. §. nunc dicendum,
vers. 2. Tira. vbi supra tit. 1. §. 1. gl. 8. n. 4. & 5. §. 2. gl. 3.
& Matien. hic gl. 3. nu. 2. cum sequen. aliq. & probatur
ex l. 55. ibi tanto por ella, tit. 5. p. 5. vbi Gregorius in fi-
ne glossæ, dicit hoc esse verum, etiam si in veditio-
nis instrumento clausula inferatur, & quod plu-
ris valet ei donauit, adhuc enim pretium conuen-
tum soluet consanguineus retrahens duntaxat,
non vero quod donatum est, quoniam clausula
illa perfunctorie & ex consuetudine notariorum
apponitur potiusquam ex mente contrahentium,
*ut attestatur Angel. de hac specie loquens, in l. 2. C. de
res. ven. & sic inquit, quod nõ est magni momen-
ti, ex arbitrio tamé iudicis inquit Gregorius vbi
supra pendere an dicta clausula sit consideranda,
& lequitur Matienço, hic glos. 3. nu. 5.* Ego tamen
nunquã eam considerarem sic simpliciter appo-
sitã in instrumento venditionis, nisi ex aliquibus
coniecturis constaret de determinata voluntate
vëditoris volentis donare, puta si in ipso instru-
mento venditionis diceretur. *Tanque vale tanto
mas, exprimendo clarè expressum hunc, De mi pro-
pria libre y espontanea voluntad y a sabiendas os hago gra-
cia y donacion dello.* Tunc enim teneretur retrahens
etiam id soluere, quia pars pretij est, modo absit
fraus & dolus. Sed an si emptor pretium primo
conuentum auxerit bonam fidem agnoscens, an
& augmentum † teneatur retrahens soluere, tan-
git *hic Matien. d. gl. 3. n. 7. cum 3. seq. & in hoc con-
cludit cū Tira. vbi supra tit. 1. §. 1. glo. 18. n. 54. & 57.*
non teneri retrahentem soluere augmentum, eo
quod in præiudicium consanguinei potentis re-
trahere augmentum non sortitur naturam aug-
mentati, & quia facile esset venditori & emptori
decipere retrahentes, nisi constaret bona fide
factum, puta si in continenti antequam ad alios
actus esset digressio facta, emptor supplementum*

hoc iusti pretij faceret, vel sententia iudicis esset ad hoc compulsus, *ut inquit Tira. vbi supra, nu. 60. cum 3. sequen. & Matien. hic d. glos. 3. nu. 11.* sed quid si emptor proximiori retrahenti dedit aliquid vt desisteret à lite, qui ob hoc desistit, & sic sequens petijt retractum an tenebitur augmentum illud soluere: vide Boeri *decis. 76. n. 7.* Et habes notare quod retractus hic non habet locum nisi in casibus ¶ iure expressis, quorum vnus est lex nostra, alij, *in l. 18. & 19. & 20. infra isto tit. & in l. 20. infra tit. sequente, alius in l. 5. tit. 18. infra lib. 7. alius in l. 13. infra isto titulo. & in similibus,* si qui alij sunt, quæ est optima regula ad plures alias per me positas *in tit. 1. lib. 2. supra vbi non est locus nisi in casibus à iure expressis.* Est tamè notandum quod licet retractus non detur nisi in casibus à iure expressis, ius tamen prælationis pluribus alijs dari poterit in re aliqua in modum retractus, prout licet videre ex Mexia, *in prag. rassa panis, concl. 5. n. 94. cñ pluribus seq.* vbi optima in propositum adducit, puta quod domino fundi datur ius prælationis in fructibus fundi venditis alicui extraneo, vt dentur ipsi domino pro eodem pretio potius quam extraneo, *secundum Bartol. & communem relatam per Couar. libr. 3. vari. cap. 14. num. 6. & in alijs ex legibus supra relatis idem videbis.*

Ibi, *Aya lo antes que otro.* Sed quid si emptor condemnatus tradere re proximiori retrahenti, velit contractum suum emptionis valere, & condemnatione vti, an proximior ille pœnitere possit, & non reemere, neque vti condemnatione illa in fauorem eius facta, ¶ tradit Boeri *decis. 48. n. 2. 6. & 22.* vbi cõcludit late, posse proximio-rem pœnitere & non reemere etiam si in suum fauorem fuerit lata sententia, in hoc tamè casu ego compellerem eum ad soluendum expensas, quas emptor fecit in lite illa, si causam aliquam habuit apparentem propter quam litem illam vsq; ad sententiam defensus est, secus si nullam causam habuisset, nam tunc sibi imputet, & infra repeto, sed an proximio-rem retrahente, & primo emptori reuendente maiori pretio, erunt duæ venditiones, ¶ tradit idem Boeri *decis. 76. nu. 11.* & proximiori reuendere videtur emptor ab eo pretium accipiens & possidere permittens, *secundum eund. Boeri decis. 77. nu. 1. 2. & 3.* quod regulariter non est verum & Boeri. *ibi* quoad aliud propositum loquitur, & ideo emptor primus non tenebitur de euictione, ¶ *secundum Ant. Gom. tom. 2. varia. cap. 2. num. 41.* imo quamuis iste a quo res retrahitur sit obligatus ad aliquid faciendum propter emptionem illam, remanet liberatus à tali obligatione per retractum illum, quia sublato principali contractu omnia in eo contenta sublata celsentur *ex tex. in l. si. ff. de consti. pecu. allegato ad hoc per Suarez l. post rem q. 1. legis regia n. 16. pag. 319.* vbi aliqua ex hoc insert ad gabellas, nam dominium in retractu ¶ reuertitur ad venditorem tempore consignationis pretij, *secundum Boeri. decis. 182. nu. 38.* sed an si data pretione & presentata super retractu partes diuedant ab emptione, præiudicet retractu petenti retractum, ¶ vde per Marantam *in disputati. 9. & clarius Tiraq. de vtroque rer. titulo. 2. in §. 1. glos. 7. n. 18. cum sequent. pluribus. & in tit. 1. gl. 2. §. 6. n. 4. tetigit,* & ponit aliam quæst. bonam in proposito. Quid tamen si proximio-rem retrahente dicat venditor velle sibi habere re illam an sit præ-

ferendus ¶ proximiori illi retrahenti, tradit Cifuen. *l. 70. tauri q. 19. & Ripa l. 1. n. 9. ff. de priui. credi. & Maran. vbi supra.* Et an contra quemlibet possessorem detur, ¶ dic quod intra nouè dies à legibus nostris assignatos, post factam primam venditionem competet retractus contra quemlibet possessorem rei illius, nam licet actio retractus sit personalis non natiua, sed datiua, ¶ quæ vocatur conditio ex lege, est tamen in re scripta, & ideo cõtra quemlibet possessorem intra illos nouem dies intèrari potest, *ut inquit & tenet Cæpola, consi. ciuili. 43. & 65. & Tira. vbi supra, tit. 1. §. 8. gl. 5. n. 6. & 8. & Cassa. in consu. Burgun. rubri. 10. & 11. nu. 2. cum seq. duob. fo. 343. & Maran. in d. dispu. 9. & Ant. Gom. d. l. 60. Tauri in fi.* Sed an fructus rei retractæ erunt retrahenti præstandi, ¶ tradit Couar. *lib. 1. vari. c. 15. n. 8.* Et an infanti & filio fam. competat ¶ ius hoc, vide Boeri *decis. 138. & Soci. Iunni. cons. 4. n. 12. cum seq. vol. 2.* Et quid si est filius legitimatus an detur ei ius hoc, *glos. rodas post prin. in l. 4. tit. 15. parti. 4. inquit* quod sic, quod tamè intellige non existere filio alio legitimo & naturali, nam si legitimus ex vtroque latere coniunctus præfertur in hoc casu filio tantum ex vno latere cõiuncto, *secundum Cifuen. hic q. 3. & Tira. de rer. tit. 1. §. 11. & Matien. hic gl. 4. n. 3.* quanto magis præferretur filio legitimo: Item quia legitimatus *ex l. 12. Tau. gaudet nobilitate & prerogatiuis parentum, ut ibi dixi, quæ est l. 10. tit. 8. supra isto lib. & tamen legitimis & naturalibus filijs existentibus nõ succedit, vt ibidem disponitur.* Et sic in proposito dictum est, quod tunc ad retractum admittantur si legitimi & naturales deficiant, quibus deficientibus admittendi sunt, nã si vt in hac lege dictum remanet filij naturales tantum admittuntur ad hunc retractum, vt *supra n. 22.* diximus cõtra Didac. Perez *in libr. 4. ordina. col. 1327. versiculo inferitur secundo,* & contra Castillo *l. 84. Tauri n. 24.* quanto magis admittendus est legitimatus. Et an Bannito cõpeteret ¶ ius retrahendi, tradit Tiraq. *in d. §. 1. glos. 9. nu. 27.* qui cogitandum relinquit, & Benedictus *in c. Reynut. verbo in cod. testam. cl. 1. nu. 143. de testamen. & Cifuen. in l. 70. Tauri q. 12. inquit* quod sic, idque clarius procedit *l. 4. Tauri attentata, quæ est l. 3. titulo. 4. supra isto lib.* qua quidem disponitur etiam ad mortem condemnatum iam non effici seruum pœnæ, & sic testari posse, qua de causa etiam cõdemnato ad mortem comperit hoc ius retractus, *secundum Cifuen. vbi supra q. 12.* ergo, & Bannito competet. Sed an vxori competet ius ¶ hoc retractus ad rem adquisitam durante matrimonio & per maritum venditam, & videtur quod sic, quia cõiuncta persona dicitur *secundum text. in l. fin. §. fi. C. de furt.* sed quia coniunctio hæc, *secundum Bald. ibi intelligitur de sacramentali,* ideo sine dubio tenendum est, non admitti, & quia quoad eam non potest dici rem venditam esse de patrimonio vel abolègo, & hanc partem late fundat & probat contra Castillo, Gregorius Lopez, *in l. 56. tit. 5. partita 5. in glos. communalmente, versiculo facit hoc ad aliam questionem.*

Ibi. *I si doso mas la quisieren.* Quid tamen si vnus tantum ex proximioribus consanguineis dicat velle retrahere, & offerat totum pretium, alij tamen consanguinei in eodem gradu existentes nihil dicant, an debeant requiri si velint pro tanto ¶ retrahere, & si nõ fuerint requisiti an ille solus extrahet

extrahet totam rem, an vero tantum partem ei pertinentem respectu consanguineorum in eodem gradu existentium, an vero si non sit necesse alios requiri compelleretur retrahens præstare satisfactionem de restituenda parte cæteris consanguineis in eodem gradu existentibus & partes suas volentibus, & videbatur dicendum quod sic, nam si *ex text. nostro* alij debent admitti consanguinei in equali gradu, merito quod requirendi sunt, quia quos negotium tangit, certiorandi sunt, *ex l. quod iussit & eius materia ff. de iudi.* Item argumento doctrinæ Paul. Castren. *in l. si quis aliam, ff. de solutio. num. 3.* dicentis quod si duo vendiderunt simul rem aliquam cum pacto de retrovendendo si intra certum tempus venditores pretium restituerent, quod si ambo veniant non tenetur emptor rem vni eorum restituere etiam si totum offerat & pretium, ergo sic & in casu nostro: nihilominus tamen contrarium in nostra quæstione est asserendum imo quod non requiratur alios consanguineos requiri, sed petens ille retrahet totam rem, tum quia hoc iure non reperimus expressum, tum etiam quia tunc consanguinei alij in eodem gradu existentes admittuntur quoties omnes petunt, & se velle admitti ad retractum declarant, nõ vero aliàs, prout *ex verbis nostris colligitur*, item quia si aliud dicere mus asserendum itidem esset, quod venditione facta esset consanguineus proximior per emptorem requirendus an vellet retrahere, quod nemo vnquam dicit, neque leges nostræ requirunt, neque vnquam fuit admissum in practica, igitur & in nostro casu dicendum est quod vno ex consanguineis petente retractum alij in eodem gradu existentes requirendi non sunt, sed petenti & totum pretium offerenti res tota est tradenda, imo non audiretur si vellet pro parte sua retractare, eo quod ius reuendendi & est indiuiduum, & ius itidem retractandi quia continet rem tradi, quod indiuiduum est. *l. stipulationes non diuiduntur ff. de verborum obligatio. quam ad hoc allegat glos. penul. in fi. in l. 55. titu. 5. partita 5.* & sic quamuis plures indifferentes res vendantur vno tamen pretio omnes extrahendæ sunt per retractum & non vna absque alia, *ut in l. infra isto titu.* neque obstant in contrarium pro prima opinione adducta, quia dicta l. de vnoquoque plurimas fallentias patitur, & vna earum est, quoties ille ad quem principaliter negotium tangit passus est alium agere etiam sequentem in gradu, nam tunc quauis non vocetur præiudicat ei ac si ipse egisset. *secundum Tiraq. in tracta. res int. alios dicta numero 56. limit. 20.* hic tamen existentes in eodem gradu dum non exeunt intra nouem dies & passi sunt alios agere, ergo præiudicatur eis & lapsis noue diebus audiendi non sunt: item etiam quia petentis iustitia non impedit alijs in eodem gradu existentibus petere si velint intra noue dies, imo quamuis petenti statim emptor traderet re, intra nouem dies ab illo retrahente possent alij consanguinei æquales in gradu cum eo ab eo petere partes suas, igitur cessat primum fundamentum: neque in idem obstat doctrina illa Pauli & Castren. quoniam contra eum est tenendum cum Ias. *in dicta l. stipulationes non diuiduntur num. 21. fol. 1.* nam offerendo totum pretium cessant fundamenta Paul. ubi supra & Bartol. *libidem & in l. cui usufructus*

abus, ff. de usufructu legato, & contra Paul. & Bart. tenuit etiam Socinus relatus & secutus per Antonium Gomez, *tom. 2. c. 10. n. 25. versiculo, sed pulchrum dubium*, & hanc quæstionem à nemine usque adhuc vidi tactam. Quid tamen si res illa ad quam retrahendam plures in eodem gradu concurrunt consanguinei est indiuidua, & eo quod non recipit commodandi visionem, quid fiet, & videtur dicendum quod erit locus sorti, quia in ambiguis, & dubijs per sorte videtur rem dirimendam, sed quia iudicium sortis non habet locum nisi in casibus à iure expressis, vt diximus inter regulas à nobis positas *sub tit. 1. li. 2.* vbi non est locus nisi in casibus à iure expressis, ideo cautela adhiberi posset petenti & volenti totam re, quod præueniat in petendo, & si emptor replicauerit quod adsunt alij in eodem gradu consanguinei, & sic quod omnes debent participare, & quod ipsis notificetur, tunc petens dicere poterit & petere, quod tota res sibi adiudicetur offerendo se satisfacturum alijs consocijs suis partes suas iusta æstimatione, quia res est indiuisibilis, argumento *text. in l. 1. §. si pecun. ff. de posi. vbi habetur, quod si quis deposuit penes alium rem, cuius restitutio est aliquo respectu indiuidua, vnus ex hæredibus poterit petere totam re præstita satisfactione de reddenda parte, vel eius æstimatione alteri cohæredi, prout in terminis illius textus decidit Iaso. in dicta l. stipulationes non diuiduntur, nu. 21. ff. de verborum obligat. quem & Socin. idem tenentem refert & sequitur Antonius Gomez dicto cap. 10. num. 25. versiculo, sed pulchrum dubium: verumtamen quia cautela hæc non satisfacit quæstioni cum omnes interesse prætendentes simul rem petunt, ideo in hac quæstione si iudex essem, omnibus consanguineis in gradu eodẽ existentibus & retractum intentantibus similem rem indiuiduam petentibus integram adiudicarem, & tradita re & possessione eius omnibus, vel ipsi se concordabunt in fructione rei illius, vel prouocabunt ad diuisionem, quod si diuidi non potest, vni eorum iudex adiudicabit eam cum grauamine, quod alijs socijs in ea partes suas soluat in vera æstimatione per æstimatores facienda, nam in diuisione similitium rerum plurimum à iure tribuitur eius arbitrio, & vt ponderet quid erit rectius facere, vt apparet *ex l. item Labeo, §. 1. & l. antepenul. ff. famil. heres. & ex §. si familia, ff. de offic. iud. & oprimal. l. 10. tit. 15. partit. 6.* vbi glos. 1. inquit hac de causa posse iudicem vni adiudicare proprietatem, & alteri vsum fructum, & Ias. *in §. quadam num. 10. instrit. de actio. velut inquit glos. o los dos, in d. l. 10. inter ipsos subhastetur res ipsa & maiori licitatori adiudicetur, ex l. 1. & l. ad officium. C. communi diuidun. ut & tenet Bald. & eius additio. in l. iubemus. la. 2. C. de sacro. eccle. & Lucas de Pena in l. 2. colum. 2. in medio, C. de meta. lib. 12. & Alex. in addi. ad Bart. in l. penul. verbo fructus, C. communi diuid. & Paulus consilio 92. & Capiti. decisione Neapolita. 36. & Anton. Gom. d. cap. 10. num. 10. & Ayora de partitionibus, cap. 1. n. 3. & cap. 3. num. 26. partit. prima, & quæstionem hanc proposuit Cifuen. in l. 70. Taur. quæstion. 2. vbi dicebat maiorem partem habenti dandam, prout voluit Bald. in l. sancimus in princip. C. de donatio, relatus per glos. illam dict. l. 10. & Lucas de Pena, in l. 1. colum. 2. C. quando & qui 4. pars debe. Corneus consilio 282. volumine 1. qui quidem consilio 81. volum. 2.**

late contrarium disputat, sed quia in nostra questione non potest dari maior pars in vno consanguineo quam in alio in re illa retracta, ideo plus placet quod inter eos tunc deueniatur ad licitationem & plus offerenti detur, postquam retracta est, & vsque ad quantum tempus sit facienda licitatio, declarat Capiti. *Vbi supra*, & an pluries licitanda sit, tradunt Castillo, & Palacios Rub. in l. 10. *Tauri* vbi idem tenent quod deueniatur ad licitationem. Quid tamen si duo vel tres consanguinei in eodem gradu existentes, & retractum intentantes in prosecutione & petitione defecerint, vel in adimplendis alijs diligentijs requisitis à iure, an hoc præiudicabit alijs omnes diligentias recte faciētibus, & excludentur vni propter negligentiam ꝛ aliorum, & videbatur dicendum quod sic, *ex dictis per Antonium Gom. in d. numero 25. illari. 7. maxime in 7. 8. & 9. illationibus ibidem propositis*, sed nihilominus teneo, quod si ex parte consanguineorum aliquorum petentium, diligentia ad sint bene & rite ac recte facta & totum pretium oblatum, ipsis competit retractus, alijs negligētibus exclusis, culpa enim vnus non debet alteri nocere, & delicta suos debent sequi autores, *pro quo in argumentum est text. optimus in l. fin. C. de postu. tam in casu, quam in ratione, vbi probatur, quod industria non debet soluere pœnas desidia, & dicta per Anton. Gom. pro prima opinione relatum, procedūt in actionibus & obligationibus indiuiduis, & vbi nullus pro parte sua petere potest, sed omnes insimul & non vnus sine alio, in retractu vero quilibet potest per se petere, consulo tamen, ut insimul omnes vno libello & vna actione experiantur, & vnummet pretium solum modo offerat, quia tunc omnibus noceret diligentiarum omisio, sed vnusquisque de per se petat, & offerat totum pretium, & fortassis hæc erit bona cautela, vt alij negligentes sint in faciendis diligentijs ex parte sua, & sibi totam rem capiet, quia vigilantibus & non dormientibus iura subueniunt, & hæc est noua quæstio à nemine, quem viderim tacta. Sed an tempus nouem dierum à legibus nostris datum ad intentandum retractum currat omnibus consanguineis insimul, dic quod sic, quia lex nostra, & similes omnibus hos tantum nouem dies assignant, *ita tenet Antonius Gom. in l. 70. Tauri numero 21. & probatur ex l. 12. infra eod. & per consequens qui retrahere voluerint intra hos nouem dies tenentur diligentias facere, aliter enim excludentur, prout post hæc vidi tenuisse etiam Martienco, hic glos. 4. numero 2. & Cifuentes d. l. 70. Tauri quæstione. 2. & 6. & Montal. hic glossa magna columna. 13. & est sine dubio, aliter enim qui intra hos nouem dies diligentias fecerit capiet brauium: nam ex multis, qui sunt eiusdem gradus quilibet insolidum admittitur quasi iure accrescendi si cæteri nolint, vt respondit Paulus Castrensis consilio. 221. columna. 2. lib. 1. & consilio. 74. ad fi. lib. 2. Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 11. glossa. 11. neque refert quod vnus veniat hodie alius cras dum modo intra nouem dies, vt per Martien. vbi supra numero 1.**

Ibi, *En y qual grado. Vsq̄ue ad quartum gradum, vt probatur l. 12. infra eod. vbi dicemus qualiter tunc computatio fiet.*

Ibi, *Partanlo entre si. Idem iure communi in retractu municipalis procedere asseuerat Guilli-*

mus Benedict. in cap. Rainutius, in verbo *uxorerna nomine numero 608. & Afflict. in tract. protomiseos, §. 1. numer. 42. & Sebast. Neapolita. in consuet. de iure congrui, in fin. & Tiraquel. dict. §. 11. glossa 10. numero 3.* quoties enim aliquid competit speciale pluribus nomine collectiuo cognationis, vel familiae, proximiores in eodem gradu ꝛ existentes concurrunt, & simul eo iure gaudebunt, *l. cum ita, §. in fideicommissis & l. peto, §. fratre, de leg. 2. cum concordantijs traditis à Ias. cons. 215. col. 2. volum. 2. & Tiraq. d. §. 11. in glos. 4. num. 2.* neque æquum est, vt alterius festinatione alterius ius lædatur, *vt l. cum solus, ff. de acq. her.* Sed an idem erit quoties duo aut plures Domini rei vnus retrahere volunt partem quandam illius rei ab alio tertio in eadem re habitam & possessam ac venditam, ita vt retrahentes æqualiter ꝛ diuidant inter se, eo quod in iure retrahendi sunt æquales, quia vnus non potest alium excludere, ita quod non sumus in casu l. 13. infra eo. & in hac quæstione, videbatur dicendum, quod idem esset in eis sicut in pluribus consanguineis eiusdem gradus retrahentibus, ita vt æqualiter diuidant rem illam inter se, ex text. nostro, vel saltim pro rata partis cuiuslibet eorum: nihilominus in foro Ecclesiastico vidi disceptatam hanc quæstionem, & licet duabus sententijs pronuntiatum fuit omnes admittendos pro partibus suis, vltima tamen sententia in curia Romana lata, pronuntiatum fuit probante maiorem partem, & ei adiudicata res illa, & vidi executoriales de hoc, & faciunt pro hoc dicta per nos *in hac lege in glos. 3. si dos o mas, ad fina.* nam & in pluribus iuris partibus maiorem partem habens priuilegiatus reperitur, *vt in lege maiorem partem, ff. de pãtis. l. 5. tit. 15. p. 5.* imo si creditores sint masculus & femina pars masculi vt pote maior præfertur, cū maior sit dignitas sexus virilis *text. & ibi glos. 2. hoc sentit in l. 2. ff. de senator, & ita visus fuit tenere Cifuent. in l. 70. Tauri quæst. 2.* loquitur tamen Cifuent. cum res erat indiuisibilis, prout fortassis erat illa de qua dicta sententia Rotæ pronuntiauerat, nam si diuisibilis erat, vnique pro parte sua esset danda pars prout in primis duabus sententijs fuerat prouisum. Dictum tamen de masculo femina præferendo in nostra materia non procedet *secundum Cifuent. hic quæstione 4.*

Ibi, *Ayalo el mas propinquo.* Idem disponitur in l. 12. infra eod. idque regulare est, quoties familia agnatio aut domus vocatur, *vt in hac lege dictum remanet*, sed an requiretur probari per hunc consanguineum retrahentem se esse proximiorum, vel sufficere probare se esse proximum ꝛ consanguineum absque eo quod probet nullum alium eum antecedere, & in hoc dico sufficere probare se consanguineum, neque tenetur probare se esse proximiorum, vel non esse alium proximiorum, *vt concludit eleganter Cuman. cons. 43. & Capitius, decisi. Neapol. 159. num. 11. & Molina, de primogen. lib. 3. cap. 9. num. 21. & 22.* nam proximus dicitur, quem ꝛ nemo antecedit, *l. 2. §. hæreditas, & §. legitima, ff. de suis & legi. her. l. 1. §. proximus, ff. vnde cognat. l. proximus, ff. de verb. signi. l. proximi, & l. in vulgari in principio, ff. eod. titul. & Martienco, hic alia allegans, glos. 5. nu. 1.* quod intelligo si alij non concurrant ad retractum, nam alijs concurrentibus tenetur probare si eos vult excludere se illis esse proximi-

proximiorē vel vt cōcurrat cum illis probabit esse in eodē gradu, prout posthac vidi per ipsū Marienço d. glos. 5. hic, num. 3. & 4. consideratam, vbi num. 5. ex Decio. 322. num. 6. hoc limitat quoties quis probat gradum consanguinitatis, nam non sufficet probare se consanguineum, etiam alio cum eo non cōcurrēte ex aduerso ad retractum, nisi gradum probet, vt per Tiraquel. vbi supra §. 11. glos. nu. 9. & iterum §. 1. glos. 16. nu. 1. aliter enim esset incerta probatio, cū non constet an sit intra quartum gradum, & sic gradū tenetur probare, vt late per Pelaez in tract. de maioratu. 2. p. q. 7. num. 15. cum sequentibus aliquibus, vbi nu. 17. hoc declarat procedere, vbiq; est quæstio & controuersia inter duos cōsanguineos, qui ambo prætendunt esse vocatos ad maioratum vel ad aliquam aliam rem, tūc enim necesse est quod vterq; distinguat cōsanguinitatis & lineæ gradus, secus vero si litiget cum filio vel cum alia persona, nam tunc non tenebitur præcise probare gradus, sed sufficet probare se cōsanguineum, & allegat ad hoc Cūma. & Alexan. & alios quorū doctrinam ego sublimitare nisi essemus in casu in quo lex gradum limitaret, nam tūc licet non teneretur probare specificē gradum, tenebitur tamen probare se esse intra gradum illum à lege requisitum profundanda sua intētionē, quia est eius fundamentum, ex quibus dico quod in concursu aliorum cōsanguineorum tenetur probare gradū omnino, vt sciatur quis sit proximior, sed si agatur cōtra emptorem solū, sufficet probare se esse intra quartum vel in quarto gradu consanguinitatis, & sic sunt supra dicta declarāda & intelligenda. Sed an in materia retractus præferendus erit filius venditoris fratri † ipsius venditoris dicendū est quod sic ex l. sequente, & in hac lege diximus, quod in tantum verum dicit Anto. Gom. 10. 1. cap. 1. n. 8. & 11. quod etiam si nepos hic natus sit post mortē aut adhuc præferatur. Et an ascendētib; competit ius hoc retractus † dic quod sic cum ex legibus nostris requiratur quod res vendita sit habita titulo hereditatis à maioribus, & ita tenuit Tiraq. vbi supra tit. 1. §. 11. & eo relato Marienço, hic glos. 4. n. 8. Quiquidē Marienço, in præsentii glo. 5. n. 8. quærit an si vendatur fundus vni ex propinquis & consanguineis intra quartum gradum an proximior eius admittetur † ad retractum, & itidem in n. 16. quærit an consanguineus eiusdem gradus, quo est emptor admittetur cū emptore, & in vtraque quæstione partem affirmatiuam sequitur scilicet, in illa proximiorē excludere emptorem, & in hac quod equalis in gradu concurrerit cū emptore, & veriores has esse dicit opinionēs, & primam itidem receptiorem vocat, & quia vt tales sunt amplectendæ non est recedendum ab eis, licet mihi non ex toto satisfaciant, & præsertim posterior opinio secundæ quæstionis, nam leges nostræ tunc admittūt proximiores vel æquales gradu, quoties venditio sit extraneo, sed si illi de eodē genere, deficit ratio retractus, cum in eodē abolengo remaneat, ergo deficit dispositio, sed quia veriores contrarias opinionēs testatur Marienço, & receptiorem primā primæ quæstionis opinio posset dici talis cum in idē recidant ambæ quæstiones, non est recedendū ab eis, alibi tamē fortassis latius videbimus.

Tom. 3.

Ibi, *Que la heredad.* Et sic in mobilibus vel se-mouentibus non est locus retractui, vt diximus supra in prima glos. & tenet Cifuen. hic quæst. 22. & sic in decimis non habebit † locum retractus, secundum Rebus. in tractatu de decimis quæstio. 10. n. 2. neq; in rebus incorporalibus, & sic in distractu seruitutis, putā si Titio debeo seruitutē, quam vendic mihi, & sic distractum de ea facit, filius eius vel consanguineus non potest retrahere, secundum Menes. l. si aqua nu. 87. C. de serui. & aqua, neq; etiam locū habet retractus in alienatione vtilis domini remanente directo, secundum Couar. libro 3. varia. cap. 11. nu. 3. vbi etiam n. 4. plura infert, & maxime in venditione vsusfructus non datur retractus, licet domino fundi detur ius prælationis in fructibus venditis per colonū extraneo alicui, prout diximus in hac lege & tradit Oros. super ff. veteri. col. 952. in fine. & hanc receptissimam sententiā vocat Mexia. in pragmat. panis, conclusione. 5. nu. 111. & 112. in fine, sic & scholaris in conductione domus præfertur conductori non scholari, secundum Antonium Gomez Tom. 2. c. 3. nu. 5. & Didac. Perez libro 1. ord. col. 74. in medio. retractus vero iure vicinatis non datur, secundum glo. pen. in dict. l. 55. tit. 5. part. 5.

Ibi, *Et despues que fuere vendida.* Et sic statim quod conuentū est de pretio, ex principio, & in §. pretium inst. de empti. & ven. vbi simul atq; de pretio conuentum est perfecta est venditio, & sic abinde nouem dies currunt † vt tenuit Moralū. in præsentii, & Cifuen. in l. 70. Tauri. quæst. 26. & ita practicarum vidisse asserit Anto. Gom. in dict. l. 70. nu. 16. quamuis contrarium teneat Boeri. dccif. 112. nu. 3. cum duobus sequentibus, nam contra eum est veritas, vt & tenet Couar. libro 3. varia. cap. 11. n. 2. Imo etiam si tantum arrhæ datæ sint nomine solutionis, & pagamenti adhuc tunc locus est retractui, secundum Cifuen. vbi supra, quæstione. 27. vbi & quæst. 28. idem esse ait etiā si rātum sit habita fides de pretio, & sic ante traditionem & ita posthac hanc communiorē dicens, examinat Marienço hic, glos. 6. numero 3. vsque ad. 29.

Ibi, *Hasta nueue dias.* Dicitio hæc hasta an stet in præsentii exclusiue vel inclusiue, & sic quod dies termini cōputetur in termino, & licet id dubitabile sit, eo quod sunt hinc inde opinionēs & regulæ, antequam multo scriberet Marien. super hoc libro 5. cuius lecturam cum quatuor præcedētib; ego scriptam habebam, dubiū hoc super ijs verbis descriperam, & tenui opinionē, quam & nunc teneo, scilicet quod dicitio hæc, hasta Latine, vsque, in præsentii apponitur, inclusiue † ita quod dies ille termini computetur in termino, tum quia hæc est de iure communior opinio, vt attestatur Villalobos in antinomia iuris ciuili & regij litera, D. n. 10. vt & in l. 9. infra eo. verbo. desde. repere-mus, tum etiam quia cum vt diximus retractus sit odiosus de iure, restringenda sunt tempora eius potius quā amplianda, curret tamē de momento ad momētum, ita vt si de hora factæ venditionis constet abinde currāt ij nouem dies, cum de iure de momento ad momētum currant termini, secundum Bar. & omnes in l. 1. ff. si quis cautio. per text. expressum in l. 3. §. minorem ff. de minori. & dixi in meo tract. de Decurio. libro 4. cap. 2. n. 5. & 6. sed si de hora non constat totus dies ille est computādus, vt ibi dixi, & quia id regulare est ob euitādum odium, vel fauorem adipiscendum, secundum Tiraquell. de vtroque retra. tit. 1. §. 1. glos. 11. num. 45. idque clarius

H h 3

deduci-

deducitur ex l. 9. infra eo. ibi, desde el dia del remate, vbi à die subhastationis iudicialis inquit hos nouem dies esse numerandos, ergo statim, quod subhastatio vltima facta est, nam dictio illa, desde, idem quod post significat, secundum Tiraq. in l. si unquam verbo & postea, nu. 21. C. de reuo. donatio. & sic teneo nouem dies de momento ad momentum currere, aliter enim dies feriatu non computarētur, prout cōputantur, sed si de momento non constet totus ille dies factæ venditionis cōputatur in termino, vt tenent Pal. Rub. nu. 34. & Anto. Gomez nu. 25. in dict. l. 70. Tauri. & Due. regal. 197. in fi. & sic vltq; nunc vidi numerari. quicquid velit Marien. hic dict. gloss. 6. nu. 1. Ex quo inferitur quod cum antea lege sequente attenda, nouem ij dies currant contra minores absentes & pupillos, current & contra eos à die perfectæ venditionis palam & bona fide factæ, neque requiritur tunc traditio, sicut neq; contra presentes requiri diximus in glo. precedente: quicquid voluerit dicere Anto. Gomez, vbi supra numero 16. versic. quarto quia, & quicquid esset de iure ciuili communis in contrarium, vt apparet ex Boeria, decis. 112. numero 8. & 9. cum communior vt dixi sit in contrarium, & quia ex legibus nostris traditio non requiritur siue sint presentes siue absentes minores ij, item si lex sequens inquit contra ignorantes etiam currere hos nouem dies, quomodo est spectanda scientia absentium, nam non curreret contra ignorantes si hoc spectaremus, ergo vera est nostra conclusio & opinio, quā quotidie praticari & seruari asserit Cisuen. in dict. l. 70. Tauri. in gloss. las nueue dias, in 1. & 2. questione. neq; obstant adducta per Socin. Iunior. cons. 4. numero 29. & sequentibus vol. 2. quia vt ex ibi dictis colligitur loquitur in terminis statuti notificationem venditionis specialiter fieri requirentis. Est tamen notandum, quod si culpa & malitia venditoris & consanguineus venditionem ignorauit, tunc à die scientiæ currēt ei ij nouem dies, secundum Didacum Perez, in Rubrica, tit. 11. lib. 3. ordinamen. col. 7. 40. in principio, questio. 48. & quando dicitur fraudem talem adesse ex parte venditoris, ultra Didac Perez vbi supra, tradit Capiti. decisio. Neapol. 38. numero 1. inquitque Auiles cap. 1. practo. gloss. fin. in fine. fol. 67. col. 4. in fine, quod si diu stetit actus occultus præsumitur fraus, & sic si diu stetit venditio occulta potest peri retractus à oie, quo scitur & scriptura palā sit. Aliud etiam & non minus singulare est notandum, scilicet, quod si post lapsum horam nouem dierum emptor requirat consanguineum & an velit retrahere rem illam quod ei præstet pretium, quod etiam illis nouem diebus elapsis per citationem suam c ei ius adquiritur, vt retrahere possit, secundum Rubiuff. in concor. tit. de constit. gloss. interesse putantes, pag. 49. ad fin. & voluit Tiraquellus de vtroque tit. 3. §. 1. gloss. 9. numero 45. Versiculo. quintus casus, quod si ante venditionem consanguineus fuit requisitus an vellent emere, & dixit quod non, quod perfecta venditione potest retrahere, neq;

63 vbi prædicauit & eo quod maluit spectare venditionem & interim colligere pecunias necessarias ad retractandum. Quod tamen tempus dabitur ex retractu per partes promisso ex pacto de retractu, & si terminus intra quem pacto illo retractu, non assignetur. Vide per Villalobos, in Azarario com. opi. litera R. numero 82. Quid ta-

men si vendatur hac conditione, quod si infra 18. menses restitutum fuerit pretium habeatur venditio pro non facta, an ex die huius contractus currant nouem ij dies, vel ex die lapsus illorum. 18. mensium, tradebat Guido Papæ, decisione 257. num. secundo, vbi inquit, quod à die contractus retrahet proximior cum conditione illa, quod si intra 18. menses pretium reddatur restituet rem illam quasi conditio hæc pura non vero conditionalis sit, aliter enim emptor fructus non faceret suos, ex l. necessario, §. quod si pendente. ff. de peri. & com. rei ven. l. 2. ff. de in diem addict. & hanc veriorum testatur Tiraquellus vbi supra, §. 2. gloss. unica, quem posthac sic tenens refert Marienço, hic, glossa 6. numero 42. & 43. Sed an idem sit in contractu conditionali & quicquid sint hinc inde opiniones, verior tamen & receptior est opinio, quod nouem dies retractus currunt à die conditionis impletæ, & non à tempore contractus, quam tenuerunt, Gulliel. de Cun. & Alberi. l. 1. §. annus, ff. quan. act. de pecu. an. sit per text. ibi Tiraquellus, vbi supra, §. 1. gloss. 10. numero 45. Montalu. hic, verbo nueue dias, sub l. 13. titul. 10. libro tertio, fo. Cisfuent. l. 70. Tauri. pen. col. & ibi Gomez Arias, numero 31. & Anton. Gomez numero 21. & in tom. 2. vari. cap. 11. numero 29. versicul. quartus effectus, & Couar. libro 3. vari. cap. 11. numero primo, quos alios referens & hanc veriorum & receptiorum testando sequitur Marien, dicta glossa 6. numero 31. vbi à num. 29. vsque ad 39. prosecutus est hanc questionem. Est tamē verum quod si consanguineus vellent intra nouē dies à die contractus numerandos retractum intentare, posset optime, vt late resoluit Tiraquellus, vbi supra, §. 1. glossa 2. numero 21. 26. & 27. securus iure optimo per Marien, dict. l. 6. numero 41. & tunc eodem modo sicut supra diximus, concedetur retractus scilicet, si conditio aduenerit, & impleta fuerit, & hoc præsertim si ad traditionem fuerit deuentum pendente conditione, ex l. dotis fructus, §. vltim. & sequen. ff. de iur. do. quam ad id appendunt relati per Tiraquell. vbi supra libro primo, §. 11. gloss. 2. numero 18. & sequentibus, & Marien. vbi supra, numero 40. Sed si consanguineus noluerit ante impletam conditionem retractum intentare, poterit optime, etiam si pendente conditione sit processum ad traditionem rei venditæ, cum Anton. Gom. tomo 2. vari. cap. 11. numero 29. ad finem, Marienço, dict. gl. 6. numero 41. contra Tiraquell. vbi supra glossa 10. §. primo, numero 52. & 53. In re tamen vendita alicui pro annuo censu redimibili à die celebrati contractus currunt ij nouem dies non vero à die redemptionis & census, secundum Couarruias, libro tertio, vari. capite undecimo, quem sequitur hic Marienço dicta, glossa sexta, numero 44. contra Tiraquellum titulo secundo, de retract. conuentio, §. secundo, glossa, vnic. numero 85. & sequentibus. Et quid si quis nomine alterius vendat, an retractus tempus currat à die venditionis vel ratificationis in lege sequente in glossa, tutore curador. dicemus volente Deo.

Ibi, vendida, Ergo secus dicendum in re pignoratata vel hypothecata pro tanta quantitate & vt nulla sit spes luitionis, nam in ea non erit locus retractui, affectio enim, quam ad rem patrimonialem sic pignoratam & hypothecatam habet pignorans vel hypothecans eam, tollit presumptionem de non luendo, & efficit vt credendū sit luendum

lucrum esse ab ipso pignorante vel hypothecante, ex l. si in emptionem, ff. de pignori. & praesertim, quia non center alienata, nec legatum per
 70 talem pignorationem center tunc reuocatum secundum Paul. Cast. l. qui post, C. de lega. Palat. Ruben. in Rubrica de dona. §. 69. numero 10. Rip. l. filius su. §. diui. numero 3. de leg. 1. & in l. 1. nu. 12. ff. de pigno. Tiraquell. in praefatio. de retractu. tit. 1. numero 36. in fine, & placet mihi haec opinio, quam contra Anton. Gom. l. 70. Tauri numero 23. & Tiraquell. vbi supra, §. 1. glos. 14. numero penult. sequitur Matienço, hic gl. 7. numero 12. & 13. sicut neque secundum eum ibi numero 14. & numero 15. non itidem erit locus retractui in transactione, neque in diuisione tunc contra
 71 Tiraquell. in dict. gloss. 14. numero 60. usque ad 76. & numero 76. & 77. Sed an in datione in solutum
 72 erit locus tunc retractui, & in hoc quicquid Tiraquellus in dict. gloss. 14. numero secundo, & sequentibus disputauerit, & Matienço, in praesenti glossa 7. num. 1. usque ad 12. sine dubio tenendum est quod quoties datio in solutum habetur loco venditionis habet locum retractus, & tunc dicitur vicem venditionis obtinere, quoties datur species pro quantitate, ut ex text. in l. si praedium, C. de emptione. l. eleganter, in princi. & ibi Bart. Bal. & Paul. ff. de pigno. acti. l. fin. ff. ex qui. cau. in pos. ea. l. si plus versiculo, & si iussu. ff. de emptione. l. sequitur, §. de illo vers. idemque fore, ff. de usucap. l. apud Celsum, §. si quis autem, ff. de doli except. l. senatus consulto. in princip. ibi quamuis non ut vendat detraxit, sed ut exoluat, de leg. 1. vbi probatur etiam id procedere in constitutione pœnali, ut ibi notant Alberi. & Ias. nota 5. qui eam legunt cum §. separauit, & sic dixit Aretinus cons. 32. quod quidquid de venditione dicitur & in datione in solutum locum habet, adeo ut & in statutis hoc procedat, ut per Tiraquellum dict. gloss. 14. numer. 4. idque etiam in datione in solutum à iudice facta, quae ab aliquibus necessaria vocatur locum habet, ut per Tiraquellum vbi supra numero 13. & sequentibus, & Matienço dict. gloss. 7. nu. 10. hic qui & fundat ex l. 9. infra eo. quae erat 70. Tauri disponente habere locum retractum in venditione necessaria. ergo & in datione in solutum necessaria, quippe quae iure nostro regio aequi parentur, ex l. fin. tit. 27. partita. 3. ibi, como en manere de compra, & diximus supra eod. n. 6. & ex ibi dictis per me & per Matienço, in glo. 1. & 2. apparet dispositionem eiusdem legis. 6. esse differentem, à nostra materia, & ideo non obstare huic nostrae opinioni, intelligenda tamen est haec nostra opinio quoties datur species pro quantitate, secus si species pro specie, nã tunc non diceretur venditio, datio in solutum, sed permutatio potius, secundum gloss. Cyn. Bar. & alios, in l. libera. C. de senen. gloss. vbi Barr. optime declarat, in l. si quis aliam, ff. de solutio, atque ideo in hac non esset locus retractui, quia est permutatio, ut inquit Tiraquellus d. gloss. 14. numero 7. & hoc de iure ciuili, sed an ex lege nostra datur retractus in permutatione, ut in gloss. trocar, dicemus. Ex quibus etiam idem dicendum est, ut retractus detur in re immobili data in dotē aestimata tunc ea aestimatione quae emptionem inducat, prout in dubio inducere clarum est, nisi aliud constiterit, & sic hanc opinionem tenent quam plures Doctores ex relatis per Matien. hic d. gl. 7. numero 16. & 17. & Tiraquell. in d. gloss. 14. num. 108. & sequentibus, & Afflicis, de protomiseos, §. tercio,

Tom, 3.

numero 7. quos sequitur Matienço, vbi supra, numero 18. vbi limitat eam secus esse si aestimatio non faceret emptionem, & quando non faciat, remittit se ad Couar. in practi. cap. 28. de quo alibi nos diximus late in facti contingentia, quorum plura retulit conciliis noster Doctor Gutierrez, in consilio 17. numero 19. versiculo circa secundum, vbi nos retulit, fuimus enim ipse & ego aduocati in causa illa, per totum illud consilium & per sequens consilium 18. recitata per ipsum, & in puncto in consilio illo. 18. disputato fuit satis subtilis reputata dubitatio, in Pinciana Cancellaria, & licet remissa de vno ad aliud iudicium tandem pro nobis fuit semper sententijs tribus determinata lis & causa. Alio & secundo modo Matienço hic dict. gloss. 7. numer. 19. limitat nostras assertiones dationis in solutum, scilicet quod si maritus nō est soluendo in subsidium potest petere vxor rem dotalem, licet aestimatione faciente emptionem, tradita fuerit marito, & à quocunque possessore eam vendicabit, etiam à consanguineo retrahente eam iure retractus, ex l. in rebus, vbi glossa, & dos. C. de iud. d. & Couar. in practi. cap. 28. nu. 8. quae quidem assertio licet sit vera in se, non tamen applicari potest ad limitationem dictorum de datione in solutum, prout male applicauit Matienço dicto numero 19.

Ibi, Otro parente. Corrigitur in hoc lex nostra per l. 8. in fine, & clarius, per l. 12. infra eo. probantes quod si proximior consanguineus nolit retractare tunc admittitur sequens in gradu, quod totum contrarium in ijs verbis lex nostra disponebat, & per consequens corrigitur nostra per illas. Ad hanc tamen retractus materiam notandum est, quod re patrimoniali semel à patrimonio & abolengo extracta, non remanet amplius tunc patrimonialis, puta quando vendita fuit extraneo & nullus consanguineorum eam retraxit, sed penes extraneum emptorem remansit, res enim prohibita extra familiam alienari, si semel licite extra familiam alienetur, perpetuo remanet alienabilis extra eam per text. in l. pater filium, §. quindecim. de leg. 3. & ibi Doctores, Tiraquell. de retractu. tit. 1. §. 32. gloss. vni numero 6. & sequentibus, sic & actio quod metus causa semel competens & ad haeredes transmissa efficitur perpetuo transmissibilis, vbi omnes ita notant, & Bar. in l. antecedente, dicit se alibi nescire: Iuuatque lex, tutor rerum & quod ibi dixit Bar. ff. de admin. tut. probans quod licet tutor tunc non possit emere res pupilli tamen si semel sunt venditae extraneo, poterit licite emere mutationeque personae mutatur & qualitas bonorum, l. Paulus, alius per procuratorem, ff. de acqui. her. l. si auia. C. de dona. l. licitatio, §. fin. ff. de publi. & vcti. & ex pluribus alijs, quae adduci possent, haec confirmantur ex quibus ita tenent omnes, l. 70. Tauri praesertim Antonius Gomez numero 24. & Montalu. d. l. 13. verbo de patrimonio, tit. 10. libro 3. fo. Pul. rubr. l. 73. Tauri, n. 5. & iterum in l. 75. in fin. & Cifuen. d. l. 70. quae 47. Castillo. l. 73. Tauri verbo nunc. & Tiraquell. vbi supra, §. 1. gl. 9. n. 159. noster Gutierrez in cons. 21. n. 17. quod quidem consiliu ipse & ego pro informanda iustitia partium à iudice quodam de la Meza denuntiarum misimus dominis iudicibus causae illius in Pinciana Cancellaria, & fuit executoria data in fauorem partium nostrarum, haec tamen fuerunt accisa ante nouam pragmaticam in fauorem

H h 4

fauorem de la Meſta editam, diſponentem quod rupta vna parte deſenſa alia eius pars non ceneretur rupta. Ad propoſitam tamen redeundo ſupra dicta conſuſio eſt vera & communis ſcilicet quod re patrimoniali ſemel à patrimonio extracta deſinit, in perpetuum eſſe patrimonialis, vt & optime per Peraltam, in l. cum patronus, n. 36. cum ſequentibus, pagi. 302. cum ſequentibus, de leg. 2. Quæ tamen conſuſio limitatur primo vt non procedat, ſi res talis patrimonialis vendita recuperetur à venditore ex vi pacti de reuendendo in ipſo cõtractu venditionis appoſito, quoniam tunc non deſinit eſſe patrimonialis ſi virtute illius pacti reuertatur res illa ad ipſum conſanguineum vendentem eam cum illo pacto, & per conſequens ſi iterum vendatur ab ipſo conſanguineo erit locus retractui, vt expreſſim decidit Deci. conſil. 53. numero 1. ad medium, & conſil. 88. numero 2. & 3. vbi late diſcutit & reſpondet text. in l. ſi à me, ff. ad l. Fal. idem Deci. conſil. 238. numer. 5. Caſſa. in conſue. Burgun. tit. de droitz, §. 25. Tiraquellus, lib. 1. de retract. §. 19. gloſ. numero ſin. & eis relatus Marien. hic gloſ. 8. num. 8. ex eo quod ſecundum eum numer. 9. ſi ex vi pacti de re vendendo res à venditore recuperetur, non cenſetur nouiter adquiſita, nec ex noua cauſa, ſed ex veteri ꝛ reditque cauſa ad priſtinam naturam, arg. l. ſi vnus, §. pactus, ibi ſed forma ſua redditur, ff. de pactis, nec dicitur eam rem fuiſſe translata in venditorem, ſed redditam, ex l. voluntate, §. 1. ff. qui. mo. pig. vel hypo. ſol. (ibi ſed in priſtinam cauſam res redit, reſoluta venditione) cum alijs à Tiraquel. relatis, vbi ſupra num. 4. & 5. quod totum ſecus erit ſi cõſanguineus venditor rem eandem ab emptore, non ex vi pacti de reuendendo, nec ex neceſſitate contractus præcedentis, ſed aliàs rehabuerit & reemerit, vt inquit Anton. Gomez, dict. l. 73. Tauvi num. 24. & Marienço vbi ſupra nu. 6. ſecundo limitatur dicta principalis & communis conſuſio vt non procedat, quoties re patrimoniali extraneo vendita retrahitur à conſanguineo iure hoc retractus ſanguinis, tunc enim ſi ipſe conſanguineus retrahens vendiderit eam, poterit alius conſanguineus ab emptore extraneo retrahere, quoniam retractus redemptio & recuperatio facta ab eo qui eſt de familia ſeu genere prioris venditoris non debet operari, vt res recuperata non dicatur eſſe de genere vel patrimonio, & ſic non debet contrarium producere effectum vt l. legata. de lega. 1. vt in ſpecie tradit Deci. dict. conſil. 88. numero 2. & 3. & Tiraquell. vbi ſupra, §. 32. num. 27. & Marienço, d. gloſ. 8. nu. 10. ſed ſalua eius pace licet iure ciuili attento hæc procedere poſſet limitatio, iure tamen noſtro regio attento nullo modo procedet, cum habeamus ex l. 15. infra iſto lib. quod retractus hic ſanguinis tantum locum habeat in rebus venditis habitis tamen titulo hereditatis non vero ſi ex alio titulo particulari emptionis vel dotis aut donationis & ſimilis, quare ijs attentis limitatio hæc in regno noſtro non poteſt procedere, ſed totum contrarium eſt tenendum, & miror de Marienço, quod ad hoc non aduerterit. Itidem Marien. dict. gloſ. ſa 8. num. 11. diſſerit, an ſi res patrimonij vendita tranſierit in plures manus poſſit retrahi per cõſanguineum, ꝛ concludit, & bene quod ſic, dum tamen intra nouem dies à prima venditione numerandos id fiat, ſecus aliàs, cum Paul. Caſt. conſilio

74. numero 2. lib. 2. & Manſuer. in præct. tit. de retract. Bologni. conſil. 25. colum. 5. Tiraquellus dict. libro 1. §. 12. gloſſa 1. numero 2. & Montal. in dict. l. 13. tit. 10. lib. 3. fo. gloſ. magna. colum. 5. eo quod eſt hæc actio retractus licet perſonalis in rem tamen ſcripta, vt alibi diximus in hoc titulo, & per conſequens dato iure retrahendi intra hos nouem dies intèrato retrahens ſolum tenebitur ſoluere primum pretium in prima venditione conſtitutum, etiam ſi ſit minus quam illud quod ſolutum fuit à poſteriori emptore, à quo retrahitur, vt optime per Tiraquellum in dict. §. 12. gloſ. 1. numero 6. & Marienço hic dict. gloſ. 8. numero 14. habebitque tunc, ſecundum eos, poſterior emptor actionem exempto aduerſus priorem emptorem, qui ei eam rem vendidit retractui obnoxiam, vt in ſimili voluit Paul. Caſt. l. 3. numero 4. C. quod mer. cauſa. niſi ſciens quoque fuerit ſecundus emptor, nam tunc ceſſabit euictio, ex l. ſi fundum, C. de euictio. de quo per Marien. hic, dict. gloſ. 8. in fine. Et in tantum hæc vera ſunt, quod etiam ſi ſecundus aut tertius poſſeſſor habeat rem illam, & acquiſierit eam titulo donationis, adhuc poteſt intra dictos nouem dies à prima venditione numerandos intentare retractus per conſanguineum, cum ad primam venditionem habeatur reſpectus non vero ad ſequentes contractus, prout optime aduertit Tiraquellus, dict. §. 12. gloſ. 1. n. 5. & Marien. hic dict. gloſ. 8. n. 13. Ibi. No fuere en el lugar, Et ſic abſente proximiori ceteri remotiores admittuntur, & per conſequens ſequitur ex hoc nõ eſſe neceſſe proximiorum requiri ꝛ vt admittatur remotior, ſed omnino quemcumque conſanguineum intra quatuor gradum eſſe admittendum non requiſito proximiori, adueniente tamè proximior intra dictos nouem dies excludet remotiorem, vt in l. 12. infra eo. dicitur & videbimus latius ſi neceſſe fuerit.

Ibi, Trocar. & ſic in permutatione retractus nõ datur, ex quo circa hoc in noſtro regno ceſſant doctorum altercationes diſputantium an retractus locum haberet in permutatione ꝛ de qua late per Tiraq. & relatos ab eo, in d. tract. de retract. tit. 1. §. gloſ. 14. n. 28. & pluribus ſequentibus, vbi plures conſuetudines & ſtatuta refert aliquorũ regnorum vbi idem, quod in noſtro regno ſeruatur, ſtatutum eſt & conſuetudine obtentum. Sed quid ſi res aſtimationis & valoris 200. ducatorum permuretur cum alia re valoris 100. ducatorum, an retractus dabitur, & Montal. in ſepe allegata, l. 13. tit. 10. lib. 3. fori, verbo cambiar. inquit quod non erit locus retractui niſi fraus probeatur, vel præſumeretur de iure, de qua quidè fraudis præſumptione videndum eſt per relatos per Tiraquellum vbi ſupra, n. 27. 37. & 39. Idque adeo verum crederem quod etiam ſi pretium aliquod interueniſſet ex parte vnus ex permutantibus, eo quod res ſua minus valeret, quam res ei in permutatione tradita adhuc nõ eſſet locus retractui, eo quod partes permutare voluerunt, non vero vendere & pretium ad æquivalentiam apponitur, non vero ad inducendam venditionem, & ſic permutatio non vero venditio eſt iudicada, niſi fraus vt dixi præſumeretur vt retractui locus non eſſet, & ſic partes cum vendere voluerunt, ad fraudandum retractum permutationi nomè tribuerant, vt late diſcutitur per DD. de fraudis præſumptione tractantes, & per Marienço hic gl. 10. per totam, quod referre

referre non est necesse, nam fraus non est præsumenda nisi ostendatur, & ea ostensa nihil dubij continebit disputatio, de qua per Tiraquel. *de retract. lib. 1. §. glos. 14. num. 19. cum pluribus sequen. & num. 46. cum sequentibus* an venditor possit esse tunc testis.

Ibi, *Del precio que costo*, Quod quidem si recipere noluerit emptor consignabit illud retrahens, secundum quod in l. 9. & 14. infra eod. disponitur per quas lex nostra est declaranda & supplenda in hoc.

Ibi, *Iure que la quiere paro si*. Quod quidem iuramentum in simul cum alijs diligentijs necessarijs ad retractum, faciendum est intra nouem dies

† retractui constitutos, alijs nihil fiet: hocque iuramentum fieri apud Pictones & alios refert Tiraquel. *tit. 1. de retract. §. 5. in principio*, ubi ad hoc citat text. accommodatissimum & per ipsum, & per Matienço *hic, glossa 12. num. 1.* inductum in l. *pero, §. fi. de leg. 2.* Et quamuis non sit necesse quod emptor protestetur saluum sibi ius futurum eam rem condicendi, reuocandique, si ex post facto compertum fuerit consanguineum in fraudem hoc retractu vsum fuisse, secundum Tiraquel. in dict. §. 5. numer. 3. nihil tamen nocet, sed prodesse poterit.

Est tamē notandum quod aduersus hoc iuramentum admittitur † probatio in contrarium, secundum Bald. in l. 3. C. de proba. *Cassa. in cons. Burgun. Rubri. 10. de retract. in glos. out pare se ment num. 16.* nam vbicunque à lege vel statuto defertur iuramentum † potest probari contrarium, ex glo. l. 2.

§. si absens, & ibi Paul. ad fin. *Alex. num. 7. Socin. 10. Iason. 4. ff. si ex noxa causa agatur, Deci. eam declarans, in cap. proposuisti, num. 3. vsque ad 8. & extra de probatio, & ibi Felin. numero 1. 2. & 3.* sicut in pluribus alijs casibus ubi iuramentum defertur licitum est probare contrarium, relatis per Matienço, dict. glos. 12. num. 5. congestis per Tiraquellum ubi supra, §. 4. glossa 1. numero primo, cum sequentibus. Ex quibus omnibus habemus requisita necessaria,

& que debet interuenire in hoc retractu. † Primo enim requiritur quod retrahens sit proximior consanguineus, vel proximior non retrahente sequens in gradu, & deinceps vnus alio nolente vsque ad quartum gradum. Secundo quod retrahens requirat emptorem prout in l. sequente dicemus in glo. que requirere. Tertio quod infra nouem dies. Quarto quod res retrahenda sit habita titulo hæreditatis & quod sit res immobilis. Quinto quod retrahens offerat pretium & gabellas & expensas omnes omniaq; alia per emptorem soluenda, & ad maiorem cautelam requirat emptorē, vt declarer si aliquid plusquam oblarum est soluerit, aut soluere contractum est & quod declarando protestatur ipse soluere vel consignare si nolit recipere. Sexto quod iuret sibi & non alij retrahere rem illam, nullamq; malitiam, dolum aut fraudem adesse in retractu. Et vt clarius scias sic formabis libellum. Coram vobis † Domine iudex cõpareo omni meliori modo & forma qua possum & dico quod Martinus tali die huius vel talis mensis & anni præsentis emit rem talem sub talibus limitibus & signis constitutam à Petro tali precio & cum ijs pactis & conditionibus, cuius quidem Petri ego sum consanguineus intra quartum gradum ex tali parte & linea & gradu, ipsamq; rem venditam Pe-

trus ipse habuit iure hæreditatis à patre suo, vel ab auto ita quod res ipsa est mei patrintonij & abolengo, & sic mihi competit eam retrahere pro rato, & quamuis requisitui Martinum ipsum emptorem, vt omne id quod pro ea soluit, vel soluere promisit Petro veditori reciperet à me, nam ea sibi realiter obruli, vt rem mihi dimitteret, noluit sine lite recipere. Quare à vobis peto non me ad superflua adstringendo, declarando sic esse compellatis ipsum Martinum emptorem; pretium, & omne id quod sit vel soluere promisit recipere, sibi enim totum in iudicio offero, & si noluerit depositetur ac cõsignetur apud personam honestam, & fidelem, & quod mihi rem ipsam tradat ac restituat, cum omni iure dicto Martino emptori ex dicta venditione quæsito, & si quid aliud soluit aut soluere promisit eum requiro vt statim declaret, vt & hoc etiam offeram prout paratus sum offerre, aliter enim sibi & non mihi præiudicium fiat, super quibus omnibus & singulis peto mihi ius, & iustitiam ministrari omni meliori modo & forma quibus possum, & iuro per Deum & in forma mihi & non alij re ipsam retrahere, & quod nullum dolum, vel fraudē fero. Et insuper requires etiam in fine huius libelli Martinum ipsum, quod nulla ædificia construat in re illa, neq; census super ea constitutos redimat, aliter enim sibi, & non tibi præiudicium fieri, ne forte si retractus locum habet compellaris soluere principale censuum redemptorū, vel expensas in ædificijs construendis factas, cum non esset pro tunc necesse ædificia facere, neque vtile, vt optime aduertit Bocrius, *decisione 47. numer. 4. & decisione 45.* tractat an fructus debeantur à die adiudicationis, Matienço, *hic glossa 12. num. 8.* Et hæc sunt quæ in hac materia retractus congesta habebam, & animaduersa multo ante quam Matienço, vt saepe alias dictum est, & repeto nunc & saepe ac sæpius ac sæpillime vt certior sis, hæc vera esse, possem enim lecturam quinti multo ante ipsum in lucem proferre, verum vt à radice & principio inciperem, & non ab ijs, quæ à multis lecta erant suo ordine imprimenda decreui. Et qua pena puniatur, † actor ipse si se in dicto iuramento peierauerit, vide per Auenda. *capit. 27. Prietorum, numero 4. versiculo vbicunque ergo libro 2.* Alia per Doctores, in l. 70. *Tauri, cum sequentibus*, videbuntur, & per Tiraquellum in dicto tractatu de utroque retract. Alia de fraude probanda contra retrahentem prosequitur Matienço, *glossa finali*, quæ cum in hac glossa, dicta sint, & maxime per relatos per Tiraquellum in hac glossa, ad hoc allegatum, & per Doctores in §. *item si quis in fraudem*, & per Franciscum Becium, *consilio 52.* non est necesse ea repetere vt ad declarationem aliarum legum deueniamus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Fœmina admittitur ad retractum sicut & masculus, n. 1.*
- 2 *Proximior venditoris consideratur in materia retractus. 2.*
- 3 *Emptor requirendus est pretium recipere, aliter enim*

emittit

- enim quod deponetur & consignabitur, 3. ubi & an omnino sit requirendus.*
- 4 *An sufficiat petere quod consignetur, verum & requiratur quod petatur depositari. 4.*
 - 5 *Emptor an sit prius requirendus quam adeatur iudex. 5.*
 - 6 *Tempus nouem dierum retractui assignatum currit contra ignorantes. 6.*
 - 7 *Casus ubi sine spe restitutionis currit tempus minoribus. 7. ubi & alij in quibus currit, sed restituitur.*
 - 8 *Specialia tria in materia retractus numerantur. 8.*
 - 9 *Ignoranti an currat tempus, & an competat restitutio. 9.*
 - 10 *Impedito agere non currit tempus cum declaratio remissive. n. 10.*
 - 11 *Tempus nostri text. ad retractum currens absentibus an currat eis ignorantibus. 11.*
 - 12 *Restitutio ob minorem aetatem ut non competat debet expresse excludi. 12.*
 - 13 *Cessat ex text. nostro quoad forum fori dispositio. cap. constitutus. de in iur. resti. n. 13.*
 - 14 *Princeps an possit minori huic restitutionem concedere, 14.*
 - 15 *Statutum quod minori non detur restitutio an valeat, & per illud an tolli potest. 15.*
 - 16 *Rustico & minori non subuenitur circa temporis lapsum, neque ob defectum negligentiarum factarum. 16.*
 - 17 *Tutor nomine pupilli & curator nomine adulti admittitur ad retractum. 17.*
 - 18 *Procurator, pater pro filio, coniunctus pro coniuncto an admittantur ad retractum. 18.*
 - 19 *Mandatum cum libera non sufficit ad retractum. 19.*
 - 20 *Speciale mandatum exigentia coniunctis sunt interdicta nisi speciale detur mandatum. 20.*
 - 21 *Ratificatio sufficit etiam ubi speciale requiritur mandatum dum tamen fiat in tempore signato ad actum ratificandum faciendum. 21.*
 - 22 *Procurator an teneatur ostendere mandatum & tradere exemplar. 22. & ibi an intra nouem dictos dies debeat ostendi,*
 - 23 *Mandatum in iudicialibus sufficit quando-cunque ostendere. 23. nisi ut ibi.*
 - 24 *Nepos etiam in retractu praefertur patruo. 24.*

Lex. 8. quæ est declaratoria
precedentis.

S V M M A R I V M.

Declaratur in presenti lex precedens,
& alique casus, qui dubij videbantur in
propositum dicte legis precedentis, decla-
rantur, & est optima lex & singularis in
iure nostro.

Ibi. *En hombre.* Idem dic in fœmina nam ma-
teria hæc est apta comprehendere fœminam,
sicut & masculum, & cum fœmina *ex legibus*
nostris ad retractum admittatur, † quemadmo-
dum & masculus admittitur idem in vno quod
in alio dicendum est, & cum quid masculo pro-
hibetur itidem & a fortiori censetur fœminæ
prohibitum, præsertim in materia odiosa, vt est
retractus, cum in vtroque militet eadem ratio
dispositionis, & sic in materia odiosa, & pœnali
masculinum concipit fœmininum *ex leg. si quis id*
quod versculo, & vtrunque ff. de iur. om. iud. ubi Al-
ber. Socinus, & Iaso. numero 9, id notant, text. l. qui do-
num iuncta, l. mater, ff. de adulterijs glossa. sponsam in
l. i. C. de rap. virgi. & in l. quisquis verbo minus, C. ad
l. Iulia. mai. & eam plures sequitur, & receptio-
rem testatur Tiraquellus, tit. 1. de retract. §. 1. glo. 9.
numero 211. licet alij ab eo relati numero 186. & tri-
bus sequentibus, voluerint contrarium, & sic in re-
tractu voluit Montaluus, l. 13. titulo 10. libro 3. fori.
glossa 1. & Tiraquellus, dicta glossa 9. numero 197. &
sequentibus, & Capola. conf. ciuili. 65. in fine. Paulus
Pari. conf. 81. nu. 20. lib. 3. & in retractu ex disposi-
tione testatoris, voluit Angel. conf. 91. quos refe-
rens sequitur Matien. hic, gloss. 2. num. 1. & in hoc
nulli dubium.

Ibi, *O otro pariente propinquo del vendedor,* Cum
legem nostram sic habeamus declarantem con-
sanguineum, † proximioris venditoris & sic
vltimi possessoris esse admittendum, cessant quo-
ad retractum disputationes DD. disputantium
an proximior testatoris an vero vltimi possessoris
vocatus ceseatur, de qua per DD. relatos per
Molinam, *de Primogenijs lib. 3. cap. 9.* quem referre
sufficiet, refert enim antiquos, & modernos de
hoc tractantes, de quo & nos latius in facti con-
tingentia allegauimus, & aliquando fortassis fiet
omnibus manifestum, quoad nostrum enim pro-
positum sufficit lege nostra id esse determinatum,
vt proximior venditoris admittatur, vt tenebat
Claud. de Marleto, *inter consil. Cass. conf. 23. & idem Cas-*
sanens. in constit. Burgund. Rubr. 10. de retract. §. 1. ver-
bo don vient leheritaje, Tiraquellus, lib. 1. de retract. §. 11.
gloss. 1. num. 18. & sequentibus, & Matienço hic, gloss. 1.
& cum in hoc nihil dubitandum sit, relinquen-
dum est.

Ibi, *Y que require con el precio.* Intellige requiri
emptorem, & ita ex precedentibus verbis colligi-
gitur, ibi, *y uee la hered ad majorada, dix e al compra-*
ador, ecce quomodo cum emptore loquitur, ergo
ipse est ille qui requirendus est, † qui quidem si
recipere oblationem & pretium noluerit retra-
hens illud deponet & consignabit coram testi-
bus & tabellione apud honestam personam, prout
de iure emptore recusante recipere faciendum
esse asseriebant Hostien. Ioannes Andre. *in c. con-*
stitutus, de in integr. restitut. & ibi quoque Ancharra-
nus, notab. 14. per textum, in l. acceptam, C. de usur. ubi
Ioannes Fabr. expendens in id text. in l. 2. in fine, C. de
iure emphyt. Tiraquellus, dicto titulo primo, §. septimo,
gloss. 3. numero primo, & Cassanens in consuetudi. Bur-
gund. Rubrica 10. §. primo, in verbo. enrendant. in prin-
cipio. Bertran. consilio 98. columna secunda, volum. 2. &
quamuis Montaluus, in dicta, l. 13. titulo decimo, li-
bro tertio, fori in gloss. penult. in fine, dicat consigna-
tionem hanc non requiri quoties in iudicio pre-
tium offertur, sed tantum cum extra iudicium,

tu tamen ex l. 9. infra, sequente, semper siue extra iudiciū siue in iudicio emptore reculante oblationem facies & consignari petes, & sic consulo, quod requiras emptorē, qui si noluerit recipere, cōsignabis statim si tempus nouem dierum non superest vt coram iudice id facias, & tunc ipsi emptori iurabis quod tibi & non alij vis retrahere, & quod non adest malitia, sed si emptore requisito superest tempus nouem dierum adibis iudicem præsentando libellum retractus, de quo in gloss. fin. legis præcedentis, & petes offerendo premium quod depositetur & consignetur eo quod emptor requisitus à te noluit illud recipere, & sic voluit gloss. deue auser. in l. 55. titulo 5. partira. 5. & an sufficiat consignari petere, verum & requiratur

4 † petere deponi. & l. 9. in hoc seruanda est, infra isto titulo secundum gloss. deue. dicta. l. 55. & Cifuentes in l. 70. Tauri. in colum. pen. in fine, inquit quod sufficit consignari siue depositare, nam in effectu in idem concluditur, & sic quotidie peritur deponi & cōsignari. Et an emptor sit prius requirendus

5 per retrahentem quam adeatur iudex † tradit optime Tiraquellus, de retract. linag. §. 1. gloss. 12. numero 1. & latius in §. 9. glo. fin. per totum foli. 162. & mihi est in pag. 376. vbi & quid si emptor est absens, vel hereditas iacens & alia plura examinat, in propositum, & idem voluit idem Tiraquellus de retract. conuention. §. 4. glo. 1. & 2. & ibidem in ijs locis inquit quod prius est requirendus emptor, Matien. tamen hic glo. 5. in fin. inquit quod iure nostro regio sufficit coram iudice comparere, & perere quod deponatur & cōsignetur, & remittit se ad l. 14. huius tituli, debuit tamen se remittere ad per eum dicta in l. 9. sequen. in gl. 4. numero 1. vbi ita tenet, & in l. 7. gloss. 12. numero 6. supra cod. & fundatur ex eo quod d. l. 9. tantum requirit consignationem, & non oblationē, & cum oblatio non requiratur, nimirum si non sit requirendus emptor, sed fallitur meo iudicio, eo quod dicta. l. 9. & similes vltra cōsignationem, requirunt aliās etiā solemnitates ab alijs legibus requisitas interuenire debere, ex legibus tamen 7. & nostra 8. requiritur oblationem faciendā emptori, ergo & hæc seruanda est & sic emptor requirendus cum pretio, quod si noluerit recipere, tunc depositum & consignatio petenda sunt, & faciendā, intra nouem dies aliter nihil fiet, emptore tamen non reperto addomum suam erit requisitio faciendā, & ita ex iure ciuili & regio meo videri statutum est, & sic ipsemet Matienço, hic in glossa.

6. fatetur consignationem pretij tunc demum faciendam, cum emptor recusat premium recipere, ergo necesse est illud sibi offerre, & cum eo requirere emptorem. Est tamen verum quod non requiritur (ante iudicem aditum) requirere emptorem, sed sufficit adire iudicem præsentando libellum retractus, & petendo quod notificetur emptori quod recipiat premium, quod si noluerit deponatur & consignetur, & tunc libellus hic, debet emptori notificari & depositum, & consignationem fieri intra nouem dies, sed si prius quā iudex adeatur requiratur emptor, & noluit recipere tunc sufficit libellum intra nouem dies præsentari coram iudice & depositum & consignationē fieri, quamuis libellus in tali casu non notificetur emptori intra hos nouē dies, & hanc practicam vidi seruari in pluribus locis, & placet

mihī & iuri ciuili & nostro iudicanti & conformam esse credo, & sic semper consulo fieri. Imo & plus dico, scilicet, quod si retrahens requirat emptorem cum pretio & expēsis & alijs ab ipso emptore solutis, asserens quod ei competit vt propinquo & iurans sibi & non alij retrahere, & requirens quod si noluerit recipere & ei reni dimittere depositabit & consignabit illud apud honestam personam, & quod ex nunc requirit tabellionem quod depositum fiat, & quod consignetur pecunia coram testibus, & apud talem deponatur personam fidelem, quod ijs factis & impletis intra nouem dies, sufficet si post hos nouē dies præsentetur libellus retractus coram iudice, nā atis adimpletur forma legis isto modo, licet mihi præcedens modus plus placet de adeundo iudice, nam consignatio pretij iudicis autoritate faciendā est, ex l. acceptum vbi Baldus C. de usur. Tiraquellus, de retract. titulo 2. §. 4. glossa. 7. numero 11. & Marienço, dicta. l. 9. glo. 4. numero 14. & in l. 11. glo. 2. infra eo.

Ibi, Corran contra los menores de veinte y cinco años. Simile de iure canonico disponebatur, in cap. constitutus extra de in integr. res. & rext. vbi Bartolus Baldus, & alij cum reddunt singulararem in l. sed si sine §. Lucius ff. de adm. tuto. quos ad hoc allegat Boerius decisione. 112. numero 3. ex quo & à fortiori deducitur, vt & contra absentes & ignorantes curtat tempus nouem dierum ad retractum constitutum, † vt & in lege nostra disponitur, & in lege præcedente, in glossa. hasta nueue, etiam tetigimus. Et sic quoad retractum hunc ius antiquum disponens aduersus minores, etiam currere præscriptionem, approbatur per legem nostram, & declaratur ius nouum l. finali. C. in quibus causis in iure. res. non est necesse disponens aduersus minores non currere præscriptionem, vt non procedat quoad retractum, quoad eum enim ita currit vt nec restitutio competat, qui quidem casus est addendus alijs pluribus in quibus sine spe restitutionis currit præscriptio † de quibus per Tiraquellum, de retract. titulo 1. §. 32. gloss. 2. numero 3. inter quos dicit esse retractum secundum consuetudinem Franciæ: quod locus in alijs casibus relatis per Ias. in l. properandum §. illo. numero 3. C. de iudi. in quibus minori currit præscriptio, sed restituitur minor, secundum glossam & scriben. in cap. præterea. si quis, de probi. feud. al. per Fred. Deci. consilio. 456. ad finem, relati per Marienço, hic glossa. 1. numero 1. Ex quibus colligo duas regulas addendas alijs per nos positas in l. 3. tituli. 1. libro 2. supra. Prima est quod præscriptio non currit contra minores nisi in casibus à iure expressis. Secunda est quod minores restituuntur aduersus præscriptionem contra eos currētē nisi in casibus vbi aliud est à iure aut consuetudine expressum, aut determinatum. Ex quibus & notandum est in odium retractus & ad euitandas fraudes & peccata tria esse specialia in retractu.

† Primum quod tempus nouē dierum ad retractum constitutum currit contra minores. Secundum, quod & itidem contra absentes currit, vt ex rext. nostro probatur, clare. Tertium, quod & cōtra impeditum, cum de iure habeamus totum contrarium, nam in minore iam supra probauimus. Contra absentē vero propter præsumptam ignorantia videbatur non debere currere tempus

tempus retractus, ex l. genero ff. de ijs, qua nor. infam. l. cum sex menses. ff. de adil. edicto l. annus ff. de calumniis ibi, quia qui nescit, is videtur experiundi potestatem non habere, absens igitur est impeditus agere quem admodum & ignorans l. 2. ff. quis ordo in bon. pos. ser. c. quia diversitatem in fine, de concess. preb. late Tiraquellus, de retract. dict. tit. 1. §. 35. glo. 4. numero 2. cum sequentibus pluribus, Matienço, hic gloss. 12. numero 1. & 2. vbi ex hoc occasionem sumpsit examinandi, an ignorantia currat tempus & an competat restitutio, num. 4. & sequentibus, inquit esse difficilem articulum, verum quia non est nostræ materiæ missa hæc facio. Item & tertio non currit tempus impedito & agere ex l. 1. in fine C. de ann. excep. in Authentic. nisi tricennale, C. bon. mater. Balb. de prescriptio. parte de 6. partis principa. numero 15. l. 8. tit. 29. partita 3. Pinellus, in dict. Auth. nisi tricennale nu. 42. & sequentibus ampliat hoc aliquibus modis à quo eo tamen relato desumpsit Matienço hic glo. 9. n. 3. & sequentibus. Vides igitur dicta tria specialia à nostro text. inducta contra iuris dispositionem, & hoc ut lex nostra dicit ad vitandas fraudes & peccata. Sed est dubium an & hoc de absentibus, & impeditis currat eis ignorantibus, & in hoc Ant. Syncerus, relatus per Tiraq. d. §. 35. glo. 3. n. 3. & per Matien. hic gl. 8. n. 2. inquit non currere tempus hoc, si absentia sit iuncta cum ignorantia, sed ipse Matienço, & melius in gloss. 12. num. 18. & 19. hic cum Tiraq. dict. §. 35. gloss. 4. nu. 45. & sequen. tenet etiam contra ignorantem currere, nam si contra minorem currit tempus retractus sine spe restitutionis, à fortiori contra absentem, & ignorantem, præsertim cum & contra præsentem & ignorantem currat tempus, aliter enim faciliter legis nostræ dispositio elidi posset & frustrari.

Ibi. No se pueda ayudar de su menoredad. Caute fuerunt apposita verba hæc, ad excludendam restitutionem ex causa minoris ætatis, nam si apposita verba hæc non fuissent, quantumcunque lex nostra disponderet tempus nouem dierum contra minores currere, possent tamen adhuc restitui, nam hoc est regulare vbi restitutio non excluditur, & ut inquit Boerius, decisio 140. numero 3. & Guido Papæ decis. 257. numero 2. & sic videmus quod in dict. cap. constitutus de in integr. res. probatur in hoc casu, quod currit præscriptio contra minores, & nihilominus fuerunt restituti aduersus illius temporis lapsum, ut aduertit Boerius, decisio 63. numero 3. Ideo necesse fuit in lege nostra restitutionem illam expresse excludere. Ex quo quoad ius fori cessat dispositio dicti cap. constituto. per textum nostrum, & quoad concedendam restitutionem, quem text. in dicto cap. constitutus, satis impudenter in libris antiquis irridendo notabat Tiraquell. de retract. titu. 1. §. 35. gloss. 2. numero 3. 4. & 11. quæ quidem verba iuste in nouioribus impressionibus omissa sunt tanquam impudenda, & scandalosa, & sic merito in eis ipsam Tiraquell. licet non nominauerit eum reprobabat Philippus Probus, in ad. a. d. st. pragm. sanctionis in Rubrica, de autori. magni consilij. Et pro intellectu dicti c. constitutus, videtur esse Ioan. Igneus, in l. dudum, col. 5. ff. de contra. empri. Sed an princeps poterit tali minori & restitutionem concedere, tradit Boerius dict. de-

cisio 140. numero 3. Et an statutum quod minori non detur restitutio valeat, & an per statutum & tolli possit, tradunt Ioan. And. in cap. fin. de appella. in 6. in nouellis & Baldus in Margarita, in verbo, legatus. versicul. pen. in fine, vbi arguit pro & contra, & Aresinus in l. more. colum. 2. ff. de acquiren. heredita. Et cum retractus sit odiosus, & contra ius commune, prout communem testatur Tiraquellus dicto §. 35. gloss. 2. numero 8. & Matienço, glossa 13. ex Tiraquell. in eod. §. 35. glossa 1. per totam, plura dicente circa hoc quod est stricti iuris retractus nimirum si restitutio minoribus negligentibus denegatur aduersus temporis lapsum. Et erit hic vnus casus vbi minori restitutio denegatur vt in glossa precedente diximus & alios casus remissive retulimus. Ex quibus & à fortiori rustico & mulieri nõ subuenitur circa temporis lapsum, & neque ob defectum diligentiarum factarum in retractu, eo quod eis solum in casibus à iure expressis subuenitur, neque subuenitur eis in ijs, quæ ad rigorem iuris conseruandum sunt introducta, vt late diximus in l. 2. numero 28. cum sequentibus aliquibus titu. 1. lib. 2. supra.

Ibi. Si el menor tuuiere tutor, Sed nonne per legem precedentem in fine, statuitur neminem admitti ad retrahendum nisi ad proprium commodum, quomodo ergo in ijs verbis disponitur tutorem aut curatorem admitti ad retractum ad commodum minoris, & sic alterius, & in hoc facilis est responsio, nam hic admittitur tutor, & curator pro minore consanguineo venditoris, quia minor non habet legitimam personam standi in iudicio, in lege vero precedente, id quod reprobatum est, ne consanguineus alteri & in alterius commodum retrahat non autem ne alius acquirat consanguineo, nam qui per se facere potest, non prohibetur & per alium facere, sed potius permittitur, vt regula qui per alium, & regula potest quis, de regul. iuris in 6. quo circa tutor solus nomine pupilli, vel curator nomine & adulti oblationem & consignationem ad retractum facere possunt, secundum Palatium Rubeum in l. 70. Tauri numero 4. Couarruias libro 1. variarum resolutio. cap. 6. numero finali versiculo 9. & Tiraquellus, de retractu titulo 1. §. 1. glossa 13. numero 22. & sequentibus, vbi n. 25. inquit idem posse facere pupillum, eo quod ad acquirendum non indiget tutoris autoritate l. pupillus ff. de acquiren. re. dom. Ex quo Matienço hic glossa. 14 exorditur materiam & satis diffuse eam tractat, num scilicet, procurator & admittatur ad retrahendum, vel itidem pater pro filio, coniunctus pro coniuncto, & quoad procuratorem indubitatum est dummodo ad id habeat speciale mandatum, vt colligitur ex Baldo consilio 118. in fine lib. 3. per textum, in cap. constitutus, de integr. res. & magis in specie voluit Castaneus in consuetudine Burgundie. Rubrica 10. de retractu §. 1. verbo, lepeul. numero 5. versiculo. Sed an proximus, Tiraquellus vbi supra, §. 1. glossa 10. numero 94. & 96. Palatius Rubeus vbi supra, numero 3. in dicta l. 70. Tauri & ibi Castillo, glossa 1. col. 2. in princ. mouentur ex l. 13. tit. 10. lib. 3. fori. qua est 7. supra eod. vbi exigitur iuramentum retrahentis, quod procurator eius nomine præstare non potest, nisi habeat speciale mandatum, secundum glossam cap. 1. de iudic. in 6. in glossa.

in glossa. *fin. Bartolus. l. 2 §. fin. autem. C. de iure iurand. prop. cal. dan. nec satis erit habere mandatum ad iurandum in omnibus causis, nisi nuncupatum in ea de qua tractatur causa, expressum fuerit, secundum Bartolum, & omnes in l. qui bona. §. si alieno. ff. de damno infecto. Couarruias, in cap. quatuor pactum. 1. relect. par. §. 5. nu. 8. columna penultima. de pactis, in 6. & iterum libro. 1. resol. c. 6. nu. 2. versiculo. eadem fere, adeo ut quamuis mandatum cum libera idem importet quod speciale, ex. l. nam & nocere, & ibi glossa. Baldus, & Alexander. ff. de pactis. l. procuratorem. ff. de procurator. l. 19. titulo 5. partita. 3. & ibi glossa. Couarruias, dict. cap. 6. num. 3. Tiraquellus ubi supra. §. 1. glossa. 13. numero 32. non sufficit ad retractum, & eo quod mandatum cum libera nihil operatur ubi speciale requiritur mandatum, secundum Angelum, in §. præterea 2. numero 33. instit. de exceptio. cui accedit Ias. in l. ius iurandum. quod ex conventionione, §. procurator. numero 4. in fine. ff. de iure iur. in hoc tamen ut dixi requiritur speciale mandatum, quia iuramentum requiritur & in animi declaratione consistit, prout & in alijs multis requiritur relatis per Rebuff. in concor. regni. Fran. in Rubri. de electio. derogat. §. 1. gloss. speciale. pag. 71. in antiquis, ergo generale cum libera non sufficit in hoc casu retractus ex dictis, & per consequens coniunctus pro coniuncto non admittetur ad retractum, ut ad secundum punctum deveniamus, quoniam ea, quæ speciale exigunt mandatū, coniunctis sunt interdicta, nisi & ipsi mandatū & habeant speciale. l. pari iure. l. illud ff. de minor. Cyn. & recentio. in l. exigendi. C. de procur. & in c. nonnulli. §. sunt & alij, de res. late Tiraq. de retract. l. 1. §. 1. glo. 13. num. 34. & §. 36. glo. 2. num. 14. & §. 1. glo. 10. nu. 95. & faciunt dicta per Menes. in l. transactio placitum. nu. 20. C. de transact. Est tamen verum quod quantumcumque ad retractum speciale mandatum requiratur, si tamen coniunctus pro consanguineo vel alius extraneus pro consanguineo retractum intenuerit, sufficiens erit, si consanguineus ipse id ratum habuerit, nam & ubi speciale requiritur mandatum ratihabitio & locū habet, prout sensu glossa. in l. Paulus. alius per procuratorem. ff. de adquirenda heredi. & in l. si maritus. C. manda. & est text. in l. 3. §. si procurator. ff. quid quisque iur. ibi, (si hoc ei specialiter mandauit, vel ratum habuit) notat Tiraquellus in dicta glossa. 10. numero 63. & sequentibus, & text. est clarus, in capite finali. de iure iur. in 6. quem ad hoc allegauit Couar. lib. 3. variat. cap. 16. numer. 5. & diximus in l. 33. num. 7. tit. 6. lib. 3. supr. debet tamen consanguineus id ratum habere & iuramentum, de quo in l. precedente in fine, præstare intra nouē dies ab eadem lege retractui præstitutos, cū id sit regulare quoties aliquid est faciendum intra certum tempus, nam si per alium nomine meo fiat, teneor intra illud tempus ratificare, aliter nihil fit, ex text. in l. fin. ff. rem rat. hab. quem ad hoc allegant relati per nos in l. 1. tit. 18. numero 57. cum duobus sequentibus, libro 4. supra. & iterum in l. 1. tit. 10. numero 4. ad finem, eodem lib. 4. & sic est tenendum contra Castillā. l. 70. Tauri, gloss. 1. columna. 3. contrarium dicentem imo quod sufficiebat etiam post nouem dies fieri ratificationē, sed habetur & curi iure optimo reprobatur Matienço, hic dicta glossa. 14. numero 16. quic-*

19

20

21

quid etiam de iure communi vellet Tiraquellus, dicta glossa. 10. numero 84. cum sequentibus pluribus, sed contrarium est verius iure nostro regio attento intra nouem dies omnia fieri disponente, & videtur mihi ad hoc inconuenibilis consideratio hæc, nam si procurator habens ad hoc speciale mandatum à consanguineo, intra nouem dies id tenetur facere & adimplere, cur & non ipsemet consanguineus ratificando ad id tenebitur, cum nihil fecerit ille, qui sine mandato eius speciali retractū intentauit, & sic teneo sine dubio. Et sic concludit ipsemet Tiraquellus dicta glossa. 10. questione. 12. numer. 61. & pluribus sequentibus, quod si quis vendit nomine meo rem aliquam absque mandato, & ego ratifico venditionem, quod à die ratificationis currunt nouem dies, quia antea nihil actumerat. Sed an procurator retrahens nomine consanguinei teneatur ostendere mandatum & tradere exemplar eius si petatur & cuius expensis tractat late Tiraquellus dict. glossa. 10. §. 1. numero 99. vsque ad. 108. & an intra nouem hos dies retractui constitutos teneatur illud ostendere vel satis sit ut postea ostendat ad partes, tractat ibidem Tiraquellus numero. 93. cum sequentibus, & quamuis ibi dubitet Tiraquellus, & Matienço, hic, dicta glossa. 14. numero fin. intrepidè tenuerit omnino intra nouem dies esse exhibendum mandatum, neque sufficere post exhiberi. Ego tamen teneo sufficere post exhiberi dum tamen tempore quo procurator retractum intentauit mandatū ad hoc sufficiens & speciale à domino haberet, neque vitaretur retractus si intra nouē dies non exhiberetur, ex dictis per specu. & alios relatos per Tiraquellum, ubi supra, numero. 94. & tenet Boeri. decis. 274. & in iudicialibus sufficit quando cunque doceri de mandato, & secundum Ripam, ibi per Tiraquellum allegatum, & Vancium in tracta. de nullitati. titu. de nullit. ex defectu man. numero 115. cum sequentibus, fateor tamen quod iudex ad petitionem partis, imo & ex officio secundum aliquorum opinionem, repellere possit ipsum non docentem de mandato, sed si non repelleret sed admitteret sufficeret in quacunque parte litis mandatum illud speciale habitum tempore retractus exhibere, dum tamen speciale & sufficiens esset.

Ibi, el hijo del vendedor. Et sic etiam in retractu, sicut in maioratu nepos & præfertur patruo, secundum quod diximus. l. 5. tit. 7. supra eo. lib. & quia licet filius sit causa proxima & nepos remota, propter quod pro causa proxima & non pro remota erat respondendum, ut per Bald. in l. ex placito. C. de rerum permut. num. 1. & 2. tamen ubi causa prima in secundam influit, tunc semper præferatur prima causa in secunda in quam influit. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. pater tamen vendens fuit prima causa quæ vim suam & potestatem transmisit in filium suum qui est ex patris natura, atque ideo debet esse eiusdem censura, quoniam legis censura naturam imitatur. l. nam adoptiuus. de adoption. Tira. de primogen. q. 40. num. 63. & 141. ubi inquit, quod tunc non attenditur causa remota quoties longedistat à prima, secus si non sit admodū remota sed proxime coniuncta, prout est filius cum patre, tunc enim ea atque ut proxima attenditur, per legem uim hereditatis.

lanionis. §. *afinā*, & ibi Bart. ff. de auro & arg. leg. & sic argumentis pro patruo respondet Marienço, hic glos. 20. quæ cum per legem nostram sint decisa nihil dubitationis remanet neque examinationi locus relinquatur.

Ibi. *Pero si el hijo*. Idem disponitur in l. 12. infra. eo. in quibus licet consanguineis potentibus retrahere, vt proximior non retrahente sequens in gradu admittatur, in correctionem. l. 7. in fin. supra eod. aliud disponentis, vt ibi diximus.

S V M M A R I V M.

- 1 Retractus datur etiam in rem publicata subhastatione venditā etiam ex iudicis mandato. n. 1.
- 2 Retractus datur in re data in solutum per iudicem creditori, vel in data per transactionem idem detur retractus. n. 2.
- 3 Retractus an detur in re patrimonij ad titulum ordinati vendita. 3.
- 4 Retractus cōpetit in re venditā a clerico. 4.
- 5 Retractus datur contra clericum emptorem dum tamen coram suo iudice intentetur. 5.
- 6 Retractus datur etiam in venditione necessaria. 6. & quæsit.
- 7 Nouem dies dati ad retractum in re vendita publice subhastata currunt a die vltimæ subhastationis. 7.
- 8 Retrahere volens debet consignare pretium, neque sufficit offerre verbaliter. 8.
- 9 Oblatio sola quādo sufficiat, & quādo nō. 9.
- 10 Obsignatio, consignatio vel sigillatio idē sunt & quando fiant. 10.
- 11 Differentia inter oblationem & depositum sine consignatione, vel cum ea. nu. 11. & ibi effectus consignationis, remissive.
- 12 Consignatio & depositio vltra oblationem vbi & quando & ad quid requiratur de iure commu. remissive. nu. 12. vbi in materia retractus quando fiat.
- 13 Consignans & deponēs lite durante non debet pretium recuperare. 13.
- 14 Consignans & deponēs debet insuper aduertere quod appareat de vera numeratione, nam non sufficeret confessio de recepto. 14.
- 15 Emptor si soluit pretium in auro an sufficiat ei offerre in pecunia argentea. 15.
- 16 Omissio vnius nummi vitiat retractum & depositum. 16.
- 17 Omissio formæ etiam in minimo totum vitiat. 17. nisi vt ibi.
- 18 Pretium vbi non est liquidum sufficit offerre quod visum fuerit. 18. dando sibi iussores pro reliquo. ibi.
- 19 Dictio, item, est repetitiua precedentium. 19.
- 20 Vjura an committatur ex eo quod durāte lite retractus emptor percipit fructus. 20.
- 21 Promissa, vulgo prometidos, an debeat soluere retrahens. 21.

- 22 Emptor si non soluit gabellam quia est privilegiatus an repetet eam a retrahente. 22.
- 23 Retrahēs an teneatur soluere, el alboroque. 23.
- 24 Retrahens an teneatur soluere proxenctis datum. 24.
- 25 Retrahens tenetur etiam soluere instrumentorum expensas. 25.
- 26 Venditor tenetur reficere instrumentum venditionis ipsi retrahenti cum clausulis consuetis. 26.
- 27 Gabella debetur ex publica subhastatione etiam in vim iudicialis formæ facta. 27.

Lex 9. Quæ erat 70. Tauri.

S V M M A R I V M.

Lex fori, septima huius tituli, habet locum etiam in rebus venditis in publica subhastatione, quamuis interueniat in venditione iudicialis autoritas, dum tamen pretium, gabella & expensæ deponantur ac consignentur intra nouem dies numerandos a die vltimo subhastationis.

Ibi, LA LEY DEL FVERO. Quæ est 7. huius tituli vbi plura diximus.

Ibi. *En almoneda publica*. Contrarium disponebatur in l. 220. styli, quæ in hoc per nostram remanet correctæ, & reprobatæ opinio aliquorum contra nostram legem, & ante eam aliud asserentium prout fuit Montaluo in l. 13. titulo 10. lib. 3. fori, in glossa magna columna 11. versic. item *quero an habeat locum lex ista*, & sic hanc per legem nostram esse antiquatam aduertit Castillo, hic glos. 1. in principio, & in verbo, *en almoneda*, & in verbo, *del juez*, & ibi Palatius Rube. numero 2. licet ibidem Gomez Arias num. 11. aliud & male dubiter, qui & Montal. vbi supra dubitabant an retractus daretur si ex iudicis mandato ꝑ subhastatio fiebat, sed *ex lege nostra in ijs verbis & sequentibus*, res clara remanet, & nulli dubitationi locus: & idem de iure ciuili fundatur, nā & in re data insolutum creditori per iudicē ꝑ quantitate debita habet locum retractus, vt in d. l. 7. diximus, & melius omnium traditur per Peraltam. in l. 2. nu. 6. cum sequen. delega. 2. Et an in re per transactionem alienata, vide Menes. & per eum relatos in l. si profundo num. 14. C. de transacti. Tira. de retract. titulo 1. glos. 14. §. 1. num. 60. cum sequentibus pluribus. Sed an si clericus ordinatus ad titulum patrimonij vendatꝑ aliquam rem, talis patrimonij iure permittēte, habebit locum retractus, & dicendum est quod si rem illam habuit titulo hæreditatis ascendētis alienius, tunc etiam dabitur retractus quantumcunque iudicis autoritate interueniente vendita sit, cum & in re venditā a clerico retractus ꝑ locum habeat, vt in l. 7. supra eo. diximus & communem testatur Roland. Valle,

Valle, consi. 21. n. 7. lib. 1. & Villalobos, in antinomia iuris civilis & regij in prin. nume. 14. ad fi. fol. 21. & Cifuen. hic q. 51. imo & si clericus sit emptor dabitur retractus contra eum secundum omnes hic, & Tira. ubi supra glo. 13. nume. 2. §. 1. debet tamen tunc cōtra eum coram suo iudice retractus
 5 † intētari, ut in d. l. 7. diximus, & tenet Cifuen. hic q. 52. & Afflicti relatus per Tira. ubi supra. tit. 1. §. 8. glo. 5. nu. 15. licet in Francia secundum eum ibi. aliud sit, & male.

Ibi. Aunque sea por mandamiento de juez. Et sic per subhastationē necessariam, quæ potest talis dici illa, † quæ ex mandato iudicis fit, nam iudicium redditur in inuitum, ut l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de ver. ob. & cum in inuitum reddatur, & iudicis mandato in rem iudicatam lapsa vel omnino exequendo nō obstante appellatione, sine voluntariē, siue inuoluntariē obediendū sit, nimirum si necessaria subhastatio dicatur illa quæ ex iudicis mandato fit, vel ad distrahendas res fiti minorum Ecclesię vel reip. in quibus decretum iudicis requiritur. l. magis puro. §. nō pāsīm. ff. de rebus eorum. l. lex qua C. de adm. tur. l. 4. titu. 5. p. 5. l. 6. titu. 18. p. 3. l. 8. tit. 16. p. 6. authen. hoc ius C. de sacro. eccl. c. sine exceptione. 12. q. 2. & per totum, de rebus eccl. ali. l. 2. tit. 14. p. 1. l. fin. C. de vend. reb. civi. lib. 11. l. 1. & 10. tit. 7. infra lib. 7. l. 2. & 3. C. de prad. decu. lib. 10. l. 1. 2. & fi. C. de fide inst. & iure has. ff. lib. 10. l. 52. tit. 5. parit. 5. in quibus casibus subhastatio est necessaria ex iudicis mandato & auctoritate interueniente, ut ibi dicitur, Bar. l. licitatio. numer. 3. ff. de publi. & vec. Deci. consi. 556. numer. 4. Afflicti. lib. 2. consi. Neapo. rub. 38. in fi. Soci. consi. 95. nu. 5. lib. 3. necessaria etiam subhastatio dicitur illa quæ fit in rebus condemnati pro executione rei iudicatae iuxta tex. in l. ordo. ubi Bal. num. 4. C. de execu. rei iud. l. adiuo pio, §. in venditione, cum sequentibus ff. de re iudi. & in hoc titulo dictum est, & hanc necessariā lex nostra in ijs verbis designauit, ut idē in ea, quod in subhastatione voluntaria, de qua in precedentibus dixit, dicendum sit, quæ quidem voluntaria subhastatio dicitur, quoties extra dictas causas quis vult res suas in publico loco ad vocem præconis distrahere, ut ex licitatorum calore clarius res vendantur, vel citius distrahantur, ut sepe fit in magnis ciuitatibus, ut aduertit Pintelus in l. 2. C. de ref. ven. 2. par. c. secundo nu. 26.

7 Ibi, Desde el dia del remate. Et intellige de vltima subhastatione, vulgo Del vltimo remate, † nā ex communi stylo & consuetudine huius regni in quacunque subhastatione dantur nouem dies ei, cuius bona distrahūtur ex causa necessaria rei iudicate, confessionis, vel instrumenti publici aut priuati recogniti ad retrahendū res venditas reddito pretio, & eis elapsis fit vltima adiudicatio & datur possessio & sic à lapsu illorum dierum current nostri nouem dies ad retractum constituti, ita Castillo, in l. 70. Tauri in verb. del remate, & sequitur Marienço, hic glof. 3. licet mihi non ex toto applaudit, eo quod lapsis illis nouem diebus non fit noua subhastatio. vulgo, nueuo remate, sed datur mandatum de mittendo in possessionem in executionem. Del remate de la cosa en la almoneda rematada. Ex vi executionis rei iudicate, confessionis aut instrumenti, & sic à die illius remate current nouem dies retractus, ut in-

quit lex nostra ijs verbis, desde el dia del remate, aliter enim si possessio non caperetur in vno anno, diceremus hos nouem dies retractus non concurrere, quod esset absurdum, igitur verum non videtur dictum Castelli, & sic ad dubium euitandum consulo vt à die, del remate, intra nouem dies retrahas, neque expectes quod transeant alij nouem dies parti executione concessi ad redimendum res suas. Et an dies, del remate, computetur in termino. l. 7. supra eo dixi.

Ibi. Que consigue el que saca el precio. Nam volens retrahere debet illud consignare, † neque sufficit verbaliter offerre, secundum Boer. decif. 124. n. 24. nam secundum eum ibi, quando oblatio fit ad implementū conditionis ei, qui ex illo conditionis implemento nihil de suo perdit, neque implens cōditionem obligatur, tunc sufficit sola oblatio
 † ut l. statu liberos. §. stichus. ff. de statu. lib. & est casus in l. fin. C. de condi. inser. sed quando fieret non solum causa implendi conditionem tārū, sed etiam causa soluendi pretium, vel ad obligandum, cui impletur, ut in nostra materia, tunc ut inquit Bart. in l. si ita hares. ff. de cond. insti. requiritur depositio & consignatio, ut in l. 1. C. de com. man. ser. man. notat Boeri. d. num. 24. inferens ex hoc ad nostram retractus materiam, & id ex verbis nostri text. clarissime disponitur. Et no. quod idem sunt obligatio, * seu consignatio, vel sigillatio, & tū fieri dicuntur, quoties pecunia numerata prius clauditur in sacculo, & sacculus sigillo vel signo obfirmatur, ut est tex. in l. fin. ff. de leg. com. tex. in l. 1. §. si pecun. in sacculo. ff. de positi. & in l. die sponsaliorum. §. fin. eo. tit. & ratio differentie † inter
 10 oblationem & depositum sine obfirmatione, & oblationem & depositum cum obfirmatione est, quia quando pecunia offertur, & non signatur, sed ad numerum deponitur, trāsferitur possessio, dominium & periculum illius in depositarium, quia tenetur ad tantumdem in genere, & videtur depositata vt certa quantitas, & data videtur licentia depositario vtendi illa, sed quando deponitur signata in sacculo non trāsferitur possessio, neq; dominium in depositarium, & est periculum deponentis, & non est permilla licētia vtendi ipsi depositario, imo si vtatur tenetur furti, vt colligitur ex notatis per glof. in d. l. die sponsaliorum. §. fin. & no. & declarat Paul. Castre. in l. si sacculus ff. de positi. & Fano de pignori. 3. membro. 5. partis puri. num. 13. vbi num. 14. ponit effectus signationis, remissiue, & num. 15. inquit quod etiam hæc signatio requiritur in rebus mobilibus, vel semouētibus si forte vltra pretium aliqua res mobilis, vel semouens esset danda, isthæc tamen consignatio fieri debet si emptor rei à quo retrahitur noluit, dum ei offertur, eam recipere, nam nihil prodest consignatio, nisi prius sit oblata ei, cui solui debet, nisi sit absens, text. in l. 2. & ibi Sali. in l. not. C. de usur. glo. l. acceptam in glo. fin. post prin. C. eo. tit. notat in specie Tiraq. de retract. in agiel. §. 9. glof. 3. & vlti. nume. 5. ex quo male loquitur Marienço, hic glof. 4. in princip. dicens oblationem non requiri, cum ex l. 8. supra proxima id requiratur, ut ibi dixi, & sic fit de iure si emptor reperiri potest, vel sin minus in loco solitæ habitationis fit oblatio, ut ibi inquit Tiraque. numer. 6. & numer. 7. asserit non sufficere † procuratorem
 11 requirere, nisi ut ibi per eum nu. 10. & 11. dominus esset

esset præsens cum procurator requiritur & non contradiceret oblationem procuratori factam. Et an & quando aliàs de iure communi & ad quid requiratur consignatio & depositio vltra oblationem vide per Tiraq. *ubi supra*. §. 7. glos. 3. num. 3. vbi num. 7. cum sequentibus. declarat significationem verbi consignare: Ex quo cum emptor requisitus non vult recipere pretium oblatum, itur coram iudice intra hos nouem dies, & offeritur pretium in sacco immisum, & petitur numerari coram eo tabellione & testibus, & quod fides apponatur de hoc in processu cum die & hora & anno, & quod sic numeratum pretium deponatur, consignetur & obfignetur apud idoneam personam, & sic verificatur in practica verbum consignare. Et debet aduertere depones & consignans pretium, ne illud lite durantes petat & recuperet, nam si hoc fecerit perdet ius, *ex text. in l. debitor. ff. de usur. l. 1. in fin. & ibi Angel. C. qui pot. in pig. hab. notat Casla. in consue. Burg. rubri. des retrahet. rubri. 10. glos. en vendant. fol. 336. & Fano. ubi supra. 2. par. 3. membri. 5. partis. num. 27. fol. 138. in fi. cum prin. sequentis*, & Tira. *in d. §. 7. glos. 3. nume. 4.* vbi tamen inquit non esse idem quoties oblatio sola per se, & sine depositione sufficiebat, Aduertere etiam debet, quod consignans pecuniam faciat apparere & per scripturam de vera numeratione & receptione pecuniæ illius in quæ depositatur, nam non sufficeret confessio de recepto ipsius depositarij, prout est verior & communior opinio, quã tenuit Cepola *cons. ci. uili. 44. & duobus seqq. & Tiraq. de retractu conuention. §. 4. glos. 6. nume. 22. qui d. numer. 8. in cepit. & Cifuen. in l. 70. Tauri col. penul. & Montal. d. l. 13. verbo, el precio, vers. 1. tit. 10. lib. 3. fori. & Matienço hic. d. glos. 4. num. 3. qui in num. 8. & 9. tractat an si emptor soluit pretium in auro sufficere ei offerre in pecunia argentea, & tandem concluditur & est sine dubio quod sic, & si æquiualeat pretio & valori pecuniæ aureæ, *presertim attenta. l. 6. tit. 21. infra hoc libro* omisio tamen vnus nummi vitia ret, & cum pro forma substantiali totum offerri & consignari requiratur, & ita tenet Cepola, *cons. ci. uili. 46.* & plures alij relati per Matienço, *ubi supra. num. 10. & 11. vbi num. 12.* hanc communem fatetur, quicquid ipse velit aliud tenere, cū enim odiosus sit retractus est in forma specifica & integra implendus, nam omisio forma etiã in minimo & totum vitiat, *ut per Bald. & nouiores, in l. 1. ff. de lib. & post. late Tira. de ret. linagi. §. 1. glo. 2. num. 11. & sequentibus, & iterum de ret. conuention. §. 4. glos. 6. num. 31. cum sequentibus*, nisi probaretur per errorem, id fuisse factum, puta quia plures aderat nummi, & calculatis illis, qui sufficere debebant, per errorem numerantis fuit male calculatum, & ceteri nummi, qui videbantur superesse fuerunt ipsi retrahenti præstiti: nã constituto de hoc errore omisio vnus vel duorum nummorum non vitia ret, *secundum Alex. cons. 105. nu. 19. & 20. lib. 3. & ibi additio, Tira. d. §. 4. glos. 6. num. 29. & 30. & Didac. Perez ad seguram. l. num. ex familia §. sed §. fundum nu. 9. in fi. de leg. 2. sic asserens fuisse Salmanticæ obtinuum in iudiciali controuersia & sic potest procedere, & sic loquitur Matienço, ubi supra. Quid autem si pretium non fuerit liquidum, dic quod sufficere offerre & quod visum fuerit, & pro reliquo dabitur**

deiuissores de soluendo cum apparuerit plus esse, *ut docet Alex. cons. 24. num. 9. lib. 4. alios allegans, & sequitur hic Matienço. d. glos. 4. in fine. & Rebus. in 1. tomo consti. Fran. tit. de liter. obligat. artic. 1. glos. 9. num. 13.*

Ibi. *La ley del fuero, y la ley del ordenamiento.* Quæ sunt leges duæ supra proximè præcedentes, quarum & legis nostræ forma & solemnitas seruandæ sunt, aliàs corrumpit retractus, quamuis minimū deficeret, *ut in glos. precedente dictum remanet.*

Ibi. *Tansi mismo aya de purgar.* Nota dictionem hanc, y ansi mismo, quæ cum sit præcedentium præpetitiua, *ex l. in repetendis vbi Barr. & Docto. de leg. 3. eandem solemnitate & formam seruandam circa expensas & gabellas adhiberi lex nostra iubet, quæ in pretio principali seruanda erat, ita vt non sufficiat pretium offerri & consignari intra nouem dies emptore nolente recipere, verum & expensæ & gabellæ sunt itidem offerenda & consignanda intra hos nouem dies, & omne id, quod ab emptore soluendum est, & ita quotidie fit.*

Ibi. *Las costas y alcavala.* Vt per Tira. *de retract. conuen. §. 6. glos. 2. num. 1. & 2. & num. 21. cum. 3. sequentibus*, vbi num. 25. quærit optime, num vsura in præsentem comittatur, ex eo quod emptor à quo retrahitur percipit interim & fructus rei emptæ, *ut per Tiraquel. ibi glos. 4. §. 5. nume. 1. & sequen. & remanet indemnis expensarum & gabellarum, prout voluit Abb. ibi per eum relatus, & tandem inquit ipse Tiraquel. non adesse vsuram, vbi id de lucrandis fructibus in pactum non est deductum, sed si deduceretur suspitione vsuræ non careret, secundum eum ibi.* Sed an & promissiones, vulgo & los prometidas, erunt itidem soluendæ, si quæ fiunt vt emptores alliciantur ad plurius emendum, & dicendum est quod sic, eo quod tantum minus dicitur accipi de pretio, *secundum Barr. in l. quantitas patrimonij. ff. ad l. Falcid. vbi pure. §. si. ff. ad Trebelli. sed in contrarium videtur, nam promissum hoc non soluit emptor, sed lucratur potius, ergo non obligabitur retrahens illud soluere, cum tantum ab emptore solutum, soluere obligetur. item ex promissis ijs nõ debetur vestigal *ut per Parlado. c. 3. rerum quotidianarum nu. 47. pag. 110.* ergo, & in promisso ipsi emptori soluendo dubium esse posset, sed in illo, quod ipse emptor alijs impostoribus & subhastatoribus soluere debebat, nulli dubium, quia retrahens soluet, mihi tamen idem videtur dicendum in soluendis ipsi emptori, nã & hæc est pars pretij, *argum. tex. in l. ex ea parte. ff. de actio. empti, & quia venditor remaneret in damno si ipse promissiones soluere teneretur emptor, & quia cū sit cuiuspiã rei translatio de vna persona in aliam, id fit cum omnibus eiusdem rei oneribus. l. Caio. in princi. ff. de alim. & cib. leg. Matien. l. 7. supra eo, glos. 3. nume. 27. faciunt etiam dicta per Tiraq. de retract. tit. 1. §. 29. glo. 4. num. 6. & 7. & alijs, in hilominus latius pensabis. Sed an si emptor nõ soluit gabellam, quæ est privilegiata, & petet à retrahente ac si soluisset, vide Tiraq. *de reuac. lina. giel. §. 29. glos. 4. num. 2. & 3. pag. 451. & ibi plura alia circa hæc declarat, & Matienço al. 7. glos. 3. n. 30. supra eo.* Imo & quod plus est, quod, *el alboroque, tenetur etiam retrahens soluere, & quia omnia hæc expensæ emptionis sunt, secundum Caslane. in consil. Burg. fol. 337. in princi. & iterum in 2. 3. vbi***

vbi & alia ponit quæ soluenda sunt, id tamen, del alboroque, intelligerem esse verum, quoties tēpore emptionis, fuit actū, quod emptor illud soluere debebat, secus vero aliās & voluntarie illud soluit emptor, nā tunc secus esse dicerem. Sed an omne id quod emptor dederit proxenētis seu mediatorib⁹ tenebitur* soluere retrahens, & quidā dicunt quod consentiente venditore, vel adigēte necessitate quod eis datū est, id restituet retrahens emptori, non quod volūtarie, arg. text. l. debet. ff. de edil. edic. iuncta glos. & ibi Bart. Boeri. in cons. Bitur. tit. de retract. §. 4. col. pen. Cassan. vbi supra titu. de retrac. §. 1. in glo. le pris. vers. quero quid veniat, & iterum in verbo, le frays raisonnables nume. 4. Fernan. Arias. l. 76. Tauri nume. 27. contrariū tamen verius & receptius est, quādoquidem datum proxenētis pars pretij dicitur, secundum Bart. in l. sed si hoc, quam legit sub. l. si vir uxori, & ibi Imol & Paul. ff. de condi. & dem. vbi etiam quoad præiudicium gabellarij id ipsum assenerant, idem voluit Bart. & alij plures relati per Tira. vbi supratit. l. §. 15. glos. 1. nume. 5. vbi addit concor. & iterum. §. 29. glos. 4. num. 9. vbi nu. sequenti, tenet hanc vltimam sententiam, & iterum in lib. 2. de retract. §. 6. glos. 2. num. 21. & verius & receptius testatur Matienço in l. 7. glos. 3. nu. 32. supra eo. vbi nume. 33. id apertius iure nostro regio obtinet ex l. nostra, sumpta ex l. 70. Tauri vbi Pala. Rub. n. 36. propter illius generalitatem, infert consanguineum retrahentem teneri emptori refundere impensas instrumentorum emptionis, † vbi adnotauit Castillo, in glo. las costas, in fi. & Cassa. & Ferro. relati à Matienço. d. num. 33. & Tiraquel. d. lib. 1. §. 26. glos. 3. in princip. & rursus lib. 2. §. 6. glos. 2. nume. penul. vbi ampliatur, vt etiam id quod expendit emptor in extrahendo instrumento à notario. Ex quo & fit, secundum Matienço ibi nu. 34. quod venditor tenetur † reficere contractum venditionis ipsi retrahenti cum omnibus clausulis consuetis, nempe euictionis obligatione bonorum & guarentigia, vt asserit Tyra. d. lib. 1. §. 29. glo. 5. & omnes communiter vt ibi inquit Tira. num. 1. & sic emptor ad id non tenebitur, ex quo cauendum à Tiraq. ibi in margine eiusdem glos. nu. 1. aliud dicente, & per errorem fortassis fuit scriptum, vt ibi aduertit Matienço, & bene. Ex ijs etiā verbis notabis, hic esse text. probantem 27 † (cum ad præcedentia referatur) quod ex publica subhastatione etiam in vim iudicialis formæ facta gabellam deberi, quem ad hoc allegauit Cifuent. hic in fi. verbis & ad l. 7. gabellarum, qua est. l. 5. titu. 18. lib. 9. infra se remittit, à contrario sensu id probantem, secus tamen esse dicit Parlado. li. rerum quotidianarū c. 3. n. 2. quoties non venditur, sed addicuntur creditori ob non repertum emptorem, quod vsquequaque pro nunc non affirmo esse verum,

- 2 Venditio plurium rerum vna censetur vbi tractatur de resolutione contractus. 2. ita vt resoluta in parte in reliquo resoluitur vt ibi, & nu. 7.
- 3 Res plures si diuersis pretijs vendantur vnaqueque retrahi potest. 3. limitatur. nu. 6. & 16.
- 4 Rebus pluribus venditis diuerso pretio in qualibet earum est locus lationi vltra dimidiam. 4.
- 5 Plures venditiones censentur quoties plures vno pretio venduntur, postea tamē in instrumento diuiditur pretium inter eas. 5.
- 8 Rebus pluribus vno pretio venditis si vna earum sit morbosa omnes & non illa sunt redhibenda. nu. 8.
- 9 Legatum plurium rerum non potest pro parte acceptari. 9.
- 10 Re vna patrimoniali cum alia non patrimoniali vendita vno pretio an habeat locum in patrimoniali retractus. 10.
- 11 Consanguineus vnus non admittitur ad retrahendum rem pro rata quoties aliter eiusdem gradus vult totam retrahere. 11.
- 12 Retractui an erit locus si venditio ex aliquo defectu est nulla. n. 12.
- 13 Applatione venditionis non venit illa quæ est nulla. 13.

Lex 10. Quæ erat 71. Tauri.

S V M M A R I V M.

Si plures res patrimonij vel abolengi pro vnomet pretio vendantur omnes sunt per consanguineum retrahenda & non vna absque alia, secus si diuersis pretijs.

IBi. M V C H A S. Includitur à fortiori, quod si vna res tantum vendatur non potest pars eius retrahi † sed toto est retrahenda, vt per Anto. Gom. I tomo. 2. cap. 10. n. 3. in fine. Idque per modum conclusionis ampliatur ex lege nostra, vt idem sit quoties plures patrimoniales vno & eodem pretio venduntur, nam tunc non potest vna retrahi, sed omnes aut nulla est retrahenda, vt expendit Anton. Gom. hic num. 13. & Tiraq. late, lib. 1. de retract. §. 23. glo. 1. & plures alij per eum relati, & Mansueti. de retract. §. item vna, Boeri. in cons. Bitur. §. 5. col. 2. Pirrhus, in cons. Aurelia. titu. de retract. §. 30. Montoloni. in promptuario iuris verbo redimere, vers. 2. verbo habebit, Ferron. in cons. Burdeg. titu. de retract. ca. 3. & 27. tum ex eo quod emptor alias vero similiter nō esset empturus, nisi simul & vnico pretio sibi vendite fuissent, quare aut omnes sunt retrahenda aut dimittenda arg. text. l. si quis aliam ff. de solutio. tum etiam quia vbi tractatur de resolutione contractus, venditio plurium rerum vnico pretio facta censetur esse vna venditio, † quare resoluta in parte remanet in reliquo resoluta, vt

S V M M A R I V M.

- 1 Pars rei vendita retrahi non potest sed tota est retrahenda. nume. 1. vbi ex l. nostra ampliatur etiam si plures res vendantur vno tamen pretio.

docet Bar. in l. scire debemus in prin. ff. de verb. obli. n. 4. Tiraq. late, ubi supra §. 3. glo. 1. n. 4. tum etiã quia non est tanta utilitas respectu partis quam respectu totius, d. l. si quis aliam. l. fundus ille iuncta glos. ff. de contra. em. lex, Mauius. §. fin. ff. fam. hercis. Tiraquel. ubi supra dicta glos. 1. n. 14. tum etiam quia quoties vna res, vel plures vno pretio emuntur non debet pretium particulari solutione diuidi. l. plane. ff. fam. her. & ideo aut totum est admittendũ, aut totum repudiandum. l. cum queritur in fin. ff. de admi. tuto. cum alijs traditis à Tira. de retract. conuentio. in fine. n. 5. tum etiam & melius quia obligatio de re vendenda huic secundo emptori continet rem tradi. l. 1. & l. exempto. ff. de actio. emp. quæ tamen est indiuidua. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verbo. obli. & ideo non potest pars retrahi, & quia partis venditio multa adfert incommoda, prout ijs, & alijs rationibus in propositũ adductis tenet Mexia, in pragma. cassæ panis conclusionẽ. §. n. 128. & sequentibus, ubi sic & in retrahente triticum asserit: etiam si Matth. Affli. & in tract. proto. miseos. §. 6. nu. 5. & 6. aliud & male velit. Quod totum secus est quoties vnaquæque res suo particulari & signato pretio venditur, nam tunc vna earum retrahi potest, ex text. nostro in fine, censentur enim tunc plures venditiones. l. cum eiusdem. ff. de adil. edic. l. si plura eo. ritu. l. quod sepa. §. in ijs. ff. de cont. emp. l. in bello. §. si. ritu. de capti. & postu. reu. quo fit vt in qualibet earum sit locus læsioni ultra dimidiam, & secundum Bald. cons. 91. in fin. lib. 2. Deci. consil. 421. colu. 1. ubi Bald. limitat, & Tiraquel. d. §. 23. glo. 1. nu. 17. Et sic pro qualibet re sua gabella debetur, vt per Tiraq. ibi, adeo vt etiam si plures res emptæ sint vno quidẽ pretio, quod postea in eodem contractu, seu instrumẽto in singulas res diuisum est. censentur tunc plures venditiones. secundum glos. in l. adiles autem §. si plura. ff. de adil. edic. Tiraquel. d. glos. 1. num. 18. & 19. vbi extendit hæc secundo, etiam si primum pretium fuerit diuisum in singulas res, & vnum ex omnibus coactum, vt & nos diximus in l. 7. ritu. 18. lib. 4. supra, limitatur tamen hæc conclusio ex dictis per Tiraquel. ibi num. 20. vt non procedat quoties constaret emptorem non nisi omnes res simul empturum fuisse, tunc enim licet in singula capita pretium sit constitutum, non erit nisi vnica emptio, ex. l. cum eiusdem in fi. ff. de adil. edic. secundo limitatur, ex Tira. ubi supra num. 25. & 26. & 27. nisi duæ res separatim & diuerso pretio fuerint datæ in solutũ pro vno ac eodem debito, puta quia debes mihi ex eadem causa trecentos aureos, pro quibus do tibi in solutum duos fundos, vnum æstimatum centum aureis, alterum ducentis, nam tunc considerata causa primitiua, cum sit vnum debitum indiuiduum, quod per partes soluere debitor nõ posset inuito creditore, vt. l. quidam æstimauerunt. ff. si cer. pet. non admittetur particularis redemptio, præsertim cum secundum Tiraq. ubi supra. nu. 23. datio in solutum sit omnino indiuidua Quid tamen erit si vendatur vna res patrimonialis, & alia non patrimonialis vno pretio in glos. sequente vide.

Ibi. Por. vno pretio. Nam tunc quamuis plures res vendantur sub vnico tamẽ pretio nõ plures, sed vna tantũ venditio dici potest, rex. in l. & si vnopretio. ff. de act. emp. sicut & de pluribus hæreditatibus

quæ inter aliquos ex diuersis causis communes sunt vnum familiæ hærescundæ iudicium sumi potest, text. l. hæredes. §. de pluribus. ff. fam. her. ubi glo. alia similia adducit in propositum, sic & in pluribus rebus vno pretio venditis si vna earum sit vitiosa & vel morbosa, illa non potest sine alijs reddi, secundum Antonium Gomez tomo. 2. cap. 2. numero 49. ad fin. & eod. tomo. cap. 11. nume. 16. in medio, & in versic. quartus effectus nostrum text. in hoc allegat, & Peralta. l. 2. numer. 4. versic. 14. de legat. 2. sicut & si sub vno legato plures res comprehendantur vnum tantum legatum est, neque potest pro parte acceptari. & in parte repudiari vt. l. legatarius de legat. 1. l. 36. ritu. 9. part. 6. & quid si dentur in solutum plures res diuersis precijs pro vno tantum debito an possit vna earum retrahi, vel omnes sint retrahendæ, vide per Peraltam, ubi supra. n. 4. & 5. Quid tamen erit si vna res patrimonialis & abolengi cũ alia non patrimoniali vendatur vno pretio, tan potest cõsanguineus extrahere patrimonialẽ, & dimittere aliam, & asserendum est quod admitteretur ad retrahendum re patrimonialẽ & abolengi, alia re emptori relicta, & taxabitur pretium boni viri arbitrio, vt est rex. in c. constitutus, ex. de in inte. res. nam ibi ij. qui restituntur in integrum, nõ poterant redimere partem suam à patre eorum cõsensu venditam, ideo quoad partem alio eis remedio prouideretur, admittuntur tamen ad retractum alterius partis ex vi cõsuetudinis, quamuis vtraque pars eodẽ contractu & pretio fuisset vendita, vt ibi dicitur, quæ text. ad id expendit solus Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 2. glo. 2. n. 6. qui per illum tex. hanc ibi firmat conclusionem, & n. 8. & voluit Affli. in tracta. protom. §. n. 8. & Cifuen. l. 50. Tauri. q. 39. & l. 71. q. 1. & Anto. Com. ibi. n. 15. per rex. in l. donum. ff. de cont. emp. l. 15. tit. 5. part. 5. vbi si res vendita nõ extrat, nulla est venditio, sed si dimidia, vel minor pars domus vendita exusta fuerit, emptor cogitur venditionem adimplere æstimatione viri boni arbitrato habita, vt quod ex pretio propter incendiũ decrescere fuerit inuentũ ab eius præstatione liberetur, paria autẽ sunt, rem venditã; vel partem non subesse, vel obnoxiam esse retractui si igitur vna ex rebus venditis vnico pretio non subest, vel per cõsanguineum retrahatur, valet venditio quoad aliam, & refuso pretio taxato emptori, non poterit emptor ab emptione rescire, sed ei stare tenebitur quoad rẽ, quæ extat, vel quæ nõ retrahitur text. est sing. & vnicus in suo casu, secundum DD. ibi in l. si fundum. ff. mand. vbi æstimationi iudicis locus aperitur, & in alijs iuribus ad hoc consideratis per Matheo, supra eo. l. 7. gl. nu. 31. vbi hanc sequitur opinionẽ, & huius opinionis nulũ vsque huc inueni contractorem, idque adeo verum est, quod etiã si cõsanguineus velit ambas res patrimonialẽ & non patrimonialẽ retrahere, non poterit, quia non potest tunc cogi emptor inuitus aliam quã patrimonialẽ dimittere etiã si integrum offerat pretium, vt resoluit Tiraq. d. titu. 1. de retract. §. 23. glo. 2. n. 10. & idem voluit Cifuen. d. l. 71. q. fin. & Matth. Affli. ubi supra. §. 6. nu. 8. & in propositum faciunt relata per Tiraq. ubi supra titu. 2. de retract. conuentio. §. 1. glo. 6. num. 33. & pluribus sequentibus, quæ multum aperiunt, & explicant que-

S V M M A R I V M.

- 1 Retractus an statim quod res vendita est ad creditum posset intentari vel die adueniente. 1.
- 2 Iuratoria cautio non sufficit in terminis nostræ legis. 2.
- 3 Fideiussiones de quibus in præsentibus cum effectu sunt offerenda, eo quod præfixum est tempus ad eas præstandas. 3.

Lex ii. Quæ erat 72. Tauri.

S V M M A R I V M.

Qualiter & intra quod tempus & quibus factis diligentibus res ad creditum, vul. o fiada, vendita, sit extrahenda per consanguineum, declarat lex nostra.

IBI. FIADA. Sed an idem erit si sub conditione vendita sit, diximus in l. 7. supra eo. & tradit Anton. Com. tom. 2. c. 11. num. 24. in 4. effectu.

Ibi. Desfianças bastantes. Magna erat antea contentio in venditione habita fide de pretio facta an statim vel cum dies venisset retractui locus esset & vti licet videre per Tiraq. tit. 1. de retract. §. 1. glo. 1. §. 8. numero 32. & sequentibus, quæ per legem nostram est decisa, ita vt dubitationi nullus locus iam remaneat notandaque sunt verba hæc, fianças bastantes, ad sciendum quod iuratoria cautio non sufficiet, & ex dictis per nos, in l. 23. numero 11. & 14. verbo legas tir. 7. lib. 3. supra, & quia vbi pro forma requiritur satisfactio & ex necessitate non sufficit iuratoria cautio, secundum Crauetam, conf. 31. numero 4. vol. 1. & Auend. in tit. de las exceptiones, numero 36. versi. item sequitur & ante eos Ias. in l. 1. numero 23. limit. 10. ff. qui sol. cog. & quia vt ipse ibi in 9. limi. inquit, vbi aliquid alicui est præstandum per alium sub satisfactione non sufficit iuratoria cautio, vt per Molin. de primo. lib. 2. c. 16. numero 41. itidem notandum est quod non sufficeret verbo in iudicio offerre has fideiussiones, secundum Bart. l. prætor ait §. si quis paratus ff. de noui ope. nun. securum per Ias. & alios in l. si mora. numero 7. ff. solu. mac. & Afflictis, decis. Neap. 39. numero 4. etiam si prius ipsi emptori fideiussores fuissent oblatis, & nolisset eos recipere, adhuc enim tunc in iudicio cum effectu sunt offerendi, & secundum Boeri. decis. 124. nu. 29. eo quod præfixum est tempus per legem nostram ad eas præstandas, secus vero si nullum esset præfixum tempus pro eis præstandis, & eas oblatis nollet aduersarius recipere, nam tunc id sufficeret, vt alibi diximus in l. 32. tit. 3. n. 4. lib. 3. supra. Et ideo cum in nostro proposito sint realiter offerendæ, vel offeras in iudicio ipsos fideiussores personaliter dicentes scite fideiubere pro quantitate illa in actis. & quod sic scribatur, offerendo informationem, quod sunt idonei, vel antequam ad iudicium

I i 4 vadas

quæstionem istam: volente tamẽ emptore quod retrahens ambas res patrimonialem, & non patrimonialem recipiat pro precio conuento, teneatur retrahens vel totum retrahere vel relinquere, per tex. notabi. in l. tutor. §. 1. ff. de minor. ibi (respondi eatenna rescindi nisi emptor a toto contractu velit discedi, quod partem empturus non esset,) confert etiam text. in l. communi. §. si debitor. ff. communi diui. & quod voluerunt Guil. Cun. & Alberic. in l. si duo patroni. ff. de iure iurand. & quod in simili quæstione decidit Tiraquel. vbi supra tit. 1. §. 11. glof. 7. num. 3. non admittendum consanguineum in eodem consanguinitatis gradu constitutum ad retrahendum rem & venditam pro rata, quoties alter eiusdem gradus consanguineus vult totam extrahere rem, ne cogatur inuitus esse in communiõne, ne vè quod eius fauore fuit introductum, in eius incommodum retorqueatur, faciunt etiam tradita per eundem Tira. vbi supra §. 23. glof. 1. num. 3. & sequentibus, & ita tenet Martiengo, d. glof. 7. nu. 32. quamuis secundum eum ibi Bal. in trac. protomiseos n. 20. & 21. Afflict. in eo. tra. Etar. §. 6. n. 5. 6. & 7. & Cifuent. d. l. 7. Tauri quæst. 2. aliud voluerint de quo iam diximus alibi, Sed an si venditio fuit nulla ob solemnitatis defectum aut ex alia causa, erit locus retractui, & Pau. Castre. cõsil. 74. n. 1. in princip. & in fi. inquit quod non, eo quod appellatione venditionis non venit illa quæ est nulla, & inualida & l. 4. §. 1. condemnatum ff. de re iudi. & idem tenuit Capola, cons. ciuili. 42. col. 2. & in cons. sequen. vbi respondet ad contraria, Tira. tamen in dicto tit. 1. de retract. §. 1. glof. 2. n. 8. inquit vix hoc obtineri posse apud Gallos eo quod nihil interit emptoris, cui pretium restituitur, & expensæ & gabellæ, & sic audiri non debet opponens nullitatis exceptionem abique ininteresse, l. ille à quo §. 1. & ibi Alexan. in princip. ff. ad Trebel. & ex alijs congestis à Tiraq. d. glof. 2. n. 51. & ita nuncupatim voluit, Gallus ille scribens consuet. Paris. tit. 1. §. 13. glof. 5. q. fi. & eo. tit. §. 22. q. 4. & Cifuen. l. 40. Tauri 45. dubitati. quos referens sequitur Martiengo d. l. 7. glof. 7. n. 36. supra hoc tit. & lib. & placet mihi hæc secunda opinio. Et quid si venditio fuit simulata vide late Tira. d. glof. 2. n. 11. cum sequentibus pluribus, & ibi late probat quod tunc & non erit locus retractui, quemam vera venditio non fuit, nec venditori a se abdicauit dominium.

Ibi. sino que todas las aya de sacor. Quod non solum in ipso consanguineo retrahente procedit, verum & in eius heredibus, secundum Tira. de retract. conueni. §. 1. glo. 6. n. 31. & Ant. Co. to. 2. c. 10. n. 3.

Ibi. Por diuersos precios. Vide quæ diximus in glo. 1. istius legis, sed an si vendantur plures res pro & eodem debito diuersis pretijs & si mara poterunt aliqua earum retrahi, & aliqua non, dixi in fine dictæ glo. 1. quod non, eo quod tunc datur in solutum, quia est quid indubitatum. Ias. in l. 1. l. stipulationes non diuiduntur, n. 21. ff. de verb. oblig. contra tenet quia non debitum, sed venditio ad retractum inspicitur, & videtur tex. restet in ijs verbis pro hoc facere, sed Ias. loquitur cum plures res non in solutum dantur, vt loquitur Tira. d. tit. 1. de retract. §. 23. glo. 1. numero 20. 21. & 22. secus si in solutum dentur, pro vt ipse ibi nu. 25. loquitur cum 2. sequentibus numeris, sic declarando Iasonem.

vadas facies fideiussores tecum obligari coram tabellione & testibus in solidum cum renuntiatione legum renuntiarum consuetarum, pro quantitate illa ad terminum per emptorem constitutum soluenda, & de hoc fiat instrumentum publicum in forma consueta, & de hoc extrahes exemplum signatum & presentabis illud in iudicio cum iuramento necessario, & offeres informationem de idoneitate illorum & statim eam præbebis intra nouem dies, & quod iudex idoneas eas declaret, & sic satisfaciet legi nostræ & eius dispositioni, & sic feci pluries & vidi fieri.

S V M M A R I V M.

- 1 Semel declarans se nolle retrahere an possit pœnitere. 1.
- 2 Emptor victus an possit compellere retrahentem vt vtatur illa sententia. 2.
- 3 Correctoria est lex nostra legis. 7. supra eo. dum ibi non admittebatur consanguineus in gradu proximior nolente retrahere. 3.
- 4 Proximior an sit requirendus priusquam admittatur sequens. 4.
- 5 Proximior an possit in præiudicium sequentis cedere ius retractus. 5.
- 6 Proximitas ad retractum alium vsq; ad decimum hodie vsq; ad quartum gradum intelligitur. 6. Vbi quomodo fiet computatio.
- 7 Nouem dies assignati ad retractum omnibus currunt consanguineis. 7.

Lex 12. Quæ erat 73. Tauri.

S V M M A R I V M.

Si proximior consanguineus noluerit retrahere rem venditam, alius sequens in gradu admittetur ad retrahendum dum tamen sit intra nouem dies & factis diligentis requisitis à lege.

I Bi. YNO VISIERE. Quid tamen si semel declarauerit se nolle, an possit ꝑ pœnitere, vide Boeri. *decisi.* 76. num. 1. 2. 3. & 9. & Tiraq. *de tract. linagiel.* §. 26. glof. 2. nu. 5. & sequentibus, & per totam illam glof. alia tradit in propositum, & Anto. Gom. l. 73. Tauri nu. 14. & Matienço *hic glo.* 1. in fi. & inquit quod non licet pœnitere. Sed an si per sententiam emptor victus est, possit retrahens ea non vt, vel emptor cum cogere vt vtatur ꝑ sententia illa, & videtur quod cogi possit ea vt retrahens, tñm quia ex ea victo actio in factum est quæ sita, si quid victi interest, & sic ab illa sententia vincens recedere non potest nec pœnitere victo inuito, ex Bar. in l. si constante §. quoties ff. solu. mar. num. 10. & ibi Bal. in princi. & Alex. n. si. per text. ibi iuncta glo. in verbo, nec ferenda. tum etiam ex alijs pluribus dictis & congestis à

Tira. in d. tit. 1. de retractu, in fine n. 24. & seq. contrarium tamen imo quod consanguineus possit pœnitere, & emptor non possit eum cogere vt sententia illa est tenendum, vt verius, ex tex. in l. si iudex circumuento ff. de mino. & quia id quod in fauorem alicuius est introductum non debet in eius odium retorqueri, sententiaq; lata pro aliquo in ipsius priuilegium non imponit ei necessitatem vtendi ea si nolit, vt per Tira. vbi supra n. 24. & 28. vbi accedit huic sententiæ, & ibi respondet contrarijs, à quo desumpsit hæc Matienço *hic glo.* 2. num. 2. cum sequen. qui in num. 8. hanc veriorum testatur opinionem.

Ibi. *El pariente mas propinquo siguiente en grado.* Corrigitur ijs verbis dispositio legis 7. supra isto tit. in quantum proximior nolente retrahere excluderetur sequens in gradu, quod corrigitur ꝑ ex ijs verbis nostri text. & ex eius subscriptione marginali, & ita erat etiam de iure ciuili vt patet ex dictis per Ant. Gom. tom. 2. c. 10. col. pen. in medio, & Pal. Ru. in l. 73. Tau. n. 3. sed est quæstio singularis, num debet requiri proximior priusquam admittatur sequens in gradu ꝑ & asserendum est id in potestate sequentis in gradu consistere, ita vt si velit requirere proximiorum possit, sin minus necesse non sit eum requirere, sed possit potius petere retractum, nã quoad non apparet alius proximior, de non apparentibus non est curandum, vt ff. de contrab. em. l. in lege, neque potest emptor apponere de iure proximioris, & sic de iure tertij, quia id ei non licet, eo quod sequens consanguineus non excluditur nisi tantum proximior petente, qui quidem proximior, si pendente lite cum sequente in gradu intentauerit retractum, tunc sequens in gradu excluderetur, dum tamen proximior ipse intra nouem dies petat, & diligentias necessarias faciat, aliter enim sequens in gradu, qui eas fecit in termino, etiam in hoc casu obtinebit, neque excluderetur per proximiorum male petentem, sicut neq; excluderetur, si proximior nihil peteret, eo quod nihil & inutile equiparantur in iure, & ita voluit Montal. in l. 13. tit. 10. lib. 3. fori. in glo. *cambiar.* col. 7. & Anto. Gom. l. 70. Tau. nu. 21. vers. circa quod tamen, & Tira. tit. 1. de retra. §. 1. glof. 10. num. 59. vel poterit sequens in gradu, requirere proximiorum vt extrahat, & diligentias faciat alias quod ipse extrahet, & iudex debet tunc proximiorum cogere vt intra breuem terminum id faciat, vt terminus sufficiens intra illos nouem dies retractui concessos, remaneat sequenti in gradu ad faciendas diligentias suas, & quod posset proximior ad hoc cogi, tenuerunt Iaco. de Rab. Clin. Alberi. Paul. n. 6. in l. fin. §. 1. c. de sur. & Benedic. in repe. c. Rainu. verbo & uxorem n. 156. de testa. & Cifuen. l. 73. Tau. in princi. & alij relati per Matien. *hic glo.* 1. n. 2. & sequen. dicentem ita magis communiter DD. tenere, & est clarum, verum quia hæc forma cogendi proximiorum non est utilis neque necessaria nunquam ea vtimur, sed prima, scilicet quod volens retrahere intentat, etiam si non sit proximior, dum tamen retrahens sit consanguineus intra quartum gradum, & proximior nihil petente in termino, pronuntiat sententia in fauorem retrahentis & facientis diligentias in termino, nam sufficit probare consanguinitatem proximam re-

quere.

De las Ventas y cōpras. l. 13. & 14. Tau. 74. & 75. 381

que requiritur probari non esse alium proximiorē, ex dictis per *Cuma. conf. 43. & Capiti. decis. Neap. 159. n. 11. & Molin. de primoge. lib. 3. c. 9. n. 21. & 22. præsertim cum ex lege nostra admittente sequentem in gradu*, ius retractus est redactum ad instar successione ab intestato, ut in simili statuitur, *l. peto. §. fratre, sibi, (proximus quisque) ff. de leg. 2. notat hic Pala. Ru. n. 3. & Ant. Gom. l. 40. Tauri n. 45. & sequentibus*, notandum etiam est verbum nostri text. *de grado en grado*, nam ex hoc inferri potest, proximiorē consanguineum in præiudicium sequentis in gradu ¶ non posse cedere ius retractus in alium etiam consanguineum remotiorē tamen illo, qui in retractu erat immediate sequens post proximiorē cedentem, tum quia sibi & non alij quis retrahere potest, tum etiam quia iura sanguinis cedi non possunt, tum etiam quia iuri tertij etiam princeps regulariter præiudicare non potest, & legis nostræ dispositioni vnum post alium gradatim admittenti, & sic esse de iure asserbat *Tira. in d. tit. 1. §. 26. glo. 2. nu. 2. cum sequentibus pluribus*.

Ibi. *Del quarto grado*. Usque ad quem admittitur consanguineus ad retractum, ¶ & non ultra, licet aliud esset de iure civili, nam usque ad decimum admittebantur, ut apparet ex *Capola consil. civili. 43. Tit. 24. ubi supra §. 1. glo. 9. num. 23. & sequentibus*. Sed quomodo fiat hæc computatio an secundum ius civile an vero secundum ius canonicum, intrepide tenendum est, secundum ius civile esse faciendam hanc computationem, etiã in terris Ecclesiæ, quandoquidem computatio faciendâ secundum ius canonicum, quoad matrimonia tantum fieri debeat, ut tenent *glos. & Doct. in §. habentis, inst. de grad. cogn. Cin. & Bal. & Doct. in l. si. e. de suc. edic. communis secundum Feli. in c. ex literis, de consti. & Cifu. hic in fine, & Couar. in 4. par. 2. ca. 6. §. 8. n. 18. gos. l. 1. titu. 18. p. 7. & Deci. consil. 158. vol. 1. & Matienço l. 7. glo. 5. nu. 7. & Mexia, in l. de Toledo in 6. fundamento 2. partis nu. 21. & idem Couar. ubi supra §. 6. num. 8. in fine*.

Ibi. *Del dentro de los dichos nueve dias*. Et sic nouem 7 ijs dies ad retrahendum dati omnibus ¶ consanguineis proximioribus & sequentibus post eos usque ad remotiores ad quartam usque gradum currunt, in simul & in eisdem diebus, & est singularis in hoc, & sic asserit *Anto. Gom. d. l. 70. Tauri. n. 21. versi. item quero an*.

Ibi. *La ley del fuero y ordenamiento*. Quæ sunt leges 7. & 8. supra eodem cui adde l. 9. supra eo. aliàs solemnitates designantem, & cum res venditur ad creditum, vulgo, *fiada*, solemnitates etiã l. 11. supra proxime seruandæ erunt, prout *ibidem* disponitur.

S V M M A R I V M.

- 1 *Dominium directum venit appellatione proprietatis. 1. & in quo differat ab vtili, & à quo constituitur.*
- 2 *Dominium tantum vtile habens non retrahit. 2. & sic censum redimibilem habens non potest retrahere, ut ibi, nisi ut ibi.*
- 3 *Dominium directum habenti competit retractus. 3. vbi de superficie.*
- 4 *Vassalli an possint se redimere pro pretio quo*

dominus eos vendit. 4.

- 5 *Eadem solemnitas seruanda in communionis retractu, quæ & in iure sanguinis obseruaretur. 5. & 8.*
- 6 *Retractus communionis cessat quoties res est diuisa. 6. & ibi quando in hoc casu dicitur res diuisa.*
- 7 *Retractus communionis datur etiam in re mobili vel semouente. 7. vbi & idem quoad vsusfructus commoditatem.*
- 8 *In solario domus communi duobus habet locum retractus. 8.*

Lex 13. & 14. Quæ erant 74. & 75. Tauri.

S V M M A R I V M.

In retractu præfertur dominus directi dominij vel superficiarius, vel habens partem in re vendita consanguineo retrahere volenti si ambo in tali retractu concurrunt, dum tamen tunc eadem solemnitates seruentur, quæ in retractu iure sanguinis petendo seruari iubentur per leges fori & ordi. 7. & 8. & 9. huius tituli.

Ibi. *Del directo dominio*. Dominus tamen directi dominij dicitur ille, qui proprietatem rei possidet, & habet solum ipsius rei, & sic dominium ¶ directum venit appellatione proprietatis, secundum *Bald. & Pet. de suza, in l. pen. C. si à non comp. 1u.* & appellatione dominij in dubio de directo intelligimus, *l. 1. ff. si ager veclig.* & distinguitur ab vtili dominio, utpote quia vtile dominium dicitur quidam vsusfructus, *l. 1. §. quod ait ff. de superficiebus*, imo & quædam seruitus dicitur, secundum *text. in l. si tibi homo §. si. de lega. 1.* ex quo dominio vtili cum directe sit plenum dominium, nam plenum dominium constituitur à proprietate & vsufructu, *l. recte dicimus ff. de verb. sig. Bar. l. Meuius §. fundo colu. 2. de leg. 2. & in l. 4. ff. de vsufruc.* & sic habens vtile dominium tantum non potest extrahere pro tanto ¶ ius suum 2 ab ipso domino directo veditum prout inquit *Castillo, hic n. 5. & Anto. Co. l. 70. Tauri n. 32.* & per consequens habens censum redimibilem super re aliqua immobili, quamuis res illa immobilis vendatur non potest rem illam retrahere, & hoc est sine dubio: nisi aliud in scriptura talis census sit constitutum, nam tunc ex vi conuentionis potius quam ex iure census competet retractus, imo & adhuc tunc asserbat *Auenda. respons. 12. & 23.* non competere retractum huic domino census, quod durum videtur, cum contractus ex conuentione legem accipere sit iuris Brocardicum, præsertim si attendimus proprio motui *Pij V. Papæ nostri, super ijs censibus editi, vbi licere in censibus ijs conuentionem hanc inserere & insertam & seruandam, disponebatur, & sic vsufructuario non datur ius retractus ad proprietatem venditam retrahendum, secundum Antonium Gomez hic numero 32. dominium tamen directum*

directum habenti etiam si de retractu nihil conueniatur competet retractus si res illa ubi dominium directum habeo vendatur, et puta si domum quam tibi dedi in emphyteusim, tu vendideris, *ex rex. in l. fi. C. de iure emphy. ubi DD. imo & tunc si ad retractum est maior terminus quam nouem dierum constitutus, illo maiori termino conuenito gaudebo, sed si nullus terminus declararetur, tunc intradictos nouem dies teneor retrahere, ut in hac lege dicemus: Item & alio modo legis nostrae dispositio verificatur, puta si habeo proprietatem alicuius domus, tuum vero est aedificium, & sic domus superficies, tunc enim si tu vendis superficiem, ego dominus directi dominij praefertur in retractu consanguineo ipsius superficiarij vendentis, quod, si ego dominus directus vendo ius meum superficiarius praefertur consanguineo venditoris in retractu, & haec de iure etiam veriores erant opiniones, ut licet videre ex Orosio, in l. Imperator Antonius col. 95 2. n. 14, 15. & 16. ff. de pactis, & hoc est quod dicit lex nostra prout optime aduertit, An. Go. l. 70. Tauri. n. 31. vsq; ad 35. legis nostrae materiam examinat, & in illo n. 31. optime succincte & veracem repilogat, si tamen quis partem domus tantum haberet praefertur etiam consanguineo vendentis volentis retrahere, ut & in hac lege disponitur, qua in omnibus singularis est. Sed an vassalli poterunt se redimere pro tanto pretio, quo dominus eos vendere vult, et tradit glos. 3. l. 4. tit. 13. p. 7.*

Ibi. *Y el que tiene parte.* Idem probat lex sequens, quae & in hoc communionis retractu eandem solemnitatem obseruandam iubet, quae obseruanda est in retractu iure sanguinis. et iure antiquiori Hispaniae idem utebatur ex l. 55. tit. 5. part. 5. similis huic nostrae, ubi glos. Gregorius plura dicit in proposito pro ampliatione & limitatione nostrae legis, a quo desumpsit Marienço, in praesenti sub l. 13. glo. 3. vnum tamen notabis, scilicet, quod tunc habens partem in re vendita praefertur in retractu consanguineo vendentis, quoties res illa est in communi diuisa, secus si iam esset inter eos diuisa, quia tunc cessaret retractus et communionis, secundum glos. comunamente, in d. l. 55. & Ant. Gom. l. 70. Tauri. nu. 27. & Castillo l. 75. Tauri. nu. 1. & Couarru. lib. 3. vari. ca. 14. n. 6. & Mexia in prag. tassa panis conclusionem 5. nu. 112. & quando in hoc casu dicitur res diuisa, tradit Castillo ubi supra n. 4. & n. 2. examinavit quaestionem de marito fabricante domum in proprio solo: debet tamen esse cum effectu diuisa, nam non sufficeret si res communis esset intellectum diuisa inter socios, puta si conuenerunt inter se extra fundum, ut alter haberet medietatem fundi ad partem vicini sui, & alter ad partem Sempronij, quoniam non dicitur vere diuisus donec confinia & termini realiter assignentur ut l. eos. ff. fini. regu. probat Castillo in l. 74. Tauri glos. 1. col. 1. & 2. & ibi Pala. Rub.

Ibi. *En ella.* Cum verbum hoc referatur ad illud verbum in primo versu. positum, *la cosa*, Latine autem dicitur, *res*, est notandum retractum et hunc communionis dari etiam in re mobili vel semouente in qua communio talis datur, ut probatur in d. l. 55. tit. 5. p. 5. & ibi glos. verbo, *alguna cosa*, cum verbum illud, *res*, sit generale & omnia comprehendat, l. 1. in fi. ff. si cer. per. l. rei appellatione ff. de ver. signi. par enim est ius harum vocum, *res* & bona in dispositionibus legis & hominis ut colligitur

ex Bar. l. quintus §. argento ff. de auro & arg. leg. Deci. l. 1. lec. 2. n. 7. ff. si cer. per. ubi probatur per omnes hoc nomine res etiam iura & actiones contineri, ut l. si legatus §. 1. ad Trebel. ff. Arius Pinel, late in rubrica C. de bon. mat. 1. parte n. 5. & sequen. & hoc verius esse asserit glo. 1. in fi. in d. l. 55. & licet ibi dubitet an in praxi lex illa 55. extendatur ad mobilia, ad huc tamen ibi in glo. 2. affirmat ad iura & actiones extendi, prout & eum referens sequitur Marienço hic glos. 3. n. 3. qui ibidem ex glo. d. l. 55. glos. 2. col. 1. ad medium, idem esse inquit quoad usufructus commoditatem, nam licet ius retractus ex capite consanguinitatis non detur nisi in immobilibus, & sic leges huius retractus per verbum heredad, locurae sunt, tamen retractus communionis etiam in rebus mobilibus, vel semouentibus & in iuribus & actionibus locum habet, & ideo leges nostrae de hoc retractus iure communionis loquentes, loquuntur per verbum illud generale, *cosa*, Latine, *res*, quod quidem verbum omnia comprehendit ut diximus, debent tamen consortes esse domini illius rei, sed in practica haec difficulter obtinebuntur, ut inquit Grego. in d. glo. 1. in fi. d. l. 55. neq; obstat lex nostra quia in immobili re loquitur, idque deducitur referendo eam ad leges praecedentes, & lex praecedens etiam loquitur per verbum, *cosa*, & tamen non est dubium de re immobili loqui, & ex alijs praecedentibus legibus, idem colligitur, item quia lex nostra de directo dominio loquitur, hoc autem non dari nisi in re immobili, clarum est de iure, ergo cessant hodie supradicta, & quia verbum, *res* secundum subiectam materiam est iudicandum, ut accipiatur pro re immobili, vel mobili, ut inquit optime. *Rebus. in l. rei appel. pag. 56. in princ. ff. de verbo signifi.* in nostra tamen materia omnes leges praecedentes Tauri in immobilibus loquuntur tantum & per idem verbum, *cosa*, ergo & nostra in immobilibus tantum loquitur & non in alijs, & ita teneo.

In l. 14. ibi *ley, de la partida*, quae est d. l. 55. tit. 5. p. 5.

Ibi. *Comun con otro.* Idem dicas quoties dominium directum est in ipso solo domus vendite, & puta cum quis habet solarium domus, & aedificium, & sic superficies est alterius, ut diximus in glos. 1. l. 13. praecedentis, tunc enim & eadem solemnitates requiruntur, quae & in retractu iure sanguinis, ut inquit glo. deue, in d. l. 55. tit. 5. p. 5. sed si quis haberet dominium directum ex iure emphyteutico & itidem pensionem aliquam, tunc non censetur correctum tempus ad retractum constitutum ex l. pensul aur fini. C. de iure emphy. vel itidem si ex contractu daretur maius tempus ut supra dictum remanet, quae sunt meae & nouae considerationes.

SUMMARIUM.

- 1 Corrigitur aut declaratur. l. 7. supra eo. in quantum lex nostra requirit rem debere esse hereditariam ut retractui locus sit. n. 1. ubi reprobat opinio Montal.
- 2 Antonij Gomez opinio non admittentis filium retrahentem rem a patre venditam hereditariam, carpitur. n. 2.

Lex 15.

SUMMARIUM.

Retractus non habet iam locum nisi in rebus patrimonij, vel abolengi qua ad vendentem pervenerunt titulo hereditatis, non vero alio titulo.

IBI. QUE LOS OVIEREN HEREDADO. Idem disponitur in l. 8. *supra eo.* & idem esse de iure & in multis Francie partibus vti asserbat Tira. *de retract. linag. §. 32. glof. unica nu. 1. cum sequent.* & sic est declaranda aut omnino in hoc corrigenda l. 7. *supra eo.* & iure optimo id statutum fuit, aliter enim daretur maximum inconueniens, scilicet, quod si res patrimonialis, & abolengi fuit semel vendita extraneo cuiquam, propter quod exijt iam à patrimonio, & ad illud redire non potest vt patrimonialis habeatur, si forte titulo donationis aut alio quolibet particulari ad vendentem ipsum rediret, posset, si ab eo iterum venderetur, vt patrimonialis vel abolengi retrahi, cum iam non esset, quod esse absurdum: Ex quo decerpitur non veram esse nec tenendam opinionem Montalui in l. 13. tit. 10. lib. 3. fori glo. 2. asserentis, retractui locum esse etiam si res vendita solius patris vendentis fuisset, quamuis ab auo non procederet, vel ab auia, nam cum *ex lege nostra* titulo hereditatis res vendita debet esse adquisita vt retractui locus sit, necessario est fatendum prius fuisse patris vendentis & sic aui retrahere volentis, vel auia, à quo vel qua pater ipse vendens acquisit titulo hereditatis & sic opinio Montalui & eum sequentium. *Pal. Rub. l. 74. n. 8. & l. 75. n. 1. & Ant. Go. l. 70. n. 3. in prin. & ibi Cifuen. col. 1 in fi. & Ferd. Arias. n. 49. & Marien. l. 7. glof. 1. n. 50. supra eodem* vera non est nec tenenda sic simpliciter prout ipsi eam tenent & affirmant, verificantes verbum patrimonio, legis nostrae & similitum in solo patre, cum iam *ex lege nostra, & ex dictis per Ant. Go. l. 70. Tauri. n. 3. & Tira. tit. 1. de retra §. 32. gl. vna, n. 101.* sit verificandum in re habita à patre vendente titulo hereditatis, à patre vel matre sua auis filij retrahere volentis, & verbum, *abolengo*, in re ab antiquo in genere suo habita, & titulo hereditatis proueniente ad vendentem. Inferitur & secundo male dixisse Ant. Gomez, in dict. l. 70. Tauri, num. 3. dum asserit filium in vita patris non admitti ad retrahendam rem patrimonialem à patre ipso venditam, nam admittetur si rem illam pater vendens titulo hereditatis adquisierat, ita vt patrimonialis dici posset dicto modo, cum in tali re excludat neminem lex nostra ex consanguineis vendentis intra quartum gradum, ideo non est censendum collaterales consanguineos legem nostram admisisse in tali casu, filium autem exclusisse, cum id sit erroneum & absurdum, & alienum à legibus nostris retractus proximioris vendentis preferentibus alijs non ita proximioribus, & cum contra Ant. Gom. solvat allegati textus *de in inte. rest. notante ibi Henrico Bobio, in principio*, vbi filius admittitur tanquam proximior à retrahendum

rem à patre venditam, quam ipse habuerat à matre, ex eius successione, quod indubitatum asserbat Tiraq. dicto. tit. 1. de retract. §. 1. glo. 9. nu. 146. Imo & ipse pater pro filio admittetur secundum Tiraquellum, de retract. tit. 1. §. 1. glo. 9. nu. 58. usque ad 73. & Matienço dicta. l. 7. glo. 1. num. penult. supra isto titulo, & sic opinio Ant. Gomez, sic intellecta vera non est, etiam si Matienço in l. 7. glo. 1. num. 53. eam veram dicat, & licet in presenti idem Matienço asserat pro Ant. Gomez, facere legem nostram, nam nihil facit, sed in contrarium *ex dictis per nos*, nisi ipsum Anto. Go. & Matien. intelligas loqui, quoties res illa à patre vendita esset ab ipso patre alio titulo, quam hereditatis adquisita, & secundum hanc declarationem bene loquitur Ant. Gom. vt dixi in l. 7. supra eod. in glo. de patrimonio, sed hæc declaratio videbatur insulsa, nam ea attenda filius & quilibet consanguineus à retractu rei non habita titulo hereditatis, excluditur & per consequens est omnino dicendum primam opinionem Anto. Gom. & Matien. non esse sequendam in re à patre vendita tituloque hereditatis patri ipsi adquisita, nam ad retractum eius filius in patris vita seclusa fraude est omnino admittendus, ne sit peioris conditionis quam remotiores consanguinei. Vel procedat opinio Anto. Gom. & Matien. quoties pater vendit bona materna filij, tunc enim nimirum si filius non admittatur ad retractum iure sanguinis, cum pater eius nomine & tanquam eius legitimus administrator censetur vendidisse, & venditor ipse non est admittendus, vt per Tiraquellum, vbi supra, tit. 1. §. 1. glo. 9. num. 30. usque ad 40. & sic sunt intelligenda quæ de ijs diximus in glo. de patrimonio ad finem, in l. 7. supra isto tit. & in effectu ipse Ant. Gomez dicto num. 3. in distinctione, quam ibi ponit intellexit hoc & declarauit, & bene, & in num. 2. itidem declarat an dicetur de patrimonio res quæ venditur à filio aliquo & patruus suus vult eam retrahere, cum à patre ipso fratre illius patris fuerit adquisita titulo particulari.

SUMMARIUM.

- 1 Vendere, vt quis incidat in poenam statuti vendere prohibentis, cum effectu & in reali venditione est intelligendum n. 1. & nu. 3. idem in emente.
- 2 Commissum non incurritur ex sola venditione nisi traditio intercedat. n. 2.
- 3 Emens à seruis vel à famulis liberis incurrit poenam. 4. vbi & an idem in emente à filio vel vxore.
- 5 Furtum committit lucrans in ludo aliquid à seruo famulo, filio aut institore.
- 6 Seruus si furatur presumitur domini voluntate id facere. 6.
- 7 Contra furem agitur etiam si res furata perempta sit. 7. & ibi an tunc debeat peti res vel aestimatio.
- 8 Dominus tenetur ex negociatione gesta cum seruo preposito per ipsum demandum tali negociationi. 8. nisi vt ibi.

Lex 16.

S V M M A R I V M.

A seruis non prepositis per dominos negociationi publica ad vendendum nihil est emendum, sub nostri text. pœnis.

Ibi. **COMPRAR.** Ponderandum est verbum ad sciendum quod pœna nostri text. non incurritur in volente emere, si venditio non perficiatur & traditio rei fiat, nam sicut vendere, ut quis incidat in pœnam statuti vel legis, cum effectu † accipi oportet. *l. 1. §. hac verba. ff. quod quisque iur. & in c. relatum de cleri. non resi. c. hac autem verba. de pœni. dist. 1.* & sic ex sola venditione non capitur ab emphyteusi nisi traditio intercedat & cum effectu venditio celebretur † secundum *Specula, in tit. de loca. §. nunc aliqua, versic. 95. Cuna. consilio. 41. Fulgos. consil. 2. in 1. dubio. & consil. 11. colum. 1. Alexan. consilio, 173. libro 2. quod reperitur consilio. 91. lib. 3. & consil. 76. num. 5. lib. 7. Fran. Curti. hanc dicens communiorem, consilio. 8. paulo ante fin. Marfil. Sing. 412. Ripa. libro 1. resp. cap. 2. num. 18. Tiraquell. lib. 1. de retract. §. 1. gloss. 2. num. 43. & 44. etiam si aliqui contrarium voluerint, cui simile illud *Bal. consil. 314. num. 2. volu. 3. & Tiraquellus. ubi supra nu. 46.* eodem etiam modo emens non incurrit pœnam † nisi rem recipiat & ei tradatur, ut per *Capolam, in l. si fugitiui. num. 9. cum sequent. aliquib. C. de ser. fugi. quod est singulare & proderit tibi quotidie in practica pro defensione eorum, qui habent pannos falsos, vel non signatos in publico foro ad vendendū, vel quid aliud prohiberetur per leges aut constitutiones municipales, nam si ex eis nihil vendiderunt cum effectu, quamuis de vendendo tractauerint nullā pœnam incurrunt, quicquid alij iudices parum conscientiarum faciant aliquando, cupiditate potius lucri, quam pœnam legis exequendi & vindicandi maleficia, cum delictum non consummatum puniendum non sit, ut per *Auen. cap. 27. prato. num. 11. lib. 2. & Didac. Perez lib. 1. ordi. col. 145. quod est optimum ad l. 1. tit. fin. infra, isto lib. & ad l. 14. tit. 16. libro 6. infra & ad similes.***

Ibi. *De ningun esclauo ni esclaua.* Similis tex. in *l. 5. tit. fi. lib. 6. inf.* quæ ampliatur, ut & idem sit in emptis à famulis † liberis, quod affirmare ausus non fuit, *Pala. Rub. in Rubri. §. 7. notab. 6. incip. septimo infertur, num. 4. & Anto. Gom. tom. 3. cap. de furto, in fine. ubi text. nostrum ad hoc allegat.* Imo & idem dicendum est in emente à filio nepote, vel ab uxore, nam rem ipsam emptor amittit, secundum text. in *l. 4. tit. 14. p. 7.* neq; recuperabit pretium si talis emptor seruit rem illam à filio, nepote vel uxore venditam esse furtivam, secus vero aliās, *ex text. in dict. l. 4. & ibi gloss. perder. ita notat, & limitat ut duobus casibus non procedat: secus tamen est in emente à seruis, vel famulis, vel cambiante cum eis aliquo modo, quia tunc si emptor vel cambiator scierit illum esse seruum vel seruum aut famulum, vel scierit pro*

talibus haberi, quāuis nesciant an res vendita sit furto subtracta, punientur de furto emptor & cambiator & res ab eis nullo pretio dato est auferenda *ex text. nostro & ex l. 5. tit. fin. libr. 6. infra.* imo & quod est plus quod vincens in ludo pecuniam seruo vel filio aut infortiori, quæ erat domini, patris, vel patroni, committit furtum, † secundum *Bald. in Rub. C. de cond. ob tur. causam, secutum per Rolan. Valle. consilio. 45. volum. 1. nu. 4. ubi à numero 1. alia adducit, & dicit esse idem in fœneratoribus recipientibus bona pignori scilicet à seruo vel filio.* Notabis tamen in transitu, quod si seruus furatur, præsumitur † domini voluntate id facere *secundum Alexan. & Ruy. relatores per Menoch. de recup. pos. remedio. 1. numero 59.*

Ibi. *Sabiendo.* Ignorans enim non deliquit, nisi ignorantia sit crassa & supina, puta *ut inquit text. si ut tales publice habebantur, & ex signis eorum dignosci poterat.*

Ibi. *Aunque no sean hallados los tales bienes en su poder de las tales personas.* Nam cum solum contra furem & eius heredem detur hæc actio furti ad rem furatam vel eius æstimationem recuperandam *ut in l. ex causa furti. ff. de cond. fur. l. 20. tit. 14. partita. 7. merito ut etiam si perempta res sit, possit contra eos † agi ad æstimationem per dominum rei, vel eius heredes, ex dictis iuribus & præsertim ex dict. l. 20. nā semper fur est in mora, ideo per interitum etiam rei, non liberatur, *ut in l. inter stipulantem §. Stichum. ff. de verbo. oblig. & in l. in re furtiva ff. de con. fur.* Sed num tunc perempta re debet peti in libello res ipsa vel eius æstimatione, *Bart. in dicta. l. in re furtiva & in l. stipulationes non diuiduntur col. 11. cum sequentibus ff. de verbo. oblig. dicit quod est in electione agentis agere ad rem, vel ad æstimationem, cum quo est communis, secundum Alexan. super. 6. quæst. Bartolus. in ea. l. stipulationes non diuiduntur, sed hoc intelligerem si res ipsa existit penes ipsos fures, vel eorum heredes & non est perempta neque consumpta, secus si esset perempta vel consumpta, vel est penes alium quam penes furem vel eius heredes, quia tunc agi debet ad æstimationem etiam maiorem, quam à die furti vsque ad ipsius rei petitionem habuit, secundū dictam l. 20. tit. 14. partita. 7. qua singularis est, & concor. cum dict. l. in re furtiva & in l. §. C. de condi. furti.**

Ibi. *Ouieren sido o fueren tratantes.* Puta quia negociationi prepositi sunt, tunc enim licitum est cum eis contrahere, & dominus tenetur ex negociatione † cum eis gesta, *ut licet videre ex text. & ibi Doctores, in l. infortiore ff. si cert. petat. & per totum ff. de infort. acti.* quod tamen intellige dummodo contrahatur in causam illius mercantiæ, vel officij, nam si in aliam non excusaretur contrahens à pœna nostri text. *prout in eius terminis tenet Iaf. in repetitione l. admonendi. nu. 124. ff. de iure iuran.* Et nota quod si vis ut nemo contrahat cum seruo tuo in mercantia illa, cui cum preposuisti, facias id publice præconizari, *secundum Antonium Gomez, tomo. 2. cap. 5. num. 5. nam præstito præconio si quis ulterius cum eo negotiaretur puniretur nostri text. pœna, si iustam ignorantiam causam non allegaret, & probaret.*

S V M M A R I V M.

- 1 Emptor emens pretio communi censetur emere & sic ad summam immoderatam non tenetur. 1.
- 2 Ad communem estimationem non vero ad carissimam est inspiciendum. 2.
- 3 Pretium si designatur in obligatione pro emptore debetur & non maius etiam si succedat maior carissima. 3.
- 4 Frumentum si ematur vel vendatur pretio in tempus constituto, quo tempore erat plus vel minus valiturum est usura. n. 4. Vbi & an liceat tradere frumentum vetus pro nouo.

Lex 17.

S V M M A R I V M.

Frumentum ante tempus emi non potest, nisi seruata legis nostrae dispositione.

Ibi. MANDAMOS. Habuit originem lex hæc, à §. post natale sanctæ Mariæ, de pace tenen. & eius viola. in vsibus feud. vel potius habuit principium, ex eo quod in dubio tunc est, valeat ne plus vel minus quam tempore contractus, pro iustificatione venditionis frumenti anticipati, ut licet nouissime videre ex nostro Doctore Gutierrez, in suis canonicis questionibus cap. 39. per totum, & quamuis Matienço, hic in gloss. 1. dixerit tempus hoc in nostro regno considerandum à decimoquinto die Iulij vsque ad decimumquintum Augusti, non est hoc sequendum, sed legis nostræ tempus, tum quia lex nostra sic designauit, tum etiam, quia in quampluribus partibus tempus messis non finitur in tam paruo tempore, quo designauit Matienço, nisi in annis sterilibus, & à communiter accidentibus in tempore à lege nostra designato est in totum messis finita, & iam iam rustici frumenta hoc tempore publice exponere ad vendendum incipiunt, & sic legis nostræ tempus est omnino considerandum.

- 1 Ibi. Que comunmente valere. Et sic non tenetur talis emptor ad summam & immoderatam si euenit carestia insolita secundum Ripam de peste, 1. par. 2. partis tit. 1. numero 98. fol. 5. & tradit gloss. consuetam. in clausula 2. de decimis, & gloss. segun valiere, l. 8. tit. 1. par. 5. & Gigas, de pensio. questio 66. numero 4. nam pretia rerum non ex affectione singulorum neque utilitate, sed communiter funguntur, secundum text. in l. pretiarerum ff. ad l. Falcid. ut per Franc. Marcum, decis. Delph. 540. numero 34. & sic ad communem estimationem non vero ad carestiam & paruo tempore duraturam est respiciendum. Imo & inquit Feli. in cap. sedes apostolica, versicul. clausula. numero 2. de rescripti. quod si in obligatione apponitur pretium frumenti tunc currentis, illud
- 2 & pretium debetur etiam si post succedat maior

Tom. 3.

carestia. Et qualiter debet requisitio fieri cum frumentum venditum soluendum est, prout valuerit tali mercato, vide Matthæ. Affl. & decis. 216. vbi & alia in propositum dicit.

Ibi. Y que de otra manera no se pueda comprar el dicho pan adelantado. Imo quamuis vendatur, vel ematur panis in tempus, quo certum est, triticum plus vel minus valiturum, erit usura & secundum Nauar. in manuali Hispano, cap. 17. numero 227. & Syluest. in summa, verbo usura 2. numero 2. & nouissime per Gutierrez, vbi supra, & ibi tradit an liceat tradere frumentum vetus pro nouo, de quo & per Franciscum Marcum decisio. Delphi. 540. n. 45.

S V M M A R I V M.

- 1 Publica utilitas priuata præfertur. 1. & data publica utilitate etiam ecclesiastica persona comprehenduntur.
- 2 Publica utilitas multa operatur in iure. 2.
- 3 Ciues præferendi sunt exteris in emptione panis tempore inopia. 3. Vbi idem in vicinis ut præferantur.
- 4 Triticum si cum auena vendatur pro vno & eodem pretio an poterit triticum solum retrahi. 4.
- 5 Triticum si est venditum sed non traditur an poterit pro tanto peti per ciues. 5.

Lex 18.

S V M M A R I V M.

Deposita publica panis possunt frumentum ante tempus emere secundum dispositionem legis præcedentis, habentque prælationem in emptione ipsius frumenti tam contra ecclesiasticas, quam seculares personas, ut pro tanto frumenta retrahere possint.

Ibi. PAN ADELANTADO. Videtur restringere lex nostra legem præcedentem, ut tantum in depositis iis & granariis publicis locum habeat, aliter enim non esset necesse legem nostram constituere, cum omnibus à lege præcedente seruata illius forma id sit permissum, sed quia hæc esset nimia restrictio & suppletio ad legem præcedentem, id non est asserendum, sed dicendum legem nostram esse ampliatiuam legis præcedentis, ut procedat etiam in iis depositis, idq; gratia clarioris dispositionis esse constitutum, nec quid superfluum censendum in præsentis statutum, præsertim cum & alia noua à lege nostra statuatur.

Ibi. Al bien publico. Quæ quidem publica utilitas & priuata est præferenda ut hic probatur, & in l. ita vulneratus. §. ita autem ff. ad l. Aquil.

Kk

Et tenet

Et tenet in propositum *Auenda. cap. 19. preto. numero 35. versiculo, & ratione libro 1. in casuque vbi datur publica vtilitas etiam ecclesiasticę personę comprehenduntur, ex l. nullus la. 2. & ibi Bart. C. de cursu publi. & in l. 1. titulo 24. vbi dicemus in gloss. clericos, infra isto libro & ideo nimirum si & ipsi deposita hæc præferantur, cum vtilitas publica ¶ plurima in iure specialia operetur, ut licet videre, ex Hippolyto. in practica. §. aggredior. numero 58. vsque ad 74. & Mexia, in prag. panis. gloss. 1. numero 3. cum sequentibus pluribus. & ideo etiam in l. 21. infra isto titul. idem statuitur circa arrendatores Latinè conductores panis, vt ab eis pro tanto capi possint frumenta & blada per deposita hæc & eorum œconomos ratione huius publicæ vtilitatis.*

Ibi. *Por el tanto.* Et hoc nimirum, nam & ciues præferendi sunt exteris in emptione panis * tempore inopiæ, secundum Mexiam, in prag. panis, conclusio 5. numero 94. cum sequentibus aliquibus, & Conarru. libr. 3. varia. cap. 14. numero 6. sic & quando res alienatur præferuntur vicini ceteris paribus, secundum Barthol. Socinum, consilio 45. numero fin. volum. 1. Quid tamen si vendatur triticum cum auena in vno & eodem contractu an poterit retrahi triticum ¶ solum, dic quod non, secundum Mexiam vbi supra dicta conclusiones 5. numero 129. argum. l. 10. supra isto titulo, quod intellige si respectu tritici datur carior auena, quam valeat communiter, non tamen exceditur tassa nostri text. in nullo, vel quoties non esset empturus auenam sine tritico, si id liceret fieri, secus vero aliàs quia tunc si quælibet tritici mensura pro suo pretio, & auena pro suo fuerit conuenta, posset triticum solum retrahi sine auena, argum. dicta l. 10. & ibi dictorum. Sed an si venditum sit triticum non tamen traditam, id emerit, & dicendum est quod sic ¶ vt per Conar. lib. 3. var. cap. 14. num. 6. quicquid velit Matien. hic gloss. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Lex nostra etiam ligat ecclesiasticas personas. 1. & limitatur. n. 2. & sequen.
- 2 Reuenditor non dicitur ille, qui mutat formã. 2. vbi & an reuenditor dicatur ille, qui emit magnã quantitatem frumenti ad diuidendum inter pauperes cum lucro honesto.
- 3 Reuenditoris pœna non punitur emens triticum ad prouisionem regie curie. 3.
- 4 Ciuitates possunt frumentum emere ad reuendendum tempore necessitatis. 4.
- 5 Emens triticum pro prouisione siæ familiæ quod superest potest sine pœna vendere. n. 5.
- 6 Venditio necessaria non est pœnalis dum triticum autoritate iudicis venditur ad satisfaciendum creditoribus. 6. vbi secus in voluntaria.
- 7 Pœna contra reuenditores panis statuta an habeat locum pane vendito consumpto. 7.
- 8 Negotiator & mercator nemo dicitur pro prima vice. 8.

9 Reuenditor nunquam est punitus pro prima nec secunda vice, an apparente delicto punietur pro vna an vero pro pluribus. 9.

LEX 19.

S V M M A R I V M.

Nullus alius quam in lege nostra declaratus & secundum eius formam emere potest panem ad reuendendum, etiam si sit de conductoribus panis & frumenti sub nostri text. pœnis.

Quæ quidem lex singularis est in hoc, & vtilitate plena lege iam tamen regia Curiarum de Madrid anni 1571. que est apposta in l. 4. titulo 25. infra isto libro in nouis additio. declaratur, & corrigitur, quoad hos conductores frumenti & bladi, qui quidem possunt frumenta illa ex conductione prouenientia reuendere dum tamen non sit ultra pretium tassatum à legibus regis metam & pretium vnicuique sanca constitutionibus. Aduertendum etiam est ad subscriptionem marginalem nostri text. in quantum refertur quo anno, & quo loco fuit hæc pragmatice constituta, quia id refertur à recopilatore, nam fuit constituta in anno 1530. en Madrid, iussu tamen seruari in cap. 180. curiarum de Valladolid, anni 1548. & in anno 1549. inserta in fine illorum capitulorum de Valladolid dicti anni 1548. vbi id ad conductores frumenti fuit extensum, & in cap. 15 curiarum de Madrid, anni 1563. ad clericos & ecclesiasticos extendi fuit declaratum, prout ego retuli in l. 1. tit. 2. & in l. 4. tit. 3. lib. 5. mei repertorij de cortes, & iustum esset vt leges hæc seruantur etiam in conductoribus & seuerè punirentur contravenientes eis.

Ibi. *Muchas personas.* De clericis ecclesiasticisque aliis ¶ loquitur, sicut & de secularibus, nam cum sit hæc lex iusta, sancta honesta & publicæ ac communi omnium vtilitati conuenientissima omnes ligat, ex iis & ex dicendo per nos, in l. 1. titul. si. infra eo. verb. los clericos, & in propositum huius legis nostræ ita asserit, D. Salzedo, in additio. ad practica crim. cans. Ber. Diaz. in cap. 55. pag. 169. cum sequent. vbi tamen concludit & bene quod per ecclesiasticum iudicium tales clerici reuenditores sunt puniendi, qui quidem ecclesiasticus secundum eum ibi extraordinaria pœna eos punit, non vero ordinaria, cum ex vi tantum naturalis rationis clerici ad id attrahuntur quæ quidem naturalis ratio non magis vnam quam alteram pœnam transgressoribus infligit, & ita inquit ibidem se vidisse pluries iudicari ab integerrimis iudicibus ecclesiasticis, etiam Mexia, in dict. prag. tassæ panis conclus. 1. num. 41. aliud dixerit. Et placet opinio in hoc dicti Doct. Salzed. & præsertim quod iudex ecclesiasticus de iis debet contra clericos cognoscere, ex dicto per nos in l. 11. titul. 3. libro 1. fori, prout ibi nos allegat ipse D. Salzedo in pagina 173. cum princip. sequentis, quæ cum hæc sint ibidem dicta & sint vera

vera & iuri consona, nihil est amplius in eis im-
morandum.

Ibi. *Ni los que compraren*. Hæc est secunda lim-
mitatio principalis conclusionis nostræ legis,
nam primam apposuit nostræ lex in versiculo, *po-
rende mandamos*, & nunc hæc est secunda in hoc
versiculo, ibi *ni los que compraren*. Tertia tamen
erit limitatio in illis, scilicet, qui triticum emunt,
non ut vendatur in grano, sicut emerunt illud,
sed ut sit eis materia aliquid operandi, puta ut
vendatur in pane cocto, & minutatim nam non
dicitur reuenditor ille, † qui mutat formam, ut
licet videre ex *Auend. cap. 9. preto. numero 36. in
princip. lib. 1. & respon. 33. num. 4. concl. 7. & Ma-
tien. l. 20. glos. 2. infra eod. & Mexia, in prag. pa-
nis, concl. 1. nu. 179. & 180.* quod tamen ibi de-
clarat ipse Mexia, nisi ematur ut seruetur in tem-
pus caritatis, nam tunc etiam tali casu esset locus
nostræ legi, & eius pœnæ. Item intellige, nisi per
legem esset prohibitum, prout hodie per nouam
pragmaticam del pan undecim argenteorum, quod
nullus vendat panem coctum nisi ille qui publice
ad hoc est constitutus & signatus per iudices
populi, quoniam tunc iam quod non puniretur
legis nostræ pœna, puniretur tamen pœna legis
illius sic prohibentis. Quatto non procedit lex
nostræ secundum eundem Mexiam, ibi. n. 178. &
Francis. Mar. decis. Delphi. 540. n. 43 quoties-
cunque adest magna panis necessitas. ita quod
miserabiles personæ emere non possunt, famel-
que ingens adest, propter quod diues quidam
foris emit quantitatem magnam tritici ut diui-
dat eam inter pauperes pretio empto, & adhi-
bito aliquo lucro honesto, tunc enim adhibita
licentia Rectoris prouinciæ, qui hoc casu eam
dare possit propter hanc necessitatem, non pos-
set iste dici reuenditor tritici, neque nostræ legis
pœna puniretur, secundum eundem ibi, quod tamen
mihi non satisfacit ex toto, nam iudex non po-
test suspendere legis pœnam in aliquo casu, ne-
que contra eam dispensare, & quia faciliter le-
gis nostræ dispositio elidiri posset, ideo caute cir-
ca hæc agendum, ut id non fiat lucri faciendi cau-
sa, sed prouidendi necessitatem occurrentem.
Quinto lex nostra non procedit quoad curiam
regis † nam in ea licitum est panem hunc in gra-
no ad reuendendum emere, & hoc propter curi-
æ prouisionem, ex text. in l. 2. in medio. tit. 1. in-
fra isto libr. nisi illam per nostram declares, sed
quia est nimia suppletio & recopiator ibi nihil
dicit de declaratione, tenenda est hæc limitatio
per legem illam. Sexto limitatur noster text. ut non
procedat in ciuitatibus, hæc enim possunt emere
ad reuendendum tempore necessitatis † secun-
dum Mexiam, ubi sup. concl. 1. glos. 1. num. 53.
fol. 20. & Matien. l. 20. glos. 2. infra isto tit. &
hac de causa permittuntur deposita publica tri-
tici quæ emunt illud & reuendunt in grano cum
lucro aliquo, & hæc deposita pluries dixi in lo-
cum reuenditorum successisse, & fortassis ipsa
fuerunt in causa pretij excessiui tritici & frumen-
ti. & plus incommodi quam commodi attulisse
credo, nam cum emant in maxima quantitate
triticum, & non perdunt, sed lucrificiunt, ipsa
consumunt frumentum, quod omnino domini-
eorum tenebantur publice vendere, & dum in
publico foro adest magna tritici quantitas vilis

est pretium, & ex aliis de causis id aliquando in
mentem deduxi, verumtamen ad subueniendum
necessitatibus penuriæ panis profuit aliquando,
ideo permittuntur. Septimo limitatur lex nostra
ut non procedat in eo, qui non reuenditionis
causa, sed suæ familiæ conseruandæ gratia emit
triticum pro anno toto, & quia recedit ante an-
num vel ex alia causa id quod superest reuendi-
dit, non punietur aliqua pœna, † ex dictis per me
in l. 7. titu. 14. infra isto libro. & in propositum te-
net Mexia, in dict. prag. panis conclus. 1. num. 170.
& num. 127. inquit iuramento ementis stare sui
victus causa non vero reuendendi emisse, & ad-
dutto. pract. cano. Ber. Diaz, in cap. 55. pagi. 174.
col. 2. nisi aliud probetur & præsumatur, quod
quando sit declarat per conclusiones Auend. res-
pon. 33. num. 3. cum sequentibus. Octauo limita-
tur ut non procedat lex nostra secundum Me-
xiam, ubi supra, cum propter debitum creditori
inuito auctoritate iudicis triticum adiudicatur,
quamuis debitum in pecunia cõsistat, † quia hæc
est necessaria datio insolutum ex dictis per nos in l.
5. sup. isto tit. & libro Auend. dict. respon. 33. nu. 4.
conclus. 6. nisi secundum eum ibi sit hoc remedium
procuratum, ut reuenditioni esset locus, quam-
uis contra hanc limitationem tenuerit Matien-
ço, hic gloss. 2. num. 4. & 5. cum ipse contrarium
aliud propositum asseruerit, in l. 6. glos. 1. num. 4.
sup. isto libro. in donatione tamen insolutum nec-
cessaria pro debito pecuniario locus esset nostri
text. pœnis ex dictis per Matienço, ibi num. 6. &
per nos eo quod est hæc venditio, secus vero, si
non esset pro pecunia hæc datio insolutum vo-
luntaria, quia tunc cum non sit venditio cessaret
lex nostra, ex dictis per nos ibi, & tenet Mexia,
ubi supra. Nono & finaliter limitatur lex nostra
ut non procedat quoties triticum emptum ad
reuendendum est cõsumptum tempore denun-
tiationis factæ, nam tunc non habet locum nos-
tri text. pœna † saltim quoad condemnandum
in æstimatione frumenti consumpti, prout late
fundando tenet Auenda, dict. respon. 33. in princ.
vsque ad num. 3. de qua quidem doctrina mul-
tum dubito, quia lex nostra non requirit appre-
hensionem frumenti, sed solum emptionem ad
reuendendum, ita ut si probetur emisse ad reuē-
dendum, quia ipse sic dixit, & apparet etiam ex
eo quod magnam tritici quantitatem emit, quam-
uis illud nondum reuendiderit punitur hæc pœ-
na, secundum Auend. ibi paulo ante num. 1. & n.
3. in principio & Matienço. hic gloss. 2. num. 1. si
igitur in hoc casu punitur † a fortiori punietur si
reuendiderit, quia tunc constat de vero animo re-
uendendi, sed data reuenditione, est clarum tri-
ticum non esse in sua potestate, igitur lex nostra
vtrumque casum comprehendit, & sic dubia mi-
hi videtur doctrina illa Auenda.

Ibi. *Por la primera vez*. Nisi lex hæc diceret &
inserireret verba, teneri posset legem nostram nõ
habere locum in illo, qui prima emit vice tri-
ticum ad reuendendum, cum pro primavice me-
mo dicatur negotiator & mercator † ex Barr. &
omnibus in protemio ff. veteris. & ex dictis per nos in
l. 7. titulo 14. infra isto libro, & ex dictis per Ad-
ditiona. pract. Ber Diaz, cap. 55. pagina 166. versu-
cul. & huius rei, sed cum lex nostra etiam in pri-
ma vice loquatur nihil est de hoc dubitandum.

Et quid si nunquam fuit punitus cum bis & ter id fecerit an duplici pœna teneatur, & Marten-ço, hic gloss. 3. numero 4. inquit tantum vna esse puniendum, & verius hoc dicit, quidquid velit se contrariare in numero 4.

Ibi. *Yansi mismo a los arrendadores.* Per nouam pragmaticam hoc est alteratum & correctum, ut dixi in principio huius legis.

S V M M A R I V M.

- 1 Obligatione publica obstricti omnibus venientibus tenentur providere licet possint petere ut crescat pretium crescente multitudine. 1.
- 2 Obligati publica vecaria an possunt petere se præferri alijs non obligatis in emptione carniū. 2.
- 3 Consuetudine an possit induci ut vnus tantum vendat carnes, pisces vel piscaria in populo 3. & numero 4. an pacisci de hoc possit.
- 4 Pretium taxari potest rebus ad victum necessarijs. 4.
- 5 Actum facienti ex necessitate magis succurritur quam si ex voluntate. 5. Vbi quid respectu meriti.

Lex 20.

S V M M A R I V M.

Obligati & populorum prouisores piscariorum, qui Latine cetarij vocantur, possunt pro tanto pretio capere piscaria ab ementibus ea ad reuendendum, dum tamen expendant illam in prouisione suæ obligationis sub nostri text. pœna: & concurrentibus obligatis cum dardanijs, obligati præferendi sunt.

IBI OBLIGADOS. Qui quidem etiam crescente multitudine populorum tenentur dare venientibus emere ꝛ quicquid petitum fuerit suæ obligationis, licet petere possint quod pretium crescat si superuenit magna inopia & cæritia, secundum Auend. c. 19. prato. n. 35. versicul. inter alia, cum sequentibus, lib. 1. id tamen iustitia & decuriones cum maturitate debent prouidere ne passim excessiua pretia augeant, maxime si tales obligati in annis præcedentibus lucri fecerunt in illa obligatione magnam pecuniæ quantitatem.

Ibi. *Por el tanto.* Sed an legis nostræ dispositio extendetur ad alios aliarum publicarum obligationum obligatos & Marten. hic gloss. 1. inquit non extendi. cum hoc sit speciale in venditione cete vel piscium. neque ad alios extendendum nisi in casu legis sequentis, contrarium tamen tenetur ꝛ quoties adest carnis penuria, ex dictis per Couar. lib. 3. variar. cap. 14. n. 6. cum sequentibus,

Es Mexia, in prag. panis, conclu. 1. in princ. n. 2. cum sequenti. cum & in alijs obligatis publicis eadem tunc sit ratio, quæ in nostra lege assignari potest in ijs obligatis piscium & cete, & ideo eadem debet esse iuris dispositio, neque vlla magis specialitatis ratio in vno quam in alio obligato dari potest.

Ibi. *Para reuender.* Hinc inoleuit consuetudo immemorialis & apud omnes recepta populos pro publica vtilitate, ut ex locatione concilij per publicum præconem vnus dumtaxat carnes, pisces. oleum, sal, vel vinum ꝛ vendat certo pretio, quæ consuetudo rationabilis est & plena vtilitate, & quando non adest qui ad hoc velit se obligare ipsamet ciuitas proponit & nominat personas quæ publice hoc adimpleant certo pretio tassato, nam in rebus necessarijs ad victum ꝛ taxari potest pretium, secundum Bal. in l. 1. C. de epis. aud. & ibi Sali. & Fran. Mar. decis. Delph. 520. n. 42. & 43. & dixi in meo tract. de Decur. lib. 2. c. 15. n. 26. cum 1. sequenti. vbi an possit concilium pacisci cum obligato ne alius possit vendere carnes aut pisces contra eius voluntatem, & an possit maius pretium constitui forensibus quam ciuibus.

Ibi. *Preferase el obligado.* Hic habes text optimum probantem magis succurri agenti actum ꝛ ex necessitate, quam ex voluntate, *similis ex text. in l. si fideius. §. si necessaria. ff. qui sat. cog.* & sic respectu meriti plus meretur qui aliquid facit ex præcepto, quam ex voluntate, secundum gloss. *quæ sic debet intelligi in cle. 1. verbo. seipsum, de reliq. & vo. sanc. gloss. c. licet de voto,* licet respectu laudis magis sit laudandus faciens actum ex voluntate, & sic procedit gloss. in c. nunquam 56. dist. asserens natum ex parentibus prorsus alienis à virtutibus dum tamen ipse sit bonus. meliorem esse quam ille, qui natus est ex bonis parentibus, licet ipse etiam sit bonus, *ultra DD. ibi commendat eam Barbat. in cap. 1. nota. 1. extra. de donat. Abb. ca. 1. n. 4. de praben. probat optima l. 6. tit. 9. part. 2.* & sic magis est remunerandus qui à maioribus nobilis est, ut iradit gloss. *del linage. in proœmio, prima partia, & Ang. in summa verbo votum §. 9. 2. & Castro, ad e. sus hareses, verb. votum & alibi dixi in tracta. de Decurio. & ibi declaro.*

S V M M A R I V M.

- 1 Ob prouisionem depositorum publicorum prohibitum est ne ipsorum nummi in alios conuertantur vsus. 1.
- 2 Ciues diuites compelli possunt pecunias mutuare pro prouisione populorum. 2.
- 3 Usura an sit, ciuem mutuantem ad publicam prouisionem faciendam, quod interim quod nummi mutuati non sibi soluantur, esse immunem à collectis. 3.

Lex 21.

S V M M A R I V M.

Populi possunt à conductoribus frumenti capere medietatem ipsius frumenti

ex con-

ex conductionibus talibus percepti, pro
prouisione ipsorum populorum habito re-
spectu ad pretium à conductoribus sol-
uendum.

IBI. PROVISIONE DE LAS ALHONDIGAS.
Ob quam faciendam prouisionem & ne defi-
ciat prouisio in eis, non licet iudicibus & po-
pulis ipsis nummos ipsorum depositorum pa-
nis, vel alterius sustentationis publicæ cape-
re, & in alios vsus conuertere † etiam per
viam mutui, ex tex. in l. 2. §. fin. C. de us qui ex pub.
colla. libro 10. §. ibi Bar. Bal. Platea, & omnes ni-
si adsit superioris & sic regis licentia & con-
cessio, quæ difficilime aut nunquam concedi
solet, & iure optimo, ad idem est text. in l. fi. C. de
colla. fun. patri. §. in l. 2. C. de frum. urb. consti. lib.
10. l. 1. §. l. legatum, §. l. 2. §. quod de frument. iunct.
§. ad frum. vers. fin. autem ff. de adm. rerum ad ciui.
pertin. l. 1. §. 2. C. de us qui ex pub. ratio. lib. 10. l.
3. C. de cano. frum. lib. 10. optima. l. fi. C. de colla. fun.
patri. §. Emphy. lib. 11. Fran. & Marc. de. cis. Delphi.
540. n. 3. & habemus hodie pragmaticam nouam,
de las alhondigas, sic iubentem & pœnas impo-
nentem contrauenientibus. Item & pro hac pu-
blica prouisione faciendâ possunt ciues diuites
& qui commode possunt compelli † mutuarie
pecunias, vt per Auen. c. 19. prao. num. 34. lib.
1. §. iterum in cap. 14. n. 9. lib. 2. & Mincha de
controuer. suis illustribus, lib. 1. c. 6. n. 7. §. 8. vbi an
possint vsuras petere, & octauianus, in decis. pe-
damon. 95. n. 8. cum quatuor sequentibus, tradit
ad sit vsura dum communitas mutuo accipit ab
incola apponere pactum quod donec soluatur
sit immunis † à collectis, §. Rip. de pest. tit. de re-
me. præfix. n. 185. hæc tamen cum maxima consi-
deratione sunt faciendâ & vbi aliter necessitas
publica subueniri non posset.

Ibi. De los arrendadores. Ampliat dispositionem
l. 18. sup. eod. in emptione panis tantum iubentis
præferenda esse deposita emptoribus panis,
nam idem dicendum est ex lege nostrâ contra con-
ductores panis quoad medietatem panis ex loca-
tione resultantis vt pro tanto capi possit, & est
singularis lex & utilis & fundatur ex dictis per
Cov. li. 3. var. c. 14. num. 6.

Ibi. El precio a como les saliere. Dum tamen non
excedat tassam panis à legibus nostris constitu-
tam, nam ipsi conductores non possunt ultra tas-
sam vendere, secundum nouam pragmaticam
ipsis permittentem vendere panem locationis
de qua in l. 19. in fi. sup. isto tit. nemini impurent
enim sibi conductores panis, qui ita care con-
dixerunt, nam ipsi nihil ultra tassam capere pos-
sunt, etiam si respectu suæ locationis plusquam
pretium tassæ ipsi præstiterint, & sic schedula re-
gia, vulgo carta acordada, vidi anno 1579. in fa-
cti contingentia iussum & declaratum generali-
ter, & hæc schedula cui eam petierit dabitur in
regio consilio. de qua s. in dubio fecit mentionem
Par. lator. contrarium tenentis. §. 9. 12.

S V M M A R I V M.

1 Filiusfamil. ita in foro poli sicut & fori po-
testi vti exceptione Macedoniani. 1.

Tom. 3.

- 2 Filiusfamil. etiam si renuntiet Macedoniano
iuuatur eius privilegio. 2. & nostri text.
privilegio vt ibi.
- 3 Minor si circa vtilia contrahat cessat lex
nostra & non procedit. 3.
- 4 Filiusfamil. si viuo patre vendat rem an eo
mortuo tenebitur. 4.
- 5 Contractus minoris si sonet cum tertio aliquo
qui quidem nihil recepit, sed minor in effe-
ctu, non tenetur tertius ille. 5.
- 6 Contractus à minore factus contra legis no-
stræ dispositionem non firmatur iuramento.
6. etiam si minor assereret se patrem fami-
lias, vt ibi.
- 7 Iuramento non firmatur contractus à mino-
re factus ad creditum ad tempus matrimo-
nij. 7.
- 8 Mercatores mercantias vendentes non pos-
sunt eas ab emptoribus reemere iniusto pre-
tio. 8.

Lex 22.

S V M M A R I V M.

Filiusfam. vel minor sub patris tuto-
ris vel curatoris potestate constitutus obli-
gatur ex contractibus in tempus matri-
monij vel mutationis status constitutus e-
tiam si adsit iuramentum, & punientur
proxeneta talium contractuum, & ta-
belliones coram quibus conficiuntur, &
mercatores & argentarij cum eis con-
trahentes secundum legis nostræ disposi-
tionem.

Quam quidem legem possumus dicere esse
longiorem quam §. Callimachus. l. qui Ro-
ma ff. de verbo obligatio. quem ibi vt longissimum
notant Doctores, est tamen lex nostrâ ian etiã iu-
sta & utilis si seruetur vel vt melius loquar exe-
queretur sed plerunquæ leges vt iustiores ita ne-
gligentes executores habent, & est ampliati-
ua totius materiæ senatus consulti Macedonia-
ni, secundum quem senatus consultum, filius fa-
miliæ in patris sui potestate existens, si recipit ab
aliquo certam pecuniæ quantitatem mutuo, li-
cet obligetur naturaliter & ciuilitur, non tene-
tur in effectu, potest siquidem exceptionem
Macedoniani opponere, qua quidem iuxta ius
ciuile & patritarum excusatur, & liberatur filius
à tali solutione l. 1. §. per totum ff. ad Macedonia.
§. illud, instit. quod cum eo. l. 4. titulo 1. parua 5.
Adeo vt in foro † conscientiz non teneatur fi-
lius, secundum Innocen. in cap. quia plerique de iur-
mu. eccl. quem ceteri sequuntur teste Antonio
Gomez, tomo 2. cap. 6. numero 2. §. gloss. 2. l. 4. ti-
tulo 1. part. 5. Couarr. in cap. quamuis pactum 2. p.
§. 3. n. 4. plures ad idem allegat, quoniam ipse contra-

rium velit. Secundo iuuatur filiusfamil. Macedo-
2 doniano, etiam si ipsi renuntiauerit, † quoniam
non tam sui fauore quam patris est introductū,
atque ideo renuntiatio nihil obstat, *vt in l. ta-*
meisi vbi gloss. & Doctores, ff. ad Macedo. & com-
munem testatur Couar. vbi supra. Ampliatur ter-
tio *ex lege nostra* vt non solum in mutuo non ob-
ligetur filiusfamil. verum neque in aliis contra-
ctibus in lege nostra declaratis, & sic hæc scire
necesse est pro fundamento dicendorum su-
per ea.

Ibi. *Ningun hijo familias.* In exornationem &
declarationem huius legis & eius materiae plura
dicunt Didacus Perez, *lib. 3. ord. à col. 1023. in*
principio, vsque ad col. 1039. in princ. vbi declarat
eius materiam per declarationes limitatiuas &
ampliatiuas, & Due. *in reg. 307.* & Anton Gom.
tomo 2. cap. 6. numero 2. & nouissime per conci-
uem nostrum Doctorem Gutier. *in Auth. sacra-*
menta pube. à num. 47. vsque ad 73. C. de res. ven.
& Mincha. *de succes. creat. §. 85. num. 51. cum sex*
sequentibus vbi illam limitat, vt non procedat
3 quories constat † in filij commodum resultasse,
ita quod patri non fuit damnum illatum *pro quo*
faciunt etiam dicta per Symancas, de instum. caib. 11.
9. de bonis hereticorum num. 43. cum pluribus se-
quentibus, & probat l. 6. tit. 1. par. 5. quæ cum in
vtilibus minori loquatur non censetur per le-
gem nostram correctæ, sed potius nostra ex illa
est declaranda, quamuis Doctor Gutierrez *vbi*
sup. numero 71. & 72. velit illam per nostram
corrigi, mihi tamen id non videtur, sed potius
declarandam nostram per illam, vt inutilibus
minori in quibus lex illa partitarum loquitur
nostra non procedat, cum non sit nouum leges
posteriores per priores intelligi & è contra, & lex
generalis non corrigit specialem, sed potius re-
stringitur ex dispositione legis specialis, & quid
si contrahant ad redimendum se, parentem vel
fratres à captiuitate, dic quod valet contractus
talis, *secundum Pelaez, de nobil. 4. parte quæstio-*
ne 1. limitatio. 4. num. 5. Sed an si filius viuo pa-
4 tre vendat rem patris, tenebitur * mortuo patre
stare contractui, Tiraquellus *in legi. connubiali-*
bus gloss. 8. numero 102. communem dicit quod
sic, licet *numero 107.* contra tenentes allegat, in
terminis tamen nostræ legis virtute suæ disposi-
tionis dubito de hac communi.

Ibi. *Seguridad.* Adeo vt etiam si contractus fo-
net cum tertio aliquo vt legi nostræ fraus fiat, si
tertius nihil recepit sed minor, tertius ille hoc
probato non tenebitur, quia non ille sed minor
5 † emisse videtur, *prout in simili inquit Deci. consi-*
lio 543. num. 15. cum sequentibus.

Ibi. *No los o torguen ni juren.* Sed quid si iura-
uerint an validabit iuramentum tales contra-
ctus, dic quod non, tam quia ex natura & con-
6 ditione rei gestæ prohibetur, quo † casu non fir-
matur iuramento, *secundum Villalobos in Arario*
mille com. opini. litera I, numero 200. quam quia
dolus præsumitur *per text. hic,* & ideo non valet
contractus *secundum Socin. Iunior. consilio 3. num.*
3.4. volum. 2. & per Villalobos, ibi numero 238. &
ita tenens supra allegati in prima glossa. & in termi-
nis similis dispositionis ita tenet Thom. Gram-
mat. *deciso. Neap. 12. per totam* sic dicens vota-
tum. Imo & plus *ibi* dicit scilicet quod quam-

uis filiusfamil. assereret se patrem fami. adhuc
non teneret obligatio neq; contractus, & vitra
Paul. & Abb. per ipsum Grammatic. *ibidem* al-
legatos sic consulunt. Socin. Iunior. *dist. con. 3.*
volum. 2. à numero 15. vsque ad 34. vbi responder
contrariis, & numero 8 asserit posse confessio-
nem hanc reuocari, vt erroneam, quamuis con-
cuius noster Doctor Gutierrez, *in dict. Authen.*
sacramen. pube. numero 55. cum sequentibus aliqui-
bus aliud velit dicere contra Grammatic. eum non
allegans, sed procedere posset eius opinio quo-
ties iusta ignorantia daretur in contrahente, pu-
ta si est exterus, *vt per DD. l. 1. C. ad Macco. &*
Anton. Gomez, dist. cap. 6. numero 2. limitat. 4.
tomo 2. vari. & est notandum quod secundum ma-
gis communiter DD. teste Socin. d. consilio 3. nu-
mero 45. potest agi contra contractum talem per
minorem iuratum, etiam nulla præhabita rela-
xatione iuramenti, sed cautius faciet si relaxa-
tionem petierit quoad effectum agendi & exci-
piendi. Et an lex potuerit prohibere iuramenta,
dixi *in l. 11. titulo primo, libro quarto, sup.* & cum
lex nostra fraudulentos & dolosos reddiderit
contractus per minores hos & filiusfamil. gestos
potuit optime directe prohibere iurati *secundum*
communem asseriam, per Doctor Gutierrez vbi su-
pra, num. 45.

Ibi. *Ni juren.* Sed an si iuratur in hoc secundo
casu cum ad creditum datur in tempus succes-
sionis vel bonorum † habitorum soluendum fir-
7 mabitur iuramento, dic quod non, cum D. Gu-
tier. *in d. Authen. sacramen. pub. num. 48.* con-
tra Didac. Perez, *ibi* allegatum, quia daretur
votum captandæ mortis.

Ibi. *Tornar a recobrar en baxos precios la dicha*
plata. Quod maxime de iure reprobatur est *tes-*
te Couarr. lib. 2. variar. cap. 3. numero 6. & in
conscientia † id fieri non potest si sit in minori 8
pretio quam pio, secundum Nauar. *in Hispan.*
cap. 28. in additione ad capitulum 23. manualis nu-
mero 791. folio 54. vbi & alias proponit quæstio-
nes in legis nostræ propositum, & legem no-
stram iustissimam esse testatur, & de dictis con-
tractibus ad creditum pretio excessiuo factis no-
uissime tradit concius meus Doctor Gutierrez, *in*
suis quæstionibus canonicis cap. 39. per totam. Alia
adducta per Matienço, *hic* concernunt potius
materiam Macedoniani quæ in suis locis ordi-
nariis traduntur & per Doctores, ideo tanquam
extranea à materia nostri text. omitto, ea per ip-
sos videbuntur Doctores, & an si minor exi-
stens extra regnum nostrum negotietur contra
legis nostræ tenorem valebit factum ab eo, vi-
de Pelacz, *de maioratu. 1. parte, quæstione 58.*
numero 9. cum sequentibus aliquibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Administratores bona eorum qua admini-
strant emere non possunt, cum fallentijs &
ampliatio. n. I. cum sequentibus.
- 2 Capellanus bona sua capellania emere non
potest. 2.
- 3 Palam etiam non licet administratori aliquid
emere de bonis administratis. 3. & ibi quæ-
do palam

- do palam quid dicitur fieri, neque per aliam personam, ut ibi num. 4. & 11. & nu. 5. etiamsi iudicis autoritate fieret, nisi esset vtile minori, vel si iusta alia causa adesset, ut ibi, & nu. 6. quid si iuret minor.
- 7 Administrator etiamsi sit nobilis non euitabit legis nostrae pœnam si contra eam fecerit. 7.
- 8 Tutor cui non est decreta administratio tanquam extraneus emere potest. 8.
- 9 Mulier potest esse executrix testamenti etiamsi secundas contrahat nuptias. 9.
- 10 Commissaria etiam ad faciendum testamentum potest esse fœmina. 10.
- 11 Emptionis appellatione omnis contractus per quem dominium transfertur comprehenditur. 12. nisi ut num. 17.
- 13 Donationis contractus an & per legem nostram censeatur prohibitus. 13. & ibi an cessionem, & an si donetur consanguineo tutoris, vel famulo tutoris, ut ibi.
- 14 Testamento etiam an & prohibeat lex nostra aliquid dari tutori per minorem. 14. & nu. 16. an per donationem causa mortis, & limitatur.
- 15 Prohibitus alienare per contractum inter vivos non censetur per ultimam voluntatem prohibitus. 15. & 17.
- 18 Corrector prohibitus emere nō censetur prohibitus heres institui. 18.
- 19 Tutor succedit pupillo deficientibus consanguineis num. 19.
- 20 Tutor aut curator an possint rem minoris in pignus accipere. 20.
- 21 Emere prohibitus non erit prohibitus in pignus accipere si adest spes luitionis. 21.

Lex 23.

S V M M A R I V M.

Curatores vel alij administratores non possunt sub legis nostrae pœna emere bona aliqua eorum quorum administratio- nem gerunt, idemque quoad executores testamentorum lex nostra disponit.

IBI. CABEÇALERO O GUARDA DE HVERFAVOS. Lex hæc processit à lege, non licet. ff. de contraria emp. cuius verba sunt, non licet ex officio, quod quis administrat, emere & quid per se vel aliam personam, alioquin &c. facit etiam text. in l. 14. infra tit. sequente, & est etiam text. in l. in emptionem §. tutor. ff. eo. tit. de cont. emp. probat text. in l. fin. tit. 5. part. 5. versic. pero de Ximor. idque per regulas & fallentias profecutus est Due. in reg. 31. vbi tres aut quatuor rationes conclusioni huic assignat, & ampliat & limitat modis aliquibus, quas

ante eum posuit Rebuff. in 2. tomo. constit. Franc. tit. de donat. & alijs dispo. gloss. 2. per totam quoad nostram tamen materiam ut ab intentu nostro non recedamus. Primo ampliatur nostra conclusio ut procedat etiam in capellano alicuius capellaniae, † qui cum sit administrator bonorum eius, non poterit eius bona emere si vendantur, cum actio & passio non possint circa idem concurrere, neque possit quis rem suam emere. Secundo ampliatur quod etiamsi palam fieret emptio talis & bona fide, adhuc tunc non licet administratori eam emere, ut patet ex text. hic, ibi, publica ni secretamente, in correctionem gloss. communiter approbatae in dict. l. si in emptionem §. tutor. asserentis, quod si palam & bona fide emptio talis fieret, valeret, ex text. in l. cum ipse C. de contra empti. tenet Bart. & DD. in l. tutor rerum ff. de admit. tut. & in l. si in empti. §. si. eo. tit. late Bar. in l. pupillus §. si. ff. de auct. pres. Alex. & DD. in l. singularia num. 5. ff. si cer. pet. & in l. 1. §. fuit. questum ff. ad Trebellian. vbi las. numero 19. & glo. l. 4. titul. 5. part. 5. hanc communem dicunt ex Bar. in d. l. pupillus §. fin. & Sal. in dicta l. cum ipse, & Abb. in cap. cum in iure peritus, num. 4. de electi. & Pala. Rub. in Rubr. §. 9. num. 11. tuncque dicebatur palam & bona fide fieri si interuenientibus amicis illius pupilli, res comparabatur à tali administratore, secundum Bar. in l. frater à fratre, numero 51. ff. de cond. ind. quem sequitur ultra DD. ibi Boeri decis. 100 incip. presentia coniunctorum, Hippol. Singul. 417. incip. presentia coniunctorum, & sin. 673. incip. nonnulla & Ruinus, consil. 93, numero 24. volu. 1. & alij relati per Menes. in l. transactionem numero 7. C. de transactio. qui tamen in hoc assentit dict. Bal. scilicet quod & tunc autoritas iudicis requiratur, vel alterius contutoris, vel coadministratoris ut palam & bona fide fieri dicatur, prout volui probare l. 4. tit. 5. ibi, fueras ende, & mihi hoc placet, hac lege partitarum attenda. Ex lege tamen nostra cessant iam hodie ius ciuile, & dictae legis partitarum ius, ita ut etiamsi palam & bona fide fiat talis emptio nullo modo liceat talibus administratoribus emere rem aliquam ex illis, quas administrant, ut constat ex lege nostra in versiculo publica o secretamente prout ea attenda dubitauit gloss. de auel. in dicta l. 4. & tenet Meneses vbi supra, & Villalobos in antinomia iuris ciuile & regij litera T. numero 21. & iterum in Erario com. opini. eadem litera T. numero 232. & Castell. l. 27. Tauri gloss. magna colum. 18. & Arto. Go. 2. c. 2. numero 2. in fi. & Due. vbi sup. ampli. 8. in fi. & ita teneo, nam si de iure ciuili palam id dicebatur fieri, quod fiebat alio contutore autore, & interuenientibus amicis & lex nostra etiamsi palam fiat prohibet, ergo ius ciuile & lex illa partitae hodie non procedunt, & ita teneo etiamsi Matienço, hic, glossa. fin. numero 3. aliud visum fuerit, & Doctor Gatierez, in tractat. de iuramento. confirmato. 1. parte. cap. 40. numero 2. & Didac. Perez. l. 1. titul. 5. libro 5. ordi. nisi dicamus & hodie procedere si vtile esset minori ut infra dico. Quod etiam verum est in patre administrante bona aduentitia filij, ut in hac lege in glossa. administrare dicemus. Imo & non solū ipse administrator id non poterit, verū neq; alius pro

4 eo & sic per interpositam personam, † & hoc denotant alia verba nostri text. secretamente, & ex text. in dict. l. non licet ff. de cont. empti. neque vnus executor pro alio, nam quod meo non licet nomine neque alieno licebit, & qui per alium facit per seipsum facere videtur, ex iuris principijs & ex dictis per Decium consilio. 543. numero 15. cum sequentibus. quamuis Bartolus, in l. 1. C. de contra empti. aliud velit, & quamuis Rebuffus, in 2. tomo. constituto. Franc. titulo, de donati. & alijs disposit. glossa. 2. num. 5. & 6. aliud velit, quorum doctrinæ lege nostra attenda procedere hodie non poterunt, nam & emere prohibitus non poterit id facere per filium, vel seruum, secundum glossam, in cap. plerique 13. questione 3. & facit cap. inquirendum, de Peculio. Doctores, in l. acta C. plus valere quod agitur. Adeo vt etiam si iudicis * autoritas interueniret, nihil fieret, eo quod esset etiam contra legis nostræ prohibitionem, vt & tenet Dueñas, dicta regula. 31. ampliatio. 9. & voluit Meneses, vbi supra, & melius Rebuffus, in 2. tomo. constituto. Franc. titulo de donati. & alijs disposit. gloss. 9. num. 8. nisi secundum eundem Due. ibidem emptio talis esset utilis minori & sic ex magna causa facta, nam tunc cessaret legis nostræ præsumptio, & eius dispositio interueniente iudicis & alterius contutoris aut coadministratoris autoritate si alius adesset, & sic posset & hodie procedere dicta l. 4. titul. 5. parua 5. vt non corrigatur, prout ibi sensu glossator, & Due. vbi supra, maxime in 5. & 7. limitationibus, vel posset esse iusta causa si forte res illa vendenda fuerit aliquando maiorum ac prædecessorum talis tutoris & administratoris, nam tunc ne exiret à familia palam & bona fide posset administrator illam licite emere iudicis autoritate & coadministratores interueniente, argu. text. ad hoc optimi & singularis, in l. qui officij in principio ff. de contrahen. emp. & sic retractu iure sanguinis vti posset talis administrator, nam tunc ob affectionem censetur retrahere, & ab ipso minore non retrahit, sed ab emptore, & sic cessat fraus, & per illum text. in iudice prohibito emere tenuit Anto. Gomez, l. 70. Tauri. num. 12. quæ vt noua ita consideratione digna esse reputo, antequam actus fiat & emptio celebretur. Deficiente tamen utilitate minoris (vt ad instituta redeamus) etiam si iudicis autoritas interueniret & alterius coadministratores nulla esset emptio, & administrator emens incurreret pœnam, licet esset minuenda ijs interuenientibus cum autoritas iudicis multum ad hoc iuuat, & vltra dicta quod nulla sit talis venditio facit, quia subhastatio est fraudis exclusiua, secundum Auenda. cap. 12. prætorum num. 1. libro 2. & nihilominus tunc est locus dispositioni nostri text. generaliter loquentis, igitur quamuis autoritas iudicis interueniat nihil iuuabit. Itidem & ampliatur legis nostræ dispositio, vt quamuis minor * iuret talem emptionem non validabit eam, arg. dictorum, per Ias. in Auth. sacramen. pub. num. 49. cum 3. sequen. C. si aduersus, vendi. & per Rsp. respon. 138. numero 11. & 12. nam cum contractus iste sit nullus alia ratione quam minoris ætatis, scilicet propter dolum præsumptum ex parte tutoris & administratoris cum minore contraheritis, nimirum si iuramentum nihil operetur, secundum

dictos DD. de hac vero ampliatione late tractat conciuus noster Doctor Gutierrez. in tracta. de iuramen. confirm. 1. p. cap. 40. numero 3. cum sequenti. vbi eam reputat difficilem, & tandem tenet iuramento confirmari, prout & tenet Spino, in Specul. testamen. gloss. 79. principi. numero 63. de quo tamen dubito, eo quod lex nostra loquitur per verbum, no pceda, quod quidem inhabilitat, & impossibilitat ad contrahendum, insuperq; inualidat emptionem, ergo iuramentum nihil operatur: nam quoties assuit resistit & annullat, nihil operabitur ex dictis per DD. in l. non dubium. C. de legibus, eo quod tunc non nascitur ciuilis neque naturalis obligatio, & sic iuramentum nihil operabitur, ex dictis per nos. l. 1. glos. 1. versiculo, item quia titulo 1. supra isto libro, & per eundem Gutierrez, in eo. tract. 1. p. cap. 51. numero 28. & præsertim numero 31. & quia aliter faciliter elideretur legis nostræ dispositio. Ampliatur etiam lex nostra vt procedat etiam si talis tutor * 7 vel administrator esset nobilis, nam lex nostra generaliter loquitur, & omnes comprehendit, & sic in omnibus est intelligenda, & quia si in casu in quo adest iudicis autoritas & emptio fit palam, vbi poterat cessare fraudis præsumptio, adhuc lex nostra procedit, vt supra diximus, cur & non idem erit dicendum in tutore aut administratore nobili, quamuis de iure aliud esse ex l. pupillus. §. sed & si versiculo, sane siquidem. ff. de admi. tut. asserbat Capola, in tractat. de imperfecto mili. in materia nobilitatis, priuilegio 17. referent Pala. Rub. in Rubr. de donati. chart. 4. & Otalora, de nobilitate 5. parte. cap. fina. numero 13. sic limitando Bartolum, in l. nemo. ff. de duobus reis, & in l. si prius, §. recte. ff. de aqua plu. arcen. & Matienço, hic, gloss. fin. in fin. per textum tamen nostrum id non esse tenendum credo, prout tenuit Doctor Heredia, in suo libro vocatio, Dechado de jueces. fol. 35. in paruis. Tutor tamen cui non est decreta administratio tanquam extraneus emere poterit * ex text. in l. tutores ff. de autho. tuto. Bartolus, in dicta. l. pupillus. §. fin. Matienço, hic, gloss. fin. in fine. Pro limitatione tamen huius legis videndus est Due. dicta regul. 31. à quo desumpsit Matienço, hic glossa 1. & ipse Due. desumpsit à Rebuff. in dicto. 2. tomo titu. de donatio. & alijs disposit. gloss. 2. per totam. eorum tamen limitationes ex dictis supra percipies an veræ sint & tenendæ lege nostræ attenda, nam earum solum illum amplectimur, vbi minori commodum resultat, vel adesset ingens & magna causa, vt administrator id faceret, & tunc etiam iudicis autoritatem requirerem & pretium iustum. Er post hæc vidi Doctor Spino vbi supra, numero 59. & 60. dum in solo casu utilitatis minoris legem nostram limitat. alia vero limitationes, scilicet, cum à patre pupilli tutor emerit, & non erat ei traditio facta, quod mortuo patre, & existente eius filij tutore posset capere possessionem, quid dubij in hoc adest certe nihil cum à pupillo non emerit sed à patre eius. Alia inidem limitatio, scilicet, quod minor finita tutela possit approbare, dum tamen nunc valeat à tempore approbationis, inidem est subtilis & indubia limitatio, si talis limitatio dici potest.

Ibi O guarda, Er sit tam curatore in quam tutorem lex nostra comprehendit, imo & quamuis tantum

tantum de tutore, loqueretur, adhuc de curatore intelligi deberet, ex dictis per Baezam, de decima. tit. c. 3. nu. 11. cum sequentibus pluribus, maximo numero 21. praesertim cum lex nostra loquitur in hoc verbo, en guarda & infra dum dicit, De aquel o aquellos que administrar.

9 Ibi, O muger. Nam & mulier potest esse executrix testamenti, ut in l. a filio, ubi Bar. num. 1. & Docto. notant ff. de alim. & cib. leg. ca. nos quidem, de testam. glos. in c. 2. ubi Ioan. And. & Docto. communiter, de testam. in 6 Bart & Deci. numero 21. in l. 2. ff. de reg. iuris, Specul. in tit. de instrum. editi. §. nunc vero numero 76. dicens, hoc seruari consuetudine, Covarru. in cap. tua. numero 5 de testam. ubi hanc dicit communem, Deci. consil. 91 numero 1. idque adeo verum est, etiam si secundas contrahat nuptias, nam quamuis per earum contractum amittat tutelam filij non tamen amittit hoc executricis munus, secundum Bart. in d. l. a filio numero 2. Bald. in auth. eidem penus. C. de jecun. nup. ad fi. Deci. in d. numero 21. & Covar. ubi supra. imo & commissaria ad faciendum testamentum potest esse foemina, secundum Pala. Rab. in l. 31. Tauri numero 36 & sequentibus, & Cifren. numero 3. & Ant. Gum. ibi numero 4. & Tellus Fernandez, in fine, idque probant dicto assumpto, quod foemina potest esse executrix testamenti, pro quo est text. expressus hic in iis verbis, potest etiam mulier esse iutrix & curatrix filiorum suorum, ut per totum quando mulier tutela officio fungi possit, & per plures leges titu. 16. p. 6. & ideo merito lex nostra de muliere etiam sermonem fecit, ne videretur a legis nostrae dispositione exclusa.

Ibi. No pueda. Actus impossibilitatem inducunt haec verba, & nullitatem contra factorum, ut diximus in l. 1. ant. 2. tit. 3. supra isto lib. in glos. 11 no pueda, & sic neque per se neque per alium potest ex dictis per Menoc. de arbit. iud. cent. 5. casu. 459. per totum, ubi de iis tractat, & in hac diximus lege.

Ibi. Comprar. Ad aliam quamcunque alienationis speciem per contractum extendes, nam emptionis appellatione omnis contractus potest per quem dominium transfertur continetur, secundum lex. in l. statu liberi a ceteris. §. quintus & ibi glos. ff. de statu lib. quem & alios allegat Dueñas, in reg. 239. licet improprie hoc sit, secundum Menes. l. voluntas numero 8. C. de fideicom. & per consequens donatio potest censetur per legem nostram etiam prohibita; ut expresse in simili dispositione tenet Rebus. in 2. tomo consil. Fran. tit. de donatio. & alius dispositio. glos. 2. & glos. 9. nume. 2. & notissime Doctor Gutier rez, in consil. 14. num. 13. & 14. ubi ampliat, & Dueñas, dicta reg. 31. ampli. 2. & 3. & per consequens neque celsionem cum vim donationis habeat. l. pen. & sequen. C. mandati, neque acceptilationem, secundum Rebus. in d. glos. 2. num. 2. & 3. imo & si donaretur consanguineo tutoris idem esset secundum Rebus. ubi supra glos. 5. in fi. vel famulo tutoris in compensationem seruitij a tutore facti ipsi pupillo, quia domino dare videtur, secundum eundem. Rebus. ibi glos. 9. numero 6. siue, secundum eum ibi nume. 7. donentur res mobiles siue immobiles: per testa-

14 mentum tamen vel aliam ultimam potest voluntatem semota fraude bene id liceret, quia text. noster solum prohibet per contractum, non vero

per ultimam voluntatem, & sic non est ad aliud extendendum, etiam si Dueñas, in dict. regula. 31. amplia. 6. aliud dicat, nam Franciae constitutio, de qua per Rebus. ubi supra ut ex eo ibi apparet glos. 6. expresse disponit, ut idem sit si per testamentum, quod tamen lex nostra non declarat, ideo non mirum si ibi id asserat Rebus. & nos negemus quantum ad legis nostrae dispositionem, & eius poenae incursum, & quia prohibitus alienare per contractum inter vivos non censetur prohibitus potest per ultimam voluntatem, secundum text. in l. ex hoc edito. §. alienare. ff. de alien. iud. mul. causa fact. quem ad hoc alia in propositum allegando nos. Baeza, de non melio. doti. cap. 20. numero 8. & 9. & 10. & Tiraquell. de retract. titul. 1. §. 26. glos. 1. numero 5. & an idem sit per donationem potest causa mortis, decerpes ex dictis per Baezam, ubi supra, cum sequentibus numeris, haec tamen intelliges nili probetur fraude, dolo aut vi tutoris aut curatoris minorem inductum ad instituendum tutorem in testamento. nam tunc secus esset. Item & attentari posset legem nostram tantum in emptione & venditione loqui, eo quod geminat bis & iterum verbum hoc, comprar, & comprar, quasi haec geminatio operetur ut in alio contractu locum non habeat, ex dictis per DD. l. Balista. ff. ad Trebellia. & Euerar. in centuria locorum, loco a geminatione, & quia haec est materia poenalis, quo casu emptionis vel venditionis appellatione de illa sola potest intelligitur, secundum Anto. de Burgos, in rubrica col. fin de empti. & vendi, sed quia in donatione, & aliis contractibus eadem militat ratio, in eis etiam erit locus dispositioni legis nostrae, licet non per testamentum, vel aliam ultimam voluntatem, nam in hac non erit locus nostro text. ex dictis, & quia prohibita alienatione per contractum, quod verbum alienare omnes contractus comprehendit, ut. l. fin. C. de re. alien. late per Bertachi. in repertorio, verbo alienatio, versic. 64. non censetur prohibita per testamentum, secundum lex. in l. pater. §. fundum, deleg. 3. & late per Ias. in l. si na quis. §. ea lege numero 46. ff. de verbo. obli. fol. 196. & facium dicta per eundem Ias. in l. principalibus, ff. si cer. per. quod corrector prohibitus emere non censetur prohibitus haeres potest institui, & facit text. & eius materia in l. vera contraxerunt. ff. de ver. sig. tutorque succedit pupillo deficientibus potest consanguineis secundum glos. in l. quo tutela. ff. de reg. iur. si pupillus moritur ab intestato durante tutela secundum Baezam, de decimatus. c. 28. num. 16. & sic ex testamento itidem succedet, neque obstat secundum Ias. ubi supra doctrina Bar. in d. §. ea lege quia Bar. loquitur secundum Ias. ibi, cum prohibitor alienationis sit simpliciter respectu aliquarum personarum, secus si expresse fiat per viam contractus etiam respectu aliquarum personarum talis prohibitor, quia tunc non censetur prohibita ex testamento secundum praedicta iura, & Baeza, late, de no melior. filia c. 20. n. 8. & seq. & ita mihi videtur tenendum, quicquid ubi supra Dueñas, contrarium & male voluerit, faciuntque pro hac mea opinione dicta per Tiraquell. in legibus connubiali. glos. 5. nu. 93. usque ad 102. maxime nu. 100. Sed an poterit tutor aut curator rem minoris in pignus accipere,

accipere, crederem quod sic, dumtamen sit spes luitionis, *argument. doctrina Bartol. in l. in quorum, per text. ibi. ff. de pignori.* quod prohibitus emere non censetur prohibitus pignus † recipere si est spes luitionis, *ut per Bald. in l. fin. paulo post princip. C. de rebus ali. non ali. Feli. in cap. Prælatorum. colum. 3. circa. fin. de accusatio. relatos per Bertachi. in repertorio verbo prohibitus alienare versicul. 8.*

Ibi. *No vála.* Nullitatem inducit ipso iure cum sit præsentis temporis, maxime existente illo verbo executiuo, *sea*, ut diximus, *l. 11. gloss. sea, tit. 10. supra isto lib. & hæc pro hac lege sufficiant.*

S V M M A R I V M.

- I Quia nullam habet dubitationem non indiget summario, num. I.

Lex 24.

S V M M A R I V M.

- I Nullus emat legumina † in lege nostra declarata ad reuendendum ea, sub eius pœnis.

Ibi. *Ni compre garrobas, ni y eros, en poco ni en mucha cantidad para lo tornar a vender.* Et hoc quia ut apparet ex supplicatione Regi nostro facta, pro construenda hac lege est hoc principale bouum nutrimentum, quo quidem per dardanarios empto, carius per eos solebat Rusticis vendi, & sic deficiebat cultura ob excessiuum pretium in quo vendebatur, & quia similibus Reip destructoribus est coarctanda via, ac licentia destruendi homines, ita necessarios Regno, sicut sunt Rustici, ideò lex nostra reuenditioni horum leguminum iuste prouisit.

S V M M A R I V M.

- I Non potest per dardanarios vendi sal, vel emi ad reuendendum cum ampliacionibus & limitationibus, de quibus in nostra lege & gloss. num. I.

Lex 25.

S V M M A R I V M.

- I Sal non ematur ad reuendendum, † sub nostra legis pœna, nisi per traginarios trahentes illud de vno loco ad alium pro prouisione ipsorum locorum, dum tamen sal non includant in domibus & horreis, vbi illud trahunt.

Ibi. *NO AYAREGADORES DE SAL.* Licet enim vendi, & emi sal possit, *ex l. magis puto. in princip. ff. de rebus eorum. & in l. si quis ff.*

de veliti. & com. nisi consuetudo esset in contrarium, secundum Jfer. & Alvaro. in l. 1. C. que sint Regal. in vsu. fendor. not. in capit. super quibusdam §. præterea. de verborum signifi. Cœpola in l. inter publica. §. 1. ff. de verborum signifi. dixi in l. 31. titul. 18. num. 10. cum seqq. libr. 6. supra. Ex lege tamen nostra per viam reuenditionis nullo modo vendi potest, per dardanarios vulgo, *Recationes, y reuendedores.* Nè aliter carius vendatur: & est iusta, ac salubris dispositio. Inquitque *Crauetæ, consil. 6. num. 111. cum sequent.* quod si quis conduxit fundum, in quo vana salis reperiatur, potest optime sal vendere, neque dicitur negotiator, nec reuenditor. Et nota quod licet sal sit optimum condimentum, ut inquit *Iob. 6. capit.* Num quid poterit comedi insullum, quod non est sale conditum? & *Diui. Marci. 9. in fine,* bonum est sal, quod si sal insullum fuerit, in quo illud condietis? & sic pro sapientia & discretione ponitur ibi sal, & in multis aliis locis. Et in condimentis immittitur, ut saporem habeant: tamen ut *Plutarchus, Symposiacion, Decade. 5. capit. 10. & in libro de Iside, & Osiride scribit.* Ægyptios Sacerdotes castitatem inoffensam seruare, ideoque illos à salis vsu abstinere, ut qui caloris libidinem concitet: Et idem *Plutarch. causarum natural. capit. 3.* Et an salinaria sint de regalibus dixi in l. 31. numero fina. titul. 8. libro 6. supra, & in aliis mineris & metallis in l. 1. in fin. & in l. 2. titul. 13. eod. libr. 6. vbi in fin. illius legis 1. allego alios de iis tractantes tam in iustitia, quam in cōscientia, maxime per *Barbos. ibi allegatum,* & quia de iis Regalibus integer vnus liber requiritur, fortassis fauente Deo plura dicemus. Et nota, quod licet lex nostra, dum vendere sal dardanariis prohibet, videbatur aliis permittere, hodie tamen cum Rex omnes salinas Coronæ suæ Regiæ applicauerit, & incorporauerit, nullus sal vendere potest nisi ille, cui ipse concesserit, conduxeritve salinaria, & cui conductor ipse, ex ipsius Regis permisso concesserit, prout inquit *Alciat. in dict. l. inter publicas, de verborum signifi.* Dicens, his tantum permillum vendere sal, qui à fisco hoc ius emerunt, & si sine venia, & licentia eorum emere, vel vendere quis tentauerit, in pœnas incidet, ut relato *Alciato inquit Beuueni. de mercat. 4. part. numero 30. in scriptis inter decisiones Genuenses, & Barbosa. in l. Diuortio. §. si vir. numero 29. versic. adeò quidem, cum seqq. ff. solnt. matr.*

S V M M A R I V M.

- I Proxenetis prohibetur emere & vendere res suas, nec etiam per interpositas personas sub legis pœna. num. I.

Lex 26.

S V M M A R I V M.

- I Proxenetæ non possunt emere, † vendere, vel contrectare in mercantijs cuiuslibet sint qualitatis per se, neque interpositas personas.

personas, neque possunt eas ad vendendum habere, si propria sua sunt, sub nostri text. pœna, neque itidem poterit proxeneta vnus emere res traditas alteri proxeneta ad vendendum, sub pœna inserta in presenti.

IBi. PVEDA COMPRAR. Ampliat lex hæc dispositionem text. in l. decimaquarta, titul. de-

cimoscundo, proximo sequente, vbi aliqua diximus de iis proxenetis.

Adm. 21. & 22. tit. 14. lib. 5. adde, quod est facta alia & noua pragmatica condita Madritij, vltimo die mensis Decembris, anni 1593. publicata ibidem decimonono die mensis Ianuarij, anni 1594. qua quidem datur mensuræ numerus in fericis adiciendus siue sint vnus pili, siue pluris, quam quidem pragmaticam cito videbis additam huic Recopilationi, ideo ego eam non addo.



SEQUITUR TITVLVS

XII. De la Venta de brocados.

ET quia superiori titulo de emptione & venditione dictum est generaliter, nunc autem magis in specie tractatur de venditione aliquarum rerum.

S V M M A R I V M.

- 1 Forenses non ligantur statutis regni nisi in eo diu moram traxerint. n. 5. Vbi idem in ciue nouo, nisi vt ibi, cum sublimitatione.
- 2 Mercatores qui dicuntur, remisiue. n. 2.
- 3 Mercatorum massam esse quintum elementum. 3.
- 4 Mercatores supponentes bonas merces exterius, & malas interius puniuntur. 4.
- 5 Bono viro non licet callide in rebus agendis versari.

Lex i.

S V M M A R I V M.

Luminaria & fenestra mercatorum, vbi intexta auro venduntur, vel alij panni aut bombycia, debent esse clara, & manifesta absque aliquo impedimento intus aut exterius inferius aut superius posito, vt fraus omnis euitetur, & emptores mercantias videant sub nostri text. pœna.

IBi. QVE EN ELLAS EST VVIERE. Pondera dictionem hanc, Estuuiere. Quæ videtur denotare forenses hos mercatores in hoc regno diuini versasse, cum domum & tentoria habere in eis, vbi similes ad sint fenestræ, lex nostra supponat, vt ex hac versatione, legis nostræ dispositione ligentur, vt inquit Bart. in l. sanctos populos num. 1. C. de summa Tri. dicens forenses in delictis non ligati statutis regni nisi in re-

gno diu moram traxerint, ita quod verisimiliter præsumi possit scientiam statuti habere, aliter enim præsumitur ea ignorare statuta, & non ligantur eorum pœnis vt c. vt animarum, de consuet. in 6. sicut in ciue nouo, ex l. qui cum vno s. fin. ff. de re iust. Ripa. de peste, titu. de remedijs ad confer. vber. num. 119. & sequentibus, & Ant. cap. 52. præ. verbo, en la tierra, numero 11. Et hæc vera sunt, nisi statuto illo dispositum, esset etiam dispositum à iure communi, nam tunc nihil excusaret talem forenses quod diu non esset versatus in regno, secundum Bartol. vbi supra per text. in l. sacularij. s. sunt quadam ff. de extraordin. crimi. & ante cum Cyn. quos ibi sequitur Fulgos. & Anton. in cap. à nobis, de sent. excom. Ioan. Lyna. & Imol. in cap. 2. & fin. de constit. Ancha. c. canonum, c. titul. 12. q. sed & adhuc tunc excapite iustæ ignorantie esset tali forensi diminuenda pœna iuris communis, & sic posset procedere opinio contraria, Abb. in dist. c. à nobis 1. & las. dist. l. sanctos populos numero 31. vbi alios allegat dicentes etiam in hoc casu forensi delinquenti contra ius commune regni extranei esse remittendam pecuniariam per tale ius commune impositam contrauenti, vt id procedat, vt dixi, vt diminui posset, & hoc quoties illud ius commune in suo regno non vltaretur, neque dispositum esset, secus vero aliàs, quia nec tunc diminuireretur pœna.

Ibi. Mercaderes. Et ij qui dicantur, tradit late Bennenu. in trall. de mercatura 1. part. numero 1. cum pluribus sequentibus, & Rebus. in tomo 2. confit. Fran. titul. de mercat. in princip. & additio. Ber. Diaz, in pract. crim. canon. cap. 55. & in parte 2. tract. ipse Beruenu. vbi supra de statu mercatorum, & a quo tempore inceperunt, & n. 4. inquit ex Bal. massam mercatorum & ramporom sanctorum bonum, & sequitur elementum, licet tempestate nostra atrocita committant, idcirco: in magno discrimine salutis æternæ, secundum

dum cum ibi numero 5. existunt, & numero 6. differit etiam an mercatores sint vrbibus necessarij, & vtilis.

Luces libes. Et cuius latitudinis debent esse tales luces disponitur in l. 4. in fi. infra isto ut & in aliud facientes & lumina obscura tenentes inuehit Benuenu. in d. gra. de mercatura, in princ. num. 11. & Capola, de seruis. vrb. prad. tu. de seruit. lumi. & Corraf. lib. 3. miscellaneorum. c. 23. numero 9.

Ibi. *Meior de lo que son.* In quo committunt crimen stellionatus dum faciunt apparere bona ea, quæ non sunt, sicut faciunt impostores merces bonas supponetes in facie sacci vel corbis malas autem seu corruptas intus supponunt. qui extra ordinem crimine stellionatus ꝑ puniuntur, ut l. 3. §. si quis merces. ff. de crimi. stell. l. 7. & 8. titu. 16. p. 7. de quo plura exempla tradit Benuenu. vbi supra titu. de decoctoribus. 7. & ult. par. in prin. num. 19. & 30. & Auend. c. 19. pratorum numero 30. & 31. lib. 1. & eodem miscentes paleam vel auenam aut hordeum cum tritico ut diximus in l. 3. tit. 5. lib. 1. supra.

Ibi. *No se pueda recibir ningũ engaño.* Qui quidem dolus maxime in curia mercatorum abesse debet, ut eleganter demonstrat iurisconsultus in l. 1. §. praterea. ff. de offi. pref. vrb. nam licet mercatoribus in emendis vendendisque mercimonijs liceret contrahentes ad inuicem decipere intra dimidiam iusti pretij l. in causa. §. idem Pomponius. ff. de minori. & in c. cum dilectis & in cap. pen. de emp. & ven. licet in conscientia neque in vno nummo liceat decipere, adhuc tamen in foro fori non licet eis dõlis & fraudibus ementes, aut vendentes circumscribere, non enim decet bono viro callide in rebus ꝑ agendis versari, ut notat Accursius, in l. semper in contractibus. ff. de reg. iur. & tales fraudatores potest iudex punire tanquam committentes fraudem de re ad rem, secundum Bald. relatum & secutum per Auend. c. 19. prato. num. 30. in fine, lib. 1. imo & secundum eum ibi. num. 32. in fine, huiusmodi causæ contra officiales breuiter & summarie etiam diebus feriatis poterunt determinari & puniri contra facientes & delinquentes.

S V M M A R I V M.

I Lex nostra augmentatiua pœnarum est ad l. 115. tit. 13. lib. 7. infra nu. 1. & n. 2.

Lex 2. 3. 4. & 5.

S V M M A R I V M.

Intexta auro & bombycea & panni mensurentur secundum legum harum dispositionem, pannique facti in regno minutatim vendendi, antequam vendantur madefiant plene & tundantur, cumque mensurari debent seruetur forma & modus à legibus nostris præscriptus &

sub panis earum: idemque si panni extra regnum facti sint & in eo vendantur minutatim.

Ibi. *S O P E N A Q V E P I E R D A N.* Eadem imponitur pœna mensurantibus aliter quam debent in l. 115. titu. 13. lib. 7. infra, licet ibidem vnamet pœna imponitur semel bis & ter delinquenti, in nostra vero augetur pro secunda & tertia vice, & sic cum lex nostra licet in contextis auro & bombyceis loquatur, lex tamen sequens in pannis etiam loquitur, & sic dicendum est pœnam illius l. 115. auctam ꝑ fuisse ex text nostro, & esse augendam secundum quod hic disponitur, quamuis lex nostra antiquior sit, cum expresse in d. l. 115. non corrigatur, possitque pœnæ hæc cum illis se compati, nam vltra amplificationem panni, quæ ibi imponitur pro qualibet vice, pro secunda vice tamen addetur ex text nostro pœna quadrupli, & pro tertia septupli, secundum quod hic disponitur, nam & si plures pœnæ, in eadem re reperiantur dispositæ, cum expresse se non corrigunt, omnes sunt imponendæ, prout diximus in titu. 1. lib. 2. supra ne denique correctionem vbi euitari potest nouumque non est vnas leges per alias etiam anteriores intelligi, publiceque intersit leges nostras seruari, & hoc etiam in casu l. 5. infra eo. titu. dicendum videtur, præsertim cum illa ad nostram se referat, & omne contentum in relato censetur contineri in referente, quæ cum noua sint, & à nemine præter me sic considerata, ita & mature sunt consideranda in contingentia casus, nollem enim esse nouarum opinionum autor præsertim ad amplificandas manus auaras & plenas cupiditate, ideo vnusquisque latius hæc cogitabit.

In l. 3. ibi. *Que para lo medir.* Ex hoc corrigitur. l. infra titu. proximi. versu. y otro si que el paño, ut ibidem compilator in superscriptione marginali aduertit.

In l. 4. ibi. *Y no tengan escusa.* Extenditur ꝑ per eam text. in l. 115. titu. 13. lib. 7. infra quæ videbatur requirere quod venderentur panni contra eius prohibitionem ut eius pœna incurreretur, neque sufficeret habuisse ad vendendum si nondum incepta erat venditio eorum, prout de iure erat, ut supra tit. precedente diximus, & in l. 1. verbo, no se venda, titu. fin. infra isto lib. 5. id enim non procedit in casu nostræ legis, ut ex ea patet ad ampliationem dilectæ legis. 115.

Ibi. *So las penas.* Intellige, quod hæc pœnæ erunt illæ, quæ vnique versiculo nostri text. applicari possunt, nam vbi lex nostra loquitur, de que se moien y tundan los paños, si aliter fiat, imponetur pœna. l. 2. supra isto titu. quæ in ijs loquitur, sed vbi nondum panni incepti sunt vendi, sed parati sunt ad vendendum pœna erit arbitraria, quasi tunc non sit consummatum delictum, ideo mirior pœna imponenda vbi verò mercatores non habent lumina ad mensuram nostri text. & contra eius dispositionem imponetur pœna. l. supra isto titu. & sic verba hæc, so las penas, singula singulis referendo, sunt intelligenda & de claranda.

S V M M A R I V M.

- 1 Quibus signis mercatores debent pannos signare nu. 1.
 Mercator potest ad libitum rebus suis signa imponere 2. modo absit fraus, ut ibi hæc & alia apponuntur limitationes.
 3 Sarcina eius esse præsumuntur cuius signo signatur 3. ubi an hoc quoad plenam sufficiat probationem.
 4 Vendens mercem corruptam cum incorrupta si declaret non meretur pœnam 4.

Lex. 6.

S V M M A R I V M.

Mercatores tenentur certiorari pannorum, bombyceorumque & auro intextorum emptores, cuius loci sint & unde sunt adducti, aliaque in lege nostra contenta obferuare, sub eius pœna.

1 **I**BI. Con los sellos y señales. Et quæ signa * debet esse hæc decerpes ex l. 49. titul. 1. lib. 7. infra scilicet, quod debent esse signa populorum ubi operati ac facti sunt, quæ quidem debent imprimere textores talium pannorum sub illius legis pœna, dum tamen hæc signa textores non imprimant, vsque dum panni tales refectioni sint batuario, secundum l. 14. tit. 15. infra lib. 7. & hoc dummodo tales panni non sint minoris valoris, & nominis quam *veynidosenos*, & abinde superius, suntque facti in populis illis & à vicinis illorum populorum, nam si exterorum à populo illo ubi textantur essent, non est necesse imponi eis signa talis populi, sed solum sigillum illius textoris, secundum *lex. ita hac declarantem*, in l. 8. tit. 15. lib. 7. infra nomina tamen mercatorum pannorum ipsorum nullo modo imponi possunt in pannis ijs, ut omnis occasio fraudis cesseret secundum *text. in l. 12. tit. 16. lib. 5. infra* in correctionem l. 19. tit. 14. eo. lib. 7. infra dum ibi permitti videbatur nomina ipsorum pannorum imponi in pannis, nam hoc non licet, ex d. l. 12. quæ nouior est & id prohibet fieri, ita quod in pannis ijs solum populi sigilla ubi panni fiunt, si sunt vicinorum illius populi apponenda sunt, dum tamen sint, *veynidosenos y dende arriba*. & sint in batuario refectioni, quod si panni ij sint exterorum à populo illo ubi fiunt, solum signum textoris est apponendum, non tamen sunt in eis literæ deauratæ imprimendæ, secundum *text. in l. 13. infra isto tit. & lib.*

Ibi. *Conocidas*. Potest enim quis rebus suis vel mercibus imprimere ad libitum † signa, secundum *gloss. in l. 2. C. ut nemi. lib. sine iud. aut. signa in primis. que communiter approbatur teste Benuenuto*, in d. tract. de mercat. part. 2. numer. 94. publico enim consentu & quodam veluti iurè gentium

introducuntur videtur ut homines sibi assumere possint nomina & insignia, quibus ipsi suaque ab alijs separentur, & dignoscantur, ut in l. ad recognoscendos C. de ingen. & manum & ibi not. Bald. Sali. & alij, possuntque ut libuerit apponere & mutare, modo absit fraus, quæ si intenteret, falsum committeretur, ut l. 1. C. de mut. nomi. l. falsi in prin. C. de fals. Bald. in l. 1. C. quæ res ven. non pos. Benuenut. ubi supra numer. 84. ubi limitat tribus modis, primo nisi fraude vel dolo alienum quis signum imprimeret, seu eo vteretur, nam falsum committeret, secundum Bald. l. unica C. de mut. nom. Fedin. cap. 3. numer. 2. Deci. 3. de probatio. Secundo ubi ei, cuius arma sunt vel insignia fieret iniuria, vel etiam primo mercatori, cuius erat signum, quia vltimus eo ignominiose vtitur, arg. l. minime C. de epif. au. Paris. consil. 29. numero 8. lib. 1. late Maria Soci. in cap. dilecta de excess. præ. numer. 6. cum sequentibus aliquibus, & exemplificat hoc, Benuenut. ubi supra si is, qui decoxit, vtratur signo, quo alius bonæ famæ mercator vti solebat. Tertio limitat, nisi mercatoris, qui prius signo illo vsus esset, interesset, & excolædi posset, ut probat Abb. in d. ca. dilecta num. 4. & ibi addit. veluti si expertus approbatusque artifex & fide dignus & probus mercator signa habebat peculiaria, & alius non ita expertus & fide dignus uti vellet signis, ut homines emendi causa concurrant, iudex enim tunc poterit prohibere ne id fiat secundum Alberi. in l. quæro ff. de iure patro. & Auendan. ca. 19. prato. lib. 1. numer. 32. & dixi in l. 8. tit. 1. lib. 4. supra & Rebuf. in 2. tomo consti. Fran. tit. de mercat. min. vend. ar. 1. gloss. 1. numer. 26. Et hoc præsertim cum merces, seu sarcinæ, eius † esse præsumuntur, cuius signo signatæ sunt, ut inquit Bald. in Auth. dos data. numero 1. versicul. ibi signaculo C. de dona nup. si quitur Deci. in cap. causam matrimonij numer. 3. de proba. Afflict. decis. 13. numero 3. & 4. Boeri. deci. 105. numer. 9. Benuen. ubi supra 2. part. numer. 7. cum sequentibus. & nouissime Mascardus, in 2. tomo de proba. conclusionem 10052. marcum & prius conclusionem 91. animalia, Deci. consilio 301. numero 7. & Hippoly. sing. 177. & ibi per eos an hoc sit quærum ad plenam probationem an vero quoad præsumptionem, qui tenent solum semiple ne probare, nisi de consuetudine aliud sit indutum, ex notatis per Domi in capit. quamuis columna 3. de procu. in 6. & decis. in capite post cessionem numer. 14. de probatio & Bald. consil. 416. libr. 3. quem ad hoc referebat Bennen. ubi supra numer. 89. & 90.

Ibi. *Haſta ſer vendida toda la pieça*. Idem in pannis disponitur in l. 15. tit. 13. lib. 7. in rra.

Ibi. *Lo digan luego*. Nam tunc certiorari emptores de hoc nihil poterunt imputare mercatori, scienti enim, & consentienti non fit iniuria neque dolus, & sic inquit Paris de Put. de syndicanis, verbo iudicis suprema potestas numer. 24. quod vendens mercem corruptam cum incorrupta si declaret non incurret aliquam pœnam * pro quo considerol. 8. tit. 16. part. 7. dum dicit, *faziendo croyente a los que lo compran que es puro*, & diximus etiam in l. 3. numero. 5. tit. 5. libr. 1. supra & ibidem dixi si id oculis fecerit & percipit possit.

S V M M A R I V M.

Corrigitur lex nostra in versi, saluo solamente per l. 63. tit. 17. lib. 7. infra, & declaratur per alias n. 1.

Lex. 9.

S V M M A R I V M.

Panni nullo modo extendendi sunt, nisi tantum ut aequales fiant postquam de batuario sunt extracti sub nostri text. pœna.

IBI. *Saluo solamente.* Hoc iam corrigitur † per text. in l. 63. tit. 17. lib. 7. infra vbi ut etiam ad reducendos pannos ad æqualitatem non licet eos extendere neque dilatare, neque ad hoc licet instrumentum aliquod habere, quæ quidem lex iubetur seruari in l. 9. tit. 14. infra lib. 7. cum secundum eam, quamvis panni non habeant plenam mensuram, sed deficiat aliquid, non punitur mercator, neque factor panni, licet aliud per l. 31. tit. 13. eo. lib. 7. infra iuberetur, pœnaque extendentis pannum habet locum contra ipsum extendentem, vel fieri mandantem, non vero contra mercatores vendentes illos, secundum dictam l. 9. quæ declaratur in hoc per l. 4. tit. 15. lib. 7. infra ut habeat locum in pannis extraneis à regno, nam in factis in regno licet pannum sic extensum mercator venditioni suppositum habeat, puniri non debet, potest tamen pannum secrestari, neque debet permitti vendi vsque dum factor talis panni puniatur propter extensionem illam: Quas quidem pannorum leges cum feci recopilationem & repertorium curiarum, & pragmatiarum ab anno. 1551. vsque ad annum. 1564. congesi simul legem declarantem cum declarata ut melius intelligerentur, & post primam impressionem promulgata fuit nostra recopilatio, & sic labor meus cessauit, licet & nunc ad multa proficere posset.

Lex. 10.

S V M M A R I V M.

Tunfor pannorum quid debeat facere antequam pannum tundat, & quod ipse sarcinator iuxta domos mercatorum non habeat officinas suas sub nostri text. pœna

IBI. *Descoger.* Ab hinc vsque ad finem concor. l. 96. tit. 15. lib. 7. infra.

S V M M A R I V M.

Tunfor & sarcinator artifices proprie vocantur, improprie vero officiales 1.

1 *Mercatorem officium gerere dicitur. 2.*

3 *Artificum appellatione non continentur agricultores 3.*

4 *Mercatores nouiter effecti nobiles ante mercatura exercitium post illud nobilitatem amittunt. 4. non sic in agricolis ut ibi.*

5 *Mercatores nobiles à sanguine & progenie non amittunt eam 5.*

6 *Negotiationibus pluribus compatilibus ut quis potest 6.*

Lex. 12.

S V M M A R I V M.

Tunfores non possunt uti officio sarcinatorum, sed vno vel altero.

IBI. *Los dichos officiales.* Improprie attenda etymologia horum vocabulorum, tunfor, & sarcinator, officiales vocantur, nam non possunt dici tales, sed potius artifices, † nam ut inquit text. in c. eiciens. 88. distin. vbi Chryostomus super Matthæo ait, (quicumque rem comparat, non ut ita integram & immutatam vendat, sed ut materia sit sibi inde aliquid operandi, ille non est negotiator, qui vero rem comparat ut integram & immutatam vendat, & vendendo lucreretur, ille est mercator, qui de templo eicitur,) hunc, scilicet mercatorem Doctor. officium gerere dicunt, * illum vero, scilicet sarcinatorem artificem appellat, ut tradunt Alex. & Ias. in l. cetera §. sed & si quis numer. 15. de leg. 1. cum concor. ibi in additio. ad Ias. traditis glos. l. legatis in princi. & ibi Bar. & eius additio, de leg. 3. Bar. in tract. testimoniorum numer. 62. Signorolus consi. 95. num. 15. & hanc differentiam inter hos mire explicat, Frederi. de Sen. con. 27. Abb. cons. 6. in fin. lib. 1. Cardi. Clem. si. not. 3. de vna & hor. cler. & Alciat. in l. mercis appellatione. ff. de verbo. signi vbi Rebufus, in prag. 921. versi. aduertendum est cum 2. sequentibus, hos ad hoc allegat Docto. & post eum eo tacito allegauit Mattienzo, hic glos. 1. & idem Rebuf. in 2. tome constit. Fran. tit. de mercator. minut. ven. artic. 1. glos. 1. numero 22. & 25. vbi numer. 24. inquit ex Corneo, in cons. 318. ex pluribus vol. 1. inquit, quod qui maiori parte anni circa colendos agros versantur, licet aliquam artem exerceant, artifices tamen non dicuntur, & appellatione artificum † non continentur agricultores, text. in c. quod super de voto, ibi (artifices & agricola,) nam hi licet laborauerint in proprijs possessionibus non perdunt nobilitatem, secus in mercatoribus, † ut per Guidonem Papa. de cisi. Delphi. 41. quod intelligo ex eodem Rebufo, ibi numer. 21. quoties de nouo mercator ante mercaturam adquisiuit nobilitatem, nam si post efficitur mercator perdet eam, ut per Fab. l. falso C. de diuer. res. & probatur ex legibus 2. & 3. tit. 1. lib. 7. infra secus vero in eo, qui ex parentibus nobilibus natus est, tunc natura produxit eum nobilem, ideo quod naturale est amitti non potest, * & licet tempore quo exercet mercantiam & artem mechanicam dormiat nobilitas, & ea non utatur, & sic

& sic sicut plebeij tenentur ad collectas, secundum Guido Pape questione. 196. & 391. relatum per Rebuffum. d. num. 21. quod non credo verum, ut alibi dixi, nam & durante mercantia durat talis sanguinis nobilitas, & in hac repero gloss. desistendo tamen à tali mercantia reasumit eam, ut ibi per Rebuffum, & Cassanum, in consuetu. Burgun. tit. desdroit rubrica. 4. §. 19. entre gens nobles, numero. 32. & faciunt dicta per nos. l. 9. titul. 11. numero 7. lib. 2. supra. Sed quot homines nobilissimi hodie perderent nobilitates, exercentes mercantias, satis à legibus eis prohibitas, ut apparet ex l. nobiliores. C. de commercio. & merca. officia ei non conuenientia appetentes, & exercentes, & sic auari, degeneres à genealogia sua existunt, solum lucris inhiantes, & quæ sua erant negligentes, sed ut inquit Rebuffus, ubi supra gloss. 15. ob id negotiationem nobilē reddūt, & hoc quia ibi ita est de cōsuetudine, ut apud Genueses, & Venetos secundum Tiraquel. de nobi. cap. 33. in fin. & Didacū. Perez. l. 9. tit. 1. libr. 4. ordinam. & hoc verum est, seiplos tamen denigrant & infamant, & hac de causa ne mercimonia & mercantia deseratur, & officiorum exercitium pro lege receptum, in nostra Hispania est, ut genere, & ab antiquo, nobiles non perdant nobilitatem, sed potius ea gaudeāt etiam si artem mechanicam exercent, ut asserit Conarrn. in practi. cap. 19. num. 7. & Auenda. in dictionario verbo cauallero prinil. 3. & sic declarande sunt leges. 2. & 3. tit. 1. lib. 7. infra, & dicta per Dida. Perez. lib. 2. ordinam. col. 598. cum sequentibus. & lib. 4. columna. 1357. in l. 4. tit. 19. infra eod. lib. 2. peto. in lege tertia, titulo primo. libro sexto. infra.

Ibi. Tuo puedan usar. de dos officios juntamente. Sed nonne quis diuersis negotiationibus uti potest, ut probatur in l. procuratoris. §. si plures. ff. de tribut. l. cuiuscumque. §. Labeo. ff. de inst. & ex pluribus à Iaso congest. consilio. 74. li. 3. Signoro. conf. 95. Tira. lib. 1. deret. §. 30. gloss. 1. num. 9. & sequenti. Benuenut. de mercat. par. prima, numero. 56. & sequentibus, & dicendum est verum esse, quoties negotiationes illæ se inuicem compatiuntur, † prout in mercatore qui potest in diuersis rebus negotiari, ut inquit Rebuffus in tracta. de mercat. & negotia. articulo 1. gloss. 1. in princi. secus vero in ijs nostri text. officialibus, qui ex ratione hic designata se non compatiuntur, & sic duo officia incompatibilia quis exercere non potest, ut resoluimus in tract. de decurio. lib. 2. cap. 22. num. 6. cum sequentibus, & probatur ex l. 28. tit. 4. lib. 2. supra & l. 4. tit. 3. lib. 7. infra. & sic cessat difficultas proposita.

Lex 13.

S V M M A R I V M.

Litera deaurata in pannis non sunt inferenda sub pœna, & in eius propositum vide dicta in lege sexta, glossa prima, supra isto titulo.

S V M M A R I V M.

1. Proxenetæ quis sit, & grauius punitur asserens plus dari pro re quã in effectu detur. 1
2. Licitor simulatus si offert pretium non lucratur promissum, numero secundo.

Lex 14

S V M M A R I V M.

Proxenetæ non possunt emere mercantias eis ad utendum traditas sub nostri text. pœna.

Ibi. Corredor. Quis sit iste * vide per iquarum titul. ff. de proxenetis, & tex. l. 33. tit. 26. part. 3. & licet ibidem dicatur, proxenetæ hos res in publica subhastatione præconizare, proprius ij, pregoneros, vocantur, nam proxenetæ proprius corredores nuncupantur, qui huc & illuc currunt pro reperiendis emptoribus per vicis, & plateas non præconizando, sed publicè incedendo cum rebus vendendis. Grauiusque puniuntur per illam l. 33. proxenetæ ij asserentes dari plus pro re, quam in effectu detur, ut alios alliciant ad plus dandum & offerendum, & ibi gloss. in horum propositum proponit optimam quæstionem de facto habitam: Imo si simulatus licitor offert pretium non lucratur promissum, * secundum Auenda. cap. 12. prato. num. 8. in principio, lib. 2. non possuntque aliqui in ferijs uti officio proxenetæ nisi sint prius ad hoc nominati, secundum text. in l. 11. titul. 18. infra isto libro. quæ quidem lex cum iusta sit, & eius ratio sit amplior dicto etiam in proxenetis extra ferias idem est seruandum vñ nullus hoc officio utatur nisi sit nominatus per iustitiam & consistorium ciuitatis, & præstitis fideiussionibus, & iuramento de utêdo fideliter officio illo, & de nō subripiendo res traditas ad vendendum neque eas perdendo, prout hic Placentiæ fit, & vbi que esset faciendum, prout credendum est fieri, & in capit. 21. curiarum de Madrid. anno 1583. & finitarum anno 1585. id contra proxenetæ extenditur, ut neque in aliqua mercantia possint contractare sub pœna, de qua ibi.

Ibi. De tomar para si compradas. Nam ex officio, quod quis administrat nihil emere debet, ut probatur in le. non licet, ff. de contra. empi. & ex dictis in l. si supra tit. precedente.

Lex 15.

S V M M A R I V M.

Bombyx taxi non potest cum alia bombyce cruda sub pœna nostre legis.

Ibi *De fer quemadas*. Hic habes tex. quod merces corrupta, & malæ possunt concremari publice *argum. text. in l. damnato. C. de hereti.* & in *l. quicumque in fin. C. eo. tit. & diximus in l. 3. titul. 5. lib. 1. supra. & diximus in l. 3. titul. 5. lib. 1. supra. & in l. 1. tit. 16. lib. 3. supra.*

LEX 16.

NOrandum est ad hanc legem, iuste fieri posse, vt appareant fraudes, & furta eurentur, vt dicemus in *l. 2. tit. 14. in glos. en la plaça, infra isto libro. & hac pro toto hoc titulo.*



SEQUITUR TITVLVS XIII.

De los pesos y medidas para comprar
y vender mercaderias y manteni-
mientos y herrage.

Quia supra de emptione & venditione pannorum, & aliarum rerum, quæ plerumque pondere & mensura venduntur, ideo subsequitur titulus noster post præcedentes.

S V M M A R I V M

- 1 *Pondus & mensura an sint de regularibus, numero 1*
- 2 *Ponderibus & mensuris insignia sunt imponenda. 2*
- 3 *Ponderum & mensurarum quis primus inuētor. 3*
- 4 *Lex nostra in versi. y otro si que el paño, correctæ est. 4*

LEX I.

S V M M A R I V M.

Ponitur hic forma, quam pondus & mensura debent habere.

Ibi. *Ordenamos y mandamos*. An pondus & mensura sint de regularibus † tradit Auenda. *c. 1. preto. num. 11. versic. & quia cum duobus antecedentibus, libr. 1.* & in effectu concluditur, primam mensurarum & ponderum ordinationem ad principem spectare, *per l. modios C. de suscep. lib. 10. & l. 2. de frumen. Alexan. lib. 11.* & postquam mensuræ & pondera à principe sunt instituta, ad consules locorum, vbi alij domini speciales non sunt, vel ad indices pertinet æquare mensuras & pondera ad illa à principe statuta, quando aliqua mensuræ huic prioris similes de nouo fiunt, *in Auth. de collatori. §. eos. in fine, colla. 9. facit. l. arbitrario. §. de eo. ff. de dolo, & insignia ijs ponderibus & mensuris regijs * vel domini loci pro consuetudine ciuitatis imponi decet. l. stigmata. C. de fabricen. lib. 11 arg. l. quintus. la 21. §. sin autem aurum. ff. de auro, & argen. leg. prout inquit optime Rebus. in l. Paulus respondit. 2. 21. ff. de ver. sig. pagi. 972. versic. sciendum est, & eo tacito id voluit Marienço, hic gl. 1. vbi num. 4. inquit plurimum inuentorem men-*

*sura & ponderum * fuisse Phidonem Argium, teste Plinio li. 7. c. 56. vel Palamedem vt maluit Gellius, sed à natura ipsa trahere videtur originem teste D. Thom. lib. 2. de regimine prin. cap. 14. omnia siquidem Deus disposuit in pondere & mensura vt scribitur Sapientia. c. 11. & Isidorus docet, Moyses populo Israel leges tradens diuinas, pondera eis & mensuras constituit, facium qua habetur Deuterono. capit. 25. & qua refert Benuenu. de Mercat. titu. de decoctori. parte. 7. num. 22. & 23.*

Ibi. Todos vnos. Sanct. vero Tho. 2. 2. q. 67. art. 2. circa finem relatus per glos. 1. l. 7. titu. 7. partisa 7. dicebat diuersis mensuris & ponderibus esse metiendum ac mensurandum propter diuersitatem copiar, & inopiar rerum, veruntamen quia ex diuersis mensuris, & ponderibus lites non modice insurgunt, ideo lex nostra in toto regno vnica mensura & vnico pondere vtendū esse ait secundum formam & modum à lege nostra præscriptum.

Ibi. Y otro si que el paño y lienço. In hoc corrigitur † per l. 3. supra titu. præceden. vbi iubetur, quod panni mensurentur super tabula, secundum quod ibi disponitur.

Ibi. Que las leyes y derechos. Quæ in lege sequente describuntur.

S V M M A R I V M.

- 1 *Pondera & mensura falsa publice sunt frangenda, num. 1*
- 2 *Pondera & mensuras habens falsas committit falsum. 2*
- 3 *Modius iniquus non est modius, & falsus denarius non est denarius. 3*
- 4 *Actio de dolo an detur in eum, qui falsa pondera commodauit, numero quarto.*
- 5 *Falsi pœnam an incurret ille, qui nunquam fuit punitus licet ea vteretur pluries antea. numero quinto.*

- 6 *Falsi pœna que est hodie & olim que erat. 6*
 7 *Pœna imposta à lege quando ex aliqua causa nō potest cadere in aliqua persona imponitur arbitraria. 7.*
 8 *Mensura idonea probatur si in ea signum solitum sit appositum. 8*
 9 *Pœna per leges nostras imposta contra falsa pōdera & mensuras habentes non habet locum nisi prius præconium publice detur, quod omnes ea corrigant. 9*

Lex 2.

S V M M A R I V M.

Hæc lex est declaratoria legis præcedentis & nomi introductoria.

Ibi. *que le quiebren publicamente la tal medida.* Pœnæ nostri text. seruantur in regno nostro contra habentem † falsa vel diminuta pōdera & mēsuras, quāuis aliæ pœnæ à iure ciuili elsēt statutæ, & à iure partitarū *ut licet videre, ex gl. ma. in l. ar. §. de eo. ff. de dolo & Plat. in l. 1. de pond. & au. illato. lib. 10. Bald. consi. 155. volum. 1. & decreto diui Adriani præceptum erat, in insulam eos relegari, qui pondera vel mensuras falsassent, ex l. pen. ff. de fal. ut per Rebus. in l. Paulus respondit. 221. pag. 972. ad fin. ff. de verbo significat. & lege partitarum aliter puniebantur, ut per lege. 7. & 8. titul. 7. partia 7. & ibi gloss. referens sententiam Diui Gregorij, in registro, lib. 1. cap. 13. & 42. dicentis: ante omnia te volumus sollicite attendere, ne iniusta pondera in exigendis pensionibus ponantur, sed si quæ talia inueneris frange, & noua constitue.*

Ibi. *Sea dada pena de falso.* Nam in falsis ponderibus & mensuris falsum committitur * secundum text. in d. l. 7. tit. 7. parti. 7. vbi gloss. inquit pondera & mensuras à natura originem ducere, & habetur etiam in c. ut mensura, de empti. & ven. & in l. annua in fin. ff. de var. & extraor. crimi. l. penult. ff. de fal. l. in dardanarios. ff. de pœnis, vbi pœnæ statutæ erant aduersus huiusmodi fraudatores, & scribit *Ab. in d. c. ut mensura*, norma enim pōderam & modiorum reliquarumque mensurarum non est excedenda. l. modios C. de suscep. præp. & arca. lib. 10. & legitur Deuteronomij. cap. 25. (nō habebis in sacculo diuersa pondera maius & minus, neque erit in domo tua modius maior, & minor, pondus habebis iustum, & verum, modius æqualis & verus erit tibi ut multo viuas tempore super terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi: abominabitur enim Deus eum, qui facit hæc, & auertatur omnem iniustitiam.) Idem fere habetur *Leuit. 19. in fin.* non est enim modius, qui iniquus est, * *ut d. l. Paulus. 221. ff. de verbo signifi.* & falsus denarius non est denarius, *glos. l. 2. C. de he. & falsa sententia non est sententia, prout hæc & alia milia adducit Rebus. in d. l. Paulus, pag. 972. in ne, cum sequentibus.* Pondus enim & statera iudicia

Domini sunt, *proverb. 16. & scripsit Lucas de Petra in d. l. modios. C. de suscep. lib. 10. ignorantiam excusationem non præbere. ff. loca. l. sed & addes §. 1. & subdit Deum hæc vitia, sua iustitia vindicare, Mich. 6. (Adbuc ignis in domo impij thesauri iniquitantis, & mensura minor ira plena) & ibidem, (nunquid iustificabo stateram impiam, & sacelli pondera dolosa, in quibus diuites eius repleti sunt in ciuitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium & lingua eorum fraudulenta in ore eorum) Et an detur actio de dolo in eum, qui scienter falsa † pondera commodauit, differuit iuris consultus in l. arbitrio §. de eo. ff. de dolo, vbi copiose & docte Accursius, plura dixit, ad quem in hoc quotidie recurritur. Et circa mensuras, addo text. in l. officium. §. paternus. ff. de re mil. & in l. Imperatores. ff. de contrahen. empt. Sed an hæc falsi pœnam pro tertia vice incurret ille, qui pro primis * duabus vicibus non fuit punitus, & Marienco *glos. 6. numero 2.* inquit quod non, sed quod requiritur quod pro primis duabus vicibus sit punitus, ut hæc pœna falsi imponatur, *ut dixit l. 19. glos. 3. tit. 11. supra isto lib. vbi & credo me dixisse, & ita teneo* Sed quæ erit hodie hæc pœna falsi, & iure ciuili erat deportatio † & omnium bonorum publicatio, in libero homine, in seruo pœna mortis. l. 1. §. fin. ff. ad l. Cor. de fals. & in §. item lex Cornelia, inst. de publi. indi. & in l. 7. titul. 7. parti. 7. pro hac falsitate in insulam deportabatur, sed cum hodie has insulas non habeamus, item nec regulariter hodie habet locum pœna confiscationis omnium bonorum pro delictis, *ut in auth. bona damnatorum. C. de bonis prof.* pœna hæc falsitatis in hac materia erit arbitraria, secundum qualitatem delicti & personarum, argu text. in l. hoc accusare. §. omnibus. ff. de accusatio. vbi habetur quod quādo pœna imposta à lege non potest cadere in aliqua persona ex aliqua causa imponitur per iudicem pœna arbitraria. † *text. l. hodie, cum simil. ff. de pen. & ita notat Gandi. & eum sequens ac referens Anto. Gom. l. 83. Taurinum. 13. & gloss. de turrado. l. 6. tit. 7. parti. 7. & Matthæus Afflict. decisi. Neapo. si. num. 18. & Bertachi. in repertorio, in verbo, falsarius versic. 99. & per consequens arbitrabitur iudex hæc pœnam falsitatis in nostra lege ex qualitate personarum, & delicti & rerum venditarum ponderibus ijs & mensuris falsis, & hæc nostri text. pœna pro tertia vice imponenda ortum habuit à l. pen. ff. ad l. Cor. de fal. & ex alijs iuribus relatis per Anton. Gom. vbi supra num. 12. mensura tamen publica † idonea probatur, si in ea signum solitum sit appositum, *ut per Mascari. tom. 2. de proba. conclus. 10048. num. 5***

Ibi. *Pierda el officio.* Hunc & alios casus vbi tabellio perdit officium posui in l. 22. tit. 25. libro 4. supra.

Et notandum est quod pœnæ nostri tituli ijs falsas mensuras & pondera habentibus imponendæ non exequuntur neque exequi possunt, nisi prius fuerit factum præconium publice quod omnia pondera & mensuræ * intra tantum tempus corrigantur, *secundum text. in l. 4. infra isto titulo, & text. in l. 19. tit. 5. supra li. 3.* cæteræ leges nostri tituli claræ sunt & non egent commentatione.



SEQVITVR TITVLVS XIII.

De los recatones.

ET quia superioribus titulis de emptione & venditione dictum est, & de ponderibus & mensuris, quibus cum quotidie vtuntur isti ementes & vedentes minutatim, qui dardanarij Latine, & Hispane, recatones nuncupantur, ideo post titulos præcedentes subsequitur hic noster titulus.

SVMMARIVM

- 1 Dardanarius, vulgo recaton, quis dicatur. & à quo. num. 1
- 2 Dardanarius an veniat appellatione mercatoris 2.
- 3 Dardanorum officium vile, & sordidum, & periculosum animabus licet Reip. necessarium 3

ET quis dicatur recaton, & à quo dicatur, & dicendum est, quod dicuntur dardanarij à quodam dardano functionum auctore, qui maximè dabat operam vt annonacarior fieret, emendo omnem annonam quam inuenisse posset, vt postea solus venderet, sicuti vellet, secundum glos. in l. annonam. ff. de extraordin. cogni. alias, crimin. Et dicuntur dardanarij siue propolæ, qui merces quaslibet & omnem annonam, vt rectius dicam, quam inueniunt in provincia emunt, ea ratione totum ementes, vt soli postea pretio, quo velint, eam vendere possint, secundum Ripam, in tract. de peste. 4. par. iiii. de remed. præser. contra pest. num. 202. fol. 16. & Reb. in l. mercis appellatione. 207. pagina. 920. versicu. item in, & Auenda. cap. 19. prætorum num. 35. ver. ob vbertatem lib. 1. Alber. Trocius, de vero & perfec. clerico, libro secundo, cap. 52. & 53. & Abba. consil. 6. columna fin. lib. 1. Benuenut. de mercatura, part. 1. num. 19. vbi tradit an appellatione mercatorum veniant isti dardanarij, & qui & mangones solent nuncupari, nam mangones non solum seruorum venditores sunt, sed & qui vt carius vendant res ornant, secundum Rebuffum vbi supra. versic. sequitur in text. vbi & examinat quis sit mercator, & quis negotiator. Et horum dardanorum officium sordidum, & satis exosum est, vt concludit Lucas de Pena, in l. maximarum. C. de excusa. mune. lib. 10 & valde animabus eorum periculosum, licet Reipub. necessarium, vt per Soto lib. 6. de iustitia & iure. quest. 2. artic. 2. conclusio 5. post Sanctum Thomam. 22. quest. 77. artic. 4. & latius Medina. in suo Cod. de restitutione, quest. 31. & Lucas de Pena. in rub. C. negotiatione militi. l. 12. vt & mercatores necessarii sunt, secundum Soto. vbi supra concl. 3. & Terra. de nobilit. c. 33. num. 12. l. 4. tit. 7. par. 5. & ibi glos. masricas. Sed huiusmodi dardanarij, vt inquit Soto vbi supra conc. 5. in fin. damnandi non sunt, cum postquam singuli sibi necessaria eme-

runt, redundantia mercantur, vt in tempus indigentia seruent, vt ibidem optimè per Soto. qui in eadem. q. 2. art. 3. differit an ijs vel alijs liceat rem pluris vendere quam valeat, & Medina vbi supra q. 31. & 36. vbi cum Tho. 2. 2. q. 77. inquit non licere plus iusto pretio vendere, & quod dicatur iustum pretium ibidem Soto, & Couar. lib. 2. resol. cap. 3. num. 2. differunt. Et ijs de causis in qualibet ciuitate, & villa adsunt municipalia statuta, & iudicium præcepta vt isti dardanarij non emant nisi translata quadam diei hora.

SVMMARIVM.

- 1 Ob publicam vbertatem potest ciuitas cogere rusticos vt victualia portent. 1
- 2 Fæmina dardanaria comprehenditur in lege nostra. 2
- 3 Masculinum concipit femininū in pœnalibus, num. 3
- 4 Specialis dispositio non corrigitur per generalem contrariam. 4
- 4 Pœna flagellorum infamat & vilissimi ea afficiuntur, 5. vbi & an ad officia admittantur sic flagellati.
- 6 Cuilibet de populo competit impugnatio electionis officiorum concilij. 6.
- 7 Publico iudicio committitur accusatio dardanorum. 7. & in eo vt ibi mulier etiã admittitur ad accusandum.
- 8 Publica delicta que dicantur. 8.
- 9 Inquirere ex officio contra certam personam iudex regulariter non potest, nisi in certis casibus. 9
- 10 Exemplum malum Reip. obuiandum est omnino. 10
- 11 Dardanarij inquirendi sunt an merces venderint corruptas vt puniri possint. 11. & 12. & sequentibus ponuntur alia de quibus contra dardanarios inquiri potest.
- 12 Merces corrupte dardanorum & apothecariorum concremari possunt. 12
- 13 Vendens unum pro alio vel subhastans fraudulenter vt alij alliciantur puniuntur. 13. vel quoties ostenditur una res & datur alia.

14 Monopolia qui fecerint puniuntur. 14

15 Contra se facientes pauperes & infirmos. nu. 15.

Lex 1.

S V M M A R I V M.

Dardanarij in curia & in eius circuitu quinque leucarum emere non possunt res in presenti contentas & declaratas.

Ibi *Ser mas abastada*. Ob quod potest ciuitas cogere rusticos habentes * frumentum & victualia vt illa portent & vendant in ciuitate & non extra territorium, secundum Auenda. c. 19. praco. n. 35. in princ. libr. 1. vbi & alia refert per ciuitates obseruanda ne vbertas, & abundantia victualium deficiat.

Ibi. *Ningun recaton*. Etiam fœmina dardanaria † comprehenditur ex dictis per Auend. d. c. 19. nu. 29. versic. item contra li. 1. & probatur ex l. 2. & 6. infra isto titu. & quia receptor est sententia, vt in pœnalibus masculinum † concipiat femininum per text in l. si quis id quod versic. sed & vtrumque ff. de iur. omni. ind. vbi Albe. Paul. & Ias. latissimè, & Tira. lib. 1. de retract. §. 1. gloss. 9. num. 211. cum pluribus sequentibus. & diximus in l. 1. num. 2. cum sequentibus aliquibus, tit. 13. lib. 4. supra.

Ibi. *Nitriço* istud cessat per legem sequentem permittentem triticum in curia & per quinque leucas ab ea posse emi per dardanarios hos & reuēdi in eadem curia in eodem tritico, & cum lex sequens sit nouior ista, illa seruanda est, quæ quidē non censetur correctæ meo videri per generalitatem, l. 19. tit. 11. supra isto lib. cum lex sequens sit specialis quoad dardanarios curiæ vulgo, de la corte, & lex specialiter prouidens non censetur correctæ per legem generalem, sed specialis limitat generalem, † vt generalis per specialem declaretur & restringatur, ex gloss. quotidiana & communiter laudata & approbata in l. 1. C. de silentarijs libr. 10 & ex regula & eius materia, in cap. generi de regula iuris in 6. quamuis Matienço, hic gloss. 3. in principio aliud velit, dicens legem sequentem in hoc corrigi per dictam legem 19. mihi tamen id non videtur ex dictis, ne in curia deficiat omnium rerum abundantia. Et notandum est quod licet subscriptio marginalis nostri textus dicat, fuisse factam legem nostram ab Hentiço tertio, meo videri fuit error vt apparet ex legis sequentis tenore, vbi à Ioanne primo dicitur fuisse conditam & clarus apparet ex originali antiquo posito in l. 11. tit. 7. libro. 5. ordi. veteris.

Ibi. *Sesenta açotes*. Ad centum extendit se lex sequens. o. istu. titu.

Ibi. *Sesientos*. Ducentos debet dicere, vt apparet ex l. sequente immediate, que nouior est ista, & istum refert. & ex ijs pœnis infertur legem nostram probare, sordida esse munera horum dardaniorum, & cauponā, ex vilissima enim flagellorū pœnia eis imposita id colligitur, quippe qui nulla apud nos magis infamis, vilissima enim homines

hac pœna plectuntur, non vero nobiles, vt probatur in l. si. titulo 18. partita 7. & in alijs pluribus, idē asserit Oroscius in l. liberos numero. 4. ff. de iniur. vocan. & diximus in nostro tract. de Decurioni. libro 1. cap. 12. nume. 22. & per Carverium, in practi. §. homicidium numero 88. & sic aduertit hic vnum, Matienço, in gloss. 7. num. 6. scilicet quod huiusmodi negotiatores, qui vtensilia negotiantur, & vendūt licet ab ædilibus cędantur fustibus, seu flagellis non esse infames, nec ab honoribus in patria sua repellendos, quamuis indecorum sit, eos inter honestos viros admittere, nisi ob defectum aliorum, qui muneribus publicis fungi possint, id fiat, vt l. eos. ff. de Decurio. dubito enim maximè de hac decisione, imò credo etiam in populis suis non esse ad officia admittēdos hos dardanarios flagellis per iustitiam ob delicta cæsos, nam vt dixi in l. 7. titu. 9. nume. 8. lib. 3. supra honor est esse iudicem cuiuslibet populi, honores autem infamibus non sunt dandi nisi in defectum aliorum non infamium, qui id possint exercere, & sic decisio Matiençi, in practica, & in scholis non est tenenda meo videri, & sic quilibet de populo admitteatur ad contradicendum electioni factæ ad officia publica alicuius populi de talibus hominibus, nam cuiuslibet de populo competit impugnatio electionis officiorum † concilij, vt in l. si reus delatus. §. fin. & ibi gloss. ff. de mun. & hono. Federi. de Senis, consilio 225. Auendaño. ca. 19. numer. 17. versiculo impugnatio lib. 1. vbi citat ad hoc Ripam in suis responsis titulo de rescrip. cap. 21. & facimus dicta per conciuem nostrum Doctorem Gutierrez, in consilio. 31 per totum.

Ibi. *Qualquiera lo pueda acusar*. Efficitur per textum nostrū crimen horum dardanariorum publicum, * cum cuiuslibet de populo competat accusatio. ex l. 1. ff. de publi. iud. l. fin. in fin. ff. ad l. Iuli. de ann. vbi & est speciale in hoc crimine, vt mulier etiam admittatur ad accusandum, contra regulam. l. de crimine. C. qui accus. non pos. & l. 2. tit. 1. partita 7. & contra l. mulieri. ff. de popula. acti. §. l. 3. titu. fin. parma 3. Et quæ publica delicta dicuntur * vtra gloss. Barto. & Docto. in l. 1. ff. de public. iud. tradit Antonius Gomez. tomo 3. cap. 1. in prin. Angelus de maleficijs, in parte & ad querelam per totum, pag. 58. in paruis, & in ium Clarum. libro 5. pract. crimi. §. 1. in prin.

Ibi. *El juez de su officio*. Specialis est hic casus, in quo iudex ex officio etiam per viam inquisitionis potest procedere, licet regulariter iure antiquo attento id non liceret contra certam & particularem personam nisi in certis casibus, * vt licet videre ex dictis per Antonium Gom. tom. 3. cap. 1. num. 49. possetque id iudex facere etiam si nulla adessent & præcessissent indicia, sed sufficeret rumor populi vel bona populi gubernatio ad euitandum mala, quæ ex officio istorum Dardanariorum prouenire solent, cum pro publica utilitate quam plurima sint specialia introducta, & ideo nimirum si & hoc, præsertim circa victualia & cibaria, omne enim quod in repub. continet in se malum & iniquum exemplum † per iudicem est obuiandam, & puniendam nisi perpetretur, secundum Antonium Gomez, vbi supra cap. 3. numero trigesimo tertio. Et contra hos dardanarios inquirendū est an merces veldideriat corruptas. * & eos ita punire ob hoc extraordinariè, l. 3. §. si quis merces. ff.

de crimi. Stell. l. 8. titulo 16. partita. 7. potestque iudex tunc tales merces corruptas proijcere, ut alibi diximus: sicut & merces apothecariorum concremare, † & carnes morbosas, & punit eas vendentes, ut per Auenda. cap. 19. prat. num. 18. illatio. 2. libro 1. & Auiles capit. 17. prat. num. 27. Secundo inquiri potest, si miscet corruptum cum incorrupto, vel triticum cum auena, vel vinum nouum cum veteri, ut per Aue. ubi supra, numero 18. illatio. 3. & 5. & alibi diximus. Tertio si imposturam fecerit in perniciem alterius, ut l. 3. §. si quis ff. de cri. stell. ubi Bar. exemplificat, si quis forte maius pretium imposuit frumento, vel alteri rei, quæ in foro vendebatur, quam ibi communiter valeret, vel ut ipse videret ceteris, & circa priorem speciem vide quæstionem optimam. gloss. l. pen. tit. 26. par. 2. & de subhastante † plus ut alij ad auctionem inuitarctur, vide per Antonium Gomez. tom. 3. cap. 7. versicul. secundus casus, & Benuenurum, de Mercatura sua. parte nume. 20. Quarto si vinum loci minoris æstimationis vendant pro vino alterius loci famosi, & vendens aurichalcum pro auro, vel æs pro argento, puniuntur enim huiusmodi & similes fraudatores arbitrarie, tanquam committentes fraudem de re ad rem. secundum Baldum. l. non dubium nu. 10. C. de legi Auenda. ubi sup. num. 18. in fine ubi in 7. 9. & 10. illationibus alia infert similia. Quinto quoties portant in saccis desuper res bonas, inferius vero malas, contra l. 8. titu. 16. partit. septima. vel quoties quis ostendit vnam rem, & tradit aliam non eiusdem bonitatis, ut per Antonium Gomez dict. tomo 3. cap. 7. prope finem l. 7. titulo 16. partita 7. & ibi glossa. Sexto si tales dardanarij vel alij † monopolia fecerint in præiudicium reip. omnino sunt puniendi, ut l. vni C. de monopol. l. 2. titulo 7. partita 5. vel si inter se officiales conueniunt ne alijs doceant officia, ut per Auenda. ubi supra numero 19. versic. item contra & Rebuff in constitu. Fran. tracta. de magistris artificiorum arti. 4. gloss. 2. ubi quot modis monopolia fiant. Et ideo ut hæc & alia incommoda reipubli. obuietur, poterit ciuitas vel iudex statuere ut publice vendantur sub pœnis amissionis earum, secundum Auenda. dict. numero 19. & Domi. Soto. libro 6. de iusti. & iure. quæstione 2. articulo fin. alia tradit, ubi monopolia contrahuntur. Denique causæ huiusmodi dardanariorum & cauponum breuiter expediuntur & summarie, etiam diebus feriatis, ut l. 1. & ibi Platea C. de pistori. libro 11. & Auenda. dicto cap. 19. numero 19. in fine libr. 1. & contra se facientes pauperes, vel infirmos, * vide Ripam, de peste titulo de remed. praeser. numero 169. cum sequentibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Dardanarius, vel negociator dici non potest vendens vinum proprium sui patrimonij n. 1.
- 2 Vituli & vitula non sunt iam occidenda 2.
- 3 Dardanarij publice debent vendere merces & puniuntur cas abscondentes 3.
- 4 Statui potest ut nullus emat merces vsquequo in platea publica reponantur. 4. & quod hora certa & non antea emant. 6.
- 5 Inmunitas tribui & gabellarum potest conce-

- di afferentibus mercimonia in ciuitatem. 5.
- 7 Statui potest intra triduum ut vicinus possit pro tanto capere res emptas per dardanarios 7.
- 8 Pœna dardanariorum occurrentium mercium portatoribus antequam veniant ad plateas 8.

Lex 2.

Pro summario sufficiet, legem hanc esse declaratoriam legis precedentis.

IBI. Nirecatona. Et sic mulier etiam punierut, ut dixi l. precedente.

Ibi. Pan en grano. Vide quæ diximus in l. precedente, in gloss. ni trigo, ne bis idem reperamus.

Ibi. Vno de su cosecha que lo pueda vender. Nam iste talis non potest dici dardanarius, imo neque negociator * secundum Crauet. relatum & secutum per Auenda. in dict. cap. 19. prat. nu. 35. versic. & ob vbertatem, lib. 1. & Abb. in consil. 6. in fin. lib. 1. licet exportantibus vinum foris solent curiæ prætores seu præfecti cauponibus curiæ maiori pretio vinum taxare, quam ipsis ciuibus, argu. text. in l. 1. C. de frumen. urb. Alexan. nota. Auend. ubi supra, numer. 21. in princ. satis enim fatigantur itinere, & non sine incommodo à proprijs domibus auocantur, ut lege pro locis C. de anno. & trib. libr. 10. l. pen. ff. quemad. test. aper. voluit Ripa, de peste. tit. de remed. praeserua. contra pestem. nume. 191. Auiles, cap. 17. prat. n. 20.

Ibi. Terneras. Hoc iam ut patet ex subscriptione marginali recopilatoris text. nostri prohibitum est eas vitulas occidere sub pœna, ex l. fin. titu. 8. lib. 7. infra. quod nouissime & ad vitulos est * extensum, & per illam l. fuit ampliatum, & per cap. 29. curiarum de Madrid. inceptarum, anno 1583. & finitarum anno 1585. diuiduntur pœnæ illius fin. in tres partes, cameræ, scilicet, iudici & denunciatori, & iudicibus iniungitur obseruantia dicta l. fin.

Ibi. En la plaza. Tum ut omnibus obuiam sint, tum etiam ut fraudibus obuietur, prout in l. 16. tit. 12. supra isto lib. in aliud propositum dispositum est, & tradis Auend. d. c. 19. n. 31. in prin. lib. 1. imo & puniri possunt dardanarij * res emptas abscondentes ut à vicinis non possint pro tanto ab eis ex trahi, ut per Benuen. de marca. tit. de decoctori. n. 21. pag. 365. in paruis. potestque ut fraudes excusentur statui per ciuitatem, vel iudicem, ut nullus emat frumentum * vsque quo in platea publica, & in mercato reponatur, secundum Boer. decis. 296. n. 6. in fi. cum sequenti, ubi & optime inquit, quod possunt etiam corrector & deputati consistorij, qui vocantur præsidentes, statuere & ordinare si subest suspicio catestix propter inundationem aquarum, vel ob aliam causam, ut deferentes * sint salui & securi in omni are, & persona, & ab omni subsidio, & pedagio etiam gabellarum, quantumuis fiat damnū arrendatoribus talis pedagij & gabelle, ut abundantiam, & prouisionem habeant populorum vicini: horaque certa statui potest dardanarijs ijs vsque ad quam * vel in qua emere possint & nō ante, vel post, prout in omnibus populis statutum reperimus, ut interim ciues ea, quibus indigent

indigent, emere valeant, vt per *Auen. dicto cap. 19. praeo numer. 21. versic. & hoc ubertatem libr. 1. & Aniles capit. 17. praeo. num. 26. & Francif. Marcum. decisione Delphi. 340. numero 10. Ripa de peste titulo de remedijs praeserua. contra pestem numero 225. & optime Mexia. in pragm. tasse panis concl. 1. numer. 167. in prin. & quod intra triduum merces per dardanarios emptae possint per vicinos ciuitatis capi † pro tanto secundum *Benuenut. de mercatu. titul. de decocto. partis fin. particu. 1. numero 20. & 21. pag. 365. in paruis.* Et de poena dardanariorum ponentium carestiam in bladis eundo obuiam † granatarijs pro emendo & congregando horreo vt inde carius vendant, vide *Franc. Marcum ubi supranum. 40. & 44.**

Ibi. *En la ley.* Quae est supra proxima praecedens.

Lex 4.

S V M M A R I V M.

Dardanarij a familiaritate personarum hic contentarum abstinere tenentur sub nostri text. poena.

IBI. *Familiaridad.* Quae contemptum parit, prout adagio vulgari dici solet, *la mucha, conuersacion es causa de menos precio,* & itidem quia quomodo iudices dardanarios delinquentes punirent, si nimis cum eis conuersarentur, & sic & in l. 59. titul. 5. libro 2. supra litigantium communicatio & familiaritas iudicibus Cancellariae prohibetur.

Ibi. *Ordenanças.* An populi possint statuta facere, & seruanda sint etiam ante confirmationem, late & resolutiue diximus in l. 14. tit. 6. lib. 3. supra.

S V M M A R I V M.

1 *Vinum mistum non licet vendere pro non misto n. nisi vt ib.*

Lex. 5.

S V M M A R I V M.

Dardanarij aquatum & non purum vinum vendentes puniuntur legis nostrae poena.

IBI. *Vendan el vino puro.* Simile statutum reperitur in Francia, vt constat ex *Rebuffo tomo 2. constitutio. Fran. titulo de officarijs alias est, in titulo de hospitibus. num. 18.* Imo neque vinum mistum licet vendere * pro non misto, & potest puniri talis venditor secundum *Auenda. cap. 19. praeorum numero 30 illatio. 5. libro 1. nam licet Platea in l. 1. C. de condit in pub. horre, libro 10. dicat licere miscere vinum vetus cum nouo, eo quod vetus est melius, & refert *Franc. Marquis decisione Del-**

phin. 541. numer. 5. id tamen procederet si venditor misturam expressisset, non vero si taceret, nam tunc puniendus esset, ex dictis per nos in l. 3. titulo 5. libro 1. supra, licet tunc poena arbitraria punitur extra curiam, & particularibus statutis populorum impositae sunt poenae misturam hanc facientibus.

Lex 6.

S V M M A R I V M.

Augentur in praesenti poena dardanarijs vendentibus res aliquas contra legum nostrarum dispositiones.

IBI. *Regatonas.* Nam & haec puniendae sunt si contrauerint legibus nostris, vt dixi in gloss. l. 1. supra isto titulo.
Ibi. *Demas de las otras poenas.* Quae quidem in d. l. 1. supra eodem titulo. statutae sunt.

S V M M A R I V M

- 1 *Reuenditores carniū non sunt agricola ea intentione ementes vt agricultura prospiciat & ex mutatione rerum & causarum vendunt easdemmet carnes num. 1. cum sequentibus late.*
- 2 *Subiecta talia sunt, qualia praedicamenta demonstrant 2*
- 3 *Legato omni penu dempto vino, quod est Roma, censetur legata sola penia, quae est Roma 3.*
- 4 *Ex praeteritis praesumitur circa futurum & circa praesens 4.*
- 5 *Praesumptio iuris habetur pro plena probatione sufficitque ad victoriam reportandam 5.*
- 6 *Porcellus rustici oculus eius est 6.*
- 7 *Facultates singulorum & diuitiae ciuitatis sunt. 7.*
- 8 *In dubio potius ad non delictum quam ad delictum nos inclinare debemus 8.*
- 9 *Praesumptiones ad verisimiliora adaptare debemus 9.*
- 10 *Statuta poenalia semper videntur habere clausulam si non dolo contra ea factum fuerit 10.*
- 11 *Triticum emens pro suo victu quod superest vendere potest 11.*
- 12 *Reuenditor quis non dicitur pro vna vice 12.*
- 13 *Declaratio ad priuilegium de Antona Garcia. & l. 32. titulo 18. libro 9. infra numero 13.*

Lex. 7.

S V M M A R I V M.

Carnes viuae non emantur ad reuendendum eas viuas in eisdem ferijs, mercatis & rastris in quibus emuntur sub nostri text. pœna.

IBI. *Paras tornar a reuender*, Sūtnt verba hæc maxime notanda & ponderanda vt locum dumtaxat legis nostræ dispositio obtineat contra eos, qui ea intentione & fine, (vt nostrates loquuntur & ego multoties vt melius intelligar loquor, cum & ipse Cicero, si Boetio in eiusdem Ciceronis topicorum commentarijs credimus, non tam proprijs nominibus, quam notioribus nonnunquam usus sit, & consultus faceret in l. insulam ff. de acqui. re. domi.) boues arietes aliaque animalia emunt vt pestmodum adhuc viuientia lucro solum inhiantes eiusque indubitata spe illecti reuendant in eisdem ferijs, mercatis, & rastris, aliàs non empturi, quod quidem hominum genus vtpote ab vsuræ macula non alienum, frequenter enim dilata solutione reuendunt vt maius luerum nanciscantur, reipubli. perniciosissimum est, ideoque putre hoc membrum à republi. esset excludendum, ne suo contagio totum corpus contaminaret, atque inficeret. vt inquit Scotus, relatus per Benuen. 1. parte, numero 34. & 35. non tamen habebit locum lex nostra in agricolis vel alijs hominibus ea intentione comparantibus carnes viuas vt sibi suæque familiar. arti & agriculturæ prospiciant, postquam similibus carnis non indigent † quia agricultura est finita, vel mutato proposito illis non egent vendunt eas viuas in eadem feria, mercato vel rastris, aliàs non vendituri, in ijs enim cessat ratio legis nostræ & eius mens & dispositio, circa text. & eius materiam in capit. cum cessante, de appellatione. Subiecta enim talia sunt qualia * prædicamenta demonstrant, text. not. in l. i. fin. C. de ser. fug. & ideo si lego omnem penum dempto vino, quod est Romæ, censetur legata sola penus, quæ est Romæ * text. in l. nam quod liquide, in fine. ff. de pen. leg. notat Euerardus, in Centuria, loco à nominatione officij pagina. 519. & sic agricola emens boues ad agriculturam suam perficiendam, qui quidem erant calcitrosi & alia vitia, & malos mores habebant, ita vt cum eis laborare non posset, qua de causa statim in eadem feria, & mercato viuos eos reuendit, non aliàs reuenditurus, neque consuerus hæc exercere non tenetur aliqua pœna, cum ex præteritis præsumatur circa † futurum, & circa præsens, vt cap. scribam de præsumpti. capit. mandatum, notit. cap. s. apud 23. quæstione 5. cap. quacumque & cap. monachus nouitius 77. distin. præsumptioque iuris pro liquidissima habetur probatione sufficitque * ad victoriam reportandam vt est glos. singularis & in varijs locis communiter recepta. sicutor petrus C. de peric. iur. & dicitur esse veritas, vt est bonus text. in ueda g'oss. fin. l. pen. ff. de probatio. Rusticitatque parendum, & ani-

mus rustici dicitur dolo carens, secundum gloss. in l. ubi exigitur ff. de eden. Ferrati cautela 17. impuneque rusticum ignorare ius dici potest vt l. i. in fine. ff. de iure sifis & in l. fin. C. de testam. & in l. 31. titulo 14. partita 5. potiusque causa facti, quam ipsum factum, est inspicienda, ex l. verum ff. de furti. & capit. 1. in fine 15. quæstio 6. & cap. occidit. 23. quæstione 8. & capit. est Christus de iure iur. causa autem reuendendi hunc agricolam boues hos est, vel quia perfecit culturam, vel quia calcitrosi sunt, quos si non reuenderet maximum damnum ei eueniret, & rustici porcellus oculus * eius est, secundum gloss. l. illicitas, §. ne potentiores. ff. de offi. prest. cuius meminit Roma consi. 206. reique familiaris etiam iudices considerationem habere debent, cum reip. interit subditos locupletes habere, & præsertim rusticorum quorum labore omnes sustentantur, & in iure maximè commendantur, vt per Tiraquellum de nobilitate capit. 32. nam & singulorum facultates & diuitiæ ciuitatis * sunt, vt ex Cicerano volunt Abb. in cap. ex parte, de consuetud. & in cap. 1. notab. 2. de donatio. facitque optima l. 14. titu. 5. partita. 2. Ergo nimirum si talis agricola vel alius quilibet homo in quo cesset nostræ legis ratio excusandus sit à nostræ legis pœna, potiusque ad non delictum † quam ad delictum similia debemus interpretari quoties probatur causa ex qua nunc ad hoc vel ad illud possumus trahi ex l. merito ff. pro socio & ex singulari doctrina Barro. in l. non solum §. sed vt probari. numero 3. ff. de noui. op. numer. à toto mundo approbata, & laudata, vt inquit las. ibi. num. 5. late Hypoly. in practi. §. diligenter. numero 90. Anto. Gomez, tom. 3. c. 1. numero 63. ad fin. Clarus in practi. §. fin. quæstione 56. numero 3. & Crauet. consil. 205. verisimiliusque est amplectendum, cum præsumptiones ad verisimilia adaptandas esse * testatur Bal. in l. generaliter col. fin. quæstione 3. C. de non nume. pecun. hincque productum est Romani consilium. 343. nu. 9. asserentis quod eum vnus idemque actus fieri potest explicita parte censetur in dubio factus ex verisimiliori licet alterum caput sit expressum, per multa iura ibi allegata, verisimilius est autem delictum excludi, ex dicta l. merito igitur lex nostra non habet locum vbi ita ex probationibus potest sonare in delictum, vel non delictum, idque quod principaliter agitur est inspiciendum l. i. §. unde queritur ff. de exercicio. inductaque & ordinata ad vnum finem non debent contrarium operari, l. legata inutiliter post prin. de leg. 1. actus enim agentium non operatur ultra eorum intentionem l. omnis ff. si. cert. peta. & finis ad quæ omne negotium tendit est inspiciendum, potius quam quod præsens est. l. si idem §. si. ff. de iur. om. iud. leg. si domum. ff. locati. aliter enim absurdum maximum redundaret & quid iniquum, quod euitandum est ex l. nam absurdum ff. de bon. lib. cap. venerabilem circa medium & in cap. in Genesi. de electi. pro euitandaque absurditate generalis dispositio est restringenda l. 2. ff. de noxiali. l. scire oportet, §. aliud ff. de excus. iur. statutaque pœnalia semper censentur habere in se clausulam si dolo contra eafactum * fuerit, ex gloss. l. ossa ff. de re. ligi. & sump. fun. & à dolo quælibet causa etiam bestialis excusat text. l. i. & ibi gloss. C. de abi. geis. l. plagij C. de plagarijs, item & lex nostra id vult in ijs verbis, para reuender, qua intentione cessante

cessante cessat dispositio; & pro hoc etiam facit illa solennis Bartol. doctrina in l. cetera. §. fin. numero 3. de lega. 1. ab omnibus laudata, scilicet, quod emens triticum pro suo victu si vendit id quod superest non incidit in pœnam statuti prohibentis illud reuendere, sequuntur plures re-
 11 bati per Tiraguel. de utroque retractu in prefatione. numero 77. & Auiles, capit. 52. prator. numero 20. folio 265. ubi ad alia infert in propositum idque applicari potest ad l. 19. titulo. 12. supra isto libro. ut ibi dixi, & hæc præsertim vera sunt in illo, qui tantum
 12 vna vice id fecit, hic enim reuenditor non dicitur, secundum Bartolum in proœmio Digestorum, numero 10. & Bennuet. de mercatura. 1. parte numero 6. & Salzedo, in adduon. ad pract. Ber. Diaz, capi. negotiationes. Ex quibus iudices maxime ad hæc aduertere debent, & non ad pecunias, ob quas corticem verborum attendunt, mentem autem legis despiciunt. Et ex ijs nouissime infero ad leg.
 32. tit. 18. libro 9. infra quod illi descendentes de
 13 Antona Garcia & excusentur à gabellis de todo lo que vendieren que verdaderamente fuere de sus labranças y cryancas, ut verbum illud crian, as intelligatur non de ijs, quæ emunt & reuendunt lucri faciendi causa, non aliàs empturi, sed de ijs tantum emptis per eos quæstus causa & domus suæ sustendandæ, & hoc principali effectu nutriunt sic empta, & quæ non sunt necessaria vendunt non in ea forma in qua emunt, sed in alia etiam maiori. quasi tunc non dicatur negotiatio, principaleque intentum familiæ conseruandæ emuntur, & quod superest vendunt, aliter enim si esset per viam negotiationis non excusarentur nisi tantum illi & in illa summià à legibus declarata, & vidi iam litem super hoc & me patrocinante gabellarij destiterunt à lire tanquam iniusta, & non fuerunt eam persecuti.

S V M M A R I V M.

- 1 In quibus casibus possunt iudices dardanarijs pretium vini assignare. num. 1.
- 2 Quæ requisita debet habere tabellionis testimonium, ut fides adhibeatur in casu huius legis. num. 2.
- 3 An falsitas committatur in parte, vel in toto bene discutitur & plures adducuntur limitationes per Anton. de Padilla. numer. 3.
- 4 Verus intellectus ad legem istam, num. 4.
- 5 Secundus intellectus ad legem istam & quod non loquatur in vicinis populorum, sed in tabernarijs, seu dardanarijs. num. 5.

Lex 9.

S V M M A R I V M.

Iudices dardanarij pretium vini non assignent, nisi prius testimonio publico constiterit, an in emptione dicti vini aliqua gratia facta fuerit, & quo pretio vinum emptum sit, & tunc habita pretij, ac gratia

consideratione assignandum est pretium, quo vendi possit per dictos dardanarios tabernarum. Qui quidem si aliquam fraudem, vel technam in testimonio fecerint, in amissione vini sunt condemnandi camera denunciatori & iudici applicandi.

Ibi. Por testimonio publico* Et sic à tabellione publico loci illius, vbi venditur & emitur vinum testimonium est conficiendum, dando fidem de pretio & de gratia, si quæ facta sit, vel secundum quod in lege sequente disponitur deficiente tabellione.

Ibi. Y el comprador que en los tales testimonios, o en parte de lo en ellos conueniendo beziere algun fraude, o encubierta, pierda el tal vino. Ex ijs verbis duo notanda sunt. Primum, quod in presenti fraus & techna (& sic falsitas, quæ consistit in tacendo verum, sicut & in exprimendo falsum) puniuntur si in parte committatur, sicut si in toto committeretur ut denotant verba, O en parte de lo en ellos conueniendo. & si instrumentum contineat plures actus, attamen instrumentum ipsum dicitur quid indiuiduum, ex quo vno eodemque tempore confectum fuit ab eo notario, cuius persona fuit approbata quoad actum illum totum simul conficiendum, ut scribunt Bartol. columna fin. versic. breuiter Alexand. colum. fin. Curci. Senior. num. 48. in l. si ex falsis in 1. lect. C. de transa. & hoc quoties ex defectu tabellionis falsitas prouenit, ut ibidem Menes. num. 14. versic. si instrumentum, & Meno. de presum. lib. 3. presum. 63. num. 8. & 9. ubi se remittit ad lib. 5. pres. 20. casu 1. & Menes. ubi supra. hoc limitat quatuor modis. Primo, dummodo falsitas sit in parte substantiali Secundo si in principali, & non circa accessoria committatur. Tertio, dummodo falsitas sit vera non presumpta. Quarto, si pars confiteatur in aliquibus capitulis non adesse falsitatem, sed in vno tantum: Quæ quidem limitationes solum duæ primæ non considerentur, puta si esset in parte non substantiali, ut exemplificat Paul. Cas. in dict. l. si ex falsis. num. 12. si tabellio dicit fuisse factum testimonium in domo Titij, cum non esset Titij, sed Sempronij: dum tamen in alijs veritas exprimitur, puta quod vinum erat Titij, & pretio tali & cum tali gratia emptum. Secunda item limitatio habebit in presenti locis si circa accessoria fiat, ut si circa pœnâ, vel vsuras, ut si in testimonio dicatur, & quod venditor vini fecit, sibi illud securum sub pœna, & vsuris, in ijs enim duabus limitationibus non vitaretur testimonium hoc, si in substantiali, & principali verum esset, in alijs verò duabus limitationibus tertia, & quarta falsitas in substantiali & principali facta, vel in aliqua eius parte vitaret: nam si pretij fiat mentio, non verò de gratia, vel è contra. vtrique pro falso puniretur pœna nostri text Sed an corrumpant omnia instrumenta notarij vnum falsum instrumentum conficientis vide DD. in d. l. si ex falsis. & per relatos per Meno. ubi supra. Secundo notabis* ex ijs verbis, quod lex nostra non imponit pœnam vendenti vinum sine testimonio aliquo: hoc enim remanet in dispositione statutorum municipalium locorum, vbi es.

ubi tale vinum venditur prohibentium vendi sine licentia iudicis, aut consistorij; & sic si quis vendat vinum sine testimonio, ac sine licentia, non incurrit pœnam nostri text. quæ solū eam imponit illis, qui testimonia vera nō afferunt & cū sit lex pœnalis non est extēdenda, vltra casum in quo loquitur: sed alijs pœnis tunc punietur vendens vinum sine licentia iudicis, aut pœsidis à consistorio cōstituti ad eā licentiā præbendā Item nota, † quod lex nostra loquitur & disponit quoties vinum emitur, & venditur in populis per tabernarios publicos, & dardanarios vini minutatim in domibus suis, vel alijs illud vendētes. prout ex petitione, & supplicatione præstita per procuratores curiarū, cuius occasione resp. ôlio nostræ legis data est, apparet manifestè, & ex summario ad nostram legem proposito, quod desumpsit cōpilator ex petitione illa, ita vt non habeat locum lex nostra in foraneis, qui in die mercati, vel extra mercatum afferunt vinū ad vendendū, *Por arrobas, o medias arrobas*, vt Hispanè loquar. ij enim nullum tenētur testimonium afferre, licet sine licentia iudicis, vel Rectorū à cōcilio populi deputatorum vendere non possint nisi pretio ab eis constituto sub statutorum municipalū pœnis, prout quotidie videmus fieri, & ideo vt iam iterum dixi sub breuius verbis deberet in contextura harum legum apponi ratio finalis cōdendi eas, & cum quibus loquitur personis, nē iudicibus occasio præberetur contra rationem legis iudicandi iniuste puniendo illos, cum quibus lex non loquitur, eo quod Iudaicè, vt dicitur, verba legis intelligunt ad corticem verborum, rationem eius non considerantes, & hac de causā iniustas proferūt sentētias cōtra legis dispositionē & mētē.

S V M M A R I V M.

- 1 *Remediū ad proferendum testimoniū, quando nō adest in villa, seu loco tabellio, & iudex scri-*

bere nescit. num. 1. 2. & 3.

Lex 10.

S V M M A R I V M.

Si in loco ubi venditur vinum nō adest publicus tabellio, qui testimonia præbere possit (de quibus in l. præcedente actum est, tunc sufficet ea præstari à iudice loci illius si scribere sciat, sin minus ab illa persona, quam ipse iudex nominauerit.

Ibi *Por que en muchos lugares* † Hæc est causa finalis nostræ legis, quæ si in loco deficiat: quia adest tabellio si testimonium fieret secundum tenorem nostræ legis, nihil proficeret, & ideo in testimonio præstito ab ipso iudice loci, vel à persona, quam ipse nominauerit: si ipse iudex nescit scribere. fides danda est ei: si in loco illo non adest tabellio publicus, vel si adest tunc temporis absens est, neque speratur tam cito eius aduentus, aliter enim non crederetur testimonio.

Ibi. *No sabiento escribir.* Supple, iudex illius loci, ad eum enim verba hæc referuntur, non vero ad personam ab ipso nominatam pro præbendo testimonio cum deest tabellio, & ipse iudex scribere nescit, & clare colligitur hoc ex lege nostra, nam si iudici permittitur, vt det testimonium, manifeste patet, id disponi eam scribere scit: quod si scribere nescit, tunc nominabit personam, quæ scribere sciat pro illo testimonio ferendo: aliter enim idem in eo esset, quod in iudice scribere nesciente, ergo verba hæc omnino ad iudicem referenda sūt, non vero ad personam, quam ipse nominat iudex, cum scribere nescit.

S E Q V I T V R T I T V L V S X V.

De los contratos de censo.

Cumque superioribus titulis dictum sit de emptione & venditione & de emptoribus & venditoribus, in contractuque census emptio & venditio celebretur, ideo in nostro titulo de eo tractatur.

S V M M A R I V M.

- 1 *Quadruplex est censuum forma, num. 1. & primo ibi de Emphyteosi.*
2 *Census perpetuus non Emphyteoticus quis sit & in quo differt ab Emphyteotico. num. 2.*
3 *Census rei similibis aliquid quis sit & conditiones eius, remissive. 3.*
4 *Census ad vitam quis sit & an licitus. 4.*

ET pro introductione huius Rubricæ, sciendum triplicem aut quadruplicem esse formam * censuum. Quidam enim sunt census Emphyteotici, puta quando donū vel reā aliam immobilem trado tibi in censu emphyteosis perpetuū omni anno soluendū transferendo in te vile dominū rei illius retento mihi directo, & de hoc agitur per totū t. C. de in. Emph. & l. 28. t. 8. p. 3. & per Euer. in loco a fendo ad Emphyteosim, ad fi. & Co. li. 3. var. c. 7. in prin. & de hoc nō loquuntur extravagans Martini & Galisti de empri. & vendi. ns-

que motus proprius Pij. V. de censibus.

Alius vero est census qui † perpetuus vocatur, & vt cū super te tua immobili imponis sūmā aliquā census omni anno soluendi in perpetuum absque facultate illud redimendi, quem vulgo vocamus: *censo perpetuo y que no se puede redimir ni quitar.* & iste solet imponi ad respectum quindecim mille & plus pro milliario, est enim valoris maioris quam census *aliquidar redimible*, & valet plusquā quindecim & aliquādo viginti mille pro milliario respectu loci & partis ubi res super qua est impositus, est fira, & de ijs loquitur lex 1. nostræ rit. & in quo differat iste cōtractus à præcedēte emphy. tradūt Eu. ubi sup. in loco ab Ex. ph. ad cens. & Co. ubi su. & Ant. Go. l. 68. Ta. & ibi alij. & iam hodie isto parū vitur.

Alius vero est census, quo magis cōmuniter vitur, & iste dicitur *resoluitiuus* & redimibilis. vulgo *censo aliquidar*, qui est quando tu vendis mihi tot miliaria cēsus omni anno soluēda interim quod nō redimitur, & cōstituitur, & cōstitutus est, ad
minius

minus ad respectū quatuordecim mille pro millario, & imponitur super re aliqua immobili quantitate centus valente, *de quibus in l. 4. infra isto tit. ubi aliqua dicemus, & in dictis extrauagant.*

4 Alius & vltimus † est census vitæ, vulgariter, *censo de por vida*, qui quidem antea constituebatur pro vita illum constituentis, vel alterius cuiuslibet, & pro quatuor aut quinque mille pro millario, qui an licitus esset semper dubitauī, ratione vilis pretij, quod pro millario constituebatur etiā si persona illa super qua census hic constitutus erat, esset iuuenis, in quo Paulus, Hieronym. *in practica. cano. ell. apostoli. sub cap. declaratoria, super proponente. seu vouente ingredi. versic. ad materiam contractus. pag. 95. in paruis.* dicebat non esse licitum, sed sapere vsuram propter modicum pretium respectu iuuentutis eum constituentis, idque examinabat Boerius *decisione 44. num. 43.* & licitos es-

se tradebat Soto, *lib. 6. de iust. & iure. q. 5. articulo 2. in fine,* & Couar. *lib. 3. variar. capit. 7. numero 3.* & Decius latè *consil. 123.* & communem dicit quod valeat Nauarro, *in commentario de vsuras ad finem manualis Hispani posito, super cap. 1. 14. questione 3. num. 78.* vbi & inquit etiam ad 15. aut 16. annos posse censum constitui, dum tamen redditus talis census illorum annorum æquiualeat principali summa ipsius census, & tandem concludit licitas esse has census emptiones, dum tamen arbitrio boni viri pretium eius sit iustum. Quibus de causis in ijs censibus ad vitam noua pragmatica sanctione constitutum est pretium, ad assecurandas conscientias ipsorum ementium & vendentium, & tradita est noua forma in modum sequentem, & secundum eam plures census huiusmodi fuerunt reducti ad tassam dictæ pragmatice, cuius tenor talis est.

DON Philippe por la gracia de Dios, rey de Castilla, de Leon, de Aragón, de las dos Sicilias, de Hierusalē, de Portugal, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valēcia, de Galizia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Jaen, de los algarues de Algezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias Orientales y Ocidētales, Islas tierra firme del mar Oceano, Archiduque de Austria, Duque de Borgoña, de Brabante y Milan, Conde de Abspurg, de Flandres, de Tirol, y de Barcelona, señor de Vizcaya y de Molina, &c. Al serenissimo principe dō Philippe, nuestromuy caro, y muy amado hijo, y à los infantes, prelados, duques, marqueses, condes, ricos hōbres, priores de las ordenes, comēdadores, y subcomēdadores, y à los del nuestro consejo, presidētes, e oydores, de las nuestras audiēcias, alcaldes alguaziles de la nuestra casa y corte, y chácillerias, y à todos los corregidores, asistēte, gouernadores, alcaldes maiores, y ordinarios, alguaziles merinos, preuostes y otras qualesquier nuestras justicias, y personas de qualquier estado, preeminencia o dignidad que sean, assi à los que agora son, como à los que serà de aqui adelante, y à cada vno de vos, salud y gracia. Sepades que por algunas de las peticiones que nos dierō los procuradores de las cortes, que vltimamente por nuestro madado se hizierō y celebraron en esta villa de Madrid, que se començarō en primero de Mayo, de setēta y nueue, y por otros caminos diferentes, fomos informado que de los cēfos de por vida, que de poco tiēpo aca se hã vñado mucho en estos nuestros reynos, se hã seguido y siguen grãdes incōueniētes en notable daño de ellos, y en graue perjuizio y lesion, de los que cōpeli-dos con necessitat los han tomado, assi por lo que toca à la justificaciō de los dichos censos, como por lo que toca al beneficio, y bien publico de estos reynos, que es ello assi, que como quiera que en las palabras fueran ser censos de por vida, miradas las obras que hazē y à la verdad y substãtia, tanto mas auendose otorgado, no pocos dellos, no solo por vna vida sino por dos, y por mas no lo sō sino otra differēte cosa, por no llegar à lo que se deue tener por precio justo dellos, y por otras muchas muy justas cōsideraciones, mayormente que muchas vezes se ha dado parte del dinero y suerte principal en plata y ē oro labrado cōtãdo hechuras dello à precios excessiuos, y en tapices, y en otras alhajas y joyas estimadas, y porque es justo que ē esto se pōga moderaciō y limite, como cosa que tãto importa al seruicio de Dios nuestro señor, y nuestro, y al biē y beneficio publico. Visto y tratado por los del nuestro cōsejo y cō nos cō-

fultado fue acordado que deuamos mādār par esta nueſtra carta. La qual que-
 remos que aya fuerça de ley y pragmatica, por la qual ordenamos y mādamos
 que de aqui adelante no ſe puedā fundar, ni otorgar cenſos de por vida, por dos ni
 por tres, ni por mas vidas, ſino que ſe puedā tomar y conſtituir por ſola vna vi-
 da, y no por dos ni por mas vidas, y que el precio juſto de la dicha vida ſe entiē-
 da ſer y ſea à ſiete mil marauedis el millar, y a eſte reſpeto, y no à menor precio,
 y que el dinero capital y fuerte principal con que ſe vuiere de cōprar y cōpra-
 re el dicho cenſo de por vida, no ſe pueda dar todo ni parte alguna del en plata
 labrada, ni en oro labrado, ni en tapices, ni en otras alhajas ni joyas eſtimadas,
 ſino que todo el dinero de la dicha fuerte principal, ſe aya de pagar, y ſe pague
 y cuente al principio todo en dinero de contado, ſin interuenir otra coſa que
 no ſea dinero de contado, ni eſtimacion alguna della, y que el eſcriuano, ante
 quien paſſare el contrato, de ſe de la numeraciō, y paga de toda la dicha fuerte
 principal, y las ventas y cōtratos de los dichos cenſos, que en otra manera, y à
 menor pretio ſe hizieren y otorgaren, ſean en ſi ningunos, y de ningun valor
 y effecto. Y mandamos que ningun eſcriuano de eſtos nueſtros reynos de fee,
 ni haga eſcriptura de los dichos contratos de cenſos, ſino fuere en la manera
 ſuſodicha, ſo pena de cinquenta mil marauedis para nueſtra camara, y de pri-
 uacion de ſu officio. Y en quanto à los cenſos de por vida, haſta aqui hechos y
 otorgados, mandamos que ſiendo hechos por vna vida ſola ſe reduzgan, y los
 reduzimos por ella à los dichos ſiete mil marauedis el millar, pero auiendoſe
 otorgado por dos vidas, aunque permitimos ſe queden otorgados por ellas,
 mandamos que ſe reduzgan, y los reduzimos à ocho mil marauedis el millar,
 y los cenſos que haſta aqui ſe hallaren tomados, y otorgados, mas de por dos
 vidas, mandamos ſe reduzgan todas las vidas, porque ſe vuieren tomado à dos
 vidas, ſolamente, y al precio de los dichos ocho mil marauedis el millar por el-
 las, à los quales dichos precios, y al reſpeto de ellos, mandamos ſe hagan las pa-
 gas de lo que corriere de los dichos cenſos deſde el dia de la publicaciō de eſta
 nueſtra ley y pragmatica en adelante, quedando como queremos que quede
 à las perſonas que han tomado y fundado los dichos cenſos, ſu derecho à ſal-
 uo, quanto à la injuſticia y engaño de ellos, en el qual no es nueſtra voluntad
 perjudicarles, ni por eſta ley les perjudicamos, para que le puedan pedir y ſe-
 guir como vieren que les conuiene. Lo qual mādamos, guardeys y cumplays
 y executeys, y hagays guardar, cumplir, y executar aſſi, y ſegun de ſuſo ſe con-
 tiene y declara, y contra el tenor y forma dello, no vays, ni paſſeys, ni conſin-
 tays yr ni paſſar, aora ni en tiempo alguno, ni por alguna manera. Y porque lo
 ſuſodicho venga à noticia de todos, y ninguno pueda pretender ignorancia,
 mandamos que eſta nueſtra carta ſea pregonada publicamente en eſta nueſtra
 corte, y los vnos, ni los otros, no fagades, ni fagan ende al, ſo pena de la nueſtra
 merced, y de cinquenta mil marauedis para la nueſtra camara.

Dada en Madrid, à treze dias de Julio, de mil y quinientos y ochenta y tres
 años.

Y O E L R E Y.

El Conde de Barajas. El Licenciado Fuen mayor. El Licenciado Iuan Tho-
 mas. El Licenciado Rodrigo Vazquez de Arce. El Doctōr don Yñigo de
 Cardenas çapata.

Yo An-

Yo Antonio de Erafo, secretario de su Magestad Catholica la fize escriuir por su mandado.

Registrada, Iorge de Olaal de Vergara Canciller mayor.

Iorge de Olaal de Vergara.

En la villa de Madrid à treze dias del mes de Julio de mil y quinientos y ochenta y tres años delante de palacio y casa real de su Magestad, y à la puerta de Guadalajara de la dicha villa se publico la dicha pragmática.

S V M M A R I V M.

- 1 Censu quid sit remissive, num. 1.
- 2 Censu an sint liciti, num. 2. & ibi que reddant illos iniustos, & remissive conditiones eorum.
- 3 Peremptis bonis censui obligatis an duret census, 3.
- 4 Pretium iustum horum censuum quod dicatur, 4.
- 5 Libera redimendi facultas imponenti censum est relinquenda, 5. & an per partes redimi possit.
- 6 Conditiones iniuste non tamen usuraria non annullant contractum, sed rejiciuntur ab eo, num. 6.
- 7 Censu constitui non potest super persona, sed super hereditate, 7.
- 8 Censu est onus reale rei super qua affigitur, 8. & sic possessor nulla facta excussione conveniri potest ad censum ut ibi.
- 9 Bona super quibus censu imponitur si existunt in alio territorio quam in eo in quo fit contractus, debetur gabella ubi bona existunt, num. 9.
- 10 Censuarus non solvens an incurrat commissam penam, 10. & ibi an quinquagesima & laudemiam sit soluendum.
- 11 Commissum ob non solutionem censu ubi locum habet, procedet etiam si unus tantum nummus deficiat, 11.
- 12 Commissum an contra pupillum locum habeat, 12. & ibi forma & modus commissum petendi.
- 13 Pretium censu an ab initio contractus emphyteotici debeat adesse ultra redditum omni anno soluendum, num. 13.
- 14 Emphyteoticus contractus duobus modis fit, num. 14.
- 15 Pluribus fundis obligatis ad censum aliquem si alienentur, an quilibet possessor tenebitur insolidum pro solutione censu, 15.
- 16 Censu preteritos & non solutos, an teneatur soluere possessor rei hypothecata tali censui, num. 16.

Tom. 3.

Lex 1. quæ erat 68. Tauri.

S V M M A R I V M.

Conditiones in contractu censu apposite servandæ sunt.

IBI. *Algun censo.* Quid sit census * examinant Couar. d. lib. 3. var. cap. 7. in princ. & Navarro in commentario de usuris, super cap. 1. 14. q. 3. n. 76. pag. 34. & Soto de ius. & iure, lib. 6. q. 5. art. 1. col. 3. in princ. & in hoc secundum naturam censu potest adaptari diffinitio, ideo per eos videri potest, & per DD. in locis ordinarijs ubi de quolibet censu contractu tractatur, quæ cum de nomine sint, missa facimus. Solebat autem olim in controuersiam deduci an census ij liciti * essent, necne, ut apparet ex Doctorib. in capit. in ciuitate, de usur. & Couarruias ubi supra, numero 2. optime resoluentem, & latissime per Tiraquellum libro 1. de re tract. §. 1. gloss. 6. per totam. hodie verò non est dubium licitos esse, tum quia inter DD. hæc erat Theologorum & Iurisperitorum receptor sententia & verior in puncto iuris, secundum Gregor. Lup. in l. pen. ut. 8. p. 5. tum etiam quia approbati sunt Põsificia constitutione Martini V. anno 1423. & Calix. III. anno 1455. inter extrauagantes communes sub tit. de emp. & vend. quamuis appositum sit pactum de retrouendendo dictos redditus quoties venditor offerret pretium, quod ab emptore recepit, dum tamen pretium sit iustum, nam tria solent istum contractum reddere usurarium. Primò si pactum de retrouendendo est appositum, item modicitas pretij, & quod pars sit consueta fœnerari. Tertio, si non potest redimi intra sex vel septem annos, seu aliud tempus, per textum in capit. ad nostram, de emptione & venditione, & per Ca. olam, de simulatio. cont. Et sic Doctores aliqui plures huic censu redimibilis contractui conditiones apposuerunt, affirmantes esse necessarias pro eius iustificatione, prout licet videre ex Miranda, in summa conciliorum post extrauag. Martini V. & Calixti III. & Navarra in manuali, capit. 17. numero 232. cum sequentibus, & latius in dicto commentario de usuris, numero septuagesimo-nono cum decem sequentibus pagina quadragesima, & Couarrui. dicto libro 3. variar. cap. septimo, numero 5. & Soto ubi supra, articulo 2. & alij plures tam nostri quam exteri, & idem Couar. dict. libro 3. variar. cap. 9. & 10. & licet Soto, ubi supr.

M m 2

ubi supr.

Gratian. Discep. forens.
258. f. 102a

ubi supra, & Nauar. in dicto commentario, de usuris, numero 82. velint nullam dictarum conditionum esse necessariam ad iustificationem horum censuum, nisi solum modo illa iusti pretij, dicendum est etiã esse necessarium vt super re immobili fructifera constituitur, neque super sola persona constitui posse, prout ex ipsismet extrauagantibus constat, ibi super bonis suis, dominijs, oppidis, terris, &c. & ibi bonis in ipso contractu tunc expressis, & hæc est communis opinio, teste Couar. dicto libro 3. variarum. cap. 7. n. 5. & Na. in manuali sine, in dicto commentario de usuris, super cap. 1. 14. quest. 3. numero 83. etiam si ipsemet Couar. ubi supra & Soto, de iusti. & in re dicto libro sexto. questione 5. versicul. his tamẽ non obstantibus, in articulo. 1. aliud velit, & per consequens super incertis indiffinitisque bonis, nempe super quibuscumque quæ venditor possidet, seu possidebit, constitui non potest, eo quod obligatio resolueretur in personam, sed sunt bona omnino expressanda & sufficientia pro census constituti solutione, & principalis eius, etiam si Soto, ubi supra aliud velit, & Matienço, hic gloss. 1. numer. 5. & practica communis contra eos existit, nam signantur prius bona specialiter & post generaliter sine derogatione generalis & è contra & consequenter esset tenendum, quod si casu fortuito res illa specialiter obligata in totum periret extingueretur census, & si pro parte periret, pro rata periret census & non posset agi contra personam, vt inquit Nauarro, ubi supra numero 47. & 88. licet in practica communiter aliud vtatur, eo quod agitur contra personam & executatur indistincte, etiam rebus peremptis, vt per Couar. dict. num. 5. & Soto. d. artic. 1. & ita apud nos id seruari testatur Matien. hic gloss. 1. numer. 5. & post hæc scripta vidi etiam id tenentem Sala. de usu & conf. c. 11. nu. 74. vbi nume. 75. hoc significat ideo esse quia adiicitur hypothecæ bonorum obligatio etiam personalis & conditio, vt si res pereat vel in alium alienetur personaliter teneatur in solidum, idque fieri posse constituta prius reali hypotheca asserit & fundat, & sic hoc vltimum dictum Nauar. non admitteatur, præsertim cum vt dixi motus proprius Pij V. super censibus ex d. c. de cortes supplicatione fiscalis regij sit suspensus & dictam etiam communem opinionem sequitur Gregor. Lup. in l. pen. tit. 9. p. 5. gloss. mag. l. 1. & Aucd. resp. 12. & eos referens Matien. ubi sup. Et quod dicatur iustum ¶ pretium horum censuum redimibilem, ex dictis extrauagantibus colligitur, & desumpserunt DD. maxime Coua. d. c. 9. & 10. & Tiraq. de retra. tit. 1. §. 1. gloss. 6. n. 1. cum seq. & Soto, & Naua. ubi sup. veruntamẽ iam in nostro regno hæc cessant cum habeamus, l. 6. infra isto tit. & lib. iustum pretium determinantem. Item alia conditio scilicet quod sit libera redimendi facultas quocumque tempore in toto vel in parte est necessaria saltem vt non restringatur tempus intra quod non possit redimi, neque apponatur census cum conditione vt intra certum tempus redimendus sit ¶ neque quod si intra certum tempus non redimatur amplius redimi non possit, vt inquit Couarrunias dict. libr. tertio, capit. octauo, numero septimo in fine, & So. di. lib. sexto de iust. & iur. quest. 5. artic. secundo, col. pen. & Nauarro, ubi supra. dict. num. 79. & Matienço, hic glo. x. numero fin. neque restringi facultas redimendi in toto vel in parte potest, sed potius non obstan-

te conditione contraria potest per partes redimendum tamen pars redempta non sit ita minima quod non possit statim alteri in censum dari, & ita quod facultas hæc restringi non possit tenent supra dicti, & Piçarro in ordinatione census de Guadalupe in parte, en todo o en parte. & Soto, dict. articulo. 3. in fine. & Nauarro, ubi supra, numero 79. & 85. nisi secundum eum ibi, & Soto ubi supra, daretur maius pretium quam quatuordecim mille pro miliario ob hunc respectum, ne posset pro parte, sed in totum redimi, nam tunc adimplenda esset hæc conditio veruntamen vel ad petitionem fideiusforis vt extrahatur à fideiussione census, vel ad petitionem ementis domum accensuatam non certiorato de hoc, compelli posset, vt optime per Castilolo, l. 68. Tauri, numero 29. vbi & alium tertium casum ponit vbi compellitur censualista redimere censum. Aliæ vero conditiones quæ solent per tabelliones in ijs contractibus censuum redimibiliũ apponi, & si quæ aliæ apponuntur, quæ tamen expresse contractum non efficiant vsurarium, non annullant contractum, sed pro non appositis* habentur, vt inquit nonisime Olanus, in concordia antinomiarum, litera. A num. 100. & 111. & Couar. libr. 3. variar. cap. 8. numero 7. in fine & facit dictũ eiusdem (Couar. lib. 1. variar. cap. 9. num. fin. quod ego intelligo, nisi manifeste contractus redderet vsurarius, nam tunc in totum vitaretur. Et ex dictis supra reijcio dictum Olani, ubi supra numero 112. dicentis licite posse apponi pactiõnem, vt si census intra biennium non solvatur possit exigi quantitas vel pretium pro quo census constitutus est & emptus, nam est contra supra dicta, & quia negari non potest, quin pretium ob hoc diminuat.

Ibi. Sobre su heredad. Hic etiam probatur, censum constitui non posse super persona sed super hereditate ¶ & bonis immobilibus, vt gloss. præcedente diximus. Et per consequens census super tali re constitutus est ei affixus, & est onus reale ¶ secundum Velascum, de iure emphy. quest. 32. numer. 15. & Couar. lib. 3. cap. 7. nu. 6. in princ. & sic possessor talis rei conueniri poterit ad censum etiam nulla facta excusione, vt inquit Suarez, l. post rem. 8. amplia. versic. y que las cumplades, numero 13. pag. 297. & Velascus, ubi supra, numero 14. ad finem, id tamen licet receptissimum aliquando esset, hodie tamen non ita recipitur, nisi quando venditio limitata sit ad certum fundum & prædium secundũ Ioan. Garciam in tract. de expensis & meliorati. capit. 4. numero 44. & 45. iterum declarat, & tradit Ant. Gamma. in decisio. Lusita. 145. displicet tamen mihi illud quod ibi inquit Ioan. Garcia, quod indistincte hodie admittitur exceptio excusionis cum videam contrarium praticari, & sic quotidie recognoscere censum super re aliqua impositũ cõpelluntur tertij possessores illius rei, etiam si ille qui illum imposuit ditissimus sit, reiecta excusionis exceptione, & soluere coguntur. Ex quibus inquit Nauarro, relatus per Parlador. cap. 3. rerum quotidianarum, numero 52. annum redditum in esse prædio tanquã accides in subiecto, & ex hoc gabella* annui redditus, & sic census deberi gabellario loci illius, vbi bona super quibus census ipse imponitur existunt, & si alibi fiat contractus, vel alibi destinetur solutio, & per consequens ego dico quod si bona existunt in diuersis locis, pro

Pro rata bonorum gabella debebitur gabellario cuiuslibet loci ubi bona obligata sita sunt.

Ibi. *Que caya la heredad en comiso y que se guar de el contrato.* Ex ijs verbis iunctis alijs nostræ legis defumi potest concordia opinionum communiū inuicem sese contrariantium. Quarum prima fuit, quod etiam si quis per mille annos censum nō solueret * commissi pœnam non incurreret censuaris, *quam opinionem sic tenuit gloss. in cap. constitutus, de religio. domi. & Soto, de iust. & iure libro 6. quest. 5. articulo. 1. col. 3. in medio. & haec communem testatur Deci. consi. 138. & Couar. lib. 3. variar. cap. 7. numero 1. & Anto. Gomez, l. 68. Tauri col. 4. italic. 2.* Contrariam tamen opinionem etiam in censu communem dixit Bald. *consil. 177. numero 6. volu. 3. relatus per Couar. ubi supra* Possunt tamē concordari *ex lege nostra* vt prima opinio procedat vbi nihil conuentum est inter partes super commissio hoc incurrēdo ob non solutionem quotannis pensionis, secunda vero quoties super hoc fuit ita conuentum, nempe vt si per biennium cessauerit censuaris soluere incidat res censui subiecta in commissum, quas sic *ex lege nostra* conciliat opiniones doctissimus præceptor meus Oroscio. *in l. iuris gentium §. quinimo, colum. 808. ff. de pact. numero 48. cum sequentibus,* In hac tamen controuersia ipse *ibidem* inquit optime & vere quod non obstante hac concordia, quam veram non esse credit, tenenda est prima opinio, *quam ultra supra relatus tenuit Euerardus, in loco ab emphyteosi ad censum pag. 153. in paruis, & Afflictis, decisione 80. & Capitius, decisione 103. numero 5. 6. & 7.* ex eo quod nostra lex tantum procedit in censu tantum emphyteosi perpetuo, non vero in alio censu etiam perpetuo non emphyteotico, vel etiam si emphyteoticus sit est tamen temporalis, & sic redimibilis & non perpetuus, & in censu emphyteosi perpetuo mirum non est si lex nostra intelligatur, & non alio, cum res ipsa censui tali subiecta reuertatur ad suam naturam, & sic ad dominum cuius erat, & in qua ipsemet dñs vel successor eius retinebat dominium directum, non sic in eo, cuius res censui subiecta, nunquam fuit, & sic vtriusque auditorij benigna interpretatione esse admissum & in id frequentiores consentire & hoc iure vti testatur Oroscius, *ubi supra,* & ibi legi nostræ satisfacit, *& restatur idem Couarru. dict. cap. 7. numero 1. ad fi. & Olanus in concordia antinomiarum, lura A. numero 97.* & post hæc conciuis noster Doctor Gutierrez canonicus iure optimo Ciuitatis Ecclesiæ, *in suo tract. de iuram. con. 1. parte capit. 31. numero 10.* reprobans & bene Mexiam dicentem legem nostram in censu emphyteotico redimibili procedere, nam si redimibilis est census, iam in emptorē vtile & directū dominium fuit translatum, & penes dominum antiquum solum ius percipiendi censum remansit, ergo nō potest sitū ut scilicet dicendum sit ac si census ipse non emphyteoticus sed resolutiuus & ordinarius esset, qui quotidie celebratur, & eidem quoad quin quagesimam & laudemium dicendum erit, quo dñs commissio dictum est, *secundum Gutierri. ubi supra, & voluit Alca. ienco, hic, gloss. pen. in fin. & quatuor legi nostræ congruæ responderi non possit, sufficit si in re sic loquatur vsu & interpretatione tributariam omnium tam superiorum quam inferiorum declaratum esse, quicquid vel sit iure*

Ioannes Garcia *de expensis; & meliorationibus capite 9. numer. 64.* se nescire an lex nostra, ita indistincte apud suprema tribunalia recipiatur. Idque adeo verum quod etiam si in contractu scripturaque census non emphyteotici dicatur, quod illius domus vel fundi super qua dominus censum imponit dominium vtile & directum transferat in emptorem cum quibuscunque clausulis & cautelis, adhuc non sit locus commissio, *prout & ultra dictos Doctores tenet Auenda. responsio. 12. numero 1. cum pluribus sequentibus,* cum porius verba hæc ex ignorantia tabellionum, quam ex voluntate partium & contrahentium inscribantur, quæ quidem naturam census alterare non possunt, imo & *secundum Capitium ubi supra* virtute illius clausulæ & alterius scilicet quod sine consensu domini res illa alienari non possit nisi domino census requisito, adhuc tunc si alienetur sine consensu domini valida erit alienatio, nisi adesset clausula annullatiua contrariæ venditionis *vt alibi diximus,* quod si hoc ita est, quanto magis vera erunt & sequenda in iudicando & consulendo, quæ supra dicta sunt, de commissio & de quinquagesima, & laudemio, *& voluit glossa accensio, in l. penult. titulo 8. partia 5. & sic verba nostri rext. sōre sub hereditate referenda sunt ad illum, qui hæreditatem ipsam, & sic fundum ad censum emphyteosim perpetuam alicui tradit, & sequentia verba ad hunc sensum trahenda sunt, & sic est tenendum intrepide.*

Ibi. *En comiso.* Idque commissum vbi locum habet & practicatur, practicabitur etiam si vnus tantum * nummus deficiat, *secundum Auenda. ca. 11. 18. pratorum numero 4. versiculo & quando cum tribus sequentibus lib. 1.* sed an contra pupillum commissum * locum habebit, videndus est Guido Papæ, *decisione Delphin 435. & 454.* vbi describit quatuor requisita necessaria, vt commissum locum habeat, ponitque modum, & formam, commissum petendi, *de quo & per las. in l. ius numero 48. & 49. & in l. in emphyteoticarum numero 41. C. de iure emphyt.* Sed est opūm & singulare dubium, num in censu emphyteotico ab initio contractus debet adesse * pretium aliquod *13* ultra redditus omni anno soluendos, in quo aliqui dicunt communem esse quod sic & probari videtur *per l. 69. titulo 18. partia 3.* dum describendo emphyteosis scripturam dicit, *por tantos Maranedis, & ibi glossa pro hac eam considerat opinione.* Alij tamen contrariam etiam communem dicunt, imo quod non requiritur pretium in initio contractus, *& hanc dicit communem gloss. illa. por tantos dicta l. 69. & ea gloss. magna in principio in l. penult. titulo 8. partia 5* per text. *ibi* describentem requisita contractus emphyteotici, & tamen hoc non considerat, & hanc remendam & communem esse asserit Oroscius, *ubi supra col. 808. in principio.* vbi has communes contrarias refert, licet dictam l. 69. non consideret pro prima opinione, sed tenenda secundam quæ intrepide tenenda est, *non obstat illa. 69. quia vt ibi aduertit gloss. ille por tantos, duobus modis fit contractus t emphyteoticus. Primo quod dētur aliqui nummi quo libens pro redditu, & insuper aliqui denarii a principio contractus. Secundo quod nulli dētur nummi a principio sed tantum quod omni anno dētur totus redditus, &*

in primo casu loquitur illa lex. 69. ita vt non excludat secundum casum, neque inducat esse necessarium nummos à principio adesse vltra redditus quot annos, sed prouidit tatum de forma scripturae conficiendae quoties vltra redditus annuos quid praecipuum pecuniae est soluendum in principio contractus, & sic vtraque opinio potest esse vera in suo casu, non tamen vt de essentia contractus emphyteotici requiratur pretium ab initio contractus dari vltra annuos redditus, nam non requiritur, & sic vtramque formam huius census emphyteotici descripsit Cou. *d. lib. 3. varia. c. 7. n. 1. in medio.* sed adest nunc optima quaestio de qua in practica quotidie disputatio habetur, & nunc hoc, nunc aliud determinatur, num scilicet, si census quilibet super tribus aut pluribus fundis rebusque alijs immobilibus constituatur, quas quidam res censuarii donauit, vendidit, vel alienauit in plures ac diuisas personas, vel diuisim haeredes censuarij huius inter se eas diuidendo habuerunt, quo casu fundi ipsi cum ipsa hypotheca transierunt & transire debent etiam si ad diabolum transeant. *secundum Afflict. decis. 95.* tenenturque possessores horum fundorum recognoscere censum illum super eis impositum *secundum Guid. Papa. decis. 42.* imo & inquit Boer. *decis. 295. n. 17.* quod in hypothecis perpetuo duraturis vbi res est obligata & hypothecae specialiter & expresse subiecta, & vbi hypotheca est principalis, & personalis obligatio accessoria potest in ea procedi executiue, neque vlla requiritur excussio, *vt in hoc titulo dictum remanet,* nunc, inquam, est quaestio, an quilibet possessor dictorum fundorum pro solutione dicti census* & eius securitate obligatorum si reconueniatur pro recognitione census seu eius solutione tenebitur quilibet possessor in solidum recognoscere seu soluere, an vero pro rata tantum valoris bonorum à se possessorum, in qua quaestione, in consilio Neapolitano, decisum fuit, quod in solidum tenebatur non vero pro parte vel rata. *secundum Marth. Afflict. decis. 153. per totam & Gometium Leon. in centuria informationum iuris, cap. 17. loquentes in nostro casu, & Hippolyti. Singula. 390. incip. tu scis quod excuso, & Ferrara, in practica, in forma libelli, iure sponsio libel. in acti. hypoth. gloss. exceptionem excussionis, versic. sed nunquid plures possessores, & hanc veriorum, & secundum eam pronuntiatum esse allegit Coua. *dict. lib. 3. varia. cap. 7. numero fin. & Velafcus de iure emb. questione 32. numer. 15.* nam hypotheca indiuidua est, *secundum eos, & eundem Afflict. decisio 213. & Suarez. l. post rem, i. l. mi. l. regia num. 14. pagi. 293.* licet de aequitate aliud esset faciendum, *vt per Couar. vbi supra,* sed cum hanc aequitatem scriptam non reperiamus rigor dictus est sequendus. Sed an & census praeteritos & non solutos tenebitur particularis possessor pro rei hypothecata soluere, *tradit optime Afflictis, decisio 95. per totam,* & haec pro hac lege sufficiant, quam in censu emphyteotico perpetuo practitari video, caetera per Doctores hic & in alijs locis ordinarijs videbuntur:*

S V M M A R I V M.

1 Censuum annuus est veluti quaedam seruitus n. i. vbi declaratur. 1.

- 2 Bonorum generaliter obligatorum etiam si partem vendam non incido in criminis stellionatus poenam 2. & 4.
3 Si vendidero tibi rem vt francam & liberam qua pro solutione dotis generali obligatione est obligata, non potes contra me agere si alia bona habeo vnde dos solvatur. 3.

Lex 2.

S V M M A R I V M.

Imponentes census & tributa super rebus suis tenentur sub nostri text. poena declarare si quem alium censum constitutum super re illa antea habebant.

Ibi. *Que pufere censo.* Idem obseruandum esse in vendente rem tributariam disponit text. in l. 63. titulo 5. partita 5. vbi talis venditio nulla declaratur, & quod per venditorem soluantur omnia damna inde prouenientia, & quod pretium reddat imo & tunc non solum pretium quod dedit sed & quod nunc valet ipsa domus reddere teneatur venditor domus tributaria. *secundum Afflict. decis. Neapol. 278. n. 3.* quae tamen poena in casu dictae l. partitatum locum habebit, non vero in casu nostri text. vbi non ipsa domus venditur, sed impositur census super re alteri censui obligata, nam tunc legis nostre poena locum habet. Habes tamen vnum singulare notare quod licet census annuus super re impositus sit veluti quaedam seruitus *vt inquit Menses, in l. pradia num. 11. in fine C. de fideicom.* id tamen intelligerem quoties specialiter super re illa esset constitutus, secus vero si generaliter, & ex speciali sufficienter cautum est censuario, nam licet crimen stellionatus committatur quoties rem alteri obligatam & hypothecatam vendit quis alteri dolose & non certiorando cum de hypotheca & obligatione, *vt l. 1. ff. de crimi. stellio. & l. 1. C. eo. tit.* id tamen verum est & procedit, quando hypotheca illa & obligatio est specialis, secus vero si generalis, nam tunc etiam si duobus eam obligauerit non incidit in poenam *vt esset enim aliter tollere commercium praesertim si vtrique sufficiat res illa, ita tenet solus Angel. in d. l. 1. C. de crimine stellionata.* relatus per Antonium Gomez tom. 3. capit. 7. colum. 1. vbi cum dicta declaratione scilicet, si res illa est vtrique sufficiens sequitur eam & pro hoc considerat text. in l. 7. t. 16. partita 7. sic & si vendo tibi rem aliquam francam & liberam, quae pro solutione dotis vxoris meae obligata est, si habeo alia bona vnde dos solvatur non poteris agere contra me, *secundum Afflictis, decisione 241. numero 5.* Ex quo ad census inferri potest, scilicet, quod si pro solutione census & eius securitate specialiter tibi rem obligauis, & generaliter omnia *vt alia mea bona,* licet vendam alicui tertio aliquam ex dictis meis rebus generaliter obligatis, non poteris emptor agere contra me ex eo quod esset res illa alteri obligata, neque mi contra me, eo quod eam vendiderim si

ex respectu tibi pro censu obligata satis fieri potest, pro quo nouissime considero l. 37. titulo 13. par. 5. aliter enim orientur infinitæ lites, quia vix potest reperiri venditor, qui in aliquo contractu non obligauerit bona sua, *vt in simili inquit Fano, de pignoribus 1. membro 5. par. 1. numero 28. ad finem folio 97. in paruis*, & sic vidi sententiam Cancellariæ Pincianæ, vbi liber pronuntiabatur quidam venditor, qui ex rebus censui cuiusdam generaliter obligatis, vnâ vendidit, & actum fuit per emptorem nostri text. remedio, & fuit exclusus, & per consequens lex nostra omnino intelligenda est quoties super re specialiter censui supposita & obligata, alius deinde nouus census specialiter etiam constituitur, & ex verbis nostri text. meo videri clarissime insinuat, *ibi o sobre sus casas, heredades, o posesiones que tengan atribuidos*, iunctis verbis sequentibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Emptor census emere videtur res super quibus census imponitur, & breui manu venditori reddere vt super ea census fundetur. numer. 1.
- 2 Ad privilegium de Antona Garcia. numero 2.

Lex. 3.

S V M M A R I V M.

In qualibet ciuitate & populo liber vnus constituatur vbi omnes census inscribantur, sub nostri text. pœna.

Estque salubris, & conueniens dispositio si seruetur, nūquam tamen vidi praticari neque admitti eius dispositionem, licet quam plures adfuerint lites censuum plurimum super eisdem bonis impositorū, sed id fortassis quia non est in iudicio deductum, quod si deductum foret fortassis non toleraretur.

Ibi. *Las casas y heredades que compran*. Ex ijs verbis colligit Matienço hic in glos. 1. quod emptor census* videtur emere domos vel possessionem, super qua census imponitur, & per consequens breui manu eam reddere venditori, vt super ea census fundetur, & pensio imponatur, *argum. text. cum materia l. singularia ff. si cer. pet. & ita intellexit l. 1. supra eo. Anto. Gom. l. 68. Tauri nu. 2. vers. ex quibus ego infero* & id inquit Matienço constare ex lege nostra, quæ in principio loquitur de emptore census, vel tributi, & deinde dicit, quod iste emptor census emit domum, vel possessionem, super qua census imponitur, mihi tamen. salua eius pace, id non videtur probare legem nostram, nam in principio inquit lites excusari si emptores census scirent census, quos domus & possessiones habent ab eis emptos, ita quod distinguit lex nostra emptores possessionum ab emptoribus censu, ita quod cito de emptoribus & de his censuum, emptores alij domorū & possessionū super quibus fun-

dati sunt census sese abstinere ab emendis possessionibus illis, & sic lex nostra non probat assumptum Matiençi, licet assumptum verum reputo. Ex quo quidem in facti contingentia defendi à solutione gabellæ quendam ex priuilegiatis priuilegio* de Antona Garcia in l. 33. titu. 18. infra lib. 9. inserto, nam cum ibi dicatur. *Que se escusen de alcuala de lo que vendieren de sus crianças y labranças*, Contingit enim quod vnus ex istis sic priuilegiatis plures hereditates & fundos fructiferos habebat, quos quidem suis bobus & famulis cultiabat, & ex fructibus illorum sese alebat & familiam, necessitate tamen coactus super fundis illis censum imposuit, gabellarij vero petebant ab eo gabellam census illius, ipse vero negabat debere eam ex dicto priuilegio, & quia sicut si fundos à radice vendidisset eam non debebat gabellam, quia erant, *de sus crianças y labranças*, sic & neque de censu, quia tantum minus in proprietate & usufructu fundorū illorum habebat quantum census principale & pensiones eius erant valoris & pensionis, & omne illud venditū erat in effectu emptori census, cū census constitutio emptio sit, & ex his, & alijs fuit absolutus à solutione gabellæ vna sententia & statim gabellarij destiterunt à lite, & dictum assumptum Matiençi, & text. noster, secundum quod ipse eum considerat plurimum ad hoc operatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Ratio dubitandi nostre legis n. 1. 2.
- 3 Lex nostra an in censibus perpetuis locum habeat num. 3.
- 4 Lex pœnalis extendenda est ex identitate rationis n. 4.
- 5 Lex pœnalis redundans in fauorem publicum extendenda est n. 5.
- 6 Legi prohibitiua renuntari non potest n. 6.
- 7 Publica utilitatis fauore statutum renuntari non potest 7. vbi neque iuramentum in contrarium obligat, vt ibi.
- 8 Recipiens censum contra legis nostre dispositionem an sit tutus in conscientia n. 8.
- 9 Fraus legi quo modo fit n. 9.

Lex. 4. & 5.

S V M M A R I V M.

Nullus census aliquid in pane & vino & similibus speciebus neque aliter quàm in pecunia constituatur, neque huic legi renuntari possit, sed omni modo sub pœna de qua hic seruetur.

IBI. Tributos aliquid. In tam esse hanc dispositionem testatur Soto. lib. 6. de Iusticia & Iure questione 5. artic. 2. sed pro ratione dubitandi oppono ex eo, quod quæ hunc aliquid contractum improbabant, eo motu bantur, quod primus & proprius pecuniæ vsus is est, vt per eam ceteræ res estimantur, non vt ea sit in ipsius

estimatio. l. 1. ff. de cont. emp. §. pretium. & §. item
 pretium. inst. de emp. & ven. Arist. lib. 1. Polit. capi.
 6. & lib. 5. ethicorum. cap. 5. Plinius lib. 33. nat. hist.
 capit. 1. & sic videtur minus licere emere annuos
 redditus pecunia soluendos, & sic pecuniam alia
 pecunia aestimare, & pecuniam pecunia emere,
 quam oleum vinum & alia similia quot annis pre-
 standi pecunia emere, & hoc fundamento, & rati-
 one mouentur Doct. emptionem annuorum red-
 dituum improbant, ut videre licet ex Couarru.
 lib. 3. var. c. 7. num. 2. in principio. Sed pro rati-
 one decidendi * dicendum est, ideo legem nostram
 improbare census hos annuos alquitar imponi &
 emi vini & olei & similia, non ex eo, quod non
 liceat in pecunia emi, nam id licet. ut diximus in l.
 1. supra eo. pecunia emi potest alia pecunia in vim
 census prestanda, sicut & licet calceum cum gla-
 dio vel alia re, secundum Aristot. lib. 1. poli. cap. 6
 & 7. & Diuum Thom. de regimine principum. lib. 2.
 c. 14. Caieta. de cambijs. cap. 5. Syluest. verbo vsura.
 4. q. 2. & 3. sed ideo, in presenti in ijs speciebus
 vini & olei & similia prohibetur censum impo-
 ni, quia faciliter potest in pretio venditor fraudari,
 atque ideo improbat in posterum emi simili-
 les census, & emptos reduci ad pecuniam iube-
 tur, cum huius contractus censualis alquitar iusti-
 ficatio præcipua est iustum pretium, ut l. 1. supra
 eodem diximus, & ideo iusta est nostræ legis deci-
 sio: quæ an in censibus perpetuis locum habeat ¶
 dubitabile est, eo quod lex nostra in censibus
 alquitar loquitur, & cum sit pœnalis non est ex-
 tendenda, præsertim cum geminatio tex. noster
 loquatur in eis, & geminatio arguit deliberatam
 dispositionem, & mentem disponentis ut in alijs
 quam expressis non procedat dispositio. & lex, e-
 go tamen saluo semper saniori consilio idem in
 perpetuis censibus dicerem, cum maior ratio in
 eis militet, ut pote, quia maior occasio decipiendi
 in pretio venditorem datur vbi maius debet esse
 pretium, quam in censu alquitar, & ad simile leg-
 is recurrendum est, quando aliud non habemus,
 ut per Euerar. à ratione legis larga & ampla ad
 extensionem ipsius, versi. quarto casu prin. vbi pagina.
 297. in princ. ita in simili tenent, & ex identitate ra-
 tionis * etiam lex pœnalis extenditur & procedit
 in alijs casibus quam expressis, in quibus ratio leg-
 is locum habet, ut inquit gloss. in certa, versic. sed
 nunquid in c. in electionibus, de electi. in 6. & quia
 lex nostra redundat in fauorem publicum, & in
 tali casu etiam * si pœnalis, & odiosa sit extendi-
 tur, secundum gloss. verbo alios, in c. sciant cuncti, de
 electi. in 6. Hippoli. in præf. §. diligenter. nu. 130. ex
 Bart. in l. quemadmodum num. 4. C. de agricol. &
 sensu. libro undecimo. Abb. in cap. nihil n. 9. de electi.
 In lege quinta. ibi renunciar, quod fieri non
 potest, tum quia est lex prohibitiua, cui non ren-
 nunciatur * ex gloss. l. 2. in fin. C. ne fideis. dot. den.
 & ibi omnes ita tenent, & quia vbi vertitur publi-
 ca utilitas, statutum in fauorem publicæ * utilita-
 tis non potest renunciari, neque iuramentum in
 contrarium obligat, secundum Alexan. l. 1. colu. 3
 in princ. ff. solu. matr. & bene facit c. si diligenti de
 foro comp. quæ ad hoc sic in propositum nostræ leg-
 is tenens refert Castillo. l. 68. Tax. numer. 20. v-
 bi, & querit an posito quod posset debitor re-
 ceperat frumentum, oleum & vinum, & noluit,
 an tunc ¶ in conscientia illud recipiens.

Ibi. Fraudar. Quomodo fiat fraus legi. Bald. &
 Doct. in l. non dubium. C. de legib. & text. & gloss. &
 Doct. maxime Orosium in l. contra legem, cum se-
 quentibus. ff. de legibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Pretium constitutum in presenti pro censibus no-
 uiter constitutis vendendis censetur constitui,
 non vero si vendantur iam constituti. nu. 1.
- 2 Fructus rei vendite non pro rata, sed toto tem-
 pore debentur. & sic census venditus pacif-
 ci potest quod pro toto anno emptor eorum
 eos capiat etiam si iam iam incepto anno
 emptio earum fiat. 2.
- 3 Lex nostra in censibus alquitar non vero in em-
 phyteuticarijs loquitur. 3.
- 4 Lex nostra est omnino in conscientia seruanda. 4.
- 5 Census alquitar ad respectu viginti pro millia-
 rio dabantur. 5.
- 6 Lex nostra processit ad a securandas conscientias.
 num. 6.
- 7 Rex quotiescunque per legem suam generalem
 tertio alicui præiudicaret non tenetur abhi-
 bere bonum cambium. 7.

Lex 6.

S V M M A R I V M.

Annui redditus minori pretio quam
 quatuordecim mille pro milliaro non sunt
 constituendi sub nostræ legis pœna, & con-
 stituti ad hunc numerum sunt reducendi.

Ibi. Iustitia y iustificacion de semejantes contratos
 y censos. Quæ quidem iustitia & iustificatio in
 iusto pretio consistit, ut diximus in l. 1. supra
 isto li. & ideo l. nostra tassat ac moderatur cē-
 sus hos, & pretium eorum.

Ibi. Vender ni imponer ni constituir. Geminatio
 hæc videtur multum operari prout in iure multa
 operatur, & sic in propositum nostrum produca-
 tur ex verbis ijs effectus, ex quo intelligamus tan-
 tum loqui in censibus de nouo ¶ constituendis, vel
 ad reducendum constitutos ad pretium nostræ leg-
 is, non vero loquatur neque procedat in cēsis
 iam constitutis respectu pretij quatuordecim mil-
 le pro milliaro, qui quidem si per dominum eo-
 rum vendantur emi poterunt pro minori pretio
 horum quatuordecim mille, sicut potest emi pal-
 lum aut liber vnus minori pretio quam emptus
 sit, ut in propositum nostræ legis tenuit Nauarro in
 capit. 28. Hispano, in additione ad ca. 23. numero 82
 fol. 55. in paruis, & hanc etiam opinionem nouissi-
 me secutus est Olanus, in concordia Antinomiarum.
 litera. A. num. 113. cum tribus sequentibus.
 Contrarium tamen tenuit Medina, in summa sua.
 fol. 146. pagina secunda, in paruis, nisi secundum cum
 ibi census ille esset diminutus, vel quia debitor ef-
 fet homo fallitus, & rixosus & bona super quibus
 erat constitutus essent deperdita, & in effectu ista
 eandem

eandem conclusionem tenuit ipsemet Nauarrus, in *manuali Latino d. c. 23. nu. 9. in fine*, dicens ita tenere nunc propter motum proprium Pij V. De los censos, cum ipse motus proprius nihil super pretio disponderet, sed quia vidit hanc esse veram opinionem, nam cum lex nostra censibus ijs alquitur pretium iustum constituerit, nullo modo est id diminuendum si vendatur à principio, siue iam cōstitutus, cum in conscientia nemini liceat in vno nummo alium damnificare, nisi vt dixi census ipse sit male securus, & ita ego hanc sequor, & legis nostræ ratio cum in omnibus locum habeat, non obstat huic opinioni, & sic quamuis in *c. 93. curiarum de Madrid anno 1573.* fuit perita declaratio super hoc ob diuersas opiniones tam iuristarum quam theologorum nihil prouisum fuit, sed tantum responsum quod domini de consilio super hoc inter se disputarent, & regem ac dominum nostrum consulerent, vt ipse prouideret id quod conueniret. Est tamen aduertendum quod inquit Couarruu. *lib. 1. variar. cap. 15. num. 2.* quod cum fructus rei venditæ, secundum eum ibi non pro rata, sed pro toto tempore debentur anni, quod si in medio anni vēdis mihi * censum iam constitutum potero pacisci, quod fructus totius illius anni mihi pertineant, & est optimum verbum si verum esset.

Ibi. *Censos.* De redimibilibus, & sic de censibus venditis, & impositis per aliquem in pecunia numerata super rebus suis loquitur lex nostra, nō verò in § emphyteoticarijs, secundum *Mexiam in pragmat. panis conclus. 6. num. 130.* quicquid velit Olanus in *concordia Antinom. litera A. nu. 107.* & per consequens motus proprius Pij V. de censibus, non habebit locum in emphyteoticis, in alijs tamē censibus perpetuis, qui non essent emphyteotici, lex nostra locum habet, vt super ea supra remanet dictum.

Ibi. *A menor precio de araxon de catorze mil el millar.* Iusta fuit eius dispositio, nam ante eam minoribus multum pretijs census ij constituebantur, quod erat iniquum & iniustum, & per consequens lex nostra est omnino in cōscientia per omnes obseruanda, † prou. ad eā inquit Nauarro, in *di. c. 28. manualis in glossis supra proximis* per me allegatus. Et sic iam non est quid disputetur de iusto pretio horum censuū, prout antea disputabatur per DD. per me allegatos in *l. 1. supra eodem*, & per Tiraquel. de *viroqueret. tit. 1. §. 1. gloss. 6. numero 16. & 17. cum sequentibus*, vbi inquit † quod ad respectum viginti p̄o millario dabatur ij census, relatum per Villalobos, in *arario litera A. num. 153.* vbi ex Bertrando *conf. 218. num. 6. lib. 3.* communem hanc dicebat, ex lege tamen nostra iam est pretium determinatum, ita vt dubitationi nullus locus relinquatur. Et in censibus ad vitam constitutis an idē sit, supra in hoc titulo diximus & inseruimus nouam legem & pragmaticam pretium ijs censibus de porvida constituentem.

Ibi. *Mandamos que sean reduzidos.* Sed nonne princeps, & rex circa dominium auferendum subditis suis honorum suorum de iure impotēs reputatur ex dictis per nos, *l. 1. tit. 1. lib. 4. supra*, & in pluribus alijs locis, quomodo ergo potuit in præfentibus quæsitum diminui, & reduci ad minores redditus, & dicendum est quod propter bonum commune & publicum id factum fuit, & ad afferandam † conscientias, quæ in minimis pretijs

constitutis periclitabantur, vt ad eam considerat *Mexia, in dicta pragmatica tassa panis, conclus. 6. numero 80. folio 110.* & hæc fuit principalis ratio dispositionis nostræ legis, & tunc non tenetur rex soluere bonum cambium * eo quod per legem nostram generalem id fit, vt late probat *Parisius consil. 1. num. 46. lib. 1. & Deci. in c. qua in Ecclesiarum 21. de constit. Matienço in suo dialogo relat. 4. p. cap. 12. num. 3. & hic in gloss. fi.*

S V M M A R I V M.

† An dispositio huius legis habeat locum in censibus perpetuis, vitalitijs & alijs bene intelligitur cum ampliationibus & limitationibus de quibus hic. *num. 1. 2. & 3.* Et quomodo fraus & dolus in isto contractu intelligitur. *num. 4.*

Lex. 7. & 9.

S V M M A R I V M.

Census perpetui in pane, & vino, et alijs speciebus constituti in locis in presente lege designatis, reducendi sunt ad formam redimibiliū, et ad quantitatem eorum, secundum quod lex nostra disponit, et idem in censibus vitalitijs disponitur in lege noua, infra eo.

Ibi. *A lo proueydo por la ley. 4. deste titulo.* Vbi diximus aliqua & inter ea dubitauimus, an lex illa haberet locum in censibus perpetuis, & tenui quod sic, & nunc vides legem istā pro dicta mea opinione facere: * nam licet lex nostra localis videatur, idem tamen dicendum est in locis, vbi militat eadem ratio, ex dictis per nos in *rubric. tit. 4. lib. 3. supra*, imo & plus probat lex nostra, scilicet, quod etiam si constituantur in perpetuum, nihilominus redimibiles censendi sunt, quasi perpetuitas hæc in fraudem dispositionis *dict. l. 4. supra eo.* constituta sit: nam cū pro constitutione horum censuum pecuniæ dentur, præsumendum est perpetuitatem in fraudem dictæ legis quartæ constitui: & idēo nihil prodesse debet, sed obesse potius; † in censibus tamen emphyteoticis, scilicet, cum res aliqua immobilis datur in censum emphyteosim non habebit locum lex nostra: quia differūt multum ab ijs cēsis, sub pecuniæ præstatione cōstitutis, prout post hæc scripta vidi assertum in proposito *d. l. 4. supra eo. per Fel. in tract. de censibus. libro secundo. cap. 1. n. 42.*

Ibi. *Sobre el engaño, o iniquidad deste contrato.* † Nā licet visus sit licitus cō in *l. 3. var. c. 1. o. n. 3.* Frācigno tamē in *tracta. de usuris. quest. 21. num. 215. relato per Anto. Gomez in tract. de censibus, posito post expositionem Bullæ Cruciatæ. cap. 2. num. 8.* aliud visum est, & per leges nostras hic & in *d. l. 4. supra eo.* est explicatū, & idem in censibus vitalitijs in *d. l. 9. infra eodem* statutum est,

S V M M A R I V M.

- 1 *Assignatur census vitalitij pretiū iustum, 1.*
- 2 *An pretium census debeat esse in pecunia numerata, vel in alia specie sufficiat, num. 2.*
- 3 *Contractus census est nullius momenti, si in pecunia numerata non constituatur, n. 3.*

Lex 8.

S V M M A R I V M.

- 1 *Pretium iustum censibus vitalitij per legem nostram constituitur nouissime.*

I Bi. *Que el precio justo.* In rubr. istius tituli dubitavi super iustificatione horū censuum vitalitium, ob paruitatem pretij pro eo constitui soliti, & cū in hac permanere dubitatione, & desiderare legem pretiū eis cōstituentē, prodijt in lucē lex nostra iusta & rationabilis: nā ante eā, ita vilia pretia cōstituebantur pro vna, duabus & tribus vitis, quod me reprimebant super eorū iustificatione & pretio iusto consiliū præbere, & quādo à me petebatur cōsulebam non emi, nisi iusto pretio habito respectu annorum, ac vitæ illius super cuius vita constituebatur.

- 2 *Ibi. Todo el dinero de contado. † Et sic nō sufficiet in alio, quā in pecunia numerata pretium solui: nam licet pecunię appellatione res omnes significantur, ex l. pecunia. ff. de verb. sig. l. quaro. ff. de iur. doti. l. pen. c. de const. pecu. Tamen quando dicitur in pecunia numerata, debet in pecunia solutio fieri: & non in alia forma, aut specie. l. si quis. ff. de re iud. Numerare enim pecuniā est computando præsentem dare pecuniā. l. offic. ibi pecuniam que ex pretio redacta est ei numerari. ff. fami. ercisc. l. cum in debitu impuberis nomine tutor numeraueris, impuberis conditio est. ff. de cōd. inde. l. si. ff. de cond. sine cau. l. 3. in fine. ff. de in re ver. Reb. in l. & sibi videri. 203. §. numerarent. in si. ff. de verb. sig. pag. 905. in princ. & ideo dixit tex. noster. Dinero de contado. Et quia quoties in lege, vel statuto fit mētio de pecunia numerata, debet in numeris solutio fieri. l. si ventri in fin. ff. de priuil. cred. & ita in statutis, & dispositionibus debet propriè, & strictè intelligi, secundum Reb. in d. l. pecunia. 4. ff. de ver. sig. pag. 51. versi. ad hac. & id clarius colligitur ex lege nostra, cum excluderit in verbis præcedentibus fieri solutionem horum censuū vitaliū in argentea, vel aurea materia laborata, vel in suppellectilibus, & alijs estimatis rebus, & in verbis seq. ibi. Sin interuenir otra cosa quo no sea dinero de contado. Et sic præsentē pecunia in prin. contractus, vt denotant illa verba. *Y quente al principio.* Pecunia enim præsens est, quæ ad manū est, ex l. cū hi. §. causa. ff. de transact. tradit. Rebus. d. pa. 5. ver. pecunia præsens. Ex quibus infero, quod vt contractus censualis valeat, debet omnino pecunia numerari in princ. contractus, & tabellio fidem de hoc facere, neque sufficeret probare pro validatione pecuniā antea verè debitam, licet ne iudicaretur cōtractus vsurarius, vel illicitus bene sufficeret circa cēsus alios, secundū Salazar, de usu & consu. c. 8. n. 45. versi. sed non parū. & nouissime Ludo. à Carbone. de resti. 9. §. 8. pag. 398. in paruis. & Ant. Gom. in d. tracta. de censos. c. 3. in 4. condi. n. 15. cum seq. nō tamē quoad*

validitatē census vitalitij, nā quoad hoc nullus erit si non cōstiterit in pecunia numerata, * & præsentī solutū esse iustū pretiū, eo quod lex nostra si aliter fiāt eos repr. bat & inuvalidat: inquit tamē ibidē ipse *Ant. Go. n. 12. ve. 1. vt procedat, quod lex nostræ similis pecuniā numeratam requirens in cōtractū cēsuali, prout requiritur motu proprio Pij V. super censibus, habet locum in cēsū nouiter constituto, secus in antea creato, nā iste poterit emi, quamuis pretium non appareat in pecunia numerata, prout in expresse asserit Magis. Lopez in suo instruct. negotian. libr. primo. c. 57. versic. in contrarium est pag. 227. quod verum reputo: dum tamen probetur pretium iustum esse solutum respectu ætatis & salutis illius super cuius vita constitutus erat, non tamen si in iusto prætio, ex dictis per nos in l. fin. nu. primo huius tituli. 15. de lege. 9. in lege septima. supra eo. dictum est.*

S V M M A R I V M.

- 1 *An proprius Motus Pij V. super creatione census sit in Hispania in viridi obseruantia, num. 1.*
- 2 *Intelliguntur extrauagantes Martini, & Calixti, num. 2.*
- 3 *Contractus census redimibilis est vera emptio & venditio, & quomodo hoc intelligatur. n. 3.*
- 4 *Non requiritur pecunia numeratio, ubi non obseruatur proprius Motus Pij V. numer. 4. in contractu census.*

Lex. 10.

S V M M A R I V M.

Motus proprius Pij V. disponens census redimibiles esse imponendos & consignandos in pecunia numerata in ijs Regnis non est receptus, sed potius ab eo supplicatis per Regium fiscalem.

I Bi. *Con dineros de presente.* Sed nonnē idem per *Extrauagan. Martini Quinti in communibus. sub tit. de empti. & vendi.* statutum erat, ibi, ipsi venditori tunc integraliter in pecunia numerata solui consueuerat: ponderando dictionem illam, tunc, & sic tempore contractus ipsi venditori soluebatur numerata pecunia: dictio enim illa, tunc ita videbatur demonstrare, neque obstare videbatur responsio *Soti, infra allegandi* dicētis, quod licet in narratione *Martini Quintus* * hæc apponit verba, non tamen in approbatione, & decisione posuit: non inquam obstat hæc responsio, quoniam proœmium, & supplicatio id continens videtur idem continere in responsione, & decisione, eò quod decisio secundum supplicationem intelligitur, & talia sunt disposita, qualia narratio demonstrat, referensque inest in relato cum omnibus suis clausulis, & cōditionibus: & quia in decisione *Mar. ib.* meminit de dictis in præfatione, & ad dictā formā cōtractus se retulit, & sic etiā de nume-

de numeratione pecuniæ videtur in approbatione meminisse: ite quia dictio illa, tunc, adiecta verbis illis sequentibus, integraliter in pecunia numerata solui consueuerat, denotat extremitatē temporis & casus, & ad expressa videtur restringere dispositionem l. 4. §. fin. ff. de cond. & dem. l. huiusmodi. ff. de verb. oblig. not. Decius, respons. 1. n. 23. & 24. vol. 1. importatque conditionem, ut non secuto eo casu, vel illis casibus, quos reperunt ipsæ dictiones, dispositio locum non habeat, ut pulchrè per Aret. in l. si quis ante, n. 3. col. 1. vers. praterea, ff. de acq. poss. & eo relato, idem Decianus resp. 9. n. 40. eo. vol. 1. & iterum in cons. 64. n. 8. vol. 2. Ex quibus hanc conditionem necessariam pro huius census redimibilis iustificatione esse tenuit Francigenus ille, in tract. de usur. nu. 355. quem refert Anton. Gom. in tract. de censib. n. 12. posito post explicationem Bullæ Cruciatæ, & Michael de Palacios lib. 4. praxis Theolog. contr. cap. 6. p. 309. col. 2. & pag. 310. col. 1. & eo relato nouissimè Felicianus in tract. de censibus l. 1. c. 8. nu. 11. & 12. & Magist. Lopez in suo instruct. negotian. lib. 1. cap. 59. vers. praterea licet cum seqq. pag. 232. & Virginius de Boccacis in tract. uti posside. c. 18. de censibus, n. 21. 56. & 57. Igitur lex nostra malè constituta videtur: Quod utique non videtur asserendum, cum à Principe Christianissimo, & ab eius senatu constituatur: tunc quia Dominicus Soto, vir alioqui tam Christianus, quam pius ac doctus, cōtrariam tenet opinionem in lib. 6 de iust. & iure qu. 5. art. 1. col. pen. duplici ratione: tū quia in approbatione & dispositione Martinus V. nihil de hoc disposuit: tum etiam, quia contractus censualis redimibilis † cōtractus emptionis & venditionis verè & realiter est, ut pluries in dict. Extranag. Mart. V. expressum est: ergo sicut in exēptione emi potest pecunia credita, vel saltem confiteri pecuniam esse solutā, licet de presenti non apparet, eo quod antea eius solutio facta fuerat, sic & in cēsu isto redimibili fieri poterit, quibus de causis hāc etiam cum Soto tenuit opinionem Salazar in tract. de usu & consue. c. 8. n. 45. vers. sed non parū. vbi respondet dicto motui proprio Pij V. contrarium disponentis, & in effectu idem tenuit Anton. Gom. vbi sup. n. 14. vers. quare ergo, cum seq. vbi in vers. 18. id intelligit, quoties venditor census in effectu ante cēsus constitutionem receperat pecuniam illi æquivalentem: tescus hī nec pecuniam, nec rem aliquam æquivalentem receperat habebat. Et pro hac etiam opinione adest Bulla Nicolai V. Pontificis maximi edita anno 1452. Regi Alfonso Aragonis & aliorū regnorum missa, in qua in ijs Hispaniæ partibus census ij approbantur, ut inquit Paris. cons. 75. omnis difficultas, nu. 30. vol. 4. & eo relato Tyber. Decian. resp. 2. n. 77. vol. 1. vbi nullum verbum adest de pecunia numerata, neque de fide præstandā à tabellione de tali numeratione, quam Bullam refert Ioan. Baptif. Lupus, in tract. de usur. commentar. 2. §. 2. n. 57. vol. 7. tract. DD. licet ipse ibidē suspectā eam reddat, tamē sicut potuit in alijs partibus per Martin. V. & Calixtū III. approbari cōtractus hos censuales redimibiles cū cōventionibus ibidē assertis, ob longā consuetudinē eos conficiendi in pecunia numerata: ita & potuit Nicolaus V. approbare in partibus Hispaniæ, secundū eius longā cōsuetudinē hos eosdē census redimibiles nulla facta mentione, & fide de numeratione presentis pecuniæ, & sic ijfice de causis, & præsertim attēta dicta Nicolai V. Bulla credo regiū fiscalē supplicasse à dicto mo-

tu proprio Pij V. numeratā pecuniā requirentē cū fide ac testimonio tabellionis: † & sic vbi nō vsitatur motus hic proprius Pij V. nō est necesse pro iustificatione huius cēsus numerari pecuniā, neq; de numeratione fidē fieri per tabellionē, vbi tamen vsitaretur, ut inquit Magis. Lop. vbi sup. id omnino seruadū esset. Et ultra omnes dico, quod dicti DD. primæ opinionis, & præsertim Felician. vbi sup. non indistinctè asserunt suam opinionē, sed tunc demū cum habita fide de pretio soluēdo constituitur cēsus hic redimibilis, tunc enim quia emptor vult lucrum consequi, & sic pensionē sibi solui, non utriusque licitū id esset, cum venditor vsque tūc nullam receperat haberet pecuniam, sed in posterum erat recipienda, sed quoties non habetur fides de pretio in posterū præstando, sed confiteretur venditor census antea pretium integrè & realiter recepisse ab emptore, vel alio nomine eius, & in comprobationē huius veritatis renuntiat exceptioni non numeratæ pecuniæ, & hoc sine figmento aliquo, vel fraude fit, tunc utique census talis iustus esset, & seruandus, & intentioni Martini, Calisti ac Pij V. non esset contrarius, ut optimè aduertit Salazar, vbi supra, & Anton. Gom. d. n. 14. in fin. cum seqq. Secus si fraudulenter & fictitiè id assereretur, & cum mendacio, nā tunc illicita & vsuraria esset talis cēsus constitutio: & sic ijs causis & rationibus iustificatur lex nostra, sub correctione Sedis Apostolicæ, & aliorum melius me sentientium, quorū discretionē & correctionē in omnibus me submitto.

S V M M A R I V M.

1 Finalis ratio huius legis intelligitur, & qua de causa reformatio anni facta fuit, num. 1.

Lex. II.

S V M M A R I V M.

Ordo habendus in reformatione anni, & eius dinumeratione tā quoad festa, quā quoad instrumentorum confectiōnē, & debitorum solutionē describitur à lege nostra.

ET lex hæc cum clara sit, commentatione non eget, sed solummodo consideratione aliqua, scilicet, quod cum tēpus sit quoddam horologiū, quo cū gubernatur vita humana, & tractu tēporis sicut horologiū paulatim consumptum, vel rubigine detentum horas diei prolongat, vel minuit, licet & tempus prolongatum ita iam erat, ut festa & Pascha debitis temporibus non celebrarentur, quā de causā retrò restrictus fuit annus, & per decem dies conuersus est retrorsum ex mandato sacro sanctæ Matris Ecclesiæ, & eius Rectoris ac Pōtificis Gregor. XIII. maximi in toto orbe gubernatoris: Et consequenter per Regem nostrum attento tenore dictæ dispositionis redacta sunt instrumenta, & solutiones debitorum ad debitum tempus, ut nemini nouus hic ordo nocere posset.

S E Q V I T



SEQVITVR TITVLVS XVI.

De los contractos, obligaciones, y fiancas, y deudas, y cesion de bienes que hazen los deudores.

Intulis præcedentibus dictum est, de quibusdam contractibus in specie, nunc autem de contractibus & obligationibus in genere in hoc titulo agitur, & quia fideiussiones, generales contractus dici possunt, eo quod omnibus alijs specialibus adaptari possunt, ex contractibusq; cesiones oriuntur propter impotentiam soluendi & adimplendi contractus, & in eis contenta, ideo post titulos superiores subsequitur noster.

S V M M A R I V M.

- 1 Lex nostra an in fideiussoribus loqueretur, dubitatur in n. 1. in num. 4. discutitur.
- 2 Fideiussores plures de iure civili in solidum tenebantur, iure verò nostro pro rata, n. 2. ubi limitatur aliquibus modis.
- 3 Beneficium diuisionis licet olim competeret fideiussoribus ope exceptionis, hodie tamen cõpetit ipso iure, 3. adeo vt vnus non teneatur pro alio vt ibi.
- 4 Hodie ex lege nostra duobus in solidum obligatis vnusquisq; tenetur in solidum, neque cõpetit remediũ diuisionis, 4. & ibi quid si dicatur quod à quolibet eorũ possit recuperari debitũ
- 5 Quoad creditores vnus debiti non censetur facta diuisio, sed vnusquisque totum debitũ possunt recipere, 5.
- 6 Socius habet in solidum mandatũ ad recuperandũ debita societatis, 6. in vtilibus, vt n. 7
- 7 Socius an possit prorogare solutionem, ita vt socio noceat, 7.
- 8 Creditor recipiens partem ab vno ex debitoribus in solidum obligatis, censetur inter eos debitum diuidere, 8. nisi vt ibi.

Lex Prima.

S V M M A R I V M.

Duobus simpliciter pro debito aliquo obligatis, tenetur vnusquisque pro dimidia, nisi adiecta sit in solidum obligatio, & est optima & singularis, & non mediocris difficultatis, pro mei tamen ingenij paruitate eam declarare conabor.

Ibi. SI DOS PERSONAS SE OBLIGAREN. De fideiussoribus ¶ simpliciter se obligantibus lex nostra est intelligenda, prout & loquitur l. octaua, titulo duodecimo, partia quinta nostra similis, nam in duobus reis principaliter obligatis, hoc statutum erat iure communi, vt quilibet censeretur pro parte obligatus, vt l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duobus reis, fideiussores autem de iure civili simpliciter obligati in solidum tenebantur vt infra dicitur, atque ideo si in duobus reis lex nostra intelligeretur, necesse non erat iuri communi derogare, prout derogat, ibi. o embargante qualesquier leyes del derecho comun. Et sic lex in fideiussoribus tantum loquitur, in quibus, vt diximus, contrarium disponebatur, vt in solidum tenerentur etiam si ad id non obligarentur expressè, & ita legem nostram intellexit Gregorius, in l. octaua, verbo cada vno paulo post princip. titulo duodecimo, partit. 5. & Villalobos in antinomia iuris ciuilibus & regij litera F, numero 14. & ibi Olanus, super eo. in concordia antinom. dicta litera F. numero 35. dum eam ad materiam fideiussorum applicant. Ego tamen teneo vt in duobus reis locum habeat lex nostra, vt in gloss. sequente dico.

Ibi. Cada vno por la mitad. Iure ciuili fideiussores etiam simpliciter obligati * in solidum tenebantur, ex l. inter fideiussores, ff. de fideiussor. l. non rectè. C. eo. §. si plures, inst. eod. l. 1. C. de constit. pecu. ex lege tamen nostra si simpliciter obligantur, pro dimidia tantum tenentur si sunt duo, & si sunt plures, tenentur pro rata, prout & in dicta l. 8. tit. duodecimo, part. 5. disponebatur nostra similis, quam ad hoc allegauit Olanus, vbi supra, numero trigesimo-quarto, quod limitatur primo vt non procedat, quoties in solidum obligantur, ex l. nostra, & dict. l. 8. titulo 12. partia quinta. Secundo non procedit in fideiussoribus tutorum, qui non implorant hoc beneficium diuisionis, licet tutores implorent, l. final. ff. rem pup. sal. fore, l. prima, §. nunc tractemus, ff. de tutel. & ratio. dis. tertio non procedit in fideiussore fideiussoris,

iusoris, *l. si plures §. finali. ff. de fideiussor.* Quarto quando ceteri fideiussores soluendo non sunt tempore litis contestatae, *ut in §. si plures, insti. de fideiuss. d. l. 8. titul. 12. partit. 5.* Quinto fallit quando eiusdem summe sunt fideiussores, sed non eiusdem debitoris, *l. si à Titio. ff. de fideiuss.* fallit sexto quando inficiatur *l. si dubitet §. ita ff. de fideiuss.* & has quinque ultimas tradit limitationes *glos. partes, in d. §. si plures, insti. de fideiuss.* & *ibi Nicol. Bellon, numero 9.* & sequentibus latiori stylo prosequitur & addit aliam, septimo fallit, nisi fuerit huic beneficio renuntiatum quoniam tunc quilibet tenebitur in solidum, *Bar. & DD. in l. si testamentum §. pen. ff. de fideiuss. Ant. Gom. to. 2. c. 13. numero 15. in si. Hippol. in rubrica. ff. de fideiuss. numero 27.* Sed hoc licet de iure communi ita esset in duobus punctis scilicet quod fideiussoribus simpliciter obligatis, ut in solidum posset contra eos actio dirigi requirebatur renuntiare huic beneficio diuisionis, aliter enim si presentes essent & soluendo pro parte sua erant tantum conueniendi, & ideo tabelliones maiori cautela eos obligabant, scilicet tanquam fideiussores & principales debitores ex alieno debito suum proprium facientes renuntiando dicto beneficio diuisionis, & *auth. presente, hoc ita de duobus reis,* hodie tamen, non est necessaria dicta renuntiatio, sed potius *ex l. nostra, & ex d. l. 8. titul. 12. partit. 5.* tenendum est, quod si fideiussores plures sese in solidum obligauerint in solidum conueniri poterunt, etiam si dicto beneficio diuisionis epistolę diui Adriani non renuntient, item & secundo quod etiam si dicto beneficio hodie renuntiet dicti fideiussores, nisi in solidum se obligauerint, non poterunt in solidum conueniri, sed tantum pro parte, & hoc est quod *d. l. 8. & maxime lex nostra volunt, quantumuis obscure in ijs loquantur sic volentes, Gregorius, d. l. 8. & Matienço hic glos. 2. num. 5. & iterum glos. 3. & Villalobos, in d. Antino. iuris civilis & regy litera F. numero 13. & 14. vbi supra eo, Olanus, in d. concor. Antono. eadem litera F. numero 33. & 34. & 37.* vbi ipse inquit ex hoc inaduerter, ac superflue tabelliones idiotę in huiusmodi fideiussionum instrumentis has renuntiationes inculcare, sed cum de consuetudine id habeant, & in notulis suis scriptum difficulter illis hoc persuadebis, & abundantem cautelam non nocere aiunt, octauo limitat nostram legem *Matienço hic glossa. 2. num. si. nisi alter fideiussorum in solidum soluat, quia non poterit à creditore repetere, quod pro alijs cõfideiussoribus soluit, neq; facta in solidum solutione per eum poterit virtute huius exceptionis de diuisione repetere tanquam indebite solutum, neq; alio modo, neq; ab alijs exiget cõfideiussoribus, nisi is pro quo fideiussit soluendo non sit, §. si plures, insti. de fideiussor. Bar. l. si testamento §. pen. & ibi DD. communiter ff. eo. Anto. Go. to. 2. c. 13. numero 15. in fine,* quod intelligo nisi creditor cesserit actiones tuas contra alios confideiussores, secundum *tex. & formam eius in l. 11. tit. 12. p. 5.* aliam iuris communis correctionem *ex lege nostra ad ius commune & ex d. l. 8. titu. 12. p. 7.* collegerunt *Villalobos, d. litera F. numero 13, & clarius Olanus ibi d. litera F. numero 35.* scilicet, quod licet de iure communi beneficium diuisionis competeat fideiussoribus ope exceptionis & facto iudicis, hodie competit ipso iure, † *ex dicta. l. 8. & ex nostra, etiam*

si exceptio non opponatur de diuisione, si alij confideiussores essent soluendo tempore motę litis, idem *Gregorius in d. l. 8.* Idem *Olanus, vbi supra numero 36.* aliam *ex lege nostra* constituit iuris antinomiã, scilicet, quod *per d. l. 8. tit. 12. p. 5.* probatur quod si confideiussores aliqui soluendo non sint, ille qui est soluendo conuenietur & soluetur in solidum, hoc enim, inquit *Olanus, ibi* corrigitur per *tex. nostrum* secundum quem cum vnusquisque fideiussorum non teneatur nisi tantum pro virili & sic pro parte sua, & inter eos à lege nostra est facta diuisiõ, non debet vnus teneri pro alio, etiã si alius non sit soluendo, quod & fortifico *ex tex. nostro,* nam cum hic æquiparetur casus in quo fideiussores simpliciter obligantur, ut inter eos si duo sint pro dimidia vnus quisque; teneatur, æquiparetur hic inquã casus casui sequenti, videlicet, cum expresse declaratur pro qua vnusquisque parte obligatur, & in hoc ultimo casu non est fideiussor obligandus ultra id quod ipse voluit se obligare, ita ut pro alio confideiussore, qui soluendo non est conueniri non potest, *secundum Bald. in l. fin. colu. penul. C. de usur. rei iud.* quoniam obligatio fuit diuisa & taxata per pactum, *ex l. fideiussores magistratuum §. Aurelio. ff. de fideiussori. & faciunt dicta per Angel. consi. 286. numero 2. & in specie tenet Gregorius, in d. l. 8. glo. si. & Matienço, hic in glo. 4.* si ergo in hoc casu fideiussor solus pro illa parte, pro qua expresse se obligauit, tenetur, non vero pro parte confideiussoris etiam si soluendo non sit, ergo neque in primo casu cum simpliciter obligantur debet obligari ultra suam dimidiam, etiã si confideiussor non sit soluendo, cum æquiparatorum eadẽ debet esse ratio, & iuris dispositio, & est singularis declaratio ad legem nostram & ad dictam *l. 8.* correctio in hoc, veruntamen licet in secundo casu, cum vnusquisque fideiussorum expresse declarat pro qua tantum parte fideiubet & non pro alia, hæc declaratio vera esset & tenenda prout eam verã credo, in primo casu, cum simpliciter fideiubent, durum videbitur in practica, quod fideiussor, qui est soluendo non teneatur pro parte illius cõfideiussoris, qui soluendo non est secundum dispositionem dictę *l. 8. titulo 12. partit. 5.* & sic in hoc casu dubito an dicta declaratio in practica obtinebitur, nam licet in eo lex nostra diuidat per medium obligationem inter hos duos fideiussores, vel inter plures pro virili, ipsi eam expresse non diuiserunt expressando se nolle teneri nisi pro tali parte, & sic nõ est intelligendum tunc ius commune, & dictam *l. 8.* corrigi specialiter prouidentes tunc qui soluendo est teneri pro alio non soluendo, sed potius declaranda lex nostra ut in tali casu cum simpliciter obligantur, vnus pro alio non soluendo teneatur, quod secus si expressa fuit quantitas pro qua vnusquisque obligatur, & voluit se & non amplius obligare, neque est censendum specialem dispositionem per generalem corrigi, quæ sunt notanda, quia sunt meæ & nouæ considerationes, & per neminem sic declarata dictę Antinomiæ. Sed quia *in glossa. 1. istius legis* diximus, solum loqui in fideiussoribus, cum lex nostra ius commune corrigere † vult, quo attento duo rei obligati simpliciter pro dimidia obligari censebantur, *ex l. reos §. cum in tabulis ff. de duobus reis,* & sic in duobus reis videbatur legem nostram

nihil disposuisse, vt *ibidem* allegaui Hispanos nostros sic tenentes, ego tamen semper tenui, & nunc teneo legem nostram etiam in duobus reis simul obligatis loqui, tū quia licet de iure communi idem disponderetur, de superfluitate redargui non poterat, cum circa fideiussores plurima noua disposuerit, vt ex dictis patet, tum etiam quia ex *Aurhen. hoc ita C. de duobus reis*, disponebatur, quod quantumuis duo rei essent simul & in solidum obligati non tenebantur nisi pro parte si presentes essent & soluendo, vt & *tradebat Antonius Gomez, tomo. 2. Variar. cap. 12. numero 2.* quod tamen ex lege nostra corrigitur, quia si insimul & in solidum sunt obligati etiam si presentes sint & soluendo, potest vnusquisque eorum in solidum cōueniri, cū protestatione faciendā, & quæ quotidie fit, quod vnica solutione per quemlibet eorum facta creditor erit contentus, igitur lex nostra etiam in duobus reis, loquitur, & in eis verificari potest, prout voluit significare, *Duenas in regula. 335. limita. 19.* & melius Doctor Gutierrez, in tracta. de Iuramento Confirmat. 1. parte cap. 23. numero 10. per totum, vbi & fortius ipse tenet quod lex nostra in fideiussoribus non procedit, ne totam fideiussorum materiam corrigamus, & mihi cum ipso aliquando sic visum fuit, dum ad inuicem de ijs disceptaremus inter nos, verumtamen, quia lex nostra generaliter loquitur, & nihil distinguit inter vnus, & alios, fideiussoresq; ita obligantur ex parte sua, sicut duo rei ex sua, teneo quod lex nostra in omnibus loquitur, in hac tamen dubietate tabelliones non inepte facient si renuntiauerint in instrumentis dictis exceptionibus diuisionis, & iuribus eorum prout quotidie renuntiant.

Ibi, *Insolidum*, iure ciuili etiam si rei debendi se insolidum obligabant non tenebatur nisi pro parte, & vt poterant dicta exceptione diuisionis & similitium, si ei non renuntiabant, vt in hac lege dictum remanet & limitatum, ex lege tamen nostra & ex dictis in hac lege remanet correctum, ita vt si insolidum obligentur rei insolidum teneantur etiam si non ⁊ renuntient dictis beneficijs, quod si simpliciter obligantur pro virili teneantur neque sit opus opponere de exceptione diuisionis, & itidem in duobus reis id fit etiam si sint presentes, & soluendo quod vnusquisque eorum possit insolidum conueniri si insolidum se obligauerint, neque possint vti dicto remedio diuisionis etiam si ei non renuntiauerint, & hæc nostri text. vera & germana declaratio ac verus & literalis intellectus. Sed an idē erit quoties quis non dixit quod insolidum obligabatur cum alijs sed plures dixerunt & se obligarunt ad solutionem certæ quantitatis, & quod à quolibet eorum posset recuperari, quo distributio mediante quilibet in solidum censebatur obligatus vt per *Tiraq. de retract. tit. 1. § 31. numero 11.* & *Parisi. consilio. 49. num. 4. & 5. vol. 2.* & dicendum est quod idem erit, neque per tex. nostrum ita exacte requiritur obligatio in solidum, per verbum hoc in solidum, quin si alijs verbis in solidum denotantibus aliqui obligentur, idem sit, ac si expresse per verbum hoc in solidum se obligassent, notandum etiam est quod quoad creditores duos aut plures pro vnouer debito ius habentes non procedit lex nostra, quoad eos enim non censetur fa-

cta diuisio ⁊ vt per partes recuperent debitum illud, sed potius ius antiquum quoad eos remanet in suo esse, in quibus est decisum quod vnusquisque eorum potest in solidum petere debitum etiam si expresse non dicatur, secundum glo. *cedere. in fin. in Auth. de duobus reis in princi.* vbi *Barro. numero 5.* dicit eam menti tenendā pro limitatione text. *ibi, & in Aurhen. hoc ita C. de duobus reis faciuntque dicta per Auend. c. 12. prout. numero 15. lib. 2.* & quia socius habet insolidum mandatum ⁊ ad recuperandum debita societatis secundum *Rebus. 2. tom. constit. Fran. titu. de mercat. & nego. artic. si. glof. vni. numero 25. & probat. l. 6. titu. 10. part. 5. Rip. l. serui electione. §. Labeo ait numero 16. de leg. 1. & ibi Alex. & Ias. in l. quo minus ff. de flumin. a numero 158. vsque ad. 163. & Orosi in l. si vnus in principio ff. de pact. col. 850. in prin.* Et an socius possit prorogare solutionem, ita vt socio ⁊ noceat, vide *Bar. in l. ex duobus 2. numero 27. ff. de duobus reis, & Roman. cons. 209. numero 3. Ronchegalle, in tract. de duobus reis, sub l. eandem §. sed si prin. ff. de duobus reis numero 26. cum pluribus seq. vbi inquit quod nocebit socio pro parte sua, nisi ipse consocius sciuisset, & non contradixisset, vt ibi per eum, & faciunt dicta per *Felinum, in c. cum olim. numero 17. de offi. del.* nam licet socius censeatur habere mandatum, id verum in ijs quæ sunt vtilia socio, secundum *Ripam, vbi supra.* Est tamen verum quod si creditor ab vno ex debitoribus recepit partem, censetur inter eos debiti solutionem diuidere ⁊ etiam si in solidū essent obligati, nisi protestetur quod recipit saluo iure solidi, secundum *Boeri. decisio. 310. numero 8.* & hæc pro lege hac, quæ meo videri difficilis erat, sed ex dictis remanet clara.*

S V M M A R I V M.

- 1 Iure canonico oritur actio & obligatio ex pacto nudo. numero 1.
- 2 Actio efficax & obligatio oritur etiā si quis nutu vel humeris annuat. 2. vbi & quid in surdo.
- 3 Muto & surdo à natura datur curator sicut minori. 3.
- 4 Hodie quamuis inter interrogationē & responsionem transeat magnum interuallum nihilominus oritur actio & obligatio. 4.
- 5 Promissio de ducētis ad interrogationem de centum valet in ducentis. 5.
- 6 Promissio tritici in genere valet, declaranda tamen arbitrio boni viri numero 6.
- 7 Promissio sola obligandi se ad decem statim sortitur effectum 7.
- 8 Promittens soluere quicquid constiterit Titium debere facta collatione, quod peti poterit etiam nulla facta calculatione in vita ipsius Titij contra communem 8.
- 9 Confessio extraiudicialis etiam ad obligandum facta efficacem esse lege nostra attendi teneri potest 9. dum tamen adsit causa vt num. 17.
- 10 Pactum nudum non vestitum coherencia contractus de reuocando contractu antea facto etiam re tradita producit efficacem obligationem,

- nem, tentatur numero 10.
- 11 Pollicitatio producit actionem ex lege nostra. 11. & ibi quid sit pollicitatio.
- 12 Promissio probata per testes an dicatur stipulatio per pactum nudum, numero duodecimo.
- 13 Innocentiati contractus an hodie producant actionem & obligationem. 13.
- 14 Maior an possit hodie lege nostra attenda resilire a contractu a minore factio sine debitis solemnitatibus minore volente stare contractui post contradictionem maioris. 14.
- 15 Gestia a procuratore non habente mandatum an valeant domino approbante non obstante priori contradictione adversarij, nume. 15.
- 16 Confessio facta a testatore in testamento an ei praedicitur. num. 16.
- 18 Stipulationem in omnibus actibus interuenire censendum est, 18. ubi id etiam in transactione aequiliana procedere dicitur.
- 19 Stipulatio non requiritur iam in fideiussione. 19.
- 20 Contractus hodie inter absentes celebrari possunt. 20. ubi iam donationem fieri posse inter absentes fundatur, dum tamen adsit acceptatio ante reuocationem. & idem in venditione dicitur licet antea de iure aliud esset ubi quid in matrimonio, per discursum huius numeri decerpes veritatem, & num 21. concluditur.
- 22 Facultas acceptandi donationem an transeat in haeredes donatarij. 22. & ibi an tabellionis acceptatio sufficiat, vel constitutum, vel an sufficiat tacita acceptatio.
- 23 Novus intellectus ad c. accedens, de preben. cum cap. si tibi absenti, eo. tit. in 6. num. 23. & 24.
- 24 Collatio est donatio & contractus. 24.
- 25 Iuramentum, vel notarij acceptatio an sufficiat etiam si notarius non accepit ut reuocari non possit. 25.
- 26 Cessio actionis an stante lege nostra possit fieri inter absentes. 26.
- 27 Fideiussio an inter absentes fieri possit. 27.
- 28 Pax & transactio per vulneratum facta absenti vulneranti valet. 28.
- 29 Pars an possit a contractu in scriptis faciendo resilire ante scripturae confessionem. num. 29.
- 30 Alteri per alterum an adquiratur hodie actio & obligatio. 30. ubi & quod etiam directa adquiratur, imo & ius executiuum. ut nu. 31.
- 32 Cessio licet antea requirebatur ut creditores agere possent contra emptorem fundi ea lege venditi ut ex pretio creditoribus satisfaceret, hodie vero non. 32.
- 33 Cessio adquiritur per stipulationem notarij. 33. ubi si acceptatio adsit em requiretur cessio.
- 35 Cessio non est necessaria ut vxor mortuo marito possit agere pro medietate sua lucrorum. numero 35.
- 36 Stipuletur si quis Titio absenti & sibi decem solvenda per Seium promittentem, icet antea non valeret stipulatio in personam Titij sed tantum stipulantis, hodie tamen sic. & utriusque per medium acquiretur 36. ubi quod si unus repudiet accrescet alteri.
- 37 Promittens simpliciter pecuniam aut rem aliquam Titio stipulanti aut Seio, an adquiratur actio Seio 37. & seq.
- 38 Disiunctiva in qualibet dispositione posita inter personas honoratas resoluitur in coniunctum. 38.
- 39 Emptor hereditatis num hodie conveniri possit per creditores. 39.
- 40 Pater si stipulabatur filio censebatur ut extraneo stipulasse, & sic non valebat iure civili. hodie vero sic & reputatur sic stipulatum aduentitium. 40.
- 41 Promissor facti alieni an adimpleat si procuraverit fieri. 41. & 42. an omnino teneatur facere adimpleri, ubi quid in promissione matrimonij.
- 43 Causa an hodie requiratur in qualibet obligatione & instrumen. 43. ubi etiam si instrumentum sit quarentigium, & ibi limitatur.
- 44 Fideiussio vi valeat an causam continere debeat. 44.
- 45 Causa non requiritur in instrumento de recepta solutione cum fit in potente donare secus alias. 45.
- 46 Causa requiritur in mandato in rem propriam num. 46.
- 47 Iuramentum an suppleat causam, num. 47. remissive.
- 48 Causa suppleri potest ex aliquo contractu antecedente. 48.
- 49 Libellus non procedit ubi peto decem quia promissisti, nisi adijciatur promissionis causa. 49.
- 50 Libellus non procedit ubi peto par caponum quia tui maiores promiserunt, nisi adijcians pro possessionibus quas a me possides, vel maiores tui habuerunt 50. nisi ut ibi.
- 51 Causa quamvis in instrumento non contineatur potest per testes suppleri & probari 51. ubi ad confessionem sine causa applicatur.
- 52 Causa non requiritur quoad forum conscientiae 52.
- 53 Causa adest quoties quis confitetur, se esse debitorem pro resto talis obligationis 53.
- 54 Actio vlla vel obligatio licet ante non nascetur nisi adestet verbum promitto vel stipulatio, hodie secus est. 54.

Lex 2.

SUMMARIUM.

Qualitercunque confiterit aliquem se velle obligare remanet obligatus nulla ad-

N n 2

missa

missa exceptione absentia, vel defectus interpositae stipulationis, vel tabellionis, vel quod obligatio fuit contracta priuata persona nomine aliorum absentium. Et hoc in effectu disponit lex hæc, quæ singularis est & in scholis & iudicijs quotidie versata, & plurium iurium, & ambagium iure optimo correctoria.

IBi, *Paresciende.* Nihil enim tam naturale est, quã quod fides seruetur & pax custodiatur, vt inquit summus pontifex *in cap. 1. extra de pactis*, à quo legem nostram habuisse ortum & principium videtur, nam iuxta communes *ibi* Doctorum sententias iure canonico ex pacto nudo oritur † actio & obligatio, & firmatur etiam ex text. *in l. iuris gentium §. igitur nuda. ff. de pactis*, vbi Oroscius numero 1. contra Emiliam *ibi* numero 69. hanc crebriorem firmat opinionem authorum vtriusque iuris, & *Anto. Gom. tom. 2. c. 9. numero 3. illatio. 4. & Dida. Perez, in presenti sub l. 3. tit. 8. li. 3. ord. col. 1040. cum sequen. & Villalobos, in arario mille commu. opin. litera A. numero 19. cum pluribus sequen. & Doct. Gutierrez, in tract. de Iuram. Confr. 1. p. c. 34. per totum.* Ex quo non necessaria est iam disputatio *ibi* per eum proposita, an pactum nudum iuramento confirmaretur. Ex istque verbis inferitur etiam quod & si nutu vel humeris quis annuat, oriri efficacem actionem & obligationem, † *Vt tenet Gregorius l. 2. verbo, mouisse, tit. 11. p. 5. & ideo secundum eum ibi verbo, mudos, mutus potest iam obligari ex lege nostra, nam & ante annuens capite vel humeris videbatur consentire stipulationi, secundum glos. & ibi Ias. numero 12. in l. 1. §. si quis ita ff. de verb. obli. & licet hoc de humeris ibi Ias. reprobet, lege tamen nostra attenda procedet talis obligatio, & valebit, sicque verba nostri text. o en otra manera, voluit exemplificare glos. mouisse in d. l. 2. tit. 11. p. 5. & in tuto ita etiam lege nostra attenda tenet Ant. Gom. tom. 2. vari. c. 14. numero 29 vbi hoc & in surdo procedere inquit, intelligit tamen bene quoties ex accidenti pronenerunt defectus ij, secus vero si à natura, nam tunc cum nullo modo potuit intelligere, neque percipere substantiam actus, quem gerit, vt possit illum exprimere signis nimirum si obligari non possit ex gl. unica & singulari in l. qui id quod §. mutus ff. de donat. secundum Ant. Go. *ibi* secundum quem in hoc casu, cum est mutus, & surdus à natiuitate vel paulo post datur sibi ³ curator † tanquam minori, vel dementi, ex text. *in l. seruo inuito. §. si pup. ibi. ff. ad Trebell. & ibi Bar. & DD. & quibus actibus & signis talis mutus & surdus ex post facto & sic casu vel accidenti poterit exprimere & ostendere consensum, & voluntatem sua. de clarat ibi Anton. Gom. Item & ex lege nostra inferit eadem glos. 1. in d. l. 2. titulo 11. part. 16. §. quod quamuis hodie inter interrogationem & responsonem transeat magnum intervallum adhuc tunc ex promissione sic facta † oritur actio & obligatio illi, cui promissio fit. ⁴ Eodem etiam themate retento inquit eadem glos. *in l. 26. eo. titu. 11. & par. 5. quod si dico tibi,***

promittis mihi centum, † & tu respondes, pro-mitto ducenta, quod licet de iure communi ex l. 1. §. si stipulanti ff. de verborum obligatio. & ex illa. l. 26. non valeret promissio illa, nisi in centum tantum petitis, hodie tamen ex lege nostra valebit in toto, & sic in ducentis, quia sufficit apparere se velle obligari quamuis interrogatio & responso non concordent, quod clare, licet illa glos. d. 26. non remaneat cum hac opinione. tenuit lege nostra attenda Anto. Gomez tomo 2. varia. cap. 9. num. 4. in principio, & vera mihi videtur si de animo se obligandi ad tota ducenta constiterit, & promissor persisteret in illa voluntate, neque reuocaret eam ante acceptationem illius, cui promittitur, ita quod ex non reuocatione, constaret habuisse animum se obligandi ad tota ducenta promissa, ex text. in d. l. 26. in fine, & ibi glos. fin. ita declarando, nouissimè etiam ex lege nostra ego infero ad confirmationem doctrinae Archid. relata & exclamata per Iaso. in l. triticum ff. de verb. oblig. numero 4. fol. 126. & Doct. Gutierrez, de Iuramento Confirmatorio 1. parte. c. 64. numero 6. scilicet quod licet de iure ciuili illa lege, triticum, attenda, si quis promittat dare triticum in genere, non valet promissio talis neque stipulatio super ea interposita, tamen de æquitate canonica, qua quidem sola voluntas se obligandi consideratur, & sic ex pacto nudo oritur actio & obligatio, valebit talis promissio, & orietur actio ex ea, & declarabitur † arbitrio boni viri, idque ex lege ⁶ nostra clarius procedet, quæ canonicam æquitatem imitatur, & solum animum & voluntatem se obligandi considerat, & non aliam perfectiorem formam. Potest etiam ex lege nostra reddi clarior doctrina illa Ioan. And. in additio. ad specul. titulo de obliga. in rubrica, dicentis quod sola promissio obligandi se ad decem † statim fortitur ⁷ effectum, & promittens potest ad illa decem conueniri, sequitur Alexan. & alij relati, & secuti per Auenda. responso. 27. numero 2. & Thom. Gramma. decisio. 103. numero 19. & numero 187. 188. & Boeri. decisio. 183. numero 13. & hæc est communis opinio teste Couarru. in cap. quamuis pactum in initio. 3. partis numero 3. fol. 108. in antiquis, & Tellius Fernandez, l. 22. Tau. i numero 15. vbi infert ad promissionem de meliorando, cum igitur ita esset de iure, ex lege nostra clarius procedit. Infero itidem ex lege nostra cessare communem illam opinionem, & communem intellectum Doctorum in l. qui Roma §. Augerius ff. de verborum obliga. afferentium quod si quis promiserit pro alio soluere, quicquid constiterit debere Titio, quod nisi calculatio fiat in vita illius pro quo promissio facta est, non tenebitur promissor, † vt & per Couarru. ³ in pract. cap. 39. numero 4. versi. nono hinc expendi, & Ioannes Gutierrez, in d. tractu. de Iuramento Confirmatorio, in fine prima part. in additio, quam ibi descripsit ad c. 37. prime illius partis, vbi ampliat etiam si iuramento esset vallata dicta promissio, eo quod de natura talis promissionis sit, quod facienda sit liquidatio in vita debitoris principalis, ad hoc vt stipulatio committatur, quæ quidem communis optimis fundamentis licet detruatur per Couarru. vbi supra & per alios relatos per Gutierrez, vbi supra, & sic in Granatensi prætorio contra hanc communem asserit determinatum Couarr. vbi supra, id tamen clarius contra illam

communem probatur *ex lege nostra*, nam cum solus animus se obligandi legis nostrae dispositione consideretur, neque promissor talis specificet, se tantum teneri dum tamen calculatio fiat in vita debitoris, nimirum si & eo mortuo teneatur pro calculatione illa promissor talis, cum in omnem casum & generaliter se obliget, & dicto. §. *Augerius* supra dicti Doctores satisfaciunt, ut non obstat huic nostrae contra communem opinionem, quam rejiciendam iure optimo iudicari semper in iustitia & in conscientia, praesertim cum creditor si sciret promissorem hunc non teneri mortuo debitore, non adquiretisset promissioni, sed debitori molestiam inferret. E contrario infero cum Oroscio, in *l. tale pactum* columna 900. versiculo 10. ff. de pactis, posse affirmari *ex lege nostra* esse approbatam communem illam Doctorum opinionem asserentium, confessionem extrajudicialem etiam ad obligandum factam, si de animo obligationis constiterit, efficacem ¶ esse, & obligare, plenamque probationem facere & inducere probato animo se ex ea obligandi, puta si quis fateatur se debere decem Titio & velle illa soluere, tunc enim quamvis de iure canonico non obligaretur ex ea, crederem tamen *ex lege nostra* obligare existente causa *ut infra* numero 17. secus vero si de tali animo non constaret, nam tunc in suo robore remanerent dictae opiniones contrariae iuris canonici & civilis, de quibus per Maranta, in *pract. pagi*. 446. numero 19. & Oroscium, *ubi supra*, & Minchaca, de *successio. creatio*. §. 23. numero 26. vbi numero 27. istam etiam opinionem videtur tenere, & faciunt dicta per *Duenas*, in *regula* 119. *limita. 1. ad finem*, aliud etiam novum, & singulare *ex lege nostra* inferitur, scilicet quod quamvis contractu perfecto & re tradita, fiat ex intervallo pactum nudum de reuocando contractu illo, & sic non vestiatur pactum tale cohaerentia contractus, adhuc tunc remanet ille efficaciter obligatus, ¶ & tenetur omnino reuocare contractum illum & ab eo discedere, prout in *terminis* nostrae legis tenuit *Ant. Gom.* tomo 2. cap. 2. numero 21. post prin. versic. sed aduertendum quod est. Iridem & *ex lege nostra* ex pollicitatione oritur actio, ¶ cum & iure canonico oriretur sicut ex pacto nudo, adeo ut etiam si acceptata, non sit pollicitatio oritur dicta actio ex pollicitatione, ut tenuit *glos. magna. l. 1. rit. 11. partit. 5.* tradit late *Didac. Perez*, hic columna 1046. versic. quod *astem*, quia *colu. 142. incepti questionem* & late *examinat*, & *Anton. Gomez*, *ubi supra* cap. 9. numero 3. *illatio. 4.* & ibi inquit quod in omni actu & contractu, pollicitatione & pacto nudo oritur iam actio & obligatio, idem *Anto. Gom.* eo. tomo 2. cap. 11. numero 18. ad fin. late *Matienco*, l. 6. *glos. 2.* numero 15. & 16. & pluribus sequenti. *ritu. 10. supra isto lib.* qui tamen cum *Couarr.* in *repeti. cap. quamvis pactum 2. par. §. 4.* numero 15. de *pact. in 6.* tenent tam de iure canonico quam civili & regio nostro non oriri actionem ex simplici pollicitatione, *ut & eis relatis tenet & refert Gutierrez*, in *d. tract. de Iuramento Confirmatorio 1. par. cap. 8.* numero 3. & *Oroscius* super ff. *veteri* columna 800. *Matienco* tamen *ubi supra* eos pro contraria refert opinionem, & est pollicitatio solius offerentis promissio, & absenti fit, alias si fiat praesenti erit pactum, & cum absenti fiat nimi-

rum si ex ea nulla actio oriatur, quod intelligo ante acceptationem, ea tamen facta antequam pollicitatio reuocetur, optime crederem actionem oriri, dum tamen pollicitatio non fuerit facta animo iocandi, sed sese obligandi, ut inquit *Matienco*, *ubi supra*, vbi tamen numero 20. inquit cauendum esse ab *Anto. Go.* *ubi supra dicta illati. 4.* dum dicit in omni actu & contractu pollicitatione & pacto nudo oriri actionem & obligationem, nisi intelligamus eum quoties animus se obligandi ex parte promissoris apparet, & benedicit. Inferitur etiam *ex lege nostra* determinatio dubiae quaestionis an promissio probata ¶ per testes dicatur stipulatio, vel pactum nudum, nam dici pactum nudum, notatur, in *l. 1. C. de usuris*, & in *l. 1. C. de contrah. & com. stipula.* & habetur in *l. sciendum ff. de verborum obliga.* & sic si erat pactum nudum non oriebatur efficax actio ad agendum, in contrarium tamen facit, quia verbum promitto est æquiuocum, & potest referri ad pactum nudum, & ad stipulationem, *ut l. sciendum §. dictum ff. de adili. edic.* sed dubia testium depositio contra producentem interpretatur, *ut in cap. in praesentia de probatio.* ergo erit stipulatio, & sic actionem producet, hæc enim controuersia sic discussa per *Afflicis*, *decisione Neapolita. 120. ex text. nostro* clara remanet, cum siue sit stipulatio promissio probata per testes, siue pactum nudum, actio oritur, & sic non est quid dubitetur in hoc. Sed an in contractibus innominatis habeat locum ¶ lex nostra, ita ut in eis etiam im-¹³ plemeto non secuto ex altera parte oriatur actio & obligatio, & equidem quidquid voluerit *Gregorius Lopez*, & *Minchaca* relati per *Didacum Perez* in *praesenti colum.* 1049. versiculo non *insubtiliter*, lib. 3. *Ordinamen. sub l. 3. titulo 8.* quos sequebatur *Menef. l. naturalis §. & si quidem*, numero 19. ff. de *prescrip. verb.* teneo oriri *ex lege nostra* actionem & obligationem etiam ante implementum secutum ab altera parte, cum *Antonio Gomez*, & *Didaco Perez*, *ubi supra*, vbi refert *Anton. Gomez*, & cum *Minchaca*, sibi contrario lib. 3. de *successio. creatio. §. 21.* numero 43. & hanc veriozem eam sequitur noster *Gutierrez*, de *Iuramento confirmatorio 1. parte cap. 35.* numero 1. & receptionem eam sequens testatur *Matienco*, hic *glos. 2.* numero 7. & late eam fundant *Antonius Gomez*, & *Didac. Perez*, *ubi supra* vno tamen fundamento eam fulciri, ut omnino sequenda sit, sufficit, scilicet, quod iam *ex lege nostra* in omnibus contractibus etiam si stipulatio non apponatur, censetur interposita, & idem operatur ac si interponeretur, de iure vero civili si in contractu innominato inferebatur stipulatio non licebat pœnitere etiam ante implementum: ergo quamvis hodie non interponatur non licebit pœnitere & per consequens etiam ante implementum ex talibus contractibus orietur actio & obligatio, & sic licet contractus dotis sit innominatus, & nisi in eo à traditione incipiatur non oritur actio de iure civili, secundum *Bar.* & *Meneses*, in *d. l. naturalis*, in principio numero 26. ff. de *prescrip. ver.* ex lege tamen nostra oritur, & agi poterit ut executio talis contractus fiat, secundum *Oroscius*, in *l. iuris gentium in principio* numero 12. *colum.* 784. ff. de *pactis*, est tamen bene verum secundum *supradictos* Doctor. quod agenti ex tali contractu obstabit, quod non

implet ex parte sua, & eo non adimplente ex sua parte liber erit aduersarius suus, *vt latius de ijs diximus in l. 1. numero 5. cum sequentibus aliquibus, titulo 21. lib. 4. supra.* Pro complemento tamen huius glossæ primæ, vt nihil intactum relinquatur nouissime considerabam an ea attentateneri posset, quod licet antea *ex l. cum ij §. eam transactionem & ibi glossa Barto. & omnibus ff. de transactio.* minore contrahente cum maiore absque debitis solemnitatibus licebat minori approbare contractum supplendo diligencias ommissas etiam inuito maiore, nisi ipse maior ante supplementum hoc contradiceret contractum, nam tunc nihil operabatur approbatio, *vt per Ariam Pinelum in l. 1. C. de bonis maternis 3. parte numero 33. & Palacium Rubicum in rubrica §. 68. numero 7. Tiraquel. in legi. con. glossa 8. numero 88. & alij relati & secuti per Matienço l. 2. glossa 1. numero 15. titulo 3. supra isto lib. id tamen cesset ex lege nostra, vt scilicet, etiam si maior hic contradixerit antequam minor contractum approbauerit, eo post approbante valeat contractus*

14 † non obstante contradictione, cum ex parte sua maior hic sese voluerit obligare, & animus & voluntas se obligandi inspicienda est, ita vt ipse volente minore resilire à contractu non possit, & pro hoc adduco de iure vnum simile, scis enim quod gesta à procuratore non habent

15 te mandatum nihil valent, possunt tamen † approbari per dominum eius, *ex l. non eo minus C. de procura. & ex l. 3. titulo 5. partit. 3. & hoc dummodo approbetur antequam aduersarius contradicat, secundum Iaso. dicta l. non ideo minus, & glo. à pro. dicta l. 3. & Matienço, vbi supra, contra quos tamen est communis sententia, teste Petro Pekio, in cap. rarihabitionem, numero 11. de regulis iur. in 6. vbi inquit ita praxim seruare, & Castiadorus, decisio. 40. in regula cancellaria de subrogan. colligit. eo quod actus inualidus propter non consentum alterius, conualidatur eo superueniente, militat pariter quando fuit oppositum quod consensus non interuenerat, vt per Anto. Nattam consilio 126. numero 7. lib. 1. ergo & idem in casu nostro dicendum est tam de iure ciuili, quam ex lege nostra regia, solum animus obligandi considerante vt quis remaneat obligatus, & resilire non possit à contractu etiam inualido ob causam aduersarij contrahentis, volentis tamen illum approbare, & supplere defectus solemnitatis, & est hæc mea & noua consideratio, & à nemine sic discussa, & vt nouam eam relinquo cogitandam, nollem enim esse nouarum opinionum inuentor si iuridica non essent.*

Ibi, *Por promission.* Et sic etiam ex promissione de obligando quis conueniri potest, *vt in hac lege dictum est, & in l. 6. verbo, promectio titulo 6. supra isto libro.*

Ibi, *O en otra man ra.* Et sic videtur quod confessio facta à testatore in testamento † præiudicet ipsi testatori, *secundum Auenda. cap. 29. prax. numero 10. in medio, libro 2. vbi ad hoc text. nostrum considerat, quod non omnino verum crederem nisi animo se obligandi testator confessionem illam fecisset, sicut dictum est in confessione extraiudiciali in glos. 1. huius legis, & ipse Auenda. ibidem ita videtur tenere, & Montaluis,*

in copilatione Latina, verbo obligatio, aliter enim in puris terminis iuris communis remanet quæstio illa etiam lege nostra attentata, an confessio in testamento facta non constito de dicto animo se obligandi, obliget testatorem, quandoquidem lex nostra de contractibus non vero de vltimis loquatur voluntatibus, & ideo nisi constiterit testatorem velle se obligare per modum contractus, & animo se obligandi, confessio ab eo facta in testamento non obligabit quidem eum, sed reuocare eam poterit, neque poterit conueniri testator virtute talis confessionis si post conualuerit, nisi in casibus vbi de iure aliud esset dispositum, de quo alibi diximus, & per Auendaño vbi supra. Confessio tamen debiti sine expressione causæ iure ciuili nulla est, l. cum de indebito §. finali. ff. de probatio. cap. si cautio de fide instrumen. de iure vero regio ex l. nostra quamuis non sit causa obligat, vt per Duennas regu. 118. secutum per Villalobos, in antinomia iuris ciuili & regij, litera A. numero 24. quod tamen pro vero non affirmo in confessione † extraiudiciali sine causa facta in ab-

17 sentia partis, nam communis erat quod confessio extraiudicialis non probat iure ciuili, *vt communem testatur Felinus in cap. at si clerici, de iudic. iureque regio parte præsentate, vel eius procuratore causa expressa probat, l. 7. titulo 13. partit. 3. not. Villalobos in auario commu. opin. verbo confessio. numero 201. & Olanus in concord. Antino. litera C. numero 79. vbi tamen inquit antinomiam non in hoc consistere, sed in hoc an probeat non acceptata, & inquit veriore esse etiam non acceptatam probare, sufficereque si non contradixerit pars præsens vel eius procurator, nam consentire videtur tacendo in ijs, quæ sui commodi sunt, vt & per eund. Villalobos, in d. auario, litera C. numero 209. & verum dicunt, crederem tamen id clarius ex lege nostra procedere, dum tamen adsit causa, nam ex lege nostra causa requiritur, vt infra videbimus, & non valet extraiudicialis confessio sine causa, ex l. tale pactum ff. de pact. & ibi Docto. nisi fiat ad liberandum aliquem, vt ibi per eos, & Barto. in l. generaliter numero 1. C. de non num. pecu. & Abb. in cap. si cautio, de fide instrum. col. 2. in fine, vel nisi fiat à potente donare, secundum Barto. in l. 1. numero 2. C. de apochis publicis lib. 10. & additio eiusdem Bart. in l. si C. de annon. & tribu. lib. 10. cum causa tamen ex lege nostra probaret optime confessio facta extraiudicialiter absente vel præsentate parte, vt per Couar. c. quamuis patrum 2. p. §. 4. n. 1. & nimirum, nam vt dixi supra acceptatio non requiritur, vt probeat, & sic intelliges dicta in numero 9. supra.*

Ibi, *Que no fue fecha supulcion.* Et sic in omnibus casibus in quibus de iure aliàs ad validitatem actus vel contractus stipulatio requirebatur pro substantia, & validitate, iam hodie quamuis stipulatio non inferatur, † validi erunt tales actus & contractus ac si apposita fuisset stipulatio, ex quo licet antea requiritur in transactione appositam fuisse stipulationem Aquilianam, hodie tamen lege nostra attentata non requiritur, prout tenet expresse Gregorius l. finali, verbo, e no sera, titu. 4. partita 3. & idem Gregorius relatus & secutus per Meneses, in l. promissio numero fin. C. de transactio. pagi. 165. sic & in contra-

19 contractibus innominatis idem dicendum est, ut in hac lege diximus, & glos. gran. pro l. 1. titulo undecimo, partita. 5. Ex quo & in fideiussione ¶ non requiritur iam stipulatio, ut per Didacum Perez d. l. 3. titulo 8. libro 3. ordina. verbo. v. ala. columna 1063. & Matienço hic glos. 3. num. fin. vbi ita dicit quotidie praticari, & Villalobos, in d. antinomia, littera A. num. 22. vbi, num. 23. aliud in fideiussore se in plusquam principalem obligantem esse dicit, & ibi cum num. sequen. alia in propositum nostræ legis prosequitur.

Ibi. *Promittimento con cierta solemnidad.* Quæ stipulatio dicitur, de qua per totum titulum, ff. de verbo oblig. l. 1. & per totum tit. 11. p. 5.

20 Ibi. *Entre ausentes.* Et sic licet antea ¶ inter absentes non poterat celebrari contractus, ut l. qui absenti. ff. de acquir. possess. l. 1. in princip. ff. de verborum obligat. leg. 1. titulo undecimo, partita. 5. neque donatio aliqua interuenire poterat, ut lege absenti. ff. de donatio. leg. 4. titulo quarto, partit. 5. nisi interueniente nuntio vel epistola, ex dictis iuribus, adeo ut non sufficiebat quilibet nuntius, sed debebat ad hoc esse destinatus, & deputatus, neque sufficiebat, quod si quidam, qui non fuit ad hoc deputatus nuntius, sed ipse motu proprio voluntatem donatoris à se intellectam ipsi donatio declararet, neque per hoc videbitur perfecta donatio, secundum glossam in lege illud, C. de sacrosanct. Eccles. & gloss. in lege consensu, ff. de actio. & obligat. secutas per Paul. in dict. lege absenti. numero secundo, & communiter approbantur, secundum glos. l. 4. tit. 4. partit. 5. vbi est text. expressus pro ea, ibi. *mensajero cierto, & melior text. in leg. 3. titulo undecimo, parte quinta, & tradit posthac mea scripta Iulius Clarus, libro quarto, selectarum sentent. §. donatio. questione 12. & 13. licet Roma. consilio. 295. contrarium tenuerit, idemque in venditione inquit glos. in lege prima, ff. de contra. empti. si enim dicerem, venderem rem istam Titio, & aliquis audiens afferat ei verba non inducitur ex hoc venditio, quam glos. in hoc sequitur Oldrat. consili. 56. & Hippolyt. in l. §. si quis nec questio. numero 70. ff. de quest. vbi à numero 64. plura similia confessit, vbi cumque enim contractus potest fieri inter absentes requiritur nuntius vel epistola, ex text. & glos. dict. l. 1. ff. de contra. empt. & in l. nec ambigi. C. de dona. & in d. l. consensu, & in dicta, l. illud, quarum glossarum argumento inquit singulariter Abba. in capit. dilectus, num. fin. de sponsali. se dubitare de dicto Hostien. ibid. dicentis, quod ad matrimonium contrahendum non requiritur quod consensus simul præstetur, sed satis est, quod vnus consentiat per prius, & duret in proposito suo, & alterius consensus poterit accedere ex post facto, idem Hostien. in cap. ex literis, 2. de sponsali. de quo inquit Abba. vbi supra, se maxime dubitare argumentum dictarum glossarum dicentium, quod in contractibus iuris gentiū, qui consensu perficiuntur, consensus simul debet præstari, & idem quoad hanc materiam sentit Specul. in tit. de sponsali. §. 6. numero quarto, vbi dicit quod responsio alterius debet sequi in continenti, per l. 1. & per lege continuus, ff. verbor. obligat. quod sibi videtur verius de subtilitate iuris, & tutius, licet primum sit æquius. Facitque optima & singularis conclusio glos. dist. lege illud, C. de sacrosan. Eccles. dicitis quod donatio inter viuos facta etiam pau-*

peribus nihil valet, nisi mediante aliqua persona acceptante fiat, quam glo. ultra Bart. ibi sequitur Alexand. l. 2. numer. 2. C. de pact. & Paul. in d. l. absenti. dicens ita fuisse iudicatum dum in puncto se vidisse, & sequitur eam Hippolyt. vbi supra numero 69. subditque Paul. vbi supra, notabile verbum scilicet, quod etiam si essent mille testes præsentis tali donationi non sufficeret nisi esset aliquis ipsorum, qui nomine absentis donatarij acceptaret donationem, & illam gloss. sequuntur plures relati per Tiraquellum, de priuileg. pia caus. priuilegio. 115. & communiter approbatam testatur, Paulus Parisius, consil. 78. colum. 2. lib. 1. & Riminal. in §. 1. num. 420. cum sequentibus, inst. de actio. & Ruynus relatus per Iuli. Clar. d. questione 12. in fine, licet Bartol. in ea. illud, velit distinguere cuius distinctionem voluit sequi Gregorius, in d. leg. 4. titulo 4. partita. 5. & quod donatio absenti facta quam nullus pro eo recipit nulla sit, ultra dictos, tenuit Bald. in lege cum virum, colum. penult. C. de fideicom. quæ omnia iam lege nostra attentæ cessare videntur, & sic contractum inter absentes fieri posse etiam nullo præcedente acceptante, & consequenter donationem absenti factam validam esse de iure nostro regio. Et tunc si statim quod donatio vel contractus in notitiam absentis peruenit acceptetur, possit ex illo contrahens alius & donans conueniri, ita quod licet antea, ex d. l. absenti. ff. de donatio. & l. qui absenti. ff. de acquir. possess. l. 4. tit. 4. partita. 5. requiri videbatur præsentiam donatarij, & donantis, vel saltem certum nuntium vel epistolam, verum est quoad contractum & donationem, quia non interueniunt organa media, si tamen donatarius alias certificatus de donatione (donatore in eadem voluntate perseuerante, quod præsumitur nisi constet de reuocatione) acceptauerit donationem, vel rei donatæ possessionem receperit, transfertur in eum dominium, secundum gloss. 1. in fine, d. l. 4. tit. 4. partita. 5. & in hoc casu media persona non requiritur, & sic gloss. in d. l. nec ambigi. & dicta lex partitarum & similes mediam personam requirentes & ad hoc destinata, lege iam nostra attentæ non procedunt, approbata glos. contraria, leg. 1. ff. de contra. empt. quam pluribus fundamentis corroborabat Roma. dict. consilio 265. vbi fundamentis contrariæ opinionis satisfaciebatur, & maxime d. l. 1. ff. de contra. empt. quoniam licet contractus, qui consensu celebratur, perfici per nuntium, vel epistolam non possit, non tamen negat quin & si per quemcunque alium, vnus contrahentis declarata fuerit voluntas, contractus perficiatur, & ita lege nostra attentæ vbi sola voluntas, & intentio se obligandi consideratur, & non alia perfectior forma, hanc tenendam esse opinionem contra illam glos. dict. lege nec ambigi. asserit Anton. Gomez, tomo secundo capit. quarto, columna secunda, & Couarruias libro primo, variar. capit. decimoquarto, numero decimotertio, facitque, nam quando in materia aliqua cōsensus alicuius requiritur, sufficit quod ex interuallo interueniat, secundum Palac. Rub. in Rubri. §. 50. num. 20. vbi ipse infert, quod in matrimonio contrahendo non requiritur simultaneus cōsensus, sed satis est quod vnus consentiat hodie, alius post mensem, tradit & Couarruias, de sponsali. 2. parte, cap. 4. in princip. num. septimo, probat, l. 10. tit. 1. partita. 4. vbi glos. vnde valebit

hodie lege nostra attenda donatio inter absentes etiam non interueniente nuntio vel epistola, quare si quis coram testibus vel tabellione promiserit ex causa donationis re vel pecuniam alicui absenti statim remanet efficaciter obligatus, & quando venerit in notitiam absentis poterit ab eo conueniri & condemnari donator per legem nostram *secundum supra dictos Doctores & Didacum Perez, eos referentem, in presenti col. 1051. cum tribus sequentibus. lib. 3. ordinamen. sub titul. 8. l. 3. & Matienço, l. 7. glossa 2. tit. 10. nu. 15. & 21. supra isto lib.* Quibus attentis neq; etiam procedat hodie doctrina glos. *dict. lege illud, C. de sacros. Eccles. dicentis donationem factam Ecclesie nemine pro Ecclesia acceptante, nullam esse, nam si in laicis id non procedit, quanto minus procedet in donatione facta Ecclesie, prout in nostris terminis inquit Anto. Gomez, dict. cap. 4. tomo 2. numero 3. in fine, & Couar. vbi supra, neque simultaneus consensus in donatione tali requiretur, sicut neque in matrimonio requiritur contra Abb. vbi supra communiter reprobatur, secundum gloss. ni consenten, in dict. l. 10. tit. 1. part. 4. per text. ibi nisi secundum Couar. vbi supra, transiret magnum interuallum vel reuocatus esset consensus prior antequam secundus correspondens daretur, de quibus & tractatur per conciuem nostrum Gutierrez, in cap. quamuis pactum, in principio numero 53. & de iuramen. confirmat. 1. parte, cap. 8. Est tamen verum quod interim quod donatio illa vel contractus aut matrimonium non acceptantur poterunt reuocari per donatorem, vel promittentem, ita quod ex acceptatione ante reuocationem dependet validitas talis donationis contractus vel matrimonij inter absentes celebratorum, secundum dictos Doctores, relatos per nos & per Gutierrez, vbi supra, quamuis Anto. Gomez, contra tenuerit, nam lex nostra secundum hoc est intelligenda, & posthec vidi etiam sic intelligentem Molinam de Primogenijs, Hisp. libro 4. cap. 2. numero 60. cum pluribus sequentibus, vbi a numero 58. hæc inceptit, & Matienço, lege 7. glossa 2. numero 21. titulo 10. supra isto libro, & latissime fundando Burgos de Paz, Iunior, in questionibus suis, questione 10. per totam, ita quod vt breuius & facilius intelligas teneo ex l. nostra donationem & quemlibet contractum tinter absentes fieri posse, eius tamen validationem vel inuadationem & ius agendi pendere ex acceptatione absentis in cuius fauorem facta est, antequam promittens donans vel se obligans eam reuocet, & hoc est, quod dicti DD. dicunt & voluit lex nostra, & expressius Conarruias libro 1. variar. capit. 14. num. 2. in fine, & in 2. parte, Rubrica de testam. numero 14. ad fin. & Anton. Gom. & Gregor. Lup. & Didac. Perez, relati per Pelaez, de maiora, 1. parte, questione 36. numero 2. & Olanus in concordia antinomia, litera D. numero 45. & 46. vbi hanc veriore dicit, & rationem assignat. Qui omnes tenent & Molina, & Burgos de Paz, & Matienço, vbi supra, presentiam donatarij non requiri cum donatio fit, sed sufficere postea per eum acceptari ante reuocationem donantis, quamuis ipse Pelaez velit aliud dicere & male. Et an in hæredes donatarij transeat hoc ius & facultas acceptandi donationem t tradit Gutierrez, id dict. cap. quamuis pactum, supra relato numero 57. & Molina vbi supra numero 77. & numero 76. tradit an mortuo donante ante accepta-*

tionem acceptari possit, & Iulius Clarus, in § donatio. question. 13. versicul. tertius casus est, & an tabellionis acceptatio sufficiat vide per supradictos & per Burgos, dict. questione 10. numero 14. cum sequentibus aliquibus, & diximus, l. 2. titul. 6. supra eod. libro in glos. o descendientes, vbi quid de melioratione. Et eodem modo non sufficeret donantem se constituere nomine absentis possidere, nisi præsens sit donatarius vel si absens acceptauerit ante reuocationem, vt per Pelaez, vbi supra num. 4. vbi & cum sequente, inquit, sufficere tacitam acceptationem, secundum Deci. consil. 586. colum. final. Tiraquellus, late tracta. de constitut. 3. parte, limi. 30. numero 11. & Gutierrez vbi supra numero 58. & 59. & Molina vbi supra numero 76. vbi numero 75. inquit infanti acquiri absque acceptatione, dum tamen secundum Burgos de Paz, dict. quest. 10. numero 18. eo facto maiore per ipsum acceptetur. Ex quibus in mea repetitione text. in cap. absenti. de preben. in 6. nouum & subtilem intellectum assignaui ad text. in cap. accedens, extra de prebendis, vbi videbatur probari absenti non acquiri beneficium nisi media persona intercedat, qua mediante sibi acquiratur beneficium illud, siue illa media persona inuestiatur nomine absentis, siue ipse absens per illam mediam personam inuestiatur, nam ille text. in d. cap. accedens, videtur in hoc contrarius dicto, cap. si tibi absenti, de preben. in 6. vbi ad acquirendum beneficium absenti collatum nulla media persona requiritur, ideo omisso intellectu glos. ibidem, & Abba. in eod. ca. accedens, nu. 4. & intellectu Fabri, in d. l. neque ambigi. C. de donatio. ex dictis per me supra, & præsertim quia collatio t est donatio, imo & contractus, ex text. in cap. nisi cum pridem, §. verum, de renun. Molina de primogenijs, libro 2. cap. 4. num. 14. dixi, quod text. in illo, cap. accedens, declaretur per text. in eo. cap. si tibi absenti. hoc modo, ille enim in dict. cap. accedens, inquit, quod absenti inuestito de beneficio per mediam personam habentem ad hoc mandatum, acquiritur ius in ipso beneficio, vt & idem ex text. in dict. cap. si tibi absenti sit, & si media talis persona nomine absentis non interueniat, ipse tamen absens acceptet beneficium illud sibi collatum, statim tuc acceptatione facta acquiritur ius in beneficio illo etiam vt suum dici valeat, ex dict. cap. si tibi absenti, quod maxime procedit, quando quidem in eodem capit. accedens non prohibetur, neque per verba necessitatem importata disponitur, quod per mediam personam fiat collatio absenti, sed tantum dicitur quod poterit absens per mediam personam inuestiri de beneficio per quam sibi beneficium quærat, quasi non negetur quin etiam si media persona non intercedat, si tamen absens acceptet ante lapsum terminum acceptationi præstitutum, vel eo elapso ante reuocationem factæ collationis, statim sibi ius in beneficio quærat, ex dicto capit. si tibi, qui quidem est optimus & iuridicus intellectus ad dicta iura. Ex quibus ex lege nostra remanet conclusio scilicet contractum vel donationem inter absentes fieri posse & validos esse reuocabiliter tamen ante acceptationem absentis per se, vel nuntium certum vel epistolam ad hoc destinatam, acceptatione tamen facta ante reuocationem, irreuocabilem manere talem contractum vel donationem inter absentes facta, & hæc est

vera conclusio nostri text. & supra dictorum & tenenda in iudicando & consulendo. Imo & per viam disputationis & subtilitatis attentari posset ex lege nostra etiam ante acceptationem irrevocabilem esse contractum vel donationem inter absentes, prout fundavi in dicta mea repetitione dicti, cap. si tibi absenti, licet in iudicando & consulendo id non est sequendum, sed conclusio dicta, ita ut acceptatio requiratur, & sic est intelligenda & declaranda lex nostra, ut dictum remanet & eam declaravit Burgos de Paz dict. questione 10. numero 24. cum sequentibus aliquibus. Sed an si iuramentum interueniat acceptatio requiretur, vel per notarium & nomine absentis stipuletur, & Couar. regularis & secutus per D. Gutierrez, in cap. quamuis pactum, in principio, numero 53. inquit non requiri tunc acceptationem, sed iuramentum sufficere pro validitate, contrarium tamen & melius tenuit Molina de primogen. lib. 4. cap. 2. num. 55. & 56. cum sequentibus, nisi secundum eum ibi apponatur iuramentum pacto de non reuocando, quod & tandem reprobatur ibi Molina, num. 66. imo quod & adhuc tunc requiratur acceptatio, & interim reuocari possit donatio per donantem, licet periculum incurrat, imo quamuis notarius acceptet, secundum Molinam, vbi supra, numero 68. & 60. & Burgos de Paz, dict. questione 10. Sed an cessio actionis & possit hodie ex lege nostra fieri inter absentes, nam de iure civili non poterat, ut per Roland. Valle, consilio 19. numero 18. volum. 1. & gloss. 1. leg. 64. titul. 18. part. 3. sed ex lege nostra videtur fieri posse, nam si contractus ipse inter absentes fieri potest, a fortiori & cessio in ipso contractu facta, vel de per se cum contractu dici possit, & miror de gloss. illa quod legis nostrae ad hoc non recordata fuerit, fortassis quia ea etiam attenda idem teneret, quod cogitabitis. Quid tamen erit in fideiussione & an inter absentes fieri poterit, & de iure civili non poterat, ut per Ias. in l. 5. §. 2. numero 6. ff. de verbo. obligari. eo quod stipulatio requirebatur, ex dicto, §. 2. & gloss. l. sciendum, eod. tit. & l. blanditus, C. de fideiuss. & ratio est, ex dictis per Fab. in Rubrica, numero 3. institut. de fideiuss. itidem & iure Canonico in fideiussione requirebatur stipulatio, ex Bald. doctrina, in cap. pri. de pact. numero 9. & ibi Felin. numero 24. Deci. consilio 93. colum. 2. lib. 1. sed cum ex lege nostra idem operetur stipulationem non interponi, sicut si interponeretur & sic procul dubio fideiussio absque vlla stipulatione valida erit etiam inter absentes, secundum gloss. 1. l. 6. titulo 12. partita 5. & eam referens Villalobos, in Arario com. opi. litera A. numero 21. & sentit Didac. Perez, l. 3. titulo 8. libro 8. ordina. verbo, vala. columna 1063. cum sequentibus, & in praxi quotidie seruatur, secundum Marienço, hic glossa 3. numero fin. Itidem ex dictis cum stipulatio non requiratur sed sit idem ac si interponeretur, ex lege nostra, pacta absenti per vulneratum & valet & tenet, quamuis de iure civili aliud esset, non interueniente nuntio vel epistola vel notarij acceptatio pro absente, secundum Clarum libro 5. pract. crimi. §. fin. questione 58. versic. dictum est, hodie tamen ex lege nostra valet, ut dixi, & tenet in propositum, Villalpando, in lege partitarum, 3. parte, §. 60. num. 12. etiam si nondum acceptata esset, ut ibi per eum & in §. 62. numero 4. folio 179. declarat an idem sit si esset facta in vim pacti.

Ibi, O que no fue fecha ante escriuano. Ex ijs verbis oritur maximum dubium de quo per Dida. Perez. d. l. 3. tit. 8. l. 3. ord. col. 1054. ut cum eo casu, quo quis vendidit rem cum pacto quod inde fieret scriptura, possit alter ex contractibus resilire a contractu ante quam fiat scriptura & lege nostra attenda, quae tantum animum obligandi considerat & non aliam perfectiorem formam, & tandem ad utramque partem examinat quaestionem, & in ea indubitanter teneo quod in casu in quo partes non aliter contrahere voluisse constaret quam quod ex contractu scriptura fieret, cum tunc deficiat animus & voluntas aliter se obligandi ante scripturae perfectionem, nihil ex lege nostra innouatur ad ius antiquum, & sic omnino requiri scripturam ad partium obligationem, & itidem in contractibus in quibus de iure pro forma & substantia eorum requiritur scriptura & hodie etiam requiretur, in casu tamen in quo ex partium conuentione pro substantia scriptura non requiritur, vel a iure requisita non est, tunc lex nostra procedet, quae cum sit generalis non est censendum casus particulares corrigere, & in effectu hanc opinionem tenet Didac. Perez, vbi supra, col. 1055. cum sequentibus, vbi & declarat quando dicemus scripturam pro substantia contractus requiri necne, & posthac vidi Marienço hic, gl. 7. sic tenentem. Ex quibus ibidem ipse Didac. Perez, col. 1056. infert ad quaestionem difficilem Bar. in l. qui Roma, §. Flauius, ff. de verbo. oblig. dicentis, eum, qui donauit alicui aliquam rem ea lege & conditione, ut post certum tempus quateretur Ecclesiae posse remittere modum donatio absque respectu praedicti Ecclesiae, cuius tamen contemplatione ille fuit adiectus, de qua cum in hoc libro quinto, latius dixerimus non est hic necesse repetere.

Ibi, O que fue fecha a otra persona prouada en nombre de otros entre ausentes. Hic habes text. corrigentem, l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verbo. oblig. text. in §. alteri, inst. de inutili. stipula. ita quod iam alteri per alterum acquiratur actio & obligatio & imo & plus lex nostra probat, quod licet stipulans alteri sit priuata persona, non habens mandatum illius cui fit promissio, adhuc tunc acquiratur actio & obligatio illi alteri absenti ex promissione illa, in correctione dictorum iurium & l. 7. & 10. tit. 11. partita 5. ut per legem nostram adnotauit Villalobos, antinomia iuris civilis & reg. litera A. n. 18. & in Arario com. opin. litera A. n. 19. Imo & non solum utilis verum & directa actio dabitur & competet illi absenti in cuius fauorem facta est promissio, prout optime aduertit gloss. 1. in d. l. 7. & An. Gomez, to. 2. cap. 11. num. 18. in medio, quamuis Didac. Perez, hic, col. 1059. dubitet de hoc, sicque sicut iure canonico obligatio & actio ex promissione alteri per alterum facta acquiratur, secundum gloss. c. quorries cordis oculus, 1. quest. 7. de qua plura tradit Couar. in cap. quamuis pactum, 2. part. §. 4. nu. 1. 4. & 9. cum sequentibus, & communem testatur, D. Gutier. in repetitione, l. nemo potest, nu. 155. & hoc esse probabilius, testatur Marienço, hic, gloss. 5. n. 4. & quicquid contrariam etiam iure canonico attento communior dixerit Couar. vbi supra, nu. 4. prima tenenda est, quae ex lege nostra approbatur & acceptatione facta per illum in cuius fauorem promissio fit, remanebit irrevocabilis talis promissio, nam ad hanc irrevocabilitatem acceptatio est necessaria, licet

licet ad stipulandum pro altero ex lege nostra quilibet poterit *ut dictu est in glossis precedentibus*. Idq; adeo verum est ex *lex. nostro*, quod ex tali promissione alteri facta per alterum, illi alteri competit ius executiuum † si instrumento guarentigio & publico, vel privato recognito tamen talis promissio est scripta, *ut tenet Anto. Gomez, dict. numero 18. in fine*, & hoc nimirum, nam ubi datur actio directa competit ius executiuum, *secundum Suarez l. post rem limi. 2. legis regie numero 1. cum secundum eum ibi in 2. amplius. ad l. regiam* sufficit virtualiter contineri in instrumento persona, cui fit obligatio. Ex quibus videtur iure nostro dici posse quod licet antea si vendebam tibi fundum meum, ut ex pretio illo satisfaceres creditoribus meis, ut tales creditores contra te agere possent, requirebatur, quod ego eis † crederem actiones, *secundum Benuenurum, de mercatura, tit. de decolori, numero 9 col. 33. in paruis*, hodie tamen lege nostra attenda alteri per alterum stipulari permittente, hæc non requiritur cessio, sed directe poterunt agere creditores contra emptorem talis fundi pro debitis suis recuperandis & soluendis ex pretio illius fundi ad hoc venditi, neque obstant dicta per gloss. in l. 8. tit. 11. partita. 5. & Anto. Gomez, to. 2. cap. 11. numero 19. in principio, dicentes procuratorem stipulantem debere cedere domino, quia id verum quous sibi ipsi nomine domini stipulationem solutionis rei promissæ faceret, secus vero si directe domino stipularetur, nam tunc nulla cessio est necessaria cum directe sit in domini fauorem stipulatio & obligatio commissa, prout in alijs quam in procuratore stipulantibus alteri, voluit Ant. Gomez, ubi supra, idq; clarius procedit si instrumento guarentigio stipulatio contineatur, ubi quotidie tabelliones partibus stipulantur, & per stipulationem notarij cessio acquiritur † *ut communem testatur Abb. in proemio decretali §. Gregorius numero 22. imo cessio necessaria non est secuta acceptione absentis etiam si nemo pro eo acceptaret, secundum Couar. lib. 3. var. cap. 14. numero 13. in princi. & latius numero 12. licet ipse ibi numero 14. quoad contractum simplicem aliud velit, quem simplicem, si intelligas, ubi extranea persona media interuenit cui promissio nomine absentis fit, bene dicit, sed si directo absentis fieret per mediam etiam personam, secus esset, prout in procuratore iam diximus, & declarauimus, ex Ant. Gom. dict. numero 19. & eodem Couar. in cap. quamuis pactum, 2. parte §. 4. numero 9. per totum, maxime in versic. decimo ut ad propositum, imo & in procuratore idem voluit Villalobos, in Antinomia, litera A. numero 21. & in Arario, eadem litera A. numero 19. inquit quod cuiusq; personæ fiat stipulatio acquiritur actio*

31
32
33
34
35

ex lege nostra acquiritur tertio illi, ergo quid est opus cessione, prout & tenuit Matien. *hic gloss. 5. numero 6. indistincte* siue dirigantur verba in absentem, siue non. Ex quo singulariter idem Anton. Gom. in dict. numero 19. infert, & gloss. 2. leg. 7. tit. 11. partit. 5. & Matien. ubi supra, num. 7. quod & si quis stipuletur sibi & Titio absentem decem soluenda per Seium † promittentem licet antea in personam Titij non valeret obligatio, sed tantum in personam stipulantis pro medietate illius decem, hodie tamen in totum valebit stipulatio & promissio, & diuideretur æqualiter inter stipulantem & Titium illum absentem, imo & tunc si vnus istorum repudiaret partem suam accresceret alteri pars illa, secundum Ripam, quasi legem nostram vidisset, *l. rem coniuncti, num. 223. de lega 3. etiam si Anto. Gom. tom. 1. cap. 10. num. 5. non meminerit legis & contra tenuerit iure ciuili attentio. Quod tamē magis dubium est, secundum eund. Anto. Gomez, dict. tomo 2. cap. 11. num. 20. Et quid si quis mediante stipulatione iure antiquo † attento, vel hodie sine stipulatione lege nostra attenta, simpliciter promittat pecuniam vel rem aliquam Titio stipulanti, aut Seio alternatiuo modo, an talis promissio, actio vel obligatio eius quærat Seio, & valeat in eius persona, & iure ciuili in totum actio Titio quærebat, & ille Seius censebatur esse quidam adiectus & nudus minister ad recipiendam solutionem, non quod posset agere in iudicio, nouare, acceptum ferre, neque aliquid circa debitum conuenire, sed tantum solutionem recipere, secundum text. in l. quod stipulatus, ff. de solutio. l. Stichum, aut Pamphilum, §. questum, & §. vsum fructum, eod. tit. l. 7. tit. 11. part. 5. quod optime ampliat & limitat Anton. Gomez, d. num. 20. cap. 11. tom. 2. & rationem explicat ibi, & Iaf. relatus per gloss. 2. in d. l. 7. scilicet, quod si adiecto quæreretur obligatio, tunc stipulatio illa concepta in persona duorum alternatiue non valeret, si cuiuslibet eorum posset adquiri, ut l. 1. §. si fructuarius, ff. de stipulari. ser. & in l. qui resp. §. si seruus, ff. de solutio. eo quod incertum erat, cui adquireretur, & sic etiam lege nostra attenda, idem esset dicendum & fortiori ratione, ex eo quod tunc vtrique adquiri poterat stipulatio & promissio illa, cum alteri per alterum ex lege nostra iam adquiri poterat actio & obligatio, tamen quia ex l. cum quidam, c. de verbo. sign. tam in contractibus, quam in vltima voluntate disiunctiua illa, posita inter personas † honoratas resoluitur in coniuunctiuam, secundum Doctores communiter teste Anton. Gomez, ubi supra, d. nu. 20. & gloss. 2. d. l. 7. & hoc omnes tenere etiam asserit Iafon. in lege eum qui ita, §. qui sibi aut folio, num. 4. fol. 84. ff. de verbo. obligat. ideo tenendum est etiam illi adiecto adquiri actionem & obligationem pro medietate, quandoquidem disiunctiua illa in copulam resoluta per medium diuidat inter personas honoratas, secundum text. in lege reos, §. cum in tabulis, ff. de duobus reis, & lege testamento, de leg. 1. & l. 1. cap. si plures vna senten. & ita expresse tenet Antonius Gomez, d. numero 20. & iterum in tomo primo, cap. 10. numero 1. in medio, & glossa 2. dicta. l. 7. & hoc nisi secundum glossam illam, & Antonius Gomez, ubi supra, constaret tertium illum non esse adiectum obligationi, sed solutioni, veluti si illud quod promittitur erat debitum tantum stipulanti, ut &*

36
37

per Villabos in antinomia, litera A. numero 20. vel secundum Antonium Gomez dicto, numero 20. in fine, tertius ille nominatus & adiectus non esset nominatus vel adiectus principali dispositioni & substantiæ obligationis, sed soli solutioni, vt quia promissa sunt Titio decem, quæ ipsi Titio aut Scio soluenda sunt, quia tunc Scio non acquiritur actio aliqua vel ius pro aliqua parte, sed tantum censetur adiectus ad solutionem recipiendam, & in ijs casibus ius civile remanebit in correctum, secus vero extra hos casus, nam tunc ius nostrum regium ex lege nostra seruabitur, prout posthæc vidi per Marienço hic, dicta glosa, s. numerus 8. cum 3. sequen. consideratum, & in scholis & iudicijs hæc sunt singularia. Infero itidem quod licet
 39 emptor ꝛ hereditatis conueniri non possit per creditores hereditarios nisi in subsidium etiam si aliter inter partes conueniatur, ex l. 2. C. de hære. vel act. ven. id tamẽ lege nostra attenda cessabit, nam si secundum Cynum ibi, ratio illius l. 2. erat eo quod alteri per alterum stipulari nõ poterat, quæ quidem ratio cessat lege nostra attenda, cessabit & eius dispositio, & sic tenebitur emptor hereditatis respondere creditoribus hereditarijs, & quia circuitus vitandi sunt, neque est permittendum, quod prius conueniatur hæres, & ipse emptorem conueniat, & ita iudicari inquit Boer. decisione 204. numero 42. & 43. & sic in facto me patrocinante vidi iudicatum. Viterius & ex lege nostra notandum est, & colligendum esse ex eo iam correctam communem illam Barto. opinionem relata per Iaf. in l. quod dicitur, num. 20 fol. 178.
 40 ff. de verbo. oblig. quæ habebat, quod si pater ꝛ stipulabatur filio ab extraneo promittente ipsi filio per patrem stipulantem ei aliquid propter bene merita filij erga ipsum patrem collata, videbatur stipulatum, vt extraneo stipulasset, & per consequens non valebat stipulatio, quia alteri per alterum stipulari non poterat, hodie tamen ex lege nostra optime valebit stipulatio hæc, promissumque tali filio mediante persona patris stipulantis reputabitur aduentitium, sicut quando stipularetur pater ipsi filio ab extraneo propter bene merita ipsius filij erga ipsum extraneum promittentem collata, ex lege s. titulo 7. partica 4. & tunc patri soli acquireretur vsus fructus reseruata filio proprietate, sicut in alijs aduentitijs, & sic cõtra dictam Bartoli communem opinionem approbabitur ex l. nostra opinio contraria Iaf. vbi supra, dicentis veriotem esse, quod valeret stipulatio dicta, & hæc mea & noua consideratio & vera.
 Ibi, O que se obligo alguno que da via orro. Hęc est & erat vera litera nostri tex. tum quia attenda litera, que da via a orro, quam inferebat Didac. Per. hic, sub l. 3. tit. 8. lib. 3. ordi. de superfluitate poterat lex nostra redargui, tum etiam quia vt apparet ex lege nostra, illa dictio. A superflue & mendose apponebatur & ideo vera litera hæc est legis nostræ, vt assererat glos. 1. l. 11. tit. 11. p. 5. qua quidem attenda moueri potest dubium, num in hoc casu, cum quis obligatur alterum tertium daturum vel facturum aliquid, sufficet si talis promissor facti alieni procurauerit, quod promissum detur ꝛ vel factum adimpleatur, & sic tantum promississe videatur, se curaturum vt fiat, an vero præcise teneatur ad factum, & promissionem adimplendam, nam licet iure antiquo promissio facti alieni nõ

valeret, secundum text. in §. si quis alium, in l. de inu. i. stipu. & text. in dict. l. 11. tit. 11. p. 5. hodie tamen ex lege nostra bene valet talis promissio, prout tenet gl. 1. in d. l. 11. quicquid voluerit contradicere, Ant. Gom. tom. 1. cap. 10. num. 23. & Didac. Per. vbi supra col. 1060. in fine cum sequentibus, sed ipsi loquuntur attenda dicta corrupta litera, & superflua mendose in antiquis libris posita, quæ vera non erat, vt dictum est, sed an talis promissor facti alieni excusabitur, si curauerit, quod tertius illa det, vel adimpleat promissum, an vero omnino teneatur facere adimpleri promissionem, & de iure civili ꝛ si pœna adiecta erat tali promissioni
 42 valebat promissio, secus aliàs, vt communem restatur Curti. Iunior, consil. 114. & adhuc tunc vbi pœna erat adiecta liberabatur promissor facti alieni si curabat & agebat vt factum adimpleretur, prout communem dicit Thom. Gram. quæst. 2. nu. 4. ex Abba. & glos. in cap. significantibus, de offic. del. Item de iure Canonico in tali promissione facti alieni interpretatio fit, vt teneatur se facturum & curaturum etiam si iuramentum interponatur, secundum Cou. in c. quamuis pael. 2. p. §. in princ. communem dicentem, ex glos. in c. Eleutheri 91. dist. Abb. & preposi. in ca. ex his, el. 2. de spons. & ea glos. in ca. rescripto, de iure iur. & Paris. cons. 109. nu. 11. vol. 1. & an de iure nostro regio idem sit interpretandum, scilicet se facturum & curaturum, & glos. 1. in d. l. 11. inquit quod sic, sed difficultas extrat, an excusabitur talis promissor ab interesse & danis si omnem abhibuit diligentiam vt fieret, & attenda dicta communi opinione quod a pœna liberabatur in tali casu, videbatur & hodie etiam liberandum, verumtamen opinio contrarium tenentium relatorum per Cou. in d. §. 5. n. 3. & 4. imo quod etiã si omni posse procurauerit adimpleri nõ excusetur promissor facti alieni ab interesse & danis approbat est hodie per tex. in d. l. 11. tit. 1. p. 5. quam ibidem ad hoc contra communem illam considerat ibi glos. nor. iu. gl. 3. & Villalo. in antino. iuris civilis & regy, litera P. nu. 40. & iterum in arario com. opi. litera, F. n. 522. & Ola. in concor. antino. litera P. nu. 78. quod clarius esse ex lege nostra iudico, quæ ita obligationem facti alieni efficacem reddit ac si promissor promissionem simplicem pro se fecisset, & ac si stipulatio interuenisset, & sic obligatus ad factum proprium ex lege nostra tenetur omnino adimplere & cogi potest, vt per D. Gutier. in tract. de iura. confir. 1. p. c. 39. nu. 5. text. l. 5. tit. 26. p. 3. & ibi gl. & text. l. 13. & 35. tit. 11. p. 5. quicquid veli Ant. Go. to. 2. n. 10. nu. 22. & 23. & Didac. Per. hic, col. 1063. cum sequen. quod non negarent si literam veram nostri text. in suis originalibus haberent, & cum obligetur promissor facti alieni, ac si ipse proprium factum promississet, nimirum si teneatur pro facto alieno ad interesse & damna si non fiat, etiam si omnem diligentiam adhibuerit vt fieret, sicut teneatur pro suo facto proprio, quicquid voluerit Matien. hic gl. 6. n. fin. contra quem faciunt dictæ leges partitarum & tenent ibi glos. & Villalo. & Ola. vbi sup. & verum mihi videtur, Bene tamen verum est, quod in promissione matrimonij, & sic quod Titius contrahet cum Berta. si promittens fecit quicquid potuit, excusatur, secundum tex. in l. 39. tit. 11. p. 5. & tradit glos. l. 84. tit. 18. p. 3. & glos. d. l. 39. quas glos. videbis pro huius Vltimi notabilis declaratione.

Ibi, *En qualquier manere que parezca*, Et sic videtur quod lege nostra *atrenta* nõ requiratur in contractu, vel obligatione causa ¶ obligandi se, præfertim si instrumento guarétigio quis obligetur, in quo nulla causa requiritur, *secundum Fel. in c. si cautio. numero 15. de fideiussor. Ias. in l. tali pactum. n. 6. ff. de pact. Suar. l. p. ff. rem. 3. not. numero 8. pag. 254. & iterum pag. 317. numero 11. ff. de re iudi. & Segur. l. si ex legari causa. car. 10. 4. vers. 3. infero ad præcti. de leg. 1. & Villalo. in antino. iuris ciuil. & regij. litera A. num. 25.* nam si lex nostra quemlibet modum se obligandi considerat, & non aliam perfectiorem formam, nihil de causa curandum videtur sed nihilominus contrarium est tenendum etiam lege nostra *atrenta*, imo quod causa requiratur in cõtractu, vt ex eo actio & obligatio oriatur prout late fundans tenet Dida. Per. in præfenti col. 1051. in fine, cum 2. sequen. & Anton. Gom. tomo 2. cap. 11. numero 5. & prius in co. to. c. 9. n. 3. in fine, adeo vt etiam si instrumentum sit publicum & guarentigium causa in eo requiritur vt exequi possit, *secundum Oros. in d. l. tale pactum. col. 901. & Auen. alios allegantem, in cap. præc. cap. 30. numero 5. versiculo 7. requiritur libro 2. & D. Gutier. de iura. confirm. 1. parte, cap. 47. num. 4. cum 3. sequen. & Dida. Per. hic col. 1052. in fine, & larius col. 1109. ad fin. & late Olan. in concor. antiq. litera D. numero 1. vsque ad 16. vbi, numero 9. hanc veriozem esse testatur, & sic opponi potest contra executionem instrumenti publici, quod est factum sine causa, vt dixi. l. 1. glos. mag. versic. sed nunc obstabit, tit. 21 libro 4. sup. Quæ tamen duobus limitat modis Dida. Per. vbi sup. col. 1053. Primo quod non procedat si contractus ille promissio, vel obligatio contineret conditionem, nam tunc causa nõ requiritur cum conditio illa pro causa habeatur, quod & vltra Paul. ibi relatum tenet Ant. Gom. tomo 2. cap. 11. numero 3. in medio, & melius numero 4. Ex quo semel tenui & nunc teneo quod licet in fideiussione ¶ causa requiratur, *secundum Hippol. in Rub. numero 318. de fideiussor. & Mari. Socin. Iunio. col. 106. numero 6. & 23. vol. 3. vbi numero 24. declarat causam in fideiussione cõsiderari respectu principalis obligationis non vero quod in ipsa fideiussione requiratur, tamen si fideiussor talis sit conditionalis, vt puta in fideiussore, si Titius non soluerit, ego solvam, quæ conditionalis fideiussio est, secundum Bart. in lege ita stipulatus, opposi. 3. ff. de verb. obli. communis secundum Alex. ibi. numero 4. licet alia causa non adsit, valebit tamen fideiussio talis, vel alia quælibet conditionalis. Secundo non procedit principalis assertio, eo casu, quo quis scienter promitteret, sciens se ad illud promissum non teneri, & sic in instrumento declarauerit, quod ex certa scientia sciens se ad id non teneri promittit, quia tunc est præsumpta obligatio ex causa donationis, ideo nimirum si valeat etiam si nõ adsit causa, vt & per Anton. Gom. tomo 2. cap. 9. numero 3. in fine, & in capite 11. numero 5. & ante eos Bart. & glos. in l. 2. §. circa, ff. de doli excepti, & Cyn. in lege generaliter, C. de non num. pecu. 13. questione, & Ias. in l. iuris gentium, §. sed cum nulla, numero 28. ff. de pactis, vbi inquit in hoc casu cum donare præsumatur id verum fecus si effemus in dubio, & ibi optime Orosius, columna 796. versiculo 10. & Bartolus, vbi supra, reprobat glossam, ibi dicentẽ quod si vterque sciebat non teneri, non præsumitur donatio, sed re-**

probat *secundum Bartolum, ibi, & ex dictis per Fel. in. in capit. si cautio, numero quarto, de fideiussor.* quam tamen limitationem intelligerem, quoties fit à persona potente donare & in quantitate de iure permessa, non vero aliàs, pro quo facit illud dictum Auend. in titulo, de las exceptiones, numero 30. versiculo, & in omnibus, vbi dicit, quod quamuis in instrumento de recepta ¶ solutione non requiratur, causam contineri, hoc tamen verum est, cum fit ab eo, qui donare potest, non vero si ab alio, qui donare non potest, vt est administrator. In mandato tamen in rem ¶ propriam Hispanæ, *poder en causa propria*, sine dubio etiam lege nostra *atrenta* causa requiritur, aliàs nihil valet, *ex text. in lege ab Anastasio, C. manda. & in lege per diuersas, eod. tit. tenet alios allegans Ioan. de Grassis. in tractat. decessi. iur. & acti. facu. numer. 5. & 6. & ibi eius additio volum. 5. tract. sub, §. 1. & Iacob. de Arenis, in eodem tractat. Rubrica 2. numero 16. & Monteroso, in præct. tract. 5. cap. de poderes en causa propria fol. 127. Cyn. & Sal. numero 10. & 11. in dicta lege per diuersas, & facit lex, qui stipendia, C. de procur. & l. 6. titulo 18. partita 3. vbi glossa raron. & allegat hæc nouissime Gutierrez. 1. parte, cap. 47. numero 11. 12. & 13. vbi limitat & declarat, & numero 14. quærit an iuramentum ¶ suppleat hanc causam. Inquit tamen optime Ias. in lege triticum, numero 6. folio 127. ff. de verb. oblig. quod causa suppleri potest ¶ ex aliquo contractu antecedente. Ex quibus vides regulariter in contractibus onerosis causam requiri. Et sic inquit glos. dicta, l. 2. §. circa, ff. de doli excepti, quod libellus, vbi peto decem, quia promissisti, nõ procedit, nisi dicas ¶ quia promissisti ex causa mutui vel simili, de quo per Lansianc. in cap. quoniam contra, §. petitiones, numero 25. de probatio, sic neque petitio in qua peto par caponum singulis annis quia tui maiores promiserunt, sed debet adijci, pro possessionibus, quas à meis maioribus possides ¶ vel maiores tui habuerunt, probata tamen diuturna præstatione præsumitur promissio & causa, vt not. lege cum de in rem verso, ff. de vsur. ita glos. dicto, §. circa. Item & notandum est vnum singulare, quod quamuis causa in instrumento non contineatur potest per testes & suppleri & probari ¶ *secundum Bald. in lege generaliter, colum. pen. C. de non num. pecu. & glos. pen. l. 7. tit. 13. par. 3. per text. ibi in versic. fueras ende*, probans quod confessio extraiudicialis sine causa non valet inquitque text. ibi, *in illo vers. fueras ende*, hoc esse verum nisi pars illa in cuius fauorem confessio fuit facta probet causam aliquam apparatus propter quam illud sibi debebatur, si ergo confessio sine causa suppletur per probationem, itidem & supplebitur confessio sine causa ex instrumenti tenore resultans, sicut vt supra diximus ex antecedente contractu vel scriptura suppleri potest. Et hæc quo ad forum fori procedunt, quoad forum tamen poli & sic conscientie ¶ non requiritur causa, *secundum Nauar. in manuali, cap. 18. nu. 9.* verumtamen est, quod si quis confiteatur se esse debitorem Titij pro resto rationis talis confessio & obligatio dicitur cum causa, ¶ pro vt in propositum tenent Alexan. & Sali. relati per Auend. in d. tract. de exceptiones, nu. 21. vers. quarta solemnitas est, folio mihi 142. Et pro complemento huius legis, est notandum etiam quod licet aliàs ex publico instrumento vel itidem ex priuato nulla nasceretur obligatio, sed probatio tantum,*

54 tantum, nisi adesset verbum † promitto, vel solemnis stipulatio, secundum Petrum Salice. numero 11. Paul. & alios relatos per Costam, in l. si ex cautione, in prin. 1. declara. & ibidem in 2. & 3. in prin. tamen ex lege nostra non solum probatio inducitur sed & obligatio, cum solemnem stipulationem interuenisse lex nostra præsumat in quocunque contractu, & sic ex confessione sola absque verbis futuri temporis oriatur literarum obligatio, prout tenebant Accursi. & cum eo plures relatos per Costam, in d. 3. declara. num. 2. & intelligitur tunc etiam verbum promitto, ut & inquit Suar. relatus per Costam ibi in ead. 3. de claratio. num. 9. in fine pagine. 432. Quibus quidem lex nostra satis remanet declarata, commentata cum necessarijs punctuationibus & declarationibus, & sic ad alias leges deueniendum est.

S V M M A R I V M.

- 1 Qui immobilia non possidet prestare tenetur fideiussorem de iudicio sisti & de exhibendo eum toties quoties iussum fuerit, sub pena de iudicato soluendo. num. 1. nisi ut ibi, & cum alijs nostri tex. requisitis in numero 2. insertis.
- 3 A regno forensis non tenetur satisfacere si in regno immobilia possidet. 3.
- 4 Contrahens cum aduena vel forense non potest ab eo petere satisfactionem dicta 4. Vbi idem in contrahente cum homine suspecto.
- 5 Instructio aduocatorum ad articulandum contra debitorem inopem ut satisfacet. num. 5.
- 6 Cautio iuratoria an sufficiet si debitor non reperit fideiussores. num. 6. & in nume. 3. dicitur quod si non reperit in loco iudicij sed extra, & ibi cum. n. 7. quando cautio iuratoria sufficiet & num. 8. quod pignora dare sufficiet.
- 7 Vsufructuarius non potest cauere de vtendo & fruendo per fideiussorum dationem an sufficiet per iuramentum. 7.
- 8 Fideiussor de iudicio, & fideiussor de la haz, in quo differant. 9.
- 10 Iudices cauere debent ne relaxent reos sub fideiussoribus de iudicio sistendo quia lata prima sententia cessat fideiussio. 10. secus in fideiussore de iudicato soluendo vel de la haz, ut ibi.
- 11 Reus quot bona immobilia debet possidere ut euitet satisfactionem. 11.
- 12 Annui redditus immobilibus comparantur & sic faciunt cessare satisfactionem. 12.
- 13 Reus si possideat immobilia in territorio alterius ciuitatis an euitabit satisfactionem. 13.
- 14 Fideiussio de iudicio sisti & iudicato soluendo apud vnum iudicem prestata non extenditur ad alium. 14. nisi ut ibi.
- 15 Citatio partis non requiritur neque contestatio litis ad informationem prestandam de

non idoneitate rei. 15. Vbi & quod sufficiet per testes probari.

Lex 3. quæ erat 66. Tauri.

S V M M A R I V M.

Nemo ad satisfandum tenetur pro debito pecuniario in iudicio ab eo petito, vel petendo nisi prius per informationem testium vel instrumentorum constet id, quod petitur deberi.

IBi. DE SE ARRAYGAR, Quid esset in hoc statutum de iure communi ciuili scribentes hic, & præsertim Ant. Go. num. 1. differebant, à quo desumpfit Matien. hic, gl. 1. nu. 1. cum 3. sequen. qui omnes dicunt pro præsupposito & introductione nostræ legis, quod quamuis ex. §. 1. inst. de satisfda & ibi DD. plura constituebantur, per tex. in §. sed hodie, inst. eo. tit. & l. sciendum. ff. qui sat. cog nouissime prouidetur indistincte neminem satisfacere teneri de iudicato soluendo sed tantum de iudicio sisti, sed si immobilia possidebat nullam harum satisfactionum esse adstrictum prestare, si ea cum titulo & bona fide possidebat, vel saltim cum bona fide sine titulo, quia utroque casu cessat præsumptio fugæ, secus si sine titulo & cum mala fide possideret, & hæc quidem satisfactio ex lege nostra renouatur ut detur à non possidente immobilia ut actori sit consultum non vero ut ne reus fugiat, ut sentiebat & male gl. in d. l. sciendum. quam reprobatur Sua. in l. 2. tit. de los emplazamientos, num. 13. lib. 3. fori, pag. 360. & sic iste fideiussor dandus, præsertim attentis illis verbis nostræ legis, de la deuda, est de iudicato soluendo, secundum Suar. vbi supr. ideoque in fine dicti num. 13. inquit ipse Suar. magno studio esse aduertendum an limitationes datæ ad d. l. sciendum, quas ibi ipse proponit, & DD. hic, applicari possint ad illam l. fori, de los emplazamientos, & per consequens ad nostram legem præsentem, quæ actori pro debito consulere vult, per satisfactionis præstationem de iudicato soluendo & iudicio sistendo. sufficiet tamen meo videri, satisfactio de sistendo in iudicio † & exhibendo & presentando eum quoties petitum fuerit, alijs soluent iudicium fideiussores ipsi, quæ fideiussio de la haz, Hispanice dicitur cum Roderico Suar. vbi supr. §. vltimus nota, nu. 3. eo quod iura non adstringunt dare fideiussorem in plus, quam quis fuerit obligatus, sed non habens unde soluat, liberatur dando seipsum ad seruiendum iuxta leges nostras, sufficiet ergo dare fideiussorem, de se exhibendo & presentando coram iudice personaliter, quoties iudici videbitur, idem voluit Greg Lop. in d. l. 41. ti. 2. p. 3. verbo demandarle fiador, nisi post latam sententiam, vel confessionem ab ipso reo factam, qua se declarat debitorem quoniam tunc non liberabitur dando fideiussorem de la haz. nec de iudicato soluendo, sed donec soluat, debet esse in carcere post elapsum tempus condemnatis miserationis causa concessum, ut melius explicat idem Suar. vbi supr.

num. 12. 13. 14. § 15. fol. 180. & sic lex nostra in hoc addit cum dicta lege fori iure ciuili, vt non sufficiat satisfactio de iudicio fisci, sed & requiratur de iudicato soluendo directe, vel indirecte, mediante dicta fideiussione de la haz, item & secundo addit lex nostra iuri ciuili disponenti reum non possidentem immobilia satisfactio debere constituto prius per informationem quod immobilia non possidet, item & quod id quod petitur debitum est ab eo, ita vt vnum sine alio non sufficiat probare, lex etiam nostra declaratoria & suppletoria iuris ciuilis est, non vero correctoria, & per consequens, si possidet immobilia etiam si constet debere petitum non satisfactio, neque itidem satisfactio præbebit, si immobilia non possidet, de debito autem non constituitur per informationem summariam testium, vel instrumentorum, in declaratione. l. de pollicitationibus ff. de polli. quam allegauit Ias. 1. lect. l. filius fa. §. diu. nu. 97. de leg. 1. §. Suar. vbi sup. vers. sed attende nu. 10. pag. 400. §. Ant. Go. 10. 2. c. 11. n. 57. §. probat optima l. 41. tit. 2. p. 3. & sic in præsentem voluerunt Casti. col. 3. & An. Go. dicentes iniquum & absurdum esse, quod idoneus satisfactio, & sic in simili voluit Rebuf. in 1. to. tit. de constit. in pro. 10. glo. 5. n. 129. Imo & quod plus est quod debitor iste petitus sit forensis à regno ¶ dum tamen in regno immobilia possideat ad debiti petiti solutionem sufficientia, non tenetur præstare fideiussionem hanc, etiam si detur debiti informatio, secundum Matth. Afflic. decisi. 109. §. gl. en la tierra, in d. l. 41. tit. 2. p. 3. §. Suar. d. §. vltimus n. 2. §. An. Go. hic, in casu tamen in quo exterus hic fideiussores præstare tenetur, vt pote quia in regno non possidet bona immobilia, præuio iuramento ipsius, quod in loco iudicij eos præstare non potest, satis erit quod præstet alibi dum tamen non sit in loco nimis remoto, ita quod non consulatur actori. l. fideius. §. si necessaria ff. qui sat. cog. Suar. d. l. 2. §. 2. n. 11. §. sequen. d. ti. de los emplazamientos, libr. 3. fo. pa. 375. Est tamen verum quod si quis cum aduena contraxit & homine extero vel cum forense paupere non potest post

4 petere satisfactio hanc præstari ¶ ob non præstitam vel petere vt incarceretur, quonia tempore, quo contraxit, talis erat, neque nunc dici potest suspectus, cum in eodem remaneat statu, & sibi imputet, si ante contractum non exegit, ex text. optimo in l. heres absens §. pro inde ff. de iudi. & ex dictis per Deci. col. 75. & per Suar. vbi sup. nu. 35. pag. 405. vbi num. 46. contra Bal. dicit hanc magis communem opinionem sub. §. 7. pag. 408. in prin. & sic si contraxi cum homine suspecto, non potest peti quod satisfactio quia suspectus secundum eum. Suar. d. §. 7. num. 32. pag. 404. & sic intelliges, quæ dixit ipse Suar. l. post rem. limi. 7. legis regia. num. 2. ad fi. pag. 308. vbi capi potest suspectus de fuga, nam id verum si suspicio superuenit post contractum, secus si tempore contractus emergebat suspicio, sicut & in paupere debitore dixit idem Suar. d. §. 7. num. 32. pag. 405. in prin. inuehens contra assessores imperitos, qui sequentes imperitos aduocatos immediate ostenso eis instrumento debiti & præstito iuramento de suspicione & fuga, consueuerunt concedere familiam & capi facere talem debitorem, nam male faciunt, secundum Ang. relatum per Suar. d. n. 3. debet etiam eis constare

quod tempore contracti debiti ille erat idoneus & soluendo & sibi calamitas superuenit in signis, aut inopia magna, quia si eius conditio non est mutata, imputet sibi, quia cum tali contraxit. & eius fidem fuit secutus, neque sufficeret, secundum Suar. ibi n. 33 si modica calamitas aut paupertas superuenit, ex l. si arbit. §. ex cau. ff. qui sat. cog. & eodem modo si post calamitatem superuenientem diu tacuisset creditor, vt est tex. notab. in l. si cred. C. de priu. cred. vbi Ang. instruit aduocatum actoris, vt faciat fidem de debito ¶ per testés vel instrumēta, narret etiam quod tempore debiti contracti debitor erat idoneus & soluendo & talis reputabatur, & quod ad notitiam sui nouo peruenit quod eidem debitori insignis calamitas, aut magna inopia superuenerit, & super his duos testes inducat, & delato sibi iuramento iuret quod habet eum suspectum. & tunc index secure concedat licentiam capiendi quousque satisfactio de iudicio fisci, & sic dicit se infinitis vicibus practicasse, & sup. d. etiam tenuerunt Pal. Rub. & An. Go. n. 3. hic, Pal. Rub. in repe. c. §. 9. n. 14. §. gl. verb. jmo d. l. 41. tit. 2. p. 3. quicquid voluerit cogitare Suar. vbi sup. in d. §. 7. n. 43. §. 44. pag. 407. Adest tamen in propositum optima & singularis quæstio, quid si debitor iste satisfactio debens non reperit ¶ fideiussores, stabiturne suæ iuratoriæ cautioni, an vero necessario debet satisfactio hanc præstare, aliter etiam in carcerem detrudatur, in quo de iure ciuili indubium erat cautionem iuratoriæ sufficere, ex tex. in §. sed hodie. inst. de satis. l. cum non facile ff. si cui plusquam per l. fal. gl. l. 1. ff. qui sat. cog. l. 41. in fi. tit. 2. p. 3. Suar. in d. ti. de los emplazamientos §. 1. n. 4. pag. 366. Ias. d. l. 1. n. 23. ff. qui sat. cog. Imo & quod fortius est, quod etiam in casu in quo usufructus legatur alicui rei alicuius, proprietate * eius alteri relicta, sufficere in hoc casu cautio iuratoria, si usufructuarius hic pauper sit neque fideiussorem reperiat, prout tenebant aliqui relati per D. Gutier. in l. nemo n. 292. cum plurib. seq. de l. 1. sed contraria est communis vt inquit Rolan. cons. 92. n. 11. §. sequen. l. 1. & tenet Ias. in l. 1. n. 23. lim. 10 ff. qui sat. cog. & sic cum vt supra dictum est, lex nostra non est correctoria, sed suppletoria, & additionatrix iuris ciuilis & partitarum, neque in hoc censetur corrigere, & hoc nisi secundum 1. aul. Casti. in d. l. 1. n. 1. ff. qui sat. cog. ex aliquibus coniecturis appareat hunc talem posse reperire fideiussores, quia tunc non sufficeret cautio iuratoria, imo & tunc posset incarcerari donec eos præstiterit, idque apparebit ex qualitate talis personæ, secundum An. Go. 10. 3. c. 6. col. fi. in dubio tamē quando non constat quod potest, vel non potest, iuramento ipsius standum erit an possit reperire fideiussorem, difficile enim reputatur inuenire fideiussorem, vt innuit gl. in l. 3. §. quamuis ff. si cui quam per legem fal. & in homine inope quasi impossibile, vt per Gutier. in d. l. nemo potest n. 293. Item intellige iuratoriæ hanc cautionem sufficere, quoties cautio ista est necessaria, secus si voluntaria, vt quia voluntarie quis se adstrinxit, ad satisfactio præstandam, nam tunc non sufficere cautio iuratoria, secundum Paul. l. si fideiuss. §. si necessariam ff. qui sat. cog. vbi & declaratur quæ sit necessaria, & quæ voluntaria cautio, & per Suar. vbi sup. §. 2. n. fi. pag. 376. à quo desumpsit Matienço, l. 10. glos. 1. n. 1. §. sequen. inf. hoc tit. & lib. verum tamen licet hæc ita sint, Greg. in dict.

in dict. l. 4. gl. pero si non, tit. 2. p. 3. inquit quod at-
 tenta dict. l. fol. de los emplazamientos, & lege no-
 stra in presentia omnino satisfactio est prestan-
 da, neque sufficit cautio iuratoria, & ibi alios
 allegat idem tenentes, & Suar. ubi sup. § sed atten-
 de, nu. 8. pag. 400. & prius in prin. eiusd. tit. de los em-
 plazamientos nu. 7. pag. 367. quem refert & sequi-
 tur Matien. hic gl. 1. nu. 4. & ibi, in d. nu. 7. inquit ip-
 se Suar. id ex pluribus legibus fo. per eum alle-
 gatis probari, aliter enim reum esse incarceran-
 dum, & asserit ita praticari, & sic pluries vidisse;
 & verum dicit, idque etiam probatur ex nostra
 lege dum loquitur per verbum, array gar, quod
 est idem, quod radices prestare & radices erige-
 re, per iuratoriā tamen cautionem id non fit,
 neque securitas debiti prestatur, sed per posses-
 sionem immobilium, aut per fideiussionum præ-
 stationem, ergo tenendum est hodie dictam iu-
 ratoriā cautionem non sufficere, quaquidem
 non est consultum actori, sicut antea consuleba-
 tur, cum tantum cautio de iudicio listi erat præ-
 standā, præsertim cum ut dictum est, lex nostra non
 est correctoria iuris antiqui, sed suppletoria & ad-
 ditionaria, & sic tenendum est, sufficere tamen
 8 prestare pignora † æquivalentia debito, ut inquit
 Suar. ubi sup. num. 9. pag. 367. ubi eius additio, hanc
 dicit communem opinionem & crebriorem testatur
 Orosl. l. 1. col. 652. in prin. ff. qui sat. cog. & proba-
 tur ex l. 6. tit. 8. lib. 2. fo. In propositum tamen de-
 clarandum est, quid & in quo differant fideiussor
 9 de iudicio listi, à fideiussore de presentando † reū
 quoties fuerit petitū, qui dicitur de la haz, & dicē-
 dum est fideiussorē de iudicio listi obligari, quod
 reus listet in iudicio vsque ad sententiam & sic
 sententia lata liberatur reo ibidem tunc existen-
 te, neq; post sententiam tenebitur fideiussor hic,
 in causa appellacionis, neq; in executione sentē-
 tiæ, ex tex. in l. Gracē §. & post licem ff. de fideiuss. quē
 non esse alibi testatur Bar. ibi Ang. Paul. & Ias. n. 7. &
 8. in l. 2. §. in fideiuss. ff. qui sat. cog. Mathefil sig. 17. &
 Suar. d. tit. de los emplazamientos §. sed pone quæstio-
 nem, n. 27. Dne. reg. 333. Hippol. in Rub. ff. de fideiuss.
 n. 139. in fin. & sequen. idq; ampliat optime & de-
 clarat Ias. in d. §. in fideiuss. Et sic inquit Bald. in c.
 dilect. n. 12. de appell. Cauere oportere iudices, ne
 10 carcere pro criminibus mancipatos relaxēt † sub
 fideiussoribus de iudicio listēdo, cum cesset fidei-
 ussio lata prima sententia, sed accipiant fideiuf-
 sores de iudicato soluendo, refertq; ibi Bal. iudi-
 cem quendam hoc ignorantem pro incauta rela-
 xatione cuiusdam delinquentis fuisse in syndica-
 tu damnatum, & ut ipse inquit desolatū, fideiuf-
 sor autē presentandi reum in iudicio toties quo-
 ties iudici placuerit, quē Hispani dicimus, de haz,
 non liberatur per sententiam, secundum Bar. in l.
 si quis reum ff. de cust. reorum. quoniam post sen-
 tentiam persona rei requiritur, ut in ea fiat execu-
 tio, & Bar. sequuntur Paul. Alex. & Ias. & ceteri
 modernior es in dict. §. in fideiussorem, Hippol. in Ru-
 brica. num. 140 ff. de fideiuss. Suarez. in dict. §. sed
 pone quæstionem, num. 32. vsque ad 36. vbi consu-
 lit iudicibus ut fideiussionem hanc caute & late
 accipiant, ita ut fideiussor promittat reum exhibere
 & presentare iudici ante & post sententiam
 & in omne tempus toties quoties ab ipso vel alio
 iudice competente fuerit petitum, ita ut in eum
 possit exequi sententia, utque renuntiet legi san-
 ctis; C. fideiuss. & l. 71. tit. 12. p. 5. nisi hæc fece-
 rit soluet iudicatum, huiusque ratio est, quoniam
 d. §. & post licem d. l. Gracē, non procedit, vbi ex-
 pressè in fideiussione aliud tempus etiā post sen-
 tentiam statuitur, id enim quod conuenitur ser-
 uandum est, ut l. pen. C. de fideiuss. Suarez, ubi supra
 n. 28. & sic etiam in dicta fideiussione de iudicio
 listi late & caute obligat fideiussorem, ut scilicet,
 obligetur de iudicio listi in omnibus instantiis &
 in executione sententiarum & de iudicato soluē-
 do, imo & in hac fideiussione de la Haz, serua cau-
 telam per me positam, in l. si. n. 73. tit. 2. lib. 4. supra.
 Pro complemento tamen huius glossæ ut nihil in
 eius propositum scitu dignum omittamus, dabi-
 tationi cuidam est satisfaciendum, scilicet, quot
 bona immobilia possidere debet reus ut euitet
 satisfactioē † & carceris intrusionē si fideiussor
 res non præstiterit, & in hoc Accursius, singula-
 riter, in dicta l. sciendum in prin. ff. qui sat. cog. 101.
 asserit bona immobilia possidere debere, quot
 quantitate rei petitæ æquiualeant, cui glossa simi-
 lis est alia in §. sed hodie, in l. de satisfactio. verbo ad
 terminum in fine, & in Authentica, de her. & sal. §.
 hinc nobis, veruntamen verior & receptor est sen-
 tentia Bartoli, in c. l. sciendum, teste Alex. ibidem,
 medium esse eligendum arbitrio iudicis, ut non
 tanta immobilia requirantur, quanta æquiualeāt
 rei petitæ, nec tam modica, ut non repellatur sus-
 picio fugæ, sed Roderic. Suarez, ubi supra dicta l. 2.
 tit. 3. libro 2. for. in principio n. 19. inquit iure regio
 arbitrium hoc differens esse debere iure regio, à
 iure communi, quippe qui iure communi impe-
 ratorum requirebatur possessio tot bonorum,
 quot iuxta iudicātis arbitrium sufficeret ad præ-
 sumendum eundem reum non recessurum à iu-
 dicio vsque ad diffinitiuam sententiam, ne ob
 eius absentiam sententia & iudicium frustraretur,
 non enim poterat iure communi iudicium
 peragi absque litis cōtestatione, & præterea me-
 lius causa determinaretur reo presente quam ab-
 sente, ut clare deducitur, ex dicto §. sed hodie, & cla-
 rius ex dictis per Ang. in l. Iulianus in fine. ff. qui sat.
 cog. & Alex. dicta l. sciendum in prin. & Suarez ubi
 supra iure vero nostro regio, ut subdit ibi ipse Sua-
 rez, cum procedi possit ad diffinitiuam lite non
 contestata & in absentia, iuxta l. 1. titulo 11. supra
 libro 4. non sufficere satisfactio de iudicio listi vs-
 que ad diffinitiuam, nec possessio bonorum im-
 mobilium, quæ cessare faciat suspicionem fugæ,
 quæque reum adesse vsque ad diffinitiuam præ-
 sumi faciat, sed quod bona possideat, quæ cessare
 faciant præsumptionem fugæ vsque ad executio-
 nem sententiæ inclusiue, nam licet vsque ad sen-
 tentiā non exigatur iure regio presentis rei, exi-
 gitur tamen in eius executione, quippe qui bonis
 deficientibus debet tradi creditoribus ad seruē-
 dum, donec eis de debito satisfaciatur, ut in l. 2.
 tit. 8. lib. 2. fo. & l. 4. & sequen. supra isto tit. & lib. ita
 optime Roderi. Suar. in d. num. 19. vbi deinceps
 tractat, de qualitate bonorum ad euitandam sa-
 tisfactionem, & inter alia bona, numerat annuos
 redditus † immobilibus eos æquiparans, quos 12
 si quis possideat euitat satisfactioem: ut per omnes
 hic, dum tamen sint cōstituti super rebus immo-
 bilibus, secus si super persona tantum ut sunt los
 censos de por vida, & hæc est communis omnium
 traditio teste Ias. num. 23. & Oroscio. 2. d. l. sciendum
 in prin.

- in *princi. ff. qui satis. cog.* sed an si in territorio alterius ciuitatis immobilia reus possideat, euitabit \dagger satisfactioem, & communis est *secundum Soci. num. 12. Ias. . d. l. sciendum. §. possessor. & ibi Oroscio, col. 67. a.* quod sufficere, licet sufficeret fideiussione in alia prouincia prestare, quod intelligo si non est multum prouincia illa remota, *ut in hac diximus lege*, mobilia tamen possidere si talia sint, ut occultari facile non possint, qualia sunt dolia defossa aut pretiosa merces, an excusari hanc satisfactioem faciant, magna consensus est non compellendum satisfacere ea possidens, *secundum Ias. d. l. sciendum, in princi. nume. 2. Soci. 4. no. ultimo* quod fideiussio de iudicio listi & iudicato soluendo apud iudicem vnum prestata ad iudicem alium non extenditur, \dagger nisi iudex ille alius sit subrogatus *secundum Areti. consil. 80. relatum & secutum per Aymonem Crauetta, consil. 973. numero 13. lib. 5.*

Ibi. *De testigos.* Et sic iuramentum non sufficit hodie, sicut olim sufficiebat ut quis compelleretur satisfacere, *secundum Pala. Rub. hic n. 7. & n. 41. & Anto. Gomez 2.* asserunt hanc informationem non solum de debito, sed & de paupertate & suspitione dandam, *ut in hac lege dictum est, & praxi communis sic videmus quotidie receptum*, ad hanc tamen informationem faciendam neque est lis contestanda nec pars citanda, \dagger *ut tenet Pala. Rub. nu. 41. & Anto. Go. . hic, & ante eos Angel. l. si ab arbitro. §. qui ex causa, ff. qui satis. cog. relatus & secutus per Suarez. d. iiii. de los emplazamientos. §. 7. num. 34. pagi. 405. & Matienço, hic glos. 2. in fin. Itidem & ex ijs verbis nostri text. approbatur iam opinio Ias. & Alexan. in l. si fideiussor. §. si satisfactum ff. qui satis. cog. dicentium non requiri de necessitate probari per publicum instrumentum ad satisfactioem hanc faciendam, & sequestrum faciendum, sed sufficere per testes debitum probari & suspitionem, cõtra Bart. l. litibus C. de agricol. & cens. lib. 11. & refertur per Abb. in c. 2. nu. 28. de seq. pos. & fruct. & facit, nam si ad capturam personæ testium informatio sufficit, cur & non ad hanc satisfactioem, & sequestrum bonorum, & ad sic tenendum vtebatur hoc argum. Oroscius in d. §. si satisfactum col. 660. & pro eo confidero legem nostram, quibus satis remanet declarata.*

S V M M A R I V M.

- 1 Alendus est reus per nouem dies expensis creditoris eum incarcerari facientis si pauper est, aliter est relaxandus. n. 1.
- 2 Casus vbi alimenta litigatori debentur remissive. n. 2.
- 3 Cessio bonorum de iure antiquo quomodo fieret. 3. & 7.
- 4 Conuentio an valeat ne quis bonis cedere possit. 4.
- 5 Cedens bonis tenetur inuentarium bonorum prestare. 5.
- 6 Clericus, ecclesia & collegium cedere bonis possunt. 6. differunt tamen ut ibi, vbi & in confraternitate idem dicitur.
- 7 Conductores reddituum regionum & sus abo-

uadores non possunt bonis cedere. n. 7. vbi quid in alio debitore regis vel fisci.

- 8 Cessionis beneficio an renuntiari possit. 8.
- 9 Cedens bonis si post alia bona adquirat an de illis tenebitur soluere creditoribus. 9.
- 10 Fideiussoribus an proffit cessio debitoris. 10. vbi cautela ut proffit.
- 11 Cedenti bonis vestes lineæ relinquuntur. n. 11.

Lex 4. & 5.

S V M M A R I V M.

Alimentandus est per nouem dies carceribus intrusus à creditore eum incarcerari faciente, qui quidem debitor si intra hos dies nõ soluerit neque fideiussores prestiterit ipsi creditori tradendus est pro satisfactioe debiti secundum formam & tenorem nostræ legis. Et qualiter & quando cessio bonorum sit facienda lex quinta sequens nostræ legis quartæ declaratoria, declarat & disponit.

Ibi. HASTA NUEVE DIAS. Assignatur hic tempus alendi debitorem incarceratum pro debito à creditore * eum incarcerante, cum de iure communi tempus ad hoc non assignaretur, *ut l. sed si hereditas & ibi DD. ff. ad exhib. si forte ex artificio vel officio ali non poterat, ut ibidem notatur, & per glos. l. vlt. C. de erog. mil. anno, vel si non habet aliunde vnde ali possit. l. iudices C. de Epi. au. Ias. in §. item si quis in fraudem numero 93. inst. de actio. Hippol. in pract. §. attingam numero 74. Auiles. ca. 18. prao. verbo qual conuenega nume. 5. & relaxandus est à carcere si non alimentatur ut per Ripam. l. obligationem numero 32. ff. de pigno. per nostram tamen legem limitatur tempus alimentorum, item & insuper disponitur cum indistincte loquatur, quod etiam si aliunde habeat vnde se alimentet, per hos nouem dies est alimentandus à creditore eum incarcerante pro debito, *ut voluit Fab. in §. fin. inst. de actio. & Montal. in l. 2. tit. 8. verbo de pan y agua, lib. 2. fori.* nunquam tamen vidi alimentari nisi illum, qui aliunde alimenta non habet, forassis tamen hoc erit quia non petitum, sunt tamé plures casus vbi alimenta litigatori debentur \dagger relati per Rebuf. 2. to. 1. constit. Fran. tit. de senten. prout in prefatione à num. 36. cum sequen. quem videbis.*

Ibi. Sea entregado. Quid esset de iure \dagger antiquo, & quid de nouo vide per Suarez, in d. l. 2. tit. de los gouernos 8. lib. 3. fori in prefatione incip. ante omnia numero 1. cum sequentibus aliquibus, qui in §. quinto quaritur numero 4. cum sequenti. pagi. 417. ponit regulam nostri text. cum fallentibus, de quibus & videbis per Auendaño respons. 8. per Anton. Gomez tomo secundo, capite undecimo, num. 51. per Baecam nouissimè, de debitore inope, vbi circa hoc fecit integrum tractatum, lex tamé nostra in ijs verbis disponentibus tradi creditoribus

ribus alterata est. per l. 7. infra eod. vbi maius tempus datur vt compelli possit debitor bonis cedere, & mediante cessione tradi creditoribus ad seruiendum, *na asserit Montaluis, hic, in additione*, & secundum leges Romanas duodecim tabularum ita etiam fiebat, licet per plures id reiectum fuit durū conijciētes pro debitis aliquem incarcerari *vi licet videre per Nauar. in commentario de vsur. nume. 92. pag. 44. posito post manuale Hispanicum, & Couarru. lib. 2. vari. c. 1. numero 1. & alibi dixi, Et Baecam, vbi supra*, Et an valeat conuentio ne quis bonis ꝑ cedere possit, vide Ripam. d. l. obligatione numero 30. ff. de pignori. cedens tamen bonis teneretur ꝑ indicare per inuentarium omnia bona sua, *secundum additio. capella Tolo. 136. & Baecam, vbi supra caput. & secundum illam additio. quilibet etiam clericus, Ecclesia, collegium vel confraternitas cedere bonis possunt, ꝑ celsio tamen clericorum & ecclesie & collegiorum ac confraternitatem differens erit ab illa quam secularis facit, neque erit ignominiosa conducta res tamen reddituum regionum & sus abonadores non gaudent beneficio ꝑ celsionis, secundum tex. in l. 5. titulo 9. libro 9. infra & in alijs casibus deductis per Ias. in §. si. inst. de actio. Et an debitor quilibet regis seu fisci gaudeat hoc beneficio celsionis, vide Dida. Perez in l. 7. glos. fin. titulo 4. libro 2. ordi. dicentem quod sic, & probatur ex l. 7. infra eo. licet Barro. in l. 1. ff. de celsio. bon. & Bal. in l. 1. numero 5. C. qui bon. ced. pos. & Ang & Ias. numero 12. in §. fin. inst. de actio. aliud voluerint, & qualiter iure antiquo fiebat celsio vltra Suarez vide Couarru. libro 2. vari. cap. 1. numero 5. vbi quid iure nostro regio & Auen. d. responsio. 8. numero 2. cum sequentibus, vbi Couarru. numero 7. tractat an beneficio huic renuntiare ꝑ possit, & Minchaca, de succes. crea. §. 22. numero 79. cum sequentibus aliquibus, & Rip. d. numero 30. & an debitor cedens bonis si post alia adquirat teneatur ꝑ de illis soluere, vide Anto. Gom. d. to. 2. cap. 11. numero 52. & glos. 1. l. 3. titulo 5. p. 5. & Aleis. in c. cum non ab homine numero fin. de iudic. Et an fideiussoribus hoc proficit, ꝑ vide per Anto. Gom. vbi supra, vbi inquit quod non, & Baega, de debit. inope. cap. 5. numero 39. & probat lex 3. titulo. fin. parti. 5. prodesse tamen posset si ipse principalis debitor in se, pro se & fideiussoribus causam susciperet, si forte ipsi fideiussores poterant habere regressum contra eum, ex text. in l. idemque §. generaliter ff. mand. & text. in l. §. si fideiussor. ff. de re iudi. vbi Barto. Alex. & Ias. & Paul. in l. Marcellus numero 2. ff. de fideiussor. & alij tenent istam cautelam secundū Alex. l. non tantum §. quod autem numero 4. ff. de re iudic. & est ad hoc optima consideratio, quam nouissime in propositum consideravi & à nemine vsque adhuc ad hoc consideratam vidi, quam latius considerabis & de cessione bonorum plura etiam nouissime considerauit D. Paz in sua practica cap. 5. parti. 4. primi tomi cedenti tamen bonis vestes lineæ relinquuntur, ꝑ ex. l. 1. titulo 15. parti. 5. & ibi glossa, & instrumenta artis luxæ adquirendum victum necessaria, vt per Couar. d. lib. 2. vari. c. 1. num. 5. in fine.*

S V M M A R I V M.

1 Libellum in materia celsionis remissive. n. 1.
Tom. 3.

- 2 Cedens quodammodo seruituti adijcitur. n. 2. vbi declaro.
- 3 Cedens bonis operas solitas non vero insolitas teneretur prestare. 3. ad instar debitoris ingredientis monasterium, vt ibi. & n. 8. quæ opera sint.
- 4 Rigor hic vt cedens ad collum manicas ferreas afferat cum aliquibus non esset seruandus. 4.
- 5 Cedens bonis si traditur vxori, & filijs non debet tradi ignominiose cum argolla ad collum sed sine ea. n. 5.
- 6 Vxore repetente bona à marito constante matrimonio ob inopiam habebiturne ratio ne egeat. 6.
- 7 Vxor an possit petere dotem si maritus absque culpa deuenit in paupertatem. 7.
- 9 Creditoribus non instantibus vt primus cui cedens adiudicatur faciat illum argolla ferrea ad collum ambulare non perdat iura. n. 9.
- 10 Creditor non perdit in totum ius quamuis requisitus non compellat debitorem cedentem argollam dictam trahere, sed suspenditur vsque creditor requirens recuperet debitum. n. 10.

Lex 6.

S V M M A R I V M.

Cedentes bonis & catena renuntiantes legis nostre modum & formam adimplere tenentur.

IBI. RENUNTIARE DE LA CADENA. Libellum ac formam procedendi in materia celsionis bonorum ꝑ videre poteris per D. Suarez de Paz in sua practica quartæ partis primi tomi, cap. 8. quem pro hoc referre sufficit.

Ibi. *Al cuello vna argolla de hierro.* Ex iis verbis deducitur in persona liberi hominis esse ius * quoddam seruitij, ita vt quamuis liber homo non possit pignori dari, nec in priuato carcere detineri perpetuo, vt in l. 2. C. de patri. qui fil. distra. lob. es. & anth. imò, C. de actio. & oblig. auctoritate tamen Regia. & legum Regni iuris ius quoddam seruitij, & operarum constituitur, non seruitutis, quoniam seruus non efficitur debitor qui bonis celsit, sed traditur creditori vt seruiat, vt in casu simili notat glos. in l. liber captus C. de captiuis, & in l. 1. gl. fin. estque debitor hac in specie apud creditorem veluti in obsidio, quippe cui libertas non auferitur, sed voluntas comprimitur, vt not. Platea, in l. nemo carcerem num. 23. C. de exact. trib. lib. 10. explicat Oldrad. conf. 52. & sic etiam intelliges glo. in leg. fideicommissa §. ff.

rem. de legat. 3 dicentem debitorem seruum esse creditoris, non enim est seruus seruitute civili, sed quodammodo seruus, quia seruit, cogiturque operas facere, ex quarum precio creditoribus satisfaciatur, operas inquam solitas non vero insolitas, † *argumen. l. locum §. finge. ff. de usufruct.* ad exemplum monachi religionem ingressi, qui debita ante ingressum contracta, ut soluat, laborare scribendo, vel aliâ honestas operas intra monasterium facere compellitur, ut inquit Panorm. in cap. cum. l. 1. & A. numero vigesimo septimo, de re iudican. & notatur in l. pro herede §. si quid ff. de acquirend. hered. Auend. respon. 8. numero septimo. Suarez in principio dicti titu. de los gouernos numero 19. & Olanus, in concor. Antimo. litera D. num. 18. & 19. & sic lex nostra cessionem ignominiosam approbat, & hoc in odium cedentium, aliis tamen modis oculis hominum infestis fiebat iure antiquo, ut per Suarez, ubi supra, numero decimo quinto, noster tamen legis nostræ seruat, imo & rigor hic, de traer argolla al cuello, paulatim inter homines labitur, † quasi crudele videatur hominem liberum collo ligari manicis ferreis, & iure optimo in desuetudinem ire deberet, nisi esset cedens homo qui dolose debita contraxit confusus cessionis beneficio & cessionibus & ludis ac concubinis in pauperiam deuenit, vel in mercatoribus decessionibus vulgo alcados, in iis rigor hic non esset relinquendus nec à carcere relaxandi essent, secundum Bald. consilio 400. num. 4. lib. 5. & Paris. consilio 94. numero 10. libro 1. & Benuenut. libr. de decido. 3. parte, numero primo, cum sequentibus, & idem erat in iis, qui sua culpa facti sunt non toluendo ut per eos ibi, & cum iis etiam petentibus creditoribus rigorem nostræ legis seruarem, nedum ignominiose viuere deberent, ignominiam propter delictum excusent, sed in homine, qui casu, fortuna, & sine culpa in pauperiam deuenit, propter quod compulsius est, ne in carcere petiret, renuntiare catena & cedere bonis, cur rigor hic esset seruandus, & danda afflictio afflictio? quas ob res, vel cum vxor filij eius ea mortua pro dote, & bonis maternis se cessionem mariti vel patris opponant ut creditores, quibus quidem ut talibus maritus vel pater tradendus est tanquam creditoribus prioribus, si priores sunt † tempore vel iure, sine manica ad collum traditur, & in vxore, ita tenent Anton. Gomez, & Baeça, & Villalobos, & Ioann. Gutierrez, relati per dictum D. Suarez de Paz, in dict. cap. nono, ubi hanc dicit veriore & communioem, & eam etiam sequitur Didacus Perez, in l. 5. titulo decimo tertio, libro quinto, ordin. ubi refert Auiles, eam sequentem, & sequitur Mariengo, hic glos. 3. numero tertio, etiam si Monterroso relatus per Suarez de Paz, dict. cap. octauo, dixerit inaduertenter contrariam esse communioem, sed contra eum cum dictis DD. est communis practica in locis ubi sic vidi pluries pronuntari, iniquum enim esset vxorem dote sua priuari, & creditores posteriores ei in operis à marito præstandis præferri, in filiis tamen magis est dubitandum de hac quæstione, quam in vxore, licet meo videri idem esset iudicandum, hæc tamen licet ita sint, non est tra-

dendus maritus vxori & multo minus filiis cum torque ferreo ad collum, sed sine eo, neque per hoc perdet ius suum anterioritatis, cum absurdum esset filiis & vxori sic tradi, & ita tenent supradicti LD. quicquid Auiles aliud & male velit, & contra eum vidi semper in hac Placentiæ ciuitate practitari, & in sententia ita declaratur, ut per Paz, ubi supra. Sed an si mulier in casu in quo constante matrimonio repetit † dotem à viro ob inopiam mariti habeaturne ratio an maritus egeat, & non habendam testatur gloss. in l. ubi adhuc C. de iure doti. cum qua est communis, teste Auenda. respon. 8. numero 8. versicul. & quanguam, & Anton. Gomez, tomo secundo, capite undecimo, numero 53. ad fin. ex lege tamen 1. titulo 15. partita 5. contrarium asserit tenendum Villalobos, in antinomia iuris civilis & regij litera D. numero 215. & Olanus, in concor. Antimo. litera D. numero 84. ubi numero 85. fundat idem esse de iure communium cum fructus dotis remaneant pro alimentis & oneribus matrimonij sustentandis: Sed an vxor poterit petere dotem ob inopiam † mariti si absq; culpa maritus deuenit in pauperiam, & videtur quod non, ex l. 29. titulo undecimo, partita 4. sed quia lex illa non prohibet aliter repeti non posse dotem, creditoribus existentibus tenendum est, quod etiam si sine culpa sua maritus ad inopiam deueniat, poterit vxor petere dotem, quando creditores vendunt bona mariti, vel executionibus ea sibi appropriari volunt, aliter enim esset vxorem dote sua priuari pro debitis mariti ad quæ ipsa non erat obligata, & ita practitari dictam legem partitæ asserit Bernard. Diaz in additio. ad Pala. Rub. in repetitione capit. per vestras. §. 24. quem refert & sequitur Villalobos, in Antinomia iuris civilis & regij, litera D. numero 209. & Olanus, in concord. Antinom. dicta litera D. numero 83. quia lex illa 29. partitarum solum prouidit cum vxor vult petere dotem à marito ad inopiam veniente, nullis instantibus creditoribus, tunc enim non aliter admittitur quam si culpa sua maritus ad inopiam deuenit, ut ibi patet clare ex lege illa, dum dicit dotem depositandam ut ex ea alantur, sed cum creditores instant tunc indistincte admittitur vxor tanquam creditrix mariti ut aliis præferatur, ex l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab. & sic pluries vidi practitari in hac ciuitate, & ita practitari inquit se audiuisset à viris doctissimis, Didacus Perez in additio. ad Segorem, in tractat. de bonis lucrativis constante matrimonio numero 9. quæ nota quia multi iudices hæc ignorant. Et quas operas tenebitur debitor cedens impendere creditori, dic quod eas tantum, quibus † debitor non fraudetur tempore necessario ad curam corporis sui, ut l. cum Patronus. §. fin. ff. de oper. libr. Lucas de Penna l. 1. col. 1. in fine, C. de agricol. & censu. libro undecimo, & cum vir & vxor vnum censeantur corpus, & vna persona quoad debitum conjugale, ut cap. admonere. 33. quæstio. 2. Genes. 2. & Matth. 19. non poterit creditor tanto tempore debitorem occupare, ut eius corporis copia vxori suæ esse non possit, ut inquit Auendaño d. respon. 8. numero 9. & 10. & in hoc tantum casu, secundum meum ibi vxor vindicare poterit personam mariti, & hac causa excepta poterunt

terunt creditores ob debita ius habere in persona debitoris, ut ipse seruiat. & ex operibus die-
tim soluat, datis debitori necessariis alimentis,
*ut notat gloss. in l. finali, ff. de oper. seruo, & probat
lex nostra, dicens. De lo que ganare mantengalo razo-
nablemente.* Pecuniaque hæc redacta ex operibus
viri non caderet sub hypotheca quam mulier ha-
bet contra bona mariti, nam cum creditoribus
hæc opera debeatur, quod inde nascitur, sunt
bona creditorum & non vxoris *argum. text. in l.
solum. ff. de rei vend. secundum Auend. d. num. 10.*
idque locum haberet in casu in quo prius mari-
tus traderetur alicui creditori antequam vxori:
nam si vxori prius traderet hoc verificari non
posset.

Ibi. *Se preferan.* Intelligit ex l. 8. infra istotitu.
dum tamen ille prior creditor, cui prius debitor
fuit ad iudicatus sit requisitus à posterioribus cre-
ditoribus † ut argollam hanc tali debitori impo-
nat, aliter enim non perdit ius prælationis. & ad
hoc processit lex illa, & iuste nam de iure ad præ-
nam incurrentem requisitio requiritur *ut dixi-
mus in l. 7. titulo 18. lib. 4. supra* eo tamen requisitio
si infra sex dies secundum illam l. 8. non imposue-
rit ei maneam ferream ad collum, perdet priori-
tatem & anterioritatem iuris sui, & illi qui re-
quisierunt ei præferentur non solum quoad opera
debitoris, sed & quoad bona per eum post ces-
sionem acquisita, *ut text. noster probat,* & solutis
illis creditoribus, qui requisierunt, tunc prior il-
le creditor recuperabit debitum suum, quia non
priuatur eo in totum, *ut clare ex verbis nostra legis
deducitur.* Ex quo nouissime infero, quod si ex
quinque creditoribus duo requisitionem fece-
runt, ijs duobus solutis, intrabit prior creditor
ante alios tres † non requirentes, eo quod lex no-
stra solum requirentes prætulit, dum dicit. *T que
los acreedores à cuyo peamiento se hizieren las tales
execuciones se preferan, &c.* Et est mea noua ac ve-
ra consideratio ex text. nostro elicita, & an per or-
dinem debeant requirere, *vide in l. 8. infra eodem.*

S V M M A R I V M.

- 1 Regula, quod beneficium non datur in inuitum
limitatur. nu. 1.
- 2 Iudex non potest ex officio iubere cessionem
factam per lapsum temporis nostri text. nisi
creditoribus petentibus. nu. 2.
- 3 Posterior creditor vendens rem & eam obli-
gans specialiter pro solutione debiti cōuenti
& quod interim quod non soluitur sit obli-
gata præfertur anteriori creditori. 3. Vbi an
sufficiat post traditionem & n. 4. an vxor-
ri præferatur. num. 4.
- 5 Mutuans pro refectione nauis an præferatur
numero 5. Vbi de intellectu quarundam le-
gum partitarum.

Lex 7.

S V M M A R I V M.

Quid erit faciendum cum debitor in-
Tom. 3.

*carceratus non vult soluere neque cedere
bonis, declarat lex nostra.*

Ibi DESPŪES DE LIQV'DA DA LA DEYDA:
Et sic per biennium & plus poterit esse in car-
ceribus dum debitum liquidatur, ante enim li-
quidationem factam & quis prior sit creditor &
in rem iudicatam lapsam sententiam super ijs ter-
minis nostræ legis non incipit currere.

Ibi. *Sea obligado a renunciar la cadena.* Sed non-
ne beneficium cessionis fauore debitoris intro-
ductum est, ne perpetuo carcere sit alligatus, er-
go fauor, & beneficium non est in inuitum con-
ferendum prout est iuris Brocardicum, & quod
fauore introductum est, non debet in eius odium
retorqueri, ideo vel dicendum est, cessionem ut
pote ignominiosam rem, non esse fauorem, ne-
que beneficium, sed onus potius, nam fama vi-
tæ æquiparatur, *ut per Docto. in l. ut vim. ff. de iusf.*
& iure cedentes autem bonis communiter per
omnes infames, & ignominiosi iudicantur, igitur
cessat obiectio dicta, cum cesset fundamentum
obiectionis: vel casu in quo diceremus cessionem
honorum esse beneficium, quod potius ego vo-
co suffugium carceratorum dicta regula non pro-
cedit. quando ex illo beneficio tertius commo-
dum & interesse reportat, tunc enim dictum †
beneficium datur in inuitum, *ut per Deci. in reg.
inuito. ff. de reg. iur. in creditoris vero commodum
ex legibus nostris datur cessionis remedium, er-
go volentē creditore debitor tenetur omnino
cessionem facere lapsis sex mensibus nostræ legis.
Que quidem lex nostra prouisit de remedio con-
tra debitores cedere nolentes, de quo antea du-
bitabatur per Suarez, in d. titu. de los goniernos,
questi. 9. pagi. 415. & l. 4. titu. 15. parti. 5. non pro-
uidebat de tempore, ut ibi glo. fasta, voluit signi-
ficare: legisque nostræ remedium licet lapsis sex
mensibus locum habeat, censetur per lapsum eo-
rum cessionem factam, adhuc tamen requiritur
declaratio iudicis ex dictis per nos alibi, quando
pœna ipso iure imponitur, quod declaratio re-
quiritur, & cum declaratio requiratur credito-
ribus non petentibus iudex eam † non faciet, 2
quia ad utilitatem priuam non potest officium
suum impartiri, ex l. 4. §. hoc. autem ff. de dam.
inf. & ex dictis in propositum per Baezam de inope.
debuore. cap. undecimo numero 8. in princi. & nu-
mero 9.*

Ibi. *Que la ley manda.* Scilicet. l. 4. §. 6. supra
isto titulo libro.

Ibi. *Al acreedor que primero segun derecho de-
ue ser pagado,* Matienço hic. gloss. 5. ex ijs verbis
sumpsit occasionem proponendi matetiam præ-
lationis creditorum, quæ quidem est ampla &
in ea possent plura consumi membrana, & sic ne
diminute procedamus prout ipse processit, &
quia materia est iam clara, & optime discussa per
Negulant. in tract. de pignori. & per Per. Pekium,
inc. qui prior, de reg. iur. in 6. & per Couarru.
lib. 1. vari. ca. 7. per totum, & per totum titulo
13. parti. 5. & ibi glossatores, & per Benuenur.
titulo de decoloribus. 3. parte partis. 7. pag. 387.
cum sequentibus pluribus, non est necesse ea exa-
minare. Solum vnum ut scias velim, quod ex l.
licet C. qui poti. in vig. hab. præfertur creditor † 3
posterior

posterior vendens rem alicui eam specialiter obligando pro solutione pretij conuenti, & quod interim quod non soluitur pretium sit specialiter pro solutione obligata, *ut & probat text. in l. 30. titulo 13. partita 5. Negusantius, ubi supra 2. membro. 5. partis num. 19. & sequentibus. Benue-
nut. de decoloribus vlti. parte, numero 5. vbi cum
Negusantio. 4. parte, numero 55. discutit an satis sit quod in eodem instrumento hæc hypotheca subiiciatur post traditionem, an vero exigatur quod fiat ante vel in ipsa traditione, & concludit contra Negusan satis esse etiam si post traditionem pactum hoc subiiciatur, *ut & voluit Rui-
nus consilio 214. numero 10. libro 1. & Curti. Iuni. consilio 146. & sequentibus, & quamuis venditor, qui hoc pactum apposuit cæteris creditoribus hypothecariis etiam anterioribus præferatur, non tamen mulieri debitoris tacitam, vel expresse
4* tam ꝑ hypothecam habenti, *per text. in Authen. de equali. dot. §. his consequens, ut ex eo colligit ibi gloss. agrum. Specul. titu. de obli. & fol. §. 1. num. 45. Bart. Alberi. Sali. l. interdum ff. qui pot. in pig. hab. Paul. & Pas. l. creditor. 1. ff. si cer. pet. Af-
flict. decis. 306. & hanc communioem & in praxi receptam opinionem testatur Couarru. dict. cap. 7. numero 2. & 3. & probari videtur ex l. 29. cum 2. precedentibus titu. 13. partita 5. contrarium tamen tenuit gloss. el postrimero, in dict. l. 30. per
1* text. ibi, quæ hunc casum non exceptit, & ita voluisse Bal. nouel. de dote, ut ibi refert, neque ob-
stant huic opinioni, dicta l. 29. & duæ præcedentes *ibidem & supra allegata, quoniam ibi in eis
5* non præfertur doti mutuans pro refectione ꝑ nauis, & in aliis casibus ibidem designatis, quia non fuit res illa vendita specialiter & expresse pro solutione pecuniæ obligata, sed tacite tantum, & sic nimirum si non præferatur doti anteriori, & sic procedit etiam gloss. dicti §. his consequens, pro prima opinione allegati, nos autem loquimur cum expresse res vendita, vel empta ex pecunia mutuata obligatur expresse pro solutione nam tunc non solum anterioribus creditoribus præfertur verum & doti, prout fuit opinio Bar. in l. interdum ff. qui potio. in pig. hab. & aliorum plurium relatorum per Couarru. d. c. 7. num. 3. vbi hanc frequentiori calculo receptam testatur, & sequitur eam Cæpola cautela 124. & Pet. Pekius, in d. c. qui prior num. 15. & ideo dicta l. 30. cum de hac expressa obligatione locuta est, nõ meminit dotis, sicut in d. l. 29. ibidem fuit mentio facta, & per consequens hæc opiniones non sunt contrariæ, prout eas voluit contrarias facere Couarru. *vbi supra, & Matienço hic d. gloss. 5. num. 8. nam prima ut vides procedit cum solum adest tacita obligatio, secunda vero quoties adest expressa obligatio & hypotheca pro solutione pecuniæ, quæ nota quia noua & singularia.**

Lex 8.

S V M M A R I V M.

Primo creditore negligente debitorem ei adiudicatum cum torque ferreo ad collum incedere post sex dierum requisi-

tionem sequentibus requirentibus est tradendus, & sic deinceps.

IBI. DESPVES QUE FVERE REQUIRIDO. Sed per quem, dic per quemcunque aliorum creditorum, & sic siue secundus creditor sequens post primum, siue vltimus eorum requiratur, sufficet, ut requirenti tradatur in negligentiam requisiti, cum vnique eorum interfit ut priori seruiat, ut citius vnusquisque debitum suum consequatur.

Ibi. Como por la ley. Quæ est d. huius tit. & libri.

S V M M A R I V M.

- 1 Cessio bonorum non habet locum pro pœna pecuniaria in vim meræ vindictæ imposita, sed tantum pro interesse pecuniario parti læsæ restituendo. n. 1. vbi n. 2. an in damnato fisco soluere idem sit.
- 3 Cessio bonorum pro pœna pecuniaria parti applicata in quolibet delicto locum habeat. 3.
- 4 Cessio bonorum à delinquente facta pro interesse partis grauata est facienda sicut fit pro debitis ciuilibus & torque ferreum ad collum debet ferre cedens.

Lex 9.

S V M M A R I V M.

Cessio bonorum fieri potest pro interesse partis ex furto condemnanti restituendo per condemnatum, pœna corporali pro furto imposita prius executâ.

IBI. Y NO TVVIEREN BIENES CON QVE PAGAR A LAS PARTES SVS INTERESES. Ex verbis iis non est desumendum, quod pro pœna pecuniaria vel corporali apposita in vim meræ vltionis esset locus cessione bonorum, sed quod tantum tunc sit locus cessione quoties pro interesse tantum ꝑ parti læsæ ex sententia iusto restitui petitur cessio, & sic pro damno illato & secuto ex furto, in quo nimirum si cessio locum habeat, cum loco publicæ vindictæ non infligatur, ut de iure voluit Ioa. And. & Panormi. in c. Odoardus, de solutio. Boeri. decisio. 349. numero 8. & sequent. Rupellanus, Forensium institutio. lib. 4. cap. 6. vbi idem esse statutum apud Gallos testatur in Pictaviensi conuentu anno 1531. & voluit Didac. Perez, l. 3. tit. 1. lib. 3. Ordina columna 786. in fine, & sequentibus sic intelligens legem nostram & Couarru. lib. 2. Varia. capit. 1. numero 8. & gloss. penulti. l. 4. titulo 15. partita 5. & Nauar. in Manuali Latino cap. 17. numero 86. & Baeça, de debitore inope. cap. 11. numero 5. & 6. quamuis ipse ibi velit nostram legem intelligere etiam quando in meram pœnam pecuniæ condemnatio fit, & bene fundat, est tamen contra communem per nos assertam in l. 10. in gloss. dieꝝ mil. titulo 1. supra libro 4. &

2 an in damnatos fisco soluere idem sit, † *ibidem* examinat ipse Baeça num. 7. & numero 11. aliam quæstionem proponit, & sic quoad interesse partis cessat ex lege nostra regula illa, qui non habet in bonis, luat in corpore, de qua dixi in d. l. l. 10. in glos. illa die 7. ml. Et an lex nostra in quolibet delicto procedat pro quo pecuniaria pœna parti pro interesse † applicatur, crederem quod lic cum militet eadem ratio & dispositio nostri text. ut voluit Baeça ubi supra num. 6. & Olanus, in Concordia Anonimi. litera D. num. 18. & Dida. Per. ubi supra, contra Villalobos ubi in furto tantum id procedere volente, est tamen verum quod si graue esset crimen posset in publicas trirèmes mitti, ut trirémis onere fungatur donec ex publica pecunia damnum & interesse priuatum fortietur, ut inquit Couarru. d. lib. 2. cap. 8. in fi. & Baeça ubi supra num. 6. & ita in crimine graui procedit id quod ubi inquit Couarru. solere regios prætores facere In casu tamen in quo cessio est admittenda cedens debet afferre torquem ferreum ad collum, sicut quilibet alius † cedens, ut iudicatum inquit Baeça, ubi supra num. 11.

SUMMARIVM.

- 1 Fideiussio de iudicio fisci cessans per annum an procedat in ciuilibus sicut in criminalibus. n. 1.
- 2 Fideiussor de iudicio fisci non potest conueniri nisi excusso principali & vsque ad sententiam tantum. 2. & eo mortuo liberatur, ut ibi.
- 3 Fideiussor hic an liberetur à pœna si impeditus non potuit reum in iudicio trahere. 3.
- 4 Pœna si in fideiussione de iudicio fisci non apponatur an & tunc procedat præscriptio nostri text. 4.
- 5 Pœna talis fideiussionis non imponitur si ius partis non est factum deterius. 5.
- 6 Purgatio moræ admittitur etiam in executione facta à lege vel ab homine si ius partis deterius non est factum. 6.
- 7 Fideiussor an liberetur si semel reum præsentauit in carcere. 7.
- 8 Fideiussor an incurrat pœnam si in termino constituto eum non præsentauerit. 8.

Lex 10.

SUMMARIVM.

Quoto tempore præscribatur fideiussio de aliquo in iudicio præsentando, & sic de iudicio fisci, declarat lex nostra.

IBI. PARA LA PRESENTAR EN JVV-
ZIO. Et est fideiussio de iudicio fisci tantum, de qua in l. sancimus C. de fideiussor. & ibi per DD.

Et an ista lex locum habeat cum in criminalibus proceditur † tantum. an & si in ciuilibus agatur & crederem, quod cum communis sit opinio teste gloss. i. in l. 17. titu. 12. parti. 5. legem illam, sancimus, in criminalibus, & in ciuilibus loqui, legem etiam nostram in eisdem loqui. Imo & quamuis quoad ius regium attinet differentiam fieri videatur per l. 36. titu. 11. parti. 5. ut ibi adueru gloss. 1. tamen quoad nostrum textum in ciuili quam in criminali fideiussione de iudicio fisci facta idem iudicarem, ut pœnæ appositæ si reus nõ sisteret in iudicio ad tempus promissum præscriptio nostri text. procedat. Et reus iste de iudicio fisci non potest conueniri nisi excusso principali, † & vsque ad sententiam tantum tradit Dueñas, regula 331. & 333. mortuoque principali fideiussor de iudicio fisci liberatur à fideiussione, ut est text. in l. 19. titulo 12. parti. 5. ubi glossa Et an fideiussor hic liberetur à pœna si propter impedimentum non potuit reum in iudicio † in tempore præsentare, vide textum in l. 37. titulo 11. parti. 5. & Suarez, de fideiussore in causa criminali. pagina penult. cum sequentibus. ubi aliàs liberandi causas declarat, & in fine illius tractatus meminit nostræ legis.

Ibi. So cierta pena. Nota verbum, pœna, ut intelligas legem nostram loqui in fideiussore de iudicio fisci vel reum præsentandi in iudicio, non vero in fideiussione de iudicio soluendo, quæ duæ fideiussiones, quales sint & quomodo differunt in hoc titulo remanet dictum. Quid tamen si nulla fuit apposta pœna, quo casu iudicis arbitrio committitur pœnæ impositio, secundum textum in l. 19. titulo 12. parti. 5. an tunc procedet præscriptio * nostri text. & crederem quod non procedet nisi prius declarata fuerit pœna per iudicem, nam ea declarata procedet nostri text. præscriptio, & non ante, & ita legem nostram declarat glossa finalis in dicta l. 19. & Villalobos, in arario comm. opin. litera F. numero 106. habes tamen vnum notare quod nunquam pœna hæc debetur, si parti est applicanda, si partis ipsius ius non est factum deterius, * si post eius incursum, & sic post tempus constitutum pro præsentando reo in iudicio fideiussor eum præsentauerit, eo quod ut diximus in l. 7. numero 119. titulo 18. lib. 4. supra pœna conventionalis eatenus debetur quatenus interest, item, & quia in executione facta à lege vel ab homine, & si non admittatur purgatio † moræ, secundum Barto. in l. si inulam num. 19. ff. de verborum oblig. communiter approbatum, secundum Claud. columna 9. Ias. 31. Alexan. 33. Aretin. 61. Ripa. 82. Vincen. 103. Annibalem 153. ibidem, & eundem Aretin. consilio 64. & Decium consilio 151. & Parisi. consilio 222. volum. in 2. late Ias. in l. fin. columna penulti. C. de iure emphyteu. ex hoc plura inferentem, tamen si ius actoris non est factum deterius bene admittitur purgatio, secundum Alexandrum dicto numero 33. l. iura. 11. Curri. Junio. l. 2. §. si actor. columna penulti. C. de iure iuran. propter cal. dan. per text. in l. mancipiorum ff. de optione legata quem ad hoc dixit vnicum Alex. d. l. iura. 11. & sic vidi iam quosdam fideiussores obligatos præsentare in iudicio quendam debitorem ciuilem sub pœna graui nummorum designata intra certum tempus absque requisitione, liberos

liberos iudicatos eo quod ante sententiam eum presentauerunt, quia nihil partibus intererat tunc vel antea reum illum esse presentatum, & licet nihil horum alleget ita voluit D. Gutierrez in suo tracta. de iuram. Confir. 1. parte, cap. 36. n. 10. vbi ipse addit etiam esse probandum de consuetudine esse non exegi tales poenas, & bonum erit hoc probare licet non necessarium reputo, sed sufficere probare nullum damnum praedictum vel interesse secutum ex non praedia presentata

tione, licet abundans cautela non nocebit probando dictam consuetudinem. Et an liberetur fideiussor hic si semel reum presentauit in carcere, † vide Anton. Gomez tomo 3. cap. 9. num. 79. in fine, & Montal. in l. 4. titulo 3. lib. 2. fori verbo, o porfiador, Hippoly in rubrica numero 142. ff. de fideius. & an monendus sit fideiussor, vel sine monitione iucurrat poenam si in termino † constituto eum non presentauerit, vide eundem Anton. Gom. d. n. 9. & hac pro hoc titulo.



SEQVITVR TITVLVS XVII. De las prendas y represalias.

ET quia perfectis contractibus & obligationibus creditores solent sibi ipsis ius dicere, & pro solutione debitorum pignora capere, vel represalias facere, ideo post praecedentes titulos noster subsequitur.

S V M M A R I V M.

- 1 Represalia an licita sint in foro conscientiae num. 1.

IN huius rubricae declarationem adnotare debet titulum & Rubricam nostram copulatiue loqui. De prendas y represalias. Quasi hic non de pignoribus tantum loqui videatur, de quibus in titulo C. & ff. de pignoribus & hypotheccis, sed de pignoribus & represaliis, & sic de pignoribus in vim represaliarum captis, & vt proprius loquamur, de pignorationibus, nam & sic represalias appellat Summus Pontifex in capite primo, de iniur. in 6. de quibus represaliis fecit vnum tractatum Bart. inter suos tractatus, vbi, & tradit quae dicantur represaliae. Et an licita sint in foro ciuili & conscientiae, † de quo & per Couar. in cap. peccatum 2. parte §. 9. numero 5. versi. hinc denique, & est text. optimus eas prohibens, & ibi glos. in l. 15. tit. 10. p. 7. §. l. 4. tit. 14. lib. 4. supra vbi aliqua diximus.

S V M M A R I V M.

- 1 Omni iure represaliae prohibita sunt. num. 1. & 2.
2 Lege vel statuto an iniustum sit aliquem ob alterius poenam puniri. 3.
4 Poena contra vim inferentem cum agitur criminaliter vel ciuilitur. 4.
5 Capere potest creditor bona & personam debitoris si sibi data est ad hoc potestas per debitorem. 5.
6 Animalia in pane agricolarum damnum dantia licitum est agricolis capere & detineri

in loco iuramento ad hoc destinato. nu. 6. vbi & quid si reperiatur in fundis.

- 7 Animalia reperta in fundis & pratis damnum dantia ita custodienda sunt ne pereant aliter includens ad ea tenebitur. 7.
8 Animalia an sint obligata pro damno dato. 8. vbi & an admittat furtum, qui animalia sic inclusula ab inde rapit.
9 Animalia reperta in vinea si dominus vineae immittat in domum suam an committat furtum. 9.
10 Animal in fundo meo existens & a longe videns possum includere insequendo illud etiamsi dum ad vineam accessi iam esset foras. 10.
11 Dominus animalis an teneatur de damno soluendo cauere antequam animal sibi restituatur. 11.
12 Custodes montium vel vinearum personae publicae sunt. 12. quod intellige, vt ibi, vbi quid in positis a priuatis personis, an & pignora poterunt.
13 Animalia clericorum reperta in fundis & pratis an pignori possint per custodes eorum. 13.

Lex 1.

S V M M A R I V M.

Nullus alium pro debito capere potest, neque vniam personam pro alia sub nostri text. poena, nisi sit data potestas ad hoc per partem obligatam, vel sit custos panis

*stos panis aut vini vel montium aut ter-
minorum.*

IBI. CONTRA DERECHO Y CONTRA
RAZONES. † Vt licet videre *ex toto titul.
C. ff. de lege Julia publica vel priuata, & text.
in l. 11. tit. 13. part. 5. & l. 14. tit. 14. ead. par. &
l. 14. tit. 10. part. 7. quæ singularis est in hoc, dum
inquit ob hoc iudices esse constitutos vt parti-
bus iustitiam faciant, & vt nemini liceat sibi ipsi
ius dicere, contra titulum C. ne quis in sua causa, de
quo & alia diximus in l. 1. glof. demandelo, tit. 13.
lib. 4. supra vbi etiam est optimus text. quibus legi-
bus variæ pœnæ statutæ sunt contra propria
authoritate occupantem res aliorum etiam pro
satisfactione debitorum suorum, quorum tamen
pœnæ, licet *vt ibi dixi ex Couarr. lib. 3. varia. c.
16. n. 7. versic. hu præterea* quantum ad iuris pro-
prij amissionem non vtantur ex communi ob-
seruantia, ex text. tamen nostro videntur appro-
batæ, dum pœnam violatoris & vim inferentis
imponi iubet, quæ *per d. l. 14. tit. 10. part. 6* etiam
iuris amissi erat, sed nihilominus nunquam vidi
hûm amissi iuris pœnam imponi *vt dixi in d. l. 1.
& sequen. tit. 13. supra lib. 4.**

IBI. *† sin razón es que vnos sean prendados
por lo que otros deuen.* Idem probatur, † in
*Ambenti, vt non fiat pignoratitio pro aliis personis,
ibi, (non enim habet rationem, alium quidem esse
debitorem, alium vero exigî) & in l. si quan-
do, & l. si quis in tantum. C. unde vi, & in aliis
legibus glossa precedente allegatis, imo & contra ius
diuinum videtur, Ezech. 18. (anima qua pecca-
uerit, ipsa morietur, & filius non portabit Patris ini-
quitatem) & contra naturalem etiam æquitatem,
prout patet ex dictis per glof. contra derecho in d. l. 15.
tit. 10. part. 7. Imò & habemus legem, absentem
ff. de pœnis, probantem, satius esse nocentem im-
punitum relinquere, quam Innocentem punire,
cui consonat optima l. 12. tit. 14. p. 3. tradit Hippo-
ly. in præf. §. opportune, num. 7. cum pluribus vbi
plura de innocentia scripsit, & an iustum sit le-
ge vel statuto aliquem ob alterius culpam puni-
ri, † vide Couar. li. 2. varia. cap. 2.*

IBI. *En pena de forçador.* Quæ imponitur *per l.
8. tit. 10. p. 7.* quoties criminaliter agitur contra
talem inualorem *ex lege publica de vi priuata vel
publiæ* † prout agi potest, sed si ciuilitè ageretur,
prout poterit agi, imponetur pœna. l. 14. cod. tit.
10. par. 7. prout *ibi optime aduertit glof. præsertim
cum lex nostra alia remedia non excludat siue
criminalia sint, & de dicta pœna cum ciuilitè
intentatur traditur & in d. l. 1. tit. 13. supra lib. 4.
vbi plura diximus, hodie tamen ex l. 10. infra isto
tit. & lib. ponitur pœna amissionis dimidiæ par-
tis bonorum & aliarum pœnarum statutarum
contra violatores hos & vim inferentes, licet rig-
or illius l. 18. solum esset exequendus in illo, qui
non solum bona, sed personas inuadit & ca-
pit, vt apparet, *ibi dum dicitur. Contra los bie-
nes de los deudores ni contra sus personas.* Dictio
enim illa, *ni, Latine nec,* copulatiua negatiua est,
vt diximus in l. 10. tit. 1. lib. 4. supra. licet pœna
amissionis iuris non est in vfu *vt dixi in tit. 13. su-
pra li. 4. & ita semper vidisse praticari inquit
Matienço hic glof. 4. n. 4. & quod punitur inua-
sor iudicantium arbitrio in regis prætorii quic-**

quid contrarium attestetur Dida. Perez. in l. 2.
verbo, *entrare, tit. 14. lib. 3. ord. col. 1255. & seq.*
dicens eas pœnas non esse antiquatas imò *per l.
1. Tan. confirmatas, & quod si sibi casus obue-
niret maiori forte afficeret pœna inualorè quod
non est negandum si ultra rei occupationem aliàs
excederet, vt in specie l. 5. tit. 13. li. 4. sup. & iudex
secundum casus contingentiam, personarum qua-
litate, scandalum, factum pœnam imponet.*

IBI. *No les auiedo dado poder para los prender.*
Hac enim potestate data † propria authoritate
capiendi debitorem vel bona, ea vti sine pœna
poterit creditor, prout & probat optima l. 11. tit. 13.
part. 5. & l. 14. tit. 4. ead. p. & *ibi glo. alia al-
legans, & text. in l. 2. tit. 13. infra lib. 8. de quo &
diximus in d. l. 1. verbo, demandelo, tit. 13. lib. 4. supra
vbi DD. alios similes casus ponentes vbi hoc liceret
allegauimus & succincte plura diximus.*

IBI. *Los guardadores de los montes.* De quibus
diximus in l. 11. tit. 6. n. 1. lib. 3. supra & per A-
uen. cap. 1. prato. n. 13. cum seq. aliquib. lib. 1. imò
& agricolis ipsis cultiuantibus terram per se vel
famulos licitum est capere animalia † in pane
damnum dantia, *vt text. in l. 12. in fine, tit. 7. lib. 7.
infra vt per Auen. d. nu. 13. in princ. aliis autem
non est licitum etiam si reperiant dicta animalia
damnum dantia, vt apparet ex l. 24. versic. fi. tit. 15.
part. 7. nisi secundum glof. ibi verbo encierre, nesci-
ret dominus fundi cuius sint talia animalia in
fundo suo damnum dantia nam tunc posset ea
retinere vel in loco publico ad hoc deputato qui
vocatur, Corral de concejo, ponere quousq; sciat,
cuius sint. vt & per Abb. in c. si laferint n. 3. de in-
iuriis, & Capol. de seru. rus. c. de pasta. pecoris. nu.
30. pag. 369. & vide etiam glof. magnam l. fin. tit. 2.
part. 5. vel nisi sit consuetudo ea includendi e-
tiam si sciat cuius sint, prout communiter, secun-
dum glo. illam per statuta & consuetudines loco-
rum est introductum. In casu tamen in quo in-
cludi possunt, debent tamen interim alimen-
tari † ne pereant, secundum text. in l. 4. titulo
15. part. 7. & per Afflic. in constit. Sicil. lib. 3.
rub. 36. n. 12. fol. 134. vbi n. 10. alia dicit, & not.
reperi posse id quod in alimentis est expensum,
vt per Io. Garcian. in tract. de expen. & melio. ca. 4.
n. 28. sed si ob inclusionem damnum aliquod a-
nimalibus obuenerit, eo quod non bibebant neq;
comedebant, tenetur ea includens, secundum
text. in d. l. 4. & Cassa. in conf. Burg. rub. 1. §. 5. n.
13. fo. 72. & an pro damno dato sint animalia †
obligata, vide Afflic. vbi sup. n. 10. vbi per totam
illam rubricam plura alia in propositum dicit, &
nu. 11. tractat an committat furtum, qui anima-
lia sua inclusa mandato iudicis in aliquo loco rap-
uit. Et num ducens boues in sua vinea repertos
† in domum suam committat furtum vide Gan-
din. in tract. de maleficiis n. 1. Et not. quod in casu
quo potest quis animal repertum in fundo suo
includere, potest etiam si à longe vidit animal
suum repertum in fundo, & quia aufugit insecu-
tus est illud, † secundum Hippoly. in præf. §. ulterius
num. 3. relatum per Auenda. vbi supra d. nu. 13. &
in casu in quo liceret illud occidere in fundo re-
pertum, potest si fugiet à fundo illud insequen-
do extra fundum occidere, secundum glossa, que
lonon mate, in dict. leg. 24. & an teneatur do-
minus pecudum cauere † de damno soluendo
antequam*

antequam sibi animalia restituantur, Capitiu
decif. 45. num. 1. inquit quod sic.

Ibi *Personas publicas* Not. montium custodes,
† vinearum vel messium publicas dici personas,
quod intellige si per iudicem vel per concilium
populi ad hoc deputatæ sunt, prout quotidie de-
putantur, pro custodiendis montibus publicis,
messibus omnium vicinorum populi vel vineis,
non aliàs, *ut inquit Cassan. in conf. Burg. tit. des in-
stices rubri. l. 8. n. 60. & Auenda. d. c. 1. n. 16. ver-
si. si vero custos lib. 1. licet. secundum eum ibi.* etiam
custodes per priuatas positi pro custodia vinea-
rum suarum pignorare possunt damnum dantes
in vineis iis, debent tamen prius tales custodes
saluum vt eis credi possit de damno iurare in
manibus iudicis loci & ad hoc coram eo præ-
sentari, aliàs eis non credetur, nisi pignora de-
monstrent, *ut patet ex l. tuu. de los daños, lib. 3. fo-
ri, de qua alibi diximus, & an animalia clericorum
in fundis alienis reperta capi possint, vide quæ
diximus in l. 12. titu. 3. lib. 1. supra.*

S V M M A R I V M.

- 1 Vicini ciuitatis aut populi cuiuslibet an pos-
sint pro debitis ipsius ciuitatis conueniri.
n. 1.
- 2 Iudex negligens administrare iustitiam qua-
liter teneatur. 2.

Lex 2.

S V M M A R I V M.

Pignorationes non fiant in persona a-
liqua ciuitatis, villæ, vel populi ob petiti-
ones & libellos contra personas alias ip-
siusmet ciuitatis, villæ, vel populi propo-
sitas, sed ad iudicem pro iustitia recurren-
dum est.

Ibi. M A N D A M O S. Iniquum est enim *ut su-
pra lege proxima dictum est* vnum pro alio con-
ueniri, prout ex legibus sequentibus probatur maxi-
me ex l. 10. Sed an si populus aliquis & concilium
eius debeat aliquid alicui † poterunt ciues
pro debito illo exequi & conueniri, vide quæ
diximus in l. 16. titu. 21. lib. 4. supra & in casu in
quo id fieri possit. iudicis authoritate non vero
propria est faciendum *ut in l. 4. infra isto tit. patet,*
& materiam pignorationum vltra dictos in ru-
brica huius tituli tractat Bal in *Authen. omnino C.
ne uxor pro marito, & Marti. Laudi. c. 1. de in-
iur. in 6. & Jacob. à Canibus, in tracta. represal-*
iarum.

Ibi. *Por falta de iusticia.* Iudex negligens admi-
nistrare iustitiam qualiter teneatur & conuinca-
tur de negligentia vide quæ diximus in l. 22. ti-
tulo 5. libro 3. supra numero 1. & 4. & in l. 4. titulo
6. eod. lib.

Lex 3.

S V M M A R I V M.

Boues aratorij capi non possunt, neque
eorum instrumenta & preparatoria la-
boris & agricultura.

P R O huiusque legis declaratione omnino vi-
denda sunt quæ diximus in l. fin. titu. 21. lib.
4. supra in glos. en bienes muebles, & habes similes
text. in l. 3. titu. 2. lib. 6. infra.

Ibi. *Desaforada.* Similis ex text. vbi dixi in l. 4.
titu. 14. lib. 4. supra.

S V M M A R I V M.

- 1 Boues aratorij an capi possint pro executione
si alia non adsunt bona. n. 1.
- 2 Agricultura plura sunt concessa priuilegia.
n. 2.

Lex 6.

S V M M A R I V M.

Par bouum agriculturae apreciandum
non est in tributorum repartitione, etiam si
tributa realia sint, neque pro alijs debitis
capi aut exequi possunt boues aratorij, e-
qui aut arma militum ac nobilium nisi
tantum pro regis tributis, & pensionibus
terrarum agriculturae.

Ibi. A N T E S S E A N L I B R E S. Intelligen-
da videntur hæc verba vt aliquid operentur,
† etiam si talis rusticus nihil aliud in bonis ha-
beat quam par illud bouum prout in militibus
statuebatur per l. 23. tit. 21. parti. 2. cumque i-
dem, disponat text. hic in ijs bonis, intelligi vi-
detur cum qualitate illa militibus concessa, vt &
si nulla alia bona possideant, idem eis conceda-
tur, vel melius dici potest text. nostrum loqui
durante tempore seminis & culturae, quia tunc
temporis neque repesalia, neque pignorationes,
neque executiones fieri poterunt in bobus,
quamuis alia bona rusticus non possideat, ex tex.
in l. 25. titu. 13. lib. 8. infra quæ in margine nostri
text. pro lege 26. allegatur corrupte, & hoc in bene-
ficio agriculturae, cui plura sunt concessa pri-
uilegia, vt licet videre ex platea, in l. 1. C. de agri.
& cens. lib. 11. & facit illud, Zachar. 13. (homo
Agricola ego sum) & illud Ioan. 5. (ego sum vitis
vera, & Pater meus Agricola est) & huc tendit il-
lud Iob. 31. (si animam agricolarum affluxi, pro fru-
mento oriatu mihi tribulus, & pro ordeo spina) &
sic agricolæ ex diuinis literis commendantur, &
ideo nimitum si in instrumentis aratoriis execu-
tio fieri non debeat, vt & latius diximus l. fin.
titulo vigesimoprimo, infra libro quarto, in glos. es
bienes

biens meubles, vbi limitauimus ex text. hic vt non procedat pto tributis regijs & debitis dominis ipsarum terrarum, ad ibi per nos dicta remitto.

Lex 8. & 9.

S V M M A R I V M.

- 1 *Bona immobilia neque iura & actiones vicinorum capi possunt pro debito ciuitatis aut populi. i. neque obligari singulares persona, neque valet consuetudo in contrarium. 1.*
- 2 *Ciuitas tota vel concilium videtur turbari si vnus ciuis turbetur & prohibetur vti possessione. 2.*
- 3 *Concilium & ciuitas tenetur defendere cinem pignorum contra priuilegia sua. 3.*

Lex 7.

S V M M A R I V M.

Animalia & greges vicinorum & praesertim concilij de la Mesta non possunt capi aut exequi pro debitis populorum & concilij, sed tantum pro proprijs debitis.

IBI. N^o PRENDADOS LOS GANADOS NI BIENES. Semouentes, imo neque immobilia * bona, iura & actiones vt pro debito vniuersitatis capi possunt, ex l. 1. C. vt nullus ex Vicar. lib. 11. l. in tantum. §. vniuersitatis, & ibi Do. Flores ff. de rerum diui. l. 1. §. omnibus vbi Ang. numero 4. ff. quod cuiusque vni. nom. l. 13. titulo 2. parti. 3. & ibi glos. vniuersitas, siquidem non potest obligare singulares personas si ipsi non consenserint glos. l. 2. C. que sit lon. consue. Bernar. Diaz, reg. 167. diximus l. 16. titulo 21. libro 4. supra imo neque valeret consuetudo in cōtrarium, cum esset contra legem nostram, cui per consuetudinem derogari non potest, ex dictis per nos in l. 3. titulo 1. libro 2. supra, etiamsi de iure aliud diceret Bald. in l. etiam numero 25. C. de execu. rei iudi. per text. in l. missi. C. de exact. trib. libro 10. glos. in d. l. 13. verbo, o el cabildo, & sic in regno nostro non valere talem consuetudinem ex l. nostra. restatur. Matien. hic glos. 1. nu. fi.

Ibi. Al dicho conçejo de la mesta. Tota enim ciuitas & concilium videtur turbari & inquietari in possessione, si vnus ciuis * prohibetur. l. 1. §. municipes ff. de acquiren. pos. Bald. l. si plures C. de condi. inser. Oldrad. consil. 66. Auenda. capit. 13. prato. nume. fi. libro 1. teneturque vniuersitas vel concilium cinem pignorum * contra priuilegia sua defendere, ex capit. licet, de probatio. not. Afflictis, in constit. Sicilia lib. 3. rubrica. 32. Auenda. capit. 6. pret. numero 24. versi. & supra dicta faciunt libro 1. & sic in cancellaria Pinciana semper vidisse practicari attestatur Matienço, hic glo. fin.

Tom. 3.

S V M M A R I V M.

Nullus potest neque debet resistere pignoribus captis pro tributis regijs sub nostrarum legum pœnis.

IN quarum quidem legum declarationem solum notabis earum pœnas esse imputatas per l. 1. 2. & 4. tit. 8. lib. 9. infra.

S V M M A R I V M.

- 1 *Commissiones executionum alijs quam iudicibus ordinarijs non sunt dandæ nisi ex magna causa, & tunc quibus dabuntur. numero 1.*
- 2 *Ob defectum iustitiæ an sit licitum propria autoritate debitorem capere, & ius sibi dicere. 2.*
- 3 *Petens semel coram iudice non potest vti pacto sibi concesso vtendi propria auctoritate. 3.*
- 4 *Iudiciũ criminale & ciuile insimul & principaliter coniungi non possunt. 4.*
- 5 *Represaliam committit faciens carcerem priuatum. 5.*
- 6 *Pœnæ capientium res alienas pro debito alterius. n. 6. & à n. 3. incipitur & declarantur aliqua leges regia.*
- 7 *Declaratur l. 14. & 15. titu. 10. p. 7.*
- 7 *Causa proxima & ordinata ad causam inspicitur contra illum qui occasionem dat, vt teneatur. 7.*
- 8 *Culpa non ordinata ad casum non punitur de iure ciuili. 8. vbi alius iure canonico quoad irregularitatem.*
- 9 *Carpitur Matienço inquiens dominum ex delicto procuratoris generaliter teneri. n. 9.*
- 10 *Concilium ciuitatis vbi iurisdictionem habeat 10. vbi modum requirendi concilium pro recuperandis redditibus regijs.*
- 11 *Negligentia non datur vbi non præcedit requisitio. 11.*

Lex 10.

S V M M A R I V M.

Pignorationes & represalia non sunt faciendæ propter debita ab alijs contracta, neque executiones alijs quam iudicibus locorum vbi faciendæ sunt deinceps committantur nisi ob euidentem causam, &

Pp tunc

tunc persona diuiti similes commissiones dirigenda erunt, pœna contra repræsalia facientes imponenda, & quomodo priuilegia regia habentes debent eis vti ad recuperandos redditus regio virtute talium priuilegiorum.

IBI. EN NUESTROS REYNOS. Et sic neque contra exteros nostri regni in eo existentes poterunt fieri repræsalia pro debitis regni, populi vel loci illorum exterorum vel particularium personarum, vt & in l. sequente dicemus contra Gregorium Lupum, ibi referendum.

Ibi. Saluo por los alcaldes ordinarios. Hic probatur commissiones executionum ¶ alijs quam iudicibus ordinarijs locorum in quibus faciendę sunt non esse committendas nisi ex magna & euidente causa, & tunc commissarij debent esse diuites & sufficientes & in curia cogniti, idem probat tex. in l. 13. & 15. titulo 21. libro 4. supra. & l. 10. tit. 9. libro 3. vbi aliqua diximus in propositum, & per Didacum Per. l. 19. gloss. fin. tit. 14. libro 2. ordina. col. 565. & sequentibus.

Ibi. Ricos. Et in qua quantitate diuitię hęc consistere debent, disponebatur in l. 126. in quaterno gabellarum vbi iubetur quod diuitię hęc consistere in quãtitate triginta mille morapetino- rum, hodie tamen in illa l. 126. quę inscribitur in l. 9. tit. 7. lib. 9. infra. nulla quantitas designatur, sed idem quod hic disponitur, & hoc ne alia ratione nisi quod ex dict. l. 15. tit. 21. libro 4. supra. nulli alij executio hęc est committenda, in defectum, iudicibus ordinarijs loci commissio- nis faciendę, nisi alguazellis curię, quibus erit committendum hodie in locum harum perso- narum diuitum, quibus lex nostra committi iu- bebat, & est nouior & æquior lex illa. 15. & sic seruanda.

Ibi. Que les sea denegada la iusticia. Hic corrigi- tur gloss. in l. nullus C. de Iudais. & in cap. ius gen- tium 1. dist. dicentes propter defectum iustitię ¶ licere propria autoritate debitorem capere, & ius sibi dicere, quas glo. sequitur Inno. in c. olim. de iust. spol. Alex. optime in consi. 11. nu. 9. lib. 1. Abb. & Rip. in cap. 1. de indi. nu. 89. versic. tertius casus, vbi plura similia congerit, & Franc. Marius, in repræsalijs loquens in decisi. Delph. 769. numero 5. corrigitur enim casus iste per nostrum text. in ijs verbis vt vides.

Ibi. Que lo pida. Idem statuitur in l. 2. supra isto tit. & in l. 1. tit. 13. supra lib. 4. vbi in gloss. deman- delo. alia diximus, imo etiam si ex pacto posset cre- ditor id facere vrbanius faciet, & aliquando se- curius sibi & suis consulat si autoritate iudicis id faciat, ex l. 1. & ibi gloss. & DD. C. de pignor. & si semel coram iudice petijt non potest amplius ¶ vti pacto sibi concessio, ¶ per debitorem capien- di eum vel rem suam propria autoritate, nã huic facultati renuntiaffet iudicem ad eundo.

Ibi. Pierda el deudo. Idem in alijs iuribus per me allegatis in l. 1. supra isto tit. probatur. & per tex. hic. reassumuntur & recopulantur pœnæ per l. 8. & 14. tit. 10. partia. 7. propositę, qua de cau- sa dicebat gloss. in ea. l. 14. pœnam impositam per l. 8. procedere cum criminaliter agebatur pœna

vero legis 14. cum ciuilitur, hodie tamen ex lege nostra, vides quomodo vtraque pœna imponi- tur, nulla differentia facta siue ciuilitur siue cri- minaliter agatur vel criminaliter & ciuilitur, nisi velimus dicere legem nostram loqui cum crimi- naliter tantum agitur, vel si criminali adiungatur ciuile incidenter ciuile proponitur, non vero principaliter, nam principaliter criminale ¶ & 4 principaliter ciuile coniungi non possunt, secun- dum materiam l. libellorum ff. de accusatio. & in alijs vulgaribus, eo quod sunt remedia contraria agere ad pœnam corporalem, vel pecuniariam. Ultra nostri vero text. pœnam committet & re- præsalam in personam debitoris faciens ¶ cri- 5 men & pœnam priuati carceris, secundum text. in l. 5. tit. 15. lib. 4. supra, secundum quam & his erit vnus de casibus curię sed si ciuilitur tantum ageretur pro rebus ipsi inualis ab ipso creditore, & earum restitutione, tunc imponenda ¶ erit pœ- 6 na dict. l. 14. tit. 10. partia. 7. quod si quis pro debito capiat rem alterius tertij quam debitoris, eo quod tertius ille esset vicinus illius loci, cuius erat debitor, tunc punitur talis inuasor pœna. l. 15. tit. 10. partia 7. quę in hoc ampliatur. l. 10. eo. tit. 10. & partia 7. quę minorem pœnam imponebat, licet illa lex 10. posset intelligi, cum quis rem alienam simpliciter inuadit, non habito respectu ad debitum aliquod, & illa l. 15. quo- ties debiti respectu capiebatur, & nisi sic leges has omnes intellexeris confusionem in earum pœnis reperies.

Ibi. De robador publico. Quę quidem pœna imponitur per l. 18. tit. 14. partia. 7. & hoc in odium repræsalias committentis tam in rebus debitoris, quam in persona eius, licet vt dixi in l. 1. supra isto tit. multum in harum pœnarum impositione ver- setur iudicantis arbitrium.

Ibi. Por cuya causa y ocasion. Intellego de pro- xima ¶ immediata non vero de remota, & non ¶ 7 ordinata ad casum, ex dictis per Hippol. in l. nihil interest. num. 8. cum sequentibus pluribus ad. l. cor. de sicar. & quia culpa non ordinata ¶ ad casum ¶ 8 non punitur de iure ciuili, ex text. in l. is qui ff. de actio. & obligatio. & in l. si. §. si ea conditione. ff. ad. l. Rhod. de iact. noi. Barcolus, in l. si vt certo. §. sed inter dominum. ff. commod. Deci. l. contractus. num. 42. ff. de reg. iur. & consi. 234. num. 9. bonus casus. l. verum. la. 2. ff. de furtis. & gloss. cap. sape. 50. dist. Hippoly. in l. 1. num. 34. C. de rap. virg. & vide. l. 6. tit. 15. partia 7. & l. 5. tit. 8. ea. partia. licet quoad irregularitatem incurrendam aliud sit de iure canonico, secundum decretistas vt ver- bis vtar Bart. Socin. in l. 1. num. 3. ff. de legibus & ibi las. col. 3. ex tex. in cap. continebatur, cum sequen- de homicid. cuius hic est communis intellectus teste Conar. in clemen. si furiosus, de homicid. 2. par. §. 4. num. 8. & 9. Ex quo perperam meo ¶ videri ¶ 9 loquitur Matienço. hic gloss. 8. dicens esse mi- rabile ex text. nostro, quod licet regulariter do- minus non teneatur ex delicto procuratoris, si eius mandato non fiat, l. si quis iniquum, §. si pro- curator. & ibi DD. ff. quod quisque iur. diximus late in l. 10. n. 31. & sequentibus. tit. 1. lib. 4. supra, nisi ad hoc habeat procurator speciale manda- tum, vel dominus ratum habeat, vt ibi dixi, ex text. tamen nostro, inquit ipse Matienço, tene- bitur dominus licet non constet de mandato, nã vnde

vnde quæso ex lege nostra aut ex quibus eius verbis, Matienço id desumpsit, cum lex nostra id non dicat, & omnino regulanda & declaranda sit ex dictis iuris dispositionibus, quod non tenetur dominus ex facto procuratoris nisi ad hoc habeat speciale mandatum, vel dominus raturum habeat & sic assumptum Matien. salua eius pace, falsissimum reputo & non sequendum vltimo modo.

10 *Ibi. Requieran al concejo* Hic est vnus casus vbi concilium ciuitatis iurisdictionem ꝑ habet secundum Auenda. *cap. 1. prato. num. 31. casu. 3 libro 1.* vbi & alios ponit, & sic tu, qui habes pannes ciuiles, vulgo, *marauedis de iuro sinuado*, super regijs redditibus vel gabellis pro recuperatione eorum, cum priuilegio originali vel eius exemplo manu publici tabellionis extracto, nam hoc sufficere priuilegium ipsum declarat, require iudicem ordinarium loci vbi similes redditus sunt recuperandi, vt priuilegium adimpleat, & tibi solui redditus debitos faciat & si noluerit facere, require concilium ciuitatis & loci illius cum ipso fomet priuilegio, & de omnibus ijs requisitionibus cape testimonium cum publico notario in forma publica & testibus adhibitis & cum die, mense & anno, & testimonia hæc mitte dominis regij senatus rei regie, & sic, *de condurria mayor*, vbi dabitur tibi prouisio & mandatum cum expensarum condemnatione contra nolentes soluere & adimplere priuilegium illud, & vt tibi redditus debiti soluantur & hoc modo citius quam per viam executionis recuperabis. Et qualiter si creditores horum reddituum regiorum sint ecclesiastici circa hæc se habebunt, vide. *l. 10. tit. 7. libro 9. infra. & ad. l. 10. titulo, 10. libro 9. inf. a hac nota.*

11 *Ibi. Requeridos y negligentes.* Nulla enim ꝑ negligentia committitur vbi non præcedit requisitio, vt per *Aniles, c. 1. prato. num. 47. & 44. 45. & 46.* neque alicui imputatur negligentia nisi vbi diligentia proficeret, vt dixi in *l. 4. num. fi. tit. 5. libro 3. supra.*

S V M M A R I V M.

1 Represalia an quoad exteros regni permissæ sint.

Lex II.

S V M M A R I V M.

Represalia in personis & mercibus exterorum à regno fieri non possunt, nisi tantum pro debitis proprijs vel fideiussionibus, vel redditibus regi debitis.

IBI. SALVO. Ergo represalias pro debitis proprijs vel regis aut fideiussionibus contra exteros lex nostra permittit, nam exceptio debet esse regula, in principio tamen lex nostra prohibuit represalias, ergo in hac exceptione eas permittere videtur, quod est contra leges præcedentes, ergo, & certe est hæc maxima difficultas, quam non consideratam reperio per aliquem & ideo

Tom. 3.

aut fatendum est legem hanc in dicta exceptione loqui & procedere quoad exteros regni. vt pote quia ab eis difficilior est exactio, eo quod faciliter possunt se in regnum suum reuerrere, & creditores eludere solutionemque subterfugere, & sic posset procedere doctrina Gregorij Lopez, in *l. 5. tit. 10. glossa magna partu 7.* volentis quoad exteros represalias permitti ꝑ vt id verum pro debitis vel fideiussionibus proprijs vel regis, vel dicendum est legem nostram dum in hoc versiculo permittit represalias procedere cum ex iudicis mandato, bona & personæ exterorum detinentur vsque dum debita propria vel fideiussionum ab eis factarum, vel regis redditus soluant, vt sic generalitas nostri versiculi ad rectitudinem rationis redigatur, prout nostram legem voluit intelligere Matienço *hic gloss. fin.* non designans nostram difficultatem, & hoc modo intellecta destruit doctrinam illam Gregorij Lopez *supra* relata, prout eam destruere dixit idem Matienço *hic in gloss. 1.* & ita tenendum mihi videtur, ne demus correctionem ad leges præcedentes. Et ex *l. 3. supra eo.* id fundari potest, *ex finalibus eius verbis*, quæ cum mandato iudicis intelligenda est, & non aliter, ita illa *lex 3.* & nostra prohibent represalias. vt neque pro vnus debito alius eius concius pignorari possit, neque res vnus pro alio etiam ex mandato iudicis, sed quod vnusquisque pro suo debito pignorari possit iudicis autoritate interueniente, non vero alias, nisi ex conuentione partium aliud sit permissum, vt probatur ex *l. 1. supra eod.* & ita tenendum est & lex nostra intelligenda & ex *l. sequente*, id etiam deducitur & probatur, quæ quidem lex sequens non est superflua cum disponat etiam in casu in quo nauis ad hoc regnum appulsa non erat debitoris, sed alterius, cui eam debitor vendiderat, vt nauis nec eius emptor possit pignorari pro debitis venditoris vel alterius populi sui, vt considerat Matien. in *l. sequente glossa vnica.*

S V M M A R I V M.

1 Concilium ciuitatis tenetur pro collectore, quem nominauit, qui soluendo non est. 1.

Lex fin.

S V M M A R I V M.

Concilium pignorari non potest pro debitis suorum conductorum, qui conduxerunt regios redditus.

IBI. POR DE VDA QUE EL DICHO COJEDOR DEVIERE Intellige si talis collector est soluendo, secus si soluendo ꝑ non esset, quia tunc concilium nominans talem collectorem tenebitur, ex *l. 7. titulo 14. infra, libro sexto*, vbi in *l. 1.* probatur concilium hos nominare collectores, pro quibus tenetur si soluendo non sunt debuit idoneos nominare, & hæc pro toto hoc titulo.

Pp 2

SEQVI



SEQVITVR TITVLVS

XVIII. de los Cambios y cambiadores y corredores de ellos, y de los mer- caderes y interesses.



T cum superioribus titulis dictum sit de contractibus, qui & in cambijs & à cambiatoribus fiunt, nunc subsequitur tit. hic, de cambijs & campsonibus cambia exercentibus tractans, & proxenetarum, qui regulariter mediatores eorum sunt.

SVMMARIVM.

- 1 Cambium quid sit & an licitum in conscientia, remissive. n. 1. & quod pretium recipere possint.
- 2 Licitum an sit dare ad cambium ab vna feria ad alteram sine literis. 2.
- 3 Interusurium à campscribis solitum recipi de nundinis ad nundinas videtur improbatum. 3.
- 4 Mercatorum massam & campsonum esse quintum elementum. 4.
- 5 Campsores & campsa à quo dicantur & cur permisi. 5.

IN cuius tituli declaratione parum erit immorandum, nam eis materia nimis longa est & à Doctoribus tractata nam quid sit cambium, & an in foro conscientie cambia hæc licita sint & videndum est *ultra summistas in verb. cambium, & in verbo, usura. Domià Sor. lib. 6. de iust. & iur. q. 8. per totam, & q. 7. cum 4. seq. vbi late disserit de hac materia, & Nauar. in manua. Hisp. sup. c. si. de usu. à n. 9. vsque in finem illius. c. vbi latissime hoc prosequitur & distinguit, & n. 10. inquit nullam speciem cambij iustificari posse, & quod pretium campsores recipere possent, tradit idem Naua. in c. 28. addito ad manua. sup. c. 17. nu. 228. quod pretium per l. 9. inf. eo. cassatum est, & in illo n. 228. versi. 8. inquit ipse Naua. non esse licitum dare ad cambium ab vna feria & ad alteram sine literis cum pacto quod reddetur in eis, de quo & per l. 8. inf. isto. 11. quæ omnia reassumpsit ipse Naua. in manua. Lat. c. 17. n. 287. cum sequen. Imo & interusurium temporis quod solent petere * campsores isti de nundinis ad nundinas videtur improbatum per l. 31. tit. 11. par. 5. vbi glo. si uia noraat quam vide. Et nora quod inquit Bald. relatus per Benue de mercat. 2. parte. numero 4. summum esse bonum & quintum elementum massa mercatorum, & campsonum & licet secundum eum ibi plura mala tempestate nostra admittant, ideo-*

que secundum eum ibi numero 5, in magno discrimine salutis æternæ adsunt. Et à quo campsores & campsa dicantur & cur permisi, tradit Couar. de numismate. cap. 7. n. 4. De alio verbo nostræ Rubricæ, dum dicit, *corredor*. Latine *proxeneta* & *mediator*, quis sit in l. 14. titul. 12. supra isto lib dictum est, qualiterque qui non est approbatus non potest esse proxeneta, in l. 11. infra isto tit. disponitur & retulimus in d. l. 14.

SVMMARIVM.

- 1 Priuilegium principis concessum ut vnus solus posset genus aliquod mercium vendere iniquum est nu. 1. nisi ut ibi.
- 2 Contractu principali annullato fideiussiones & omnia quæ inde sequuntur nulla sunt. 2. & sic neque pœna neque euictio nec iuramentum valebunt, ut ibi, & ibi aliqua ex hoc inferuntur, & n. 5. limitatur.
- 3 Maioria nulliter constituta si post tempore habendi aliquid addatur nullum est. 3.
- 4 Simulato existente contractu, qualibet eius clausula simulata censetur. 4.
- 6 Campsonum & argentariorum officium publicum est. 6.
- 7 Libris electorum ad colligendas gabellas vel collectas eorum libris creditur inter eos & contra eos & contra alios. 7. & num. 8. limitatur in mercatoribus nostri temporis, qui non eliguntur autoritate publica, in eis enim secus est.
- 9 Fæmina mercaturam exercere potest. 9.
- 10 Seruus omnium est capax quorum dominus capax erat si eius nomine & mandato id exerceat. 10.
- 11 Electio officialium ad concilium ciuitatis pertinet. 11. teneturque iurare se libere factu-

rum electionem, ut ibi, vbi & formam iuramenti videbis remissive.

12. *Officiales etiam iurare tenentur neque vti officio possunt ante factum iuramentum.* numero 12.

Lex i.

S V M M A R I V M.

Cambia libera & franca sunt, neque locari possunt, & qua alia in eis debent concurrere lex nostra declarat.

Ibi. SEA LIBRE Y FRANCO. Non intelligas libertatem hanc à tributis esse, de qua gaudent nobiles & fidalgui Hispaniæ, sed ex eo quod libere possunt omnes huiusmodi munere vti & quamuis ex beneficio principis vni dumtaxat hoc munere vti fuerit concessum, reuocatur ex lege nostra priuilegium hoc, vel libertatem hanc considera versari, ex eo quod cum officiales publici sint, nihil ratione officij dare electionibus tenentur, nec ipsi ciuitati nomine conductionis, immunes si quidem ab hac præstatione lex nostra eos reddit.

Ibi. *Que todos cambien.* Iniquum enim esset ¶ priuilegium à principe concessum, ut vnus solus posset genus aliquod mercium vendere, ut probat optime *Dom. à Solo*, libro 6. de iust. & iure. questio. 2. artic. fin. col. penul. ad med. nisi pretium iustum foret, nam tunc cessaret iniquitas, ut in venditione salis, quæ fit ab ipso principe, vel ab illo cui ipse concesserit, aliter enim si pretium non esset iustum id non liceret, ut est autor *Luc. de Penna* l. 1. versicu. quidquid autem. C. de metallar. lib. 11. & ibi *Plat. & gloss.* l. 5. tit. 5. in gloss. 1. partita 5. & *Didacus Perez* l. 2. titulo 23. lib. 2. ordinamentum. colum. 713. versiculo ista tamen.

Ibi. *T sus fiadores no sean tenudos.* Annullato enim contractu principali fidei iussiones & omnia ¶ quæ ab inde sequuntur censentur annullata, ex l. non dubium. C. de lega. & text. in l. fin. ff. de consuet. pecun. quem ad hoc alleg. *Suarez*, in l. post rem. pag. 319. num. 16. text. optimus in l. 56. col. 2. tit. 5. par. 5. & ibi gloss. no vale. l. c. in principalis ff. de reg. iur. late, las. in l. si us stipulatus § *Chrysogonus* numero 48. foli. 177. ff. de verbo oblig. vbi limitat plura similia adducens *Rosa* l. ita stipulatus numero 34. cum sequentibus ff. de verb. obliga. & sic neque pœna neque euictio valebit, secundum glo. in l. si patronus ff. si. quid in Fran. pat. neque in eadem valebit iuramentum ibi appositum, ex dict. l. 56 vbi glo. principal. de quo dubitauit *Ias.* l. ex testamento. C. de fideicom. de quo nunc non est agendum, tradit etiam de ijs idem *Ias.* in l. certi conditio. §. si nummos num. 35. ff. si certi. petat. & sic inquit *Hippol.* in pract. §. secundo num. 10. quod si non tener contractus principalis nec præceptum gaurentigium sub eo contentum. Idemque vbi compromissum est nullum & eius protogatio nulla est, secundum gloss. 1. l. 27. titulo. 4. paruta. 3. vbi infert, quod si quis inutiliter constituit maiorem absque regia licentia ¶

licet postea addat aliquid maioræ tempore quo potuit constituere eam nihil sit. Idemque est in pœna in tali contractu nullo appoita. ut per *Couar.* cap. quamuis postum 2. par. §. numero 4. de pall. in 6. contractuque existente simulato quælibet eius clausula ¶ simulata censetur, secundum 4 *Roma. consi.* 246. num. 2. est tamen verum quod si contractus rescinditur fauore alicuius, non irritatur obligatio accessoria, ¶ quæ non sit æquæ 5 fauorabilis, secundum *Alex. consi.* 39. nume. 12. & 13. volu. 4.

Ibi. *Juramentos.* An lex ciuilis possit iuramenta annullare vide quæ diximus in l. 11. titulo 1. lib. 4. supra n. 1. cum sequentibus aliquibus.

Ibi. *Del dicho officio publico.* Campforis igitur seu argentarij officium publicum ¶ est, vel quia 6 recipiunt interlit, vel quia publice eliguntur, iurantque in suis ciuitatibus se fideliter gesturos officia sua, secundum gloss. l. quadam §. nummularius. vel decurriunt ff. de edendo. vbi *Bart. in fine*, ex hoc inferens ad eos qui eliguntur ad recipiendas gabelas vel collectas ¶ ut eorum libris cre- 7 datur contra se & contra alios, cui accedunt cæteri interpretes & maxime *Ias.* ibi num. 8. citans text. in l. nec casus. C. de accusatori. lib. 10. & §. uoges in *Authen. de man. princ.* Quando autem publica autoritate non eliguntur non dicuntur ¶ 8 habere officia publica ut mercatores nostri temporis, & sic sœmine mercaturam ¶ exercere pos- 9 iunt, ut l. 1. C. de eden. ut per *Bar.* ibi num. 5. *Ias.* 16. Deci. 18. idque confirmatur ex l. pediculis. §. uem cum quæreretur ibi (cum testatrix negotiatrix fuerit) ff. de auro & argen. leg. & ex l. sed & si quis ff. de instito. Secus vero est in campforibus argentarijs & nummularijs quorum officium publicum est, ut probat lex nostra & text. in l. argentarius versic. ideo. ff. de edendo, cui non obstat. l. prator. §. sed. & si seruus. ff. de edendo. vbi seruus argentariam exercere potest, sed si publicum esset non posset, l. quod attinent. ff. de reg. iur. vel quia ut inquirunt gloss. & *DD.* maxime *Ias.* notab. 2. in ea l. prator. non est officium omnino publicum, sed quasi publicum vel ut melius respondeas dic, seruus in dict. §. sed & si seruus non ex persona sua sed domini & eius mandato argentariam exercebat, seruusque est capax omnium ¶ quorum 10 dominus est capax si eius nomine & mandato exerceat, ex l. si mihi & tibi §. regula. de lega. 1. l. seruus. ff. de usu & habi. l. 23. tit. 31. paruta 3. ideo dici potest ibidem seruus id non exercere, sed dominum, & sic non obstat, ut respondet *Deci.* l. 1. C. de edendo. num. 12. & 18. *Benueni.* de mercatur. 3. parte. num. 39. Et quæ sit differentia inter campforé & nummularium, vide *Orosium*, in l. pratorum. ff. de edendo. num. 1. Sed an campfores huius temporis publice eligantur nondum vidi, vbi tamen sic eligerentur, supra dicta locum habebant.

Ibi. *Puestes y nombrados por las justicias y regidores.* Ad concilium enim pertinet ciuitatis ¶ electio officialium & syndicorum, secundum *Bart.* in l. secunda, C. de Decurio. lib. 10. ex l. uem eorum §. si Decuriones ff. quod cuiusque vni nomi. platea in Rubrica de Decurionibus libro 10. & in l. 2. numero 3. eodem titulo & ibi *Lucas de Penna* in principio & *Audes*, cap. 17. pratorum verbo elijan, tenenturque iurare libere se facturos electionem

officialium ex text. hic & l. 7. & 8. titulo 2. libro 7. infra, & l. 7. titulo 3. eodem libro, & alibi diximus & formam iuramenti talium officialium electorum ex l. 21. titulo 23. supra libro 4. & l. 2. titulo 5. l. 3. titulo 9. & l. 1. titulo 6. supra libro 3. decerpes tradit Didacus Perez, l. 4. in fine titulo 15. l. 4. titulo 16. libro 2. ordinamen. gloss. l. 6. titulo 4. parua 3. Ausles, in proemio, capi. prator. glossa finali. Auenda. ibidem sub cap. 2. numero 1. & 2. libro 1. stylus tamen & consuetudo seruari debent, & vide l. 26. titulo 9. parua 7. & Platea in l. per hanc de erga. mili. anno, libro 2. ad hoc quod omnes officiales iurare tenentur. Neque possunt vti officio † antequam iurent, ex text.

nostro hic, sententiam que antea laram nullam esse pluribus probat Afflictis in constitutione. Sicilia, libro 1. Rubrica 67. teneturque ad interesse partium, vt in capit. 1. §. indices, & ibi notat Baldus, de pace iura. firm. punieturque arbitrarie, vt per Lucam de Penna, l. hac sanctione. C. de diuersitat. offic. libro 12. Auenda. dicto. capit. 2. numero 1. versiculo & in tantum, & sequentibus, libro 1. nisi iusta causa cum excusaret, vt quia nullum aliud officium habuerat vel similis causa.

Ibi. De pagar por ellos. Vt per totum C. de periculo nomi. libro 12. vbi Ioannes de Platea, de quo diximus aliqua, in l. 1. titulo 6. numero 13. cum sequentibus, libro 3. supra.



SEQUITUR TITVLVS

XIX. de los Cambios y mercaderes que se alcan.

Superiori titulo actum est de cambijs & cambforibus, & ij multoties rumpunt, & fallunt, ideo tit. noster cum subsequitur.

S V M M A R I V M.

- 1 Decoctores mercatores qui dicuntur. n. 1. & ibi nouam diffinitionem auctor adducit.

Pro cuius Rubricæ introductione & declaratione sciendum est, qui dicantur mercatores, que se alcan, Latine decoctores * vocati, vidi Auenda. in tract. de las excepciones, numero 57. l. 6. qui vno modo diffinit, alio vero diffinit modo Benuenut. in tractat. de mercatu. tit. de decoctoribus, 2. parte, pag. 289. vbi 1. parte, inquit & declarat à quo verbo deriuetur verbum hoc decoctor. Ego tamen ex toto titulo nostro percipio illum cambforem decoctorem vulgo alcanado, dici, qui cum à pluribus bona, mercantias & res alias in creditum accepit, pretio eorum non soluto, bona sua omnia, vel peculia aliena, creditaque occultat, licet personam suam non occultet, & diximus in creditum accepit, vulgo, fiado, quia si statim ea solueret nihilque debet non potest dici decoctor, vel fallitus, vt patet ex l. 1. nostri tituli. Diximus etiam in diffinitione, bona sua omnia, quia sufficit si bona sua occultauerit, licet interea non occultet aliena, ex l. 3. infra istq. titulo, ibi, sus bienes, dictio enim sus, denotat dominium. Diximus etiam vel peculia aliena quia cum merces ad creditum comparauerit, neque nondum earum pretium soluerit, pretium illud est peculiana dominorum ei vendentium merces illas, quod asportare sufficit, prout lex 1. nostri tituli demonstrat ibi, con caudales agenos. Diximus itidem, licet personam suam non occultet, quia

hoc iam non requiritur, vt patet ex l. 3. infra eodem, soletque vt credo, reputari mercator fallitus ille, que a las ferias primeras de los pagamentos, non facit copiam suæ personæ, & bona occultat, quod melius ex practica mercatorum decerpes.

S V M M A R I V M.

- 1 Mercator si solum suam occultet personam non vero bona non puniebatur legibus decoctorum. n. 1. Vbi tamen capitula noue referuntur.
- 2 Mercator qui derobator dicitur & vt talis puniatur.
- 3 Decoctores non gaudent immunitate ecclesiæ, prout gaudent falliti mercatores. n. 3.
- 4 Si decoxerit vnus ex pluribus mercatoribus socijs, an omnes alios decoxisse censeatur. 4 Vbi quid in fabricensibus.
- 5 Probatio quod quis decoxerat debet esse sufficiens neque sufficeret præsumptiua. 5. licet fraus per coniecturas probari posset. 7. Vbi coniectura numerantur.
- 6 Præsumptionibus etiam violentis non est quis condemnandus corporaliter. 6.
- 8 Fraus est de illis, quæ sunt difficilis probationis. 8.
- 9 Coniectura in materia fraudis pro legitimis probationibus habentur. 9.

- 10 *Pœna derobatorum publicorum. n. 10.*
 11 *Soluens ignoranter mercatori decoctori an liberetur. 11.*
 12 *Fauentes decoctoribus qualiter teneantur. n. 12.*
 13 *Receptator decoctoris non tenetur nisi requisitus noluerit eum exhibere. n. 13.*

Lex I.

SUMMARIUM.

Contra campsores & mercatores cum pecunijs & rebus alienis fugientes procedi criminaliter potest tanquam contra publicos derobatores neque ab aliquo possunt recipi aut receptari sub nostri text. pœna, quam & incurret receptator requisitus si nolit illum exhibere.

IBI. PORQUE ALGUNOS CAMBIADORES. Hanc legem & sequentem declarat nouissime Auend. in tract. de las excepciones. nu. 53. usque in finem illius lectura aut tractatus, quem refert sufficeret, & sic breuiter ab hoc titulo nos expediamus.

Ibi. Con caudales agenos. Quasi fecus si ipse solus fugeret, quia tunc non punietur pœnis † nostræ legis, sed incarcerabitur, secundum Auend. ubi supra n. 57. versi. & aduerte, licet ex noua lege in curijs de Madrid, facta anno 1570. c. 20. habeatur ac si se alçassen y encubriesen bienes. quoad ea, quæ in illo capitulo statuta sunt & in c. 11. earundem curiarum de Madrid anni 1573. idem statuitur in hunc modum. Et primum c. est. d. anni 1570. 20. sequens.

A esto vos respondemos que en quanto toca a los mercaderes cambiadores y factores que quebraren o rompieren o saltaren de sus creditos y se ausentaren, metiendose en yglesias, o monasterios o en otras partes y lugares dentro y fuera y fuera del reyno, aunque no se prueue ni conste auer alçado sus bienes, ni sus libros, que las yguales, auenencias, conciertos, y otros qualesquier asientos que hizieren con sus acreedores. Hora sea para remitirles o soltarles parte de la deuda, hora para espera, o dilacion de ella, o en otra qualquier forma que sea en perjuizio y daño de los tales acreedores no valgan, y sean en si ningunas y de ningun valor y effeto. Y que sin embargo dellas los tales acreedores que interuiniere o no interuiniere en tal concierto o yguala, puedan pedir y proseguir su justicia, y que assi en quanto a esto, como que no puedan ser ni usar mas officio de mercaderes, cambios, ni factores, ni en que se les puedan pagar las deudas, ni acudir con los bienes que otros tuuiere en suyo, sean auidos por alçados, y se guarde con ellos lo estatuydo y ordenado en las leyes de nuestros reynos contra los que verdaderamente son alçados: excepto en quanto a ser auidos por publicos robadores y poderse proceder

Tom. 3.

contra ellos criminalmente como contra ladrones y robadores, que en quanto a esto no se probando ni constando auer alçado bienes ni libros no se entienda ni aya lugar contra estos que assi se ausentaren lo ordenado en las dichas leyes. Y en quanto a los tales mercaderes, cambiadores y factores que saltaren o quebraren y no se ausentaren ellos ni encubrieren sus bienes ni libro se guarden las leyes y se haga justicia conforme a la calidad de los negocios como por las leyes destes nuestros reynos esta mandado. In dict. vero cap. 12. prouidetur.

A esto vos respondemos, que los mercaderes y cambios, y sus factores que quebraren o saltaren de sus creditos aunque no se ayan retraydo a yglesias o monasterios ni ayan ausentado sus personas libros y bienes no puedan dende en adelante tratar, ni con tratar, ni ser factores de otros, guardan dose en todo lo de mas quanto a los tales lo estatuydo en las leyes destes reynos.

Ibi. Por robador publico. Idem Bruxellis per Carolum Imperatorem statutum est, v. patet ex Rebuff. 2. tomo constitutio. Franc. tit. de mercator. gloss. fin. n. 8. & 9. ubi legis tenorem refert, & ut apparet ex capitulis in gloss. precedente relatis, ut mercator derobator publicus dicatur & ut talis puniatur debet consulto atque ex industria aufergere, * vel se abscondere cum bonis suis vel alienis fingens se decoxisse. & non esse soluendo, vt tandem creditores molestis de fatigati, & libris ac expensis vexati ad pactiones forte & iniquissimas conuentiones trahant, hi liquidem prædones sunt & iniquissimi homines, qui cum soluendo sint, se non esse soluendo fingunt, teste Bennenuto, in tractatu, de mercatura. tit. de decoctoribus, 2. parte, n. 3. ubi refert in hoc casum memorabilem cuiusdam Genuensis mercatoris. Et ideo tales vt publicos derobatores non gaudere immunitate ecclesiæ † prout gaudent illi, qui casu fregerunt absque fraude vlla nec fictione, asseruimus late in l. 3. tit. 2. lib. 1. supra nam fuga sola absque adsporatione bonorum non sufficeret vt pœnam nostræ legis & sequentis incurterent & pro graffatoribus haberentur licet quoad alia in dictis capitulis, supra proxime relatis sufficeret sola fuga. Sed num si plures inierunt societatem aliquam & vnus eorum decoxit, vel rupit, an & omnes alij socij * debeant censerī decoctores, & Paris. relatus per Bennenutum, ubi supra, nu. 12. pag. 334. in paruis, inquit quod non, licet secundum eum ibi. num. 7. pag. 298. paruis 3 singulare est in fabricensibus, quod ex decoctione vnus omnes alij tenentur. Probatio tamen quod decoxerit debet esse sufficiens, neque fraudis * præsumptio sufficeret ad cõdemnandum eum, ita grauibus pœnis, nam ex præsumptionibus etiam violentis non est quis condemnandus pœna ordinaria, ex doctrina Innocen. in cap. quia verisimile, de præsumptioni. Bossius, in crimin. præct. titulo de conuictis numero 38. cum sequentibus, ante & post Auenda. capite decimosexto, numero duodecimo, libro 2. præto. & capit. 27. numero quarto, in princip. eo. lib. hanc communem dicit, & Clarus, lib. 5. §. si. præct. crim. q. 20. n. 6. & sic etiam si fraudatores præsumantur secundum Bal. in cons. 382. in si. & cons. 400. n. 3. li. 5. & Baptista Senner. in tract. de debiti. susp. & fugit. q. 1. n. 13. Bennue. de decoct. 3. p. n. 22. & 23. ex text. in l.

Pp 4

si hominem

si hominem §: quoties iuncta. l. sequen. ff. de posui. præsumptio hæc sufficiens non erit ad irrogandam tam grauem pœnam, nisi fraus ipsa per creditores probetur, quæ quidem † per coniecturas probari potest & probatur secundum Anchar. consilio 85. licet pridie nu. 5. & 6. Cast. cons. 82. nu. 2. lib. 1. Alex. consil. 69. in prin. lib. 2. Ruyn. cons. 4. n. 10. libr. 1. relatos per Franc. Beti. cons. 52. num. 43. & in cons. 72. nu. 20. & ibi aliquas ad hanc fraudem probandam proponit coniecturas, & Benuenutus, ubi supra 3. parte, per totam maxime num. 29. puta si talis mercator omnia bona sua, vel maiorē partem dōnauerit cum haberet creditores l. omnes §. Lucius ff. que in frau. cred. quā omnes interpretantur etiam si titulo oneroso alienatio fiat, secundum glossam l. qui testamentum, verbo modum ff. de probationib. Arg. consilio 48. num. 1. & 2. alios modos referens, & Doctores, in §. uem si quis in fraudem. institut. de actio. item si alienentur bona pretiosiora, per textum, in l. summa cum ratione ff. de peculio. Paris. amplians consilio 70. numero 31. libro 3. Benuenutus, dict. nu. 29. item in coniunctos fiat alienatio, argum. l. data C. de don. l. pe. §. 1. ff. de bon. lib. Ias. in dict. §. uem si quis in fraudem numero 41. item si paulo ante decoctionē, se aliquibus creditoribus reddentes gratiosos ante diem soluunt, quæ solutio reuocari potest propter fraudem in tempore factam iuxta l. ait prior. §. si cum in diem, & l. omnes §. fin. ff. que in frau. credito. vel si posteriores prioribus præposuerunt creditores ut per Benuenut. ubi supra, numero 28. Item ex repentina & insolita alienatione secundum Bald. consilio 46. libro 5. & ex aliis modis per Benuenut. ubi sup. n. 30. & 31. & Beuo. & Doctores sup. relatos & per Lucam de Penna, l. quemadmodum, à numero 8. usque ad 230. C. de agri. & cens. lib. 11. Mascard. lib. 1. de probatio. conclus. 53. dolum regulariter quæ longum esset referre, sufficitque scire fraudem † esse de illis quæ sunt difficilis probationis secundum Crauet. consilio 143. num. 12. & Menochi. de arbitra. libro 2. centur. 2. num. 13. ubi alia quæ sunt difficilis probationis refert & cum talis probationis sit fraus, quælibet iudicis informatiuris præsumptio confirmata sufficiet, secundum Bart. doctrinam in l. in illa stipulatione ff. de de verbo oblig. de quibus nouissima agit per Mascard. in tract. de probatio. 2. parte conclusio. 815. per totam. ubi & conclusio. 474. inquit fraudem probandam ab eo qui eam allegat, & per eund. in 1. part. conclu. 530. cum sequentibus, & sic præsumptiones & coniecturæ in materia fraudis † pro legitimis probationibus habentur secundum dictos & Benuenutum dicta 3. parte numero 38. in fine, crederet autem coniectura aduersus decoctores, secundum Boerium, de cõsione 215. columna 1. & 2. & Benuenutum, ubi supra, num. 39. Item tenetur decoctor libros exhibere & cum rationibus claris, secundum Benuenutum, dicta 3. parte, numero 24. alias punitur.

Ibi. En las penas en que ca. n los robadores publicos. De quibus in l. 18. titulo 1. partua 7. † & in aliis de quibus in legibus sequentibus, & relatis per Benuenutum, dicto tractatu. de mercatura. libro nullo in decoctoribus, 3. parte, per totam. & ibi optima in propositum declarat, & ibi an liberetur † debitor ignoranter ei soluens sub numero 50.

cum duobus sequentibus, & text. in l. 2. in fin. infra eod. ubi dico gloss. fin.

Ibi. No sean osados a recetar al cambiador. De quo adest optimum consilium Baldi. 382. volu. 5. relatum per Benuenutum in d. tit. de decoctori. 4. part. num. 1. cum sequentibus, pag. 314. ubi examinat dicta per Bald. in d. cons. quasi legem nostram ipse Benuenut. vidisset. Et qualiter teneantur fauentes † decoctoribus & auxilium præbentes, vide eund. Benuen. ibidem in 2. p. 7. partus princ. n. 1. cum sequentibus, pag. 371. ubi optima dicit in propositum, & plura de receptantibus, & eadem lex habetur Bruxellis, ut patet ex Rebusf. 2. tom. const. Franc. iuu. de mercatoribus, glossa finali, numero 11. & 12.

Ibi. Requerido. Ante enim monitionem non debet quis puniri pœnis ita grauibus, & sic de iure communi aliud statuebatur ut apparet ex Benuenut. ubi supra 2. parte, ultima partis prin. nu. 28. ubi vide & Ias. in §. præterea num. 50. inst. de actio.

Ibi. Que lo entregue. Ex hoc videtur probari receptionem solam non sufficere ut receptor pœnam incurrat, nisi postquam fuerit requisitus noluerit eum † exhibere & tradere, quod ex finalibus verbis nostri text. clarius probatur, dum copulatiue loquitur ibi que receptare o defendiere y no entregar, quasi receptare non sufficiat, nisi recuset tradere requisitus, neque obstant alia verba nostri text. dum dicit, que el tal receptor, o el que lo denegare de entregar, nam intelligenda sunt sub supposito illo quod requisitus sit, & verbum illud, denegare, idem importet, quod verbum illud o defendiere, antea appositum, & sic nihil differunt hæc verba à primis nec sunt contraria, sed eadem.

S V M M A R I V M.

- 1 Pacta & conuentiones decoctorum nihil valent, nec iuramento firmanur. 1. & n. 2. ampliatur pluribus modis.
- 2 Argumentū valet decoctor, ergo fraudator. 2.
- 3 Pactiones decoctorum factæ postquam peruenierunt ad pinguiorem fortunam non validantur, contra Romanum. 3.
- 4 Pactiones dictæ etiam si cum omnibus creditoribus sint factæ sunt nullæ. 4.
- 5 Bona decoctoris extrahi possunt ab ecclesia ubi ea apportauit sicut & persona. 5.
- 6 Creditoribus soluendum est per ordinem & prærogatiuam, & qui potiores sint. n. 6.
- 7 Creditores ante diem agere possunt pro decoreis suis frangente debitore. 7.
- 8 Praconium dandum statim quod mercator decoxit & fallit, ut n. 8.
- 9 Quæ publice sunt non ignorantur. 9.
- 10 Soluens ignoranter decoctori an liberetur. 10.

Lex 2.

S V M M A R I V M.

Pena aduersus campsores & mercatoris

tores fallitos & decoctos & fugientes & contra eorum factores & contra non manifestantes debita talibus soluenda prosequuntur in presenti.

Ibi. QVE VS AN DE OFFICIOS PVBLICOS. Et sic istorum campforum officium publicum est, ut in lege procedente diximus & nostram legem cum procedente declarat Auenda. ibidem per me relatus in glo. 1.

Ibi. Qualquier iguala y conueniencia. Quod optime statutum est propter assertionem falsam horum mercatorum & campforum, quam faciunt fingentes se nulla bona habere ex quibus satisfaciant, ut eis per creditores remissio debitorum fiat, secundum Pala. Rube. §. 21. numero 1. vbi in facto inquit se habuisse, ut & tradit Benuenut. in dict. titu. de decoctoribus. 6. par. numero 1. cum sequen. vbi de pactis ijs & conuenientijs late agit, & succincte Boeri. decisio. 215. numero 8. quem post reperi relatum per Rebuf. in 2. 10. conf. Fran. ut. de mercato. glo. si. num. 6. adeo ut neque iuramento firmari possint ¶ tum quia dolus & fraus versatur & præsumitur in talibus contractibus & conuenientijs contra ipsos mercatores & decoctos & fallitos, nam valet argumentum & consequentia, decoctor, ergo fraudator ¶ secundum Benuenut. vbi supra, 3. parte, numero 22. cumque dolus persumatur ex parte eorum nam & ad coludendum faciles sunt, secundum eundem Benuenut. ibi numero 18. iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, & faciunt dicta per Tiraquel. l. si vnquam. verbo. reuertatur, num. 373. C. de reu. do. Benuenutus tamen vbi supra, 6. part. numero 4. & 5. pag. 440. contrarium tenet, ideo latius cogitandum est, vltius & adeo sunt nullæ dictæ conuentiones quod nullum producant effectum, & ipso iure annullantur ex lege nostra, ibi, no valan, quod est verbum presentis temporis & sic inducit Canonem latæ sententiæ, imo & iudex ex officio etiam parte non petente potest eis non vti, ut apparet ex nostro textu, in versiculo y sin embargo, cum sequentibus. Item adeo hæc vera sunt, quod neque fideiusiones valebunt & sunt nullæ ipso iure, prout optime defendit ac si legem nostram vidisset, Socinus, consilio 273. in presenti consultatione, libro 2. nam si principale non tenet neque accessorium, & probatur ex l. nostra, dum dicit, con qualesquier clausulas vinculos y cautelas. Item & adeo hæc vera videntur, quod etiam in præiudicium posteriorum creditorum, sicut & debitoris falliti paciscentis erunt nullæ dictæ conuentiones cum prioribus creditoribus factæ, nam cum nullæ sint ipso iure, nihil est innouatum de iure dictorum priorum creditorum paciscentium, præsertim cum nouatio non præsumatur nisi dicatur, neque censetur extinctum ius quoties contractus est reuocabilis & nullus, secundum text. vbi Decius, & omnes in l. neque pignus ff. de regul. iuris, & ex dictis per Tiraquellum in l. si vnquam. verbo. reuertatur, n. 316. cum sequent. aliquibus. C. de reu. don. & ita mihi videtur pronunc tenendum, etiam si Matienço hic glossa octava, numero secundo, aliud velit dicere, ut sci-

licet nullitas horum pactorum non præiudicet creditoribus posterioribus ius acquisitum habentibus ex pactis ijs, nam quod quæso ius potest dici acquisitum posterioribus creditoribus ex conuenientijs nullis ipso iure, id enim quod nullum est, nullum potest producere iuris effectum.

Ibi. Y despues de ansi alçados. Hic pondero text. ¶ contra Romanum, relatum per Benuenutum, 3. de decoctorib. 4. part. numero nono, pag. 318. in paruis asserentem, quod si pactiones has fecerint falliti mercatores cum creditoribus, postquam ad pinguiorem deuenissent fortunam, validas esse contra quem est text. hic expressus sine temporis præfinitione loquens, & annullans similes pactiones, cum text. hic supponat cum bonis pluribus tales decoctores remanere, & nihilominus annullat in totum has conuenientias, ergo vera non est doctrina Romani, & ita postquam eum reprobaueram legi Auenda. in dicto titulo de las excepciones, numero quinquagesimo septimo, versiculo & pro hoc, eum reprobantem & Benuenut, dicto numero 9. & iterum in 6. parte nu. 1. pag. 338.

Ibi. Con los acreedores. Notate verba, nam ego multum ea pondero ad hoc quod non solum lex nostra procedit, cum pacta facta sunt cum aliquo vel aliquibus ex creditoribus, verum et si cum omnibus ¶ creditoribus fiant nulla sunt, 4. & nullius effectus, ita ut si cum maiori creditorum parte perficiantur, minori parte non præiudicent non solum quoad remissionem partis debitorum, verum neque quoad dilationem, etiam si aliud de iure ciuili voluerit Benuenut. in dicto titulo, de decoctoribus 6. parte, numero 5. pag. 341. & numero decimo octauo, pagina 347. & numero vigesimo, versiculo secundo casu. ex quadam decision. Neapolitana, tres casus constituente in dicto numero decimo octauo, nam lege nostra attenda pactiones has annullante cum quibusuis clausulis & vinculis & cautelis factas, idque clarius ex capitulo illo. 20. curiarum de Madrid anni 1570. in lege procedente relato colligitur & declaratur, & ampliatur ut non solum procedat cum mercatoribus decoctis, verum & cum frangentibus, ut ibidem disponitur.

Ibi. Los saquen dellas. Et hoc nimirum, nam si persona talis decoctoris potest ab ecclesia extrahi, ut diximus in l. 13. titulo 2. libro 1. supra quid mirum si & bona ¶ quæ ibidem reclusit extrahantur ut ex eis creditoribus satis fiat. Imo & Florentiæ statutum est ut apparet ex Benuenuto, vbi supra, 4. parte, numero vigesimo quarto, pagina 323. & Bart. in tracta de reprobalijs, numero octauo, quod & filij & vxor talis decoctoris possint conueniri & teneantur pro debitis mariti ac patris decocti.

Ibi. Paguen los acreedores. Intellige per ordinem & prærogatiuas & antiquitatem temporis ¶ non vero absque ordine hoc prout Florentiæ & male aliud statutum erat, teste Benuenuto, in dict. titu. de decoctori. 4. par. num. 10. pag. 319. in paruis, & probatur clarius ex lege nostra in fine, dum dicit, paguen los acreedores conforme a derecho. & qui tunc potiores habeantur tradit optime Benuenut. ibidem 3. part. 7. partis, pag. 387. cum sequ. pluribus à quo desumpsisse credo Matienço in l. 7.

in l. 7. gloss. 5. titulo 16. supra isto libro, ut ibidem
 retulimus eundem Benuenutum Et tunc credito-
 7 res ante diem agere possunt pro debitis ꝛ suis
 statim consequendis secundum eundem Benue-
 nut. ubi supra 6. part. num. 54. ꝛ 7. par. in princ.
 num. 12.

Ibi. ꝛ mandamos. Quod autem ante legem
 nostram fiebat cum mercatores decoxerant ꝛ
 fallebant, ꝛ nunc etiam consulo fieri ut legis
 nostræ remedium in hoc versiculo locum ha-
 8 beat, erat, quod statim præconizari ꝛ credito-
 res faciebant in publico ex mandato iudicis, qui
 ad eorum petitionē id renetur facere quod nul-
 lus receperat talem mercatorem decoctum ꝛ
 fractum ꝛ indicaret ubi esset vel bona haberet,
 ꝛ quæ debita sibi deberentur ꝛ per quas perso-
 nas ꝛ quod nullus eius debitor ei vel alij solue-
 ret debita sub legis nostræ pœnis, prout fieri as-
 ferebat Benuenut. ubi supra 7. parte, in princ. nu-
 mero 15. pagina 361. hoc enim modo nullus po-
 terit ignorantiam allegare, ꝛ si allegabunt, te-
 nebuntur eam legitime probare, cum eorum
 9 quæ publice præconizantur notitiam haberi ꝛ
 de iure sit præsumptio nisi contrarium probe-
 tur, ex cap. cum in tua, qui mat. acuf. pol. cap. pa-
 ratus, 23. questione 1. tradit Mascardus, in 2. par-
 te, tractat. de probation. conclus. 879. ignorantia, nu-
 16. cum quatuor sequentibus.

Ibi. Se aya por no pagado. De hoc dubitabat
 Benuenut d. d. tit. de d. coctos. 3. par. numero 50.
 51. ꝛ 52. an procederet etiam quando debitores
 10 ignorabant ꝛ mercatorem esse decoctum, sed ex
 legem nostram redditur clarum, ut scilicet iuste igno-
 rantibus id non procedat, qui quidem quamuis
 debita soluant tali decoctori, excusantur, quia
 lex nostra scientiam requirit ut excusari non pos-
 sint ut ex ea clare patet.

Lex 3.

S V M M A R I V M.

Dicta in legibus præcedentibus locum
 habent etiam si mercatores falliti ꝛ de-
 cocti tantum bona occultent ꝛ subleuent,
 licet non personas.

Ibi. AVNQUE SVS PERSONAS. Am-
 pliat leges præcedentes, ꝛ eam in hoc consi-
 derat Auenda. in d. d. tit. de las excepciones. nu-
 mero 57. versiculo, ꝛ aduerte. per capitula tamen
 curiarum de Madrid, in lege prima supra isto titu-
 per merelata, etiam si personas solum abscon-
 dant fugiendo seu se recludendo in ecclesiis aut
 aliis locis occultando, incurrunt pœnas eorum,
 qui ꝛ bona occultant, excepto, quod non pu-
 niuntur tunc ut publici latrones neque criminaliter
 contra eos proceditur, ut ibidem statui-
 tur, quamuis ante a fuga sola absque asportatio-
 ne bonorum sufficiens non erat ad irrogandas
 d. d. pœnas potius enim dicebatur hac latita-
 tio, quam fuga, ut in l. Fulvius. §. qui a se latita-
 ro. ff. ex qui cau. mao. Boeri. d. cas. 215. numero 1.
 infra. Bal. consilio 382. libro 5. Benuenut. de deco-
 ctos. 3. part. num. 6.

S V M M A R I V M.

- 1 Mercator nobilis non perdit nobilitatem. n. 1.
 nisi sit decoctor ut ibi. n. 2. ꝛ sic tor-
 queri potest ut ibi.

Lex 4.

S V M M A R I V M.

Doctores, ꝛ æconomi conciliorum
 civitatum vel populorum, ꝛ qui decoxe-
 runt, alij non gaudent nobilitate.

Ibi. QVE SE ALÇARE. Ergo à contrariò
 Si non se alça, etiam si sit mercator non perdet ꝛ
 nobilitatem, ꝛ ita vitur in Hispania ut alibi di-
 ximus in hoc tomo, scilicet, in l. 12. gloss. penult. ti-
 tulo duodecimo supra isto libro, ubi declarauimus,
 ꝛ cum mercatores mechanicam artem exer-
 ceant, ut dixi in libro primo, curia de Decurio. ca-
 pite duodecimo, numero vigesimo. Idem est dicen-
 dum in aliis quibuslibet mechanicam artem
 exercentibus, ut dixi in d. d. l. 12. in eadem glossa
 penultima.

Ibi. Del privilegio de la hidalguia Et hoc nimi-
 rum, nam cum decoctores ij furtum faciant ꝛ
 publici prædones dicantur, ex præcedentibus
 legibus, ꝛ merito si privilegio hoc gaudere non
 debeant, tum ob delictum, ex l. 6. titulo secundo,
 libro sexto infra, tum etiam ob infamiam, quam
 incurrunt, ꝛ infamissimi iudicantur secundum
 Benuenut. ubi supra 3. parte, numero primo, cum
 sequentibus pagi 294. ubi in illa parte plura con-
 tra decoctores hos congerit, ideoque ꝛ torque-
 ri possunt, ut indicent pecunias ꝛ bona, secun-
 dum eund. Benuenut. ibidem 7. par. in principio pa-
 gin. 326. ꝛ Rebus. in secundo tomo constituti Fran-
 sici. de mercator. gloss. fin. numero 7. ꝛ Hippoly. in
 pract. §. expediam. numero 61. ꝛ Boeri. d. c. 2. §.
 numero quinto.

S V M M A R I V M.

- 1 Mercatores non decoquentes sed casu frangen-
 tes ꝛ ad inopiam devenientes iudicantur
 sicut alij debitores simplices ꝛ sic pos-
 sunt cedere bonis. n. 1. ꝛ dilacione quin-
 quennali gaudet ut. n. 2.
- 2 Triplex est genus mercatorum deficientium.
 num. 3.

Lex 5.

S V M M A R I V M.

Contra cambia vel mercatores non
 subleuantes bona, sed fortuna vitio, ut di-
 citur.

citur, frangentes proceditur eo modo, quo contra alios inopes debitores.

Ibi. **POR FALTA DE BIENES.** Et sic non occultant bona sua in fraudem creditorum. sed inopia & fortunæ casu frangunt, & inopes ad debitorum solutionem fiunt, contra hos enim sicut contra ¶ alios inopes debitores procedendum est, & sic celsionis beneficium eis competit, neque infames sunt, *secundum text. in l. debitores C. ex quibus cau. infra. irroge. quem ad hoc notat* sic distinguendo hos ab aliis decoquentibus & fallitis rum vitio suo, tum & partim vitio suo, partim vero vitio fortunæ, *Benuenut. tit. de decoctoribus. 3. p. n. 2. pag. 296. & numero 3. melius & clarius, ideoque secundum eum ibi 4. parte numero 4. pag. 316.* non valeret statutum, quod mercator per fortunæ lapsus fallitus dilaniandus daretur, sicut valeret, in eo mercatore, qui dolosè subleuaret bona & se pauperem fingeret, aut redderet, nam *secundum eum ibi à numero 2. hæc tractantem*, impium & inhumanum videtur fortunæ telis vexatum puniri & hominum infortunium etiam pœnis prægrauari, & sic contra tales, *secundum eundem Benuenut. ibidem, in 7. part. in princ. numero 3. pag. 357.* non potest agi criminaliter: & *ibi, numero 6.* declarat quid agendum sit si talis mercator fortunæ aduersæ lapsu prolapsus absit, & in hoc prouisum est iam *ex dictis capitulis per me relatis super l. 1. eod.* quod agendum sit. Sic & *secundum eundem Benuenut. ubi supra in 6. parte numero 20.* dilatione quinquennali gaudet mercator ¶ fortuna aduersa prolapsus, & cadens, qua quidem dilatione non gaudebit ille qui decoquit, & bona occultat, & sic *ex Benuenuto ubi supra in dict. 3. parte num. 2.*

3 ¶ *3.* triplex est genus horum mercatorum, ¶ vnum *de quo hic*, scilicet in labente fortunæ lapsu absque vitio ipsius mercatoris, secundum in labente ex vitio suo, tertium in mistim labente partim ex vitio suo, & partim ex fortuna, & in iis *ex legibus præcedentibus, & ex nostra* prouisum est de forma, & modo contra eos procedendi, & *in capitulis illis per me in l. 1. supra eo. relatis.*

S V M M A R I V M.

- 1 Assignatur ad legē istam verus intellectus. 1.
- 2 Castillo de Bonadilla reprehēditur & bene. 2.

Lex 6.

S V M M A R I V M.

Nouus ordo seruandus contra mercatores se absentantes, & Ecclesiam ingredientes & ad eam vel alibi confugientes constituitur à lege nostra.

Ibi. **AVNQVE NO SE PRVEVE ¶ NI CONSTE AVER ALÇADO SVS BIENES, NI SVS LIBROS.** Amplianrur dispositiones legum disponentium circa mercatores abscondentes bona & libros, & eum eis se ab-

sentantes & ad Ecclesias & Monasteria vel alibi confugientes & se occultantes, quorum pacta, conuentiones, & transactiones cum suis creditoribus facta annullabant, *ut ex l. nostra*, idem sit sit tantum se absentauerint, fregerintvè credita sua, etiamsi bona & libros non absconderint, horum enim conditiones sic regulandæ sunt, sicut eorum, qui se & bona & libros occultauerunt ac subleuauerunt, quoad hoc vt eorum pacta, conuentiones, placita ac transactiones cum suis creditoribus facta nulla sint, nulliusvè roboris ac firmamenti, & nihil obstant, quin creditores possint super debitis illis perere ac prosequi iustitiam suam, sicut si pacta hæc transactiones facta non fuissent, & consequenter quoad hoc, & nè debitores ex hoc excusentur à debitorum solutione reputantur ex lege nostra tanquam subleuatores bonorum & librorum, ac occultatores eorum, vulgo, *alçados*, non tamen quoad hoc vt habeantur tanquam publici derobatores, vt *in glo. sequente* dicemus, imo & addit lex nostra, quod debent in carceribus detineri, & ab inde extrahendi nõ sunt donec litigia creditorum finiantur, & compromissa, & conuentiones adimpleantur, vt per legem sequentem videbis decilum.

Ibi. Exceptio en quanto ser anidos por publicos 2 robadores. Maximi effectus sunt, hæc verba, non enim poterunt ab Ecclesia vbi fugerunt extrahi, vt diximus *in l. fin. tit. 13. lib. 1* supraue de debitoribus fugientibus ad Ecclesiã an ab ea extrahi possint, & conclusimus quod non, nisi sint mercatores *alçados*, qui cum tanquam derobatores publici iudicentur, dicta immunitate non gaudent, etiamsi nouissimè non hæc consideras & legum substantiam, aliud contra nos & male, & contra Ecclesiarum immunitates & contra communes ac veras opiniones indistincte teneat *Castillo de Bonadilla, in sua Politica de Corrigedores lib. 2. cap. 14. num. 62. vsque ad 69.* contra cuius opinionem verba hæc nostri text. vrgentissime faciunt, ad quid enim mali adaptari possunt, quã ad Ecclesiarum immunitatem: vrgentissimaque fundamenta in illa l. fin. etiam adduximus contra suam opinionem, & casus in facti contingentia accessos, vbi sic fuit iudicatum, & ipsemet *in num. 69. dicto* tenet debitorem Principis gaudere immunitate Ecclesiæ.

S V M M A R I V M.

- 3 Antequam pacta compromissa sint in executionem redacta complures & mercatores detrudendi sunt in carcerem & non sunt detrahendi vsque quo lites finiantur, vsque ad num. 2.

Lex 7.

S V M M A R I V M.

Mercatores & negotiantes, & campsores, seu factores compromissi, & pacta facientes cum suis creditoribus incarcerandi sunt, neque ab inde extrahendi
vique

vsque dum lites finiantur & compromissa, & conuentiones adimpleantur legis nostræ tenore seruato.

IBI. SEA PRESO, Y ESTE EN PRISIONES EN LA CARCEL PVBLICA. Ampliant hæc verba legis præcedentis dispositionem, non tamen eam minuunt, neque corrigunt in aliquo, & pondera verba illa, *sea preso y con prisiones*, copulatiuè loquentia, ita vt non sufficiet esse in carcere, nisi & adsit cum li-

gaminibus, prout leges de blasphemo loquentes disponebant, neque sufficiet & cum ligaminibus, nisi & detentus in carcere sit: hæc enim copula nostri text. denotat & iustè vt fraudibus ac rechner mercatorum & campforum finis imponatur, & restringantur eorum malitiæ & cautelæ.

Ibi. *Fianças legas, llanas, y abonadas.* Et sic iuratoria cautio non sufficiet, prout iis verbis attentis, & circa ea *in libro tertio supra* remanet dictum.

Lex 15. titul. 21. lib. 5. loquens de videnda minori moneta non indiget commentatione.



SEQVITVR TITVLVS

XXI. De las ordenanças que han de guardar los oficiales en la labor de la moneda y de sus derechos.

ET quia in titulis præcedentibus de cambijs, contractibus, campforibus & contrahentibus dictum est, quæ quidem omnia pecunijs agenda & conseruanda sunt, & cum superiori titulo de domibus vbi moneta cuditur & officialibus & exemptionibus dictum sit, & quia vt sciant quid faciant & facere debent, ordinationibus est designandum, ideò subsequitur nunc titulus noster de ijs tractans.

SVMMARIVM.

1. *Monetam quis possit facere vel cudere. n. 1. & mutare ibidem.*
2. *De falsa moneta & eius autoribus puniendis remissive. n. 2.*

Lex 1.

SVMMARIVM.

Aurea moneta qualiter sit fabricanda lex hæc declarat.

IBI. SE LABRE MONEDA. Quis possit monetam *facere, vltro glof. *basir*, ml 2. 11. 1. parita 2. *Es gloss. cogit. l. 22. titulo decimotertio, eadem parita*, videndus est Matth. Afflic. *in precludis constuat. Sicil. questio. 16. per totam*, vbi &

declarat quis possit eam mutare, de quo ultimo an princeps possit mutare verum valorem monetæ, tradit & Couar. *in tractat. de veteri numism. cap. 7. numero sexto*, & *in §. vni illius partus septima*, optime tractat an obligatus soluere in vna moneta possit in alia soluere, de quo *in hoc tomo dictum est iam & in l. 6. infra ista titulo*. Et de falsa moneta & eius ꝑ authoribus puniendis, vltra DD. *in locis ordinarijs*, tam *de iure naturali, quam partitarum*, videndus est Couar. *vbi supra cap. 8. per totum*, & Afflic. *vbi supra lib. 2. rubri. 40. per totam*, & *ibi* optima dicit in hac materia.

Lex 2.

SVMMARIVM.

Moneta Argentea qualiter est fabricanda.

Ibi.

I Bi, *Sexenta y siete reales en cada marco.* Eam ad hoc allegat Couarruias, de numismate, capite 2. columna 2. vbi numero tertio, insignia hæc depinxit, quæ in regalibus apponuntur.

S V M M A R I V M.

- 1 *Moneta alia si currit tempore solutionis quam currebat tempore contractus quomodo fiet solutio, nume. 1. vbi quid si ex testamento aut statuto debeatur.*
- 2 *Mutuauit si tibi in auro an possit soluere in argento, num. secundo, vbi quid si valor creuerit, vel decreuerit.*
- 3 *Solutio an possit fieri in qualibet minima moneta, numer. tertio.*

Lex 6.


S V M M A R I V M.

Debitorum possunt debita sua soluere in qualibet ex monetis in legibus præcedentibus declaratis.

I Bi, *De la que agora nos mandamos labrar.* Quid tamen si tempore solutionis ¶ alia currit moneta deteriorata vel diminuta, fiet ne solutio secundum æstimationem antiquam an vero se-

cundum nouam, vide optime Abb. & eius additione in c. quanto num. 12. de iure iur. & nu. 13. & 14. quid si ex testamento, aut ex statuto debeatur, & nu. 15. an si tibi in auro mutuauit ¶ possis soluere in argento. Et quid si valor creuerit, vide Pet. Costalium, in l. res in dotem datae ff. de iure doti. vbi & quid si decreuerit, & in utroque casu in eadem moneta summam esse restituendam dicit, nam incrementi vel decrementi ratio habenda non est, nisi vbi adest mora, & ita in utroque casu ex facto dicit seruari Guido Papæ, decisio. 493. & ita Parisiis iudicari inquit Parisius, vbi supra dum tamen secundum eum ibi verus moneta adhuc in vsu sit, sed si non sit, veram tunc iudicat opinionem existimantium, veteris monetæ æstimationem soluendam esse, & late de ijs per Couarr. vbi supra d. §. vni. cap. 7. numero 2. & sequent.

Ibi, *Qual mas quisiere.* Hic est text. singularis probans quod solutio debitorum ¶ potest qualibet minima moneta fieri, quæ ad hoc nunquam vsq; dum hæc scripseram vidi per aliquem ponderatū, & in senatu Parisi. ita fuisse declaratum testatur Rebuf. 1. tomo consti. Fran. tit. de lit. obli. arr. 5. glos. 1. numero 3. & hoc secundum eum ibi si tantum detur in moneta minuta quod æquiualeat debito, sicut in alia daretur, monetam tamen alterius Regni, secundum eum ibi, non cogetur creditor recipere, & de hac materia late agit Couarru. in d. §. unico nu. 1. & sequentibus, & alibi in hoc tomo dictum remanet, scilicet, in l. 9. tit. 11. supra isto libro & Couarru. in d. tit. de numismate pro istius tituli declaratione & trium sequentium videndus est, vt deueniamus ad titulum finalem qui est finalis.



SEQVITVR TITVLVS XXV.

De la tassa del pan.

ET titulus hic cum sit finalis difficulter continuari potest ad præcedentes, nisi dicamus quod legislator agens in titulis præcedentibus de emptionibus & venditionibus & monetis, & vtrumque in pane concurrat, eo quod emitur & venditur & in moneta soluitur à communiter accidentibus, ideo titulus noster in fine apponitur tassam imponens emptio- ni & venditioni panis.

S V M M A R I V M.

- 1 *Subditus regni vendens extra regnum an comprehendatur lege nostra tasse panis. num. 1.*
- 2 *Pœna vendentis contra pragmaticam non habet locum nisi demum perfecta venditione, n. 2.*

Tom. 3.

vbi n. tertio, an emptor tunc comprehendatur.

- 3 *Delictum omne vt puniatur debet esse confirmatum, num. tertio.*
- 4 *Excedens à tassa etiã in modico puniendus est, 4. vbi quod in conscientia tassa est seruanda.*
- 5 *Venari aut piscari sine peccato an liceat in mensibus prohibitis, numero quinto.*

Q 9

6 L 11

- 6 *Eudere contra legis dispositionem an sit peccatum.* 6.
- 7 *Licentia iudicis & necessitas non excusabit à peccato in lege nostra.* 7.
- 8 *Mutuare frumentum tempore quo valet decem & recipere tempore cum valet triginta licitum sit.* 8.
- 9 *Lex si condemnationem requirit non est late sententiae sed ferenda.* 9.
- 10 *Pœna nostrae legis an contra heredes transibit.* 10.
- 11 *Panis venditus ultra tassam si est consumptus an legis nostrae pœna locum habebit.* 11.
- 12 *Emens ultra tassam à quo ciuitas pro tanto extrahit triticum emptum, an tenebitur talis emptor à quo retrahitur pœna nostrae legis.* 12.
- 13 *Saccus in quo frumentum portabatur an publicabitur.* 13.
- 14 *Nauis confiscata non censetur confiscata scapha.* 14.
- 15 *Frumenti aut tritici appellatione an farina vel panis coctus comprehendatur numero 15.*
- 16 *Reuenditio non fit si triticum in pane cocto vendatur.* 16.
- 17 *Statutum prohibens extractionem frumeti extendatur ad farinam.* 17.
- 18 *Panis coctus taxari debet à iudicibus & rectoribus ciuitatis.* 18.
- 19 *Clerici ratione publica & communis utilitatis compelli possunt contribuere.* 19. *ubi & per quem tunc punietur clericus excedens.*
- 20 *Ecclesiastici plus tenentur subuenire publicis necessitatibus quam laici.* 20.
- 21 *Publicae utilitatis ratione compellitur quis vendere.* 21. *& tunc ut ibi licitum est rectoribus horrea visitare, & numero 25. prosequitur.*
- 22 *Religionis fauore compellitur quis vendere.* 22.
- 23 *Vendere si quis se adstringat per promissionem debet cogi vendere.* 23.
- 24 *Cautela ad cogendum aliquem ad vendendum.* 24.
- 26 *Rustici cogi possunt venire ad ciuitates pro victualibus portandis, dum tamen ne detineantur multum.* 26.
- 27 *Resp. si habet unde emat victualia emet ea, sin minus ciues collectabuntur pro prouisione publica ne percant pauperes sine quibus perfecta resp. vel ciuitas esse non potest.* 27. *ubi an nobiles ad hoc possint compelli.*
- 28 *Iudex & decuriones ciuitatis solent nominare personas qui vadant ad emendum triticum & alia ad prouisionem publicam necessaria à quo nemo se potest excusare.* 28.
- 29 *Animalia singulorum capi possunt pro portando frumento & victualibus soluto pretio ex publico.* 29.
- 30 *Decuriones tassare possunt quantum panis cocti quolibet die vendatur.* 30.

31 *Frumentum extrahi potest liberè de ciuitate vel populo dummodo secundum aliquos sit prius ciuitas prouisa.* 31.

32 *Triticum mutuatum si non soluat in termino an possit peti maius precium.*

Lex Prima.

S V M M A R I V M.

Tassatur pretium panis cocti vel in grano, & hordei, & aliarum sementium.

Ibi, *En todos estos Reynos.* Et sic subditum nostri regni extra illud † ultra hanc taxam vendentem non comprehendit lex nostra, neque eius pœna afficietur, ut per *Messiam*, in presenti conclusione 5. numero 91. cum 2. sequentibus pag. 86.

Ibi, *Ni se venda.* Hæc verba sunt ponderanda ad probandum legem nostram actus consummationem requirere, ita ut venditio ad eius incursum sit perfecta, neque † sufficiat plus peti, neque de venditione tractari, nisi perficiatur, ex dictis per *Cæpolam*, in l. si fugitiui. numero 9. cum aliquibus sequentibus C. de ser. fugiti. & melius in l. quis sit fugitiuus, in princ. per *retum*, maxime numero 9. & sequentibus C. de adili. edic. & ex dictis per nos in hoc tomo, & iura optima pro hoc allegat *Mexia*, in presenti, fol. 130. col. 4. nam delictum commissum aduersus legis nostrae prohibitionem, & omne aliud delictum à iure punibile debet esse consummatum, † ex latè dictis per *Dida.* Per. lib. 1. Ordina. colu. 145. & *Auenda.* cap. 27. prato. numero 11. lib. 2. & in hac lege in glossa pedir, iterum repetemus. Et an emptor in hoc calu comprehendatur ut eadem pœna puniatur, dic quod non, ex text. & ibi *Bar.* in l. 1. C. de cupres. lib. 10. & ex dictis per *Hippoly.* in l. si quis viduam col. 5. ff. de questionibus rex. & *Abb.* in cap. fin. de iudi. eund. *Abb.* in cap. 1. de furtis, late *Ias.* in l. fin. C. de indic. vidu. rolle. *Euerard.* in loco à correlatiuis, *Afflic.* in cõffi. Sicil. lib. 3. rubrica 41. versic. eadem pœna, in casu enim nostrae legis differens est ratio in emptore, quæ in venditore & ideo differens ius debet esse.

Ibi, *A mas de treçientos y diez maravedis.* Hodie noua pragmatica augmentata est hæc summa nostrae legis, & sic pretium taxatū à legibus iustum est iam iudicandum ita quod iam neque in iustitia neque in conscientia licet excedere ab eo, aliter enim excedens venditor punietur † etiam si excessus sit modicus secundum *Cæpolam*, de simulatione. cont. numero 28. pagi. 607. in paruis, & *Didacum Perez*, in questione 10. præmiali ad leges ordinam. veteris, & *Anto. Gom.* in l. 1. Tauri numero 3. & *Couarru.* in c. cum esses numero 6. de testamen. idem *Didac. Perez* in lib. 3. Ordina. colu. 332. in fine, & *Auiles* cap. 17. prato. in verbo, à raxonables precios, nam secundum eos lex iusta & honesta, prout nostra, in conscientia ligat, adeo ut, cum venari in certis mensibus anni vel piscari sit per regias nostras constitutiones in lib. 6. sub tit. de la caza y pesca, infra prohibitum, non licebit absque peccato contra dictarum † legum prohibitionem venari, aucupari aut piscari, secundum *Meneses*, in l. per agrum, numero octauo, C. de serui. & aqua, contra quem tamen facit illud quod

quod inquit Nauat. in *Manuali Hispano. capite 19. numero sexto & septimo*, vbi dicit quod non est peccatum † ludere contra legis dispositionem, nam ibi tractat à numero 36. cum sequentibus pluribus, quod transgressio legis pœnalis non est peccatum, de quo & late per Couarris. in capite peccatum, 2. parte §. 5. numero secundo, cum sequentibus & in nostre legis propositum latissime tractat Mexias, in presenti & ideo in principio publicationis legis nostræ fuit dubitatum an in conscientia lex nostræ obligaret, & tandem ad sedandas opiniones lege regia noua augens pretium panis declaratum fuit obligare leges has panis tassam imponentes in conscientia, & ad restitutionem pretij excessiui, vt in pragmatica anni. 1578. curiarum de Madrid. capite 6. videbis statutum, quæ iam in hac copilatione regia est inserta, licet ad pœnæ solationem nullam obligationem imponerem ad eam, scilicet pœnam, quæ est mera pœna, quia pœna non debetur in foro conscientia nisi petatur, vt alibi late in primo diximus tomo. Adeoque lex nostræ est seruanda quod

7 licentia iudicis neque necessitas † non excularet ex dicto capite 6. & tenet Auiles, in capite 1. pratorum verbo, salario numero 15. folio 50. & Mexia, hic conclusionem 1. numero quinto, ex Bart. & Platea, in l. per hanc C. de croga. mil. anno. libro 10. etiam si noua necessitate superueniente aliud velit Mexia, vbi supra numero 38. Et an mutuare frumentum tempore quo valet decem † & recipere tempore quo valet tringinta sit vsura, tractat Auenda. capite 29. prato. numero octauo, libro 2. & nouissime noster D. Gutierrez, in suis canonicis quæstio. capite 39. numero 54. cum sequentibus aliquibus, & omnes hæ pragmaticæ sanctiones pretium & pœnam augentes sunt in hoc insertæ volumine, ideo eas hic referre non est necesse.

Ibi, *La fanega de ceuada*. Et dictis nouis pragmaticis pretium hordei est augmentatum vt ex eis videbis, & infra refero.

9 Ibi, *Lo que a perdido*. Et sic non ipso iure, † sed per sententiam ex dictis per Tyraq. in l. si vnquam, verbo reuertatur numero 152. cum sequentibus aliquibus, præsertim cum id clarius colligatur ex nouissima & vltima pragmatica panis confiscationem bonorum imponente, & condemnationem requirente, ita vt etiam si verbum hoc esset præsertim temporis cum condemnatio requiratur non erit ipso iure sed per sententiam. Sed an contra hæredes transibit pœna hæc, † dic quod non, quia non ipso iure, & regulariter pœna in hæredes non transit, ex l. ex iudiciorum ff. de accusati & l. 7. 8. 23. & 25. titulo 1. p. 2. & ibi glo. & Anto. Comez, tomo 3. capite 1. numero 78. cum sequentibus aliquibus, & per plures alios. Sed est quæstio singularis, quid si panis vltra tassam venditus † est consumptus fiet eius condemnatio, & Auend. in responso. 33. in propositum l. 19. titulo 11. supra isto libro & sic in simili casu, inquit, tunc non esse locum condemnationi panis amissi, neque in æstimatione eius, & late circa hæc insitit, dura tamen videtur mihi eius opinio & ludicram reddens legis nostræ dispositionem, nam si lex nostræ supponit panem esse venditum & in emptorem translatum, nonne clarum est, quod tunc iam non est in potestate venditoris tassam nostram transgredientis? cum ergo non sit, neque tunc legis nostræ pœna locum habere possit. Sed tunc alium tantundem

panem dabit venditor, vel æstimationem panis vediti soluet, quia genus perire non potest, ergo opinio Auend. non est vera, præsertim quia faciliter lex nostræ elidi posset, & sic nunquam vidi Auend. opinionem admissam, sed contrariam potius, vt & tenet Mexia, in presenti, conclusionem 1. numero 36. Quid tamen si emptor aliquis vltra tassam triticum cinat, & ab eo ciuitas vel depositum publicum vel aliquis habens † priuilegium retrahendi, velit illud pro tanto, an emptor ille à quo retrahitur incurret nostræ legis pœnam, & dicendum est, non incurtere, eo quod ipse non vendit, sed ille, cuius res erat vt in presenti inquit Mexia, in conclusionem 5. numero 118. aliter enim duplici damno afficeretur, primo dum ab eo retrahitur, secundo si puniretur legis nostræ pœnis, quod ferendum non est, duplici enim onere non est quis afficiendus, vt l. nauis §. cum autem & §. cum ergo ff. ad l. Rhodi. de iact. l. cogi. §. inde quaritur ff. ad Trebelli. l. iure ff. de iure doti. & ex alijs iuribus per Mexiam, vbi supra numero 120. allegatis, & hoc est sine dubio. Sed an publicabitur saccus in quo † frumentum portabatur, dic quod non, vt per Bar. & Sali. in l. cum proponas numero sexto & quinto, C. de nautico fœnore, & sic confiscata nauis † non censetur confiscata scapha, vt per Ripam de peste, titulo de remed. ad conf. verb. numero 131. & Bertach. de gabellis, vlt. parte numero 17. Benue. de nauibus 2. parte numero 12.

Ibi, *Y en quanto toca a lo que se vendiere en harina*. Cautè apposita fuere verba hæc & alia, ibi, *y en quanto al pan cozido*. Ne daretur occasio dubitandi, an appellatione frumenti vel tritici comprehenderetur farina, vel panis coctus; cum mutata forma † mutetur substantia, & dispositum in materia non censetur dispositum in materiato, ex text. in l. si conuenit §. si quis ff. de pigno. acti. allegato ad hoc, per Marantam, in pract. 2. parte numero 28. & Auen. respon. 33. numero quarto, conclusi. 7. nisi secundum Marantam, vbi supra, numero 29. subsit eadem ratio, & quia quod debet dari in pane cocto non potest præstari in frumento, text. & ibi Bar. in l. 1. C. de frumen. verb. const. libro 11. reuenditioque panis non fit in pane † cocto, secundum Auend. cap. 19. 16 prato. numero 36. in principio libro 1. & ideo lex nostræ omnia hæc expressit. Et an statutum prohibens † exportationem frumenti extendatur ad farinam, vide Ripam, de peste, titulo de remed. ad conf. verb. numero 43. cum pluribus sequentibus.

Ibi, *Y en quanto al pan cozido*. Vide dicta per me in glo. precedente, debet tamen panis huiusmodi † taxari à iudicibus & rectoribus ciuitatū, prout quotidie fit, & asserit Ripa, de peste titulo de remedijs præserua. contra pestem numero 195. & sequentibus. Et fuerunt hæc verba satis perniciofa rei publicæ à principio, nam facta lege statim imaginatur cautela ad eam illudendam, cum enim in pane cocto plus taxaretur quælibet mensura quam in grano, omnes tam ecclesiastici, quam seculares, decuriones, milites & nobiliores facti sunt massaricij, vulgo massadores y panaderos, per se vel per interpositas personas, ita vt iam non reperiretur panis in grano, vt dicitur, & hac de causa nouiori lege & tassa panis fuit imposita pœna ijs massaricij, qui secundum qualitates personarum id eis non conueniebat, vt neque per se vel per alios id facere possent, & quod nullus id genus caristia

exerceret, nisi ille, qui ad hoc publice deputatus esset, & sic cessauit aliquantulum inconueniens hoc, & iuste & sanctè fuit prouisum, & cum maximo rigore esset adimplendum, & imponenda pœna contra facientibus.

Ibi, *Pedirni lleuar*. Nota copulam illam, *ni*, habet enim copulatiuæ naturam, *vt diximus in l. 10. glos. citat ni empla ar tit. 1. supra lib. 4.* quæ quidem cum copulatum concursus requirat, non sufficit peti maius pretium quam taxatum, nisi sit cum effectu, ita vt recipiatur & petatur, & è conuerso petatur & recipiatur, vt pœna legis nostræ incurratur, *secundum quod dixi in glos. huius legis quantumuis Mexia in presenti super ysmet verbis, folio 130. col. 4. in medio aliud velit, dicendo dictionem hanc, ni, alternative & disiunctiue proponi licet tandem in nostram se inclinet sententiam.*

Ibi, *En fraude*. De qua quidem fraude constare debet, probanda enim ab allegante eam, & in ea se fundante, *ex l. 1. §. quoribus ff. de proba. & diximus supra in materia camporum fallitorum.* Et sic semel in facti contingentia allegauit pro quodam, qui triticum cum auena & hordeo vendiderat, vnaquæque mensura pro suo iusto & tassato pretio à lege nostra & tunc communiter currente, & denuntiatum fuit de ipso ex remedio nostræ legis, & defendi eum ex eo quod lex nostra non præsumit fraudem adesse in vendente triticum & hordeum simul, sed disponit tantum quod in fraudem nostræ dispositionis non vendatur triticum & hordeum simul, & sic probanda est hæc fraus, aliter enim liber erit venditor, & probabitur facillime si vendis triticum pretio nostræ tassæ, & hordeum pretio etiam hic tassato, cum secundum communem usum tunc hordeum minori pretio quam tassato venderetur per omnes, vel ex alijs modis & coniecturis ex quibus fraus præsumi possit, nam licet nostra taxet pretium hordei multoties valet minus ob abundantiam, & triticum non reperitur, & vt des triticum emitur à te triticum & hordeum pretio taxato, cum hordeum minus valeret, tunc enim clarum est, quod vendis triticum maiori pretio, & defraudas legem nostram, sed si vnaquæque res iusto & communi pretio esset æstimata id non reprobat lex nostra, & sic omnino fraus est probanda neque est præsumenda ex eo solum quod triticum & hordeum in simul vendidisti, & per consequens debes probare & allegare, quod pretio iusto & communiter tunc currente vendidisti, & denuntiator si velit obtinere contrarium debet probare, aliàs non obtinebit, imo si non probauerit, etiã si tu nihil probes, liberaberis, quia actore non probante etiam si reus nihil præstiterit, obtinebit & in dubio intelligendum est omnem actum licite fuisse factum nisi contrarium probetur, *ex singulari doctrina Bar. in l. non solum §. sed vt probari ff. de noui oper. nunti.*

Ibi, *An si clericos*. Nã ratione publicæ & communis utilitatis etiam clerici compelli possunt
19 ¶ facere & contribuere pro conseruatione publica, *vt diximus in l. 11. tit. 3. lib. 1. supra & me referens D. Salzedo, in addi. ad prac. Ber. Diaz, c. 55. pag. 170. ad fin. cum seq. & larissime Mexia, in presenti plura referens & optime per Rebuf. in 1. tomo consti. Fran. tit. de constitution. in procem. glos. 1. num. 55. cum seq. & an talis clericus possit tunc puniri per secularem vel*

ad ecclesiasticum iudicem sit recurrendum, *ex dictis per me ubi supra & D. Salzedo, ubi supra tenendum est ad iudicem Ecclesiasticum esse recurrendum pro punitione talis clerici contrauenientis legi nostræ, & seuerè esset puniendus & cum rigore, ecclesiastici enim magis tenentur publicis necessitatibus ¶ subuenire, quam laici, hoc enim est eorum peculiare officium c. denique 4. dist. cap. 1. & seq. 42. dist. & sic ex c. 1. de empri. & ven. idem videtur statutum, & tradit Minchaca de successio. crea. c. 22. numero 59. in fi. & controuersiarum usio frequentium ca. 5. per totum.*

Ibi, *Sean obligados a lo vender luego*. Ratione enim publicæ utilitatis, & ob medendam ¶ necessitatem, compellitur quis vendere, ad limitationem
22 tex. in l. necamere C. de iure deliber. & l. inuitum C. de contra emp. & l. 3. tit. 5. p. 5. probantia, nullum inuitum cogi posse vedere rem suam, nam cum consensu perficiatur emptio & venditio, *vt l. 2. C. de cont. em. l. 1. tit. 5. p. 5. deficiente consensu, nihil fieri dicitur, & sic inuitus quis non compellitur vendere, fallit tamen publicæ utilitatis causa ex text. nostro expresso ad hoc, de quo agitur in decis. capel. Tolos. 446. & ibi addi. & Franc. Marc. in decis. Delphi. 540. num. 45. & 541. quod licitum est tunc rectoribus populi hortea visitare, & in decis. 542. nu. 5. inquit ipsemet Fran. Mar. Ecclesiã etiam compelli posse ad vendendum tempore caritiæ: Et hanc & aliàs limitationes ad dictam regulam videre poteris per Socin. in regul. & Fallentis, reg. 435. & Anto. Go. to. 2. c. 2. num. 51. & in plus octoginta casibus limitant eam DD. relati per Orosci, in l. 1. colu. 273. ff. de offi. urb. & pro dicta limitatione publicæ utilitatis est etiã tex. in l. si quis sepulchrum, ibi præses etiam ff. de religi. & sump. fun. quem ad hoc allegat Cæpola de serui. Urban. c. 82. num. 4. & 5. & Hippo. in l. 1. §. cum qui nu. 2. ff. de questionibus & Bar. in l. num. enim & ibi glo. ff. rerum amot. & per consequens ¶ fauore religionis, *ex l. is qui in tulit. ff. de religi. & sump. fun. & optime per Couar. in lib. 3. vari. c. 14. per totum, & Aluar. Velascum, in consultationi. suis c. 22. debet tamen tunc iusto pretio vendi, & dari, secundum Bar. in l. 1. in fi. C. ut nemi. lic. ab emp. speci. se excus. lib. 10. & additio. eiusdem Bar. in l. 3. in fine C. de murilegul. lib. 11. & Couar. in lib. 2. vari. c. 3. numero 5. limitationes etiam ad dictam regulam videre per Dida. Per. in l. 2. colu. 713. in prin. tit. 23. lib. 2. ordi. & in lib. 1. col. 315. in prin. Et no. quod siquis vltro se adstringat vendere per promissionem, ¶ debet
23 cogi vendere etiam in casibus vbi aliàs non cogere-
24 tur, *secundum Ias. in l. si pœnam num. 2. fol. 96. ff. de ver. obli. per tex. ibi.* Cautela tamen vna ¶ solet
25 præstari vt tu cogaris vendere partem tuam quam habes in re aliqua, scilicet, quod tibi habenti partem illam ego mandem vel rogem vt ab habentibus aliàs partes tecum in fundo vel alia re, emas eas pretio iusto vel arbitrio boni viri declarando, nam si tu emis mihi partes illas iusto pretio, vel arbitrio boni viri declarando, poterò te cogere vt tunc tuam vendas pretio iusto, *secundum Ias. in l. si ita quis §. scia nu. 5. in fi. fol. 190. ff. de ver. obli. vt tamen ad institutum reuertatur, vedere quis cogitur vbi annonæ inopia ¶ quis premium, secundum dictos DD. & Anto. Go. to. 2. c. 2. nu. 51. vers. 2. casus, & Auiles c. 17. prato. verbo, araconables precios nu. 12. & n. 4. 5. 6. 16. 32. & 34. quod omnes extendunt ad ea omnia, quæ victui necessaria sunt, vt*
per**

per Remuenut. de mercator. 4. par. n. 51. Ripa. de peste. tit. de remed. praeserua. contra pest. nu. 187. & seq. & 195. & seq. Idque indices & reipub. administratores facere tenentur, ne ex inordinata ciuitatis administratione penuria & carestia victualium adueniat, ut admonet Bart. in l. 1. C. de frum. urb. const. li. 11. Ripa ubi supra, tit. de remed. ad confer. uber. num. 1. & hac de causa possunt cōpellere rusticos & agricultores venire ad ciuitatem cum victualibus, 26
 † ex tex. in l. 2. ff. de mundi. Auiles c. 17. praeo. verbo, à rationabiles num. 25. debet tamen curæ esse ne tales rustici diu in ciuitate maneant, sed vt illico reuertantur ad opera rustica, ne cultura deseratur, & que portarūt victualia apud aliquē deponantur ad id deputatum, secus si voluntariē venerint, vt explicat Rip. ubi supra titulo de remedijs praeseruat. contra pest. nu. 225. & Auiles ubi supra nu. 24. & Auenda. plura circa hac dicens in cap. 19. praeo. n. 35. per totum lib. 1. Imo hoc tempore si ciuitas vel populus ex publico habet vnde emat frumenta vel victualia, 27
 quia non reperiuntur, emet ea pro † prouisione necessaria, vt l. 1. §. 2. & seq. ff. de adm. rerū ad ciuit. pertinet. sin autem Resp. neque praedia neque nummos annuos possideat, nec ararium, & vrgeat famas vel speret collecta ciuibus, ab administratoribus ciuitatum seu à correctore imponi poterit, licet regulariter collecta sit prohibita & imponetur pro modo facultatum cuiuslibet, vt frumentum, vel alia emantur victualia necessaria pro penuria & necessitate reparanda, ne fame pereant pauperes, sine quibus perfecta resp, vel ciuitas esse non potest, secundum Bart. in d. l. 2. ff. de mundi. & quoniam tempore famis & belli aliàs prohibita permittuntur, & silent priuilegia l. pro tyronibus C. de priuileg. Dom. Augus. lib. 11. & Cicero lib. 2. offi. affirmat, non esse dubium, quin propter ararij tenuitatem tributum sit conferendum, vt omnes intelligant pro salute reip. necessitati fauendum, idem valuerunt Lucas de Penna. & Platea, n. 2. & 3. in l. 1. C. vt nem. lic. ab emp. speci. se excus. lib. 11. Rip. de remed. praeserua. contra pest. nu. 182. & sequent. Auiles, ubi supra nu. 33. vel melius erit & securius in tali necessitate ditiores ciuitatū & populorum cōpellere mutuare pecunias necessarias pro reparanda necessitate & penuria frumenti vel victualium, arg. l. 1. C. de omni agro deser. lib. 11. Auiles, ubi supra nu. 33. in fine, & Auenda. alios allegando in d. c. 19. praeo. nu. 34. li. 1. vbi ampliat vt & etiam nobiles, & fidalgui, ad id compelli possint, idem Auenda. in c. 14. praeo. nu. 9. lib. 2. & tunc secundum eū ibi non vnus vel duo sunt cōpellendi mutuare, sed omnes generaliter: habita vero pecunia ad 28
 hoc iudex & decuriones solēt nominare † personas, vt vadant ad emēdum necessaria pro prouisione, nec poterit quis ab hac nominatione se excusare, secundum Plateam in d. l. 1. nu. 3. C. vt nem. lic. in emp. speci. se excus. lib. 10. eisque poterit salarium constitui absque iussu principis l. 1. C. de frum. urb. Alex. lib. 11. licet aliàs non possint decuriones salarium constituere de pecunia publica absque licentia principis, vt diximus in l. 13. titu. 9. lib. c. supra nu. 4. possunt etiam ad portandum frumentum & victualia † sumere animalia singulorum secundum Bar. in l. 1. uberius nullam C. de sacros. eccles. quod non aliàs fieri permittitur quā soluto pretio ex publico, iuxta tradita per Ias. in l. Barbarus nu. 36. & seq. ff. de offi. praeo. & Auiles, ubi supra

Tom. 3.

nu. 32. in fine, vbi nu. 20. inquit non solum comitantes posse ad hoc compelli vt not. Bart. in l. pro locis C. de anno. & tribut. lib. 10. & Rip. d. tit. de remed. praeser. contra pest. num. 190. & 191. & 192. verum & vicinos alterius prouincię ex Angel. in d. l. pro locis, possuntque etiam decuriones tassare quantum † panis cocti vendendum sit quolibet die, vt per 30
 Auend. ubi supra nu. 35. in prin. vers. item stante, & diximus in tract. de Decurio. lib. 2. ca. 18. in additionibus.

Ibi, De vnos lugares a otros. Aliqui, prout est Mexia, in presenti conclu. 5. n. 131. & seq. id intelligebant dummodo remaneret prouisa ciuitas † vel prouincia à quibus triticum & frumentum extrahendum esset, neq; obstat l. 28. tit. 18. lib. 6. infra, que cōtraria ad hoc videbatur & lex nostra, nam secundum hoc declarandæ sunt, & secundum hoc vidi determinatum per cancellariam regiam, alij vero ex dictat. 28. & ex nostra dicebant libere & sine exceptione aliqua esse permittendum extrahi frumentum de vna ciuitate in aliam, & de vna in aliam prouinciā regni, & ad hoc vidi plures regias prouisiones cōcessas in supremo regni senatu, licet ibi non recordor vidisse declarationem factam circa hac difficultatem, mihi tamen semper placuit dicta limitatio ad dictam l. 28. & nostram, semota tamē fraude, nam charitas bene ordinata à seipsa debet incipere, neq; est cooperiendum vnum altare vt alterum discooperiatut & sic data eadem necessitate praeserere ciuitatē & populum à quo extrahi praetenditur frumentum, praesertim ex l. 18. & ibi per nos dictis, tit. 11. supra isto lib. & quia sic in frumento extra regnum deducendo inquit Auend. d. c. 19. praeo. num. 35. vers. pen. lib. 1.

Ibi, Las leyes de nuestros reynos. Scilicet d. l. 28. tit. 18. lib. 6. infra, in glos. procedente allegata.

Ibi, Y no fuera dellos. Nisi ex magna necessitate, secundum Mexiam, hic d. concl. 5. n. 133. & sequen. dum tamen regnum prius remaneat prouisum, vt dixi ex Auenda. d. c. 18. praeo. nu. 35. vers. pen. lib. 1. Ad declarationem tituli 25. 26. 27. 29. tit. 18. lib. 6. infra.

Ibi, En las leyes de nuestros reynos. Scilicet in dictis leg. 26. & 27. titu. 18. lib. 6. infra. Et an si triticum mutuatum non soluatur † in termino, possit peti maius pretiū, vide Afflictis, decisio 316. Et pro declaratione pragmaticę nouę augmentis pretium ad vndecim aureos regios, ad capitulum eius imponens pœnam coctoribus panis, qui non solent officium habere vendendi panem coctum, vulgo panaderos, vide declarationes optimas per Mexiā, hic, folio 139. numero vndecimo, vbi eam optimē declarat vt procedat quoties maiori pretio quam tassato ij panem coctum venderent, tunc enim incurrerent pœnas ibi declaratas.

S V M M A R I V M.

- 1 Testimonium frumenti tritici auenae vel hordei continens pretium quo emptum est an debeat presentari antequam vendatur, vel sufficiat eo vedito presentari ad excusandas pœnas. 1.
- 2 Gerundium adiectum verbo futuri temporis conditionem inducit. 2.
- 3 Conditio implenda ante tempus tacitū post tempus illud impleri potest. 3. & si tempus non est tacitum neq; expressum quandoq; ibidem.

- 4 Conditionem impleri quoties non est necesse in specifica forma, sufficit quodcumque & per æquipollens. 4.
- 5 Solemnitas modica non est spectanda, & que dicitur talis. 5.
- 6 Pœna ubi est imponenda pro mora vel culpa non incurritur nisi præcedat monitio. 6.
- 7 Præmium constitui potest frumentum aut vectigalia afferentibus tempore inopia. 7.

Lex 2.

SUMMARIUM.

Ultra tassam panis in lege præcedente positam possunt peti itineris iura in lege nostra expressa.

Ibi, *Seys maravedis por legua*. Ex noua pragmatica Madritij facta anno. 1582. augmentata sunt iura hæc in hunc modum. *Permitimos y mandamos que desde el dia de la data desta nuestra carta en adelante, en el entretanto que fuere nuestra voluntad, se pueda pedir y llevar por los portes y accarretos del trigo, ceuada, y centeno, auena que vinieren defuera parte alas dichas ciudades villas y lugares, hasta diez maravedis por legua de cada fanega de trigo, y centeno, y hasta ocho por legua de cada fanega de ceuada y auena, guardando en todo lo demas el tenor y forma de las dichas leyes y pragmaticas. Qua est nostra, y so las penas en ellas contenidas, no consintays y ni pasår contra ellas, y lo en esta contenido, &c. Dada en Madrid à doze de Março de 1582. años.* Et eodem die ibidem fuit publicata, & in alijs locis ibidem publicare iubetur.

Ibi, *Presentando el testimonio*. Si petatur videretur intelligendum, ex quo dubitari vidi, si tempore venditionis non demonstraretur † testimonium, si venditione perfecta & denuntiatione facta demonstraretur an excusabitur venditor à pœna, & videretur quod non, nam lex hæc præsentationem requirit per verbum gerundij, presentando, adiectum verbo præcedenti futuri tēporis, *puedan pedir y llevar*, quo casu † conditionem gerundium importat & inducit, secundum Bart. in l. si tu ex parte ff. de acquir. hæredita. maxime si in ablatiuo absoluto ponitur, nam & tunc qualificat verba quibus adijcitur, *vt per Bertachi. in repertor. verbo gerundium, versu fin.* ergo ante venditionem vel in ipsa venditione debet testimonium præsentari, nam in specifica forma debet impleri conditio, *vt l. qui hæredi, & l. Maius ff. de condi. & demonstr. a.* in contrarium tamen facit, primo quia conditio † implenda ante tempus tacitum, post illud impleri potest, quod si tempus non est tacitum neque expressum quodcumque sufficiat adimpleri, secundum Bal. in l. si plures, pen. col. versi. *quæritur vlt. ius C. de condit. infer. per Bart. in l. hæc conditio, la. 2. ff. de condi. & demonstr. & in l. si quis insitruatur §. 1. in fine ff. de hære. insti. in præsentem vero tempus non est expressum, sed tacitum, quia tacite inest statim quod veniunt vendere, ergo post venditionem monstrari potest & sufficit, si ante non petatur, item & quia quotiescumque idem effectus resultat, quod conditio specificè impleatur,*

vel per æquipollens, non est necesse impleri † in 4
specifica forma, secundum Euerar. in loco ab æquipollentibus, pagi. 6. in paruis, versic. vna est quod, sed hic datur eadem ratio quod ante vel post venditionem præsentetur testimonium, si secundum illud pretium apparet iuste taxatum ergo idem ius dicendum est, & modicæ solemnitatis † non est 5
curandum, secundum Bart. in l. cum ij §. si prator. ff. de transac. & Alex. in l. iuris gentium §. quod fere. ff. de pact. vbi quæ dicitur modica solemnitas, & vbiunque de innocentia apparet, innocens est absolueendus, Et quia ubi pœna est imponenda pro mora vel culpa in non faciendo commissa † nunquam committitur nisi præcedat monitio, 6
secundum Innocen. in c. extirpanda §. quia vero, columna fin. de præben. Bart. & Ias. numero 9. in l. 1. C. de ijs qui. vt indig. Feli. in c. sin autem col. 2. de rescrip. Ripam l. ita stipulatus, numero 3. vbi Alex. numero 3. & 4. ff. solu. mar. Deci. cons. 37. numero 5. optime Felix. quatuor modis declarando in c. 2. de magistris, ergo antequam ab eo petatur testimoniū, non incurrit pœnam, si postea illud demonstrat venditor panis, & iuste secundum illud fuerit taxatum pretium pro quo fuit venditio facta, & sic verba nostri text. & pragmaticæ nouissimè factæ, possent intelligi, si petantur testimonio, non vero aliàs pœna nostri text. incurritur, ex dictis per Hippoly. in pract. §. nunc videndum numero 15. cum 6. sequentibus, & his de causis vidi semel iudicem quendam in syndicatorum, condemnatum in restitutionem certi frumenti, eo quod quendam condemnauerat quia testimonium de quo in lege nostra non fuit demonstratum ante venditionem, licet post eam sic, neque excessum in pretio à taxa legis nostræ & testimonij illius, & iuste fuit hæc condemnatio contra iudicem hunc facta, cum non deberet aliud quam veritatem attendere, & innocentem absoluere, licet attentis verbis nouissimæ pragmaticæ anni. 1582. Vlisippone per regē nostrum factæ, in qua ad 14. regios aureos fuit pretium tritici augmentatum, & hordei & similibus specierum difficulter id iam obtineretur, nisi apud æquos & superiores iudices, nam inquit pragmatica in hoc proposuimus. *Y los que con otros testimonios, que no sean de la forma y orden de suso referida, y sin hazer la presentacion del en la forma y manera que las dichas pragmaticas disponen vendieren algun pan, y lleuaren algun precio, por tales portes y acarrees de mas, y allende del precio del dicho pan cayen y incurran en las penas, &c.* Ergo pro prima opinione est text. expressus, de quo latius cogitabis, & semper prius quam vendas cōsulo vt testimonia hæc præsentata seruando formam dictæ nouissimæ pragmaticæ.

Ibi, *Sean bien tratados*. Imo & præmium eis constitui posset text. l. 1. C. de frument. vbi. Alexan. 7
exemptionesque proniti posse colligitur ex l. 1. C. de nauicul. libro 10. & l. 1. ff. de nundi. vt aduertit Ripa, de peste titul. de remed. præseruat. contra pestem, numero 193. & 194. quod quidem præmium ego non reciperem, nam esset ultra tassam, neque promitterem si iudex essem, cum non possem super dicta pragmatica dispensare, vt in ea dicitur, etiam si Matienço hic, in glossa fin. simpliciter cum relatione dictarum legum transferit.

Lex. Tertia.

S V M M A R I V M.

Augetur pretium cuiuslibet fanecæ bordei.

Ibi *A ciento y ochenta y siete maravedis.* Per dictam pragmaticam nouissime Vlipfipone factam dicto anno 1582. Augetur, *la fanega de lacuada a seys reales, y la del trigo a catorze reales, y la fanega de cõten o ocho reales, & augetur etiam pœna cõtrauentibus eius dispositioni, vt ibidem videtur,* quæ fortassis dehinc in regia hac recopilatione inferetur, sicut alia sunt inserta, & ideo hic ad literam non refero, quibus liber hic quintus, & nostræ recopilationis prima pars finitur ad laudem omnipotentis Dei eiusque beatissimæ Mariæ matris, & beati Thomæ cuius festum cras celebramus hoc an. 1571. Alia plura consulo omitto, quoniam supra dicta pro vera legum declaratione, & textualium exornatione sufficere videntur, & hæc omnia si quotidiana negotiorum occupatio locum præbisset, multo antequam Matienço, in publicum producere possem, verum vt à principio rem inciperem, omisi ne viderer ea, quæ à multis lecta & cõmentata erant *prout sunt leges Tauri & Fori plures, quæ in hoc libro 5. insertæ sunt,* commentare velle aliorum scripta referendo, & libros quatuor præcedentes quasi orphanos relinquendo, cum materiæ eorum, & præsertim libri quarti necessarissimæ essent, & per neminem declarata perfecte & sub ordine. Omnia subijcio correctioni sacrosanctæ matris Ecclesiæ, gloriam vero soli Deo tribui volumus, cui soli debetur & sine ipso factum est nihil.

AD l. 3. tit. 2. lib. 5. recopil. vbi posui *in num. 2.* matrem nõ posse meliorare filios in arrhis vel in aliqua parte earum, sed omnino seruandas esse filijs, vbi *in fin. illius glos. dixi,* quod cõtra Tullum mihi tenendum videbatur, adde, nam hæc opinio clarissime *ex lege nostra* colligitur, quæ cum sit ex legibus Tauri, casus magis difficiles videntur decidere, sed casum magis difficilem, & dubium lex nostra designauit esse quoad arrharum dispositionem, quoties mulier nullos filios reliquit, & tunc inquit text. *hic,* quod possit mulier de arrhis expresse disponere, ergo tanquã casum minus dubium reliquit lex nostra, cum mater filios reliquit, vt scilicet tunc neq; expresse possit de arrhis disponere, sed filijs æqualiter reseruari, & per consequens nec meliorare, & sic lex nostra expressa est, pro opinione Roderic. Suarez, & Pala. Rub. & Ant. Gom. & Aluarado, & Angulo, *vbi supra,* siue mulier hæc transferit ad secundas nuptias siue non, nam cum transit ad secundas nuptias siue non, nisi quod tunc meliorare vnum ex filijs non possit *secundum supradictos,* & verissimum testatur Molina *in lib. 2. primogen. cap. 10. num. 62.* vbi idem de vestibus preciosis atque lecto quotidiano & similibus dicit, sed vbi non transit ad secundas nuptias quamuis ipse Molina *ibi n. 64.* sequatur Telli. contra Rodericum Suarez, & quamuis nouissime Gutierrez, *in pract. quest. 18.* etiam contra Suarez teneat dicens veriores esse, & tenendam opinionem contra Rodericum Suarez, plus inquit scilicet, quod etiam sub generali melioratione cõsetur melio-

ratio etiam facta de parte arrharum sicut de alijs bonis, tamen salua eorum pace maturius nunc considerando teneo contra eos cum Roderico Suar. & sequacibus, & veriores puto eorum opinionem in puncto iuris, *ex dictis fundamentis per me consideratis.* Itẽ etiam quia si supradicti Doctores aduersantes opinioni Roder. & sequacium, fatentur quod si mater hæc transeat ad secundas nuptias, tenetur filijs matrimonij illius vbi arrhæ interuenerunt reseruare eas, neque potest tunc vnum vel duos ex filijs meliorare, quoniam potest esse alia ratio, quam quod dictæ arrhæ sunt dictorum filiorum, & eis à lege reseruantur: si ergo suæ sunt, sicut neque de alijs eorum bonis non posset disponere, ita neq; de ijs, aliter enim si vxoris essent, cur nõ de eis posset disponere & meliorare sicut de alijs suis proprijs, etiam si ad secundas nuptias transiret, & sic licet matris sint arrhæ, quoad vsum fructum sunt, nõ vero quoad proprietatem, sicut & sunt alia bona, quæ mater à filijs & eorum respectu habuit sua quoad vsum fructum non vero quoad proprietatem. Neque ijs obstat dicere quod lex fori, in qua Rod. & sequaces se fundant, non est in hoc regno vtitata, nam vltra quod, *vt dixi in principio huius questionis,* lex illa fori per regias nostras leges videtur approbata, cum in eis inseratur maior pars dictæ legis, etiam si hoc deficeret fundamentum, de iure communi fundat optime suam opinionem Rodericus Suarez, *vbi supra,* & non habemus legem contrariam de iure communi ergo tenenda est opinio Roderici, præsertim cum *ex textu nostro,* probetur per argumentum à contrario sensu, dum dicit, *no ouere,* ergo à contrario si filium habuerit, secus erit, & sic est nostra lex expressa pro hoc, nam id quod per argumentum à contrario sensu deducitur, apertissime dicitur constare ex voluntate disponentis, *l. si quis locuples, in fine, ff. de manu. rest. & vnum dicens aliud excludit, c. nonne. de praesumptionibus, l. cum prator. in principio, ff. de iudi.* præsertim quod si aliud esset, elusoriam poteramus dicere esse legem nostram, nam cū generalis sit, & indistincte loquatur, & indistincte sit intelligenda, vt eius dispositio procedat siue mulier ad secundas nuptias transeat siue non, vt in vtroque casu possit expresse disponere de arrhis si filius illius matrimonij nõ habuerit, ergo nisi dicamus legem nostram disposuisse, quod si filios habuerit non possit etiam meliorando vnum ex eis disponere de arrhis quantumcunq; ad secundas non transeat nuptias, elusoria est nostræ legis dispositio, neque necesse erat eam condere si idem esset dicendum etiam si filium haberet, dum nõ transeat ad secundas nuptias, posse disponere de arrhis & meliorare, & sic legislator velle nugari diceretur, imo hoc modo asseritur contra legis nostræ dispositionem tenendo opinionem contra Roderic. Suarez & sequaces, & sic meo iudicio vera est opinio Roder. contra Telli. Molin. & Pelæz, & Gutier. *vbi supra* contra quos cum Roderic. tenent Pala. Rub. Ant. Gom. Aluarado, *vbi supra,* & Gomez Arias, *l. 51. Tauri,* cum quibus & ego teneo. Idque præmaximè verius esse & sine dubio teneo quoties mulier hæc non dicit expresse meliorationem, quam facit vni ex filijs, velle esse etiam extrahendam de arrhis, sed generaliter meliorasset in tertio vel quinto vel in vtroque, nam

tunc de arrhis non censetur meliorasse etiam in casu in quo teneremus opinionem Tellij & sequacium contra Roderic. & cum sequentes, idque deducitur ex lege nostra, dum in casu in quo permittit mulierem hanc de arrhis posse disponere, ita demum permittit si expresse id dixerit & disposuerit, quasi secus si non expresserit, cum tunc intelligendum sit noluisse arrhas tollere hæredibus suis, & sic in genera melioratione & dispositione dixit *Alua. ubi supra*, etiam si Gutier. *ubi supra*, aliud velit etiam in generali quod videtur contra nostram legem, & sic possent concordari dictæ opiniones contrariæ scilicet, quod prima Roderic. intelligatur quoties mulier in viduitate permanens generaliter filium aut filios illius matrimonij in quo arrha interuenerunt generaliter meliorat in tertio & quinto suorum bonorum Tellij vero opinio procedat quoties meliorat in 3. & 5. ita ut expresserit velle meliorationem hanc etiam ex arrhis deduci, quasi expressum tunc plus operetur quam tacitum, prout ex lege nostra decerpitur, & est mea & noua concordia, licet mihi indistincte videtur tenenda opinio Roderic. & sequacium etiam in casu in quo mulier ad secundas nuptias non transit. Neque obstat ut omnia perficiamus huic nostræ opinioni lex 32. Taur. quæ est sequens ubi dicitur, quod si in matrimonio sunt arrhæ, potest mulier eas eligere, & relinquere iocalia, sed iocalia sunt sua, ergo & arrhæ, & sicut de iocalibus disponit, ita & de arrhis, nam licet lex hæc mulieri huic electionem hanc dimittat & relinquat, ita est censendum reliquisse non ut mutet arrharum qualitatem eis à lege attributam, ut scilicet non adquirantur matri quoad proprietatem, sed tantum quoad usum fructum, & sic non sine mysterio lex hæc. 32. Tauri. dum de iocalibus dixit, disposuit ea uxorem acquirere & sua esse, dum vero de arrhis meminit non dixit, quod sua essent, sed quod existentibus arrhis in matrimonio esset in electione mulieris eas, vel iocalia eligere & ex hoc non videtur lex parificare arrhas cum iocalibus, ut sicut iocalia sunt uxoris ita essent arrhæ, neque tale quid potest colligi ex dicta lege, imo potius contrarium, nam in electione lex illa mulieri constituit, tum ut videret si arrhæ essent maiores, tum ut videret an sibi esset vtilius arrhas eligere, de quibus disponere non poterat filios habendo, illius matrimonij vel iocalia de quibus disponere poterat, & sic fundamentum nostræ legis. 92. in quo Tellius magnam vim facit, nullam intelligo efficere pro sua opinione, sed potius contra eam.

Lex 4. & 5.

- 1 *An ista lex tanquam præceptiua sit seruanda in foro conscientie. num. 1. & quibus modis dicatur legare. num. 2.*
- 3 *An triticum venditum in foro publico minori pretio possit in conscientie foro vendi pretio huius taxæ necne? num. 3.*
- 4 *An clerici & Ecclesiastici teneantur ad huius legis obseruantiam. num. 4.*
- 5 *Emens triticum ultra taxam potest petere contra venditorem ut condemnetur in huius legis pœnam. num. 5.*

- 6 *Ultra triginta dies potest emptor repetere excessum sibi ablatum. num. 6.*
- 7 *Taxatur quantitas ultra taxam in pane cocto, & quomodo sit facienda. num. 7.*
- 8 *Interpretatur. l. ista, qua antea erat in noua Recopil. & referuntur eius verba ad literam. n. 8.*
- 9 *Vicini populus non deputati per correctorem non possunt vendere in pane cocto ultra taxam huius legis & bene discutitur. num. 9.*
- 10 *Que consideracion ha de tener en el precio que han de vender los vezinos de su cosecha, y las albondigas y panaderos diputados para este efecto. num. 10.*
- 11 *Impedientes tritici seu farina abundantia graui pœna puniuntur & quomodo hoc intelligatur. 11*
- 12 *Como se ha de hazer la cala y cata, y contra que personas. num. 12.*
- 13 *Plura traduntur, in materia conscientie, & quod in omnibus rebus est anteposenda. n. 13.*
- 14 *Rex potest legem facere quod in conscientia obliget. num. 14.*
- 15 *In conscientia foro tenetur excessum huius taxæ erogari pauperibus vel in aliquod opus publicum & communi conuerti. num. 15.*
- 16 *Tempore necessitatis non possunt iudices ordinarij concedere licentias, ut possint vendere triticum, vel farinam & panem coctum, ultra taxam & huius legis, & an venditores excusentur in conscientia foro. num. 16.*
- 17 *De eadem re. num. 17. & an sit licitum ultra taxam vendere & traduntur tres opiniones.*
- 18 *Iudices Regij, executores sunt huius legis & interpretantur verba legis. num. 18.*

S V M M A R I V M.

Tassa panis noua & nouior ponitur in ijsce duabus legibus, & nouus ordo datur in tritico, & farina, & pane cocto, & augentur pœna contra transgressores, & factores, & miscentes triticum cum alio semine, vel illud inundantes.

IN §. 1. Ibi. Mandamos. † Verba præceptiua sunt hæc, & à Rege habente potestatem condendi hanc legem prolata: suntque iusta, honesta, & possibilia, & sic ab omnibus seruanda & custodienda: Præcepto enim superioris obediendum est, ut in c. memoria, 19. dist. idque ad publicam, videlicet vtilitatem conseruandam pertinet, quæ contemptis Magistratum superiorum edictis labi solet, unde Arist. Polit. 2. c. 6. ait in Principibus errores quosdam ferendos esse, quoniam (inquit) non tantum proderit, qui corrigere perget, quantum nocebit assuetudo superioribus non parendi. Facit etiam text. in c. contra moram. 100. dist. & in c. quid culpatur, 23. q. 1. & l. proffexit, ff. qui & à quibus, ex quo obseruantia legum summè est attendenda, & ea rû præcepta adimplenda: ita ut dicebat Plato libr. ciuil. Nemo quicquam præter leges committere audeat, & quisquis audet morte mulgetur, extremeque omnibus

omnibus supplicijs affligatur. *Thucydides libr. 1. in oratione Archidami Regis*, dicebat: Edocti sumus, indoctorum esse leges cōtemnere, modestiusq; vel cum difficultate illis obtemperare. *Et Aristor. lib. 1. Rhetoric. Qui legibus semper obtemperarūt, ij optimi videntur, & in optimatum ciuitate gerendarum rerum Principatu potiuntur. Et Demofthen. aduersus Midiam*, inquit; sunt t̄ autem leges, quando feruntur, considerandæ, quænam, & cuiusmodi sint, cū vero receptæ fuerint, custodiendæ, & vsurpandæ. Et iterum cōtra *Aristogitonem*, leges tuendæ sunt, & à vobis qui quoquo tēpore iudicia exercetis cōfirmandæ: harum enim præsidio boni sunt improbis superiores. Ex quo (vt cum ijs concludamus (inquit *Ioseph. in præmio antiquitatum Iudaicarum*: His, qui Dei voluntati obsequuntur, & leges bene latas transgredi verentur, omnia prospere succedūt, supra quam credi possit. Quod si ab illarum diligētī obseruatione discedant, neq; consilia corū exitum inueniunt, & boni ipsorū opinione conatus in calamitates immedicabiles desinunt: tunc enim (inquit *Aristophanes apud Strobeum sermone de Republica*,) saluæ sunt ciuitates cum leges, vt decet, obseruantur. Et *Isocrates* optime dixit habitari ciuitatem, quæ secundum leges viueret. Quibus de causis multis in locis ex inobseruantia legis nostræ & similiū, calamitates & fames accidisse cōpertum est. Et ex eisdem rationibus miserēdum est iudicium etiam superiorū, qui iam etiam causas ciuiles arbitrias esse iudicant non attendentes dispositiones legales, quasi potestatem haberēt eis derogandi, & patrimonialiorū, cui velint arbitrari danda in maximum suarum animarum detrimentum.

Ibi. *Ordo reales. In l. 5. seq.* augetur pretiū hoc ad 14. Regales: Sed an t̄ si triticum ob abundantiam vēditur in foro publico pro minori pretio, quam ab hac lege taxato, licebit ne in cōscientia vendere illud pretio tassæ, & quoad pœnā in foro exteriori crederem nullam incurri: quoad interius verò forum, & sic conscientia peccatum mortale incurreretur: & in super restitutionis obligatio, eo quod instum pretium iudicatur illud, quod in foro currit publico, & ideo ab illo non debet excedi: tum etiam quia ex nostra sterilitate tritici existente tassam ponit, nō verò vbi adest abundantia. Militantq; tempore abundantia lex naturalis & diuina, quæ prohibent vltra iustum pretium rem aliquā vendi: militat etiam communis Doctorum sententia, quod pretia rerum vilescunt ratione abundantia, & sic hanc opinionē & sententiam tenent *Mercado, & Merina, relati & secuti per Gutier. in lib. 2. pract. quest. in q. 180. n. 12. cum seq. & Palac. de contract. li. 2. c. 2. pag. 60. vers. sed quid si, & antea in pag. 59. in vers. vnde si mercatores*, vbi idem dicit in mercatoribus panē vendentibus ad aliquē locum, nam si ibidem vilius venditur, eodem, & non maiori pretio vendere poterūt, & *Magist. Lopez in 1. p. instructor. conscient. c. 213. an vendentes ad creditum, pag. 522. col. 2. & latius in c. 226. in princ. & in fin.* vbi inquit vsuram esse vendere triticū ad creditum ad pretium tassæ legalis, quādo, quia abundantia superuenit tritici in foro publico, iam minori vēditur pretio, prout & idem *Lopez* tenuit in locis relatis à *Gutier. in d. n. 12.* qua de causa debent confessores multum ad hęc aduertere, vt pœnitētibz veritatem hanc mani-

festent, & conscientias læsas exonerent, & idem tenet ipsemet *Magist. Lopez in suo instructo. negocian. libr. 1. capit. 15. colum. 1. in fine, cum principio sequentis, etiam si Nauar. de restit. libr. 3. cap. 2. num. 2. cum seqq. & Felician. de cens. lib. 2. cap. 1. num. 13. aliud velint.*

Ibi. *Persona Ecclesiastica.* Hęc enim etiam ratione boni publici adstringi potest ad obseruantia nostræ legis, vt diximus in *l. 1. n. 19. & 20. supra isto tit. & tenet Vega, in Sylua de casis de conciencia. li. 3. casu. 312. fo. 168. & Nauar. in Manuali, c. 23. n. 88. & Lopez in d. 1. p. inst. conscient. c. 226. col. 2. & iterū in d. instruct. negocian. li. 1. c. 17. col. 1. vbi idem dicit esse cū clerici res foraneas & triticum foraneum huc afferunt, vt tassam legis cum expensis itineris testimonij authenticis probati excedere nō possint. Sed an Ciuitas, Collegium, vel vniuersitas comprehendatur legis nostræ dispositione, teneo quod sic, quia licet personæ appellatione regulariter non cōprehendantur ciuitas, Collegium, vel vniuersitas, ex *tex. in c. Roma. de sent. excom. in 6. & in auth. Item quæcunque, C. de Episc. & Cler. dixi in l. 1. n. 180. tit. 5. & in l. 1. tit. 14. n. 14. lib. 8. infra & quadraginta fundamentis id fundat contra Barb. Calcane. consil. 1. per totum*, vbi respondet fundamentis cōtrarijs, quæ lōgum esset hic referre: Ex quibus infero nouissimē, quod lex ac pragmatic. noua Regia prohibēs nullam personam posse locare, neq; in confidentia præstare officia tabellionatus ciuitatum ac villarum, sed suis personis ea teneri seruire & exercere sub pœnis ibidem contentis, & in eius declaratoria tamē non habebit locum in Collegio, ciuitate, vel Vniuersitate hęc officia tenentibus in sua ciuitate, villa vel alio in loco, eo quod statutū aut lex pœnalis loquens in persona vera, non extēditur ad præsentatam, prout est Ciuitas & Collegium, ex *l. merum, §. animaduertendū, ff. quod met. causa, & traditur etiā per Aym. Crau. in tract. de antiq. temp. 4. p. in prin. n. 149. vol. 17. tract. Doctorum*, ideo statutum loquens de Prælato non extēditur ad capitulum nisi per ius extendatur, vt per *Ant. in c. graue, notab. 4. in fi. de prob. refert & sequitur confirmando Decius, cons. 486. col. 1. & Aymon Crau. vbi sup. d. 4. p. in prin. n. 149. idq; clare colligitur ex dicta de tabellionibus pragmatica, dū iubet proprijs personis teneri proprietarios seruire officia hæc, sed Vniuersitas, Collegiū, aut Ciuitas id non potest facere, nisi per mediam aliam personā, quia est corpus sine anima: igitur pragmatica illa non loquitur in hoc casu, quia eius verba non cōueniunt Vniuersitati, Collegio aut Ciuitati, & sic eius dispositio conuenire non potest, verbaq; in proprio significato in dubio sunt intelligenda & non in extraneo vel ficto, essetq; aliter ad impossibile obligare contra legis naturam, quæ debet esse possibilis, & sic in facto allegauī, & ex ijs & alijs de causis obtinui & liberaui accusatum tabellionē de hoc. Hęc tamen omnia licet ita sint, tamen in propositum nostræ legis taxam pretio panis imponētis, & transgressores punientis Ciuitatem, Collegium, ac Vniuersitatem comprehendī sub ea teneo, nam legis nostræ verba sunt generalia omnem & quamcunq; personam cuiuslibet qualitatis, & conditionis exprimentia, & prohibentia ei contrauenire quo casu Vniuersitas, Ciuitas, & Collegium comprehenditur, secundum *Alex. cons. 216. col. pen. post mediam, volum. 2. & Achil. Pedroche, cons. 36. n. 291. & Aym.***

Sym. d. n. 149. contra Dec. cons. 44. in fin. aliud volentem: & postquam hæc scripta habebam, reperij in terminis nostræ taxæ panis tenentem Mesiã, in prag. panis an. 1558. in glos. qualquier. fol. 131. Sed quomodo dicemus Collegium, Ciuitatem, aut Vniuersitatem delinquere contra legis nostræ dispositionem, decerpes ex dictis per nos in tract. de Deurionibus Curia Pisana, li. 4. c. 3. & per Maria. Soci. in c. dilecta. de excessib. Pralat. nu. 94. cū seq. aliquibus, & Ant. Go. to. 3. c. 1. n. 52. cum 2. seqq. gl. l. 17. tit. 10. par. 7. Addicion. Angeli de malefic. verbo. de consensu, & delibera. sub nu. 4. vbi de contradicentibus teneantur, & Andr. Guil. in dec. Imper. li. 3. c. 9. de banno commun.

Ibi. Falta, o esterilidad, ni por via ninguna ni modo. Et sic neq; ratione loci sterilis, vel difficilis ad seminandum, & colendum excusabitur in iustitia, neq; in conscientia frangens legis nostræ taxam, vt latè fundat hic *Gutier. sub li. 2. quæst. pract. q. 180. nu. 1. cum seq.* quam referre sufficet, quia latè hoc profequitur & fundat, & remanet cum hac opinione, & *Palac. in d. Praxi contractuum, lib. 2. cap. 2. pag. 61. vers. at quæret aliquis, cum sequentibus, & antea ibidem, in pagina 59. versicul. vnde si mercatores, & in pagina 60. versic. sed quis si, idem tenet*

7 Ibi. Selo pueda pedir en qual quier tiempo. Sed quis est hic, qui hoc petere potest, dic quod est ille, cui triticū, farina, vel panis coctus vltra tassam vendita sunt, & ita colligitur ex verbis præcedentibus, & tenet *Gutier. li. 2. quæst. pract. q. 180. n. 18.* Et dicitur hic, *En todo tiepo, ad differentiam triginta dierum in præcedente versiculo assignatorum pro petendo ꝑ pretio taxato soluto pro pane vel tritico: nam hoc pretiū intra illos triginta dies debet peti per læsum, eis tamen elapsis cessat huius pretij repetitio, eo quod nullum damnum resultat læso huic ex pretio isto, cū apud ipsum remaneat frumentum pro pretio illo datum, sed quoad excessum pretij taxati, cū in excessu isto semper in damno emptor remaneat, semper excessum huic petere ei permittitur, vt hic vides, & illū tenetur venditor restituere: quod si nescitur quis fuerit iste emptor læsus, tunc excessus iste pauperibus, vel alicui loco publico applicabitur, vt inquit *Vega, in sua Sylua de casos de cociencia. li. 3. casu 316. in fi.**

7 In §. Ten quanto al pan cozido. Istius legis, 4. ibi, regulandolo, respecto del trigo en grano con alguna moderada ganancia. Sed quænā erit hæc moderata lucrifactio, & in hoc *Mesiã in pragm. panis concl. 6. n. 11. cum sequen. fo. 99. argum. l. 6. tit. 11. li. 7. infra dicebat iustum & moderatum lucrum in proposito censerit, quintam partē laboris totius, De lo que saliere y se cõprare el grano, y la demas costa hasta cozerlo. Quod quidem erat maximum lucrum & perniciosum popularibus & pauperibus, & l. illa. 26. loquitur in diuerso casu, & cum differente ratione, & sic non est inferendum ex illa lege ad diuersa: Mercado verò de contrates, super lege tassæ panis, dicebat aliud esse huius moderati lucri exemplum scilicet, si triticum valet nouem, vt plus vèdatur quatuordecim moderado duos argenteos & dimidium pro expensis & residuū pro interesse & lucro licito & moderato: horū tamen opiniones reuertit, & iure optimo *Gutier. in d. q. 180. n. 16. li. 2. pract. quæst. dicens illud certius & securius esse, vt attendatur ad modum, ordinemque, quem resp. & gubernatores horrei sine depositi publici solent seruare absq; fraude tamē, quoties triticum**

eiusdē dant panificis, hoc est, a panaderas para massar y vender cozido, certo pretio assignato, quo eis liceat eundem panē coctum vendere, nempe vt si illis faneca tritrici datur quatuordecim argenteis, eo pacto vt binas libras panis cocti vendant ad quindecim dipodios, ad istum eundem ordinem reguletur lucrum aliorum foras ementium frumentū, habito respectu ad pretium, quo emptum est, & ad expēsas itineris, & sic si ijs iunctis vnaquæq; faneca numeratur pro viginti Regalibus, dādus est, pro duabus libris huius panis cocti vnus morapetinus plus, & secundū hoc quotidie fit, & habetur pro moderato lucro, vt in proposito nouissimè tenet *Castillo, in Politica de Conregid. lib. 3. c. 3. n. 64. cum Gutier. vbi supra, & contra Mesiã in loco iam citato. Quod fit, vt inquit Gutier. vbi supr. n. 17. quod panis coctus ex tritico populi non debeat taxari, nec vendi adeo carius, sicut quod foris asportatur, ratione expensarum pro leucis itineris faciendarū, & sic in effectu in nostris legibus tassæ frumenti & panis cocti disponitur dū dicitur: que en el poner del pan cozido se tenga respeto a lo que saliere y se comprare en grano, y dandoles alguna mas justa y moderada ganancia por su trabajo y costa, prout refert *Vega, en la suma de casos de cociencia. lib. 3. c. 316. & ad hanc taxam debent Rectores populorum multum aduertere & caute ne pauperes nimis grauentur ob nimiū ditandas annonas, vt inquit, Mesiã vbi supr. n. 17. & *larius Magister Palacios, in praxi contractuum, li. 2. c. 2. pa. 55. cum sequen. aliter enim vt ibi affirmat, onerabunt conscientias suas. Sed an si minus vel plus quam deceat præfecti annonæ taxauerint panem coctum, poterunt Pistrices, cum minus pretio iusto taxatur vendere vltra taxationē, vel in taxatione immodice facta, & an peccabunt, & ad restitutionem tenebuntur in quolibet horum casuum, vide *Palacios vbi supr. pag. 58. cū sequen. vbi & quid in arrendatarijs, & in Agricolis perdētibus, & in hac lege iterū dicemus, & traditur etiam deductis, per *Magist. Lopez in inst. negotian. lib. 1. c. 15. col. 4. vers. iana ex premisis, cum sequen. vbi inquit cum Doctor. cõmuniter tenendum, quod etiam hoc prætextu nō poterit taxa Senatorum violari sine pœna in iustitia, & sine reatu in conscientia, ex hoc inferens cõfundi & depelli mercatorum nequissima deceptio, persuasioque fallacissima, qua sibi suadent, ius sibi semper inesse lucrandi, & nusquam perdendi, ac semper cū lucro vendendi: Ibidemque ipse *Lopez, in versic. præterea, & aduertendum, optimè inquit cum *Nauar. & Garzia, ibi allegatis, & Gutier. lib. 2. pract. q. 180. n. 14. pretium legalis taxæ non esse aptandum viciatis, aut corruptis, & ferè inutilibus, mercibus, sed solum synceris, vtilibus & incorruptis: vnde triticū vitiatum corrosusum, aut exosum pretio taxæ velle vendere, & culpa, & restitutionis obligatione nō caret, tanto ergo minoris vendenda sunt quāto magis deteriorata sunt, vt & nouissime tenet *Molina in 2. par. de insti. & iur. tract. 2. disp. 364. pag. 674. col. 2. vers. posito. vbi & quid si est bonum? Quod etiam de pretio communi intelligendum est, quando legale pretium non est præfinitum. Et sic miror quomodo iudices permittunt in locis suis vèdi panem coctum malè massum, & plenū fursuris, & alijs seminibus malis pretio taxato à lege, vel à Senatoribus populi. Et ideo dum permittitur fisco, & horreis publicis********

publicis miscere triticum corruptum cum incorrupto, deberet minori pretio vendi, quam quo vendebatur incorruptum, & sic eodem modo idem esset in pane cocto ex hac mixtione procedente. Aliam insuper questionem annectit *Magist. Lopez in dict. cap. 15. versic. porro non abs re, scilicet, si pretium taxæ in diuersis locis varium esset, an pretium ubi res venditur, vel ubi traditur attendendum sit, & in hoc concludit, quod pretium loci ubi traditur venditur non vero venditionis, & hoc quia ubi traditur, perficitur venditio: Et quare tunc perficiatur venditio (licet ipse non dicat) est, quia cum per mensuram sit frumentum tradendum, vsque dum mensureretur non est perfecta venditio, contractus enim hic venditionis frumeti conditionalis est, & imperfectus ante mensurationem: & si facta fuerit traditio non dicitur translatum dominium, quia illa dicitur nuda à causa, secundum *Roland. Vall. consil. 7. nu. 14. & 15. volum. 3. Deci. consil. 179. & Ad. diu. Matth. Afflict. decis. Neap. 68. & Socin. Sen. consil. fin. lib. 3. ubi colum. 1. id declarat, quod intelligitur cum venditur fundus tot tornaturarum, non vero loquitur cum venditur tot fanecæ tritici, quot habeo in tali loco, pro qualibet faneca tot pretium dandum, tunc enim ante mensurationem non est perfecta venditio, etiam si emptor affirmet esse traditam in frumeto illo, & renuntiauerit legibus traditionis, quia nihil sit antequam mensurentur, ut inquit *Roland. Vbi supra.***

Ibi. De mil y quinientos y se senta y ocho. Quam non reperio insertam in nostra Recopilatione & miror de hoc cum nostra illius meminerit, & ad eam se referat iubendo eam seruari, & quia eius notitia necessaria est, ad nostræ legis intelligentiam & declarationem, ideo libuit eam hic inserere sub breuibus verbis in hunc modum.

Mandamos a vos y a cada uno de vos (loquimur enim cum omnibus iudicibus populorum) en vuestra juridicion, que guardéis, y cumpláis, y executéis lo contenido en la dicha premitica (que est taxæ panis, anni 1558. in hoc titulo inserta) y guardandola y cumplendola, tengais muy particular cuidado de proueer como el dicho pan coxido se venda a justos y moderatos precios, auido respeto a aquellos en que el pan y harina se vendiere con alguna honesta y moderada ganancia: de manera, que en esto no aya ni pueda auer exceso ni desorden, proueyendo de continuo cerca desto lo que conuenga, y teniendo juntamente fin a que las plaças esten proueydas y no aya falta. E orio si, tendreis muy gran cuenta y cuidado en auer ignar y saber si algunas personas que no sean panaderas, ni de los que acofubran tener este trato, ni son de tal calidad, que ayan de entender ni usar de semejante ganancia, tratán por si, o por medio de otras personas vender sus trigo y harina por estos medios de pan coxido, excediendo del precio de la premitica y para la defraudar, y que aquellos que en esto excedieren y desto usaren, sean castigados: Ca nos por la presente prohibimos y defendemos que no lo hagan, ni puedan hazer directe ni indirecte, por si, ni por medio de otras personas, ni usando para este efecto de ningun trato, pacto, modo, ni cautela, so pena que ayan perdida y pierdan todo el precio del pan que ansi vendieren: mas otro tanto, lo qual se aplique a las personas y en la manera y forma que en la dicha premitica se aplica: lo qual vos mandamos que ansi lo hagais, guardéis, y cumpláis con el cuidado que negocio desta calidad, y que tanto importa al bien y beneficio publico conuene y deue tener,

con apercebimiento que os haçemos, que si descuydo, o negligencia en esto tuvieredes, mandaremos proueer como a nuestro seruicio, y al beneficio publico conuenga. Y porque lo suso dicho venga a noticia todos, e ninguno pueda pretender ignorancia, vos mandamos que hagays pregonar esta nuestra carta por las plaças y mercados, y otros lugares acostumbrados, & c. Dada en Madrid à 14. dias del mes de Septiembre, de 1568. annos.

Quam literam huius pragmaticæ refert *Messia, in prag. taxæ pan fol. 138. cum sequentibus, ubi aliqua dicit in eius propositum, & præsertim in verbo, defraudar, considerat, quod ex eo colligitur, & ex contextura dictæ pragmaticæ, per eam id genus hominum contentorum in ea non prohiberi triticum, aut farinam, aut frumetum, quod habent vedere per se, vel inter positas personas dum tamen vendant pretio per pragmaticam taxato: solum enim eis interdicitur, ne his exquisitis fraudibus, aut panis cocti (ut hic dicitur) colore & occasione eandem legem circumueniant, ex tritico siue farina panes per se vel per alios faciendo, & ultra taxam panis cocto constitutam eos vendendo: ut idem tenet *Palacios, de contract. & rest li. 2. c. 2. pag. 63. vers. quid quod pragmatica damnat solum eos.* Ex quo infero, quod illi, qui non sunt panifici ad hoc per iustitiam & Decuriones deputati, non possunt vendere panem coctum etiam pretio in publico foro currente, & taxato sine pena nostrarum legum, si pretium taxatum panificis publicis excedat metam pragmaticæ, & crimen in hoc committunt, ut ex verbis huius pragmaticæ decerpitur, & voluit *Palacios ubi supra pag. 62. vers. atque de isto, licet quoad peccatum hoc non procedere inquit ipsemet Palacios, ibi pagin. 63. in principio, quod tamen non sine scrupulo meo videri assecurari potest: sit enim contra dispositionem dictæ pragmaticæ, tam etiam quia vendit ille, qui non est publicus panificus, itidem quia vendit ultra taxam pragmaticæ, venditque sine taxatione facienda habito respectu ad pretium in quo triticum illud emerat panificus talis, quod quidem pretium erat considerandum & in simul expensa erat attendenda per hos publicos taxatores, & præsertim si erat tale triticum ex proprio censu, vel labore procedens, quia tunc minus licebit taxam excedere, & ideo non sine scrupulo sustineri potest dictum hoc dicti *Magistri Palacios.* Sed an & ad restitutionem tenebitur vendens panem coctum pretio communi, si sit venditor ex personis prohibitis vendere panem coctum, *Castillo, in Politica de Corregidores, lib. 3. cap. 3. n. 37. in fin. refert se ad mercado, & ad Gutierrez in li. 2. quest. pract. q. 182. ubi tenet eum meam opinionem, scilicet, peccare mortaliter, non tamen teneri ad restitutionem, ex eo quod emptoribus nullum damnum sit, cum & aliorum panes cocti eodem pretio publice vendantur. Ego tamen id credere possum se procedere (si verum est) quoties iste prohibitus vedere panem coctum certus est, triticum illud, quo panem efficit coctum, esse emptam eius fanecam pretio illo quo empta fuit illa ex qua panificæ publicæ vendunt suum panem coctum, & cum eisdem expensis, sed si minoris pretii erat, vel erat de suo censu & labore, tunc eadem si minoris valoris erat, quam illius panis, qui venditur in foro publico, teneretur utique restituere emptoribus excessum, ut ex nostra lege probatur.***

probatum, maximè in illis verbis. *Que en el poner de pan cozido se tenga respero a lo que saliere y se comprare en grano, y dandoles alguna mas justa y moderada ganancia por su rubajo y costa, quibus verbis comprehenditur, transgressorem esse horum verborum illum, qui est prohibitus vendere panem coctum. Al qual no le sale la hanega del trigo tan cara, ni al precio que sale a las alhondigas que venden y a sus panaderias, y personas que venden pan cozido en las plaças publicas por rassa puesta por los Diputados para ello, los quales quando lo pusieron tuvieron consideracion al precio que salia cada hanega cozido, y al trabajo, costa, y gasto, y acareros.* Et si contra dictos authores teneo cum *Messiam in presenti concl. 6. n. 14. etiam Gutier. d. q. 182. n. 13. & Palaci, ubi supra.* Aliud velint contra *Messiam*, cuius opinionem veriore contra dicta per *Gutierrez d. nu. 13. 14. & 15.* eo quod loquitur contra verba dictæ pragmaticæ, prout in aliud propositum considerabit ipsemet *Gutierrez ibid. in q. 181. nu. 4. versic. his tamen, & clarius in d. q. 182. nu. 4. versic. at vero respectu*: ubi in effectu, si bene percepi, idè quod nos concludit, licet postea in dicto *nu. 13. & 14.* non ita distinguat, sed indistinctè loquatur, nisi ipsum intelligas loqui secundum quod in *d. versic. at vero respectu*, locutus erat. Sed an panificæ publicæ sequentes taxationem factam à Præfectis, & à concilio etiam si immoderata sit, peccabunt, & tenebuntur in conscientia. *Palacios, ubi supra, pagin. 58. col. 1. & pag. 59. versic. sed qui si*, inquit, excusatas esse, quia sequuntur taxationem factam ab illis, qui eam facere potuerunt, ipsæq; panificæ non possunt talem taxationem restringere, sicut neque augere, imo & alias, quæ non sunt publicæ, idem sequi posse testatur ibidem ipse *Palacios*, de quibus iam diximus: Eius tamen doctrinam veram esse censeo in panificis publicis, quæ panem publicum publici horrei vendunt, & pro ipso horreo publico, secus in alijs vendentibus panem suum etiam si publicæ panificæ sint, in ijs enim non credo veram doctrinam, non enim hæc tenentur sequi iniusta & immodica pretia, & contra legis dispositionem ordinata, possuntq; pretia hæc moderare minoris vendendo, quod non possunt illæ aliæ publicæ panificæ, quæ vendunt panem coctum publici horrei, & pro eo & in eius utilitatem, quibus non licet diminuere pretium taxatum etiam immoderatum, & excessuum.

Ibi. *Porque podria, ser, que por malicia, arte, e industria de las personas que tienen el dicho pan, procurando como procuran que aya falta y estrechez, y necesidad en lo del pan cozido.* Qua quidem hæc procurantes debent grauitè puniri, quasi publicæ ut late aduersantes, & bono publico contrauenientes, sicut faciunt posteros, qui publicè emunt annonam, vel aliquid aliud pluris quam valeat, ut cæteri eodem pretio ad emendum incitentur, qui quidem crimine stellionatus tenentur, *ex l. 3. §. item si quis, secundum Bartol. intellectum, ff. de crimin. stellionat. vel qui emunt omnem annonam, quam inueniunt in prouincia, ea ratione totum ementes, ut ipsi soli postea pretio, quo velint, eam vendere possint, qui Dardanarij vocantur, & si humiliores sunt ad opus publicum damnantur, & quandoq; negotiatione priuantur, l. annonam, ff. de extraordin. crimi. & qui monopolium faciunt, quo annona carior fiat, pœna viginti aureorum puniuntur, l. unica, C. monopolys, & qui quam fa-*

ciunt, quo annona carius vendatur, & qui dolo impediunt, quo minus ad ciuitatem deferatur, lege *Iulia. de annonâ. tenentur, l. 3. ff. ad l. Iulia. de annonâ.* & in conscientia tenentur ad damnum inde secutum, ut tradit *Vega insylua de casos de conciencia, lib. tertio, casu. 3. 17. & Lopez prima parte, instructo. conscient. cap. 226. columna penultim.* ubi idem quoad Rectores negligentes in hoc esse dicunt, pro quorum excessuum remedio lex nostra prouidet in sequente versiculo dicens, *y que para este efecto, &c.* quod est optimum remedium.

Ibi. *y puedan tomar y romen de qualesquier personas, de qualquier estado, condicion y calidad que sean que lo tuuieren el pan en grano, o harina.* Sed an de Ecclesiasticis redditibus & decimis poterunt iudices seculares tempore necessitatis in annonâ ad prouisionem Reipublicæ. facere sequestrari triticum & hordeum talium decimarum, Ecclesiasticarumque personarum redditus, præsertim iam existentium in horreis Ecclesiæ, & clericorum, & collectorum suorum, ubi congregari solent, & in hoc *Gutierrez lib. 1. quest. pract. quest. 13. per totam*, ad utramque partem examinat latè hanc difficultatem, an sine pœna & censuris id possit per seculares iudices licite fieri, & tandè concludit, quod Iudices & Rectores seculares dummodo in procedendo, & exequendo obseruent ad vnguem formam traditam, atq; præscriptam à *leg. 1. tit. 25. lib. 5. supra*, & sic seruatis seruandis rectè poterunt frumentum clericis non necessarium sequestrari, vendique facere à gentibus absque metu excommunicationis & requisita necessaria ibi ipse *Gutierrez* annectit. Primo, quod sit atque imminet necessitas magna, & indigentia tritici. Secundo, quod triticum auferendum sit ad vendendum per clericos depuratum, vel habitum, & quod eis relinquatur triticum necessarium pro se & famulis eorum. Tertio, quod pretium verè & realiter soluatur, vel si nollit recipere offeratur taxatum à lege & depositetur, ac consignetur: & de ijs omnibus fiat informatio, quæ procedat ante sequestrum, & tunc, inquit *Gutier.* optimè fieri posse sine metu excommunicationis, & hanc dicit ibi esse suam opinionem, *Castillo tamen in dicta sua Politica de Corregidores, lib. 3. cap. 3. n. 13.* inquit in facti cõtingentia cum omni iustificatione fecisse sequestrum hoc, & cùm iudex Ecclesiasticus contra eum procederet & excommunicaret, & adijset Regium Consilium pro adipiscenda prouisione ordinaria in gradu violentiæ tollendæ, & quod per 80. dies absolueretur, noluisse Regium Consilium præbere hanc prouisionem, & sic triticum esse deuolutum clericis quorum erat: Ego vero cum semel fuisset consultus per quendam iudicem super simili casu. volentem pro suppleta publica necessitate hæc facere, consului, antequam istos authores viderem, quod iudex hic prius informationem faceret de dicta publica necessitate, & quod superabat clericis triticum, & erant requisiti cum pretio taxato per legem, & quod nolluerunt illud recipere, & quod hac de causa pretium depositatum fuit in persona idonea. Et quod cum insertione huius informationis & depositi expediret requisitoriam ad iudicem Ecclesiasticum, cui clerici illi erant subiecti, petendo, & requirendo eum, quod sibi impartirèt auxilium pro sequestrando, & capiendo

illo tritico pro succursu dictæ publicæ necessitatis, aliter enim quod in suam negligentiam & nè plebs fame periret sequestrari faceret triticum & capi pro dicta necessitate succurrenda relicto illo tritico, quod esset clericis pro se & familijs suis necessarium, & huc attinet illud quod Neemias fecit, Estdæ libro tertio, capite quinto, protestando sacerdotibus, quod decimas populi illis reliquisset pro sedanda fame: & cum ijs crederem satisfactum legi, & Canoni, ne incurratur excommunicatio aliqua, & iustificata sit intentio iudicis hæc facientis, sed non vidi finem huius casus, quia clerici antequam hæc fierent dederunt triticum, & gauderem utique finem videre, vnusquisque tamen suo in tempore videbit, quod securius erit sibi & suæ conscientiæ.

In §. *Y como quiera*, ibi, *y cumpla las leyes y prematicas que cerca desto estan hechas*. Quæ inferuntur in l. 19. titulo vndecimo, & in leg. 4. tit. 25. quæ est nostra, istius libr. 5. & in dict. l. 19. aliqua diximus.

In §. *Otro s. en quanto*, ibi, *y en sus testimonios, y diligencias se contione*. Quæ quidem testimonia debent esse in scriptis, secundum quod in lege sequente in §. *Otro s. por quanto*, disponitur, & declaratur, vbi aliqua dicemus Deo volente.

In §. 9. *Y porque*, ibi, *ha de ser el peligro de las propias conciencias*. * Bona est enim substantia, cui non est peccatum in conscientia, Ecclesiast. 13. cap. Quid enim prodest homini si totum mundum lucretur, & animæ suæ detrimentum patiat, aut quam commutationem dabit homo pro anima sua. Gloria enim nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, vt 2. Corinth. 1. capit. & idè nè contraueniatur nostræ legis dispositioni timor conscientie, & eius periculum debent ante oculos haberi: nam vt inquit Augustin. in cap. senti. 11. question. senti. de Augustino quicquodlibet, sola me in oculis Dei conscientia non accuset. Hincque Gregorius in capit. in cunctis ea. cau. & questione in cunctis, quæ in hac vita aduersa proueniunt, sola est (sicut nostis) omnipotentis Dei districtio pensanda, atque ad cor proprium recurendum semper, vt ibi lingua implicet, vbi conscientia non accusat, quem enim conscientia defendit, liber est inter accusationes. Et liber sine accusatione esse non potest, si sola, quæ in interior addicit, conscientia accuset.

14 In eo. §. ibi, *Declaramos*. Quod quidem Rex etiam quoad conscientiam per legem suam facere potest, vt dixi in Rubrica, numero 30. tit. 1. lib. 2. supra.

15 In eo. §. ibi, *Los quales queremos que en todo caso sean obedecidos y cumplidos*. Quod cum iuste iubeatur, sanctissimam vocat nostram legem pretij tritici taxatiuam Castillo, in Politica de Corrigidores. libro tertio, capit. 1. numero sexagesimo-tertio ad finem, & sic asserendum est, obligare transgressores in conscientia ad pretij excessiui restitutionem, vt per plura probat Guierrez dict. libr. 2. practicarum questione 108. numero nono & decimo, & in numero decimo-octavo inquit restitutionem excessus debere fieri parti

laxæ, & sic emptori, & si ipse non petierit, debet pauperibus erogari, vel in opus aliquod publicum & commune conuerti, vt inquit Vega, in Sylua de casos de conciencia, libr. 13. casu 316. in fine, & Lopez in prima parte, instructo. conscient. capit. 226. colum. penult. pagi. 561.

In eo. §. ibi, *Y que no la disimulacion ni permission de nuestros juezes y justicias (los quales no tienen autoridad, poder, ni comission para dispensar, ni remitir, ni disimular) noles escue, ni pueda excusar*. Verba hæc quotidie præconio publico publicari deberent in foro, vbi rustici congregantur, vt eis notum fieret, licentias à iudicibus præstas non excusare à pœna, nec à restitutione excessus pretij, neque ipsos iudices tutos facere quoad hæc quandoquidem lex nostra eos inhabiles reddit & impotentes ad dispensandum remittendum, vel dissimulandum vt transgrediatur legis nostræ taxa, etiam tempore necessitatis ob quam sedandam, & succurrendam facta est. Et quoad iudices, quod hæc non possint manifestum ex ijs nostræ legis verbis apparet, & quia eius est soluere leges, cuius & condere: Regis autem solius est constituere leges generales, ergo ipse solus soluere eas potest, quod si alius, quam id ipse faciat, contra legem nostram facit, ergo eius pœnas incurrit, neque necessitas excusat, quia circa eam prouidet lex nostra, & illicite facit contra legem iustam faciens, & sic vendentes virtute talis licentiæ permissiua, remissiua, vel simulatiue ad pœnas tenentur nostræ legis si ab eis petantur, & itidem in conscientia ad restitutionem pretij excessiui ultra taxam etiam si non petatur, vt per Molinam, de iustitia & iure, parte 2. tractat. 2. disputatio. 364. colum. 1. cum sequentibus, nam mandatum iniustum obediens non excusatur, vt in statuto inquit Bald. relatus per glos. firmes l. 18. titulo nono, partita secunda, licet enim iudicis mandatum soleat excusare ex capitulo si quando de rescriptis, lex, non videtur §. qui iussu ff. de regulis iuris cap. quod quis mandato de regul. iur. in 6. l. 5. tit. 15. partit. 7. Id tamen verum est, quando præceptum & mandatum iudicis, sit secundum legem vel non constat, quod sit contra legem, & in concernentibus officium: secus vero si euidenter sit iniustum, & contra legem, nam tunc non excusat tale præceptum iudicis, imo non solum non debent obedire officiales, veram & debent ei resistere, ex l. omnes Cod. de Decurio. libr. decimo, l. euidenter. Cod. de execution. num. eod. libr. 1. quoniam iudices, & ibi gloss. & Bald. Cod. de appellation. & tradit gloss. in dict. §. quod iussu. & gloss. Por mandato, in l. 5. quam sequitur Bartol. numer. 3. & Paul. numero 6. & Orosi. colum. 2. versicul. 16. in l. vt vim ff. de iust. & iur. mandatum autem, licentia, permissio vel dissimulatio vendendi triticum, vel panem coctum ultra tassam, etiam tempore necessitatis, est contra legem nostram, ergo iudex hæc permittens incurrit legis nostræ, & sequentis pœnas impositas similibus iudicibus, & venditor vtens dicto falso mandato, aut permissioe incurrit etiam pœnas legum nostrarum, & sic miror de assera determinatione relata per Castillo in dicta Politica. d. libr. 3. cap. 3. num. 67.

in fin. afferentem se vidisse in foro exteriori excusatos sic vendentes ultra tassam virtute permissionis iudicis inferioris, nam licet excusaretur à pœna ordinaria, non tamen deberet sine pœna relinqui, & dictis per nos, *in leg. 2. in princip. titul. 13. supra libr. 4. & in leg. 14. titu.*

17 3. *libr. 1. ordinament.* * Sed quoad forum conscientie reperio in hoc casu tres opiniones: in casu quo adsit necessitas & penuria panis, nam de hoc tempore loquimur & communiter toleratur venditio ultra tassam. Prima fuit opinio dicentium non esse licitum ultra tassam vendere, aliter enim & mortaliter peccari & ad restitutionem excessus teneri in omni tempore sterili vel non, eo quod taxa principaliter apposita est annis sterilibus panis, ne carus panis fiat, & nè abscondatur per diuites panem habentes, & ut pauperes fame non perirent: ergo dissimulatio, ac permissio iudicem non excusat: nam si id tolerant iudices non id faciunt, quia his excessibus sponte conuiueant, sed quia prudenter ea inconuenientia cauere curant, quæ ex inflictione pœnæ si contenderent punire orientur. Ideo quadam tacita dissimulatione prætereunt id, cui nullatenus tacendo consensum præbent, *iuxta Doctorum sententiam relata in glossa. in capit. qui tacet. de regulis iuris in sexto, & in capit. is qui tacet. eodem titul. & libr. pro quo & facit illa regula, capit. cum iam dudum. de præb. multa per patientiam tolerantur, quæ si in iudicium deducta fuissent non tolerarentur, & ijs & alijs sequuntur, & tenent hanc sententiam. Meina Complut. de restitutione, questione trigesima prima & trigesima-sexta, & Sotus de iustitia & iure libro sexto, questione secunda, articulo tertio. Castro de lege pœnal. libr. 1. capit. duodecimo. Nauarr. in Summa, capit. 13. numero octuagesimo-tertio, vsque ad 80. & Castillo ubi supra, numero sexagesimo-quinto & sexagesimo sexto, & Aniles & alij per me relati, in leg. 1. numero sexto in fin. cum sequentibus supra isto titulo.* Item quia secundum communiter Doctores iustum pretium est illud, quod per legem, aut urbis rectores taxatum est, cuius ratio est, quia cum pretium iustum sit, quod æquale est valori rei attentis omnibus circumstantijs facientibus ad valorem, sicut ad Gubernatores & Principes pertinet, cætera Reipublic. moderari, & ita & rerum pretia taxare, & statuere sua prudentia & æquitate, alias daretur occasio diuitibus tempore sterilitatis annonam augendi, & exhauriendi pauperum bona, & alijs multis damnis Reipublicam afficere, quæ lætè profequitur Meina. ubi supra. Item, & quia omnes fatentur hoc pretium esse indissolubile quod dicitur legitimum, id est à leg. taxatum, & ita illud excedere est mortale peccatum in re notabili, veniale vero in exigua, vnde licet postea de cursu temporis merces plures æstimentur, communiter apud omnes, ut triticum tempore sterilitatis, non licebit secundum æstimationem vendere communem, sed secundum publicam Principis æstimationem, qui non passim leges mutare & condere debet: id enim esset imprudentiæ, vnde cum tempore conditionis legis omnia prospexerit, quæ ad rei iu-

stum valorem pertinebant, non propterea tenetur, vel reuocare, vel lex iniusta iudicanda, quia aliquando in communi æstimatione populi plus valeat res ob magnam penuriam vel aliam causam: nam quamuis ut Doctores notant leges mutari debeant, cum notabiliter circumstantiæ variantur, ad eò ut si Princeps esset negligens notabiliter iam inciperet lex esse iniusta, & in conscientia non obligare, sed ut dixi id passim fieri non debet, ut inquit Petrus Nauarra de restitutione, libro tertio, capit. secundo, numero primo, cum duobus sequentibus. Vbi ex hoc in numer. 25. inquit, quod ratione industriae laboris & expensarum & periculorum non licet mercatori rem carius vendere, quam in communi æstimatione valeat, & à fortiori (ipsius auctoris iudicio) quam lege taxatum sit, eo quod Regula veri pretij non sunt dictæ circumstantiæ nisi quando res non habet determinatum pretium ex communi æstimatione vel publica taxatione, & ita hanc metam transgredi nemo potest, cum tam lex quam communis æstimatio ea omnia perpendat in valore assignandos. Si ergo hæc ita se habent, nihil efficit iudicum dissimulatio ut pretium iustum & à lege taxatum vnusquisque possit ad libitum excedere sine reatu peccati mortalis, & restitutionis, si notabilis sit excessus, & non paruus, & sic hæc prima opinio iuridica & tenenda videtur. Secundam vero opinionem aliqui tenent dicentes totum contrarium scilicet, super acceptiorem illam pretij ultra taxam pragmaticæ, & culpa carere & obligationem restituendi non contrahere, si ob dissimulationem superiorum tempore penuriæ panis taxa excedatur, videturque apparenti ratione hanc opinionem tutari: Primo quia ut inquit Nauarrus in Manual. cap. 23. numero octuagesimo-octauo, rarissimè esset ponenda, hæc tritici taxa atque annonæ: cum quia dat occasionem corrupta & inutilia vendendi eodem prætio taxæ, quo sincera, & vtilissima venduntur, quod est culpæ & restitutionis, ut remanet dictum in hoc titulo, & sit quotidie, nam panis coctus venditur niger & male conditus, & quandoque sine debita mensura, idque non solum vendentium grauar animos, verum & iudicum ac rectorum populi, hæc consentientium, tanto enim minus valet triticum, & panis coctus, quanto in eo adest corruptionis & vitij: tum etiam quia superueniente penuria tollitur omnino taxa, & illa non occurrente parum est necessaria: & hac de causa ego dico super lege, de las alhondiyas, infra libro septimo, quod pragmatica taxæ panis, ac tritici in anno ipso sterili, & pro eo deberet fieri, saltem ut secundum indigentiam occurrentem pretium taxaretur sicut enim in annis in quibus vini, aut olei, aut carniū sterilitas accidit, vel mercenariorum penuria euenit, iustè in his omnibus ascenditur in pretio, ita quoque par ratio est, ut in magnæ frumenti sterilitatis annis, frumenti pretium augeatur, præsertim cum maioribus expensibus consistat frumenta. Secundo pro hac opinione facit, quia non est verisimile cum Rex sciens transgressionem legis suæ positivè merè tolleret transgressores,

fores, cum pœna plectere possit, à pœna illasos relinquens, velit in conscientia eos per legem pragmaticæ obligari ad culpam, hoc enim nihil aliud esset, quam his animabus injicere laqueos, quæ ex tali tolerantia licitum esse sibi contra legem agere putant: nam ut inquit *Maïor. in. 4. Sentent. distinct. 13. quæstion. 1. versicul.* Secunda conclusio: valet hoc argumentum, si ista opinio teneretur omnes perirent, ergo non est tenenda, & sic inquit summus Pontifex in *capit. maiores. de Baptismo*. absit enim ut tot parvuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur, sicque tolerantia hæc Regis non abesse à culpa, utpote occasionem delinquendi contra legem præbens: nisi cum consensu pro tunc suspendendi vim obligatiuam legis coniuncta esset in Rege, ita tener. *Anton. de Butri. & alij relati per Sylvestr. in Summ. verb. lex quæstion. 6. verb. consuetudo quæstion. 6. & 7. & gloss. in cap. is qui tacet de regul. iur. in 6. & Abb. in capit. quia circa. de consang. & affin. prout & omnes referunt. Lopez in instructor. negotiantium. libr. 1. capit. 16. column. 2. & Vega in sua Sylua de casos de conciençia, libr. 3. casu. 312. & eam videtur sequi Metina in pragmat. pan. conclusio. 3. nu. 17. allegando Metinam: sed isthæc secunda opinio deficere in rationibus suis inquit *Cordova in Summ. quæst. 78. & Lopez ubi supra, & iterum in instruct. con. casu. 226. column. 2.* ex eo quod talis taxa Regis non est iniusta contra agricolas in sterilibus annis, ut quidam aiunt, quia conditor pragmaticæ cum suis consiliarijs omnia censetur prospexisse, taxamque sic præstinisse, ut tam annis abundantibus, quam sterilibus deseruiret, ita ut utrinque fieret proportionabilis recompensatio. Imo magis pragmatica edita est pro annis egestatis, & sic pro eis videtur proportionari taxam, plusquam lucrum in dictis annis egestatis sibi comparant agricolæ vendentes ad taxam, quia tunc vilius locantur operarij à seipsis ad agriculturam, quam tempore abundantia vbi vilis frumenta veneūt, & operarij ad agrorum culturam carius conducuntur ab agricolis: Et quamdiu de iniustitia pragmaticæ, taxæque non constat censenda est iusta, obseruandaque est donec per auctoritatem publicam, vel legitimam consuetudinem derogetur: Item etiam, quia qui caritatem pretij soliti sunt inducere super frumenta non sunt agricolæ, sed frumenti conductores, utpote qui potentes sunt ad recondendum frumentum in magna copia: Item hæc secunda opinio ex verbis nostræ legis clarissimè refutatur & per consequens prima videtur tenenda. Tertia vero fuit opinio reconcilians, & concordans dictas contrarias opiniones, scilicet, quod prima opinio vera sit & procedat quoties per iudices inferiores permittitur in prouincijs suis expressè vel tacitè, putà præconizando, vel dissimulando vendi panem coctum, vel triticum ultra tassam: tunc enim venditor ad restitutionem in conscientia tenetur, quia non habent potestatem id permittendi, vel dissimulandi, ut inquit lex nostra, & tenent supra dictos Doctores primæ opinionis, & inquit *Gutierrez libr. 2. Practic. quæstion. 180. numero vigesimo-primo,* neque credendum est eos talem potestatem ha-*

bere nisi eam demonstrant, cum lex nostra disponat iudices inferiores non habere hanc potestatem, & eis prohibeat dissimulare, tacitè vel expressè cum dispositione nostræ legis, imò eos punit si dissimulauerint. Secunda vero opinio procedit quoties permissio hæc per Regem fit, vel eius Regale consilium expressè permittendo, vel tacitè dissimulando transgressores publicos huius taxæ sinendo publicè & communiter absque vlla punitone vendere triticum, vel panem coctum ultra taxam, tunc enim eo quod à Rege vel eius consilio Regio id permittitur communiter, & sine vlla punitone, contrauentium nulla restitutionis obligatio contrahetur in istæ egestatis & penuria temporibus, vel quoties nostra taxa non esset recepta ab omnibus sciente superiore, quia tunc talis lex non ligat, secundum *Meti. in dict. conclusio. 3. numero 18.* quod ego intelligerem quoties tales venditores licet venderent, & vendere possent panem & triticum ultra taxam in istæ casibus, in quibus hæc secunda procedit opinio, venderent pretio iusto numeratis expensis & labore: secus verò si ultra hæc vendere vellent excessiuus pretijs, quia tunc ex iniustitia talium excessiuorum pretiorum tenerentur, iam quod ex vi pragmaticæ taxæque non essent obligati seruare talem taxam, nam ut dictum est in hac lege non licet mercatoribus summis pretijs & excessiuis merces, ac mercantias vendere, sed iusto pretio potius, & hæc est mea noua consideratio: & sic hanc concordiam tenendam & sequendam inter has opiniones asserunt *Gutierrez ubi supra, numero 21. & 22. & Cordua, ubi supra, & Lopez dict. capit. 226. column. 2. & 3. & in dict. instructo. negotiant. libr. 1. capit. 16. & Metina, ibi allegatus, & Vega in dict. Sylua de casos de conciençia, libr. 3. casu 213. cum tribus sequentibus*, qui omnes addunt, quod si Rex vel consilium Regium non ita communiter cum omnibus dissimularet, sed aliquos puniret, licet alios non puniat, non est hæc permissio sufficiens ad exculationem conscientia, & in hoc etiam casu procedit prima opinio, quem casum omittebam, quia cum communiter cum omnibus dissimulatur, loquimur. Sed ut nihil omittatur & ne causa dubitandi relinquatur, istum etiam cum supra dictis posuit, & sic remanent dictæ opiniones conciliatæ, & veritas huius quæstionis optime declarata. Ex quibus omnibus desumo conclusionem, scilicet, quod ratione penuriæ siue egestatis tritici aut panis cocti non licet in conscientia taxam excedere, quæ iusta in dubio credenda est: & proportionata temporibus sterilibus, licet iudices inferiores aliud expressè permiserint, vel dissimulatione tacuerint, quæ quidem conclusio non procedit quoties Rex vel eius Regium consilium vel alius ab eo potestatem ad id habens permitteret venire contra tassam, vel cum omnibus vendentibus ultra eam dissimularet nullos puniendo, secus vero si aliquos puniret. Secundo non procedit dicta conclusio quoties dicta taxa & pragmatica nūquam fuisset recepta ab omnibus in loco illo sciente superiore, nam cum tunc vim legis non habeat nimirum si non obli-

get, deberet tamen iustificari, secundum terminos iuris legem talem non esse in illa prouincia receptam per omnes, secus vero si ab aliquibus, & cum aliquibus vteretur, nam tunc non videntes non excusarentur, prout dixi in leg. 3. numero final. titul. 1. libr. 2. supra. Vbi quando dicitur non recepta lex.

Ibi. *Y mandamos a todas las nuestras justicias, assi de lo aba dengo como de señorio, que tengan muy particular cuydado y cargo de cumplir y executar estas leyes.* Verba hæc, *ansi de abadengo, como de señorio*, non excludunt iudices Regios, sed omnes includunt, vt apparet ex verbis nostræ legis ibi, *a todas nuestras justicias*, & in executione legum pendet conseruatio ciuitatum ac populorum & in earum obseruatione, interitum enim (inquit Plato in eritia) esse paratum illi ciuitati video, in qua, non lex magistratibus, sed legi magistratus præsumt. Et idem Plato in libr. ciuili, inquit, si magistratus spretis legibus aut lucri causa, aut propriæ libidinis gratia, alia quadam præter ea, que sunt legibus constituta, imperitus rerum agere tentet, scelus grane committit, officia vitæ confundens, atque peruerrens. Quapropter legibus constitutis altera iam nauigatio est, vt nemo quicquam vnquam præter illas facere permittatur, siue singuli siue populus id conetur, quæ & alia adducit *Simancas de Repub. lib. 4. cap. 16. & 17.*

In §. fin. ibi. *Excepto en las partes.* Exceptio hæc firmat Regulam in contrarium, ita vt in quibuscumque alijs locis quam exceptis, etiam si talia loca sint exsterilia panis debet obseruari nostra pragmatica & taxa, vt in hac lege remanet dictum.

In l. 5. ibi, *A raxon de caorze reales*, hoc est vltimum pretium vsque nunc augmentatum pro faneca tritici, & itidem pro faneca hordei vel typhi, itidem pretia hic constituta vltima sunt vsque in hodiernum diem, & augmentata sunt, vt annis sterilibus, in quibus & pro quibus lex hæc facta est, proportionabilia constituentur pretia, aliter enim non esset lex iusta, vt ex dictis in lege præcedente glo. autem apparet, *se dan*, poterit conueniri, quod vltra pretium taxatum emptor soluat gabellam, tradit Felicia. in tract. de censib. libr. 2. c. 1. nu. 14. vbi cum Messia, ibi allegato, tenet in iudicio exteriori, & interiori id fieri posse licite, quia venditor nihil aliud percipit, quam pretium taxatum, igitur ad nihilum tenetur, sicut & cum venditur triticum in campo longe à ciuitate existens, nam venditor conueniri potest, vt sibi soluat pretium taxatum; & emptor suis expensis portet triticum in domum suam, nihilominus tu super hoc latius cogitabis cum casus euenerit, nam pro nunc mihi non applaudet hæc opinio, quis enim negauit in hoc casu cum gabella sit onus venditori incumbens, quin si onus hoc emptori imponatur, venditor lucretur illud plus in gabella numeratum, neque argumentum illud de vendente triticum in campo aliquid officit nobis, quia ibidem non pertinet ad venditorem portare triticum ad domum emptoris, neque est onus venditionis, sicut est gabella, ergo dictum fundamentum nullius est momenti pro illorum Doctorum opinione: neque itidem obstabit aliud fundamentum ip-

sus Feliciani se fundantis in quadam doctrina. *Rebuff. ibi allegati*, dicentis laudimiam non facere excessus pretij, neque computari ad rescindendam venditionem, quia emptor illam non recipit, cessat enim ex eo quod ibidem laudimiam non spectabat solutio emptori, & idem nimirum quod non rescindatur venditio, licet laudimiam detur & soluatur à venditore, quod secus est in nostro casu, cum onus gabellæ soluendæ ad venditorem spectet, qui quidem si percipit pretium taxatum pro faneca tritici, & gabellam non soluat, percipit pretium gabellæ ab emptore, ergo recipit vltra tassam, & sic res cogitandi qua hæc est, quam relinquo lectori ruminandam, non enim omnia digerere possumus, aliquid enim digerendum doctis lectoribus est aliquando relinquendum.

In §. *Y ansimismo*, ibi, *no puedan moderar las penas.* Intellige sine iusta causa, & de expressis in iure, puta, vt dictum est, si quis errore iudicum ductus permittentium vendi maiori pretio ob nimiam penuriam panis, hic enim licet in foro poli non excusaretur, in foro fori sic excusabitur non à toto, sed à tanto, vt dictum remanet in lege præcedente, imo & in totum excusari in foro fori, ibidem diximus ex *Castillo*, & fortassis sic fuit factum, vt ibi asserit, nè moderatio daretur contra nostri. §. dispositionem & prohibitionem, sed & adhuc data legitima causa & de expressis in iure moderari posset, quia lex nostra iniustas iudicum moderationes tollit, non vero iustas, vt diximus in lib. 8. supra in tit. de las penas sub l. 14.

Ibi. *No las puedan anular por via de nullidad.* Intellige nisi talis nullitas descendat ex defectu citationis, vel iurisdictionis, vel notoriæ iniustitiæ resultantis ex actibus processus, hæc enim nisi expresse dicatur non censentur exclusæ ex dictis per nos in l. 2. numero 25. cum sequentibus pluribus, titul. 17. lib. 4. supra, prout excluditur in l. 4. eiusdem tit. 17.

Ibi. *Ni por otro remedio alguno.* Nisi sit minoris ætatis, & sic per viam restitutionis, hoc enim nunquam videtur exclusum, nisi expresse dicatur, vt diximus in l. 1. num. 21. titul. 6. & in l. 4. tit. 17. lib. 4. supra num. 3. & tradit latè *Francisc. Becius conf. 12. numero 68. cum sequentibus pluribus*, nisi cum remedium appellationis tollitur & omne aliud quodlibet remedium & recursus, vt dixi in l. 3. numero 97. & 98. titul. 7. eod. lib. & in dict. l. 4. num. 5. cum sequentibus.

In §. *Otro si por quanto*, ibi, *y los que con otros testimonios.* Ex ijs verbis datur intelligi formam testimoniorum desuper signatam esse de substantia ad euadendas nostræ legis pœnas, nam cum lex aliquid introducit de nouo cum certis modificationibus omne expressum in ea censetur esse de forma substantiali, vt alibi sæpius per me dictum est, quod si forma non seruetur nihil fit, & cum nihil fiat pœnam nostræ legis incurrit non seruans legis nostræ formam: quod credo verum ad hoc vt testimonijs credatur, quoad hoc enim forma nostræ legis seruanda est, sed quoad hoc quod antequam vendatur triticum venditor debeat adire iudices loci, vbi venditio celebratur cum testimonijs ijs, vt pœnas euitet legales,

gales, non credo necessarium, sed quod sufficet post venditionem celebratam testimonia talia iudicio ostendere: nam & hoc modo satisfit intentioni nostræ legis & ordini eius, lexque nostra non requirit omnino ante venditionem testimonia demonstranda, & verba ista. *Y los que con otros testimonios, que no sean de la forma y orden de suso referida, e sin hazer la presentacion de la forma y manera que las dichas prematicas disponen, vendieren algun pan.* Nam ista verba nil nocent cum copulatiue procedant disponendo & dicendo. *Y los que con otros testimonios, y sin hazer la dicha presentacion.* Et sic vtrunque debet verificari, ad incurtendam nostri text. pœnam; scilicet, quod testimonia non sint authentica & quod eorum presentatio facta non sit, & cum vnum horum deest non verificatur copulatum: ergo neque cõtrauenitur nostri text. dispositioni, & consequenter non incurritur eius pœna, etiam si presentatio ante venditionem non fiat: copulatum enim ea est natura, vt vtriusque copulati verificatio requiratur, sed si denunciator non probat, neque demonstrat testimonia esse contra leges nostras, licet demonstret & probeante venditionem non esse factam presentationem testimonij, coram iudice, deficit eius intentio, & sic pœna, sufficetque tunc sufficere defectum presentationis testimonij, antequam sententia in causa feratur, incumbit enim denunciatori probare non traxisse testimonia, neque presentasse: sufficitque vt legis nostræ intentio adimpleatur, eius formam post venditionem adimplere presentando coram iudice testimonia facta, secundum nostræ legis tenorem & formam, & sic quauis in l. 2. *supra eod.* in dubium posui verbis nostræ legis attentis, an sufficerent post venditionem testimonia presentare ad euitandas pœnas, nunc autem sic considerando post factum redderem venditorem liberum à pœna ante factum vero consulerem ei, vt testimonia presentaret coram iudice antequam panem venderet, ad euadendas iudicum technas, & aduocatorum inuentiones & cauillosas allegationes, quoad forum tamen conscientie, vbi veritas ex verbis solis attenditur, hæc non requiruntur, vt aduertit *Gutierrez hic in dict. q. 18. numero fin.*

6 In §. *Y por quanto el remedio*, ibi, *fiendo los tales testigos personas fidedignas, y de las calidades que el derecho dispone.* Et sic qualitates probandæ sunt per denunciatorem, neque sufficet presumpcio iuris, quod quilibet præsumitur bonus, prout late diximus in l. 6. titul. 9. libr. 3. *supra num. 14. cum sequentibus*, in simili materia testium singularium & partium.

7 In §. *Otro si*, *Y por quanto*, ibi, *mezclando el trigo con centeno.* Adeo, vt si rusticus à tritico paleas, & terram excluderit, & limpidum in domo inuenerit, si post illud vendere voluerit, non possit miscere cum eo paleas, petras, & terram, quæ ab ipso tritico in campo abstulerat, vt cum *Meina* securius esse dicit contra alios relatos, *Vega in sua Silva de casos de consciencia, libr. 5. casu 135.* itidemque mixtio hæc fieri non potest: quia si fiet nimis valebit triticum, & consequenter si pro pretio

taxato venderetur, ac si esset purum & sine mixtione venderetur, vltra tassam, & consequenter in foro fori, & poli peccaretur mortaliter, & cum obligatione restituendi excessum, vt in hoc titulo remanet dictum & de iis agit *Gutierrez libr. 2. quest. pract. qu. 181. num. 1. & fin.*

S V M M A R I V M.

- 1 *An propter temporis sterilitatem augeatur itineris taxa necne? num. 1. & 2. vbi pars affirmatiua sustinetur.*
- 3 *Lex ista habet locum non tantum in auena, sed in panizo, & hordeo. num. 3.*

Lex 6.

S V M M A R I V M.

Taxa expensarum itineris agasonis antea constituta pro qualibet leuca augmentatur in presenti.

IBi, *Hasta diez maravedis por legua.* Quid tamen si tanta esset penuria hordei & cibariorum, sibi & bestiis suis applicandorum, quod in excessiuis pretijs venderentur, possent tunc agasones & aliæ personæ triticum, hordeum, typhum, aut auenam deferentes in alia loca taxam itineris à lege nostra constitutam excedere saltem in conscientia, prout in hoc anno 1598. accidit, quia non reperiebatur hordeum, nisi vltra 20. regales pro qualibet faneca, iidem panis sic coctus in summo pretio, & in hoc *Messia in prag. pan. supr. declaratione prag. anno 1558. De los portes. folio 133. in princip.* inquit quod licitum erit in iustitia & in conscientia, & sine pœna fieri, dum tamen, quod iustum erit, vltra taxam percipiant, secus vero si excederent notabiliter: mihi tamen hoc non satisfacit, nam lex nostra sterilibus annis prouisit, potius quam non sterilibus, proportionauitque taxam hanc compensando annos hordei steriles, cum non sterilibus: item quia agasones ij in annis alijs & temporibus, vbi tanta hordei penuria non adest nihil ex hac taxa diminuunt, ergo & ipsi debent vnum tempus cum alio compensare, neque possunt sibi ipsis sua propria manu in hoc prouidere, sed illius qui mederi id potest licentiam petere debet, aliter enim leges de nihilo seruirent, si vnicique id liceret facere.

Ibi, *Y auena.* Idem quantum *Al panizo*, quod in hordeo iudicandum esse asserit *Messia in loco supra proxime allegato, in folio 133. pagin. 2.* cum eadem sit ratio ex purificatione huius seminis, cum semine hordei, & omissi, & expressi, idem debeat esse iudicium, ex l. 2. §. *si mater. ver. quid si curatores. ff. ad Senat. Conf. Terr. & ex alijs, ibi allegatis ex identitate rationis, idem esse iudicandum probantibus.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Intelligitur pragmatica de los labradores, facta anno 1594. num. 1.*

Lex 7.

S V M M A R I V M.

Prohibetur in presenti sub grauibus poenis, ut nullus per se, neque per alias personas utatur arte pistoria, qui secundum qualitatem suae personae ea uti non potest.

- 1 **I** Bi, *En que permitimos a los labradores. † Hodiernamente ex nouiori pragmatica Madriti facta anno 1594 quae vocatur pragmatica, De los labradores, in cap. eius 6. alteratum hoc est in hunc modum, Que al labrador que luego acabada la cosechala manifestare a la justicia, y por las tazmias, o en otra manera prouare la cantidad de pan que ha cogido, y por ella pareciere, que fuera de lo que ha menester para pagar diezmos a la Iglesia, y rentas al señor, y para sus sementeras, y alimentar su casa hasta la cosecha siguiente le sobra algo, le de la justicia licencia para que pueda panadear la mitad dello al precio que le cassare, con alguna ganancia moderada, la qual valga por el tiempo que le pareciere que basta para acabar de panadear la dicha mitad que les sobra. Y que si huuiere muchos labradores que quieran panadear, la justicia les reparta el tiempo en que lo han de hazer, con que los dichos labradores no compren, ni tomen de otros trigo para panadear, so pena que incurran en las penas puestas contra los que compran trigo para reuender, que dando en su fuerza para en quanto a lo demas las leyes que priuen el panadear. Quae est nostra & ab ea confirmata.*

S V M M A R I V M.

- 1 *An Leuca de quibus in hac lege, intelligantur de communibus & vulgaribus, & non de legalibus, explicatur. num. 1.*


Lex. 8.

S V M M A R I V M.

Sunt intelligenda leuca de communibus & vulgaribus, non de legalibus.

- 1 **I** Bi, † *Se ayan de entender y entiendan de leguas comunes vulgares, y no de las que llaman legales. Hoc enim de iure est, ut & probatur ex l. 4. titulo 16. particula secunda, & ibi gloss. jornadas, & dixi in l. 20. numero tertio, tit. 7. libr. 1. supra, & communem dicebat Abb. in capit. nonnulli, in princip. numero 6. de rescript. & Petr. Gregor. in syntag. iur. 4. part. libr. 4. capit. 24. numero quinto, computandaeque sunt leucae & dietae per ea loca, atque itinera per quae frequentius solitum est itinerari, secundum las. l. 1. ff. si quis cauiso. Felin. in capit. olim de exception. & ideo si ambasiator per loca non consueta & longiora itineretur, non debet solui salarium pro circuitu, secundum Bald. l. non solum ff. de excusat. tut. refert Auiles capit. 54. Prator. numero tertio, versicul. salario. & gloss. l. 1. ff. de ijs qui ciece. vel. effud. & in l. si desertorem. §. si ad diem ff. de re mil. Rebuff. in leg. 3. ff. de verbor. significat. pagina 40. & vndecim casus, vbi dietae non considerantur, vide per Felin. in dict. cap. nonnulli, numero 30. de rescript.*

FINIS.



COMMENTARIORVM
IVRIS CIVILIS
IN HISPANIÆ REGIAS
CONSTITVTIONES,
TOMVS QVARTVS.

SEXTVM ET SEPTIMVM LIBRVM NOVÆ
RECOPIATIONIS COMPLECTENS.

AVTHORE DOCTORE ALPHONSO DE AZEVEDO,
I. C. PLACENTIÆQVE CIVITATIS IN HISPANIA-
rum Regnis ciue & incola.

HAC NOVISSIMA EDITIONE, COMMENTARIORVM
continuacione, suis locis legibus interiectis auctus, infinitis mendis typo-
graphicis castigatus, summarijs singulis legibus adiectis, & characterum
varietate distinctis allegationibus ornatus editus.

CVM INDICE GENERALI RERVM, VERBORVM,
sententiarumque notabilium.



CVM PRIVILEGIO.

EN MADRID,

Se venden en casa de Iuan Hasrey,

ANNO 1612.



CIVIL ENGINEERING

INSTITUTE

OF TECHNOLOGY

KANPUR



INDEX TITVLORVM IN hoc tomo quarto contentorum.

EX LIBRO VI.

T IT. 1. De los <i>Caualleros</i> ,	Fol. 1
Tit. 2. De los <i>Hijos Dalgo</i> ,	18
Tit. 3. De lo que los <i>Hijos Dalgo</i> , y otras personas han de auer en las behetrias y solariegos, y encartaciones: y como deuen ser tratados los <i>vassallos dellos</i> ,	62
Tit. 4. Como los <i>vassallos de los Reyes que tienen tierra, o sueldo</i> , han de yr à servir à las guerras, y de sus <i>Capitanes</i> ,	69
Tit. 5. De los <i>Castillos, Fortalezas, y muros</i> ,	82
Tit. 6. De las <i>Armas</i> ,	86
Tit. 7. De las <i>Cortes, y procuradores del Reyno</i> ,	92
Tit. 8. De los <i>Embajadores</i> ,	95
Tit. 11. De las <i>imposiciones, tributos, y portazgos, y estancos</i> ,	96
Tit. 13. De los <i>tesoros, y mineros de oro y plata, o otro qualquier metal, y pozos de sal, y bienes mostrencos y hallados</i> ,	100
Tit. 14. De los <i>pechos, y seruicios, y essentos, y escusados dellos</i> ,	103
Tit. 18. De las cosas prohibidas sacar del reyno, y meter en el, y de las que pueden andar libremente por el reyno	115
Tit. 20. De los <i>lacayos, y otros criados</i> ,	128

EX LIBRO VII.

T IT. I. De los <i>ayuntamientos de los concejos justicia y regidores, y de sus ordenanças</i> ,	135
Tit. 2. De la guarda que se ha de hazer à las <i>ciudades y villas de los priuilegios y costumbres que tienen en elegir y nõbrar oficiales</i> ,	141
Tit. 3. De los <i>regimientos, juradorias, y los otros officios publicos de los concejos</i> ,	147
Tit. 4. De la <i>renunciacion de los officios publicos</i> ,	156
Tit. 5. De los <i>proprios y rentas de los concejos</i> ,	161
<i>Pragmatica, sobre la conseruacion y augmento de los positos, y distribucion del pan dellos</i> ,	169
Tit. 6. Del <i>repartimiento que pueden hazer los pueblos, y de la quiebra que se ha de hazer à los lugares despoblados</i> ,	188
* 2	Tit. 7.

Tit. 7. De los terminos publicos, y de dehesas, y montes, y pastos de las ciudades, villas, y lugares.	191
Tit. 8. De la caza, y pesca, y que no se maten terneros, ni terneras,	214
Tit. 9. De los que se van a morar de un lugar a otro.	222
Tit. 10. De los nauios,	224
Tit. 11. De los oficiales, y jornaleros, y menestrales, y mesoneros.	228
Tit. 12. De los trajes y vestidos.	234
Tit. 13. Del obraje de los paños,	239
Tit. 14. De las primeras declaraciones de las leyes del titulo passado del obraje de los paños.	242
Tit. 15. De la segunda declaracion que se hizo de las dichas declaraciones y leyes primeras de los paños.	242
Tit. 16. De la tercera declaracion del obraje de los paños y leyes susodichas,	243
Tit. 17. De los paños verbies, y estambrados, y quarta declaracion cerca del obraje de los paños.	243
Tit. 18. De los cereros, y candeleros de sebo.	244

F I N I S.



DECLARANDVS

LIBER SEXTVS,

In ordine tamen Primus Secundæ Partis
nostræ Regiæ Recopilationis.

QVI QVIDEM LIBER CVM SIT PRINCIPIUM secundæ huius Recopilationis partis, difficillimè ad præcedentem librum continuari potest, sed potius ab eo sequentes continuandi sunt, tanquam à principio libri, ideo omitto continuationis ordinem, & ab hoc principio sequentes continuabo titulos, præsertim cum de libro ad librum non sit ita necessaria continuatio, sicut de titulo ad titulum, imò neque vlla continuatio est de necessitate, vt inquit Mendocça, in Rubrica ad apparatus tituli. ff. de Pactis. Et Marcus Anto. Bardo, in Tract. de tempore vtili, & continuo. c. 16. per totum, Tomo 5. fol. 210. nouissimorum Tractatum diuersorum Doctorum.

Summaria ad Rubricam titu. 1. lib. 6.

CAuallero, Latine Miles, qui dicatur. num. 1. inter millia eligitur. numero 2.
Miles dicitur propter malum & laborem, quæ Males armata militia vt quis dicatur, quæ sunt ne-
ferre debet pro defendenda Republica, vel quia cessaria. num. 3.

Titulus I. De los Caualleros.



DR O cuius Rubricæ introductione & cognitione sciendum est, nomen hoc Hispanum, Caualleros, Latine Milites † idem esse, nam secundum. l. 1. titulo 21. part. 2. Caualleria fue llamada antiguamente la Compañia de los nobles homes, que fueron puestos para defender las tierras, e por esso le pusieron nome en Latin, Militia, que quiere tanto dezir como Compañias de homes duros e fuertes, escogidos para sufrir trabajo e mal, trabajando e lacerando por pro de todos comunamente,

Et inde dicuntur milites † propter malum, & laborem, quæ ferre debent pro defendenda Republica, vt l. 1. ff. de Milit. testa. vel vt alij dicunt, à mille denominatur milles, quasi inter millia hominum vnus eligebatur in militem secundum tex. in d. l. 1. tit. 21. par. 2. mill. enim secundum l. 2. eod. titul. & part. Es el mas honrado euento, que puede ser, vt per Gregor. in lib. 5. Moral. c. 1. Vbi traditur de perfectione huius numeri, & adducit illud Apocalyp. c. 20. & regnabunt cum eo mille annis, & Psal. 104. quod mandauit in mille generationes, in nostra vero Hispania secundum d. l. 1. tit. 21. par. 2. Llanan caualleria, no por razon que andan caualgando en cauallos, mas porque bien anfi como los que

andan a cauallo vas mas honra damente que en otra bestia, otro si los que son escogidos para caualleros, son mas honrados que todos los otros defensores, onde anfi como el nome de la caualleria fue tomado de Compañia de homes escogidos para defender, otro si fue tomado el nome de cauallero de la caualleria, vnde *secundum Otor. communiter, & simpliciter*, Caualleros, *appellamus*, los que son personas nobles y principales que juntamente con la buena sangre tienen patrimonio y hazienda, o son descendientes de nobles y ricas familias, aunque ellos por sus personas sean pobres. *Et hos secundum Otor. ibidem sub 4. par. Tractat. de Nobilit. cap. 11. num. 6. aliqui vocant, Caualleros de espuela dorada, qui quidem erant inter nobiles, & de his non loquitur. l. 1. & tres sequentes nostri tituli, sed. l. 5. infra isto tit. & totus dictus titulus. 21. par. 2. & ibi in illo titul. disponitur quomodo creabantur, & disponebantur, & in. d. l. 5. de ijs fit mentio, vbi & dicemus, an hodie milites nostri temporis gaudeat prerogatiuis antiquis, & quinque erant, & sunt necessaria, vt quis sit † 3 miles armata militia, quæ enumerat D. Perez in l. 1. titu. 1. lib. 4. Ordinam. col. 1318. vbi & quotuplex sit militia, declarat, & col. 1320. in fin. cum sequentibus; quot sunt militum genera, quæ quia ad nostram materiam non attinent, missa facio, cum concernant militarem miliciam, & bellicam, & in progressu, & declaratione legum sequentium dicenda sunt alia materiam nostri tituli concernentia.*

S V M M A R I V M.

- Dictio, por quanto, Latine quia, vel quoniam, pro causa ponitur. num. 1.
 Proœmium inducit causam finalem. ibidem.
 Pragmatica est dicta a negotio. num. 2. vbi quid sit pragma.
 Pragmatica sanctio quid est. numer. 3. & 4.
 Lex nostra & tres sequentes loquuntur de militibus armatis, qui antea nobiles non erant, lex vero 5. infra eod. de illis, qui ante nobiles erant. nu. 5. & num. 13.
 Militum armorum tres formas & modos reperiri. num. 6.
 Milites, de espuela dorada, non eligebantur nisi nobiles essent. num. 7.
 Factum præsumitur id, quod de iure erat faciendum, nu. 8. vbi infertur ad questionem an extolerantia Domini censeretur facta inuestitura.
 Hospitale præsumitur ædificatum ab eo, qui illud facere debebat. ibid.
 Factum quid esse præsumitur sumptibus facientis. num. 9.
 Factum præsumitur ab eo qui erat obligatus. nu. 10.
 Pupillus præsumitur alimentatus à tutore vel curatore, neque præsumitur vixisse de vento. nu. 11.
 Factum quid præsumitur in ea atate, & tempore in quo erat faciendum. nu. 12.
 Miles hodie armatus præsumitur ante fuisse ignobilis. num. 13.
 Licet & hodie etiam nobiles in milites armentur debet tamen probari nobilitas. eod. num. 13. & ibi. De los caualleros pardos.
 Auditores Regij de exemptionibus horum militum armorum cognoscunt nu. 14. Non vero indices nobilium, vt ibi.
 Militum horum differentiam, in numero. 14. & 15. vbi declarantur Otor, & Ioan. Gars. per authorem.
 Milites, De alarde, vulgo caualleros de alarde, qui sunt. num. 15. & an differant ab alijs, ibidem, & ibi de militibus, De premia, o de guerra, o quantiosos.
 Miles an possit alium in militem creare. nu. 16.
 Imperator, Rex, princeps vel ciuitas habens auctoritatem legis condenda possunt nobilitare, num. 17. & ibi quod in regina, & nu. 18. id. prosequitur.
 Nobilis efficitur adherens lateri principis, nu. 19.
 Nobilitatur quis ex scientia. num. 20.
 Doctor nobilis dicitur ex sola ratione dignitatis doctoratus. ibi.
 Nobilibus doctrina & prudentia conueniunt nu. 21.
 Nobilitas etiam armis acquiritur, nu. 22.
 Tributarij non debent à Rege nobilitari, num. 23. & 24. dictum optimum Regis Sigis. mundi.
 Priuilegium immunitatis alicui concessum restringendum est tanquam publicæ vtilitati nociuum, nu. 25. & 26. vbi infertur vnum notabile.
 Subrogatus sapit naturam illius in cuius locum subrogatur, non habet locum in priuilegijs. nu. 27.
 Immunitas si simpliciter concedatur intelligitur de muneribus personalibus, nu. 28. & de extraordinarijs vt ibi.
 Priuilegium eximens à Portarijs in Regnis & dominijs Regis concedentis intelligitur in locis concedentis vbi sua sunt, secus si aliorum sunt, nu. 29. vbi tunc si dubitatur ad Regios auditores eundem est, quia agitur de esse priuilegij.
 Priuilegium

- Privilegium alicui pro se, & filius concessum non extenditur ad nepotes, num. 30.
- Nepotes in stricta interpretatione non comprehenduntur appellatione filiorum, num. 31.
- Privilegium concessum alicui pro se, & filiis masculis ac filiabus non comprehendit filias nuptas, n. 32.
- Privilegium Antonia Garsia ipsi & filiabus etiam nuptis, & maritis earum conceditur, num. 33. Vbi angerent officia nobilium.
- Privilegium immunitas facilius perditur, & quomodo, num. 34. Vbi vsque ad num. 41. & iterum nu. 48. prosequimur cum declarationibus singularibus, & ibi quod in privilegio de faciendo vel non faciendo.
- Privilegium si continet plura capitula per contraventionem vnius capituli non censetur aliis renuntiatum, num. 42. nisi ut ibi.
- Privilegium concessum ex nobilitate naturali non perditur, num. 43.
- Onus probandi non vsus privilegij cui incumbat, num. 44.
- Protestatio si fiat cum contravenitur privilegio an releuabit, 45.
- Renuntiatio privilegij non est inducenda quoties aliud potest presumi ex actu facto contra privilegium, num. 46.
- Privilegio male vtens perdit illud, nu. 47.
- Beneficium etiam principis si resultat ex privilegio ut quia datur ut equum retineat non proditur per contraventionem, num. 49.
- Dictiones haec secundum prout, vel sicut, limitationem inducunt, num. 50.
- Vbi quando conditionaliter quando causatiue ponatur, & num. 51. cum dicitur secundum quod tui antecessores fecerunt, an tenearis tu si non soluerunt.
- Verba relativa causatiue non vero conditionaliter censentur apposita, ibidem. & ibi limitatur.
- Militibus an torqueri possint, & incarcerari n. 52. nisi ut numer. 53. & quod circa tributa non sunt exempti, & num. 71. ampliatur.
- Paria an sint inesse qualitatem per naturam, an per privilegium, num. 53.
- Privilegij verba sunt consideranda, num. 54.
- Maiores si constituatur in filium cum conditione quod ipse vel successor teneatur nubere cum nobili satisfit nubens cum nobili ex privilegio, num. 55. & 58.
- Cuius appellatione an comprehendatur cuius ex privilegio, num. 56. & 57.
- Infertur ad collegia, & fraternitates vbi nouiter conuersi non admittuntur.
- Nobiles ex privilegio an admittantur ad ordines militares, num. 59. & nu. 60. quid quoad onera imponenda.
- Legato penus praeter vinum, venit omnis penus excepto vino, num. 61.
- Statutum inducens ferias messium vel vindemiarum, exceptis aliquibus casibus, nulli alij casus admittentur, num. 62.
- Exceptio firmat regulam in contrarium, ibidem vsque ad numerum. 71. non tamen eam ampliatur, ut num. 63. & num. 64. infertur ad renuntiationem casuum fortuitorum, quod non censetur renuntiatum insolitus casus, & n. 65.
- Confirmatio tria operatur num. 72. non tamen extensionem inducit n. 73. nisi ut n. 74. & 75.
- Confirmans quando videatur actum facere de nouo num. 76.
- Exempti propter artem non gaudent si artem non exercent, num. 77.
- Militibus privilegiati propter equum non est necesse continuo illum habere sed sufficit si habeant tempore belli, & necessitatis, num. 78.
- Auditores senatores cognoscunt de iure privilegij, num. 79. non de facto ibi.
- Privilegia damiosa possunt per concedentem limitari, & reuocari num. 80. etiam absentibus partibus, num. 81.
- Privilegium alicui & filius concessum de habitis post privilegium intelligitur, n. 82. nisi ut vsque ad n. 91. declaratur.
- Filij nati ante dignitatem a patre adeptam non gaudent illa, n. 83. & ibi declaratur.
- Filius natus ante sacerdotium vel Regnum adeptum, non dicitur filius sacerdotis, vel Regis, n. 84. & num. 85. etiam declaratur.
- Privilegia militaria non transeunt ad nepotes, num. 86. nisi ut num. 87.
- Privilegia hidalgua ad omnes descendentes transeunt si in privilegio non sit aliter expressum, nu. 88. vbi num. 89. quod, & naturales filij gaudebunt.
- Privilegium quando censetur reale vel personale, num. 92.
- Vxor vidua an gaudebit dicto privilegio marito concesso, num. 93. & 94.
- Aetas releuat eundi ad Bellum & quae & an debeat esse impleta, num. 95.
- A tutela quae aetas excuset, & quae ab officiis publicis & quomodo, num. 96. & 97. & 98. & 99. & 100.
- Intellectus legis nostrae cum l. 3. tit. 19. part. 2. num. 101.
- Privilegia senectutis remissiva, num. 102.
- Nullus est ita senex quin non spem vitae quinquennalis habeat, num. 103. vel saltem per unum, ut ibi.

Lex Prima.

SVM MARIVM.

Quomodo milites armati privilegiis concessis gaudere debent, cum essent antea plebey, & contributarij.



BI, POR QUANTO, Hoc fuit in causa, quod lex nostra conderetur, scilicet constitutio pragmatica illius à Rege Ioàne iussu publicari Toleti Anno 1422. & est in volumine pragmaticarum Regum catholicorum fol. 139. relata per

Dida. Perez in l. 4. titulo 1. lib. 4. ordinam. colu. 1348. in primo. Dictio enim hæc, Por quanto la tiene, quia, I vel quoniam regulariter pro causa ponitur secundum Bartol. in l. demonstratio. §. quod autem, column. 3. versicul. item quid si restator. ff. de condit. & demonstratio. dicitur, & demonstrat causam finalem secundum Bald. in l. 1. column. 4. versicul. & nota. C. de fals. caus. adiectio. lega. eundem Bald. in l. 1. de feris. & sic ponitur in l. Rei appellatione §. in ordine ff. de verbo signific. ut ibi, super verbo quia, pagina 60. notat Rebus. & per consequens, quia pragmatica illa Regis Ioannis disposuerat circa milites, de quibus hic, ideo lex nostra edita ab alio Rege, & confirmata à Ferdinando, & Elisabeth circa dictorum declarationem, & confirmationem disponit, & sic causa finalis legis nostræ condendæ fuit dicta pragmatica Regis Ioannis, prout denotat dictio hæc, Por quanto, quæ est præmium nostræ legis, quod quidem præmium inducit causam finalem, ut probat text. in l. fina. ff. hæred. instit. & diximus in l. 11. titulo 1. libro 4. supra numero 7. & 8. dictorumque intelligentia ex causis sumenda est capit. intelligentia de verb. signifi. & nouissime de præmio, & præfatione per Ioannem Garsiam de Nobilitat. in diuisione operis numero 2. cum sequentibus aliquibus.

Ibi. Pragmatica. Dicta à negotio, id enim sonat pragma, id est negotium † quod rem, & negotium diffiniat propositum principi, ut inquit Isidorus Etymolog. libro 5. pragmatica enim sanctio dicitur proprie illud, quod princeps de consilio procerum † sentit, & statuit pro rebus communibus, & vniuersitatis. Cod. de diuersis rescrip. l. fina. in fine & l. fin. Cod. de donatio. & promiss. libro 12. & l. 2. Cod. de nouo Cod. compon. §. & si qua & l. 1. §. si qua Cod. de Iustitia. Cod. compon. ubi glossa notatur in §. rescripta. 25. quæstion. 2. in l. iubemus nullam Cod. de sacrosanct. Eccles. in Authent. qua in prouincia. Cod. Vbi decrimen. agi oport. in l. non aliter. Cod. de Palat. sacrarum largit. libro 12. in capitul. fundamenta. de elect. libro 6. & scribentes pragmaticas sanctiones lex vocat pragmaticos. ff. de pænis l. moris. §. solet dicta l. fina. Aliquando vero capitur pro annotatione, † quæ fit de rebus priuatis. l. iubemus. Cod. de appellatio. siue pro attestatione facta per Principem pro permutatione facta cum re ecclesiæ, in capitulo 1. de rerum permutatio. ubi glossa. pragmaticumque rescriptum principis dicitur secundum glossam in capitul. peruenit 101. distinctio. de quibus per Rip. in Rubric. de constitut. numero 33. cum duobus sequentibus. ubi, & de-

clarat differentiam inter annotationem, & pragmaticam, & reprobatur Accursium credentem eos dici pragmaticos, qui scribunt pragmaticas sanctiones, cum potius secundum Ripam, ibi pragmatici sint sapientes viri, qui partium consensu absque lite causas dirimunt, quibus aliquando solet præses officium interdiceret. l. maioris §. solet ff. de penult. legat. & hinc dicebat Iuuenalis, Inde cadunt partes in fœdere pragmaticarum, & sic iuste pragmatica vocata est hæc à Ioanne Secundo condita, de qua hic fit mentio, quia negotium ipsi Regi propositum circa hos milites deauratos diffiniuit, declarauit, & reformauit; ac si lege in curiis condita diffinitum esset.

Ibi. Rey don Iuan, Qui fuit secundus huius nominis, & condidit hanc pragmaticam Toleti anno 1422. ut apparet ex eademmet pragmatica in volumine pragmaticarum antiquarum inserta sub verbo. De hidalgos. 191. in ordine secundum ordinem, quem concessit, & in vnum compilauit volumen Doctor Didac. Perez fol. 139.

Ibi. Armados Caualleros: Lex nostra, & tres sequentes loquuntur de militibus armatis, † qui antea nobiles non erant, ut expresse patet ex eorum verbis, & l. 5. infra eodem, loquitur de illis, qui antea nobiles erant, pro ut loquitur titulus 21. partit. 2. & notauit ad has leges Ioannes Garsia in suo commento de nobilit. glossa 1. §. 1. numero 55. Quorum militum tres formas, † & modos reperiri, asseruit Otorala. de nobilit. 4. parte capitul. 1. numero 6. cum sequentibus & Ioannes Garsia dict. numero 51. usque ad 66. quarum formarum, ut à nobiliori incipiamus, est illa de qua dict. titulo 21. partit. 2. & in d. l. 5. infra eodem, scilicet militibus calcaris deaurati Hispanè, De espuela dorada, & ij non alij, quam nobiles in tales eligebantur † milites, ut inquit text. 7 in l. 2. titulo 21. partit. 2. maxime in l. 13. ibidem, dum dicit, Epasende mandaron los Antiguos, que el escudero que fuessede noble linage, vn dia antes que reciba la caualleria, & in l. 14. eiusdem tituli 21. & part. 2. ibi. Pero antiguamente establecieron que a los nobles hombres hiriesen caualleros. notat Humada, in l. 1. titulo 21. part. 2. glossa 6. numero 2. ita ut antiquitus erat præsumptio, & dictum commune, miles armatus, ergo nobilis ante, ut inquit Otorala. ubi supra, & clarius Ioannes Garsia ubi supra numero 52. ubi hoc comprobatur ex doctrina Iason in l. Gallus. §. quidam recte 2. lect. numero 4. ff. de liber. & posthum. dicentis, quod si aliquid fieri debuit sub certa forma, conditione, aut qualitate, si inueniatur factum, debet intelligi factum eo modo, quo fieri debuit, est enim iuris præsumptio, quod factum præsumitur, † quod de iure erat faciendum, iuxta tradita ab Aymone Craue consil. 22. numero 5. & consil. 149. numero 12. & sequenti. & Cephal. consil. 9. numero 16. volumin. 1. & tradebat Decius consil. 446. numero 7. ex quo inferebatur ad illam quæstionem de emphyteusi, an scilicet ex tolerantia domini censeretur de nouo facta ut inuestitura. Nam si de iure ad id tenebatur, præsumeretur de nouo facta, ut in simili consuluit Cephal. ubi supra, & facit illud, quod per text. in l. qui duas ff. de seruit. Urban. prædi. animaduertit, ibidem Florian. & habetur

habetur in l. illud ff. de acquirend. hered. & in l. filius ff. de Testam. milit. vbi id præsumitur, quod prius erat faciendum, quando duo concurrunt, & huc spectat, quod tradit Barto. in l. cum seruum. ff. de verborum obliga. & respondit Bald. consilio 378. numero 2. libro 1. quod hospitale præsumitur ædificatum ab eo, qui illud ædificare debebat, legifque præsumptio est, quod faciens actum præsumitur facere ob causam præcedentis obligationis l. quadam ff. de reuend. notat Menoch. titulo 1. de præsumptione libro 3. præsumptione 1. numero 8. Sicut & vbi factum requirit sumptus, præsumitur factum ab illo, qui tenebatur facere suis sumptibus secundum Alexand. in dist. l. cum seruum numero 4. & simpliciter factum præsumitur sumptibus facientis secundum Barto. in l. fin. §. in computatione columna. 1. C. de iure deliberand. factumque præsumitur factum ab eo, qui erat obligatus facere, vel nomine eius, siue eius mandato, vt per Cæpol. de seruitute Vrba. prad. cap. 40. numero 32. & Abb. consilio 2. numero 5. & sic inquit gloss. iuncto text. in l. 2. C. de aliment. pupill. præst. quod pupillus præsumitur alimentatus à tutore, vel curatore factum, qui ad id tenentur de iure, neque præsumitur minorem vixisse de vento, & tradit Rochus de iure patron. verbo, Construxit numero 29. & sic argumento dist. l. 2. inquit Abb. in capitulo cum virum. numero 4. de regul. quod illud quod consuevit fieri in certa ætate, vel tempore, & apparet factum, præsumitur factum in illa ætate, vel tempore, factumque est optimum ad nostram propositum. Nam cum antiquitus id solebat fieri, scilicet armatum militem De espuela dorada, esse nobilem, qui alius, quam iste tunc temporis, non solebat in talem militem eligi si aliquem illius temporis reperiamus, nobilem antecessisse, dicendum est: Et à contrario, nunc istis temporibus, vt ad secundam militum formam deueniamus, si aliquis nunc miles armatur, vulgo Cauallero armado, præsumitur antea fuisse ignobilem, & tributarium factumque vulgo Pechero, de quo lex nostra est testis cum tribus sequentibus, quæ in iis sunt intelligendæ, & sic leges nostræ prima, & tres sequentes differunt à lege 5. infra isto titulo in hoc quia illa lex 5. in militibus calcaris deaurati, vulgo De espuela dorada, intelligitur, nostræ, & tres sequentes in iis militibus armatis, vulgo Caualleros armados. Vt sæpè dictum est, & notat Ioannes Garfia. dist. gloss. 1. §. 1. numero 55. cum sequentibus, de quibus & per Otalora dist. capitulo 1. part. quarta numero 7. & isti, non est necesse, quod sint fidalgi, & nobiles de genere, licet vt inquit Ioannes Garfia dicto numero 56. etiam nobiles de genere, & fidalgi hac secunda forma eliguntur in milites, tenentur tamen probare nobilitatem, si velint ea gaudere quoad tributa, quoad quæ non eximuntur ex eo, quod fiant milites armati, qui & vulgo etiam Caualleros pardos, nuncupantur, & immunitas iis concessa, per priuilegium dicitur concessa, & per consequens auditores Regij de exemptionibus eorum cognoscunt, quoad factumque priuilegia hæc, non vero iudices nobilitatis, vt inquit Ioannes Garfia, dicto numero 56. vbi inter hanc, & præcedentem militum formam differentias constituit, & describit, & Otalora, vbi supra, numero 7. & 8. qui sunt inter se differen-

tes. Nam Otalora dicto numero 7. inquit, quod isti etiam huius secundæ formæ cum Regia solemnitate eliguntur, & nominantur in milites, Ioannes vero Garfia, dicto numero 55. inquit, quod absque regia solemnitate milites armati fiunt, & fortassis verius, nam solemnitas illa antiqua desinit esse in vsu, secundum Humada, in l. 23. titulo 21. part. 2. glossa 1. in fine. Secundò, Otalora istos milites armatos vocat etiam Caualleros pardos. in dicto numero 7. Ioannes vero Garfia, in numero 56. hos Caualleros pardos. distinguit à militibus armatis, vulgo, Caualleros armados, in hac tamen secunda differentia plus mihi placet opinio Otaloræ, scilicet, quod milites armati, & milites obscuri vulgo Caualleros armados, o caualleros pardos, iidem sint. Alij vero sunt milites Dealarde, factumque vulgo Caualleros de alarde, qui quidem differunt à dictis militibus armatis, vel obscuris, & ab illis, De espuela dorada, & sic peculiari nomine nuncupantur, scilicet, Caualleros de alarde, o de premia, o de guerra, o quantiosos, de quibus in fine tituli 1. libro 4. Ordinamen. veteris, & in nostra Recopilatione sub l. 10. cum frequentibus istius nostri tituli & libri, qui tenentur ire ad bella, & habere arma, & equos certi valoris, & omni anno facere demonstrationem, & sic Alarde, vt optime per Otalora, dist. 4. part. capitulo 1. numero 8. versic. milites autem isti. vbi describit cedulam Regiam, à qua initium habuerunt, & optime per Burgos de Paz, consil. 46. numero 9. & 10. volum. 1. & de his aderant plures in hac ciuitate Placentina, qui tandem iussu Regis nostri Philippi aboleuerunt, & extinctus fuit eorum ordo, & forma, & nisi de iis voluerit intelligere Ioann. Garf. in numero 56. in prin. prouidetur intellexisse, eo, quod allegat Otaloram ad hoc, sunt differentes, vt dixi, ipse, & Otalora, sin verò dum in numero 56. tradit de Caualleros pardos, voluit de iis de Alarde, & de Quantia, & Premia, intelligere, idem in effectu dicunt, & in idem recidunt, licet diuerso nomine eos nuncupent, & ibidem Otalora refert forum De Leon, circa istos milites, De Alarde, y de Premia, y Quantia, olim constitutum. Ex quibus clarè decerpes legum nostri tituli intellectus, ita vt nostra lex cum tribus sequentibus intelligatur de militibus secundæ formæ. l. verò 5. infra eodem, de militibus primæ formæ, leges vero 10. & sequentes de militibus tertiæ formæ, Alia vero genera militum, & militiarum, de quibus per Doctores in Tractatibus de Militibus, & per Dida. Perez, in l. 1. titulo 1. libro 4. Ordinam. col. 1320. cum sequentibus aliquibus, & per Menchacam, de success. creat. libro 3. §. 30. numero 289. & latissimè per Casfane. in Cathalogo gloria mundi 9. part. 9. consideratione, cum sequentibus, non sunt nostræ materiæ, idèò omittendæ, neque itidem est necesse loqui de militaribus ordinibus, quia nihil ad propositum, & non debemus recedere à materijs legum commentandarum.

Ibi, *Asi por el, como per su mandado.* Sed contra hoc videtur textus in l. 1. titulo vigesimo quinto part. 4. & text. à contrario sensu, in l. 11. titulo vigesimoprimo part. 2. ibi adnotante glossatore in glossa prima. vbi etiam miles potest alium

16 alium in militem ¶ creare, & sic de consuetudine esse testatur *Ioann. Faber in Rubric. C. de Milita. testam. & facit doctrina Barto. in l. i. C. de Dignit. libro 12.* vbi inquit, Imperatorem, Regem, Principem, vel alium Dominum, vel ciuitatem habentes potestatem cōdendi leges in suos, nobilitare ¶ posse, ergo lex nostra dum in ijs verbis, soli Regi, vel cui ipse commiserit, & concesserit potestatem præbet nobilitandi, procedere non potest, propter quod *glossa illa dicta l. 11. & Oratoria. de nobilit. 4. parte capitulo i. numero 7. & Ioannes Garfia de nobilit. §. 1. glossa 1. numero 50. inquit ex lege nostra & 5. & 6. & 7. infra eod. supradicta cōcedere non posse alium quā Regem in suo Regno, & Imperatorem in Imperio, vel alium, cui ipsi cōmiserint.* Ex qua quidem l. 6. idem in Regina disponitur, & secundum hæc intelligenda sunt, & declaranda supra in contrarium adducta, ita vt intelligantur, Baronem, vel ciuitatem, vel militem id posse facere, dum tamen sit ex mandato Regis, vt inquit *gl. in d. l. 11. quia tunc videtur, ac si ipse fecisset, vt in cap. in causis, de elect. Nam vt ipsemet Rex dicit, omnia nostra facimus, quibus autoritatem nostram impartimur, & sic solus Rex, vel cui ipse commiserit, id poterit, nam ex ipsius concessione, siue priuilegio ¶ id potest fieri secundum Bald. in l. sacrilegy C. de diuer. rescript. facit text. in cap. cum Redemptor 12. quast. 2. & in l. 2. §. fin. ff. de Natal. restit. & optima l. 6. tit. 27. pag. 2.*

17 Ibi, *Puede les dar honra de hijos dalgo a los que no fueren por linage* notat late *Tiraquel. de nobilit. capitu. 6. per totum & Cassan. in cathalog. glor. mund. 8. par. considerat. 17.* Ex quibus iure optimo reprobatur *Tiraqueius vbi supra, nu. 6. Ripam respos. 2. c. 26.* dicentem solum Imperatorem nobilitare posse non vero alios principes etiam non recognoscentes superiorem, nam fallitur Ripa in hoc, alius tamen, quam Imperator, vel Rex in suo Regno, vel cui ipse commiserit, non poterit nobilitare ex legibus nostris. Idque non solum princeps expresse facere potest, verum & tacite facere, censetur puta si quem lateri ipsius, permittu eius adherere, videmus. Nobilis enim ¶ ex hoc efficitur secundum *Angel. in l. omnium column. 1. l. 1. §. 1. notab. C. qui res. men. facer. pess. & alios plures elatos per Tiraqueium, vbi supra nu. 30. & idem si princeps suis legibus, & constitutionibus aliquos nobiles faceret, pro vt fecit aduocatos, licentiatos, & Doctores,*

18 ex ipsa enim scientia, ¶ quis nobilitatur, vt per *Casan. in cathal. glor. mund. 8. par. considerat. 10.* vbi & inquit, quod sola ratione dignitatis Doctoratus doctor dicitur nobilis, vt per *Alex. consi. 94. col. 2. volu. 1. & per eundem latissime defendentem aduocatorum causas, in l. Centur. ff. de vulg. & pupill. & nos diximus succincte tanquam rem notam relinquentes in l. 1. titulo 16. libro 2. supra, & latissime per Casan. in dicto. cathalog. glor. mundi. 7. parte consid. 29. & 30. & 31.* ita vt male Ioannes Garfia. in dicto. commento de nobilitate nos mordere voluerit, in *glossa 35. num. 20.* quod causam aduocatorum non defenderemus late, possemus enim aliorum dicta transcribendo, & mutando, quod mei instituti nunquam fuit, neque ad me tangit, ita aduocatorum causam, & partem defendere quasi ea indigerem, quippe qui & nobilitate sanguinis, & clara, & sincera generatione ex Dei misericordia processerim, & literis, ac moribus nondum vsque huc demigrauerim, sed auxerim potius officia iudicum, & prætensiones inanes multoties

offeratas relinquens ambitionis vitium fugiendo, & vt literis, studijs, & scripturis melius vacare possemus, nobiles enim doctrinam decere, ac iuris prudentiam, ¶ late tractat *Tiraquellus de Primogenit. capitulo 5. numero 10. versiculo sed si verum, & sequenti. Qui & in tractat. de nobilitate. quamuis iniuste in quaestionem deduxerit an officium aduocationis derogaret nobilitati, tandem resoluit, quod non, in capitulo 29. per totum.* Sic etiam, & armis nobilitas ¶ adquiritur, vt, & per *Tiraqueium de nobilit. capitulo 8. & latissime per Cassaneum vbi supra 9. parte per totam, vbi in prima consideratione tractat, an doctor militi preferatur.*

Ibi, *Eran pecheros. Qui non debebant ¶ a Rege nobilitari, vt inquit textus in l. 11. in fine, titulo 21. partita. 2.* sed potius cum eis esset faciendum id, quod *Sigismundus Caesar fecit, qui requisitus quadam die, plurimumque laceratus precibus a quodam plebeio sibi admodum dilecto, vt illum nobilem faceret, respondit quidem non indocte, sed prudenter, ac facete. Refert diuitem quidem, ¶ aut exemptum te facere, nobilem vero minime, vt refert Cassaneus in dict. 8. parte Catalogi, consideratione 17. & Ioannes Garfia vbi supra glossa 1. §. 1. numero 50. in medio, sic adagio solere dici asserens, idem cautissime, parcissime, & cum causa Reges, & principes id facere deberet.*

Ibi, *Mas que pagassen en todos y qualesquier pechos Reales, y concejales,* Ex his verbis habes notare, quod priuilegium immunitatis alicui cōcessum ¶ restringendum est tanquam publicæ vtilitati nocuum, vt existimat *Decius concilio 223. & Oratoria. de nobilita. 4. parte capitulo 2. numero 8. & 9.* nam cum textus noster hic militibus ijs immunitatem nobilitatis concessam esse præsupponat, quam quidem nobilitatem, si ad tributa extenderes, nimis læderet, & esset nocua, & publicæ vtilitati aduersa, ideo restringitur per textum nostrum, quatenus tributa non comprehendat. Ex quo inquit *Oratoria. in dicto capitulo 2. numero 8.* quod priuilegia nouiter concessa Rectoribus ciuitatum perpetuis, inter quæ priuilegia concedebatur, vt gauderent omnibus ¶ exemptionibus, quibus annales Rectores gaudebant, non extendentur talia priuilegia ad hoc, vt virtute illorum excusentur a contributionibus, etiam si probauerint, quod rectores illi annales existebant in possessione, & consuetudine non contribuendi, tum quia dicta priuilegia sunt restringenda, tum etiam quia regula illa vulgata, quod subrogatus sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur, non habet locum in priuilegijs ¶ secundum magis communem opinionem doctorum, in l. si quis cum. §. iniuriarum. ff. si quis caurio. maxime vbi ratio, & mens concedentis est diuersa, non est enim rationi consentaneum, nec de præsumpta principis intentione, quod voluerit pro tam paruo precio pro Rectoria per rusticum quendam soluto, quod esset exemptus a dictis contributionibus, & sic in cancellaria inquit *Oratoria, vbi supra, esse obtentum contra istos rectores, & lege Regia iam sic statutum est ex l. 11. titulo 25. libro 4. supra, quæ est optima ad fundandas. l. 15. cum sequentibus. aliquibus titu. 14. libro isto, infra, vbi restringuntur immunitates personis ibidem contentis seruatis seruandis in legibus illis statutis, & hoc nulla alia ratione, nisi quod dicta priuilegia lædunt communem vtilitatē, & per consequens restringenda sunt, & sic si immunitas simpliciter, & indiffinitè concedatur, intelligitur a muneribus personalibus ¶ tantum*

rum secundum Tiberium Decianum consilio 35. numero 49. volum. 2. in eo & tunc de extraordinarijs, non vero de ordinarijs censetur factam concessionem secundum eundem Tiber. Decia. consilio 51. numero 23. volumine 3. & Cæphalus consil. 58. num. 10. Inferitur eisdem ex his, quod priuilegium aliquibus populis concessum per Regem eximentem vicinos talium locorum à portagijs, & alijs similibus tributis in omni Regno, & Dominijs talis Regis concedentis, tunc demum seruanda sunt in locis, vbi Rex concedens percipit portagia, & tributa illa, non vero in locis dominorum, vbi ÷ ipsorum dominorum sunt Portagia vt ex l. 11. titulo 18. & ibi glossa. part. 3. diximus in l. 14. titulo 3. libro 1. supra numero 39. & nouissime tenet Ioannes Garfia, de nobilitat. glossa 1. §. 1. numero 76. vbi inquit, quod quando de hoc dubitatum esset, debet recurrri ad Regios auditores, eo, quod agatur de iure priuilegij. Vterius etiam inferitur ex dictis, quod cum priuilegia sint stricte interpretanda, vt in l. si quando C. de in officio testa. quod priuilegium nobilitatis concessum pro se, & filiis non comprehendit neque extenditur ad nepotes, ÷ eo, quod in priuilegijs, quia sunt contra ius commune, & strictæ interpretationis, appellationis filiorum ÷ non comprehenduntur nepotes, & ita omnes post Bartolum ibi, & vbiq; concludere testatur Velaz. de Maiorat. 1. parte quaestione. 15. numero 24. & Otalora. ita in nostris terminis concludit de nobilitat. 2. parte capitulo 2. numero 6. & 7. vbi inquit ita credere esse verum, siue loquamur in priuilegio, De Hidalguia, siue, De caualleria, sicut & de iure habetur, quod priuilegium concessum alicui pro se, & filiis masculis, & feminis, & ex eis descendentes non competere ÷ filiabus nuptis, ex Bartolo. in l. quoties C. de priuilegio. schola. libro 12. & ex l. 10. titulo 11. libro 2. Recopilation. ibi. (Que no eran casados, ni desposados antes, ni durante el dicho tiempo) qua quidem lege attenda sic remanet cum hac opinione Ioannes Garfia, in Comment. de nobilit. glossa 1. §. 1. num. 48. ex alia tamen ratione, scilicet, quia nuptæ originem, ciuitatem, & familiam obtinent viri, non vero parentis, & de iure ciuili rem esse ancipitem affirmat ex pluribus ab eo allegatis, & per Tiraquellum, per eum relatum in prima lege connubiali parte 1. numero 34. Verum tamen; & de iure communi hac erat communis opinio, vt attestatur Rip. libro 2. Responso. Responso. 7. de rescript. relatus per Villalobos in suis communibus opinionibus, verb. priuilegium concessum; & per Franciscum Viuiani in communib. opinio. opinione 237. Priuilegium concessum patri, idque etiam fundari potest ex dicta stricta interpretatione facienda in priuilegijs contra ius, & hoc nisi priuilegium aliud daret, pro vt in priuilegio, De Antona Garcia, vbi non solum filiabus non nuptis, verum, & nuptis, & earum maritis conceditur immunitas ÷ de qua ibi, vt quotidie determinari, inquit Ioannes Garfia vbi supra numero 42. & 44. sic & ex hoc inquit Ioannes Garfia, ibidem in glossa 35. numero 48. versicul. & hæc magis, quod priuilegiati, quales, sunt, los de Simancas, y Valderas y los de Antona Garcia, non gerent officia nobilitatis cum nobilibus, quia in illis priuilegijs de sola immunitate fit mentio, quæ suis filiabus continetur, & non sunt, neque declaratur nobiles, pro quo factum illud, quod dixi supra glossa. eran. Sic ex hac restrictione talis priuilegij emanat illud, quod faciendi perditur eius immunitas, nam perditur, si im-

munitatem habens passus ÷ est se describi in libro soluentium secundum Angel. per textum ibi in l. 1. §. si quis tutor. ff. quan. appellan. sit cum ceteris per Balbum adductis in tractat. prescrip. 4. parte princip. quaestione 30. numero 7. Goradinum consil. 23. num. 4. Et Tiber. Decianus Respon. 41. numero 92. volu. 2. & Platea in l. qui publice. C. de iis qui spon. numer. subeunt libro 10. & Nicolaus Fastesij, in tractat. de astimo 5. parte capitulo 1. numero 31. cum sequen. 12. volumin. tractatum doctorum. Si enim quis habeat immunitatis priuilegium requisitus, vt soluat, non sufficit, allegare priuilegium, sed debet appellare, ÷ si describatur in libro soluentium intra tempus datum ad appellandum, vt per Angel. in dicto §. si quis tutor, cuius dictum sequitur Marant. in practi. titulo de appellatio. numero 314. pag. 628. in paruis, & itidem hoc dictum sequitur, & defendit, & communiter approbatum restatur Ioannes Garfia de nobilitat. glossa 4. numero 18. & glossa 6. numero 33. & gloss. 5. numero 14. & in numero 33. hoc declarat verum esse dum tamen tales descriptiones, & pignorationes ad legitimum tempus (de quo infra in quarta declaratione) accedant, ad hoc, vt ex toto perimatur priuilegium, & sequitur etiam dictum Angeli Loazes allegat. de Mula. responsione ad 4. fundamen. numero 10. pagin. 259. Quod verius videbitur, si ultra hoc fecerit priuilegiatus nonnullas solutiones, quoniam censetur, suo priuilegio tacite renunciassse, vt in l. 1. C. de iis, qui sponte publi. muner. sube. Goradinus dict. consil. 23. numero 7. Felinus, & alij in capitul. cum accessissent in 3. regula de constitut. Abb. consil. 61. ad finem lib. 2. Ancharan. consil. 160. in fine. Alexand. consil. 136. columna 4. libro 2. Nicola. Fastesij vbi supra numero 32. nisi protestetur, vel coactus soluat, vt ibi per eum numero 33. & 39. & infra numero 45. & 48. Quæ quidem duobus, aut tribus concurrentibus ÷ procedit, primo quod taliter consentiens & soluens sit persona, quæ possit priuilegio renunciare, aliàs secus, text. in cap. accedentibus de priuileg. Ruyus consil. 228. numero 11. libro 1. & post alios Decius in dict. cap. cum accessissent. num. 30. in secunda limitatione, & colum. fin. numero 34. & sic singulares personæ communitatis non possunt renunciare priuilegio communitati concessio secundum Innoc. cap. cum olim 2. numer. 7. de priuileg. Bald. consil. 337. Corne. consil. 15. numero 5. volum. 3. Natta, consil. 160. numero 46. Secundo quod hoc consensusset, & soluisset, per tempus triginta annorum ex dict. cap. accedentibus, & cap. si de terra. de priuilegijs, cum ibi notatis l. falsa. C. de Diuersi. rescript. Alexand. consil. 139. viso rhemate. colum. penul. vers. postremo, circa quartum dubium libro 2. & consil. 102. visis his colum. fin. versicul. non obstat. text. lib. 3. & consil. 33. libro 5. Ripa Responso. lib. 1. responso 21. numero 11. Tertio requiritur, quod siue priuilegium consistat in non faciendo, siue in faciendo, quod occurrerit casus, in quo priuilegiatus vel faciat, quod erat faciendum, vt priuilegio vti, dici posset, vel non faciat, quod non erat faciendum, aliter enim si casus priuilegij nunquam occurrisset etiam per mille annos non perderetur, vt ex Felino, & ex dictis vbi supra percipitur, ÷ & notat glo. ibidem in c. Abbate. de verb. signifi. & in c. Ioannes de cleric. coniugat. & Tiberius Decian. alios allegans consil. 66. num. 65. volum. 3. Neque obstat. l. 1. ff. de Nund. vbi probatur, quod habens priuilegium vtendi aliqua re, si illo non vtitur, amittit illud, & idem probatur in l. 3. in fi. tit. 7. p. 5. & l. 42. in versic. Otrouo priuilegios. titulo 18. part. 3. Nam ibidem specialis casus determinatur, scilicet

- in nundinis, hoc est, in priuilegio concessio alicui habendi ferias, & mercata in terris suis, nam istud per non vsum perditur, *† ita glo. in l. falso. C. de diuers. rescrip. vbi Alberic.* Sed quòd hæc declaratio communiter reprobatur secundum Decium. *dict. cap. cum accessissent. numero 16. & Pelæz. de Maiorat. 1. part. quæst. 17. numer. 1.* idèd dic, & melius quòd dicta l. 1. ff. de Nund. & prædict. *leges Part.* cum eâ concordantes loquuntur in nostro casu scilicet, quando iam deuenit casus vtendi priuilegio, & non est quis vsum eo, putà quia datum est, vt fiant feriaz, & mercata, quæ cum facta non sint, per decem annos amittitur priuilegium, quia ei contrauenitur, cum aduenerit tempus, & casus occurrerit vtendi eo, & non sit vsum, sed potiùs contrarium, vt optimè in propositu inquit Petrus Pekius *in c. decet. numer. 8. de regul. iur. in 6 & Tyber. Decianus respons. 3. num. 125. libr. 2.* Sic & in primo casu dicta l. 42. idem intelligitur, dum dicit, *ibi. Que los tuuieren, no usaren dellos*, nam istud intelligitur, *no usaren dellos*, per contrarium vsum, cum casus deuenisset eis vtendi, & sic intelligit illam. *ibi gloss. 1. & nouissime Ioann. Garf. in Commento de Nobilit. gloss. 6. num. 48. versiculo. Quinto præmitto, cum tribus sequentibus*, qui satis inuoluntè, & latè de iis egit, & Otalor. 2. part. de Nobilit. cap. 9. num. 7. ita vt ex dictis legibus partitarum, & præsertim ex dict. l. 42. si priuilegio de non faciendo contrauenieris per. 30. annos, *† & priuilegio faciendi per decem amittes illud in perpetuum pro te, & successoribus tuis, neque interest, quòd isti anni sint proximi concessioni priuilegij, huc non secundum Garfiam dicto num. 48. versic. ex quibus quæ sint* Nisi secundum Pelæz, *vbi supra. numero 2.* facultas faciendi sit expresse posita in libera voluntate illius, cui sit concessio, nam illi voluntati vllò tempore non præscribitur, vt & tenet Tiber. Decian. *respons. 43. num. 34. lib. 3. & Calderi. consi. 8. de regula. quem, & alios allegat Enriquez in Summa Theologiae moralis, in libr. 7. cap. 26. sub litera. z.* vt in facultate faciendi maioratum de bonis quando-cunque & quomodocunque voluerit, licet & hoc non sit ita peremptoriu in priuilegiis, quin, & scrupulo, non careat, & sic expediret tunc protestatio, vt per Enriquez, vbi supra. Quarto tempore, bis supra dicta, vt procedant in actu reiterabili, pro vt in priuilegio de non soluendis decimis, quod iterabile, est omni anno, tunc enim si per. 30. annos soluat eas priuilegiatus *† perdet illud ex dicto cap. Accedentibus, & hanc communem, & indubitatam testatur opinionem Viuius in suis communibus opinionibus, opinio. 237. & magis communem testatur Coradin. d. consi. 23. numer. 9. relatus per Villalob. in communibus suis. Verb. priuilegium concessum in ijs, quod ad actus præcedentia, & præstantia in eundo, sedendo vel loquendo optimè applicauit Ioan. Garf. dict. gloss. 6. num. 33.* secus verò si priuilegium contineret actum momentaneum, & non reiterabilem, nam tunc per vnum actum contrarium perditur *† secundum dictos Doctores & gloss. 1. in dict. l. 42.* Est tamen verum, quod si priuilegium cõtinet plura capitula & actus licet vni capitulo, vel actui contraueniatur, non transferatur aliis actibus, *† & capitulis, in quibus non contrauenitur.* renuntiatum sicut negligens in vno actu non facit sibi præiudicium in sequenti, secundum *Abb. consi. 34. videtur primo, & Ruinum consi. 50. numer. 10. in specie vident gloss. illa dict. l. 42. & Romanus consi. 168. numero 1. & Platea. in dicta. l. qui publici. &*
- Decian. dict. respon. 43. numero 30. & tunc secundum cum ibi numero 28.* est necesse, quod talis actus de directo aduerfetur priuilegio, vt si priuilegium sit generale, actus etiam sit generalis, imo, & tunc debet esse contrauentum per eos, quos prætendimus amisisse priuilegium, secus si per alios, vt per Decian. *vbi supra numero 35. cum sequentibus, & Garf. vbi supra numero 28. in fine.* Nisi actus ille contrarius repugnans respiceret vniuersaliter totum priuilegium, nã tunc in totum amitteretur, vt inquit Marian. Socin. *in dict. capitul. Accedentibus numero 21. de priuileg. & eo tacito non sic declarando Garf. dict. glossa 6. nu. 31. & 32.* item intellige, quod per contrarium actum perditur priuilegium, scilicet respectu aduerfarij, non vero respectu aliorum, *secundum gloss. dict. capitu. accedentibus de priuileg. & Plateam. dict. l. Qui publici.* Item supra dicta intellige in priuilegiis immunitatis per Principem concessis, secus verò in concessis, & prouenientibus ex nobilitate naturali *† hæc enim an renuntiare possint, est latissima quæstio de qua in titulo sequente disputabimus, Deo volente, & per contrarium factum patris non præiudicatur filiis suis postquam nobilitas est formata ex personis proavorum secus si non esset formata, ita optimè per Auendan. in Dictionar. verb. Cauallero, 2. priuilegio sic declarans Aymonem consi. 163.* Et cui incumbat onus probandi, non vsum priuilegio *† vide glossam. illam dict. l. 42. & Garf. dicta gloss. 6. numero 38. versicul. Vnde in priuilegio.* Et an si solutio fiat cum protestatione *† reuelabit, vide ibi ipsum Ioan. Garf. numero 65. & Abb. dict. capit. Cum accessissent num. 7. & 8. & sup. numero 36.* est tamen verum, *secundum gl. illam dict. l. 42. & Garf. vbi supra numero 64.* quòd quando actus repugnans priuilegio potest inducere aliam præsumptionem, quam renuntiationis priuilegij, illam, potius quam renuntiationem inducit, *† quæ notanda sunt, quia non sic inuenies declarata, & in vnũ congesta, & conferunt notabili per me à nostra lege deducto, quod priuilegia sunt restringenda, si iuri cõmuni aduerfantur, prout est nostra. l. priuilegij, & nota vltimo, quod si quis malè vtatur priuilegio, † perdit illud tex. in d. l. 42. in fine. tit. 18. par. 3. & per Pelæz de maiorat. 1. par. 9. 14. num. 2. fol. 85.* Quintò restringuntur dicta, nisi ignorater, vel inuitè, & per vim talis contrauentio fiat, nam tunc non nocet *† secundum communiter doct. teste Mariano Socin. in c. si de terra. de priuileg. num. 12. & Ioan. Garf. vbi supra d. gl. 6. num. 25. vers. item facit. & ibidem in glo. 17. nu. 31. illud de vi prosequitur, & in ea gl. 6. num. 21. vers. hætenus, illud de ignorantia attestatur.* Et generaliter quanto tempore amittatur priuilegium vide optime vltra doctores *in dict. cap. cum accessissent, & in dict. ca. accedentibus, Marian. Socinus in eodem cap. Accedentibus numero 12. cum sequentibus pluribus.* Item nota, quòd vbi ex priuilegio *† resultat beneficium principis, vt quia conceditur cum hoc, quòd sufficiat equum pro Principis seruitio, non solum non potest per non vsum perdi, verũ neque per expressam renuntiationem, cap. cum tempore, vbi notat Abb. notabili. 5. de Arbit. Roman. consi. 369 quos, & alios allegat Tiberius Decian. consi. 66. nu. 65. & 66. volu. 3.*
- Ibi. segũ, Dictiones hæc, secundum, vel prout, aut sicut, formam, modum, & dispositionem limitatiuã, & relatiuam inducunt. † Quòd & decerpitur ex præcedentibus, dum quoad tributa dicta exemptione non gaudere hos milites armatos, disponitur, & iridem*

idem & sequentibus, dum cum hac limitatione
 disponitur, dicta priuilegia intelligenda, de qua di-
 ctione optimè traditur per *Roman. consil. 328. numero 7.*
 quando conditionaliter, quâdo causatiuè, & quan-
 do similitudinariè apponatur, & loquitur in priui-
 legiis. Et relationem inducunt dictæ tres dictiones
 secundum *Bartol. in extranag. ad reprimendum, versi.*
prout, & Paris. consil. 39. numero 4. volu. 3. & consil. 47. nu-
mero 47. eod. volu. & ideo secundum eum necessario
 intelligenda sunt secundum relatum, & cum quali-
 tatibus eius ex *Bartol. in l. si quis seruum §. fin. numero 5.*
ff. de legat. 2. restrictiuamque, & moderatiuam di-
 ctionem vocat *Cornelius consil. 302. numero 6. volum. 4.*
& Martarius consil. 14. numero 20. habet enim secun-
 dum eundem *Cornelius consil. 187. numero 3. eodem,*
volum. 4. varias significationes, qui & in consil. 101.
nume. 6. volum. 3. inquit, conditionem non inducere
 dictam dictionem (secundum) ita vt si promisi tibi
 soluere par caponum omni anno, secundum quod
 51 mei antecessores fecerunt, licet & ipsi non fecerint,
 neque soluerint teneor ego soluere, vt per *Iason. in*
repet. l. admonendi, numero 32. cum sequentibus. ff. de iu-
reiuuran. & quod non importent conditionem dictæ
 dictiones, vltra doctores in *l. penultim. C. de instit. &*
substit. & Cynum in l. 2. C. de contrah. & commit. stipulat.
& Bart. in l. eum, qui §. Iulianus. ff. de constitu. pecun. &
Iason. in §. prauudiciales. numer. fin. instit. de action. &
Cels. consil. 26. numero 35. & Rebusum in l. in usu. 158.
ff. de verb. signifi. pag. 761. in versic. penult. tenet Felin. in
c. ex parte 1. de rescript. num. 10. vers. scias etiam quod ali-
 quando, & in *c. quoniam Abbas. num. 12. de officio deleg.*
 & hanc testatur communem *Corset. in addit. ad Re-*
pertorium ipsius Felini, verbo, Secundum. & per conse-
 quens quamuis in lege nostra non constaret de li-
 mitatione, & constitutione Regis Ioannis Secun-
 di, nihil obesset legis nostræ dispositioni, quin ser-
 uanda esset prout iacet, verbaq; relatiua causatiuè,
 non vero conditionaliter cõsentur appõsita, vt per
Burg. de Paz consil. 46. numero 21. vol. 1. licet aliquando
 conditionaliter apponatur, vt in Rota in certo casu
 fuit determinatum, vt apparet ex *Verallo decis. 255.*
 Dictio, Vt, partis primæ, & in rescriptis dicebat
Felin. in d. c. ex parte. num. 10. Sed regulariter non ap-
 ponitur conditionaliter, vt dictum est, & sic licet
 non verificetur relatio, valet, dum tamen certum
 sit, & expressum, id quod mandatur, non vero in-
 certum, nam tunc ratione incertitudinis vitaretur,
 vt per *Iass. in d. Repetit. l. Admonendi, numero 32. & 33.*
ff. de iureiuuran. Et tradit etiam de ijs idem Iass. in l.
ait prator §. 1. num. 4. & 5. ff. de re iud. & Gramma. de-
cis. Neap. 59. num. 35. & 36. vbi num. 12. limitat vno
 modo vt non procedat in confirmatione alicuius
 actus aut priuilegij, & in eo. num. 35. etiam limitat
 alio modo. Et numero 34. sublimitat limitationem
 illam de confirmatione vide eum per totam deci-
 sionem.

Ibi, *E gozar de todas las otras franquezas,* Et sic incar-
 cerationis, & neque torqueri, sicut nobiles poterunt,
 52 & de quo dubitauit *Otalora de Nobilit. 4. par. c. 1. col.*
penult. & fin. Admittenturque ad officia nobilibus
 concessa, nam æquiparatorum idem debet esse ius,
 & eadem dispositio, & limitatio nostri tex. in omni-
 bus eos immunes faciens, exceptis tributis, si rnat
 generalem regulam in contrarium, pariane sunt
 inesse qualitatem per naturam, an verò per priuile-
 53 gium & secundum *Bald. in l. cum ex ratione. ff. de excusat.*

tuto. gloss. in l. 3. verb. Con villana. tit. 21. par. 2. Ioan. Garf.
de Nobilit. gloss. 1. §. 1. numero 43. cum pluribus sequenti-
bus & gloss. 35. numero 3. cum sequentibus quam pluri-
 mus, vbi multa infert, idque verum credo, nisi aliud
 ex priuilegio colligatur, cuius verba sunt ad hæc
 plurimum consideranda & ex text. in capit. porro. De
 priuileg. notar. *Garf. d. §. 1. num. 50.* prout est priuilegiu
 de illis, De *Antona Garcia*, quod quidem concessum
 fuit ad excusationem gabellatum, & sic non admit-
 tentur isti, De *Antona Garcia*, ad officia cum nobili-
 bus concedenda, secundum *Ioann. Garf. d. gloss. 35. nu.*
 48. Ex quibus infero, quod si Maioria constitua-
 tur in filium aliquem cum conditione, quod ipse,
 vel successor quilibet teneatur contrahere cum no-
 bili, satisfit tali conditioni, si nubat cum nobili ex
 priuilegio & ex supradictis, & quia vbi casus verus, 55
 & fictus æquiparantur, dispositum in vno habet lo-
 cum in alio per tex. in *c. audientiam. & in c. cum dile-*
ctus, de clericis non residen. pariaque sunt, quod quis de
 iure communi, vel ex speciali priuilegio admitta-
 tur ex *l. liberos. C. de collar. vbi Decius, num. 6. & appel-*
 latione cuius comprehenditur ciuis & ex priuilegio, 56
Roman. consil. 62. col. 2. & Bellus in tractat. de Re milit. par.
7. tit. 3. nu. 38. Ex quibus, & ex aliis pluribus, ita fundat
 Pelacz de Maiorat. *questio. 51. num. 4. cum pluribus*
sequentibus ex Greg. Lopez in l. 3. titul. 21. par. 2. verb. Con
villana, ita tenente, & ex hoc infert plura ad plures
 leges Regni, Pelacz ibidem num. 31. vsque ad 37. ipse
 tamen Pelacz ibidem nume. 9. cum pluribus sequentibus
 contra tenet, & late fundat, & num. 28. respondet ad
 illam Baldi doctrinam in *d. l. cum ex ratione, & nu. 30.*
 infert ad collegia, & confraternitates, vbi nouiter
 conuersi non admittuntur, nam non admittentur,
 etiam si ex priuilegio principis fiant nobiles & quia 57
 macula illa non abstergitur ex hoc. Ego tamen in
 hac quæstione Maioratus ex adductis ab ipso Pe-
 laez in secunda opinione, quam ipse tenet, distin-
 guerem hoc modo & scilicet, qd si conditor maiora-
 tus est nobilis à sanguine, intelligerem voluisse de 58
 illo nobili à sanguine intelligere in ipsa cõditione,
 non verò de nobili ex priuilegio, si vero iste testa-
 tor, vel conditor maioratæ non esset nobilis, vel si
 esset, ex priuilegio tamen nobilis erat, tunc vtique
 cederem veram opinionem Greg Lopez, & sic cõ-
 ciliantur hæc opiniones Gregorij Lopez, & Pelacz
 in maioratu; in quo dicta conditio imponitur: ex-
 tra maioratus veto conditionem in principio posi-
 ta crederem veram ex *l. nostra*, vt dicti priuilegiati
 gaudeant omnibus prerogatiuis verè nobilium ex-
 ceptis priuilegiis tributorum, & *Bellus. vbi sup. d. nu.*
 38. vbi per totum illud capitulum plura militum
 horum priuilegia commemorat. Ex quo infero ad
 illam quæstionem satis altercatam per *Menchac. de*
success. creatio. lib. 3. §. 30. nu. 290. cum sequentibus, scili-
 cet an tales nobiles ex priuilegio admittendi sint ad
 ordines militares & vbi nobiles esse, requiritur, & 59
 crederem quod sic, dum tamen tales essent liberi à
 macula Iudæorum, & Saracenorum, & inquit ibi
 Mencha. quod erunt admittendi, & latissimè fun-
 dat, & respondet contrariis, & sequitur *Ioan. Garf. in*
d. commento de nobilit. gl. 1. §. 1. num. 50. adeo vt etiam
 in oneribus imponendis & gaudeant ij nobiles ex 60
 priuilegio, sicut gaudent nobiles à sanguine, vt per
Minchac. vbi supra num. 296. cum sequentibus, quod
 limita ex *l. nostra*, vt non procedant in ijs militibus
 armatis quo ad tributa regia vulgo, *Pechos Reales.*

Ibi, *Excepto en los dichos pechos*. hæc exceptio firmat regulam in contrarium, ita vt in omnibus alijs sit exemptus talis miles, gaudeatque omnibus alijs nobilium prærogatiuis, exceptis dictis tributis, sicut si lego pœnum præter vinum, venit omnis pœnus excepto vino †, quia illa exceptio firmat regulam in contrarium, *ex tex. in l. nam quod liquidè. l. Responf. §. fin. ff. de pœnu legat. pulcher est etiam tex. in l. qua situm. §. deniq. in fine. & ibi Bart. ff. de pœnu legat. tex. iuncta gl. in Authent. de non alienando. §. ut autem colat. 2. rex. cum gl. in c. dominus. 32. q. 3. & in cap. de cōiug. leprof. Ex quo dixit Bald. in l. 1. §. sed excipiuntur. in fine. ff. de Ferijs, & sequitur Telli in l. 17. Tauri numero 91. quod si statutum inducat ferias messium, vel vindemiarum, & procedat ulterius faciendo aliquas exceptiones, quod nullæ aliæ exceptiones inuentæ † à iure admittentur, sed stabitur præcise statuto, quia exceptio in quibusdam videtur firmare regulam in cæteris, & facit. *l. tributus. §. fin. ff. de restam. milit. Ex quo inquit Roma cons. 271. incip. vis itora, q. in venditione terræ sancti Lucidi facta per Ladislaum Regē Vngariæ veniunt gabellæ, & iura exituræ, quæ sunt regalia, ex quo in venditione quædam regalia sunt specificata, & postea quædam excepta. Quam regulam limita primo, vt procedat in casibus nō exceptis, 61**

62 sub regula † cōprehensio, alias secus, quia licet exceptio firmet regulam in casibus non exceptis sub regula comprehensio, non tamen eam dilatat, neque ampliat, vt faciat sub ea comprehendi, quæ de sui natura non cōprehenderentur exceptione non facta, *rex. habes, & exemplum in l. generali. §. uxori. & ibi Barr. declarat. ff. de usufruct. legat. vbi testator legat uxori vsum fructuum omniū, quæ sunt in domo, excepto argento, ista exceptio non facit, quod videatur reliquisse venalia, quæ sunt in domo, vnde non venit frumētum, quod est in domo causa vendendi, vel alia venalia, quia talia non videntur esse in domo, nec comprehenderentur exceptione non facta, quod est menti tenendum, & pro hoc est etiam alius rex. notabilis in l. Lucius. §. pluribus, & ibi Bart. Angel. & Imol. ff. ad Trebell. text. optimus in c. in nostra. & ibi Abb. de Sepult. optimè Felin. cum alijs pluribus. in cap. quoniam frequenter. in princ. vt lite non contest. Alex. cons. 28. vol. 1. vbi per hoc singulariter dicit, quod conductor, qui suscipit in se periculum casuum fortuitorum aliquibus expressis, & duobus casibus fortuitis dumtaxat exceptis, scilicet guerræ, & pestis generalis, nō terretur de casu siccitatis extraordinariæ †, & insolitæ, quæ communi opinione hominum nūquam visa fuit, etiam si interuenit iuramentum, quia licet exceptio casuum dictorum duorum fortuitorum firmet regulam in contrariū, in casibus non exceptis sub regula comprehensio, non tamen ampliat regulam, vt faciat comprehendere id quod alias sub regula de sui natura non comprehenderetur, sed sub generali renuntiatione casuum fortuitorum non comprehenditur † casus insolitæ siccitatis, & nunquam visæ, ex l. fistulas. §. frumenta. ff. de contrabend. empr. & optimè Ripa in tract. de Peste prima parte. 2. partitur. de privileg. contract. nu. 97. cum sequentibus aliquibus vbi nu. 101. cum sequentibus pluribus examinat, qui dicitur casus insolitus. Istæ tamen limitatio sublimitatur, vt procedat, quod tunc exceptio non ampliat regulam, quando est de comprehensio sub regula, & operatur in ipso excepto, vt in casu. d. §. uxori. & similibus iurium supra al-*

legatorum, secus tamen est, quando exceptio nō est de comprehensio sub regula, & nisi ampliaret regulam, redderetur † inutilis, & nihil operaretur, tunc enim bene ampliat regulam, vt putà cum constituo te procuratorem ad omnia negotia, quæ ego gerere possem si præsens essem, præter quam ad transigendum, & sic excipio casum requirentem speciale mādātum, qui casus requirens speciale mādātum non erat comprehensio sub regula, seu sub mādātō generali. *c. qui ad agendum, in fine. de procurat. lib. 6.* per hanc exceptionem videor tibi dedisse mādātum ad omnes alios casus requirentes speciale mādātū, excepto casu trāfactionis, & ratio est, quia exceptio aliter non esset de regula, prout esse debet, & quod fortius est, ista exceptio redderetur inutilis, & nihil operaretur, semper autem interpretatio faciēda est, vt actus valeat, & verba aliquid operentur *l. quoniam. ff. de verb. obligat. & l. si quando in princ. ff. delega. 1.* & hoc nisi exceptio esset † notorie inepta, neque esset coniecturæ locus, quia tunc vera, & incommutabilis est dicta theoricæ, & exceptio non ampliat regulam, neque mutat vim regulæ. Secundò & principaliter limitatur dicta theoricæ, & exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, vt procedat nisi alius sit casus † ab eadem regula alibi exceptus, quia quoad illum consimilem casum alibi exceptum exceptio non firmat regulam, *tex. est notabilis in clement. exiui de paradiso. §. deinde, & ibi Cardin. de verb. signific. & est pulcher. rex. cum sua gl. in l. ob as c. de prædij min. vbi ampliat, etiam si addit dictio taxatiua in tali lege, vel canone exceptiue loquente. Ex quo est, q. licet plura iura dicant, quod coniux autoritate ecclesiæ facta nō potest dimitti nisi duntaxat propter fornicationem vt in c. de coniugio leproforum. c. dominus. 32. q. 7. c. Porro. & c. significasti. de diuort. tamen per hoc non est negandum, quin possit fieri separatio ad thorum propter alium casum † expressum in iure, puta nimiam sauitiam viri, cōtra quam mulieri idoneè cauere non potest *ex c. literas. & ibi DD. de restit. spoliat. & in c. 1. de diuort. vbi Abb. notat Bar. in l. cum satis. nu. 7. c. de Agricol. lib. 11.* & ibi additio inquit, q. hoc casu dabuntur alimenta extra domum. Tertio, & vltimo dicta theoricæ limitatur, vt procedat in casibus nō similibus exceptis, in casibus enim similibus exceptis, licet etiam non reperiantur specificè alibi excepti, à iure exceptio non firmat regulam † *tex. in c. cum dilecta, & ibi Abb. de confirmat. vtil. vel inutil. glo. ordinaria in l. 1. c. de condit. indeb. quas quidem doctrinas, & limitationes, quia materiam hæc determinant, & ad propositum nostræ legis in hac exceptione tributorum disponentis concernunt, succinctè proposui eas, latius enim videbuntur per Euerard. in centuria locorum. c. de exceptione ad regulam. numero 1. cum sequentibus pluribus, vbi circa hoc singulariter loquitur. Ante tamen quam hanc omittamus glof. declarabis istud quod non eximuntur milites isti à contributionibus, & tributis iis bonorum hominum tributa soluentium, etiam si habeant arma, & equū † continuo, nam leges 2. & 3. sequentes id declarantes cessant quo ad hoc ex dispositione. l. 4. infra eod. quæ omnes leges hanc tributorum concedentes immunitatem abrogat, & derogat, vt ex ea clarissimè patet aliter enim superflua esset, & per anteriores 2. & 3. corrigenterentur, quod est absurdū, cum sint ante constitutæ, quam. d. l. 4. vt ex eorum marginalibus susceptionibus appareat.**

Ibi, *Mundo, y nos agora ordenamos y mandamos, & sic legis lator cōfirmat, & de nouo cōcedit, tribuitque*
 72 *legi antiquæ robur, nam confirmatio † tria operatur, quia maiorem autoritatem tribuit, & supplet, quod est inualidum, & reuocari non potest confirmatum sine licentia confirmantis secundum glo. in c. frater. 17. q. 4. confirmationisque natura est adhibere robur, & validitatem actui confirmato, non*
 73 *autem illum extendere † secundum Bald. in l. aduersus. in fine. c. si aduersus rem iud. ex. l. Aurelius. §. testamento. ff. de liber. legat. notat Ias. in l. More. nu. 41. ff. de iurisd. omn. iud. nisi aliter de intentione † cōfirmantis constet, secundum eundem Ias. ibi, vt hic facit legislator, addit enim, & declarat, item vbi princeps confirmaret ex certa scientia, non solum dat robur*
 74 *actui confirmato, sed etiam illum extendit † secundum Bald. in l. nominationis. C. de appell. Ias. vbi sup. n. 42. vbi pro hoc allegat glo. in c. dudum. verb. concessionem, de decim. quam limitat ibi Abb. & per alios. in c. examinata & in c. 1. de confirmat. util. vel inutil. & quando*
 75 *confirmans † videatur, actum facere de nouo, vide Bar. & docto. maxime Ias. nu. 30. cum sequentibus aliquibus in d. l. more. ff. de iurisd. om. iud. vbi Ias. ponit regulā, quod non videtur de nouo dare, vel facere, & limitat aliquibus modis, & vide Decum in 1. ub. de confirmat. util. vel inutil. & alibi pluries, hic tamen & confirmat, & robur dat, & de nouo statuit, & declarat legislator.*

Ibi, *Sean tenidos de tener continuamente cauállos, y armas para nos seruir en las guerras. Similes tex. & melior in l. 7. infra tit. proximo & verba hæc multum erāt attendenda, vt ij milites non hæc adimplentes non gauderent priuilegiis militaribus: Exempti enim propter artem non gaudent exemptione si nomine tantum †, & non re, & cum effectu artē illam exercent secundum tex in l. semper. §. negotiatores in vers. quandiu eiusmodi acta sunt, & in §. quibusdam, vers. in q. omnibus, qui promissiuē in iis collegiis assumpti sunt, immunitas datur, sed artificibus tantum. ff. de iure immunit. dixi in l. 8. nu. 4. tit. 7. lib. 1. sup. & considero nouissimē pro hoc tex. expressum in l. 15. tit. 14. inf. a isto lib. 6. & notat Abb. in c. 1. nu. fin. de iud. & quia cum hæc lex. nouam formam, & modum induceret, omnia in ea expressa censerentur substantialia, ita vt ad vnguem essent obseruanda ex dictis per nos in l. 3. num. 25. tit. 10. sup. lib. 4. & qui aliter facerent, nō gauderent priuilegiis militaribus, & per consequēs arma, & equi continuo, & semper habenda essent, & tenenda per hos milites, & in facto sæpē allegasse, quamuis hæc non consideret fundamenta asserit Ioan. Garf. in commen. de nobil. glos. 1. §. 1. num. 59. non tamen potuisse obtinere, sed potius pluribus sententiis esse declaratum, gaudere hos milites dictis suis priuilegiis, etiam si arma, & equos non semper haberent, sed sufficere potius † si illa habeant tempore necessitatis, & belli, & tunc seruiant Regibus cū armis, & equo. Et notandum est in transitu, quod vt inquit ipse Ioannes Garfia in eodem numero 59. in fine. cōgnitio harum causarum pertinet ad Regios*

77 *senatores si de iure † priuilegij agatur, iuxta text. in capitul. cum uersissent. de iudic. si verò de facto, tunc ad inferiores iudices eundem est, vt latius per ipsum Garfiam ibi numer. 31. cum sequentibus. Habes hic etiā notare, quod priuilegia damnosa possunt per concedētem interpretari, & limitari, vt damna cessent,*
 78 *imò & in totum reuocari † ex text. in capitul. dilecti,*

*& in capitul. suggestum. de decimis. & gloss. in capitulo. quid per nouale. de verb. significat. text. in l. 4. in fin. tit. 20. par. 1. Et priuilegia cum magna consideratione sunt concedenda, vt notatur in cap. sanē de priuileg. cōcedensque priuilegium potest illud interpretari, etiam absentibus partibus †. Alberi. in l. fin. C. de legib. 81
 & vide Bart. & Bald. in l. ex facto. ff. de Vulg.*

Ibi, *T que los hijos que uieren nascido antes de la caualleria no gozen, ex eo, q̄ qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de Noxal. notat Alexand. ad Bartol. in l. cum satis. col. 3. numer. 11. C. de Agriculis, & cens. libr. ita vt priuilegium alicui, & filiis, & successoribus cōcessum de habitis post priuilegium † intelligendum sit, eo quod ex tunc in futurum, nō vero in antea. eo gaudendum est, item quia de iure communi filij nati ante patris dignitatem non gaudent illa † vt in l. senaroris filium. ff. de senato. & l. 3. eod. titu. & in l. emancipatum. §. fin. eodem tit. & in l. Diuo. Marc. C. de quaest. & in l. senaror. C. de dignitat. lib. 12. quæ iura ad hoc allegat Otalor. de nobilit. 4. p. c. 2. nu. 1. & 2. optima. l. 2. §. in filijs. ff. de Decurio. vbi inquit consultus. in filiis decurionum quæstio est, vtrum is solus decurionis filius esse videatur, qui conceptus & natus est ex decurione, an vero & is, qui antea natus est, quam pater decurio fieret & quidem quantum pertinet, ne fustibus castigentur, & nē in metallum dentur, non nocet plebeio patre esse natum, si postea honor decurionis patri eorum accesserit. & ibi est glo. verb. pertinet, & est tex. in l. fin. C. de decur. lib. 10. & ibi doctores, & Monachus in c. cum nullus nu. 8. de tempo. ord. in 6. & notat Dida. Perez in presenti. sub. l. 5. tit. 1. lib. 4. ordi. col. 1351. cum sequenti. & sic secundum eum ibi filius, antequam pater esset Rex, natus, vel filius habitus antequam pater esset sacerdos, non dicitur Regis, vel sacerdotis † filius. secundum gl. in l. imperialis. §. his illud. C. de nupt. vbi Bald. num. 10. Bar. in d. l. cum satis. col. fin. C. de Agriculis, & cens. lib. 11. quæ est dubia quæstio, vt licet videre ex Tiraquell. de primog. q. 21. & in tractat. de nobil. c. 15. nu. 7. cum tribus sequentibus. Declarantur tamen supradieta, quoties pater acquirit hanc dignitatem accidentaliter à principe, secus si ex successione † ex sanguine, & sic secundum*
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
naturalē cursum, vt in comitatu, ducatu, Marchionatu, vel maioratu ex dictis per Tiraquell. d. tract. de nobilit. c. 15. num. 10. notat Dida. Perez vbi sup. col. 1354. Ant. Gom. tom. 3. var. c. 2. num. 16. vers. & adde, vbi se remittit ad ea quæ dixit in l. 40. Taur. num. 66. & 67. & sic inquit Otalor. d. c. num. 3. & 4. Que los priuilegios de caualleria, non transeunt ad nepotes † ex. l. 4. in fin. tit. 1. lib. 4. Ord. quæ est nostra ibi. Que aquellos gozen de la dicha dignidad, y no otros, nam cū de filiis tam tum loquuta sit, & hos non alios hac immunitate gaudere, asserat, nepotes excluduntur, quod conforme esse dicit ad gloss. & Bart. & Platea. in l. 1. C. de dignitat. lib. 12. & latius idem Otalor. in eod. capit. 2. numero 6. cum sequent. & tenet Burgos de Paz consi. 25. num. 25. libr. 1. & hoc nisi in perpetuum † concessa sint pro se, & descendentes in perpetuum vt per Ioan. Garf. d. glo. 1. §. 1. num. 23. cum sequentibus aliquibus, nisi sit apposita rei non in perpetuum duraturæ, vt ibi numer. 23. & 24. & vide etiam Burg. de Paz consi. 23. numero 1. qualiter intelligatur priuilegium pro se, filiis, & filiabus cōcessum. Priuilegia verò, De hidalgua, ad omnes descendentes transeunt, si in priuilegio non sit aliter dispositum † secundum
 Otalora.

- Otalora. dict. numero 4. & faciunt dicta per eundem Otalor. in eod. 4. p. cap. 1. numer. 5. & sequent. & per Ioannem Garf. ubi supra glo. 1. §. 1. num. 54. Et nota quod filij nedom legitimi, verum, & naturales solum gaudebunt hac priuilegij immunitate † secundum Otalora. dict. capitul. 2. numero 4. cum de iure naturales filij nobilitate patris gaudeant, vt diximus alibi super libro 5. supra: etiam si Ioannes Garfia in dicto. commento de nobilit. glossa 1. §. 1. num. 46. aliud velit. Vterius & tertid declaratur supra dicta, ni princeps in priuilegio declararet, velle filios ante natos gaudere ip-*
- 89 **90** **91** **92** **93** **94** **95** **96** **97** **98** **99** **100**
- sonet priuilegio, nam tunc gaudebunt † vtique secundum Otalora. in dicto capitul. 2. numero 2. Item & vltimo declaratur supradicta, vt non procedat, quoties princeps concedit priuilegium ad immunitatem quæ de sui natura erat duratura in perpetuum
- † cum ditione illa, semper, & in perpetuum, nam tunc descendentes, & omnes successores continentur quotquot sunt, & quotquot erunt secundū glossam semper. in l. 1. ff. solut. matrimon. notat Ioannes Garfia dict. §. 1. glossa 1. numero 24. post medium. Et priuilegiū quando censeatur reale, vel personale †, vide vltra Garfiam & Otalora. de nobilitate, verbo. Priuilegium, sub indice de nobilitate optime per Menoch. de præsumptio. tom. 1. lib. 3. præsump. 103. per totam. fol. 392.
- Ibi, *Que aquellos*, iunctis verbis (*Y no otros*) Nota quod limitata causa limitatum producit effectum vt l. age cum Geminiano. C. de transactio. ita vt filij illi habiti post concessam immunitatem illa gaudebunt, & non alij & sic nepotes nō comprehenduntur sub ea secundum quod in gloss. præcedenti diximus. Sed an vxor vidua gaudebit tali immunitate,
- † & dicendum est quod sic, vt diximus in l. 9. num. 3. cum aliquibus sequentibus tit. 11. lib. 2. supra, & nouissimè tenet Ioan. Garf. in gl. 1. §. 1. in commento de nobilit. num. 44. vbi hanc dicit æquam opinionem, adeo est enim mulier coniuncta viro, vt ipsius viri præmortui dicatur imago, in qua vir eius censetur viuere
- † secundum Bald. in l. pignoris. C. de pigno. act. relatum. & sequatur per Quesada in questionibus suis. c. 25. nu. 1. & faciunt, quæ etiam diximus in l. 1. tit. 17. lib. 3. sup.
- Ibi, *sesenta años arriba no sea tenido de yr por su persona ala guerra*, ætati enim deferendum est. l. manifesti iuris & ibi glo. C. qui ætat. vel profes. se excusent. li. 10.
- & debent ij sexaginta anni † esse completi, vt patet ex verbis nostri tex. dum dicit, *De sesenta años arriba*,
- à tutela autem solum excusantur illi †, qui sunt septuaginta annorum ex §. item maiorum instit. de excusat. tuto. l. 2. in fin. tit. 17. p. 6. gl. in l. 3. C. qui ætat. vel profes. lib. 10. ad excusationem vero officiorum publicorū, *De justicia o de concejo*, quinquaginta & quinque anni
- † sufficiunt secundum Plat. in l. si vltra. C. de Decur. lib. 10. dum tamen sint officia non honorem, sed onus potius concernentia, in honorem enim habentibus
- non excusat ætas vlla † secundum tex. in l. cui muneris ff. de Muner. & honor. & l. 2. §. numerus eod. tit. gl. 1. in l. fin. C. qui ætat. se excusent lib. 10. vbi Platea: nisi ad Decurionatum, nam in eo excusat ætas quinquagintaquinque annorum, † vt ibi & in d. l. si vltra, & ibi Platea. Est tamen verum quod si esset ita senex, vt nihil proficeret, excusaretur etiam quoad alia officia, quam decurionatus honorem habentia † secundum Plateam in d. l. fin. & sic declarabis dicta per Auenda. in capitul. 19. numero 24. versic. tertius casus libro 1. Et notandum est, quod lex nostra non est cōtraria. l. 3. titulo 19. part. 2. eximentis ire ad bellū

maiolem septuaginta annorum, † nam lex nostra loquitur in causa speciali, scilicet in istis militibus armatis, qui quidem sexaginta annorum ætate excusantur, eo quod in aliis onerantur, scilicet quod teneantur mittere substitutum ex l. nostra, lex vero illa partita generaliter disponit, & releuat in totū, vt neque per se, neque per alium teneantur ire ad bellum illi, qui sunt maiores. 70. annorum, & sic lex nostra est illius legis partitæ declaratoria, non vero correctoria. Et plura senectutis priuilegia † enumerant moderni Hispani in Rubr. de iusti. & iure n. 75. cum sequent. & per Cardi. Iacobari. in tracta de concilio. par. 58. cum sequent. libr. 1. quos refert Gomec. in Reg. Cancell. de infirm. resign. quest. 7. in fine. vbi alia incommoda senectutis refert remissiue etymologiam senectutis describit, inquit, quod nullus est ita senex, quin non spem vitæ quinquennalis † ex iuris præsumptione ei polliceatur, vt inquit Alexand. in l. hereditatum, per illum. text. ff. ad l. facild. vel saltem sperent per annum viuere, vt inquit Roma. conf. 163. & ante ipsum Diuus Hieron. in 2. part. Epistol. tit. 3. Epistola. 40. & Dida Perez in præfati sub. l. 4. titulo 1. libr. 4. ordin. colum. 1349. alios refert plura senectutis priuilegia enumerantes.

Ibi, *Quien sirua por ellos*. Nam cui honor datur, onus subire debet, & qui sentit commodum, sentiat & onus ex iuris regula, & sic ij milites, qui honorem, & commodum ex militia à Rege consequuti sunt, iam quod ipsi propter senectutē excusentur, bellum adire, non vtique excusandi per medium alterius personæ, qui enim per alium facit, per se ipsū facere videtur, & probatur id ex tex. in l. 1. C. de Præpos. agent. in reb. lib. 12. ibi, *consideratis eorum laboribus per substitutum chartularium eiusdem scrinij, cui præfeturus est ipse, idoneum, & tam moribus optimis præditum, quam scientiam, peritiamq; rerum habentem, electione sua, suarumque periculo facultatum præfatum munus eos implere præcipimus, & hæc pro hac lege. i. sufficiunt.*

S V M M A R I V M.

Dictio, item, est repetitiua similitum. numer. 1.
Milites vel alij exempti à solutione monetæ an eximentur à moneta forera. num. 2.

Lex Secunda.

S V M M A R I V M.

Milites continuo arma, & equum habentes sunt immunes ab omnibus tributis in declarationem legis præcedentis.



LIBI, OTRO SI, Dictio hæc latine, item, est repetitiua † præcedentium ex text. & ibi Bart. & alij in l. in repetendis. ff. delegat. 3. ita vt lex nostra repetitiua sit materiæ præcedentis legis, & eius declaratoria, scilicet vt milites ij continuo habentes arma, & equum gaudent nobilitate etiam quoad exemptionem tributorum, dum tamen viuant in hac militia, neque officia vilia exerçant, siue

siue fecerint demonstrationem vulgo. *Alarde*, taliū armorum, & equi, siue non, vt ex l. sequenti declaratur, quæ tamen duæ leges nostra, & sequens quoad tributorum exemptionem turbata sunt per l. 4. infra eod. legis præcedentis. i. huius tit. confirmatoriã, & ampliatiõiam, quæ omnino seruanda est tanquam nouior nostra lege, & sequenti, id in l. 1. supra isto tit. & lib. diximus.

Ibi, *En la ley y ordenança nueſtra de Zamora*, de qua in lege præcedenti facta est mentio, & ibi plura diximus.

Ibi, *De no pagar monedas*, Sed num dato, sed non concessio, quod lex nostra seruanda foret, per hæc verba. *De no pagar monedas*, censerentur etiam tales milites exempti à solutione *De la moneda forera*, & *Otalora de nobilit. 4. p. ca. 1. nu. 8.* examinat hanc quæstionem, & ibi refert, *Tres opiniones diuersas*, in hac materia, & tandem difficultatem tribus modis dissoluit, primò quod si expresse id dicatur in priuilegio, tunc nulli dubium quin & huius monetæ foretæ sit exemptio concessa, vt & per *Burg. de Paz consi. 45. n. 7.* & *clarius cons. 46. n. 16. & 17. lib. 1.* & in hoc adde, quod si simpliciter conceditur, censeretur concessa ad vitam Regis concedentis, non vero in perpetuum, quia est de rebus supræmi dominij, sed si in perpetuum concederetur, teiam pro aliis successoribus Regni valeret concessio durate vita tua, te autem mortuo expirabit, id enim operatur verbum (in perpetuum) vel (semper) ita *Ioannes Garſia. in commẽto de nobilit. glo. 1. §. 1. nu. 18. & 19. & clarius nume. 23.* quod non caret scrupulo, nam si est de supremis, nõ valer concessio vltra vitam concedentis villo modo, nisi dixeris, quod interim, quod Rex successor, vel fiscus eius non reclamatur, valeat. Secundò inquit *Otalora*, si immunitas generaliter tributorum concedatur, non censeretur concessa hæc istius monetæ foreræ ex l. 10. tit. 18. part. 3. & in hoc casu, inquit posse procedere. l. 6. tit. 1. lib. 4. ordinam. quæ est lex nostra attenda litera eius antiqua ibi, *En tal caso no de monedas, mas de todos y qualesquier pechos, nisi & tertio secundum Otaloram*. ibi, cum tali concessione concurreret quadraginta annorum legitima possessio non soluendi talem monetam: Sed cum iam ex l. nostra videas emendatam esse literam antiquam, quam mendosam asseriebant antea, vt per *Burg. de Paz consilio. 46. num. 16. libro 1.* eò quod lex nostra inquit, *En tal caso puedan gozar no solo de no pagar monedas, mas de todos y qualesquier pechos y repartimientos nueſtros, y de los concejos* etiam huius monetæ foreræ censeretur immunitas concessa militibus his armatis si diu, & continuo, arma, & equum sustineant, & in officiis vilibus nõ se exercent, vt inquit lex nostra, etiam si generaliter eis immunitas concedatur, & certè lege nostra attenda ita tenendum videbatur, nisi diceremus, verbum illud, *monedas*, in aliis, quã in his foreris verificari posse, nam si posset, non vti que censeretur hæc in dubio comprehensa, eò quod est de soluendis in recognitionem supræmi Dominij, & potestatis, quod in dubio concessum non censeretur ex dictis per nos in l. 1. titulo 1. supra libr. 4. & sic omnino recurrendum erat ad dicta, & relata supra ex *Otalora*. Sed quia, vt in hac diximus lege, & in præcedenti ex l. 4. infra eodem omnia hæc cessant, eò quod tributorum regalium non censeretur immunitas concessa, non etiam censeretur exemptio huius monetæ concessa, nisi expresse dicatur, & tunc durabit

ad vitam concedentis, vt dixi, vel nisi ex vi contractus aut remunerationis concedatur, vt per *Burg. de Paz consi. 45. num. 19. & gloss. De aquel. in dicta l. 10. titulo 18. part. 3.*

Ibi, *En officios bajos, y no nobles*, de quibus in l. sequenti, vbi dicemus Deo annuente.

S V M M A R I V M.

Leges interpretari eius est, cuius & condere. n. 1.

Miles asserens arma, & equum sua esse cum nota sint, puniendus est, num. 2.

Officia vilia quæ dicantur. num. 3. 4. & 5. vsque ad 8. inclusiuè vbi declaratur.

Nobiliter viuere non dicitur ille, qui in sordidis artibus versatur. num. 9.

Plebeij Decurionum honoribus vti prohibentur. numero 10.

Nobilitas ex priuilegio perditur per exercitium artis mechanicæ, non vero illa, quæ ex sanguine procedit. num. 11. & 12.

Honori tanto dignius non est nobiles ex priuilegio quanto ex sanguine. num. 12.

Vocatus nemo præsumitur nisi probetur. num. 13.

Lex Tertia.

S V M M A R I V M.

Qui dicantur Milites armati, qui secundum legem præcedentem à muneribus, & tributis exempti sunt, & in declarationem eiusdem. l. supra proxima.



Ibi, *DECLARAMOS*, eius enim est interpretari, cuius, & condere & l. si imperialis. c. de legib. ibi, leges condere soli imperatori concessum est, & leges interpretari solum dignum imperio esse oportet. l. si. §. si quid vero. c. de Veter. iure enuclean. l. 14. tit. 1. p. 1. & ibi gl. & *Dida. Perez in 2. q. proæmiali ad titulos ordina. & Burg. de Paz in proæmio legum Taur. n. 307. & seq. l. 3. tit. 1. supra lib. 2. vbi diximus, numero 16.*

Ibi, *Que verdaderamente se sepa*, Aliter enim si fictitiè id fieret, prout multoties fortassis fit, crimè stellationatus, imò & falsi committeretur ex l. tenetur, & ex l. quid sit falsum. ff. de Fals. & l. 2. tit. 7. p. 7. & ibi gl. & per totum. ff. de crimin. stello. mentitur enim dicens esse suum quod non est, & sic falsum committit, & immutat veritatem, imò & deberet talis miles asserens arma, & equum sua esse, cum non sint, puniri & pœna. l. 25. tit. 4. infra isto lib.

Ibi, *Per officios de sastres, ni de pellegeros*, idem dic in aliis officiis similibus, pro vt sūt ferrarij, & exercetes mercimonia cuicunq; ergasterio adheretes, qui quidem nequeunt habere officia publica honoris & tæx in l. si cohartalis. c. de cohartal. & princip. lib. 12. & ibi *Platea rex. in l. humilem, c. de incest. nupt.* ibi aut eã, quæ mercimoniis publicè præfuerit, & sic. l. 4. tit. 14.

p. 4. inquit, *Que la rauenera, y regatera es vil persona, &*
 4 per consequens hospitia publica habentes, vilia †
 dicuntur officia exercere, imo & id reputatur offi-
 cium vile quod communiter pro tali reputatur se-
 cundum *Plac. & Lucam de Pena. in l. maximorum, C. de*
excusat. mune. lib. 10. & Gutierrez in conf. 31. nu. 11. cum
4. sequentibus, & dixi in meo tract. de Decurio. vocato Cu-
ria Pisana, li. 1. c. 12. nu. 20. cum sequent. aliquibus, & de
 his artibus sordidis vide etiam *Cassan. in cathalogo*
 5 *gloria mun. p. 11. in 27. considerat. imo & mercatura*
 sordida ars † dicitur secundum *Tiraquel. late de nobi-*
litate. c. 33. nu. 1. & sequentibus, apud omnésque fere
 nationes pro ignobilibus habentur qui artificia
 discunt secundum *Tiraquel. vbi supra. c. 27. num. 2. &*
Cassan. vbi supra. 8. pa. considera. 18. vers. qui autem, quod
 limitat *ibidem ipse Tiraq. nu. 5. esse verum, dum in iis*
 artibus & officiis versantur, secus si desistat ab eis,
 6 redeantque ad statum, vitamque nobilium, † nam
 tunc eandem recuperant. Secundo limitat *Tiraque.*
 7 *in eod. c. 27. n. 7. vt procedat, quoties per se, non ve-*
 ro si per alium artē exercent. Tertio limitat † ipse
 8 met *Tiraquel. d. c. 33. nu. 21. nisi mos regionis alius ef-*
 set, nam tunc non derogaret † mercatura, neque ars
 alia mechanica nobilitati, vt dicunt *Bart. & relati*
per Didac. Perez. in l. 9. tit. 1. lib. 4. Ordina. col. 1357. prout
 fit apud Genuenses, imo & in nostra Hispania. Nā
 quot nobilium mercancias, & negotiationes exer-
 cent, excusantur tamen, vel quia per alios eas exer-
 cent, vel quia iam diu ita inter nobiles est consue-
 tum, & male meo videri, cum repugnet nobilitati,
 9 & militiæ. Nobiliter enim illum viuere, † nō dici-
 mus, qui in sordidis artibus versatur secundū *Tira-*
quel. dict. cap. 27. nu. 4. & quamuis Ioan. Gars. de Nobilit.
glo. 1. §. 1. n. 57. velit legem nostrā in aliis officiis, quā
 hic expressis locum nō habere, verius est contrariū
 per *tex. hīc. Item. 4. limita ex dictis in glo. sequenti.*

Ibi, No goze. Non enim debet gaudere priuilegiis
 10 *militiæ, illa abutens: plebeij enim decurionum ho-*
 noribus vtī prohibentur, † *l. honores. ff. de Decurio. &*
in Auth. de Defens. ciuitat. in princ. iuncta gl. obscuri. Col-
la. 3. l. nobiliores. C. de commerc. & mercat. lib. 10. l. nequis.
C. de Diruit. lib. 12. & alia plura per Tiraquel. allegata de
Nobilit. c. 27. nu. 1. & iterum. c. 33. num. 1. & seq. Didac.
Perez. in l. 9. glo. 1. tit. 15. lib. 2. Ordina. & iterum in præ-
senti sub. l. 9. tit. 1. lib. 4. Ordi. col. 1357. & apud Roma-
 nos, & alios nobilitatem amittebāt vilibus officiis
 vtentes, vt & per *Plazam de delictis, cap. 1. nu. 9. Quod*
 intellige procedere, & verum esse: (prout nostra. l.
 loquitur) in nobilitate accidentaliter ex priuilegio
 Principis concessa: hæc enim perditur per exercitiū
 artium vilium, tempore quo tales artes, & officia
 11 vilia exercentur, secus vero in nobilitate naturali à
 progenitoribus † deriuata, hæc enim non perditur
 etiam dum talia exercentur officia, & mercantiæ,
 non est enim tãto honore dignus, qui habet digni-
 12 tatem ex priuilegio, quãto is, qui eam suo sudore, †
 vel à progenitoribus acquisiuit secundum *Salicet. in*
l. fin. §. viros. C. vbi senar. vel clarif. & notat sic distin-
guendo Petrinus Vellus in Tract. de re milit. p. 7. tit. 3. nu.
38. cum sequent. & expressè sic legem nostram decla-
rat Auend. in Dictio. verbo, Cauallero. Priuilegio 3. &
Coar. in pract. c. 19. n. 7. & Baeca de inope debir. ca. 16. n.
33. cum 3. sequent. & Ioan. Gars. in dict. glo. 1. §. 1. nu. 57.
& 58. & Gutierr. lib. 1. Pract. quæst. q. 137. n. 18. vbi per
 illam quæstionem examinat, an per adeptionem ta-
 bellionatus perdatur nobilitas, & sic etiam decla-

rabis. l. fin. tit. 21. part. 2. & diximus etiam in l. 12. tit.
 12. *lib. 5. supra, & ratio differētiæ inter supradicta de-*
 sumitur ex dicto illo Archiepiscopi Valētini relato
 per *Sarmient. lib. 7. select. ca. 16. colum. 3. Nam qui ge-*
 nere ab antiquo nobiles sunt, magis splendescunt,
 nam sicut sanguine nobiliores, ita & ingenio hu-
 miliores, humanioresque sunt, & apud omnes ho-
 mines tractabiles, nec mirū, non enim ex hoc mag-
 nitudinis iacturam timent, radicamque cōspiciūt, illi
 verò, qui casualiter acquirunt, & ex priuilegio no-
 bilitatem quasi adhēticiam, & nouam in sua humi-
 liatione periclitari, pertimescunt, faciliusq; posse
 ab hominibus contemni, & ided à sordidis, & hu-
 milibus artibus sunt abstinēdi, vel dic melius, quia
 illa, quæ priuilegio acquiruntur, quasi leui filo pē-
 dentia sunt, & ided ob quamlibet sordiditatem amit-
 tuntur, illa verò, quæ radices habēt, nihil eis nocet
 ars sordida, quin semper nobilitas radicata non sit,
 & per consequens non perdenda ex qualibet causa,
 qua prima perditur militia, & nobilitas.

Ibi, Que nos embiaremos allamar alos hi jos dalgo de
nuestro reyno, Tūc desumitur veram esse propositio-
 nem, quam alibi dixi, scilicet, quod nobiles specia-
 li iussu regis sunt ad Bellum vocandi, neque suffice-
 ret iussus generalis, in quo alij non nobiles voca-
 rentur, imò & quantumcunque nobiles vocarētur,
 adhuc aduocati ire non tenentur, nisi alio speciali
 iussu vocentur, vt dixi in *l. 16. ritu. 7. lib. 3. supra num. 3.*
 Requiritur tamen, vt probeatur vocatio ad hoc, vt
 pœna imponatur nō cuncti ad bellum, † aliter enim 13
 nisi probeatur, non præsumitur vocatus, vt optimè
 per *Burgos de Paz. consil. 46. num. 5. & 6. volu. 1. sic legem*
nostram declarando.

S V M M A R I V M.

Actus agentium operatur solum in agente bene dis-
posito. num. 1.

Infamis non potest esse Doctor, quia Doctori est ho-
nor. nu. 2.

Militia est Dignitas. n. 3.

Bellum omni iure permissum est pro tuitione rerum.
nu. 4. & 5.

Lex quarta.

S V M M A R I V M.

Deinceps homines boni tributarij in milites non
ordinentur, neque eligantur, & electi ab hinc retro
decem & octo annis contribuant sine obstaculo qua-
rumcunquem literarum.



*I*bi, NO CABIENDO EN ELLOS LA TAL
 DIGNIDAD. Honor enim his, qui sunt ca-
 paces honoris, debetur, quia actus agen-
 tium operantur tantum in agente bene
 disposito † secundum *Philos. 2. de anima, & probatur*
 1 *in l. 2. ff. de stat. homi. & in ca. venerabilem, vbi colligitur*
 de electio. tributariis vero, & debētibus tributū no-
 bilitas repugnat, ergo eis nō est cōcedēda, nā qualia
 sunt subiecta, talia debēt esse prædicata, aliter enim
 duo

duo contraria daremus in eodem subiecto contra l. 1. *C. de furt.* & sic etiam prædicatum, scilicet, honor non esset dispositum ad subiectum, nam homo, qui est subiectum, habet iam prædicatum tributi, quomodo ergo poterit habere subiectum contrarium, cum soluere tributa, & non soluere contrarientur, & ideo bene dicit *text. in l. neque famosis. C. de Dignitat. li. 12.* & quos scelus, aut vitæ turpitudine inquinat, & quos infamia ab honestorum cœtu segregat, dignitatis portæ patebunt? faciuntque dicta per *Lucam de Pen. in l. unica. C. de professor. qui in urbe. col. 3. li. 12.* quod infamis non potest fieri Doctor, quia Doctori est honor: sed quot hodie repelleretur ab hoc, si vera inquisitio fieret, sed præualet nûmorum solutio inquisitioni verè & rectè faciendæ: & ideo iure optimo inquit, *text. hic. No cabiendo en ellos la tal dignidad.* Vterius ex his verbis notandum est militiâ esse dignitatem, nam cum lex nostra præcedentibus de militibus, & militia dictum sit, & in hæc eam, ut dignitatem non esse concedendam iis, qui ea indigni sunt, statuitur, clarissimè probatur nostrum assumptum, scilicet, militiam esse dignitatem, cum militiæ summa laus sit, ut habetur in *cap. summa. in iur. & in fine. 33. q. 1. & Seneca in Hercule furentis tragedia prima, omnis (inquit) in ferro est salus*, ideo dicitur bellum omni iure Diuino, naturali, & gentium protectione rerum suarum permissum esse & secundum *Paul. consilio. 33. & dicit text. in cap. militare. 33. q. 1.* quod militare, non est delictum, quoniam plures fuerunt milites à Deo approbati, ut *Dauid*, de quo dicit *Deus, Inueni hominem secundum cor meum*, & de pluribus alijs, de quibus habetur *Regum. 1. 2. 3. & 4. & Machabao. 1. & 2.* ut hæc, & alia in laudem militiæ adducit *Cassan. in Catalo. glorie mundi, in 9. part. considerat. 3. & 11. & in initio illius. 9. partis.* & sic est hæc text. contra *Bart.* & magis communem opinionem & dicentem militiam non esse dignitatem, de qua per *Didac. Perez, & relatos ab eo, in l. 1. tit. 1. lib. 4. Ordin. col. 1324 cum duabus sequentibus. & glo. Son mas, in l. 1. tit. 21. part. 2.* & ita legem sequentem ad hoc notat idem *Didac. Perez, in l. 7. titu. 1. lib. 4. Ordin. col. 1355: & nouissimè Humada, in l. 1. tit. 21. p. 2. in gl. 6. nu. 4.*

Ibi, *Aunque sean dados de nuestro proprio motu y cierta sciencia, y poderio Real absoluto.* Vide de his tribus clausulis, quæ in simili dispositione diximus in l. 3. num. 1. cum 12 sequent. tit. 14. lib. 4. supra, quæ hic referte, superfluum esset.

Ibi, *Qualesquier clausulas derogatorias y abrogaciones.* Vide, quæ circa hæc verba diximus in l. 1. numer. 34. cum sequent. tit. 14. lib. 4. supra. Notandumque est legem nostram, & tres præcedentes loqui in militibus armatis, legem vero sequentem in militibus, *De spuela dorada*, ut diximus in l. 1. supra isto titu. & lib. & de reuocatione harum nobilitatum facit *Orator. de nobilit. 4. pa. ca. 4.* quandam longam relationem.

S V M M A R I V M.

Subreptio & obreptio quid sint. n. 1.
Solemmitates conuenientes militibus De espuela dorada. n. 2.
Milites nostri temporis an gaudeant privilegijs militaribus. n. 3.

Lex Quinta.

S V M M A R I V M.

Nullus est ordinandus, neque eligendus in militem, nisi per manum Regis (Suple) vel Reginae, vt in l. sequenti vel cuius illi commiserint, vt diximus in l. 1. supra isto tit. & lib glo. Pbr el.

Ibi, T O D A OBRECCION, O SVBRECCION, Quid sit obreptio, & subreptio, & effectus earum & vltra Doct. in locis ordinarijs, vide *de Menoc. de arbitr. iud. casu. 201. & 202.*

Ibi, *Por nuestra mano.* Suple, vt in sumuario huius l. dictum est, supplendum.

Ibi, *Que cabe en el la orden y dignidad de la caualleria.* Vide, quæ diximus in l. præced. in glo. 1.

Ibi, *T que el tal vele las armas.* Ex his verbis & sequentibus apparet, legem nostram loqui in militibus calcaris deaurati, vulgo, *Caualleros de espuela dorada.* hæc enim solemnitates eis conueniunt, ut apparet & ex l. 13. & 14. titu. 21. part. 2. tradit *Garsia de Nobilit. glo. 1. §. 1. n. 5. 2. cum tribus sequentibus. diximus in dict. l. 1. supra isto titu. & lib. vbi & in quo differant ab illis, de quibus in tribus legibus præcedentibus differimus, & an milites nostri temporis gaudeant priuilegijs militaribus, & vide per *Auend. in Dictiona. verbo. Cauallero. & Didac. Perez in l. 1. titu. 1. lib. 4. Ordin. col. 1318. versic. Ex quibus cum duabus sequentibus columnis, vbi col. 1320. id per duas conclusiones resoluit.**

S V M M A R I V M.

Priuilegia quæ habet Rex, habet & Regina. num. 1.
vbi declaratur, & nu. 2.

Lex Sexta.

S V M M A R I V M.

Rex, & Regina, & non alij possunt milites ordinare.

Ibi, Q V E SOLOS NOS: Ex his notat *Compiler* in sumuario, ex eoque, quod lex nostra condita fuit à Regibus *Ferdinando*, & *Elizabeth*, & ex fine nostræ. l. quod ipsa Regina, sicut Rex potest milites constituere, & ordinare, & hoc nimirum, nam priuilegia, quæ habet Rex, habet & ipsa & Regina. l. *Princeps. ff. de legib. & in l. 3. C. de Præpo. sac. cubi. lib. 12. facit. l. Bene à Zenone. C. de quadrien. præscrip. l. fisci cum sequentibus. ff. de iure fisci, & optima. l. 7. col. penul. tit. 2. part. 1.* Quod verum esse, inquit *Lucas de Pen. in dict. l. 3. de priuilegijs, quæ mulieri conueniunt*, & quæ nullum vel modicum parant præiudiciu, ut refert & sequitur *Carol. de Grassal. li. 1. Regal. Franciure. 18. in princ. vbi inquit, quod non potest cõdere legem, & familia mulieri non conueniẽtia, quod ego intelligo, nisi & ipsa Regina esset, & nã tunc hæc facere posset, eo quod tunc habet administrationem cum Dignitate, ut inquit *Carol. de Grass. vbi supra*, prout fuit Regina *Elisabet* conditrix huius. l. cum marito*

marito suo Ferdinando, nam administratio Regni de iure Reginae propriae pertinet, ut diximus in l. i. tit. 3. lib. 2. supra num. 7. & tunc cum administratione trāseunt omnia Regi competentia in suo regno, in Reginam in suo, & secundum hanc supradicta intelligerem Imo & ille, cui Rex comiserit, poterit milites creare, ut diximus in l. i. supra eod. cum qui per alium facit, per se ipsum facere videatur, & omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur, inquit Imperator in proemio. C.

Ibi, *Leyes de Parrida*. Quas in l. precedenti retulimus, & in l. i. supra eod. quae quoad illas solēnitates ex l. nostra cessant, ut ex verbis sequent. clarē patebit.

S V M M A R I V M.

Privilegium non requirit scripturam pro substantia, sed pro probatione. num. 1. nisi ut ibi. num. 2. & num. 4.

Verbum (fiat) ab ipso Principe prolatum est maioris potentiae, quam si à consiliariis camerae procederet. nu. 3.

Privilegij causa concessi à Rege ad ipsam pertinet. n. 5. Vbi num. 6. quod & dubitatio de confirmatione ad ipsum Regem pertinet.

Lex Septima.

S V M M A R I V M.

Ad probandum aliquem esse militem armatum non sufficit testimonium militiae, sed privilegium ipsum est necessarium.

- I** BI, PARA PROBAR. Ex his nota, quod privilegium, ut valeat, non requirit scripturam pro substantia, † & validitate eius sed tantum pro probatione, quia ab ipso ore principis valet, & tenet, & est validum, & firmum, & perfectum, secundum Felin. & Dec. in Rubric. de constit. & Bald. in l. humanum, C. de leg. Boss. in pract. tit. de principe, & priuil. eius num. 293. optime per Socin. consil. 1. num. 3. & 4. lib. 3. & Ioann. Gars. in Commento de Nobilit. glo. 6. numer. 38. versi. his tamen non obstantibus, cum sequent. fol. 138. & ante eum Molin. optime de Primogeniis lib. 2. c. 7. nu. 52. cum pluribus sequentibus, vbi num. 57. id declarat, procedere, nisi gratia concedatur, ut possit aliquid fieri: nam tunc literarum expeditio requiritur, ut fieri possit, † aliter enim ab ipsa Principis concessione valida est gratia, & privilegium, ut & probatur ex l. 6. 7. 8. & 9. ti. 18. part. 3. Ibi, *E porque esto sea firme, e non venga en dubda di le esta carta*. Et sic statim, quod conceditur privilegium exceptionis, effectum sortitur, quod iterum declaro, si ab ipso ore Principis concessio fiat, secus vero si ab eius primariis consiliariis, qui vulgo dicuntur, *De la camara*, quod non debet esse tantae virtutis, & efficaciae, prout verbum (Fiat) prolatum ab ipso Principe,
- 2** † prout in proposito, inquit Molin. vbi supra, num. 59. cum sequentibus aliquibus, eo quod tunc secundum eum requiritur subscriptio Principis, & antequam ipse subscribat, non sortitur effectum tale privilegium, & gratia à dictis consiliariis concessum, praesertim

cum inter os & offam, ut est proverbium, multa possent accidere, propter quae Princeps non concederet.

Ibi, *No baste que tengan solamente testimonio de la cavalleria, sino que muefren realmente el privilegio que tuvieran para ello*. Nam quamvis, ut diximus, ad validitatem privilegij scriptura non requiratur, ad probationem tamen requiritur, & ostendenda est scriptura originalis, & realitatis privilegij, † prout ex nostro text. clarissime probatur, ut inquit Bal. in l. si qua per calumniam. nu. 5. C. de episc. & cleri. & in aliis pluribus locis relatis per Molin. vbi supra, numero 55. probaturque ex l. probatorias. C. de divers. offic. & appa. iud. lib. 12. ibi, non passim, nec licenter solis auctoritatibus, vel sacrarum militarium literarum exemplaribus, sed ex authenticis tantum factis probatoriis manu mea subscriptis, & ibi gl. ver. authenticon. c. porro. de priuil. vbi privilegium Papae est probandum per scripturam originalem, & ex l. 1. C. de mand. Princip. quibus iuribus, & aliis istam opinionem licet sub dubio late fundat Didac. Perez in l. 21. in gloss. Y assentados en nuestrs libros. titulo 4. lib. 3. Ordinar. col. 1452. cum tribus sequentibus. & Otalor. de Nobilitate. 4. pa. cap. 2. numero 5. vbi refert regiam scheidulam ad hoc missam iudicibus Regiis, & sic quoad nostram materiam militiae hanc testibus probari non potest, quod est optimum pro limitatione dictorum à Mascardo in 2. Tom. de probatio. conclus. 10059. miles. Et quomodo tunc si ostenso privilegio dubitetur de eo, ad Regem est eundum, quia causa privilegij concessi à Rege ad ipsum pertinet, † vide per Ioann. Garsia, vbi supra, gloss. 1. §. 1. nu. 1. fol. 38. & nume. 2. an inferiores possint cognoscere, imo & dubitatio de confirmatione † ad Regem pertinet declaranda, ut per eundem Garsiam, ibidem num. 66. & iterum nu. 31. & vide Otalor. de Nobilit. in 4. part. c. 3. per ratum.

S V M M A R I V M.

Legitimitas non operatur extra territorium legitimantis. nu. 1.

Rex in dubio iuri quaesito non vult praedjudicare. nu. 2. nu. 4. declaratur.

Declaratio Regis in praedjudicium iuris tertio quaesiti operari non debet. num. 3.

Privilegiatos citandos esse ad declarationem sui privilegij. num. 4.

Clementina, literis, de probatio. procedit in Rege. n. 5.

Privilegium subdito concessum per Principem per ipsum tolli potest sine causa. nu. 6.

Lex Octava.

S V M M A R I V M.

Privilegia exemptionum concessa ab Imperatore tanquam Imperatore subditis, & naturalibus huius Regni solum sortuntur effectum in Imperio, & non extra, neque in his Castella Regnis.



I BI, EN LOS LUGARES QUE SON DEL DICHO IMPERIO. Nam extra ex defectu voluntatis, & intentionis, ut in glo. sequenti patebit, non censetur militiae dignitatem, & exem-

& exemptiones concessisse Imperator. sicut & in legitimatione asseritur per *Alex. consi. 67. lib. 1.* & per alios relatos per *Pelaez de Maiorat. 1. part. quest. 58. n. 10.* quod legitimatio non operatur effectus extra territorium † legitimantis, prout hanc frequentiorum testatur esse opinionem *Oros. in l. fi. n. 2. 3. & 4. & 6. col. 597. ff. de iurisd. omn. iudic.* & faciunt etiam dicta per nos in *l. 19. titulo 25. lib. 4. supra,* & per *Felin. in cap. si cautio. nu. 16. de fide instrum.* contra hanc tamen nostri text. conclusionem plura adduci, possent ex dictis per *Paris. consil. 1. num. 5. cum sequentibus pluribus volum. 2. & per Tiraquel. de Nobilit. cap. 6. num. 26.* vbi in propriis terminis allegant in contrarium dictum quoddam Innocent, & pateret clarius, si fatemur, prout omnino fatendum est, Imperatorem inuictissimum Carolum Quintum tunc temporis, & semper fuisse Regem Castellæ, sicut fuit Imperator Imperij à tempore electionis, itaque sicut in Imperio hæc potuit concedere, sic & in Castella, & nisi haberemus legem nostram, sic esset fatendum, scilicet, talia priuilegia in omni territorio, & dominio, & Regno ipsis Imperatoris valere, sed quia lex hæc est in contrarium, quamuis dura, seruanda est, prout inquit *Bald. in l. prospexit ff. qui, & à quibus,* in aliud propositum.

Ibi, *Porque esta fue y es nuestra intencion al tiempo que los concedimos, o concedieren.* Ita quod non ex defectu potestatis, sed intentionis in Imperio solum, & non extra, dicta priuilegia sortiri debent effectus, quasi noluerit Imperator, Castellam, & Hispaniam, quæ non subest Imperio, sub simplici concessione priuilegij in Imperio facta, & tanquam ab Imperatore concessa Hispaniam liberam ab imperio comprehendere, nisi expressa de ea mentio fieret. Sed cum iam ex iis priuilegiis sit quæsitum ius priuilegiatis, quomodo in iure quæsitum potuit præiudicari, cum Regem in dubio † iuri quæsitum præiudicare, nolle, dicendum est, *l. 1. §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. publ. & ex aliis pluribus per nos allegatis in l. 14. tit. 3. lib. 1. supra,* & alibi sæpè, & præsertim cum habeamus, quod quando declaratio Papæ, vel Imperatoris, aut Regis præiudicat iuri tertij alicuius iã quæsitum, non credendum videtur eius declarationi, imo tunc non procedet *tex. in Clem. literis. de probat. † ut per Abb. in c. 1. in fi. de sagittariis. per Paul. Cast. in l. hæredes palam. §. si quid. nu. 4. ff. de testam. & consil. 338. & 357. n. 5. lib. 1. Late Decius in l. 1. C. de impub. & aliis. n. 3. & in c. fi. nu. 13. de constit. & consil. 114. nu. 5. Gome. de iure quæsit. non tollèd. q. 3. & ibi Rebuf. glo. 1. Grammat. decis. Neapol. 64. nu. 14. & decis. 65. num. 10. & 11. Ancharr. consil. 398. Aymon consil. 282. Alex. consil. 11. numero 14. lib. 7. & per alios relatos per Mascard. in 1. Tomo de probat. conclu. 141. & conclu. 139. nu. 14. Francis. Becius hos, & alios adducens consil. 3. nu. 44. cum sequent. vbi tales declarationes iniquas, & iniustas appellat, imo & quod plus est, quod ibi nu. 45. & 79. id ampliat, procedere in lege, vel constitutione, vt non trahatur ad præterita in alterius, cui fuit iam ius quæsitum, præiudicium, quomodo ergo in præsentem declaratio hæc fieri potuit? & præsertim cum ad hanc declarationem faciendam nõ fuerunt ciuitati priuilegiati ij, prout citandos † esse, asserit *Maria. Socin. Iunior. consil. 100. num. 22. cum quatuor sequent. volu. 2. & faciunt dicta per Peratr. in Rubri. ff. de legat. 2. num. 5. & 6.* Et vt legiflatorem ab his impugnationibus defendamus, dicendum est, declarationem hanc fieri potuisse, &*

deklaranti credendū, vel quia erat dubium de mente Imperatoris, an voluerit extra imperium priuilegia illa cōcedere, & ideo dubiam mentem potuit declarare, & in hoc casu ei creditur secundū supra dictos doctores, maxime *Abb. vbi supra,* & *Becium, vbi supra. nu. 45.* vel quia Imperator voluit hic cōdere legem generalem, vt sic priuilegia ab Imperatore in imperio concessa, tantum quoad imperium intelligatur, prout patet ex verbis nostræ legis, ibi, *Concedimos, o concedieren:* per quæ verba nõ solum videtur, Principem voluisse declarare, sed etiã de nouo statuere, secundum glo. in *Clement. literas. verb. decernimus. de Præbend. & habetur in cap. decernimus. de iud.* & per consequens legem condendo sic potuisse, & sic cessant supradicta: vel melius, quia id, quod dicitur, Regem non potuisse tollere ius quæsitum, procedit in dubio, tamen si id vult, potest, vt diximus in *l. 2. tit. 14. lib. 4. supra. n. 43. & Menoch. de præsumpt. Tom. 1. lib. 2. præsumpt. 10. n. 24. & 25.* & præsertim cū causa, vt hæc, eo quod priuilegia illa erant damnosa huic Regno, & in præiudicium bonorum hominum, & ideo restringenda, vt non intelligerentur concessa extra Imperium, vbi concessa fuere, vel si tanquam Imperator concedit, nam tunc extra terminos, & potestatem Imperatoris concedere, nõ videtur, præsertim in aliorum præiudicium, & tunc cum dubiū est, vel de Principis voluntate constat sic volentis declarare, de sua potestate non est dubitandū, imo ei credendum, nam & dicta *Clement. literis. de probat.* & eius dispositio procedit etiam in Rege † non recõgnoscente superiorem, vt per *Suarez allegat. 6. col. antepen. in fine. & alleg. 8. col. penult. in medio. in antiquis quidquid Cardin. in Clem. Pastoralis. q. 2. de re iud. in prin. relatos per Franc. Mari. decis. Delphinat. 779. n. 9. vbi per totam illam decisionem tractat de dicta Clementina. literis, & Domin. consil. 15. & 53. col. fi. relati per Mascard. vbi supra, in conclu. 139. n. 10. & 11. ex quibus iustificatur optime decisio nostræ. l. & intentio legislatoris: & præsertim quoties contra subditum declarationem facit, nam tunc ei creditur secundum *Ruinum consil. 103. col. 5. & sequenti. volum. 5. & Mascard. vbi supra dicta concl. 139. nu. 12. & 13.* nam subdito potest tollere priuilegium ei concessum etiam † sine causa regulariter, vt diximus in *l. 1. & 2. tit. De las donaciones. supra lib. 5. & à fortiori poterit priuilegium interpretari, & declarari per Imperatorem illud concedentem.**

Lex Nona.

S V M M A R I V M.

Arma, & equi militum & nobilium non sunt capienda pro executione, vel pignore debiti alicuius, nisi pro tributis Regi debitis.



Bi, No sean prendados. ni tomados. Vide, quæ latissimè in hac materia, diximus in *l. fin. tit. 21. lib. 4. infra num. 42. cum pluribus sequentibus.*

S V M M A R I V M.

Tenor Priuilegij inspiciendus ad sciendum an sint realia personalia vel priuilegia. n. 1. Societas dicitur perpetua, quæ durat ad vitam sociorum. num. 2.

Lex Decima.

S V M M A R I V M.

Priuilegia militum, & nobilium seruanda sunt.

NBi, SE AN GVARDADOS LOS PRIVILEGIOS. Decet enim concessum à Principe priuilegium esse mansurum, *ex cap. decet. de regu. iur. in 6.* sed dubitabile est, num in propositum durabunt in perpetuum priuilegia, vel an ad tempus, ita quòd dicantur realia hæc priuilegia, † an verò erunt personalia, ita vt cum persona extinguantur. Et in hoc dicendum est priuilegij formam, & tenorem esse inspicienda, aliter enim ex lege nostra mortuis illis militibus, quibus conceduntur priuilegia, extinguuntur, & nò ideo minus dicitur, decere, concessa à Principe priuilegia esse mansura, & sic lex nostra in realibus, & personalibus lo-

quitur priuilegiis, si nò ante mortem eius, cui conceduntur, vel ante tempus præstiturum reuocetur, nam & societas dicitur perpetua, quæ durat † ad mortem sociorù. *l. 1. ff. pro socio.* & perpetuū dicitur, quod conceditur ad beneplacitum cōcedentis. *c. fin. de rescript.* & manere dicitur, quod confertur vsque ad tempus mortis. *Corn. consi. 2. 3. n. 5. lib. 3.* & sic nihil occurrere potest, ob quod non dicatur, nò manere beneficium personale, & per cōsequens legem nostrā in personali, sicut in reali procedere inquit optime, *ibi Petr. Peki. n. 4.* vbi cum sequentibus illam regulā ampliat.

Ibi, *De premia y alarde y de guerra.* De quibus diximus in *l. 1. supra isto titu. & lib. & in l. preced. 3. supra eod.*

Ibi, *Segun.* Hæc dictio (segun) Latine, secundum, vt, vel, prout, vel, sicuti, an ster conditionaliter, causatiuè, vel, relatiuè, diximus in *l. 1. verbo, Segun. supra isto titu. & lib.*

¶ Leges sequentes sunt leges locales, & tales, quæ non indigent declaratione, & sic transeo ad sequentem titulum, vtilem, & necessarium in practica.



TITVLO SEGVNDO

De los Hijos Dalgo.

S V M M A R I V M.

DE nobilitate plures adsunt tractatus. *nu. 1.*
 Nobilitatem aliqui ab angelis & astris numerant. *num. 2.*
 Ordo quidam adest omnibus in rebus. *num. 3.*
 Ordo & superioritas datur etiam in hoc mundo inter, Reges filios & uxorem eius. *nu. 4.*
 Filius Regis in eius vita Rex vocari potest. *nu. 5.*
 Inter artifices etiam datur hæc superioritas. *nu. 6.* & inter animalia. *nu. 7.*
 Nobilitatem alij dicunt ab Abel, & Cain processisse. *num. 8.*
 Nobilitatem à filiis Noe processisse fuit alia opinio. *num. 9.*
 Diluuium generale aquarum quo anno. *nu. 10.*
 Nobilitatem tempore Amazonum incepisse. fuit alia opinio. *num. 11.*
 Nobilis dicitur quasi præ aliis in virtutibus notabilis. *ibidem.*
 Discolia plebium fuit vna causa, tempore Amazonum eligendi nobiles. *num. 12.* & *num. 13.* ponitur alia causa, scilicet, ex fortitudine. & numero 41. quarta causa.
 Stirpes, in paganismis nobilium raro perpetuatæ fuerunt ob superbiam eorum. *n. 15.*
 Nobilitatem nemo vnquam odio habuit. *nu. 16.*
 Nobilitas ab antiquissimis procedit temporibus. *nu. 17.*
 Nobilitas iure diuino canonico civili & Regio ap-

probata est, & apud quam plures nationes, vt à *nu. 18.* vsque ad 27. exclusiue.
 Nobilis in beneficiis & patronatibus præferendus ceteris paribus. *nu. 20.* & 21.
 Nobilitatis priuilegia remissiuè. *nu. 22.*
 Nobilitas etiam in secularibus, etiam dignitatibus dandis consideratur. *nu. 24.*
 A quibus gentibus sit nobilitas approbata, & quomodo. *num. 26.*
 Familia nota nobiles reperiuntur à sui initio & fundatione. *n. 27.* prout in Cantabria & Asturiis.
 Articuli in causa nobilitatis formandi sunt secundum locorum diuersitatem. *nu. 28.*
 Nobilitas quotuplex sit. *n. 29.* vbi plures referuntur opiniones. & *num. 30.* quæ videtur congruentior Autori.
 Nobilitas Theologica & supernaturalis quæ sit. *n. 31.*
 Nobilitas summa apud Deum est, esse quem clarum virtutibus. *num. 33.*
 Nobilissimum vnumquemque virtus reddit & facit. *nu. 33.*
 Virtutem nobilitati generis anteponendam. *num. 34.*
 vbi. *n. 35.* quis merebitur virtutis palmam.
 Nobilitas naturalis duobus modis consideratur. *n. 36.*
 Nobilitas est quid accidens non vero quid naturale. *num. 37.*
 Nobilitas politica & civilis per vulgares intelligitur cum de nobilitate tractatur. *nu. 38.* & est triplex, vt *num. 39.*

- Nobilitas perfecta non est, quæ incipit. n. 40.*
Nobilitas diminuta & perdita, quæ sit declarat Autor. num. 41.
Nobilitas quid sit, & unde deriuetur. nu. 42. & 43. remissiuè referuntur in hoc 26. opiniones.
Nobilitas à verbo Italo deriuetur, ibidem, & nu. 44. & 46. diffinitur optime.
Nobilitas & Dignitas non sunt idem nu. 45.
Nobilitas quibus ex causis, titulis & modis acquiratur. n. 47. vsque ad 82. inclusive.
Princeps est qui nobilitat, & qui ignobiles facit. numero 48. & 49. refertur in propositum dictum quoddam Solonis & num. 51. cum. 6. sequentibus ampliatur.
Rescripta de nobilibus loquentia de creatis à Principe intelliguntur. nu. 50.
Principi plura esse peculiaria remissiuè referuntur. num. 63.
Nobilitas à sanguine acquisita declaratur. n. 64. cum 3. sequentibus filius præsumitur talis qualis fuit Pater. n. 65.
Nobilitas generis ex parte Patris non vero matris consideranda. n. 66. neque valet statutum in contrarium. numero 67. sed quòd aliquando consideratur.
Nobilitas à scientia etiam procedit. n. 68. cum. 10. sequentibus. & n. 78.
Literati & scientifici sunt multum laudandi. nume. 69. & num. 70. quòd scientia civilis nobilissimum facit.
Ignari non merentur homines appellari, sed imagines hominum. n. 71.
Plures ob scientiam nobilitati remissiuè. n. 72.
Doctores legum nobiles dicuntur. nu. 73. vbi aliqua inferuntur.
Egregia persona est Doctor & ad eum mittitur sicut ad egregiam personam. n. 75.
Doctoratus est Dignitas. num. 74.
Doctores vocandi sunt Domini & Patres et amici principis et non fratres. n. 76.
Inter Doctores sunt illi præferendi, qui libros composuerunt. num. 77.
Nobiles ex scientia an sit præferendus nobili ex genere. 79. cum tribus sequentibus.
Doctor dicitur nobilior quam qui est nobilis genere. num. 80.
Nobilitas etiam à virtute acquiritur et hæc nobilior. num. 82.
Nobilem se appellanti incumbit onus probandi. num. 83. et 84. et n. 85. ampliatur.
Leges. 7. et 8. titu. 11. lib. 2. Recopil. non excludunt alios probandæ nobilitatis modos à iure civili inductos in locis liberis. nu. 86. vsque ad numerum. 107. latissimè comprobatur.
Probationes ampliandæ non verò coarctandæ. numero 87.
- Transgressor legis impossibilitatem inducentis non est culpandus. nu. 88.*
Lex vbi vnum disponit et alterum præsupponit vt habeat locum dispositum debet verificari præsuppositum. n. 89.
Cum idem resultat effectus, sufficit quid ex æquipollentibus fieri. numero 90. et numero 91. ampliatur.
Ratio est coniunctio diuersorum casuum ad eundem finem tendentium. n. 92.
Plura vbi eadem habent rationem, cum de vno tantum fit mentio videtur fieri exemplariter, non verò restrictiuè. nu. 93.
Verba legum. 7. et 8. tit. 11. lib. 2. supra, Reales y concejales, gratia exempli posita censentur. nu. 94. et 95.
Nobilitas probari potest in locis liberis per aliquem actum distinguendum nobiles à plebeis etiam si non sit tributorum. n. 96.
Auis solus si fuit in reali possessione nobilitatis et filius eius et nepos vixerint in loco libero, censetur continuata aui possessio, vt per eam conseruetur nobilitas in eis. n. 97.
Nobilis ita potest conqueri de turbantibus suam nobilitatem quocunque modo, sicut cum pignora capiuntur. nu. 98.
Lex generalis non extenditur ad locum vbi qualitates eius verificari non possunt. numero 99.
Lex non est ita præcisa quin non recipiat moderationem à tempore, loco et persona. numero 100.
Syllaba vna in legibus interpretandis non debet stare ociosa. nu. 101.
Lex non videtur quicquam frustra inducere. numero 102.
Quoties de antiquarum legum abrogatione agitur, solet signari verbis expressis, aut præfatione honorifica. nu. 103.
Lex generalis casus speciales non comprehendit. numero 104.
Dispositio de vno casu ad alium non extenditur, vbi adest diuersa ratio. num. 105.
Dispositio se restringens aut intendens ad vnum genus personarum, non extenditur ad alias personas. num. 106.
Sed in præcedentiã probatur possessorium & petitorium. num. 107.
Text. in cap. 1. vt litependent. procedit circa honorem etiam in possessorio. nu. 108.
Originarius Cantabricus distinguitur à non originario quo ad nobilitatem. nu. 109.
Exteri à nostro Regno an gaudeant nobilitate sua in eo. 110. et 111. id dicitur fuisse factum et visum pluries.
Cantabri sunt Antiquissimi. nu. 112.

- Nobilitas probatur ex antiquitate, quæ dat Dignitatem. n. 113.*
- Dignitatem qui prius acceperunt præferendi sunt. num. 114.*
- Privilegia quinquaginta antiquitatis, remissive. num. 115.*
- Nobilitas antiqua causatur ex usu tanti temporis cuius memoria in contrarium non extat. numero 116.*
- Antiquior quò quis est, eò maior & nobilior. numero 117.*
- Omnis immemorialis dat possidenti ius plenissimum. n. 118. & sic de iure communi nobilitas non alio modo probari poterat, ut n. 119.*
- Non intelligitur de nobili genere, nisi qui probauerit à maioribus habuisse. n. 120.*
- Consuetudo immemorialis non requirit Actuum probationem. nu. 121.*
- Scientiæ & patientiæ probatio non requiritur in immemoriali consuetudine. n. 122.*
- Lex 8. tit. II. lib. 2. supra loquitur incertis eius partibus in possessorio. nu. 123.*
- Lex ista. 8. dum de proprietate loquitur confirmat l. 7. præcedentem. n. 124.*
- Verbum Sum, es, fui, denotat proprietatem. numero. 125.*
- Minor probatio requiritur in possessorio nobilitatis probando quam in petitorio. numero 126.*
- Lex. 7. tit. II. lib. 2. supra in versi. Es nustrâ merced. quomodo intelligatur. n. 127.*
- Lex. 8. ibidem in versic. Y otrofi, si alguno, intelligitur. n. 128.*
- Actus positivi non requiruntur in immemoriali nobilitatis probatione. n. 129.*
- Quare fiscus hodie data executoria in possessione nõ intentat proprietatem. n. 130.*
- Lex. 8. tit. II. lib. 2. versic. Pero si el abuelo. intelligitur in n. 131. & 132. aliud.*
- Nobilitas in locis liberis potest probari ex immemoriali possessione litigantis & suorum. numero 133.*
- Lingua Cantabriæ fuit Hispaniæ prima. numero 134.*
- Tubal in montes & partes Cantabriæ post diluuium deuenit. nu. 135.*
- Cantabria fuit tempore Octauiani Augusti Cesaris inuasa vi & armis. n. 136.*
- Prærogatiua alicuius provinciæ durat etiam ea dirupta. numero 137. etiam si alteri Regno sit vniuersa. num. 138.*
- Infanzones vocati in Hispania, in Italia vocantur Catani, & Valtafiores. n. 139.*
- Infanzonum in Cantabria multi adsunt. nu. 140. vbi ibidem præmaxime habent fundatam intentionem. num. 141.*
- Infanzones in Gothorum Regum ætate creditur initium habuisse, 142.*
- Immemorialis omnis supponit quia infinitum. numero. 143.*
- Lex Fori juzgo refertur in nu. 144.*
- Vassallos habere nobilitatem inducit inter eos. numero 145. & acquiritur Dignitas publica. numero 146. quòd si per modum inuestitura id detur à Principe in omni parte est nobilis, numero 147.*
- Infanzon, quid significet in lingua Tudesca numero 148.*
- Cantabrorum versus antiqui referuntur. numero 149.*
- Militia & militaria exercitia plurimum nobilitant, 150. vbi nu. 151. quòd statim quòd vnus est miles efficitur nobilis.*
- Tempore regis Roderici fuit Hispania à Mauris ingressa, & omnes se contulerunt ad partes Cantabriæ & Asturiæ. n. 152.*
- Mediolani sunt certa familia nobiles. numero 153.*
- Reprobatur assumptum quoddam Ioan. Garsia. num. 154. & 155.*
- Minores & leuiores probationes sufficiunt propter difficultatem antiquitatis. n. 156.*
- Continuata nobilitas naturaliter vel civiliter sufficit. num. 157.*
- Nobilitas probatur ex communi opinione & reputatione, num. 158.*
- Nobilis præsumitur, quem vulgus & communis hominum æstimatio nobilem reputat. numero 159.*
- Nobilitas non est quid naturale, sed aduentitium. numero 160.*
- Arbitrio iudicis est locus in causis nobilitatis. numero 161.*
- Aliquem descendere ex Iudaica vel Mahumetica gente per famam probatur. numero 162.*
- In dubio nemo præsumitur descendere ex infecta radice. 163.*
- Nobilium appellatione comprehenduntur, qui secundum communem æstimationem nobiles appellantur. num. 164. & 165. & num. 166. quòd huic probationi est standum interim quòd contrarium non probatur.*
- Pro nobilitate probanda non sufficit dicere quòd quis sit nobilis, sed & quòd talis vulgo reputatur. num. 167. & 168. quòd communis usus loquendi sic se habuit.*
- Nobilitas probatur per famam communem. numero 169. & nu. 173. vbi ibidem in probanda dignitate.*
- Testes de auditu admittuntur pro probanda nobilitate. num. 170.*
- Communis reputatio in locis liberis à tribus distinguens*

- guens nobiles à plebeis sufficit pro actibus distinctis. num. 171.
- Generalis probatio quod per particulares actus in loco libero distinguitur nobilis ab ignobili sufficit quoad hos & alios nobilitatis effectus. num. 172.
- Vna pars populi potest se super aliam reputare & qualificare ad distinguendam & inducendam suam nobilitatem. num. 174.
- Infanzonatus pro nullo delicto, etiam læsa maiestatis perditur. num. 175.
- Quicumque vult exheredare filium & ecclesiam facere heredem, à aliū querat quam Augustinū. nu. 176. Vbi an idem si fratrem.
- Dispositio ob iustas causas restringens patris potestatem etiam ad pias causas valet. num. 177.
- Lex prohibens aliquem testari favore alterius, etiam favore piæ causæ habet locum. nu. 178.
- Reputatio communis & antiqua nobilitatis in locis liberis & ubi aliter probari non potest non requirit actus distinguentes nobiles ab ignobilibus. numero 179.
- Casus dari potest ubi nobiles & ignobiles sunt excepti à tributis, & tamen potest dari communis reputatio circa vnos & non circa alios. nu. 180.
- Familie etiam in nostra Hispania adsunt notæ nobiles. num. 181.
- Nobilitas probatur in proprietate ex domo solariego. num. 182.
- Solarium nobilitatis quibus modis consideretur. num. 183. & infra.
- Tributum quinque morapetitorum quis nobilibus imposuit, & quis à soluendis eis liberauit. n. 184.
- Nobiles Hispaniæ cum à Principe præsumantur habere castra non est dubitandum eos habere nobilitatem. num. 185. Vbi. 186. de Dominis Hispaniæ in terris & extra differitur quid sit cum. nu. 187. & itidem. num. 188. quid apud Neapolitanos.
- In Cantabria & Montanis hodie solaría notoria etiam habentur domus habentium signa certa & antiqua. num. 189.
- Arbitrio iudicis relinquitur iudicare qui sunt nobiles, vel non. num. 190.
- Probans domum solariegam non tenetur probare esset ne provincia illa tributaria, vel non. numer. 191. & ideo tunc filius non perdit nobilitatem etiam si pater eam perdidisset in vita sua. n. 192.
- Genus Medionalis & Romæ sunt familie notæ nobiles. num. 193.
- Opinio auctoris quid sit solarium. numero 194. & infra.
- Nobilitas De solar ad similitudinem solarij dicta est. num. 195.
- Notorium quid sit. num. 196. & 199. Vbi nu. 200. quid dicatur manifestum.
- Nobilitas à personis non verò à rebus prædicanda est. num. 197.
- Incer notorios milites alij sunt plus notorij, scilicet, habentes solarium notorium & cognitum suæ originis. num. 198.
- Modi probandi nobilitatem ex vniuscuiusque provincie forma & modo constituuntur. num. 201.
- Gentilitia, familia, insignia, turris, Domus, & similia magis ad equestrem ordinem quam fidalgorum diriguntur. num. 202.
- Maioratus & primogenitura non est Dignitas. numero 203.
- Accidentia non possunt mutare substantiam. numero 204.
- Influens causa veluti sanguinis eiusdem est potentia in omni suo causato. num. 205.
- Proprietas nobilitatis in sanguine consistit. nu. 206.
- Nobiles & ignobiles usque temporibus possunt depingere arma in rebus suis. num. 207.
- Vassallos nullus habet neque possidet in Cantabria. num. 208.
- Nobilitas non inducitur ex solutione census in favorem eius, cui soluitur. num. 209.
- In generali locutione non veniunt habentia nomen speciale. 210.
- Verba interpretanda sunt ex verisimili intentione proferentis. num. 211.
- Res notabiles non veniunt sub verbis generalibus. num. 212.
- Nobilitas etiam probatur ex monumento siue instrumento, aut ex foro vel lege. num. 213.
- Tria nomina Democratia, Aristocratia, Monarchia designantur in num. 214. & quod in Cantabria verificantur.
- Vnione Regni vnius cum altero non amittuntur prerogative vni Regni. num. 215.
- Monarchia est optimus & præstantissimus status. num. 216.
- Monarchiæ omnes ab armis initium habuerunt. num. 217.
- Nobilitate quis gaudet propter nationem. nu. 218.
- Originarij Vizcainim habent pro se leges sui fori probantes nobilitatem. num. 219.
- Proœmium inducit causam finalem. nu. 220.
- Dictiones, quia vel quoniam, quid importent, numero 221.
- Verba legis narrativa allegari possunt ad decisionem causarum quoties intentio legis in verbis narratiuis consistit. num. 222.
- Verba narrativa ab antiquo lata, prout est. 60. annorum, disponunt & probant. nu. 223.
- Tempus antiquum sexaginta annorum est. numero 224.
- Vita nostræ tempus breuissimum est. num. 225.
- Ratio allegari potest pro lege quoties est vnica, & à Principe non impugnata. num. 226.
- Confirmans actum quando videatur dare de nouo. num. 227. & 237.
- Dispositio legis non ex tota, verum & ex eius singulis partibus inducitur. num. 228.

- Verba narratiua etiam ab alio quam à Principe propter se prolata probant & disponunt. num. 229. Vbi. num. 230. idem si per modum causæ, si Princeps in eis fundat intentionem suam.*
- Verba geminata ostendunt mentis & intentionis perseuerantiam, & inducunt plenum effectum & maximè sit triplicata sint, vt num. 231. 232. & 233.*
- Lex potest conferre & declarare nobilitatem in proprietate. num. 234.*
- Geminationis sexaginta duos effectus, remissive. num. 235.*
- Ratio finalis non solum non restringitur ad casus expressos, sed & ampliatur ad omnes illos casus comprehensos in ratione illa etiam in correctorijs & ociosis. num. 236.*
- Instrumentorum probatio euidens dicitur. numero 238.*
- Instrumentum est veritas probata non probanda. numero 239.*
- Leges non sunt iudicandæ postquam sunt constitutæ, sed secundum eas iudicandum. num. 240.*
- Nobilitas probatur etiam quoad possessionem ex legibus nostris Regijs vt. nu. 241.*
- Libelli principium super probanda nobilitate in possessione. num. 242.*
- Lex. 8. tit. II. lib. 2. declaratur. num. 243.*
- Officiorum medietas datur Beticæ nobilibus & hic est actus distinctiuus, ibidem sicuti in alijs locis alijs sunt constituti. num. 244.*
- Regula tantum præscriptum quantum possessum non procedit vbi generaliter præscribitur. numero 245.*
- Hominum status triplex est. num. 246.*

CV M superiori titulo de militibus dictum sit, nunc autem de fidalguis, vt ita Hispanicè loquamur, subsequitur titulus hic: Sed cum fidalgui antiquiores sint quàm milites, cum antea essent, ex illis enim milites creabantur, vt per *Otaloran de nobilit. 2. par. c. 3. num. 3.* quomodo prius de militibus titulus anteponebatur? faciliter respondebis, si dixeris quòd milites fidalguis præferuntur: sed obstabit, nam hoc verum esset, si milites ij ex fidalguis processerint, sed cum in titulo præcedente de veris militibus paucissimè agatur, sed de fictis & imaginarijs & ex priuilegio creatis, quomodo præcessit titulus proximus? dicendum est quia ibidem erat materia & titulus congruentior vbi de ijs agendum erat, ideo & de omnibus milibus actum est antequam de nobilibus simplicibus agatur in titulo nostro, in quo cum de nobilitate agendum sit per viam Epilogi, substantialiora in eius materia proponam pro declaratione nobilitatis, meliora & magis scitu digna ab scriptoribus colligendo, in hac enim materia, sicut & in multis alijs, in hac tamen præcipuè, nihil dici potest quod non sit antea dictum, verum enim uero flores omnium colligendo, per quinque quæstiones pro exornatione huius Rubricæ & tituli, sequentia declarabo.

PRima erit quæstio à quo tempore nobilitas fuit introducta, & originem habuerit, & de eius antiquitate, & quibus iuribus, Decretis, stabilimentis sit fundata & approbata, & in quibus Regnis, Dominijs & terris.

Secunda vero quæstio est quotuplex sit nobilitas.

Tertia quid est nobilitas & vnde deriuetur.

Quarta quot modis acquiratur.

Quinta quomodo probetur tam de iure communi quàm Regio, & ex ijs plura inferemus ad dominia, ciuitates & populos liberos à tributis, & alia in progressu conuenientia & vtilia inferemus.

ET quamuis de nobilitate plures adsint tractatus, vt ex *Tiraquel. de nobil. cap. 1. colligitur & eo relato Ioan. Garfia. de nobilit. in initio sui commenti ad. l. 8. titu. II. libr. 2. Recopil.* & nouissimè habemus nouum Tractatum, de Triplici bono & vera hominis nobilitate. Iacobi à Tapia ordinis militaris Sancti Iacobi de Spata, cõ-

ciue nostro. Ex quibus omnibus posset vnum integrum volumen constitui, & vnus post alium ab antiquioribus decerpfit, tamen vt breuitati consulamus meliora, aptiora & vtiliora in vnum colligimus Epilogum, vt præ manibus habeantur, & quia hic est aptior titulus ad hoc.

Et quoad primam quæstionem sunt qui altius nobilitatem

2 nobilitatem repetunt, nēpe ab Angelis † & Astris. Angelos enim alios aliis ordine superiores, vt late licet videre ex *Cassan. in Catalogo glor. mundi. 3. par. confide. 5. cum sequentib. aliquibus.* Astra quoque & sydera non ordine tantum, sed & virtute & potentia inter se longe dissimilia, ita vt alia quidem quasi imperiū exerceant, & reliquis splendorem afferant, & dignitatem, & sic *Genes. cap. 1.* dicitur quod fecit Deus duo luminaria magna, illuminare maius, vt præesset diei, & luminare minus vt præesset nocti: verū hæc opinio respectu superioritatis, & in quantum nobilitas superior est dignitas, considerari potest, non tamen respectu nobilitatis & ignobilitatis, nam quoad hoc, opinio hæc procedere non potest, in cælo enim omnia sunt nobilia illustrissima & excelsa, neque vlla ignobilitas considerari imaginariū potest, superioritas tamen secundum quod dictum est optimè datur, & danda est, nam vt in propositū inquit *Tiraq. de nobilit. cap. 37. nu. 158.* quasi præsentis hæc difficultatem dictæ opinionis, inquit, Ego quoque scio, omnibus in rebus † ordinem quædam esse nihilque rerum omnium, in quo non quædam nobilitatis, & præstantiæ maioria constituatur. Quis enim nunc nescit, quod pertineat Parabola illa D. N. IESV CHRISTI, apud *Matth. c. 13. de fructu. 100. & 60. & 30.* Diuis pro modo virtutum & meritorum constituto: Sic & in hoc mundo inter ipsosmet reges, vxorem & filios eorum, & Dños tēpotaes datur etiā superioritas † quædam & ordo, vt apparet ex eodem *Cassa. vbi supra. 5. p. considera. 27. & 38. cum aliquibus sequent. vbi in 41. confide. inquit,* q̄ & inter ipsos filios Regum primogenitus aliis superior est, quia sedet à dextris Patris sui, & in vita Patris Rex vocari † potest, vt ibidem hæc & alia ipse *Cassa. cōsiderat, sic idem in aliis hominibus & Dominis tēporalibus datur hæc superioritas & ordo.* Imò & inter sordidos illos opifices & artifices longam esse differentiam testatur consultus, in l. *Artifices. ff. de solutio. & itidem inter seruos, infimum genus hominum, is ordo constituitur, vt alius alio sit superior †, & vt maius quid dicam, nobilior, nā & seruus respectu serui potest dici Dominus, ex l. si seruus. ff. de peculio, notat *Tiraquel. de nobilit. cap. 8. nu. 4.* & imò inter animalia etiam datur quædam superioritas †, & inter arbores itidem & alias res inanimatas, vt inquit *Tiraq. dict. c. 37. numer. 158.* nullius quippè Vniuersitatis administratio gereretur, neq; subsistere posset, nisi eam magnus ordo differentiæ seruaret. *cap. ad hoc. 89. dist. ordines enim Dignitatum Deus constituit, non modo in hoc mundo, sed & in hierarchiis cælestibus angelorum, vt not. in Rubric. de maio. & obed. & vltra Cassan. notat Tyberius Decianus plura adducens, in respons. 21. numero 2. & 3. volu. I. & dixi ego in mea Curia Pisana, Tract. de Decurio. lib. 2. ca. 2. num. 11. cum sequentibus aliquibus, sed hæc parum ad vulgarem nostram nobilitatem pertinent, vt considerat *Tiraq. dict. num. 158.* ita vt hæc superioritas ordinis ad nostram nobilitatis & ignobilitatis speciē, de qua hic agimus, minimè conducatur. Ideò in hac quæstione fuit secunda opinio dicentium, nobilitatis & ignobilitatis discrimē ab Abel & Cain † processisse & initium traxisse, vt scilicet ille quandiu vixerit Patris nobilitatem retinuerit, hic ob perpetratum homicidium amiserit, quod & è nostris dixit *Barr. in l. 1. col. 4. versic. si ergo aliquis. C. de digni. lib. 12. & Tiraq. dict. cap. 37. nu. 157.* vbi & inquit q̄ cum**

postea omnes homines diluuiō perierūt, saluis tamē Noe & tribus filiis eius, Sem, Cham, & Iaphet maiorum virtutem & nobilitatem retinuerunt, & in posteris propagarunt: Cham ob nudum Patrem ebrium decisum, ea decidit, audiuitque Patrem, hæc, non sine bili pronuntiantem, Maledictus Cham, seruus seruorum erit fratribus suis: verum & hæc opinio secunda respectu vulgaris nostræ nobilitatis non satisfacit, vt ab Abel & Cain nobilitatem designemus, cum & in ipso primæuo eorum statu equales fuerint in genere & nobilitate, & licet ex delicto fratricidij Cain deciderit & degenerauerit à primæuo statu non videatur posse dari in eis nobilitatis nostræ & ignobilitatis discrimen, nisi tantum quoad virtutem & malitiam, prout & infra dicemus in quoduplici differentia nobilitatis in sequente quæstione declaranda: & sic videtur quod neque ab hoc tempore dici possit ortam nobilitatis nostræ originem: Ex quibus tertia fuit opinio aliquorum quod à filiis Noe Sem scilicet, Cham, & Iaphet †, ita vt à 9 descendentes à Sem, & Iaphet, qui operuerūt patris pudibunda, nobilitas deueniat, à Cham verò seruitus ob patris maledictionem, vt inquit *Bonus de Curtili, de nobilita. 3. p. num. 122. volu. 16. Tract. Diuersorum Doctorum,* qui & reprobat hæc opinionem. & ex dictis in præcedente refutari etiam potest. Ideò reperi aliam & quartam opinionem propositam in libro ætatum mundi & chronica earum cum figuris & imaginibus, ab initio mundi, fol. 20. ibi enim in secunda ætate incipiente à Noe post diluuium aquarum, quod fuit vniuersale, anno † sexcentesimo 10 vitæ ipsius Noe, à principio autem mundi secundū Hebræos, milesimo quingentesimo quinquagesimo sexto: & secundum septuaginta interpretes, quos Beda & Isidorus approbant, bis mille ducenti & quadraginta duo: post multum inquam tempus, in tempore Regis Ragau, qui fuit, vt ex libro isto colligitur anno mundi. 2773. Regnum Amazonum fœminarum inter Scithas & Albanos sumpsisse originem ferunt, nam dum hæc mulieres Amazones regnassent, & magnam partem Asiæ sibi subiecissent, in hisce temporibus fertur † nobilitatem introdu- 11 ctā pluribus de causis. Prima enim fuit necessitatis, crescente enim humano genere, cū homines ad malū proni essent, oportuit prohibere insultus prauorū aduersus bonos & ideò eligebatur aliquis vir bon⁹ iustior ceteris, atq; prudētior, qui cōmunitati præficeret, Virtuosos pro moueret, mediocres defēderet, & malos coerceret: hinc dictus est nobilis, quasi præaliis in virtutibus notabilis, vt & deciditur ex l. 1. titu. 21. part. 2. (sed pro dolor, nam si nobiles hodie sic essent eligendi & regulandi, quàm pauci possent in tales numerari) vnde Hieronym. nihil aliud vido in nobilitate appetendum, nisi quodd nobiles, quadam necessitate constringantur, nē ab antiquorum probitate degenerent. secunda verò causa † 12 fuit Discolia plebium, quæ rectum iudicium ignorabat, licet tamen inter se pacatè viuerent, nā ad dō hebetes fuerunt, quod nihil magni pendere maluerint, nisi quod vulgari opinione celebrabatur, vnde expediebat pro ipsarum pace conseruāda, vt ex natalibus nobilium Principes haberent. Tertia autem causa processit † ex fortitudine aliqua singulari, 13 nonnunquam enim communitates grauata ob incursus hostiles tale indultū sanxerunt, vt quicumque patriam à talibus liberaret, ius nobilitatis pro se & heredibus

hæredibus suis perpetuò obtineret, hoc modo plures esse nobilitatos legitur, & de ijs in nostra Hispania multæ sunt Domus ortæ. Et hac tertiã ex causa nobiles vocari, *Hidalgos*. retulit *Salazar*, in *Tract. de consuetudi. cap. i. nu. 105. cum sequentib.* Quarta causa ex abundantia ¶ diuitiarum sumitur, aliquando enim populares nimia penuria victualium attenuati tradiderunt se & sua alicui diuiti, vt hoc pacto malum inopiæ temperarent, vt eum deinceps velut nobilem & dominum recognoscerent. Inveniuntur etiam quædam nobilitates per diuinum oraculum institutæ, licet pauca, quarum aliqua permanserunt vt in *Dauid*, aliqua cito defecerunt, vt *Saul*, & *Ieroboam*, & quorundam aliorum, plurimæ quoque leguntur nobilitates per violentiam, & tyrannidem introductæ, quarum similiter aliqua statim destructæ, & penitus deletæ fuerunt: Alique stabiles permanserunt: Et nota, quòd secundum veteres historias rarò aut nūquam in Paganismo nobilium ¶ stirpes perpetuatæ fuerunt propter superbiam, & tyrannidem: multæ etiam apud Christianos propter eandem causam deletæ sunt, secundum illud *Ecclesiast. 10. Sedes ducum superborum destruxit Dominus, & sedere fecit, mites pro eis*: Item nota quòd nemo vnquam odio habuit ¶ nobilitatem, quia est bonum per se appetibile, sicut virtus aut religio, sed multi sancti eam fugerunt ob grande periculum, quod in ea latet, propter difficultatem maximam ipsi annexam, hoc satis in sacro propheta *Dauid* apparuit, quem ipsemet *Deus* tam peculiariter elegit: relinquatur ergo, quòd vix paucissimi ad rãtam sublimitatem idonei fuerunt. Hæc in dicto libro dicta sic retuli, quia præ manibus non habetur liber ille: vides igitur opinionum discordiam à quo tempore initium habuerit nobilitas hæc Politica & ciuilis nobilium: & ignobilium, sed vtrumque sit, vt inquit *Osalor. de nobilit. 2. p. cap. 4. num. 2. cum sequent.* ab antiquissimis temporibus ¶ nobilitatis discrimen inductum est & nobilitas approbata, & nobiles honoratos ultra alios esse: Idque vt ab antiquiori scriptura incipiamus, primo ex sacris literis comprobatur ¶ nam *Deutero. c. i. scribitur, tuli de tribus vestris viros sapientes & nobiles, & constitui eos Principes, tribunos & Centuriones*: Et *Eccles. 10. Beata terra, cuius Rex nobilis est*, aut vt alij exponunt, *filius nobilium*: & *libr. Machab. i. ca. 3. Antiochum Regem, scribitur. negociis suis præfecisse Lysia hominem nobilem, & genere regio. & i. Regum. 9. Ecce vir Dei est in ciuitate hac, vir nobilis: omne, quod loquitur sine ambiguitate venit*: & *Iob. 14. Siue nobiles fuerint filij terræ, siue ignobiles non intelliget*. Et *Isaia 5: Tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem*. Itidem & ex sacra scriptura, *Paul. i. ad Corinth. 1: Videte uocationem vestram fratres: quia non multi sapientes secundum carnem. non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus vt confundat sapientes*. Et iterum, *i. ad Corinth. 4. nos stulti propter Christum* (ait *Paul.*) *Vos autem prudentes in Christo, nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles*. Ecce igitur quomodo in sacris scripturis de nobilitate mentio fit: & in passione de *Ioseph ab Arimathia* dicitur, quòd erat nobilis *Decurio*. & *Tiraq.* plura itidem testimonia adducit, *ubi supra, cap. 21. num. 1. cum pluribus sequentibus*. Iure etiam Canonico nobilitatem videmus ¶ approbatam, nam in *cap. statuumus. in glo. verbo, Potiorem post princ. de maio. & obed. nobilitatis*

ratio habetur, vt & per *Zenzelli. in extra. execrabilis. versic. nos itaque. verbo, Generis claritatem de maio. & obed. & in cap. Adam. 60. dist. ibi nobilitate loci priuatur, in beneficiisque magis est prouidendum nobilitati, vt. 86. distinct. non satis*, itidem & in dispensatione plurium beneficiorum, vt in *extrauag. execrabilis. Ioan. 22. de concess. præb. & in cap. de multa. & ibi Docto. de præbend. inter alios allegans Tiraquel. de nobili. cap. 20. num. 13. ubi num. 11. inquit nobiles in beneficiis ¶ aliis esse præferendo, ex gloss. in cap. fin. verbo, Nobilitati, de pænis. per tex. in dict. cap. non satis. versic. item si consideranda est. 86. dist. & sic secundum Tiraquel. dict. num. 11. si à diuersis patronis fuerint præsentati pari vocum numero nobilis, & ignobilis, cæteris paribus ¶ nobilis est præferendus. nec potest Episcopus gratificari, & in materia beneficali, plura de nobilitate dixit *Selua de bene. 3. part. quest. 7. nu. 13. ubi num. 11. inquit Doctores in cap. super eo. de testi. notare, quòd per Canones fit distinctio nobilium & ignobilium, & per Hojedam, in Tractat. de benefic. incompati. & compati. & plusquã viginti priuilegia ¶ nobilitatis retulit Cœpola, in Tract. de Impera. mili. deli. §. nobilitatis etiam numero 26. cum sequentibus. in. 16. volumine. Tract. diuerforum. Itidem etiam & de iure ciuili ¶ ex *Authen. de defenso. ciui. §. 1. in princ. verbo, viri obscuro, & in alijs pluribus versiculis, & in §. ultim. & ibi gloss. nobiliores. & text. in l. honorum. §. de honoribus. verbo, origo natalium. ff. de munerib. & hono. l. honores §. is qui. ff. de decurio. vbi plebei honoribus decurionum fungi prohibentur, in *Authen. præfides. in princip. ibi, nobiliores ciuitatum. C. de Episcop. audi. & sic in dandis ¶ dignitatibus secularibus ponderatur dignitas, & sic nobilitas, secundum *Domin. per text. ibi in cap. Grandi. de sup. neg. præla. in sexto. notat Decianus, Respon. 18. numero 23. lib. 1. & gloss. Sobre. l. 9. titu. 18. part. 2. & plura congerit Tiraquel. in dict. cap. 20. per totum. Ex legibus etiam Partitarum nobilitas ¶ commendatur, vt in l. 2. & 3. tit. 21. p. 2. & in alijs pluribus locis, & de iure nostræ Recopilationis in nostro hoc titulo plura videbimus: ita vt nobilitatis origo antiquissima sit, & eius initij memoria non existit, vt inquit *Osalora, de nobilit. 2. part. capit. 4. numero 3. in fine. & multis scripturis diuinis, Canonice, ciuilibus & Regiis commendata, quæ esset longum referre. Quæ quidem nobilitas cum ab omnibus appetatur (vt iam diximus) ab omnibus quasi gentibus reperiemus ¶ approbatam, & nunc hoc, nunc illo signo nobiles ab ignobilibus distinctos esse, & cognitos: Nam apud Romanos bella aurea insigne nobilium erat, eorum vero plebeiorum. Apud Germanos viri nobiles non fluctuante veste, sed stricta, & singulos artus exprimente utebantur, cæteris sagis cum fibula. Et idem de Sarmatis, & Parthis. Contra Lilorum principes sagis utebantur, vulgus autem bestiarum pellibus amiciebatur. Ipsi Indis, Persis, Atheniensibus in auribus aurum ferre nobilitatem designabat: Et apud Indos Byssum non nisi nobilis induebat. Thracibus, nobiles, punctos esse in facie signabat, non punctos, ignobiles. Itè apud Britannos, Gelones, & Agathirfos, apud Sueuos Ægyptios, & Lacones similiter signis particularibus utebantur nobiles ad cognoscendum eos, vt videre licet ex *Tiraq. de nobilit. cap. 37. num. 160. cum sequentibus*: Imò & apud Turcas, illi existimantur omnium nobilissimi, qui prorsus ignorant patres, ac matres suas, vt inquit ipse *Tiraq. ubi supra cap. 19. num. fin. de quibus*******

quibus etiam meminit *Cassan. in Cata. gl. mundi. 8. part. consider. 49. per totum*, vbi varios ritus gentium circa nobilitatem refert. & *Ioan. Licirier, de primogenit. lib. 2. q. 4. arti. 2. n. 8. & Otorora. de nobili. 5. part. prim. cap. 2. per totum, & iterum in 2. part. cap. 4. num. 2.* vbi & nobilitatem antiquissimam esse testatur: ita vt sicut vnicuique suus mos, & vnaquæque prouincia suo sensu abundat, ita & in nobilitatibus à sui initio, & fundatione habitæ sunt certæ † familiæ nobiles, & distinctæ à plebeiis, & notæ ab antiquo nomine & reputatione, vt inquit *Otorora. d. 2. part. d. c. 4. num. 9. in fine. vbi nume. 10.* inquit de iis in Cantabria plures adesse familias, *De solar conocido, & in illo numero 9.* inquit, *Que en Montañas, Vizcayay y Asturias, sella man solares conocidos, las casas antiguas y principales, & in numero 10.* id profequitur, & ampliat *Garf.* & sic non requiritur, *para probar, solar,* omnia illa, quæ requirit vt infra fundat, & sic inquit optimè *Bart. in l. 1. col. penul. C. de digni. li. 12.* articulos esse formandos super probatione nobilitatis secundum diuersitatem † locorum, quod est optimum ad infra dicenda: & hæc pro primæ quæstionis elucidatione sufficiant.

Ad secundam verò quæstionem accedendo quod duplex sit nobilitas, † in hac sicut in aliis huius materiæ adsunt etiam opiniones. Prima enim fuit Platonis dicentis, quadrifariam esse nobilitatem, vnam eorum quibus clari bonique parentes fuere. Secundam, quibus potentes aut principes: Tertiam cum maioris nostri fama, & rebus bello gestis claruerunt: Quartam eamque præstantissimam, quibus non aliena sed propria virtus, & animi magnitudo nobilitatē donabit, & hanc vltimam laudat *Lucas de Penna. in l. mulieres col. 4. C. de incol. & Tira. de nobili. c. 4. num. 18. cum sequentib.* de qua & inferius dicemus, & refert *Tiberius Decianus resp. 19. numer. 10. lib. 3.* triplicem harum nobilitatum viam. Secundam verò opinio fuit Aristotelis discipuli Platonis, qui quidem *Aristotel. lib. 4. Polit.* inquit, quadrifariam dici nobilitatem, generis scilicet, diuitiarum, & virtutis, & disciplinæ, nihilque prohibet à patriæ solique natalis splendore nobilitatem interdum deduci: nam amplitudo patriæ antiquumque decus plurimum valet ad laudem gloriæque comparandam, sed ea per quā exigua est modicique momenti, vt per *Cassan. in catal. gl. mun. 8. part. consid. 18. & Otorora. vbi supra. 2. part. c. 3. num. 15.* licet & plurimum adiuuat. vt per *Tira. vbi supra cap. 12. nu. 1. cum sequentibus*, maximè si habitatores eius liberi essent ab omni subiectione tributorum, prout in Cantabria sunt. Tertia vero fuit opinio *Abb. in c. venerabilis. col. 2. in princi. de praben.* dicentis duplicem esse nobilitatem, generis scilicet, & animi, in quo fuit nimis diminutus, eo quod non omnes comprehendit nobilitates. Quartam vero opinionem descripsit *Bonus de Curtili. in tract. de nobil. 2. part. n. 9. & 10. vol. 16. tract. diuersorum doctorum* dicens quadrifariè distingui. Prima, quæ animi virtutibus causata dicitur: Secundam vero species à sanguinis & generis maioribus nostris originem ducens, & de his duabus meminit *Abb. vbi supra & Plato. vbi supra in 1. & 4. specie.* Tertia verò species dicitur mixta animi, & generis, quia ab vtrâque parte sumit, & de hac etiam loquitur *Bald. in l. nobiliores, C. de cōmer. & merca.* Quarta & vltima species nobilitatis est, quæ politica seu ciuilis à Bart. nuncupatur, in *l. 1. c. de digni. li. 12.* Quintam verò opinionem retulit

Felin. in c. super eo. col. 2. in fi. de testi. dicens tres esse nobilitatis species. Prima stirpis, & sanguinis. Secūda virtutis, & hæc vt veram nobilitatem Philosophus amplectitur, præcedentem vulgus. Tertia mixta de vtraque ex præcedentibus speciebus partem capiēs, & hanc verissimam, & elegantiore omnes profitentur. Sextam verò, & vltimam opinionem annectit *Bar. in d. l. 1. C. de dignit.* & hæc mihi verior † cōgruentiorque videtur, scilicet, quod est triplex species nobilitatis. Prima est Theologica, & supernaturalis, & in hac includitur quarta species à Platone supra constituta, & tertia Aristotelis, & secundam Abbatis, & prima, & tertia Boni de Curtili, & secundam, & tertia Felini. Secunda vero species à Bartolo designata est, nobilitatis naturalis, & cum hac nulla species præcedentium opinionū concurrat, nec cōcordat. Tertia verò Bartoli species est Politicæ seu ciuilis nobilitatis, & cum hac cōcurrit, prima, secundam, & tertia Platonis, & prima, & secunda Aristotelis, & prima Abbatis, & secunda, & quarta Boni de Curtili, & prima Felini, & per cōsequēs hæc Bartoli distinctio est tenēda tanquā generalior, & omnia cōprehendens, & sub ea quasi omnes aliæ recidunt, & cadūt, cui si volueris addere mixtam, generis scilicet, & virtutis, hæc non est species de per se, sed producta ab aliis, & sub eis cōtenta, ideo sub dictis cōprehenditur, & est augmentatiua nobilitatis, quia eā habēs habet Theologā & Politicam, & sic virtutis, & sanguinis, & quam libet earū habenti præfertur quasi duo vincula sint vno fortiora: Non tamen cōstituit nouā speciē nobilitatis, sed duas species coniūgit in vna persona eam habēte, & ideo triplex illa differētia Bartoli aptior est nostro proposito, & materiæ nobilitatis: Quā post hæc secutū fuisse reperi, *Paleotū in tracta. de noth. & spur. ca. 61. n. 3. & 4.* Quā distinctionem declarando dic q̄ Theologica, & supernaturalis † nobilitas est illa, ac vt alij dicūt virtutis vel animi, quam Bartol. vbi supra spiritualem vocat, quasi in spiritu, & animo ex Dei gratia cōsistentem, qua apud Deū, ille, qui est in gratia faciēte gratum, nobilis est, & sic omnis, qui est virtuosus, & in statu virtutis, Deus (apud quem nulla est obūbratio neque aliquid latet) facit eum fœlicē, & gratum sibi, intelligendo tamen de illa virtute, quæ facit hominem fœlicem, vt dictum est scilicet in charitate: si enim aliquis in charitate est, est in gratia, non enim potest esse in charitate sine gratia, & ista gratia cōsistit in hoc quod Deus sua largitate fecit hominē gratū sibi, vt habetur per fratrem Bonauenturam de Balneo, & per Sanctum Thom. in 1. 2. q. 110. & q. 50. quos Bart. vbi supra allegat, & magistrū sentent. quem allegat Bonus de Curtili vbi supra. 2. par. & *Cassan. in Catalo. gl. mun. 8. parte consid. 4. & Otorora. de nobilit. 2. par. cap. 3. nu. 10. & 11.* vbi cum aliquibus sequentibus referunt aliquas dictarum opinionū, refert etiam Montolonius, in suo prōptuario iuris, verbo, *nobilis, in gl. ancilla, & Sarmiento, lib. 1. select. cap. fi. num. fin.* & hoc esse verum dicit *Bart. vbi supra, & probari. 1. Regum. 2.* vbi dicitur, quicumque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autē contempserint me, erunt ignobiles: & istos nobiles, inquit Bart. non possumus perfectè cognoscere, nisi per reuelationem, dicitur enim *Ecclesiast. 10. nescit homo utrū amore aut odio dignus sit,* & multi sunt prædestinati, qui apud nos reputantur ignobiles, vt patet ex Apostolo ad Corinth. 4. & 10. c. Et de his nobilibus

- libus nobilitate Theologica meminit *tex in c. nouit. cum 2. sequentibus, de pœni. distint. 4.* & apud Deū summa nobilitas est clarum ꝛ esse quem virtutibus. 32
- non loca. 10. dist. c. cum omnia 56. dist. que iura ad hoc allegat Marian. Soci. in c. nobilis homo num. 4. de purga. cano. Et est optima l. 6. tit. 9. p. 2. Tradit Tira. de nob. c. 2. nu. 12. Et Iacobus de Tapia, de Triplici Bono, Et vera homi. 33*
- ti. 1. pag. 2. col. 2. virtusque in primis virum ꝛ nobilissimum reddit, ut l. prouidendum, c. de postu. ad hoc allegata per eund. Maria. Soci. in c. qualiter. Et quando num. 755. de accusat. & de hac virtutis nobilitate plura dixit singularia Tira. in d. c. 4. per totum, Et Bonus de Curti. in d. 2. part. num. 11. cum pluribus sequentibus vbi hęc nobilitatem vt digniorem pluribus comprobat mediis, nam & nobilitas Politica, & sic sanguinis generisque nihil prodest sine Theologa, & sic sine virtute, vt latè diximus in Curia Pisana, de Decurio, lib. 1. cap. 12. & licet aliqui id velint intelligere, apud Deum non tamen apud homines, & vulgares, vt inquit Tiraquell. dict. c. 3. num. 12. 13. & 14. ad tamen ex corruptis hominum animis procedit, qui exteriora considerant, & non interiora, & nobilitatem illam vocant, quæ generis est, & sanguinis, nõ verò eam, quæ à virtute procedit, quæ quidem sola si nobilitaret apud homines circa ea, quæ nobilitat illa, quæ est sanguinis, fortassis nobilitas magis appeteretur, sed vt cunq; sit, hoc in concessum esse iudico, & omnes consentiunt, teste Tyra. d. c. 4. num. 16. bonos*
- 34 mores, & sic virtutem, ꝛ esse nobilitati generis anteponendos ita vt vbi adest virtuosus aliquis, & alius nobilis sanguine non virtuosus, ad officia & beneficia virtuosus est præferendus, prout in d. c. 12. Curia Pisana latius dixi, & latè disputat Bonus de Curti, vbi supra, 3. part. num. 1. cum sequentibus pluribus: vbi num. 85. quærit quot actus requirantur virtuosus. & per quot temporum curricula ad hoc vt nobilitatis animi, & sic virtutis palmam ipsis causa am virtutibus, assequi quis mereatur, ꝛ & cum sequentibus pluribus numeris id disputat, quæ missa facio, vt ad alia transeamus: inquit tamen Tyra. d. c. 4. nu. 15 ex Bart. Et Plat. Et Ray. nobilitatem virtutis differentiantes à nobilitate sanguinis, plerumque virtutem dare causam nobilitati, quoniam ad eam conferendam Princeps sapius mouetur, & moueri debet: Sed quot sunt obliui virtuosus, & nobiles etiam sanguine, quia fauores mundani eis deficiunt, & quod sine virtute homines, & multi horum sine sanguine ex infirma generatione procedentes, in honoribus & dignitatibus, & fortassis in excelsis locis & sedibus: alij iudicet: nostrum enim non est iudicare: De quo conquerebatur Iob. 21. quare impij viuunt, subleuati sunt, confortatique diuitijs: Sed vt ipse Iob. 20. cap. dicit, laus impiorum breuis est: Et in Psalmo. 36. dicitur, vidi impium super exaltatum, & eleuatum sicut Cedros Libani, & transiui, & ecce non erat, quasiui eum, & non est inuentus locus eius. Hęc tamen omittens venio ad secundam speciem nobilitatis quæ est nobilitas naturalis, quæ potest considerari duobus modis, ꝛ vt inquit Bart. & eum referens Cassan. in Catalo. glo. mun. d. 8. par. consid. 4. vers. secunda. Et Montolonius, vbi sup. Et Oral. d. 2. p. num. 11. c. 3. primo modo prout congruit animalibus rationabilibus, & irrationabilibus, & etiam aliis sensu carentibus, & isto modo dicuntur nobilia & ignobilia secundum bonitatem operationũ, vt in Brutis patet, videmus enim quasdam aues eiusdem speciei
- nobiles, & ignobiles, & idem in leonibus, idem in pomis, & inter artifices secundum maiorem, & minorem instructionem, & isto modo seruum, & ancilla potest esse nobilis, vt iam dictum est: & de hoc etiam loquitur *Philos. Ethico. 2. in prin.* Secundo modo consideratur hęc naturalis nobilitas prout cadit in solis hominibus, & de ista loquitur *Philos. 1. Ethico. ca. 4.* vbi dicit quod nihil aliud est quam virtus & malitia determinantes seruum, & liberum nobiles & ignobiles, & hoc non est intelligendum de omni virtute, sed de ea quæ competit aliquibus prout sunt apti dominari, non de ea prout apti sunt esse subditos, & hęc nobilitas est quidam habitus electius in medio consistens circa ea quæ pertinet ad præesse vel dominari: verùtamen melius cõsiderans hęc naturalē nobilitatem, ego non vocarē eam nobilitatem, sed superioritatē quãdam ex quatuor aut tribus qualitatibus in propositũ cõsideratis per *Selua. de beneficio 3. p. 9. 7. n. 19. in tribus seq.* scilicet cū datur qualitas diuitiarũ, aut maioris potētia, scientia aut præeinentia vel honoris, quibus quidem quasi naturaliter in brutis in pomis & in hominibus videmus insitã quãdam maiore qualitatē superioritatis fortioris aut elegantioris in vno quã in alio eiusdem speciei, prout, & videmus in fratribus ab eisdem parentibus procedentibus quorum vnus est robustior, humanior, vel ingeniosior alio & tamen eiusdem sunt generis, & sanguinis, & hoc est, quod ex Tira. de nobil. c. 37. n. 158. in prima qu. diximus esse quendam ordinem, & modũ quasi à natura insitum quod nobilitas de per se dici non potest, præsertim cū nobilitatem ꝛ ex iure naturali deduci nõ videatur, 37
- extex. in l. quod attinet. ff. de reg. iur. vbi dicitur, quod quoad ius naturale attinet, omnes homines æquales sunt, propterea alibi scribitur, naturã inter homines cognationem quãdam constituisse, l. vt vim. ff. de Ius. Et iur. §. ius autem gentium, inst. de iur. naturali, & si hęc vera sunt speciem hanc naturalis nobilitatis reiicere possemus, verum quia in hac superioritate quãdam animi nobilitas datur, non est reiicienda, sed dicendum quod ex naturali ratione potius quã ex iure naturali procedat, vt inquit *Cæpola, de Imper. mili. del. §. nobilitatis etiam. nu. 4. fo. 310. vol. 16. Tract. diuers. doct.* sed quia hęc non admodum ad hanc de qua nunc agimus nobilitatem attinent, licet & aliquãtulum adiuuent, relinquemus eam, & ad tertiã deueniemus. quæ Politica & ciuilis vocatur ꝛ de qua 38*
- agendũ est principaliter, & de qua, (cũ de nobilitate sit mentio) per vulgares intelligitur, vt inquit *Ioan. Licirier, de primogen. libr. 2. questione. articul. 2. num. 14.* & hęc nobilitas est, quam omnes appetunt, omnes quærent, & habere procurant licite, siue illicite, & quæ hęc sit in sequẽte quæstione declarabimus, est tamen notandum quod hęc Politica siue ciuilis nobilitas est triplex ꝛ quãdam incipiens, quãdam 39
- crecens, quãdam perfecta, vt inquit *Bald. in l. nobiliores. C. de comer. Et mercat. & sicut crecens præfertur incipienti, ita perfecta crecẽti, vt probat *textus in Authentic. quæ de Dignit. §. Et generaliter, vbi glo. Et Doctores, Et Tiberi. Decian. Respons. 21. num. 41. vols. 1. quod duplicauit in Respons. 7. numero 44. volu. 2. Et Tiraquell. de nobili. capitulo 19. numero 10. inquit Bald. vbi supra sentire, nullam esse perfectam nobilitatem. quæ sit in principio, aut etiam in augmento tantum, nisi vltra quoque progressa fuerit ꝛ imò & inquit *Oralora. 2. parte. capitul. 40***
3. col.

3. col. penult. nobilem à se ipso nobilitatem habentē, & sic incipientem eam habere non posse propriè nobilem appellari, sed principium suæ nobilitatis, is tamen, qui ab antiquo eam habet, vere nobilis dicitur, & hoc est quod dixit lex illa. 2. titu. 21. par. 2. & notat etiam Ioan. Garf. de nobili glo. 12. in princ. num. 6. & è cōtrario nouissimè ego considero dari nobilitatem incipientem decrefcere, † & decrefcens, & perfectè amissa, putà cum is qui nobilis est incipit degenerare à nobilitate, patiendo in aliquibus se tributarium, decrefcens verò, cum, & per tēpus vitæ suæ, & filiorum eius, & perfectè amissa cum iam de nobilitate antiqua sui descendentes non tractant, & horum multi sunt, vel quia Patres eorum fuerūt pauperes, & filij itidem, qui non potuerunt nobilitatem suam defendere, vel quia se in terris liberis, & vbi nobiles non sunt noti, se contulerunt, & cum tempus in temporalibus bonis vnòs ditat alios depauperat, sic & in nobilitate, vni nobiles fiunt, cum nullus suorum prædecessorum esset, alij verò ignobiles, cum ab antiquo posteri sui nobiles fuerunt, & sic hunc humiliat, illum verò exaltat, & hæc pro 2. quæstione. Ad tertiam verò quæstionem scilicet quid sit nobilitas, & vnde deriuetur, † dicendum est cum Tira. de nobil. ca. 2. num. 1. & sequentibus, & Cassan. in catalogo. 8. part. confid. 2. & Otalor. de nobil. 2. part. c. 4. nu. quod nobilitas à nosco dicitur idem significat quod noscibilitas, & sic nobilis idem est quod notus, & per omnium ora vulgatus, vnde Virgilius.

Est locus Italiæ medio sub montibus altis.

Nobilis.

Et Martialis.

Prostratum Nemees vastaque in Valle Leonem,

Nobilem, & Herculeum fama canebat opus.

Et Plautus in Pseudo.

Cum ijs mihi

Nec locus, nec sermo cōuenit, ijs nūquā nobilis fui.

Sicque etiam è contrario ignobiles pro ignotis antiqui intelligebant, iuxta illud Virgilij lib. 7. Æneid.

Solus vbi in siluis Italis ignobilis æuum

Exigeret :

Vbi Seruius, ignobilis, inquit, non vilis sed ignotus, quæ & alia plura ad hoc considerant Tiraquel. & Cassan. vbi supra qui ex hac noticia inferūt, apud plerisque verbum hoc nobilis, & ad eos, qui vel deploratissimis moribus nominatiores facti sunt, relatum esse: Hierony. enim inquit, in Heluidium Hæreticum, nobilem factum esse in scelere, de quo alia per Tira. vbi supra nu. 4. cum sequentibus, & Cassan. in d. cōsidera. 2. & proinde nobiles quasi notos significamus, & in hac deriuatione verbum hoc nobilis, accipimus. Licet ex legibus nostris verbum, *Hidalgo*, Hispanè prolatum aliunde deriuari dispositum videmus ex l. 2. tit. 12. part. 2. vbi Etymologia & denominatio eius describitur, dum dicit, *hidalgo* idem esse quod, *Hijo Dealgo y de bien*, sed siue sic nobilè deriuari, vel primo modo, in eūdem sensum recidimus, nam etiam noscibilis efficitur ex dicta denominatione legis partitæ, & hæc quoad deriuationem sufficient, vt ad diffinitionem nobilitatis deueniamus, in qua quidem diffiniēda, Politica inquam, & ciuili nobilitate, quam plures,

sicut in supradictis adfunt opinionēs tam inter antiquos exteros, quā inter nostros, omnis enim diffinitio periculosa est, neque sedē habet fixam Bart. enim in l. C. de dignitati. li. 12. plures & variās doctorum retulit sententias, & vnā ex eis secutus fuit Tyberius Decianus, respons. 19. num. 3. volum. 3. refert alias, & Cassan. in catalo. glo. mun. 8. part. confid. 1. & omnium latissimè Bart. Capola. in Tract. de Imper. milite delig. §. nobilitatis etiam causa num. 1. cum sequentibus pluribus, vbi viginti, & sex † retulit opinionēs, è nostris vero aliquas Otalor. de nobilit. lib. 2. c. 3. número 2. 3. & 4. & latius eo. libro c. 4. & Dida. Per. l. 1. tit. 2. gl. 1. versic. est præterea col. 1363. lib. 4. ordi. quæ quidem vel maior pars dictarum opinionum potius dici denotations, & descriptiones, quam diffinitiones, quarum in nostro proposito melior videbatur illa de qua in d. l. 21. titu. 21. part. 2. dum dicit, dici ex eo, *Hidalgos*, quia, *Fueron escogidos de buenos lugares y con algo, que muestran tanto como hijos de bien*, quam declarat Otalor. vbi supra d. 2. part. c. 3. num. 4. & Ioan. Garf. de nobilit. glo. 18. num. 19. ex quibus verbis, male dixit idem Otalor. ibidem num. 2. & 3. cum Grego. Lopez per cum relato, quod à verbo Italico, deriuatur verbum, *Hidalgo*, nam id contra supradicta & sic merito in hoc eos reprobat Ioan. Garf. vbi sup. d. gl. 18. num. 37. & 38. & humada, in ea. l. 2. tit. 21. par. 2. gloss. 8. in principio, & quia verbum Italico, ab Italo, quondam Hispaniæ domino deriuatum est, quod quidem verbum significat idem quod Dominus Boum, & armentorum, & sic Italia eadem ratione idem est quod terra Boum, vt optimè in quinque libris Historiæ generalis Hispaniæ, quam recopilabat Florian de Ocampo. lib. 1. c. 21. differiunt. Et itidē ex dicta l. Partitæ ego infero quod cum hæc lex dicat, *que fueron escogidos*, quod nobilitas nostra, *Hidalguia*, vocata, in nostra Hispania, nullo modo potuit procedere neque ortū habere ab Abel, & Cain, sed potius ab illo tēpore Amazonum, de quo in 3. opinione primæ quæstionis diximus, vbi eligebantur, & electi fuerūt homines iusti, & boni inter eos, qui prauorum mores corripere, & alios ab insultis defenderent licet Otalor. d. 2. par. c. 2. n. 3. dicat quod istud vocabulum, *Hidalguia*, nec in iure communi neque statutorio de ea fuit mentio facta, & quod ideo diffiniri non poterat, ex omnibus tamen diffinitionibus, duæ aut tres in nostrum propositū mihi placent. Prima est in genere, & generaliter supra vt omnes nobilitates comprehendat, à sanguine scilicet, vel à principe, vel à lege, vel ab alia legitima causa procedens scilicet illa quæ describitur à Iodoco Clitoveo, relato per Cassan. in d. 8. part. confid. 1. n. 1. quod nobilitas dicitur † esse generis, vel alterius rei excellētia, vel dignitas, quæ quidē diffinitio secundū Cassan. vbi supra omnia cōprehendit, & ab authoribus nobilitatē diffinientibus ita diffinitur, verum quia quoad nos habet aliquam difficultatē, tunc quia dignitas & nobilitas † non sunt idem secundum Bar. in l. 1. C. de digni. lib. 12. tum etiam quia quoad nostrum vsum, & modū loquendi nō ita adaptari potest, secunda erit diffinitio Landuli incl. 2. de sent. excom. scilicet, quod generis nobilitas † est qualitas, siue dignitas (vel melius meo videri dicitur) siue honor proueniēs à conuscatione clari sanguinis à parentibus originem sumens, & in liberos legitimos (adde tu, vel naturales tantum) per carnē continuata, & hanc sibi placere inquit Dida. Perez d. col.

d. col. 1363. quam diffinitionem breuius summabis dicendo, quod nobilitas hæc est qualitas honorifica generis, & sanguinis à maioribus in posteros legitimos, & naturales, vel naturales tantum descendens, quam diffinitionem videtur velle approbare. l.3. titu. 21. part. 2. dicens, *Fidalguia segun diximos en la ley antes desta, es nobleza que viene a los nobles por linage,* & hanc legem ad hoc considerat *Otalor. vbi supra. 2. part. c. 2. nu. 4. & 7. ad finem,* & hæc diffinitio quoad nostrum propositum congruentior videtur, & à dicta lege partitarum approbata, & diffinitio hæc nõ excludit nobilitates à Principe expresse vel tacite concessas, vel a iure, prout sunt illæ, quæ acquiruntur aliquo ex tribus modis, sanguine, scientia, & virtute, vt inquit *Otalor. d. c. 3. num. 8. ex text. in d. l. 2. tit. 21. par. 2.* nam hæc sub diffinitione comprehenduntur, cum à maioribus deriuantur, aliter enim, vt iam diximus, si à me incipit ex permisso Principis, aut ex eius dispositione, vel à virtute, initium sum ego nobilitatis, neque potest hæc propriè dici nobilitas, sed illa, quæ in posteros deriuata est, & sic hæc quoad istam tertiam quæstionem sufficiant.

Quoad quartam verò quæstionem scilicet quibus ex causis, titulis † & modis acquiratur hæc nobilitas, dicendum est ex multis causari, quæ refert *Cassan. vbi. sup. d. 8. part. consid. 8. cum. 16. sequentibus,* & *Tira. de nobilit. per totum,* verum breuius dicemus, si à Principe, sanguine, scientia, & virtute causari asseramus: sub quibus omnes aliæ causæ à Doctor. relatæ comprehenduntur, vt inquit *Otalora. d. c. 3. num. 8.* Imo multæ ex illis sunt potius formæ probandi nobilitatem: Et vt hæc explicemus per ordinem, diximus quod primo acquiritur nobilitas à Principe, quia ipse est, qui potest ignobiles nobiles facere, & nobilitatem concedere, † & è contra, vt probatur ex ca. 6. *Esther. hic honorabitur, quemcumque voluerit Rex honorare.* Et quod scribit *Plinius, in Panægi. Cesaris esse, vt nobiles conseruet, & efficiat,* & in hanc sententiã *Solon dicebat, eos, qui apud Reges in pretio erant, esse † calculis similes,* quibus in exponendis rationibus vtimur, vt enim illi interdum maiorem numerum, interdum tamen minorem significant, ita & Reges horum quemque prout libitum fuerit, aliquando illustrem, & inclytum, aliquando, obscuro habere, & ignobilè: Rex enim quosdã pro iure suo, quosdam facit nobiles à tributis, & exemptos licet ex consequenti grauantur alij vt nouissimè inquit *D. Henriq. Henriquez in sua Summa Theologie Moralis, lib. 7. de Indulgentiis. c. 27. litera. T. & de iure Canonico idem probari videtur ex text. in c. cum redemptor. 12. q. 2. & iure Ciuili ex l. 2. & fin. ff. de natali. resti. & in l. Imperatores, in principio. ff. de Decurio. vbi ex illo text. notat Alberi. nobilitates procedere à Principe l. quoties, in fi. C. vbi Sena. vel clarif. vbi Paul. Cast. notat per text. ibi quod nobilitas à Principe prouenit, & in consi. 22. col. 2. lib. 2. inquit illos propriè dici nobiles, quos*

50 Princeps nobilitat, & † propterea † rescripta loquẽtia de nobilibus, de istis esse intelligẽda, ex quo inquit *Bald. in l. sacrilegij. C. de diuer. rescrip. quod Princeps, quẽ vult nobilitat notat Tira. de nobil. ca. 6. nu. 1. Cassan. in catalo. glo. mun. 8. part. consid. 17. & Bonus de Curtili, de nobilit. 3. part. n. 125. cum sequentibus,* & *Gregorius Lopez. l. 2. glo. De buen linage. tit. 21. par. 2. & Otalor. de nobilit. 4. part. princ. c. 1. n. 1. vbi pro hoc allegat. l. 6. vi. De los galardones. part. 2. vbi dicitur, Que los Reyes en galardony merced pueden dar nobleza y honra de hips de-*

algo a los que no lo son, idem dicit. l. 10. tit. 18. pa. 3. & hoc intellige de quocunque Rege, & Principe non recognoscente superiorem, & de quacunque ciuitate habente potestatem legis condẽdæ, secundũ dictos, maximè Otalor. vbi sup. n. 2. & hæc secundũ eos dicitur datiuua nobilitas nõ verò natiuua: Quod ampliatur primo vt non solum expresse, sed & tacite † pos- 51
*sit Princeps dictus nobilitare, vt nuncupatim dicit Bart. in l. 1. col. fi. C. de digni. lib. 12. per l. de quibus, in fi. ff. de legibus vbi dicitur, nõ quid interest suffragio populus voluntatẽ suã declaret, in rebus ipsis & factis? vt puta si quis lateri Principis adhæreat, nobilis efficitur, vt per Cassan. in d. 8. part. consid. 19. & iterum in 5. part. consid. 24. n. 127. vt sunt Curiales Principis, qui nobiles sunt & in multis priuilegiati, vt per eundem Cassan. vbi sup. 6. p. consider. 22. cum sequentibus, imo & omnes † Principi famulantes sunt in dignitate & 52 idẽ nobiles, secundũ eund. Cassan. dict. consid. 19. vbi & in quoquo Principis idẽ dicit, & in assistente ad latus Principis idem tradit *Tira. d. c. 6. n. 10. vbi num. 12. inquit. quod & arma si quis Princeps alicui contulerit videtur † illum nobilem facere, & ibi cum 53 sequentibus numeris plura ad idem adducit, & sic si Princeps alicui munus consiliarij iniunxerit, † eum 54 tacite nobilitat, vt per *Tiraq. vbi supra num. 21. & 22. non tamen nobilitaret Princeps eum quem nobilem † appellat, vt per *Tiraq. ibi nu. 24. quod intelligo 55 ex dictis ibi nu. 25. nisi ex certa scientia & ex proposito id Princeps faceret, nam tũc videtur id ex proposito velle vt nobilitaretur. Secundò amplia quod etiam Princeps potest extra territorium † suũ nobi-* 56
litem conferre subdito suo, quia hic est actus voluntariæ iurisdictionis, nisi aliud constaret ex intentione Principis concludentis, vt diximus in l. 8. tit. 1. lib. 6. supra tertio ampliatur vt infantem etiã nobilitare possit, † dũ tamen eius ratificatio tempore æ- 57
*tatis perfectæ interponatur, vt per *Tiraq. d. c. 6. n. 27. cum 4. sequentibus, vbi nu. 32. ampliat etiam ad ignorantem, † vt nobilitari possit per Principem, & ad-* 58
*ueniente scientia ratificatur nobilitas, secundum eund. *Tiraq. ibi num. 33. & nu. 35. ad furiosos de mē-* 59
tes, & mente captos extendit † & nu. 36. an ad inuitos. Ampliatur etiam quod & tempore mortis, imo 60
*& mortuo † possit Princeps nobilitatem cõferre vt per eund. *Tiraq. ibidem nu. 44. & 45. vbi nu. 46. an, & ei, qui est in vtero. Ampliatur itidem etiam si talis* 61
*Princeps non sit Imperator, † contra Ripam. alud volentem, quem iure optimo reprobat *Tiraq. d. ca. 6. num. 5. & 6. licet secundum eum ibi nu. 7. & 8. nobilior erit nobilitatus ab Imperatore. Et plura, quæ* 62
*Principi † sunt peculiaria refert *Cassan. in d. Catalogo. 5. part. consider. 24. per totam. Sed an nobilitatus per Principem gaudebit eisdẽ prærogatiuis, quibus* 63
*gaudet nobilis sanguine † ita vt militiam ordinum habere possit, & officia fidalgorum exercere, dicendum est, quod si Princeps ultra immunitatis ius, eũ nobilem facit, nulli dubium, quin gaudeat eisdẽ prærogatiuis, imò & si eum nobilitat, & nobilè faciat, (non designando priuilegium hoc nobilitatis nec restringendo ad aliquam immunitatem) gaudebit optimè priuilegiis nobilium sanguine, quia paria sunt inesse qualitatem per naturam, vel priuilegium, secundum *gl. l. 3. tit. 21. p. 2. & tenet Pelaez, de maior. 1. part. q. 51. nu. 32. & 33. & Ioan. Cars. de nobilit. glo. 35. nu. 3. ad finem. & nu. 48. & gl. 1. §. 1. num. 50. & hæc quoad nobilitatem à Principe adquisitam. A**********

sanguine

- 64 sanguine verò nobilitas acquiritur, quoties t̄a maioribus nostris deriuatur in nos, generis enim nobilitas est, à maioribus nostris, & proauis deducta generis excellētia, & præstabilitas, & hæc sanè corporis conditionem naturamque respicit, quandoquidem id ipsum nascentes ex parentibus propagine traducimus, nobilitat enim progenies hominē, vt ex l. 1. titu. 6. & l. 9. & 12. tit. 7. p. 2. & clarius ex l. 2. tit. 21. & ex l. 4. tit. 23. ea. par. 2. colligitur. & sic habetur Sapi. 3. gloria hominis ex honore Patris sui, & cōtume- lia filij Pater sine honore, vnde etiā susceptus ex Patre nobili sine alia dignitate efficitur nobilis: Et Pro- uer. 18. gloria filiorum parentes eorum: magna est enim præsumptio quæ pro nobilitate maiorum facit, talis enim præsumitur filius, qualis pater eius t̄ & gesta parentis imitabitur, secundum Specul. in præmio. vers. cæterum Thom. Gram. decisio. 18. num. 1. Simancas, de instit. cathol. tit. 50. num. 10. cum sequentibus in pluri- mum enim accidit, filium esse similem patri ita in virtutibus, sicut in viciis, quod si nolit. §. si mancipia. ff. de adili. edic. late Marienzo, in dialog. relator. 3. part. cap. 5. per totum, & alibi latius de iis dixi, & sic nobilitas patris iure optimo dicitur gloria filij, quia ex ma- iorum nobilitate filij gloriam quærunt: ex quo in- quit. d. l. 1. titu. 6. par. 2. quod Reges tenentur nubere mulieribus nobilibus, & bonorum morum, Ca (vt inquit ibi lex) los bienes que se figuen destos dos fincan siemper en el linaje que della descende, nobilitas tamen hæc ex parte patris non vero matris consideranda est t̄ vt inquit Bartol. in l. 1. C. de digni. lib. 12. colum. 7. vers. videndum est, sequitur Cassan. in catal. gl. mun. 8. p. considerati. 8. & Sarmiento, lib. 1. selectarum cap. fi. & est lex expressa pro hoc in dicta, l. 2. titulo. 21. partita. 2. ibi, E porende fijos dalgo deuen de ser escogidos que vengan de derecho linaje de padre y de abuelo, & l. 7. & 8. titulo 11. lib. 2. supra & sic dicunt Bartol. & Platea, relati per Cassan. vbi supra quod non valet statutum, quod quis censeatur nobilis t̄ vel ignobilis ex progenie ma- terna, & supra dicta etiam affirmat Oralora. vbi supra 2. parte capitulo. 2. numero 4. & 5. vbi numero 6. in- quit etiam nobilitatem maternam considerari multum, vt & inquit Sarmiento, vbi supra, de quibus, & latius loquitur Tiraquell. de nobilita. capi- tulo 18. numero 20. vsque ad 38. & Rebuf. in concor. ti- tu. de collat. §. cum vero versic. ex utroque parente, & in tract. de nomi. quæst. 12. n. 5. Tiraq. de prim. qu. 31. num. 9. Cassan. vbi supra. 8. parte. consider. 8. & ita in nostra Hispania paterna origo consideratur, & iure opti- mo: de hacque nobilitate sanguinis titulus nolter loquitur, & disponit. De nobilitate verò à scien- tia t̄ procedente nunc agendo, Ecclesias. cap. 37. dicitur. sapiens populo hereditabit honorem, & nomen il- lius erit viuens in æternum: & dicebam ego, meliorem esse sapientiam fortitudine: Eccles. capit. 9. in sapientia enim vera nobilitas consistit, sapien. 7. & Prouerbior. 8. & in aliis locis per Cassan. d. 8. part. confi. 9. relatis, vbi in- quit hanc habuisse Salomonem, & de hac hic non agimus: Sed de scientia, puta legali aut canonica, an nobilitent, & nobilitare probatur ex dicto Ari- stotelis, in primo de Anima, dicentis, quod scientia est de numero bonorum honorabilium, & ideò li- terati, & habentes scientias sunt multum laudandi, t̄ & huius itidem sententiæ fuit etiam alibi idem Aristotel. lib. 4. Poli. capit. 4. & Aulus Gellius lib. 19. ca. 10. dum dicit: sedētibus, doctrina, genere, aut fortuna nobilibus viris: & Seneca Neronem alloquēs, apud
- Cor. Tacit. li. 18. Ego quid aliud magnificentia adhi- bere potui, quam studia (vt sic dixerim) in vmbra educata, è quibus claritudo venit, vnde dicit Con- sultus in l. prouidendum. C. de postul. meritum scien- tiæ ciuilis iuris ipso iure reddit peritū nobilissimū t̄ 70 & inde Vlpia. dict° est nobilis l. 2. §. si. in fi. de excusat. txt. & etiā nobilissim°, in l. diximus in fi. eo. ri. ff. & ideo scientia honorabilis est, & gloriosa, quoniam ex il- la consequimur gloriam. viris namque literatis de- bentur præmia, & honores, sapien. 7. venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius: & Elidra. c. fi. in fi. magnifici sunt exaltati verbis legis, quibus edocti sunt, & vt ait Cassiodo. 10. va- riarum Epistolarū, nec aliqua in mundo preest esse fortuna, quā non augeat literarū gloriosa notitia, cum etiā per literaturā efficiamur nobiles, vt habetur sapi. 7. om- nibus enim nobilibus nobilior sapientia vt tenet Lucas de Penna, in l. proximos. C. de proxi. sacro. scrip. lib. 12. qua de causa omnes eā appetunt, & studiose, quæ- renda est, vt honoris nomē adipisci possit: quod ob- tinuerunt ij, qui sapientiam dilexerunt, vt fuerunt Theodos. Abraham, David, Salomon, Alexāder, & plures alij numerati in Sophologia Sapientia, c. 1. & 2. & ideò Diogenes cum ascēdisset in locū emi- nentem, & clamasset, venite homines, multus de tur- ba irruentibus dixit, nō enim homines estis, qui nō datis operā sciētia, sicut enim anima informat cor- pus, ita sciētia intellectu, & ideò intellectus homi- nis sine sciētia dici potest sine forma, & sic prorsus ignari non merentur homines appellari, sed potius hominū t̄ imagines, vt in simili inquit tex. in c. multi 71 40. dis. Abb. in c. prudentiam. in prin. de offic. del. & pro- pter sciētia, & doctrinā multi sunt habiti in magno honore, & pretio, quorū plures t̄ vt breuitati cōsu- 72 lamus, refert Cassan. in d. catalo. gl. mun. 10. parte, consid. 7. per totū, & Tiraq. de nobilit. c. 5. in fi. Inde iuris peritis principes reuerentiā habent, l. quidquid C. de adu. di- uer. iud. & multa priuilegia eis dē ibi concessit, & ex hoc dicūtur iuris periti à principe præhonorati, secundū Angel. in l. cum saluatus C. de senten. pas. & nūc ex Dei misericordia habemus Philippū secūdū Re- gē ac Dominū nostrū aded sapiētissimū & iuris pe- ritorū ac literorū honoratorē, vt dictū sit incredi- bile. & hæc præmia & honores studiorū iuste me- rētur, qui spe præmiorū, & honorificētia digni sūt, nō hi qui sunt incōgrua libertate, tex. l. 1. C. de assesso- ri. quod si cū scientia etiā concurrat morū honestas, vitaq; inculpabilis, nihil supra: & ij in maximo ho- nore essent apud Reges & principes habēdi, sed ali- quādo mali morigerati, & indocti in pretio habē- tur, docti vero, & virtuosī despiciūtur, quod dolēdū est, vt alibi dixi: ex dictis etiā est, q̄ doctores legum nobiles dicūtur, t̄ inquit Cyn. Bar. & alij relati per Ti- 73 raq. de nobili. c. 5. n. 3. vbi ex hoc infert, quod si testator iusserit aliqd dari vni pauperi nobili, possūt execu- tores id dare doctori pauperi: & comitissa nubēs do- ctori nō dicitur indigno nubere, salicerus in l. prouidendum de postulando allegatus à Tiraque. nu. 4. qui ta- men nihil dicit, & iisce de causis, doctores nō sunt cogendi contribuere subsidiis impositis personis plebeis, doctōr enim dicitur in dignitate constitu- tus, vt dixi in l. fi. tit. 21. nu. 61. li. 4. sup. doctōratusq; est dignitas t̄ secūdum cōmuniore opinionē asser- 74 tam, per Bonū de Curtili, in tracta. de nobil. 3. p. n. 100. vol. 16. tract. diuersorum Doctō. ex c. Quanto, de magis. quē ad hoc allegat Cassan. vbi sup. 8. p. consid. 12. & re-

fert describēs plures doctorum prærogatiuas Ioan. Montol. in suo prompruario iuris verbo. doctor, litera L. & ad doctorem sicut ad egregiam personam † mittē-
 75 dum est vt communiorem testatur additio Octauiani Vestij, in prac. Can. Apof. li. 6. c. fi. n. 11. & quod vocandi sunt domini & patres, & lucernæ, & nobilissimi, &
 76 amici Principis, & eius patres, † & non fratres, vt optimè per Cassan. vbi supra. 10. part. consider. 24. per totam, & inter doctores, secundum eum ibi, præferendi sunt illi, qui libros † composuerunt, & scripserunt,
 77 cum sint velut stellæ in firmamento cæli: sed hodie detractoribus & vipereis linguis sunt facti quasi signum ad sagittâ, nullus est enim indoctus, nullus garrulus, qui doctorum scripta, quæ ipsi neque cōsiderare & degustare sciunt, non mordere procurēt modis omnibus, nulli laudem suam, nulli honorem volentes dare sed sibi ipsis appropriare, qui quidem cum id solum appetât cupientes se aliis doctos demonstrare, sapientum dicta suppeditant, & destruere iniustissime conātur, quod est vitium pessimum, & tanquam pestis fugiendum: Et vt ad incepta reuertamur, quod scientia nobilitet † & per eam nobilitas acquiratur probat etiâ tex. in l. 2. ti. 2. & in l. 4. ti. 2. p. 2. & tradunt plures relati per Bonum de Curti. vbi sup. n. 94. cum sequen. pluribus & per Cas. vbi sup. 8. p. consid. 10. & in consu. Burgum. Rubr. 4. sub tit. des Droict. §. 19. Entre gens nobles. n. 1. cum sequen. & Tiraq. de nobil. c. 5. per totum, vbi. n. 1. nobilitatem esse filiâ scientiæ dicit: & amplissime de laude scientiarum Benedictus in proœmio repetitionis. c. Raynutius, de testam. Est tamen quæstionis non satis leuis, an nobilis ex scientia † sit præferendus nobili ex genere, & sanguine, & præferendum nobilem ex scientia tenent quam plures relati per Tiraquell. d. c. 5. num. 5. & per Cassan. vbi supra 10. p. consid. 35. docet Romanus singular. 64. idem singular. 487. allegat Cyn. in l. quisquis. C. de postul. & facit opti. dictum Salic. in l. prouidendum. C. eo. tit. n. 3. vbi dicit post gl. quod scientia nobilitat interius, & exterius, & quod nobilitas est filia scientiæ, & hanc videtur amplecti opinionem lex. 4. tit. 23. p. 2. vers. Mas el tercero, Doctorque dicitur † magis nobilis, quam ille, qui est nobilis genere secundum Cassan. d. §. 19 & sic tenēt plures Doctorem esse militi præferendum, vt late per eundem Cassan. in d. catalo. p. 9. consid. 1. & ita tener annectēs rationem Matienzo, in dialogo relatoris par. 3. c. n. 5. In contrarium tamen imò quod nobilis sanguine præferatur nobili scientia, videtur facere, nam nobilitas generis ab antiquo procedit, & à maioribus, & vt naturalis præferenda est accidentali, à scientia adquisitæ, ex doctrina. gl. in l. 2. ff. de excus. tut. l. qui habent. ff. de tutoribus, Abb. in cap. ex transmissa de foro compet. nu. 6. facit. l. fi. C. de dotis promiss. iuncto text. in l. procula. ff. de probatio. & quæ notantur in l. quæ dotis. ff. soluto matrimonio, & in l. cum post §. 1. per text. ibi. ff. de administr. tutorum l. post mortem. ff. quando ex facto tutorum. quod naturalia præferuntur accidentibus item quia sunt alij multi Doctor. tenentes militem Doctori esse præferendum, vt apparet ex Cassan. d. 9. par. consid. 1. & quia vt ipsemet Cassan. ibidem in 8. p. consid. 12. inquit, nobiles à scientia vel Doctoratu non sunt immunes à muneribus prout sunt nobiles sanguine: item quia istam partem videtur approbare text. in l. 2. titulo 21. part. 2. præferens nobilitatem sanguinis, vides igitur cōtrarietatem Doctor. & legum partitarum quæ longius protrahi possent, nisi breuitate consuleremus:

verum tamen pro cōcordia distingue, quod in actibus in quibus sciētia magis est necessaria ad actum illum, præferrem nobilem ex scientia nobili à sanguine, & ita videtur loqui dict. l. 4. tit. 23. p. 2. dum loquitur, En candillos de guerra, in quibus præstantior videtur & magis necessaria scientia: Alia verò, & sic † dicta. l. 2. dicti titul. 21. partit. 2. pro secunda opinione allegata procedat in aliis actibus non scientiæ sed nobilitati potius appropriatis, vt est munerum excusatio, & licet hæc videatur nimia restrictio ad dictam. l. 2. parificante nobilitatem à scientia, & nobilitatem à sanguine, tamen quia idem determinatur in quæstione illa, an Doctor militi præferatur, non displicet mihi pro nunc hæc concordia. Et ex dictis legibus partitarū sic deducitur, & an scientia sola sine gradu Doctoratus nobilitet tetigit Cassaneus, in dicta. 8. parte consider. 10. versicul. Bonus tamen de Curtili, cum sequentibus, nunquid tamen scientia canonica vel legalis sit scientia, in eadem parte consider. 18. late examinat Cassaneus ipse: & hæc pro nobilitate à scientia proueniēte dicta sufficiant. quàm scientiam cum Dignitate Doctoratus, vel officio nobili coniunctam quoad omnia etiam tributa Regia nobilitare indubiū erat, nisi restringeretur quoad dicta tributa ex l. 8. titulo 7. lib. 1. supra vbi diximus. Alio verò & finali modo causatur nobilitas scilicet à virtute, & hæc excellentior † & nobilior, & præstantior, sed apud homines vulgares non ita in pretio habetur quoad mundi phantasiâ cum à contrario deberet esse, cum hæc sit vera nobilitas, vt supra dictum remanet, & testatur singularissimis, & aureis verbis Diuus Chrysostomus. 2. Tom. homeliarum, homelia 45. ad c. 12. Matthai vbi inter alia inquit, generis coniunctionem nihil tibi prodesse nisi virtutē habueris: vna enim sola (inquit) & vera, & communis nobilitas atque necessitudo cū Christo est, vt voluntatem Dei facias, hic enim propinquitatis modus, multo melior est illo generis atque præstantior: & sic in princ. illius. c. dirigendo verba ad matrem ipsiusmet Christi (inquit) nam neque Christum in vtero gestasse, neque mirabilem illum partum edidisse admodum profuerit, nisi virtus adfuerit, & ibi plura alia singularia in virtutis profequitur laudem, & nobilitatem, quasi nobilitas sine virtute parum aut nihil proffit, vt & alibi diximus: & hæc pro quartæ quæstionis explicatione.

Ad quintam verò quæstionem, & in propositum nostrum vtiliorem frequentiore ac difficiliorem deueniendo scilicet, quomodo probetur nobilitas sanguinis tam de iure communi, quam Regio, alleganti enim se nobilem † incumbit onus probandi, argu. l. verius. ff. de probatio. l. Actor. Cod. eod. cum similibus, ex eo quod nobilitas est res aduentitia, nec nobis à natura proueniens, † cum habeat ortum ex libi accidentibus vel pro genitoribus. l. non ignorat. C. qui accus. non post. radunt relati, & secuti per Mascardum, in 2. tom. de probatio. concl. 1095. vbi ampliat, & limitat aliquibus modis, & Ioan. Gar. de nobilita. glo. 10. num. 1. Aded vt quamuis fiscus agat circa proprietatem nobilitatis non videtur fateri possessionem si reus eam † non probauerit, vt per Couar. li. 1. vari. c. 16. n. 10. & ided modos & formas nobilitatem probandi scire necesse est. Sed dices, quorsum hæc est quæstio, cum habeamus. l. 7. & 8. tit. 11. lib. 2. Recopil. assignates formam probationis huius, ita vt nihil amplius videatur inquirendum: Et ided ne illotis (vt aiunt)

aiunt)manibus quæstionem hâc aggrediamur, quæ est Basis, & fundamentum totius practicæ pro eius declaratione, & solutione dictæ obiectionis, supponendum est, dictas leges 7. & 8. de quibus nunc agendum est, non excludere alios probandi modos

86 † saltem in locis liberis, & vbi tributa Regia non soluuntur à nobilibus, nec Plebeiis, vnos ab aliis distinguunt, sed potius omnes ibidem liberi sunt à dicta tributorum solutione: Idque probatur primo ex eo quod dictæ leges. 7. & 8. non sunt introductæ ad acquirendum nobilitatem, sed tantum ad eam probandam vt ex eisdem legibus clarissimè patet, & probatur, & ex pluribus geminatis verbis earum, per verbum, *prouar*, loquētibus, & ex summariis ipsarum legum clarius colligitur, ita vt nihil dubietatis hoc contineat, neque in ipsis legibus adest verbum vllum ex quo contrarium decipi possit, neque aliud voluisse leges dictas inducere, quam quandam nouam formam, & faciliore probandi nobilitatem in locis vbi tributa soluuntur Regia, non excludendo alias probandi formas saltem in locis vbi tributa hæc non soluuntur, tum

87 quia probationes ampliandæ, & non † coarctandæ sunt, *ex l. quoniam, in fin. C. de hæret. c. quamquam. 14. q. 2. cum similibus*, tum itidem quia lex non debet ad impossibile obligare, lex enim debet esse honesta, iusta, possibilis secundum naturam, & secundum Patriæ consuetudinem *vt in c. erit autem lex. 4. dist. vbi inquit gl. possibiles quod aliter si de impossibilitate legis, quis eam transgredere, frustra † imputaretur ei ad pœnam vt 15. quæst. 1. non est. 24. quæst. 4. c. Nabuchodonosor*, & dicitur secundum naturam possibilis, id est secundum naturalem rationem, *vt in gloss. naturam in eo. capitulo, erit autem lex, & gloss. segun natura, l. 8. titulo. 1. part. 1. & dicitur etiam secundum consuetudinè Patriæ, vt ad eius mores, statuta, & vsus bonos, tamè regulemus ipsam legem: quod si leges illæ. 7. & 8. obligarent, vt earum tantum probatione, & non alia nobilitas probaretur, nõne impossibile quid cõstituerent in locis liberis à solutione Reginorū tributorū, nulli dubiū: & consequenter non essent leges, neque legū requisita continerent, argumentumque ab impossibili est forte frequens, & vtile, vt *per. l. si decesserit. ff. qui sat. cog. notat. Euerardus, in Centuria, loco. 78. ab impossibili*, neque obstat quod licet lex non possit obligare ad impossibile de facto aut de iure, potest tamen præscribere certam formam, quam transgredi sit impossibile, prout videtur fecisse in *l. nemo potest, de lega. 1. dum disponit, neminem posse facere quin leges in suo testamento locum habeant, nam faciliter satisfi huic contrario negando leges illas. 7. & 8. posuisse nouas formas, nisi vbi earum dispositionibus locus esset, & sic in locis non liberis à tributis disposuisse, in quibus non impossibilitant nobiles pro sua nobilitate probanda, sed potius facilitant probationes, sed vbi tributa non soluuntur, leges hæc nouas probandi formas non constituunt, nam omnis, & quæcūque dispositio est intelligēda rebus de ductis in eodem statu cõsistentibus, vt latissimè per *Tiraq. in. l. si vnquam in præfatione, C. de reuoc. don. nu. 166. cum sequentibus aliquibus*, & sic dum leges illæ de probanda nobilitate disponunt per non solutionem tributi, intelligendum est disposuisse in locis vbi tributa soluuntur, & consequenter rebus, & dispositionibus illarum in eodem statu existentibus quælibetq; lex,**

& dispositio est intelligenda, declaranda ac restringenda de habilitate, *ex. l. vt gradatim. ff. de mun. & hon. & dum leges illæ de tributis loquuntur, in locis vbi soluuntur intelligendæ sunt: Item quia vbi lex vnum disponit & alterum præsupponit, vt habeat locum dispositum debet verificari præsuppositum † ex gl. celebri, & communiter approbata in l. si mancipia, C. de seruis fugiti. leges tamen illæ dum tributis loquuntur supponunt tributa solui, nam qui vult consequens videtur velle & antecedens, sine quò illud consequens verificari non potest *ex l. illud. ff. de acq. hæc. & l. cui iurisdictio. ff. de iur. om. iud. & similibus*, cumque post disponant leges illæ modum probandi nobilitatem per non solutionem tributi omnino est verificandum præsuppositum illud scilicet, quod in loco illo soluebantur tributa hæc, ergo quoad alia loca libera ab his tributis nihil disponunt leges illæ sed in suo esse relinquunt iura antiqua de probationibus nobilitatis disponentia, & sic cessat cõtrarium: vel responderi alio modo potest quod argumentum sumptum à dicta. *l. nemo potest, non est contrarium*, neque ibidem probatur legem ad impossibile obligare per nouam illius legis formam, sed potius per ipsius formam, & ea seruata redduntur possibles testantium dispositiones, nam cū possint secundum leges disponere, nihil impossibile constituitur: nam impossibile esset id quod nulla forma vel modo fieri posset neque verificari, vt in conditione impossibili legislatores exemplificant, *vt l. impossibilis. ff. de cond. & dem. & l. 4. tit. 4. part. 6. dicendo esse impossibilem conditionem cum dicitur si digito cœlum terigeris, vt ex dictis inquit glo. 2. l. 17. tit. 11. part. 5. vel si cras sol non orietur, sed vbi quid aliquà via impleri potest, id non iudicatur impossibile: datur tamen hoc impossibile probandi litigantem non soluuisse tributa in locis vbi vixit, qui quidem loci sunt liberi ab eis, ergo forma illarū legum. 7. & 8. nihil in iis disponit locis liberis à tributis, & consequenter lex illa, *nemo potest*, nihil impossibilitatis inducit, imo potius impossibile quid tanquam naturali rationi contrarium, (in qua leges se fundant) constitueretur, si lex disposuisset, quod testatores possent disponere contra leges & earum dispositiones: Item quia forma prima prædicta dictarum legum 7. & 8. esset in liberis locis à tributis obseruanda, nonne cum ibidem verificari non possent ambinosæ leges, & decreta præiudicialia dici possent quod non est dicendum, igitur dictum contrarium nihil obstat sed potius dictis attentis validatur nostrum intentum, & vera est nostra conclusio, quod leges illæ. 7. & 8. non sunt exclusiua aliarū probationum iuris in locis liberis à dictis tributis: Idque etiam fortificatur ex eo quod leges hæc in fauorem, & non in odium nobilium sunt introductæ, vt ex earum verbis apparet, ibi, *Siempre nuestra voluntad fue y es de haer merced a los hijos Dalgo*, & ita fatetur *Ioannes Garzia, de nobilitate. gloss. 12. numero 7. sed si in locis vbi dicta tributa non soluuntur forma dictarum legum esset seruanda, nonne in nobilium odium retorqueretur id, quod in eorum fauorem introductum est, contra. l. quod in fauorem. C. de legibus. Ergo omnino fatendum est leges illas Regias non loqui in locis liberis à tributis, neque sunt restringendæ probationes, prout, & de. l. 1. titulo. De los testamentos. libro 5. supra dicunt ibi scribentes, & nos itidem diximus: tum etiam quia si ex aliacunque***

forma, & informatione super alijs actibus de notā-
 tibus nobilitatem facta, & distinguente quocunque
 modo alio (quam per tributorum Regiorum non
 solutionem) nobiles à Plebeijs, idem resultat effe-
 ctus, sufficit tunc † quid ex æquipollentibus fieri,
 secundum *Cyn. post Dyn. in l. si mater. C. de institut. &*
 90 *substitut. sub con. fact. vbi est textus probans regulam*
hanc scilicet, quod non refert quid ex æquipollen-
tibus fieri, & ab æquipollentibus argumentum est
probabile, vt per Fuerard. vbi supra in loco ab
æquipollentibus, præsertim vbi forma tradita à le-
ge non est substāialis, sed demonstratiua secundum
Bald. in l. 1. ff. de lib. post. & l. 1. C. quorum bono-
rum, vbi licet iuducat formam probatoriā filiation-
is, tamen non excludit æquipollentem, quam sub-
 91 *iecta patitur materia: Adeo vt etiam si per statutum*
quid fieri iubeatur non excluditur † per æquipol-
lens quātucunque per diētionem taxatiuam statutū
loqueretur, vt per Euerard. vbi sup. pag. 2. & 3. in par-
uis, ex Paul. Cas. cōf. 30. incip. in Christi nomine in anti-
quis, sequitur Iason. in dict. l. si mater, & in l. unica, in-
princ. ff. si quis ius dicen. non obtemp. nā vt inquit Bartol.
in l. omnes populi. ff. de ius. & iure. col. 3. vers. tertio qua-
 92 *ro, non vidētur dissentīeria, illa quę in ratione con-*
ueniunt, quia ratio est coniunctio † diuersorum ca-
suum ad eundem finem tendentium per. l. non possunt,
& l. nam vt ait, & l. ideo quia. ff. de legibus, & vbi est
eadem ratio non proprie dicimus statutum exten-
di, quia inest tacite. secundum Bald. in. d. l. omnes po-
puli. column. fin. versicul. secundo nota. per gloss. Italia, in.
cap. sepe. de tempor. ordin. in. 6. Ex quo, vt propius ad
materiam accedamus, inquit singulariter, idē Bald.
in l. de quibus. ff. de legibus. column. 12. versicul. item nota,
 93 *quod vbi plura habēt eādē rationem, cum de vno*
tātum sit mentio, videtur id fieri exemplariter † nō
verò restrictiue, cum alijs multis aggregatis ab
Alexand. consil. 75. incipi. in presenti consultatione colum.
1. libro. 5. Iason. in l. à Titio, in princ. colum. fin. ff. de verbo.
oblig. & consil. 63. per reformationem colum. 4. versic. se-
cundo principaliter. libro 3. & à Tiraq. in l. si vnquā, verbo
libertis numero 45. quarum sententia. C. de reuoc. dona.
qui inde cessante causa in regula. numero 157. hanc
describit considerationem dictos Doctōr. allegādo,
 94 *& sunt singularia verba ad hanc opinionem in ter-*
minis dictarum legum. 7. & 8. & n. 158. ampliat ipse
Tira vt procedat etiam in correctorijs: & per con-
sequens verba dictarum legum 7. & 8. ibi, Pechos
reales y concejales, † intelligendum est, loco exempli
esse apposita, tanquam exempla frequentiora in
probanda nobilitate, ad ea enim quę frequentius
accidūt, iura adaptantur. l. nam ad ea. ff. de legibus, &
quotiescumque propter frequentiam actus aliquid
disponitur in vno loco, & in vna aliqua re, censetur
idem dispositum in alio loco, & re, in quibus est
eadem ratio, vt per Peraltam, in l. Lucius la. 1. numero
22. de legat. 2. pagin. 244. & Tiraquell. de ret. linagi. §. 16.
numero 4. & 6. cum sequentibus Iason. in repetitione. l.
cunctos populos, numero 92. C. de Sum. Trinit. ex text. no-
tante ibi Bald. notabil. 1. in l. in hac. C. de donatio. diximus
in Rubrica titulo 4. numero 3. libro 3. supra & sic verba
illa, Pechos reales y concejales, exemplificant in locis
liberis à tributis, in quibus non datur eadem ratio,
quę in non liberis, non vero excludunt equipollē-
tem probationem, quęcunque ea sit in qua adsit
distinctio illa requisita à Bartol. in l. 1. C. de dignitat.
libro 12. de qua infra. & ita in expressis terminis sic
 declarando illa verba, *Pechos Reales y concejales, tenet*
 hanc opinionem *Ioannes Garfi. de nobilit. gl. 7. nu. 34.*
cum sequentibus, alia ad hoc adducens fundamenta
quod illę leges. 7. & 8. non sunt exclusiua aliarum
*probationum, & allegat ad hoc *Barbari. in cap. sicut**
consuetudo, de proba. in princ. dicentem, quod vbi lex di-
cit, quod probatio fiat certo modo, ille modus po-
nitur gratia exempli, & non excludit alios probādi
*modos, & iterum idem *Ioan. Garfi. ibidem in glo. 12. nu.**
23. & in glo. 35. nu. 1. vbi ex ijs inquit copulatiuam
*illam. y. positam inter verba illa, *Reales y concejales,**
resolui † in disiunctiua, prout quotidie fit, iuxta text. 95
*in l. sepe. & ibi *Bart. de verb. signi. ex quo inquit ipse**
Ioan. Gar. in d. glo. 35. n. 1. quod forma tradita in dictis
legibus. 7. & 8. est probatoria, & ideo demonstrati-
ua, & non substāialis, & quòd ea ratione admittit
varias probationes, dummodo probent nobilitatē
 & quod sic in Hispania nobilitas etiam iure nostro
 probatur per actum, qui faciat distinguere nobilem
 à Plebeio, ita vt & iure nostro probanda ac reci-
 pienda sit opinio *Bartol. in dicta l. 1. C. de dignitat. libro.*
12. numero 97. Ideoque probari nobilitatem, & ex
non solutione tributi Regij, & itidem tributi non
Regij soluti per plebeios, vel ex distinctione offi-
ciorum, vel per alium quemlibet actum distinguē-
 96 *tem † nobilem à Plebeio, ad quem Plebeius nō ad-*
*mittitur, vt & per eundem *Garfiam dicta glossa. 7. nu.**
24. & vera hęc esse reputo, & tenenda. Ex quibus
*inquit ipsemet *Ioannes Garfia. in d. glo. 12. n. 23. quod**
si solus auus fuit in reali possessione † nobilitatis, 97
 & ipse litigator eius nepos, & itidem pater litiga-
 toris vixerunt in loco libero à tributis, quod hoc
 sufficit vt dicatur continuata possessio in nepotem
 hunc, vt & tenet *Otalora, ibidem relatus: & ego*
 itidem infero cum *Humada. in l. 1. titu. 21. part. 2. glos-*
sa. 5. num. 8. vbi à num. 6. incepit, quod nobilis ita po-
 98 *test conqueri deturbantibus † suam nobilitatem*
quocunque modo, sicut si pignoratione ob tributa
turbaretur: neque huic opinioni obstant alia ver-
ba dictæ. l. 8. derogatoria probationum aliter facta-
rum, quia procedunt prout lex illa loquitur, quo-
ties per modum ibidem constitutum probatio faci-
enda est, tunc enim debet talis probatio continere
ibidem descripta, non verò vt alij modi probādi
nobilitatem excludantur in locis saltem à tributo-
*rum solutione liberis, & sic videtur colligi *ex d. l.**
*8. col. fin. ibi. *T las abrogamos y de rogamos en quanto atañe**
lo susodicho, quedando en su fuerça y vigor en todo lo otro,
 ita vt verba illa enuntiatiua, *quanto atañe lo susodicho,*
 restringunt dispositionem præcedentem, vt tunc ad-
 mittatur, & obseruetur, quoties datur casus in quo
 de tributis articulari potest, quia locus ille non est
 ab eis liber lex etenim generalis non extenditur ad
 locum vbi qualitates † eius verificari non possunt, 99
 neque ad loca illa in quibus qualitates, & requisita
 talis generalis legis reperiri, non possunt, *ex cap. li-*
*cet, de pœnit. & remis. vbi *Innocen. & Hosti. lidemque.**
ff. pro socio Roman. in l. si verò §. de viro. ff. sol. mat. nume-
*ro. 33. *Fallen. 11. & hinc est quod si quis reperiatur, &**
*existit in quodam Castro limitrophio, vulgo, *Fronte-**
tera, potest testari in vagina ensis sui, etiam si miles
*non sit, & hoc operatur loci dispositio. *l. rescripta. ff.**
de milit. test. l. 1. §. omnes igitur ff. de bon. pos. ex testamen-
milita. ibi omnes: igitur omnino, qui eius sunt condi-
 tionis vt iure militari testari non possint, si in ho-
 stili loco deprehendatur, & illic decedant, quomo-
 do ve-

do velint, & quomodo possint, testabuntur. Quarū legum verba sunt admodum notanda, vt consideremus, quod ad effectum probandi, transgredimur ius commune generale, ad ius militiae priuilegiatum, & speciale ratione loci vbi testās existit, & sic idem in casu dictarum legum. 7. & 8. considerare debeamus scilicet vt respectu conditionis loci vbi probatio nobilitatis facienda est, consideremus modū, quo ibi fieri possit, & cum eo nos conformemus, & non cum probatione dictarum legum, quarum dispositio ibidem verificari non potest, nulla est enim lex tam præcisa, vel districta, quin non recipiat moderationem à tempore, loco, qualitate personarū & aliis circumstantiis, † *ex tex. elegante, in l. licet. ff. de recep. arbit. Alex. cons. 80. num. 5. vbi additio. litera. D. lib. 1. vbi inquit quod verbum præcisum recipit interpretationem laudabilem, aded vt secundum eū ibi, etiam si statuto caueatur, vt statuta præcise obseruentur adhuc recipiunt interpretationē, & ibi hāc communem testatur opinionem, & faciunt dicta per *Dominicum cons. 29. in fi. 1. as. cons. 43. col. 3. & 4. lib. 3. Rinuum. cons. 25. num. 22. lib. 1. Crauet. cons. 156. num. 8.* etiam si lex vteretur distributio illo, quibuscūque, vt late per *Tiraq. de retrah. consangu. §. 1. glo. 7. nu. 20.* Effetque valde iniquum petere actus positiuos vbi non inueniuntur. §. 1. *inst. de inutil. stipul. l. quidam hæredem. §. si. ff. de vino, tritico, & oleo lega. & quære actus positiuos vbi non sunt, illud est quære actus ex quibus nobilitas incepta, id quod est impossibile, vbi de talibus actibus non extat memoria, secundum *Oldrad. cons. 244. num. 13.* vbi argumentatur valde eleganter fere in nostris terminis, & quod non fuit, nec est, poni non potest. *l. confessionibus, ff. de interro. actio.* quia contradictoria simul non possunt esse vera. *l. hæc verba. ff. de ver. signi. idem Oldrad. in terminis exemptionis, cons. 254. num. 2.* vt sic de coacta iuris ratione necessario fatendum sit, quod verba illa derogatoria dicta. l. 8. sint intelligenda & tota ipsa lex cum. 7. præcedente, in locis vbi tributa soluantur, & vbi de ijs articulari potest, & articulatur, non verò de illis locis vbi de ijs præbæri non potest, neque articulari, quia locus liber est, in verbi. *Porende mando,* cuius verba essent superflua nisi de aliis modis intelligeretur, imò & ipsa lex. 8. esset superflua ac frustratoria in quantum ad alias leges Regias ac pragmaticas se refert que sunt illæ de Toro, & Tordefillas, si talium pragmaticarū probationes exclusisse esset dicendum, & quia in probatione proprietatis nobilitatis præsertim, *Porvia de solar cono cido,* nulli actus positiuus sunt necessarii, imò etiam si adessent actus positiuus contrarij in possessione, probata proprietate, nihil obesset, quia proprietates absorbet possessionem, vt & infra dicemus, & sic nihil superflui continet dicta l. 8. neque frustratorie disponit, cum ad alias Regias se refert, sed potius ex ijs censendum est admisisse omnes alios probandi modos in hac nobilitatis materia, in legibus enim interpretandis neque vna † syllaba debet stare ocioso, ex *glo. l. 1. ff. quod metus causa. Barbat. consil. 44. num. 9. libr. 2.* & illa debet sumi interpretatio, ne quid frustra factum intelligatur. *l. si quando. in princ. de legat. 1. l. qui concubinam. §. qui hortos. de legat. 3.* etiam in materia strictæ interpretationis, ex. *l. 1. ad fin. ff. ad municip. Craucta, consil. 135. num. 24. & consil.***

201. nu. 13. & consil. 272. numer. 7. & consil. 294. col. 13. versic. Quinto loco, qui hoc in istis duobus vltimis consiliis extendat, etiam in materia odiosa, aut strictissime interpretanda, & lex non videtur quidquā frustra † inducere. *l. stipulatio. §. diuus. ff. vt legat. nomi. 102*
ne. l. postliminij. in fin. ff. de capri. & postli. reu. tum etiam quia non est credendum, quod in hac noua ac recente Regiarum legum compilatione, vbi principaliter intenditur de antiquis aliis legibus supprimendis, lex abrogata fuisset in sexta, & sic quod dicta pragmatica de Toro & Tordefillas eaque sub vno ac eodem titulo situata (quod dici non potest) aut deseruiret de vto, aut in decisione sua pulcherrima utilis ac necessaria, tam leuiter intelligeretur esse sublata, argum. eius, quod in simili abhorret *Iustinianus in l. si quando. C. de inoffi. testam.* quādo enim de antiquarum legum abrogatione intenditur, tūc illud solet signari verbis † expressis, aut honorifica 103
 aliqua præfatione, prout notat *Alciar. lib. 3. Parerg. 17. & Ludou. Charon. lib. 2. verosim. iur. cap. 16. l. 9. tit. 3. par. 3. vbi glo. Mudar. & in l. 10. tit. 3. par. 6. verbo, No quiere. l. 1. tit. 16. infra isto lib.* Ideoque quod illa pragmatica Cordubensis sub dict. l. 8. infera non dicit, neque nos dicere debemus, vt *l. si quis seruum, ff. de acquir. heredi.* & sic non obstant verba derogatoria d. l. 8. nostro intentui, & opinioni, neq; itidem obstat l. 18. eiusdem tit. 11. lib. 2. supra, quia loquitur quoad formam, non vero quoad probationem: & sic hanc nostram opinionem voluit tenere Ioan. Garfia, vbi supra etiam si ipse quasi vacillans in hac opinione & dubitans in glo. 18. num. 9. aliud voluerit ex quodam Deciani Responso, qui nihil debere eum mouere ad hæsitandam & vacillandam in dicta opinione per nos & ipsum asserta, cum Decianus ibi allegatus loquatur in statutis limitatiuè dispositiuis, hæcque nostra opinio clarius procedet quoad loca in quibus lege & foro statutum est, nobiles reputari & vt nobiles haberi in locis illis commorantes, prout. *l. 16. non Cantabriae statutum est,* quæ (vt infra dicemus) pro lege est habenda eò quod à regibus confirmatur, neque est censendum per generalem dispositionem dictarū legum. 7. & 8. dict. tit. 11. libr. 2. supra derogari, cum de iure lex generalis casus † speciales non comprehendit, secundum 104
gloss. communiter approbatam per text. ibi in l. 1. C. de sententiarijs. l. 11. Et sic casus iste probandi notabilitate in locis liberis à tributis remanet in dispositione iuris communis tanquam casus omissus, ex *l. commodissime. ff. de lib. & posthu. l. si verò §. de viro. ff. solut. matr.* ibi nihil in l. scriptum est, cum ijs, quæ latissime cōgerit *Tiraq. de primogen. c. 40. num. 194. & sequentib.* & dispositio de vno casu ad alium non extenditur † 105
 vbi diuersa subest ratio, *Bart. & Docto. in l. Gallus. §. & quid sit tantum. ff. de libe. & posthu.* & lex quando præsupponit vnum casum, perinde est, ac si à principio dixisset, se specialiter in illo, & in genere sub illo solum casu cōprehensio, velle intelligi, vt per *Tiraq. vbi supra. nu. 198.* & dispositio se restringens aut intendens ad vnum certum † genus personarum, non 106
 potest extendi ad personas diuersæ qualitatis. *l. qua conditio. 39. ff. de cond. & demost. & dict. §. de viro. & sic leges illæ. 7. & 8. disponentes de probatione nobilitatis per non solutionem tributorum, solum illo casu vbi tributa soluantur censentur disposuisse, nō verò extra illum, neque quoad alios casus vbi nunquam tributa hæc solitū est, solui, neque soluantur: neque*

neque est mirum quòd vna & eadem res diuerso iure censeatur quoad intellectualem considerationem vbi plures intelligendi formæ concurrunt, iuxta doctrinam Bald. in l. 1. per tex. ibi. C. de seru. fugit. & est. l. miles. §. pro parte. de legat. 2. Tiraq. de retract. Linag. §. 1. glo. 18. num. 23. & de nobilit. cap. 28. num. 12. Deici. in l. in testamento. la primera. num. 8. C. de milit. testam. Ex quibus in locis liberis & ab omni tributo exemptis, prout est in Cantabriæ Dominio & prouinciis adjacentibus, sequitur, quòd iustissimè & iuridice nobilitas hæc sanguinis in possessione & proprietate probari poterit tam ex communi Cantabrorum reputatione & fama, quàm ex præcedentia, & cognitione nobilium, per præcedentiam enim, vt sedium † nominationis & similibus probatur possessorium & petitorium, quod quidem in ipsa datur præcedentia, vt sensit Bald. in l. obseruare. §. antequam. ff. de offi. proconsul. dum de quasi possessione ratione consuetudinis loquitur, sensit enim in hac materia præcedentiæ dari possessorium, & probari videtur in c. licet causam, versi. honore, de probatio. & Bal. ibi notat singulariter, quod pro honore competit possessorium, & quamquam videatur restringere, vt ibi per eum, tamen generaliter hoc refert & sequitur Purpurat. in l. 1. nu. 93. ff. de iurisd. om. iud. Boeri. decisio. 151. num. 2. & in consuet. Bitur. i. pag. 8. col. 3. & Cassan. in consuet. Burg. pag. 426. versi. aduerse ad illud. & pulchre Barbat. in d. c. licet causam. Tiraq. de nobilit. cap. 20. nu. 57. ad quod respexit Suetonius, in Tiberio cap. 10. versi. loco & quasi possessione, usurpati, & Corn. Tacitus. lib. 3. vbi memorat Domitium Corbonem prætura functum de Sulla nobili iuvene, questum esse apud senatum; quòd sibi inter spectacula gladiatorum loco non decessisset, & videtur alius bonus text. in cap. 1. versi. consueuistis facere, vt litend. vbi Abb. 3. not. numer. 8. testatur communiter Doct. cum Innocen. transire, vt ille text. circa † honorem etiam procedit in possessorio: & vbi nulli actus possessorij dari possent, in proprietate nihil dubium, quin procedat, cum & ex legibus nostris Regijs id etiam statutum reperiamus. Et per consequens malè Cantabrorum nobilitatem apparet voluisse obscurare, & ei detrachere & à communi reputatione extorquere, Ioann. Garf. in d. gl. 7. nu. 23. constituendo aduersus eos regulam in contrarium & aduersando communi eorum æstimationi: Præsertim, cum ipse ibidem in num. 24. consuetudinem loci prouinciarum in probatione nobilitatis attendendam asserat, & consequenter, habito pro constanti in Cantabria, prout habetur, Cantabrum originarium nobilem reputandi, & in hoc originarium à non originario † distingui, sufficienter quoad hoc probare originarium esse, vt nobilibus id probans indicetur, & pro tali habeatur, vt inferius dicemus: Ex quibus verba ab ipso Ioa. Garfia prolata aduersus Cantabros ad querelam & supplicationem dicti Dominij Cantabricensis se cõquerentis PHILIPPO SECVNDO Hispaniarum Regi ac Domino nostro quòd in dicto Commentario de nobilitate dicta glof. 7. d. nu. 23. & alibi dictus Commentator detrachere voluerit antiquam Cantabrorum nobilitatem, ipsius Domini ac Regis nostri mandato trigesimo die Ianuarij, anni 1590. fuit expedita Regalis prouisio omnibus Regni iustitiæ ministris directæ, vt ipsius virtute colligerent omnia volumina dicti Commentarij, vt sic collecta deleterentur ab vnoquoque eorum vo-

lumine omnia verba & omnes versiculi contra nobilitatem dicti Dominij prolata & impressa, quæ vt certius esset, quanam essent delenda, Decreto & testimonio fidedigno fuerunt designata manu Ioannis Gallo de Andrada Secretarij decemora ex residentibus in Regio Consilio, quæ quidem Regia prouisio & testimonium dictum ad me missa fuerunt in transumpto manu publici tabellionis, vt in eo asserbatur, signato & vidi & legi, & fuit mihi missum. Infero itidem ex dictis ad determinationem illius difficilis quæstionis, scilicet, an exteri à nostro Regno, si ad illud venerint, gaudebunt necnè nobilitare † Regni nostri, si in suo aliàs nobiles erant, & vt tales reputabantur, quam quæstionem vt difficilem Otalora, de nobilit. 2. p. cap. 5. examinat latè, & licet ibi teneat, quòd non, ex eo quòd non possint nostrarum legum actus probare, & quia exteri à Regno non sunt admittendi in eo ad officia & beneficia, tamen contrarium de iure verius esse existimo, & huius opinionis credo esse iustificatorias rationes illas ab ipso Otalora in contrarium adductas, nam cum leges expresserint exteros à Regno non esse admittendos ad officia & beneficia, manifestè intelligitur, quòd si leges non exclusissent ad hæc essent admittendi, prout admittendos prohibitione simili non extante probaui, in l. 14. n. 8. situ. 3. lib. 1. supra, cumque à legibus nostris exteri à suis nobilitatibus probandis non sint exclusi, sequitur clarissimè nobilitates in Regno per exteros ab eo probari posse, & eis potiri, neque incapaces ad hoc esse, & sic plures exteros id probasse in nostro Regno, & in tales fuisse in tribunalibus & cancellariis Regijs declaratos tam ex Genuensibus, quàm Venetis, & Cantabris † ipsis, nostris temporibus visum est, & id ex communi reputatione, quam diximus, probari potest, prout mihi fuit relatum fuisse factum, & hoc idem relatum fuit executoriæ in proprietate obtentam fuisse ex sola hac reputatione communi immemoriali ab aliis aliquibus Vallis de Mena, vbi esse notorium affirmatur nullam adesse distinctionem statuum nobilium, vel nõ nobilium, nisi quòd inter naturales dicti Vallis per immemorialem reputationem sui ipsius & ipsorum & antecessorum sunt noti nobiles, & ab origine eorum immemoriali ibidem existènte, & in aliis multis itidem visum est, & Otalora, & Ioann. Garfia id in suis Commentarijs fatentur maximè in glof. 7. nu. 18. & 25. Vbi numerat Domum de Vrquigu, quæ est propè Villam del Horrio: ita vt si ex maiorum progenie & nobilitate maiorum ij exteri nobiles sunt in terris suis, & admissi sunt ad gubernacula Reip. cū nobilibus exclusis plebeiis, nimirum q̄ & in nostra Hispania nobiles reputentur, & vt tales habeantur, ita vt nostra Hispanorum nobilitate gaudeant, quantumvis actus positiuos à dictis legibus. 7. & 8. requisitos non probent, de quibus in terris suis nullus ab antiquo vsus aderat, quia ab eis liberi erant, & pro hoc in d. nu. 18. ipse Ioan. Garfia, Considerat. l. si. titu. 1. part. 2. & voluit Otalora. vbi supra, 3. part. c. 8. num. 9. ij enim exteri nobiles fideles reperti sūt in fide semel data: Et sic inquit ibi ipse Ioann. Garfia, q̄ nisi isti pronunciarentur nobiles, fieret profecto, vt neque Hispani viri possent nobiles pronunciari, quos, cū constet, à nobilibus pro creatos esse, Pero siempre viueron en lugares libres y sin distincion, o si alguna distincion vno, fue en officios y juntas: pero no en pecheria, porque no la

no la uuo. Nec dicendum est, *Que en España nose an tan hijos dalgo como los mismos Españoles, los Colonos, &c.* Hæc sunt uerba ipsius Ioann. Garfæ, quæ sic retuli, ut uideamus, quo modo sine aliquo scrupulo, exteris hos etiam si in locis liberis uixerint, si à maioribus suis sanguine nobilitati sunt, & ab antiquo sic est compertum, & ex historijs sic reperimus, ut ipse ibidem testatur, nobilitate sua, uiuentes in Hispania, gaudere sua nobilitate, sicut gaudet nobiles Hispani: Et probatur id ex l. 18. titu. 11. lib. 2. supra, ubi admittuntur exteri ad probandam nobilitatem suam, & cum admittantur, omnino debet intelligi esse admissos ut probationibus in locis suis uisitatæ probent, non uero alienis ab eis, quia qui uult unum censetur uelle, & omne aliud sine quo illud unum verificari non potest, & qui uult consequens uelle uidetur & antecedens sine quo illud consequens nõ verificaretur, ex text. in l. illud. ff. de acquir. hered. & ex l. cui. iurisdictio. ff. de iurisdict. omni. iud. & similibus, neq; obstant alia illius legis. 18. uerba quæ iis contrariari uidebantur prima facie, quoniam procedunt quoad faciendam probationem, non uero quoad probationes ipsas, ut iam supradictum remanet, & consequenter patet, quod hæc opinio contra Otaloram cum Ioan. Garfæ sit tenenda, & q̄ iniuste, nunc huc nunc illuc uacillando, Ioan. ipsum Garfæ in dict. gl. 7. numer. 23. Cantabrorum nobilitatem obscurare uoluisse, cum & in historijs Hispaniæ reperiamus Cantabros ipsos ita esse & antiquos quod à Tubal nepote Noë sint descendentes (de originarijs loquor, non uero de aduentitijs) & in armis & exercitijs militaribus ita uersatos, ut & à Romanis, qui totam Hispaniam debellarunt, ipsos Cantabriæ uicinos per multa temporum curricula non potuisse deuinci, sed indomitos eos reliquisse, tanquam feroces & fortes debellatores & defensores sui ipsorum & patriæ suæ, quod alij quam nobiles & diuites & in armis experti non potuissent facere, sicut ipsi tunc & post demonstrauit esse, & sunt, satisque fideles Coronæ Castellæ, & ipsius Regi ac eorum Domino: Et non multis abhinc annis dum timere tur inuasio à Francigenis ipsi restiterunt, & se paratos ostenderunt plusquam cum decem mille hominibus armatis pro defensione Coronæ Castellæ. & quod magis miror est de ipso Otalora, dict. 3. part. cap. 8. numer. 9. Dubium circa hæc extitisse, cum & ipse in 2. part. cap. 5. numer. 10. per totum eos defenderit, & ex dict. l. 16. Fori Cantabricensis sic dispositum reperitur, ut eorum nobilitates ubique locorum tam extra, quam intra Cantabriam obseruentur, quibus sic præhabitis pro introductione huius quintæ quæstionis & partis finalis nostri epilogi deueniendo ad modos probandi nobilitatem & quomodo probetur: Dico primo probari ex antiquitate, nam ut inquit Quintilianus, Dignitatem & dat antiquitas, Et apud Liuium lib. 7. legati Campani neque hercule (inquit) quod Samnites priores amici, socijque uobis facti sunt, ad id ualere arbitror nõ nos in amicitiam suscipiamur, sed ut ueritate & gradu honoris nos præstent: & sic ordo temporis inducit prælationem in honoribus si tractetur de iam ordinatis inuicem præponendis, ut inquit Deci. in cap. Auaritiæ. numer. 7. de præbend. & probatur ex text. in l. 1. uersic. quis enim in uno eodemque genere Dignitatis prior esse debuerit, nisi qui prior meruit Dignitatem. C. de Consuli. libro. 12. & sic inquit Gregor. Euang.

Homil. 3. fertur, (inquit) apud ueteres mos fuisse, ut quisquis Consul existeret iuxta ordinem temporis, honoris sui locum teneret, & in l. 1. uersic. eum locum uolumus esse potioram. & in l. 2. uersic. sit igitur sedes prior ante prouectis. C. de præf. prætor. lib. 12. & in cap. 1. uersic. prior, & maior habeatur. de maio. & obed. & in cap. si. 17. distin. ubi glo. hoc generale esse dicit, quod qui prius & Dignitatem acceperunt præferendi sint, alijs: Ex quo quotidie prius Doctoratus præfertur iis, qui post eum doctorati sunt, ut per glo. in l. cum quid. ff. si uert. petat. & ex alijs relatis per Cassanum, in Catalogo glor. mun. 10. part. Consider. 29. & ex pluribus de Antiquitate dictis per Roman. in l. si uero. §. de uero. fallent. 53. ff. solut. matrim. & Rebus. in Tract. de nominat. quæst. 21. & ex quinquaginta priuilegijs & prærogatiuis Antiquitati & concessis & congestis per Cæpol. in Tract. de Imperatore milit. de leg. in cap. Bartolomeus Colonos, numer. 4. cum sequentibus. uolum. 16. Tract. Diuersorum Doctorum: Cumque Antiquitati quam plura sint priuilegia attributa, nimirum si in nobilitate probanda Antiquitati standum sit: quæ quidem antiqua nobilitas causatur ex usu tanti temporis, cuius initij memoria & hominum non extat in contrarium, cum hoc tempus habeat vim tituli iustitiæ, priuilegij ac ueritatis, ut per Barb. consil. 9. col. 1. uolum. 1. & per Cassan. in Catalogo glor. mu. 8. part. consid. 20. ubi inquit, quod ex hoc nobilitas in antiquitate laudatur, quoniam in eis antiqua fuit uirtus, & ex antiquitate generis quis est iudicandus nobilis nam nobilitas attribuitur Antiquitati, per notata in l. Stemmata, ff. de gradibus. & ideo quo antiquior & quis est, eo maior est & nobilior, id est quod longius procedit, eo magis augetur, ut ex pluribus legibus probat Tiraquel. de nobilit. cap. 19. numer. 1. cum sequentibus. & ex l. 8. dict. tit. 11. lib. 2. supra probatur, ut iam supra dictum est, omnis enim immemorialis dat possideti ius plenissimum ex fortiori causa, quæ excogitari & possit, Deci. in l. traditionibus. numer. 11. C. de pact. & habet vim concessionis expressæ ab eo, qui dare poterat, secundum Bald. consil. 257. lib. 2. & in antiquis omne uerosimile habetur pro ueritate, secundum eund. Bald. consil. 433. in fin. lib. 1. latissime Annon, in Tract. de Antiqui. tempor. parte. 1. an fama faciat fidem, & §. uisa. in hac prima, cum. §. sequente. & quod potest obtineri ex uero titulo, illud etiam obtinetur ex sola immemoriali, quæ præsupponit titulum unde quaque legitimum, ut in terminis nobilitatis fateatur ipse Ioan. Garfæ, glo. 35. nu. 36. post Rolandum consil. 89. numer. 3. lib. 2. Ex quibus de iure communi non aliter poterat & probari nobilitas quam immemoriali possessione, ut notabant Barr. Plat. & alij. l. 1. C. de dignit. libr. 12. à quibus accipiunt & tradunt Ripa. Respon. 183. Allobrogum, & Roman. singu. 293. nõquid usus, & ibi Additio. Tiraq. & Couarru. relati per Ioan. Garfæ in dict. glo. 12. numer. 1. qui licet ibidem asserat per Doctores de iure communi non declarari an tali immemoriali possessione aut præscriptione requireretur necne probatio patris, aui, aut proauj, nihil hoc erat necesse declarari, neque requirebatur probari specificè, neque minus hodie uidetur necessarium saltem quoad positiuorum actuum probationem, cum & hodie etiam immemorialis procedat possessio in ijs, sicut in alijs, ut ipsemet Garfæ, in ea glo. 12. testatur, maxime in nu. 57. & probatur ex dict. l. 7. titu. 11. lib. 2. supra, in primo eius casu de immemoriali disponente, in dict. l. 8. eiusdem tituli & libri, in col. 2.

*in col. 2. T como ellos son tenudos de probar de tiempo immemorial, o alomenos de padre y abuelo, ponderando dis-iunctiuam illam, ò, quæ dis-iungit verba, & dis-iungit sensum, ita vt immemorialis sufficiat, & in ea probatio actuum positiuorum patris & aui non requiratur, aliter enim versiculus ille, o alomenos de padre y abuelo, & dis-iunctiua nihil operarentur, quæ tantum ibidem hos actus requirit positiuos probari in litigatore & eius patre & auo cum de minori, quam immemoriali tempore probandum est. Item & quia si immemorialis hæc vim tituli habet, & veritatis & iustitiæ, vt dictum est, & in dict. gloss. 12. numero 55. cum sequentibus idem Garfia fatetur, non est necesse distinctim & specificè neque per actus positiuos probare de patre & auo, sed sufficit probare qualiter antiquitus maiores eius à tempore immemoriali fuerunt nobiles & cogniti vt tales, dum tamen testes depo-nant cum alijs requisitis immemorialis probandæ, vt & in progressu dicemus, de quibus requisitis & per *Oraloram, dict. 3. par. cap. 8. num. 1. & 5.* vnus tamè probare à tempore immemoriali possessionem, (vlt-ra quòd non potest) non sufficiet, nam (quemad-modum trito Adagio fertur) vna hirundo non facit ver, ita non intelligitur de nobili genere nisi qui probauerit † id à maioribus habuisse, secundum *Bal. relatum per Tiraquel. de nobilit. cap. 19. numer. 5.* & quia si in hac immemoriali esset actus positiui probandi frustra dictæ leges. 7. & 8. de immemoriali dis-ponerent, cum quoties actus positiui probandi sunt & probantur, minorem probationem leges illæ requirunt, quasi tunc distinguantur ab immemoriali in hoc: & sic in immemoriali consuetudine non est † necesse actus probare, vt inquit *Oldrad. cõ-sil. 244. num. 13.* Itidemque non requiritur in tali immemoriali probari scientiam & patientiã Principis, vel officialium suorum, quoniam licet sit di-uersitas inter Doctores, an requiratur probatio scientiæ & patientiæ Regis in probanda immemoriali, magis tamen communis & verior est opinio, quòd non requiritur † vt dixi *in l. 1. tit. 15. libr. 4. su-pra, & post nouissimè asserit Gutierrez. in suis Practi. quæst. lib. 1. quæst. 85.* & sequuntur plures relati per *Tiraq. de nobilit. cap. 14. num. 4.* quicquid contra com-munem in hac materia voluerit *Ioann. Garfia, dict. glo. 7. num. 7. versic. & licet,* contra quem cum com-muni ita tenebat *Oralora. 3. par. c. 7. n. 21.* vbi q̄ sufficit scientia cõmunitatis, hoc est, *De los concejos.* Debet ta-men talis immemorialis probari iuxta dispositione legis 41. *Tauri, quæ est. 1. titu. 7. lib. 5. supra, vt inquit vbi supra Gutierrez, & voluit Ioan. Garf. d. glo. 12. nu. 1. & licet ibi num. 2. & 3. asserat, quòd ex l. 2. tit. 21. par. 2.* re-quirebatur probari Actus positiuos Patris, Aui & proau, etiam in immemoriali, mihi lex illa nihil de actibus positiuis probat, neque disponit, neq; eos explicuit, neque de forma probandi nobilitatem tractauit, sed tantum disposuit, ex quibus homini-bus milites sint eligendi: Imò si bene consideretur lex hæc Partitæ pro supradictis facit, nam cum ibi non distinctim sed generaliter loquuta est, manife-stè colligitur ibidem, in immemoriali sufficere in genere de nobilitate proauorum, & maiorum pro-bare, neque actus positiuos requiri, cum enim lex non distinguit, neque nos distinguere debemus, & non est censendum legem illam Partitæ velle ius commune corrigere, sed potius cum eo concordare, prout concordat & non cortigit, neque corrigi-tur, vt tandem ipse met *Ioan. Garf. fatetur, in dict. glo. 12. num. 8.* Imò & quòd fortius est quòd *dict. l. 8. dict. tit. 11. lib. 2. supra in prima eius dispositione, sub versiculo, Y por ella mandamos y ordenamos.* hoc itidem approbat & & immemorialem hanc probationem tam quoad possessionem, quam quoad proprietatem renovan-do confirmat, vt ex ea clarissimè patet, dum se re-tulit ad leges & pragmaticas Regias, quæ sub. l. 7. *precedente in eod. tit. 11. & libr. 2. supra continentur in prima eius dispositione, dum de immemoriali mèn-tionem lex hæc 7. fecit, vbi de proprietate tantum loquuta est, non vero cum loquitur de viginti an-norum probatione, nam in hac de possessione so-lummodo loquitur: nam cum disponit quoad pos-sessionis principaliter intentatæ probationem, vel in simul cum petitorio, eo tamen suspenso, prose-quendo possessorium, lex illa. 8. † loquatur in secu-nda eius dispositione, & itidem in tertia parte in ver-sic. *Y otrosi, si alguno dixere, & in versic. Pero si el abuelo.* Minorem lex illa requirit probationem, scilicet, temporis 20. annorum continui cum litigantis, Pa-tris, ac Aui exemptione & libertate, vel per famam & de auditu si res est antiqua, & in hoc lex illa. 8. est declaratoria dispositionum iuris communis, & di-ctæ legis. 7. ad quam lex illa. 8. se refert, idque cla-ritus ex supplicatione, & proæmio dict. l. 8. colligi-tur, in primo enim casu, quem lex hæc. 8. constituit, in dict. versic. *Y por ella ordenamos y mandamos.* dum de proprietate loquitur confirmat l. † preceden-tem dum de immemoriali disposuit dicendo, *Nue-sfra merced y voluntad es, que todos los hijos Dalgo que son hijos Dalgo de padre y abuelo, que estuuieren en posesion de hidalguia de tanto tiempo aca que memoria de hombres no es en contrario.* In ijs enim verbis lex. 7. de proprie-tate loquitur, vt vides, tum quia immemorialem requirit, quæ titulum præbet, tum etiam quia loqui-tur per verbum, *son.* Latine, Sum es fui, quod qui-dem denotat proprietatem †, vt per *Oralora de nobi-lit. 3. part. cap. 4. num. 2. pag. 95. & ead. 3. part. cap. 6. nu. 3. pag. 106. & ead. 3. par. c. 9. n. 6. & 2. partis. 3. partis. princ. cap. 10. num. 2. pag. 227.* in verbis autem sequentibus. dum illa. l. 7. dicit: *Y de veynte años aca, nunca pecha-ron.* nè videretur ad proximè præcedentia se cõtra-riari, dū de immemoriali loquuta fuit, subscriptio in margine eius apposta, imo verius Rex ipse, qui Compilationem hanc Regiam approbavit, & con-firmauit in omnibus, cum ipse dicat in proæmio Codicis: *Omnia nostra faciamus, quibus autorita-tem nostram impartimur, inquit sub scriptio illa marginalis, Esta en lo que dispone de los veynte años, se ha de entender el juyzio de la possession, por la ley siguiente:* Ita vt ij viginti anni quoad possessionem conside-randi sint, de qua possessione lex 8. sequens loquuta est in dicto versiculo, *Y otrosi, si alguno,* ita vt posses-sio tunc regularetur & probetur viginti annis cū alijs tunc requisitis in ipsa. l. 8. in eo versic. *Y otrosi, si al-guno,* cum sequente versiculo, *Pero si,* neque tunc quoad possessionem tantum necessaria sit imme-morialis probatio, si pars litigans non vult de im-memoriali & proprietate probare, vt dixit *Ioann. Garfia, dict. glo. 12. num. 9. versic. secundo lex nostra,* & hic est verus, genuinus & literalis intellectus harum le-gum, & dictæ subscriptionibus marginalis dictæ. l. 7. & hoc est quod doctè licet obscure dixit *Conar. lib. 1. Varia. cap. 16. num. 10.* in propositum harum legum Regiarum,**

- 126 Regiarum, quod ex earum dispositione minor et probatio requiritur in possessione nobilitatis probanda quam in proprietate: Et ideo cauendum cenfeo à Ioan. Garfia in dict. glo. 7. nu. 16. versic. secundo ad idem. et glo. 12. nu. 7. ad medium, qui iniuste de errore notauit subscriptionem illam marginalem dicta. l. 7. cum ipse Ioan. Garfia, errauerit in hoc, nam doctissime & verissime loquutus est Compiler in illa marginali subscriptione dicta. l. 7. & ex declarante l. 8. declaratam dixit. l. 7. precedentem: Et assumptum, quod in illa glo. 12. num. 7. & ex dicta marginali subscriptione voluit colligere ipse Ioan. Garfia, scilicet quod illa subscriptione marginali intenta esset necessarii actus positiui in immemoriali, est diuinatum, quia subscriptio illa hoc non vult, sed potius contrarium, cum versiculum illum dicta. l. 7. et *Es nueva merced que todos los hidalgos que son hijos Dalgo de padre y abuelo, que estuieren en posesion de hidalguia de tanto tiempo aca que memoria de hombres no es en contrario.* In immemoriali tantum intelligat possessione proprietatem in se continete, & ex immemoriali probata resultate, in qua ut dictum remanet actus positiui non requiruntur, ex d. l. 8. versic. *Y por ella mandamos,* versiculum autem sequentem dicta. l. 7. ibi, *Y de veynte años,* vbi de actibus positiuis loquitur, de possessione tantum intelligit, quae nullam habet proprietatis mixturam, de qua possessione loquitur l. 8. versiculo. et *Y otro si, si alguno.* ad quam subscriptio illa marginalis dicta legis. 7. se refert, & consequenter assumptum illud Ioan. Garfia, est diuinatum, & praeter imo & contra intentionem dictae subscriptionis, & ideo nullo modo sequendum neque tenendum, & miror de Ioan. Garfia, qui cum se scientificum & practicum in causis nobilitatis demonstrare voluerit, ita in intellectu dictarum legum. 7. & 8. tit. 1. l. 2. supra scriptorem dicta. l. 7. in dicta subscriptione errasse asseruerit, cum doctissime ut diximus subscriptor ibidem processerit, & sic confirmatione Regia in principio huius Recopilationis apposita approbata est dicta subscriptio marginalis, imo & voto Senatorum sacri supremi & Consilij id actum cenfeo, cum ibidem dubia confulerentur à Copilatore tempore quo in ordinem Copilatio haec Regia colligebatur. Ex quibus aliqua notanda infero. Primo (ut ad Instituta, & incepta reuertamur) inferitur, quod nec hodie in immemoriali nobilitatis probatione actus positiui et requiruntur ad eius essentiam, prout & ipse Ioan. Garfia, dixit & voluit in dict. gloss. 14. nu. 7. cum assumptum dictum per eum illi subscriptioni marginali attributum non sequatur, quicquid in principio illius glo. 12. aliud voluerit, prout supra diximus, & per consequens haec de antiquitate probatio vera sit & sequenda, tam de iure communi & Partitarum, quam ex nostris pragmaticis & legibus Regiis. Secundo infero, quod causa quare hodie data executoria in possessione, fiscus vel alius non reddit, neque intentat iudicium proprietatis, est, et quia quasi semper insimul cum possessione viginti annorum continuorum litigantis patris & aui sui cum actibus positiuis, allegatur etiam & probatur immemorialis, & ea probata fiscus non habet quid probare, cum debeat assumere in tali casu partes actoris, & ad sit contra eum dicta probatio in executoria illa contenta & cum eo litigata & expedita, ideo mirum non est, si fiscus vel alius, post iudicium proprietatis non profequantur, prout & voluit Garfia, in dict. glo. 12. nu. 9.
- et sic dicta. l. 8. in versic. *Pero si el abuelo.* et voluit decidere re, nam quamuis versiculus hic ad duos casus, praecedentes iam consideratos referatur, prout necessario referendus est, ut inquit ipsemet Garfia in ea. glo. 12. nu. 10. versic. *addit tertio* ita tandem relatio facienda est, ut referamus singula singulis, hoc modo, scilicet, ut in primo casu dicta. l. 8. posito in versic. *Y por ella mandamos.* vbi agitur cum proprietas & possessio insimul intentatur, vel de immemoriali probatur intentata etiam tantum possessione, si in hoc primo casu ob temporis diuturnitate & antiquitate non potest per testes de visu probari de nobilitate Aui, sufficiat tunc etiam quoad proprietatem per testes de auditu & de fama deponetes id probari: Sed cum versiculus ille, *Pero si el abuelo.* dicta legis. 8. referendus fuerit ad secundum casum, in versic. *Y otro si,* in eadem. l. 8. constitutum in quo de possessione tantum tractatur, tunc itidem si de aui probare litigas non potest per testes de visu, ob antiquitate, sufficiet & tunc de eo probare per testes de auditu, & per famam, & sic referendo singula singulis, prout Doctores sapissime faciunt & fieri debet, & legislator vult, et fecit glo. *idoneus.* in l. *idem.* ff. pro socio. versiculus ille, *Pero si,* dicta, l. 8. nihil contrarietatis continet ad versiculos praecedentes, neque ad supra per nos dicta, & voluit sic Ioan. Garfia, in dict. nu. 10. & hac de causa, quoties proprietatem tantum modo est probanda debet probari immemorialis, secundum formam dicta. l. 1. tit. 7. li. 3. supra, sed si cum proprietate possessio intentaretur, tunc quamuis immemorialis non sit sufficienter probata, si possessio satis probata et appareat, secundum formam dicti versiculi, *Y otro si,* dicta. l. 8. tunc super possessione pronuntiabitur, prout pronuntiari solet reseruata proprietate, ut & voluit, Garfia, in dict. glo. 12. nu. 10. in principi. Tertio infero, quod cum ex dictis iuribus ex dicta probatione immemoriali probetur possessio, & proprietatem nobilitatis, neque per dicta. l. 8. id excludatur, sed potius confirmetur, ut dictum est, infero inquam, quod in quibuslibet locis, & praemaxime in liberis poterit probari nobilitas et haec ex dicta possessione immemoriali litigantis & suorum patris & aui & aliorum maiorum ex parte patris articulando immemorialem hanc, secundum quod in dict. l. 1. disponitur, et notatur, c. 1. de praescriptio. in 6. & consequenter de ducitur, quod cum Cantabrorum lingua sit antiquissima, ut apparet ex generali Hispaniae Historia & Chronica, & Latius in *Copendio eius à Zamalloa,* in li. 1. ca. 9. pag. 23. colligitur, quod lingua Cantabriae fuit Hispaniae et prima, quae & nunc absque alterius linguae immixtione seruatur, ut & nouissime asserit Mariana, in sua Hispaniae generali historia lib. 1. ca. 5. & quod fuit vna de linguis diuisis in aedificatione turris Babel per Nemrot aedificatae post mundi diluuium, ut ibi per eundem Zamalloa, et iterum in li. 4. pag. 90. cum seq. et eo. lib. 4. ca. 8. pa. 99. quae quidem lingua fuit Patriarchae Tubal filij Iaphet, & nepotis Noe, ut iam dictum remanet, & haec, secundum eundem Zamalloa, dict. pag. 90. vocatur *Lengua Vascongada,* qua in maiori parte Cantabriae vtitur, qui quidem Tubal in montes illos & partes et Cantabriae deuenit, & ibidem primos Hispaniae habitatores reliquit, ut inquit ipse Zamalloa, in li. 4. c. 1. pag. 85. vbi asserit reliquisse aedificia, quae nunc vocantur *Casernas y solares,* ut & fatetur solarium adesse, *10a. Garfia,* vbi supra, glo. 18. nu. 34. et 35. sibi contrariando aliis ab eo dictis de Cantabris, et in fol. 86. affirmat ipse Zamalloa, reliquisse ibidem Tubal & socios eius nomina terrae motibus & fluminibus

bus imposita, quæ in terris Armeniæ, vnde venerat, imposita erant, & reperiebantur, & quamvis tēpore Octauij Augusti Cæsaris paulo ante Aduētū Christi fuerit † per ipsum Augustū inuasa vi & armis Cantabria ipsa, secundum *historiographos*, & *Pala. Rub. de Iusta reten. Reg. Nauarr. § 3.* adhuc tamē multi remanserunt Cantabri ex primis habitatoribus descēdentes, qui sedato bello ibidem, & non extraneas regiones credēdum est habitasse, nam sua patria vnicuiq; charissima est, & semper fuit, & cum nomen primæuum, & lingua primæua semper durauerint, durant etiā prerogatiuæ & dispositiones † etiā si forma perēpta sit, vt per *Brunū, in Tract. de interitu. gl. 35. vers. 10. & fol. 36. vers. 6. & in Tract. de mutatio. fo. 67. vers. 11. conclusio.* & cū duret nomen quantūvis sit alteri regni vnitū durat prerogatiua † & priuilegiū, ex *Alex. consil. 114. n. 19. li. 4. & Craueta, de Antiqui. tēp. 4. p. n. 27. vers. sed aduerte. & Mādos. in Regu. Chācellaria. 12. de reuo. vmo. q. 1. & pulchre Ange cōsi. 247. vers. & eius opinio. & Soci. Iunior. consil. 28. n. 21. & seq. li. 4. & glo. De termino. l. 7. ti. 20. p. 3. & faciūt dicta per *Auend. c. 4. preto. n. 6. vers. dixi autē. cum seq. lib. 1. & sic ex historia generali Hispaniæ. li. 3. c. 3.* apparet Cantabros fuisse multo ante quā Asturos, vt per *Zamalloam Gariuai, vbi supra lib. 4. c. 5. pag. 93.* & cōsequēter Cātabrorū nobilitatē ab Antiquissimo tēpore processisse & semper obseruatam fuisse, & posse ex hac antiquitate probari nobilitatē eorum, tā in possessione quam in proprietate, tam dū in terris suis existunt, quā in nostris, probando antiquam eorum & suorum originem, ita vt merito de ipsis originariis vulgari prouerbio vsus est, Cantaber ergo nobilis, & sic Cātabros de *Vizcaya y Guipuzcoa*, vocat *Hidalgos Otalora, de nobilit. 3. part. cap. 6. nu. 7.* Ex quo. *l. fin. titu. 1. part. 2. inquit, Catanos & Valuafores Italiæ nationes, qui Infanzones, † vocantur in Hispania esse nobilissimos, & post dominos de titulo gradatim hos sequi, vt apparet ex dict. l. si. ti. 1. part. 2. iunctis. l. 11. & 12. illiusmet tituli, & partira. & l. 10. ti. 25. parti. 4. Sanctus Thom. li. 3. de regimi. Princ. cap. fin. vbi declarat qui sunt ij, & eo relato. glo. in dict. l. fin. & horū infanzonum † in Cantabria adsunt multi, & ij infanzones ex solo isto titulo Infanzoniæ vbique & præmaximè in Cantabria fundatam † habent intentionē suā nobilitatis, sicut Catani & Valuafores in Italia ex dictis legibus Partitarum, & cū origo istius infanzonazgo & principium eius difficulter reperiatur, & nō apparet, debet in dubio referri ad causam vetustiore. *l. in finalibus. ff. finium regund. §. singulorum. Instit. de rerum diuis. Alberic. l. 2. §. denique ex us. col. 1. vers. praterē. si dubium. ff. de orig. iur. Fab. §. 2. Co. 4. Instit. de actio. Alciar. cōsi. 32. n. 5. li. 5. in nouis. cumque ad vetustiore causam referri debeat, in Gothorū regum ætatem initium † habuisse dicendum est, quia omnis immemorialis supponit quid infinitū à qua nullum tēpus finitū potest deduci, † secundū *Oldrad. consil. 254. nu. 18.* retrocedendo igitur ita inuestigari potest initium horum infanzonum, quo etiā retrogrado argumento vtitur *Ioan. Garsia, de expensis. ca. 9. n. 99. & de nobilit. gloss. 6. n. 13.* quia vbi alia nō apparet tituli huius origo debet omnino huic causæ applicari, vt quæ illam potuit præcedere. *l. qui non militabat. §. Lucio. ff. de heredib. institu. & ibi Barto. etiam ex interuallo, Angel. & Roma. l. si quis, cum aliter. ff. de verb. oblig. Barba. consil. 12. n. 11. li. 1. per glos. l. 1. ff. de iudi. & ex fori iurgo, † lege id etiā decerpitur, in qua dici-****

tur: *Establecido es que si algun home dixere que es hidalgo, y no es creydo, y promete juradores, no deue dar rico home que tiene la honor, ni al merino, ni a ningun bayle del Rey: mas deue dar par juradores que sean caualleros infanzones, se nores de collaxos que sean parientes de infanzon, y no deue dar a ninguno otro saluo al Rey: porque ninguno otro puede firmar su infanzonia, si no es el Rey, y el infanzon, prouando su infanzonia como dicho es, deue se la firma el Rey con buena carta, & c.* Ex qua lege deducitur primo grādis antiquitas nobilitatis per viam infanzoniæ. Secundo quōd soli Regi cōpetebat eius declaratio lite conclusa: Tertio quōd dabatur & aderat infanzonia sine vassallis, idque deducitur ex ipsamet lege, nam si ille, de cuius infanzonia litigabatur esset dominus vassallorum, nihil lex hæc meminisset *De su pecho, o collazo, eō quōd vassallos habere de se nobilitatē inducit inter teos, secundum Guido. Papa. decis. 385. & Cassan. consil. 64. & ex iurisdictione & administratione, quam habent domini vassallorum acquiritur † dignitas publica, vt in *Aurhen. const. qua de digni. §. generaliter. iuncta gloss. coll. 6. Archid. cap. 1. de consuet. in 6. Tiraq. de nobilit. cap. 28. nu. 2. Burgos de Paz, in Procem. legum Tauri, numer. 89. Molin. de primoge. libr. 1. cap. 13. num. 5. Marien. l. 1. glo. 1. nu. 17. tit. 7. lib. 5. Recopil. quōd si insimul detur Principis inuestitura & per viam varoniæ eō ipse † sit nobilis in omnibus partibus, secundū *Tiraquel, de nobilit. c. 7. Auen. c. 14. prator. nu. 31. lib. 2. Guido Papa, decis. 386. & est. l. 1. & ibi glo. tit. 25. p. 4.* sed si dicta lex Fori *iurgo*, de iis infanzonibus vassallos habētibus loqueretur, fatuum esset de iis dubitare, neque lex illa loqueretur *De su pecho*. Ergo, omnino fatendum est legem hanc de non habentibus vassallos loqui: Quarto & vltimo deducitur *Ex dicta. l. Fori iurgo*, quōd nobilis Hispanē *Hidalgo*, etiā vocabatur *Infanzon*. Et hanc infanzonum nobilitatē à nulla alia causā processisse credo quā à gestis militaribus, nā vt in annotationibus quibusdā vidi scriptum in lingua Tudesca, vel Gothida, *Infanzon*, significa † *la profesion, gajes, y honra militar*, & ob hoc credendum est ab aliquo Rege Gothorum hoc nōmē fuisse impositum hominibus vltra alios in arte militari signatos, & maiorem honorem & præeminentiam voluisse his infanzonibus præbere, quā simplici nobili: quōd si ita est, quibus quæso hic maior honos potuit præstari quā infanzonibus Cātabris antiquissimis & in arte militari semper versatis, de quibus & in quodā onomasticō priorū nominū & de omni alia gēte Vizcagina reperi scriptū: † Cantabri Hispaniæ Tarracōnēsis populi sunt Asturibus finitimi, à quibus proximus Oceanus Cātabricus appellatur. Hi efferi sūt, & nullā vitam sine armis esse existimant. Silius Italicus cantabar, *Ante omnes hyemisq; æstusq; famisq; Inuictus: palmamque ex omni ferre labore. Nec vitam sine Marte pati, quippe omnis in armis, Lucis causa sita est, damnatum viuere paci.* memoriæque proditum est, Cantabros solitos canere, præanalyticè suffixos cruci ab hostib⁹. Tātus. n. eorum semper fuit armorū vsus & amor ac exercitium ab antiquissimis tēporibus vsque nūc: cui eulogio consonat id, quod *Lucius Florus lib. 4. ca. vltimo*, in hæc verba de hac natione refert & scriptū reliquit: Sub occafu pacata ferè omnis erat Hispaniæ, nisi quā Pirenæi desinētis scopulis, inhærentē citior alucebat Oceanus. Hinc duæ validissimæ gētes, Cantabri & Astures immunes imperij fines agitant.**

bant. Cantabrorum & peior & altior & magis pertinax in rebellado animus fuit. Qui non cōtenti libertatē suam defendere, proximis etiā imperitare tentabant. Vacceolq; & Curgonios & Antigones crebris incurfionibus fatigabāt. In hoc igitur quia vehementius agere nūtiabatur, nō mādāta expeditio, sed sumpta est. Quod si hęc ita fuerūt, nimirū si nobiles cōmuniter tales Cāabri originarij reputētur, nā militia & militaria exercitia plurimū nobilitant, † vt apparet ex *Tiraq. de nobilit. cap. 9.* Aded vt sint qui affirmant, quodd statim quod vnus est miles, efficitur † & est nobilis, secundū *Abb. Anchar. Ant. & Doct. in cap. eō libentius, de seruis non ordin. Barr. in l. 2. §. in filiis. ff. de decur. Guido Papa. decis. 288. Salic. l. 1. §. 5. C. de iur. & fact. ignor. & faciunt dicta per Alciat. de Duello c. 30. & 34. & sic viti nobilissimi in historiis & chronicis reperiuntur ex eis fortes & debellatores, tā in pristinis temporibus quā in hodiernis; & insigniis ordinum militariū nostri regni insignitis, & quāuis nō videamus eos cruciferos insigni S. Ioannis de Rodas non est ob hoc quod ibidē desint qui possint talibus insigniis insigniri, sed quia in dominio hęc Cantabricensi non adsunt cōmendæ, prout adsunt in aliis regnis & dominiis, in quibus insignia hęc dātur: Cāabricāq; regio semper in maxima fuit estimatione habita: & quāuis tēpore Regis Roderici vltimi Gothorū Hispania fuit à Mauris ingressa, † in partibus tamē illis Asturiæ & Cātabriæ mōribus adiacētibus sese cōtulerūt non solū vicini, sed & exteri ibidē confugientes cum Infante Pelagio, vt inquit *Otalora, de nobilit. 2. p. c. 4. n. 2. per totū, ex Petro Antonio de Beuter sacre Theologia Magistro, & in humanis literis & Hispania gestis valde docto, & vt Paulus Cortesius inquit de Cardinalatu. lib. 1. singulorum autem nobilitas est, quæ non modo à familiæ splendore, sed etiā ab excellētium agnatorum multitudine dimanant: & sic Mediolani † sunt certæ familiæ nobiles ex consuetudine præscripta, secundū Otalora. vbi supra. 3. p. c. 6. n. 7. vers. item alia ratione, & in Hispania, vt per eundem. 2. p. c. 4. n. 9. & 10. & in aliis locis, vt per Ioan. Garfia. d. gl. 7. n. 18. vers. & ita ipsa, vbi & in n. 19. alia prosequitur: & sic nullo modo Cantabri, & quilibet etiā exteris ab Hispania excludi possunt à nobilitate probanda tā in possessione quā in proprietate per immemoriam ipsorū & suorū ab antiquo possessionem. Quarto infero generale assumptū & generalē propositionem Ioan. Garfia, in d. gl. 12. n. 13. 14. & 15. & prius in n. 8. in princ. dicētis indistincte, & reprobandō suscriptionem illā marginalem. d. l. 7. tit. 11. lib. 2. supra, quod hodie ex tex. ibi, & ex l. 8. sequente, in causis nobilitatis ad probandā immemoriam nō requiri probari. 40. annorū spatiū, sed. 20. sufficere, in correctionem l. 1. ti. 7. li. 5. Recopi. Hoc enim assumptū & hanc propositionem, ita generaliter assertam nō esse verā, neq; tenendā, † quia est contra primum versiculum dict. l. 8. ibi. Y por ella mādamos. nam lex hęc nō dicit hoc neq; probat, nec min⁹ dicta l. 7. ibidē. n. dū de. 20. meminit annis loquitur quoad possessionē tātum, vt dictū est, per actus positiuos, probādā, nullo immixto proprietatis signo: non vero vbi immiscenda est proprietatis prout ex immemoriali immiscetur, quæ causat titulū: Et sic teneo, qd neq; in causis nobilitatis cum de immemoriali probādā agitur sufficiat hodie. 20. annorū spatiū, etiā si per regnicolas esset hęc probatio faciēda, sed omnino sit immemorialis † proban-**

da, secundum quod in d. l. 1. ti. 7. li. 5. supra disponitur, quæ neq; quoad hoc cōsetur correctā, sed in suo esse remanere, & itidem minus quoad exteros à regno, vel quoad viuentes in locis liberis, & consequenter vbi litigator proponit immemorialē ad hoc, vt ex ea obtineat in proprietate est probāda cū omnibus qualitatibus d. l. 1. & hoc est generaliter verum, & dictæ leges. 7. & 8. nō probāt aliud, sed hunc secundū intellectū per me supra ad eas assignatū, licet si actus positiuus probarentur etiā si immemorialis nō rectē probaretur, sufficeret quoad possessionem tantū, vt alibi dictum remanet, cū & tunc 20. sufficiāt anni, limitatur tamen hoc, vt nō procedat, quoties probatio immemorialis est faciēda. & vult litigator eā facere secundū terminos dictarum legū. 7. & 8. per actus etiā positiuos suos, & aui, & quia ab antiquo mortu⁹ est auus, nō potest probare per testes de visu actus illos positiuos aui sui, nā tūc in re ita antiqua sufficeret probare immemorialē per testes de auditu aui & fama eius per viginti annorum spaciū, nequē requiretur tūc probari cūsus quadraginta annorū, & ita loquitur versiculus, *Pero si el abuelo*, dictæ legis 8 qui est declaratiuus præcedentiū referēdo singula singulis, vt remanet dictū in hac quinta questione, eo quod propter difficultatē antiquitatis minores probationes & leuiiores † sufficiunt, secundū *Couar. 156* in *Pract. qu. c. 21. n. 7 in princ.* vbi tamen hęc difficultas deficeret, requiretur & hodie in immemoriali probādā. 40. annorū spaciū, & sic deberet cōcludi de immemoriali prout concludit *Otalora, de nobilit. 3. p. c. 7. n. 4. & 5.* vbi n. 8. ita tenet, neq; est inducēda ex leuib⁹ cōiecturis correctio. d. l. 1. tit. 7. lib. 5. supra prout Ioan. Garfia, vbi supra inducere voluit, neque tunc dicendum est in tali immemoriali, de centum annis esse probandū, vt aliqui dicebant, sed de quadraginta sufficere in ea probari cum aliis requisitis immemorialis, vt inquit *Otalora. vbi supra n. 10. cum sequentibus numeris.* Habes tamen notare pro huius primi modi probādæ nobilitatis exornatione, quod in casibus in quibus viginti anni sufficiant, qui debent esse continui secundum dict. l. 8. quod sufficit quod continuatio hęc naturaliter † vel ciuilitate in-

ducta sit, vt per Ioan. Garfia, in dict. glo. 12. nu. 37. Secundo modo probatur nobilitas sanguinis (de qua loquimur) de iure cōi, & consequenter & nūc, faltem vel præsertim in locis liberis à tributis (cum vt diximus. d. l. 7. & 8. tit. 11. lib. 2. supra formā probatoriam & demonstratiuam, non vero substātiāle inducāt) probatur inquam, ex communi reputatione & opinione, † putā si aliquis communiter pro nobili habeatur, ex l. cum delationis. §. asina, ff. de fun. instruet. l. 1. §. 1. ff. de flumini. l. si. ad si. C. si seruus aut lib. ad Decurio. aspiratio glo. per tex. ibi in l. prouidendum. C. de postul. is enim præsumitur nobilis, quem vulgus & communis hominum estimatio nobilem reputat, † vt per Guido. Papa, decis. 188. Plateam post Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. Calcan. consil. 8. num. 13. & optimē Bart. Socin. consil. 246. numero 3. lib. 2. Couar. lib. 1. Varia. cap. 16. numero 10. & Matienzo alios allegando in l. 7. tit. 7. gl. 4. num. 3. lib. 5. Recopi. nobilitas enim (vt remanet dictum & tradit *Tiraq. de nobi. c. 10. n. 10. & 13. & Casfa. consil. 64. num. 9. ex Bart. l. 1. col. 5. C. de Digni. lib. 12.*) non est quid naturale, sed phantasticum & Aduentitium, † nō est substātia, sed attributū accidentale, ab hominibus constitutum, & est ambigua, incerta & nō determinata, & sic in ea locus est arbitrio iudicis,

161 dicis, ¶ quia hoc regulare in non determinatis, ut ex l. i. in fi. & ibi Bald. ff. de iure delib. tenet Tiraque. in dict. cap. 10. nu. 10. & ex iis dicebat Pogius in opusculo suo de nobilitate, relatus per Tiraque. ibi. n. 6. hæc verba, sed cū nihil minus vulgi opinio respiciat, quam virtutem, aut rationem in appellationem nobilis, ac propterea varietur admodum pro cuiusque generis vſu & opinione, quæ admodum sibi inuicem repugnāt nō à certa nec à determinata re, sed à quadam consuetudine hominum inconsulta videretur duci. Et cum plurimas diuersasque nationū cōsuetudines de nobilitate recēsuisset, postea subiungit: licet ea pro gētiū varietate multiplex videatur: omnes tamē, quos modo recensuisti, & esse, & recte dici nobiles arbitrator posse, nā sicut non omnes leges omnibus ciuibus sunt accōmodatæ, sed variātur pro rerū cōmodis & vtilitate: cūq; aliis profint, aliis obesse videātur, & tamē legū vim autoritatēq; cōseruant, neque propterea non habētur leges, quia nō omnibus eadē cōferuntur, sic ego Italos, Germanos, Britānos, Barbaros existimo, qui à suis dicūtur nobiles esse & sic consuetudinē loci esse in hoc attendendā inquit Paleorus in Tract. de notis & spuris. cap. 61. n. 8. ex Socino, cōsilio. 246. col. 1. & c. Itē si aliquē ex Iudaica aut Mahumetica natione descendere ex sola cōmuni reputatione & fama ¶ probatur, ex glo. l. 1. ff. de probat. Areti. consi. 37. Castro, de ins. hær. puni. lib. 1. c. 7. Hippoly. in l. de minore. §. plurimum nu. 88. ff. de quest. & in terminis Auenda. in dictionario verbo, studios, & dixi in l. 22. ti. 7. lib. 1. supra. in hac Recopil. cur & non nobilitas probabitur ex communi hac reputatione, neque obstabit si dixeris quōd præterea nobilitati semper obstat iuris præsumptio in cōtrarium, ideoque non idē esse, q̄ in probanda descendētia Iudaicæ aut Mahometicæ nationis, nam Respondeo, præsumptionē etiā iuris esse, q̄ in dubio nemo præsumitur ¶ de infecta radice, sed proba ac ingenua progenie, per tex. in l. 3. C. de Infan. exposi. & notatur in cap. cum deputati. extra de iudi. tradit Bal. in l. 1. col. fi. C. si quis omis. cau. testa. & cū in hoc casu ita habeamus & nulli dubiū per cōmunē reputationē & famā probari descendētiā ex infecta radice, cur deteriorē ac iniquiorē cōditionē familiarū ab antiquo nobiliū debemus reddere, denegādo illis cōsimilē ex reputatione immemoriali qualitatis suæ probationē, præcipuē cū ipsis imputari nō possit q̄ originē suā ducant ab vrbe vbi nulli existūt nobiliū & ignobiliū ætus visibiles distinctiui. Laudo quidē ego populos, qui in dubitatis plebē à nobilitate, signis distingunt: verum cū inuero, quōd propter nō vſitatā talē differentiā nobiles ab antiquo familiæ suæ exuantur prærogatiua, durum hoc nobis atque periniquū videretur, & cōtra dicta & dicenda, & contra text. in dict. l. 7. tit. 11. lib. 2. supra, vbi ipsa lex satis clare protestatur semper & vbique fauendū esse nobilibus: Et sic inquit Archidiaconus in c. 1. de consuetu. in 6. quod nobiliū appellatione ¶ comprehendūt, qui secundū cōmunem estimationem nobiles appellātur, voluit Barr. Soci. in d. cōsilio. 246. col. 2. vers. prima ratio, & ob varietates opinionū & locorū differentias standū est in hoc dictæ cōmuni reputationi, ut alia allegando inquit Bonus de Curtili. 3. part. n. 160. cū sequent. à iquibus, sequūtur plures relati per Tiraque. in d. c. 10. n. 6. cū seq. & per Cassan. in Catalog. glor. mund. 8. par cōsid. 16. & nouissime per Ioan. Garſiam, vbi supra, d. gl. 7. n. 11. Et sic nobilitatē in sola possessione & cōmuni reputatione consistere, & ex ea probari ¶

omnes philosophos & iuristas tenere testatur Otalora, in d. 3. p. c. 6. n. 6. fol. 108. & probari videtur, ex text. in dict. l. 8. ti. 11. lib. 2. supra sapius à nobis allegata & alleganda ibi, dum dicit, Pruenue possessione y reputaciō de ſi y de su padre y abuelo, ponderando verbum illud: Reputacion. & hanc etiā opinionem nouissimus omniū sequitur alios allegans Mascardus, in 2. Tom. de probatio. conclusiōe. 1095. nobilitatem, num. 8. vbi num. 9. ampliat id procedere non solum in nobilitate, quæ dicitur generis, verum etiam in nobilitate animi & virtutum, ita ut secūdum eum ibi, ex Tiraquelo, in dict. num. 6. & melius Calcan. consil. 8. col. 3. huic probationi standum sit, donec probetur ¶ contrarium, & sic inquit Curti. Seni. relatus per Tira. d. num. 6. & Socin. d. consil. 246. colu. 6. relatus per Cassaneum, in d. considera. 16. & consil. 64. numer. 11. quod ad probandam nobilitatem non sufficit dicere, quod quis sit nobilis, sed debet dici, quod talis vulgo ¶ reputatur, & sequitur Mascard. vbi supra. num. 12. vbi inquit, quod consuetudo magis in hoc quàm lex attenditur, & quod ideo ad probādum quem esse nobilem inter alios articulos positos à Barto. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. num. 98. & ibi Plat. colum. fin. articulandum est, quod cōmunis vsus loquendi, & intelligendi sic se habuit, ¶ testesque deponentes super nobilitate pro ratione dicti debere dicere, se cognouisse patrem, auum & maiores eius nobiles, & nobiliter viuentes, qui pro talibus se gerebant, & reputabant, nobiliū ætus, mores, status, & conditiones facientes & exerceutes, & ut tales sunt habiti & reputati inter omnes de iis cognitionem & notitiam habentes, quod & latius prosequitur Bonus de Curtili. de nobilit. 3. p. nu. 9. & adde tu alia relata ab Otalora, vbi supra 3. par. c. 7. n. 4. 13. iunctis ibi dictis in ea. 3. part. cap. 8. nu. 1. & 5. Et hinc descendit, quod per famam communem probatur nobilitas, ¶ vt per Tiraque. dict. c. 10. n. 8. & Mascardum, vbi supra. nu. 11. & per Garſiam vbi supra. glo. 18. §. 1. n. 13. vbi hanc esse receptam sententiā afferit, & à nu. 6. hæc de fama prosequitur, & intelligit (& benè) procedere, dum tamen id sit constans, perpetuum & generale & vniuersum apud omnes siue varietate & contrarietate, & allegat ad hoc singularem text. in cap. De parentela. 35. q. 6. & tradit Aymon, de antiqui. temp. 1. p. §. viso, in hac. 1. p. sol. 141. volu. 17. Tract. diuersorum doct. Et hanc solam famam in natalibus probandis sufficere etiam si alia deficiat, testatur Marzarius, consil. 95. n. 5. & 6. vnde inquit vulgare dictū, aliquē habitum & reputatum pro tali & ex tali familia, ex text. in c. per tuas. de probatio. adeo ut secundum eum ibi n. 6. testes de auditu admittuntur, ¶ & allegat ad hæc Areti. consi. 37. nu. 12. latè tractantem: Et tenet Decius, consil. 321. nu. 8. & Celsus, consil. 44. num. 3. Et licet hæc hominum assertiones aliquando sint mendose, ut inquit Cassan. in dict. considerat. 16. in locis tamen liberis, prout Cantabriæ, & in nostra Placentia, hæc cōmuni opinione, & reputatione & cōsuetudine habēdi & distinguēdi nobiles ab ignobilibus probari poterit eorū nobilitas, ita ut vbiq; seruādā sit, nam cum Cantabrorū nobilitas ita sit antiquissima, ut hominum memoriā excedat, si nulla alia ibidem adest forma probādī nobilitatē, quā per reputationem communem sufficit: hac probatione probare, ut vult Otalora. d. 3. part. c. 6. nu. 6. vbi n. 7. inquit, En los que viuen en Vizcaya y Guipuzca y otras libras, los quales aunque alli no aya ætos de posesiō, son hidalgos notorios, & cōmunis omniū reputatio sic eos habuit semper, & reputatio

171 reputatio vulgarium inter eos habita distinguens nobiles pro actu positiuo † debet sufficere in locis liberis vbi nulla alia daretur distinctio nobilium & ignobilium, prout in iis, & similibus adminiculis notat *Otalora dict. 3. part. cap. 8. num. 9.* & *Ioannes Garfia. dict. gloss. 18. nu. 44.* & *clarius idem Otalora, in eo. c. 8. n. 7. vers. quare an his casibus cum sequen.* & hoc tã quoad possessionem, quã quoad proprietatẽ si quoad hãc communẽ reputaretur deuenire litigantẽ à tali solarario & cassata antiqua nobiliũ, prout adsunt plures in Catabria, & Genua, & in Hispania itidẽ, de quibus & dicti scribentes testantur, & omnibus nota sunt, & hęc prãmaxime procederent, vbi insimul adesset & concurreret immemorialis possessio, de qua in præcedente forma probãdi, quẽ cũ aliquibus actibus distinctiuis probaretur, nã id clarius esset, & dixi distinctiuis, nõ ex eo q̃ necessarij sunt in immemoriali saltem quoad proprietatẽ, sed quia eis existentibus, quilibet ij essent, rẽ clariore ac clarissimã demonstrarẽt, & esset hęc iudicanda generalis, non verò particularis ac taxatiua probatio quoad illos

172 actus positiuos particulariter † probatõs, & quoad omnia nobilitati conuenientia proficerent, vt in simili inquit *Garfia, dict. glo. 7. nu. 15.* vbi à nu. 3. incẽpit, etiam si *Otalora, in dict. ca. 8. n. 9.* sub dubio tamen velit particularizare tales probationes quoad actus illos tantum, & malè meo iudicio in locis saltem liberis, & vbi actus illi & non alij reperiuntur distinguentes nobiles ab ignobilibus, licet & circa hęc varias adfuisse sententias asserit *Otalora, dict. cap. 8. n. 9. versic. & hoc videtur de mente prægmatica, nisi secundum eum, in eo. n. 9.* & ante in num. 7. ad finem, litigans sumat initium quasi possessionis aui vel proauis in locis non liberis, sed potius tributariis nõ contribuẽtium quãuis ibidem vixerint in tributis illis in quibus plebeij & ignobiles contribuunt, nam licet litigator vadat post ad loca libera videtur habuisse bonum initium, & continuari in talem filium vel nepotem litigantem, *argum. l. 2. C. de acquirẽd. possess.* & sic optimè tunc probari posse nobilitatem cum quibuslibet actibus distinctiuis in locis illis liberis versantibus, & licet hoc appãrens videatur, nulla tamen bona ratio differentia dari potest inter hunc casum, & contrarium, vbi dictum initium aui vel proauis deficeret, imò si in dicto casu actus loci liberi sufficiunt, cur & non sufficient vbi nullũ datur initium habitum in loco non libero, cum litigator & sui maiores semper in loco libero vixerint, certe ego non percipio congruam differentia rationẽ, nã sicut qualitas illa possessionis aui habitã & iniatiã in locis non liberis, continuatur in nepotẽ viuentẽ in locis liberis, cur & non continuabitur quasi possessio immemorialis, vel comunis reputatio ipsius & suorum semper viuentium in locis liberis, & vbi nulla alia quã comunis reputationis haberi potest probatio. Et exempla proposita vbi supra, per *Otalorã, in dict. num. 9. in fine, cum sequentibus, de furore & aliis nihil mihi vrgent ad excludendum casum nostrum, neque vrgent pro sua distinctione, & sic etiã si passus sit dubius sub saniori consilio hunc secundum modum probandi in locis liberis & vbi aliter probari nõ potest, & ab antiquis temporibus sic est solutum & vsitatum præsertim quoad possessionẽ sufficere credo, vt per *Marrarium, & alios ab eo relatos, in consil. 95.* quod si & immemorialis adesset probata litigantis & suorum etiam quoad proprietatẽ suffi-*

ceret in locis liberis, & vbi aliter probari nõ potest, nã & in iis antiquis, vt dictum est, Dignitas & nobilitas probatur † per famam, etiam si ageretur de graui præiudicio, vt tradunt omnes in *l. cum aliquis. C. de iure deliberand. teste Tyberio Deciano, Respons. 7. numero 38 volum. 3.* & in antiquis leuiores probationes sufficiunt, tanquam difficillima probari, ex comuni doctrina *Barto. in l. in illa stipulatione. ff. de verb. obl. notat Decianus, vbi supra nu. 40.* Et cum vna pars populi possit & potest qualificare ac reputare se super aliam ad distinguendam & inducendam suam nobilitatem. *l. 2. §. deinde cum poss. vbi Alber. & Zaf. ff. de Orig. iur. text. in Authen. de defensor. ciur. §. primum illud vbi glo. nobiliores. & text. in §. 1. Inst. de libert. A. uend. c. 19. correct. n. 16. lib. 1.* prout Cantabriae Infanzones taliter se reputant ac qualificat præ aliis, & super alios diuersæ originis cõuicinos & compatriotas suæ ipsius Prouinciæ distinguendo ac discernendo se ab aliis, quid mirum si ex cõmuni totius populi vel prouinciæ reputatione, quis nobilis & de nobili prosapia & familia reputatus, vbi libet iisce prærogatiuis gaudeat, cum loca illa libera ab omni tributo semper fuerint. Et sic dicti Infanzones in Cantabria se distinguunt præ aliis, nam ex *l. 1. tit. 17. Fori Vizcaya, Radix Infanzonatus vendi nõ potest absque certis solemnitatibus, & in venditione præferuntur illius trunci & lineæ procedẽtes, & creditur iuramento ipsorum super scientia vel ignorantia venditionis, vt l. 3. eod. tit. 17. & in l. 5. ibidẽ alius fauor disponitur, imò radix infanzonatus † pro nullo delicto etiam læsæ Maiestatis diuinæ vel humanæ confiscari potest neque confiscatur, ex *l. 25. tit. 11. eod. Foro,* quod est maximum priuilegium & principalis prærogatiua, & nunquam per legẽ generalẽ cognita nec visa, ex latè traditis per *Molinam, de Primogen. lib. 4. ca. 11. & Mieres, de Maiorati. par. 4. quest. 23.* Imò neque per viam testamenti potest de hac radice disponi si testator consanguineos habet, ex *l. si. tit. 21. di. Et Fori,* etiam si sit in fauore piæ causæ, & sic animæ, quod licet durũ videatur, eo quod videtur libertati Ecclesiasticæ contrarium tamen ob angustia Dominij & Prouinciæ toleratur, & quia sic in nostro regno videmus solum quintum posse habentẽ filios ac descendentes legitimos & naturales relinquere, licet ibi in Cantabria etiam si descendẽtibus careat ex *d. l. si. idẽ statutũ est,* tam ob angustiam dominij, quã vt agnatorũ indigẽtia prouideatur, quasi sequẽdo & imitãdo consiliũ Diui Augustini dicẽtis, quicũq; vult exhæredato filio hæredẽ facere ecclesiã, quærat alterũ † qui suscipiat non Augustinũ, vt*

176 *cap. quicũque 17. q. 4. qui text. licet ad filios procedat secundũ Anto. Gom. Tom. 1. c. 11. n. 39.* tamẽ & quoad exornationẽ dictæ legis Vizcainæ adaptari potest, & itidẽ quando consanguinei sunt pauperes vt inquit ipsemet *Ant. Gom. in l. 8. Tauri. n. 3. & glo. 1. tit. 6. lib. 3. Fori.* cũ valeat dispositio ob iustas causas, metas disponendi † restringens patri etiã ad pias causas, secundum *suarez. l. quoniam in prelude. nu. 8. pag. 128.* vbi inquit regulã esse, q̃ vbiq; lex prohibet aliquẽ testari fauore alterius, nunquã fauore piæ causæ talis prohibitio censetur remissa, *tex c. licet. de sepult. in sexto. & sic cum d. l. si. agnatorum fauorem respiciat,* imò & vt ego credo fauorem totius prouinciæ, & nõ aboleatur à memoria, mirũ nõ est si fieri potuerit, & valeat facta. Ex quib⁹ in propositũ dico reputationẽ in iisce nobilitatis probationibus

ab antiquo & communiter habitam, vt dictum est, in locis vbi aliter probari non potest, sufficere, absque actibus positivis, vbi ij non habentur, neque vstantur, eo quod loca libera sunt, etiã si ipse Ioan. Garfia, in dict. glo. 7. num. 22. requirat actus etiam tunc distinguentes nobiles ab ignobilibus, † allegas pro hoc Guidonem, decis. 88. 196. 387. & consil. 217. & Singular. 251. Paul. consil. 126. lib. 1. Curt. Seni. consil. 18. nu. 2. Deci. in c. 1. n. 13. de appella. Felin. in c. super eo. n. 5. de testibus, & inferens quod cum in Cãabria nulli adsint actus distinctiui, quod nullo modo Cantabri poterunt obtinere in causa nobilitatis, quam suam resolutionem dicit esse meram veritatem in ea gl. 7. n. 24. in fine, valde que stomachatur de iudicibus & aduocatis, qui non ita sentiunt: cum vt supra probatũ remanet quod leges illæ. 7. & 8. tit. 11. lib. 2. supra nõ excludũt in hoc casu vbi loca libera sunt probationes à iure cõmuni inductas in hac nobilitatis materia, & consequenter non excludit iam dictas de immemoriali possessione, & de cõmuni æstimatione, & reputatione quæ, vt supra dictum est, cõmuni opinione doctorum receptũ est esse sufficentes probationes saltem in locis liberis, & sic contra cõmunes ac receptas sententias ipse loquitur Ioan. Garfia: ultra quod pro contraria opinione aduersus suã, ipsos Guido. Paul. Felin. & relatos allegat Tiraq. de nobilit. ca. 10. n. 7. ideo non debebat se in illorũ opinione fundare, nisi forte contendat de Bartolo. & Guidone, vbi supra. qui tamen hoc ita non declarãt, quia Guido, decis. 88. solũ proponit facti contingentiam de zona deaurata in loco illo ab ignobilibus, non præcingi solita: Bart. verò in d. l. 1. C. de digni. lib. 12. n. 10. etiam si requirat actum, qui ostendat distinctionem ab ignobilibus, profecto hoc solum ostendit, & intendit, quod datur aliquod mediũ, quo nobilis ab ignobili discernatur, sed quod communis ac immemorialis reputatio nobilitatis sit insufficiens actus cognoscendi nobilem ab ignobili, apud & inter eos vbi nulli alij existunt actus distinctiui, nequaquam hoc præcise requirit Barto. neque vidi doctorem hoc dicentem & esset vna opinio singularis ac perniciosissima euertendæ nobilitatis omnium familiarum ab antiquo nobilium, quæ degunt in locis plane liberis, & exemptis præmaxime cũ negari nõ possit, quod & vbi dicta communis reputatio nobilitatis datur, necessario & reputatio ignobilium datur: nisi in casu in quo originalij populi in vniuersũ de merito, vetustate, aut priuilegio essent nobiles, nõ tunc reputatio hæc communis, & antiqua sufficeret, etiã si non daretur obiectus cõtrarius ignobilitatis, neque Hidalgo y pechero, vt male arbitratur ipse Garfia. d. gl. 7. num. 23. sunt omnino, correlatiua necessaria, vt non intelligatur vnum sine alio, nam dari potest casus vbi in loco nobiles, & ignobiles sunt † exẽpti à tributis, & tamen dari potest dicta communis reputatio circa vnos & non circa alios: & dari etiam potest in vno loco vbi omnes nobiles reputati sunt sine distinctione, & nõ circa alios alterius loci: sicut è contrario ex cõmuni reputatione possunt omnes vnus populi haberi vt ignobiles, nullo ibi pro nobili habito, & tunc etiam cessat consequẽtia & relatio dictorum nominum, Hidalgo y pechero, & apparet nõ esse necessaria correlatiua. Et per consequẽs ex iis deducitur, non esse bonã consequẽtiã, quod vbi sunt nobiles, ibi quoque tributa persoluãtur, & quod vbi non soluuntur, nõ detur dicta communis

reputatio & immemorialis possessio saltim quoad proprietatis titulum, & sic cessant obiectiones dicti authoris contra dictas cõmunes sententias volentis insurgere ex dictis suis leuibus coniecturis: Et sic ex antiquitate generis in Italis, & exteris reperitur nobilitas Hispana, prout in Infanzonis Catanis, & Valuasoribus dictum est, & asserit Ioannes Garfia, in d. gl. 7. n. 18. Et in nostra Hispania adsunt etiam familiæ † prout sunt, Guzmanes, Manriquez, Cerdas, Toledos, Fajardos, Carillos, Girones, Niños, Syluas y de la Cueva, & aliæ plures, quorum descendentes si in locis liberis se contulerint, ex cõmuni hac reputatione pro nobilibus iudicandi sunt, prout in aliis suæ nationis, testatur idẽ Garfia, in d. nu. 18. & in nu. 25. refert alias familias Cãabricẽses nobiles. Ex quibus omnibus habemus cõclusionẽ dictã (quod ex cõmuni & antiqua hominũ reputatione probatur nobilitas) cõfirmatã tam iuribus, & rationibus quã & doctorum autoritate. Et quod in locis liberis vbi nulli sunt actus distinctiui hic erit vnus modus probãdi eam. Tertio probatur nobilitas in proprietate probãdo litigantem descendere † à domo nobili, & solariega, de qua in l. 9. ti. 11. li. 2. supra vers. Porende mando. & idẽ solet dici in iis litibus, Hvdalgo de solar conocido de de uengar quinientos sueltos: Et hæc est indubia probatio, & neminem habet contra dicentẽ in iure neque in praxi: sed quæ dicatur domus solariega hic pẽdent leges & Prophetæ: nõ qualiter solarium consideretur, res est satis incognita: tribus tamen modis considerari † asserit Otalora, de nobilit. 2. par. ca. 4. n. 8. cũ sequentibus vbi nu. 3. proponit tributũ quinq; morapetitorũ nobilibus olim impositũ à quo Rege, & quis eos † liberauit ab hoc tributo: De hac etiam solarij proprietate ac probatione, latissimẽ agit Ioan. Garfia. de nobili. glo. 18. nu. 1. cum sequentibus, vbi differit, quæ dicatur domus solariega, & nu. 10. cum sequentibus, id demum declarat, & resoluit dicens, Que casa de solar no es otra cosa en España sino casa de señor que tiene vassallos solariegos poblados en territorio y solar de la misma casa, & num. 12. & 13. id aliquibus probat Historiis, & tandem nu. 14. dicit, quod cum nobiles Hispani à Principe præsumantur habere Castra. ex l. 1. tit. 1. De las prescripciones lib. 4. supra plane non esse dubitandũ habere eos nobilitatem, vt adnotarũt quoad feudũ Tiraq. de nobil. cap. 7. nu. 6. Auendan. cap. 14. prato. num. 31. & 32. lib. 2. Guido Papa, decis. 386. l. 1. tit. 25. part. 4. vbi glo. Ex quo inquit Garfia, vbi supra numer. 15. duo inferri: Primum quod si Rex aliquem Comitẽ fecerit Ducem aut Marchionem, & præbuerit ei terram cum vassallis, præbet illi exemptionẽ nobilitatis, in omnibus partibus, etiam si talis non sit nobilis, neque legitimus, aut descendens ex legitimo † vt ex dictis doctor. & ex dict. lege partitarum colligitur. Secundum est, quod Dominus viuens inter suos vassallos, in Hispania non potest inter eos effici tributarius, † vt per Guido. decis. 385. & Cassan. cõf. 64. & supra remanet dictum. Et Primum Corollariũ, Ducũ, Comitum aut Marchionũ deducitur quasi à natura infeudati à Rege, de quo per Tiraq. vbi supra, & melius per Cassan. in catalo. glo. mun. part. 8. consil. 15. per totã. Secundum vero Corollariũ probatur, & deducitur ex dominio quod Dominus habet in homines, & fideles suos, ex hoc enim cõtetur habere dignitatẽ, & sic nõ est tributãdus in terris suis, vt inquit Cassan. in d. cõf. 15. vers. & redeũdo ad propositũ, vbi in-versi. apud Neapolitanos, inquit omnes quasi nobiles habentes

179

181

182

183

184

185

180

186

187

habētes iurisdictionem in suis oppidis, & Castellis
 188 dicuntur Barones, † & consequenter nobiles, &
 idem *Cassan. in eo. catalo. 5. part. consider. fin.* vt & supra-
 dictum remanet: Et sic inquit vbi supra *Ioannes Gar-*
sia, numero 17. Que por solar se entienden los vassallos,
 hoc probans ex Historia Regis Alphonfi vñdecimi
 fo. 9. co. 1. vbi dicuntur hæc verba, *Que Don Iuan*
Núñez heredaua el solar de Lara por su abolengo, e que
por Doña Maria sa muger heredaua el solar de Vizcaya,
que era vno de los mayores solares del mundo, & nu-
 meto 21. concludit, *que se dize en Castellano hijo De-*
algo de solar conocido, & cum sequentibus numeris de-
 clarat ipse *Ioannes Garfia,* qualiter sit solarium pro-
 bandum, & num. 31. id etiam antiquitus probat esse
 vñtatum, & num. 33. à quo originem hoc habuit:
 Et in numero 25. inquit in nobilitate hac solarij tria
 concurrere debere, solarium scilicet, vox, & domus:
 Et solarium hoc debere esse habitum per viam hæ-
 reditatis, *Por varonia de varon en varon,* vt ibi num. 27.
 & num. 28. quod non debet esse emptum neque di-
 uisum: Ex quo dicit in num. 29. quotidie aduocatos
 folere articulare, quod domus hæc solarij nunquam
 diuisa inter fratres, & consanguineos, & quod est
 domus consanguinei maioris, & hanc dicit esse cõ-
 fuerudinem receptam in Francia Hispania, & Ita-
 lia, & nu. 34. requirit etiam, quod domus hæc solarij
 sit posita in Montanis, Galicia, Asturias, Guypuzcoa,
 Vizcaya, Nauarra: Ex quibus verbis cõsiderabis qua-
 liter in Cantabria nobilitas vera semper adfuit, &
 adest nunc, præsertim attentis verbis illis Regis Al-
 phonfi supra relatis, dum dixit, *Que Vizcaya era vno de*
los mayores solares del mundo, & maioritate . . . ego cõ-
 sidero, Regem hunc considerasse non respectu lon-
 gitudinis terræ, quia semper fuit, & est parua pro-
 uincia, sed respectu potius multitudinis gentium
 nobilium eius, *De qua gente zamalloa, in dicto Compen-*
dio Historia Hispanica, lib. 5. cap. 1. in fine, refert quosdã
 versus cuiusdam Capitanei generalis illius prouin-
 ciæ, & Dominij, quibus denotatur nobilitas Can-
 tabrica: vnum tamen in propositum & verius meo
 iudicio inquit *Otalora. vbi supra par. 2. c. 4. num. 10. quod*
 est contra *Ioannem Garfiam, vbi supra, scilicet, Que oy no*
 189 *solamente se tienen por solares conocidos en Vizcaya † y*
Montañas las casas de los parientes mayores, pero tambien
las otras que tienen appellidos ciertos y antiguos, y ansi go-
zan dellas para conseruacion y pretension de hidalgua: y
ansi aunque por parte de los fiscales se pidio el año passa-
do de cinquenta a su Magestad, man dase que esto no se
estendiese a las casas y caserías que no fuesen de los pa-
rientes mayores, y su Magestad y los de su consejo manda-
ron consultar esto con las audiencias, y por el acuerdo de la
de Granada se embio consultado, que todas las casas donde
no auia auido pechos de tiempo immemorial a esta parte,
gozassen de ser tenidas por solares conocidos, y que la pro-
bança quedasse en aluedrio de los jueces, nam nobiles, &
 ignobiles, inquit *Tiraq. de nobilit. cap. 10. num. 10. iu-*
 190 *dicis arbitrio relinquitur iudicare, † qui sint, & plu-*
 res domus solariegas tam Cantabriæ quam aliarum
 Regionum refert *Otalora. d. num. 10. & Garfia. d. gloss. 7.*
 numero 25. & sunt aliæ multæ, quas enumerare lon-
 gum esset: Ex quibus inquit idem *Ioannes Garfia, in*
 gloss. 18. numero 43. quod probans domum solariegam
 191 non tenetur probare esse illa terra libera † vel
 tributaria: & ibi infert ad Cantabriam, quod licet
 ibi nulla detur distinctio nobilium, & ignobilium,
 miles tamen Cantabricensis habens solarium no-

men & arma, & vocem est fidalgus de solar: Imo &
 iste talis etiam si pater eius viuēs in loco non libe-
 re ex negligentia, aut paupertate solueret tributa,
 hæc nihil eius filio nocerent probanti solarium, † 192
 quia proprietas absorbet possessionem, vt expressè
 inquit *Otalora, vbi supra. 3. part. cap. 6. nu. 9. versi. si quis*
enim cum sequen. pag. 113. vbi etiam num. 7. inquit etiã
 in nostra Hispania dari solaria hæc, & *Ioan. Garfia,*
 d. gloss. 18. num. 23. item Genuæ mediolani, & Romæ
 sunt familiæ notæ † nobiles: & in Cataluña, vbi 193
 inquit *Otalora. d. cap. 4. num. 3. Quando se perdia España*
y los Moros la yuan ganando en las partes de los montes
Pireneos en Cataluña, que estan al parage de Ribagorça,
hasta Canfranco, tuuieron los Moros la tierra hasta el valle
de Gistan y Bielsa: mas no passaron mas edelante porque
les defendieron los Catalanes el passo en los Castillos y for-
talezas que por alli eran, que fueron en tierra de Sobrarue,
Arcusa, Castellazo, Monclus, Escaniella, la Clamosa, Abi-
lanca, do está el Castillo de los Reyes de Sobrarue, en estos y
en otros se conseruaron los Christianos de Aragon y Catalu-
ña, que despues alçaron por Rey a Don Garci Ximenez, en
la Cuenca de Pauon, donde esta san Iuan de la Peña, que
fue año de 720 y asi hasta oy en señal desto dizen las Chro-
nicas Valencianas, que los que vienen de aquellos solares
son tenidos por hijos dalgo, y los que nacen en Bellos, y Muro
de Bellos y Puyaruebo, Biel sere, que estan en el valle de
Puertolas, y la lengua que entonces los Godos habluau,
quedo en aquellos que alli se saluaron en los Pireneos, que
estan a la mayor mar, que son en Valde Roncal, y el valle
de Salazar, y el valle de Esena, y el valle de santistenan, y
los contornos de estos valles que descien den en Guipuzcoa: y
costeando el mar, se eslienden por Alaua, y Vizcaya: Mihi
 tamē si liceret, inter tot, & tam graues auctores scri-
 ptores, & practicos meã circa hæc de solaris pro-
 ferre sententiam †, assererem vtique solarium non 194
 consistere in domo, in voce, armis, & indiuiditate,
 & aliis de quibus suam *Ioann. Garfia,* protulit sen-
 tentiam, sed solarium illud vocarem in hac mate-
 ria, quod secundum communem hominum reputa-
 tionem illius prouinciæ pro tali solaris ab antiquo
 habetur, æstimatur, & reputatur, & quod ab inde
 procedentes sunt habitus, æstimati ac reputati nobi-
 les, non considerando domum materialem, ædifi-
 cia & turrim, sed progeniem nobilem ac eius des-
 cendentiam & propagationem, nam si ab initio &
 post & nunc nobilitatem & sic fidalguam ab ho-
 minum reputatione incepit & profequuta est, cur
 & non, solarium eodem modo erit considerandum:
 nam si effigies domus & materiæ essent in confide-
 ratione omnes ibidem existētes, etiam si non essent
 nobiles gauderent vtique nobilitate: Et nobiles il-
 lius domus si ab inde exirent, nobilitate non gäu-
 derent, quod esset absurdum: Et sic vocabulū hoc
 Solar, vel Casa, est analogum & respectiuum ad fa-
 miliã de qua tractatur, vt in illa verificatur auctori-
 tate Ecclesiastæ, *vir multū intrans replebitur iniquitate,*
 & a domo eius nõ recedet plaga, vbi dom⁹ accipitur pro
 ipso domino & sua familiã, & in eodē sensu videas
 illud Psalmi 113. *In exitu Israel de Egipto domus iacob*
de populo Barbaro. Et dicta est nobilitas *De solar,* ad
 similitudinem solarij †, quod sicut solarium nota 195
 res est, & radices habet & in publico est constitutū,
 ita nobilitas hæc *De solar conocido,* habet radices à
 qua palmites & procedētes à primis nobilibus no-
 bilitatem trahunt omnibus notam & in omnibus
 eis radicitus affixam, prout videmus in arbore, q̄
 D 4 ex radi-

Ex radicibus eius rami procedunt virtutem à radice recipientes, sicut & videmus in l. 6. Tauri. 1. titu. De las herencias. libr. 5. Recopilat. in fin. dum dicitur: Buelua la rayz a la rayz, y el tronco al tronco. Truncus enim iste estnè quid inanimatum, estnè domus materialis aut arbor? non, sed generatio illa à qua bona illa processerunt, & sic redeunt ad illum, vel illos ex tronco illo procedentes: nobilitas enim vt remanet dictum in quæstione huius Epilogi, nihil aliud est quam noscibilitas, & nobiles, idem quod noti, ergo solar conocido, non in materia & ædificiis domus, non in turri, non in armis consistit, sed in hominibus alicuius antiquæ familiæ ab antiquo nota & cognita nobilis ex communi omnium antiquissima deriuatione, & reputatione: Et sic talis nobilis De solar conocido, alios non sic nobiles antecedit, quasi sit magis notus, magis antiquus, & magis fixa nobilitas eius & radices habens, notorium enim est illud quod sui notitiam † omnibus exhibet. l. 2. C. quando & qui. quar. a pars de bea. Bald. cap. tua nos. de cohabit. cleric. ita vt nulla inficiatione celari, aut negari potest. cap. tua nos. cap. nostra. de cohabit. cler. & mulier. c. sacerdotale. 61. distinet. Corr. lib. 1. miscellane. c. 16. & sic solarij considerationem videtur mihi hanc esse dicendam, nam ratio dicit, vt nobilitas à personis † non verò à rebus prædicetur. l. iustissime. 44. ff. de adili. edict. ibi, propter dignitatem hominum, & ibi, ridiculum namque esset tunicæ hominem accedere, & Machabæorum. 2. capit. 5. non propter locum gentem, sed propter gentem locum elegit Deus. Et sic hoc est quod dictæ pragmaticæ De Toro y Tordefillas, in dicto titulo vndecimo, libro secundo. supra denotant, dum loquuntur, per verba, Notorio y conocido, ita quòd hæc notorietas & cognitio talis nobilitatis habeatur, non verò sit per turrim, domum, aut arma, licet familia, quæ hæc habuerit facilius probabitur eius solarij nobilitas, non verò vt sit de essentia ad probandam talem nobilitatem De solar conocido quòd omnino sit habenda domus, turris, arma, & alia per Garciam vbi supra, requisita, & sic in Catabria vbi ipse domos De solar conocido, descripsit adesse, & adsunt multæ, non omnia quæ ibidem ipse autor requisit, reperies vt infra dicemus: & sic nobiles De solar conocido y notorio, vt loquitur dict. l. 9. tit. 11. l. 2. supra. dicitur, qui notorius est cognitus in loco illo & perspectus apud suos vt nobilis, veluti cū dicimus aliquem apud suos honestos summo natum loco: sic illud.

*Peruigiles habeas oculos animumq; sagacem
si vis vt aliquo stet tua fama loco.*

Et in hoc itidem sensu accipitur illud quòd apud nos quotidie profertur, aliquem, scilicet, esse de tali domo, tronco, & cippo: in quo quidem sentu, generis dependentiam, & non domum materiale consideramus, & cum in hos hominum æstimatio & reputatio consideretur, sic & in solario in materia nobilitatis habemus considerare: Et sic Garfia, in dict. glo. 18. anxie nimis se torquet in inuestigatione diffinitionis De solar conocido, in hac nobilitatis materia in proprietate: Ex quibus per me dictis habes notare quòd inter notorios nobiles & milites sanguinis, alij habent † domum & solarium notorium & cognitum suæ originis: Alij verò hæc non habent domum & solaria, prout En Vizcaya reperiuntur ij omnes, & tamen sunt omnes cogniti & notorij à domo & solario notorio nobilitatis des-

cedentes: illi autem qui habent dictam domum & solarium habet domum indicatiuam & demonstratiuam suæ nobilitatis antiquæ, & insuper habent in hoc quoddam medium, & instrumentum permanentis & notorium, cuius media notorietate fundamentum accipiunt, sicut rami & palmites à tronco, & radice: In qua quidem nobilium differentia vnus vel alterius speciei aduertendum est, quòd domus, vel solarium notum & cognitum non fuit, nec est causa influendi nobilitatem in dominos talis domus & solarij, prout male opinabatur dictus Ioan. Garfia, in dict. glo. 18. sed è contra scilicet, quòd ipsi domini antiquissimi dictæ domus & solarij (eò quòd ipsi & sui prædecessores fuerunt & sunt notorij nobiles) reliquerunt hanc indicatiuam & demonstratiuam solarij illius formam permanentem & notoriam omnibus & continuatam in suos successores per viâ varoniæ: ita vt simul atq; aliquis probauerit dependere ab illa domo & solario & eius dominis per necessariū concluditur in eū fuisse deriuatam & continuatam eadem nobilitatem, quam habuerunt prædecessores sui immemorales & domini domus illius & solarij: & sic plerunq; super ipsa causa indicatiua & demonstratiua, videlicet super domo ac solario ipso & antiquitate eius sunt probationes, quibus demonstratur de notorietate permanente & non momentanea, nam vt inquit Bart. in l. ab accusatione. §. denuntiatores. num. 3. ff. ad senatus. Turpilia. illud potest dici ac dicitur cognitum & notorium, quòd habet causam stantem, † permanente & inconcussam: Est enim notorium illud, quòd seipsum omnibus exhibet, & dat vnicuique sui notitiam, prout est text. in l. 2. C. quando & qui. quar. pars de bea. notat Bald. in c. tua nos. num. 1. de cohabit. cleric. & muli. vbi & inquit quòd notorium etiā est vbi apparet & existit vetustas, quæ omnia cōsumit, quòd non est in illo, quòd est manifestum, eò quòd manifestum secundum Bald. ibi. num. 2. est illud, † quòd consistit in actu instantaneo, siue momentaneo, vt: C. de appella. l. ciues & incola: cumque omnes probandæ nobilitatis modi consistet de sua peculiari vniuscuiusque prouinciæ norma, opinione ac reputatione †, secundum Bart. in l. 1. C. de digni. lib. 12. Tiraque. de nobilit. cap. 10. num. 1. cum sequentibus aliquibus, Pauli. consil. 126. lib. 1. Auenda. c. 14. prator. num. 24. lib. 2. & Otalo. de nobilit. 2. part. cap. 5. num. 16. nullo modo potest dubitari quin probata reputatione ac notorietate immemoriali notorij solarij & ab eius descendencia & familia debeat probans ab illo descendere, obtinere in vim indicatiuæ ac demonstratiuæ formæ suæ domus siue solarij notiorum nobilium, etiam si viuât in locis liberis & vbi nulli sunt actus distinctiui & positui nobilium & ignobilium: Et vbi nulla solaria, & sic causa indicatiua, non adessent, si familia illa ita est antiquissimè pro nobili reputata communiter & notorie ab omnibus, & cognita vt transeat in causam permanentem & inconcussam, tunc vtique & probans ab illa procedere obtinebit: Et sic ex ijs omnibus patet clarissimè, quòd omnis ille dicitur fidalgus De solar conocido, qui videlicet habet solium originarium, taliter ac pro tali immemorialiter reputatum inter conuicinos ac conciuies vnde auitam suam præterit originem, ad eò vt nihil aliud sit exquirèdum præter talis solij nobilem reputationem inconcussam immemorialem & permanentem: ita vt non sit de essentia probanda

banda domus materialis, turris, arma, & alia à dicto commentatore *Ioan. Garfia. ubi supra*, requisita, nisi aliud de consuetudine talis loci aut prouinciae requireretur probari, nã tunc id esset omnino probandum, cum vt diximus: consuetudo vniuscuiusque loci est in hoc attendenda: qua quidem omiſſa cõsuetudine infero primo dictum commentatorem *Ioann. Garfiam. in dict. glo. 7. nu. 1.* asserentem esse necessarium ad probandum solarium, & domum solariegam, quod domus principalis suæ agnationis, arcis, turris, aut consimilis alicuius magnificentiae faciem representet, item quod gentilitia familiae insignia in ipsa turris aut domus pariete sese ostendant. Infero inquam, (si aliud ibidem non est consuetum) de equestris ordinis peculio hæc esse, non verò de fidalguia & inferioris ordinis requisitis necessariis, primò ex supra iam dictis, secundo ex experientia rerum magistra, qua docemur vassallorum turrium atque arcium dominos esse de alia celsiore longe nobilium classe: tertio quoniam nulla dabitur lex vel autoritas disponens aut asserens, quod solarium nobilis debeat de necesse concludere & continere indiuiduitatem, domum fortem, turrim cum armis, neque iridem vidi legem designantem nobilitatis vim in eo quod bona sint vinculi aut maioratus, aliter enim si hæc ita esset, multæ domus non nobilium possent dici solaria, vbique enim iã hæc reperientur & tamen sine nobilitate, & multæ e contrario nobilium domus non dicerentur nobilitatis solaria, maioratusque & primogenitura & nõ est dignitas, neque causant nobilitatem, vt per *Molin. de primoge. lib. 1. c. 13. per totum. maximè. num. 4.* Aliter enim vt ipse ibi dicit, quilibet posset concedere dignitatem & nobilitatem cum posset maioratum constituere ex bonis suis secundum iuris dispositiones, soli tamen Regi competit dignitatem & nobilitatem præbere, ergo alij prohibitum est: bonaque & res accidentale quid sunt, non verò naturalia, cum homo nudus ac pauper nascatur, accidentia vero non possunt mutare & rei substantiam, vt sentit *glo. in l. pacta conuenta. ff. de contrah. empt. not. Menoch. de arbitra. iudicium. libr. 1. casu. 68. num. 34* Ergo nec maioratus constitutio mutabit, & sic cum essentia notorij solarij non dependeat à vinculo & maioratu, cum vinculum & maioratus possint adesse sine nobilitate prout quotidie videmus, ergo qualitas maioratus non est necessaria ad probationem solarij: aliter enim resultaret etiam aliud inconueniẽs, scilicet, quod solus successor in illis bonis esset nobilis, non autem alij descendentes, quod esset absurdissimum, quoniam & influens causa, veluti sanguinis, eiusdem est potentiae in omni suo causato, secundum *Bald. in l. 1. ff. de senatori.* Omnesque posteros in quocunque gradu existentes etiam in futurum, quia omnes vnum corpus esse videtur, dicta libertate & nobilitate gaudere inquit idem *Bald. in consi. 170. ad euidentiam, lib. primo.* Itẽ turris, domus vel habitatio possessores alicuius vinculi aut maioratus, non facit notorium solarium nobilitatis, neque vnquam fecit, secundum *Andre. de 1ser. in. cap. 1. §. ceteri*, quis dicatur Dux vel Marchio. nam res à persona nõ verò e diuerso conditionem accipit. *l. 1. in fi. C. de impon. luc. des.* & hominum causa sunt omnia. *l. in pecudum. ff. de usur.* & res hominibus accedunt, non rebus homines. *l. iustissime. ff. de edil. edit.* & locus non sanctificat hominem, sed

homo locum. *c. illud. cap. nos qui. 40. dist.* nam & qui emit domum decurionis non propterea fungitur munere decurionis, *ex text. in l. cum neque. in fi. C. de incol. li. 10. & in l. 2. C. de pred. & re. nau. eo. lib. & vir dat loco suo honorem, sed non vicissim. virò suo locus, personaque rem nobilitat, non res personam, & sic Democritus apud Diogenem Laertium, nõ ex loco gloriam aucupari volebat, sed loco gloriam imponere, vt hæc & alia refert *Tiraquel. de nobilit. cap. 7. nu. 3. & 9. & 10.* Ex quibus dicendum est nõ in turri, domo forti, armis, aut maioratu consistere nobilitatem, sed in sanguine & hominibus alicuius familiae ab antiquo nobili reputata & cognita. *ex l. 2. & 3. titu. 22. par. 2. & l. 3. titu. De los caualeros. ea. par.* & ex alijs iuribus & rationibus & causis supra à nobis significatis & descriptis, & facit. *l. pronuntiatio. §. familia. ff. de verbo. signi.* & proprietates nobilitatis in sanguine consistit & ex dictis per *Bald. 206 in l. nemini licere. C. de adu. diuer. iudi. & in l. nobiliores. C. de commer. & mercat.* & secundum eundem *in l. cum in antiquioribus. quast. 8. C. de iure delib.* nobilitas seminatur à progenitoribus in posteros, & *Afflict. in cap. 1. col. 5. vers. sexta nobilitas*, quis dicatur Dux, armaque domui & parieti affixa, non ad nobilitatem, sed ad cognoscendos & distinguendos vnos ab alijs hominibus, sunt. *ex l. ad recognoscendos. C. de liber. caus. l. si in nomine. C. de testam. §. si quis in nomine, Inst. de legatis*, & sicut nomen mihi impositum non constituit essentiam nobilitatis à sanguine, argum. *l. non nudis. C. de proba. l. neque professio. C. de testam. ita & neque arma & insignia.* Bene tamen verũ est, quod ille, qui est nobilis confert nobilitatem & nobilitatem suæ domui, & aliam qualitatem celsiorem ex armis & insigniis affixis ei, & datur quedam forma indicatiua & demonstratiua, quod ibidem nobiles habitant, vel habitauerunt non tamen vt de essentia ad probandum notorium solarium nobilitatis requiratur probatio domus, turris armorum & aliorum à *D. Ioan. Garf. requisitorum*, & quamuis aduocati hæc soleant articulare, id faciunt ad maiorem cautelam & ad fortiorem probationem inducendam nobilitatis antiquissimæ: non vero vt, & si non probetur, cadat à iure suo ille, qui solarium notorium & cognitum probauerit ex communi omnium illius prouinciae reputatione: quod & manifestius comprobatur, nam assertum est mihi, *Que en Vircaya Guipuzcoa, y en las encartaciones, y en los valles de Horozco, Llodio, Mena y sus contornos, las mas principales casas de los caualeros y parientes; mayores; e hidalgos escuderos; señalados: tienen las dichas casas y solares de su origen y naturaleza immemorial, por la grande antigüedad suya, o arruynados, o quemados; o echados por el suelo, o transferidos a otras casas y moradas: y se contentan sus descendientes con que puedan mostrar que está o estovras paredes cubiertas de yedra fueron la antiquissima morada de sus antepasados, como por exemplo se puede poner en los solares de Albis, Basurto, Murcia, Zamudio, Cumelco, Torrezar, Auellánoda, Mariaca, Leguicamon, Carcaga, y la torre de Poza, que fue arruynada quando se saqueo la ciudad de Orduña, Anno de 1477. Y otras muchas casas semejantes, que todas están arruynadas, o transferidas a otras, y no por esso dexan de tener en Vircaya tan fundada su intencion como en Castilla los mas illustres della.* Et sic domus & arma & alia dicta non sunt ea, quæ causant nobilitatem, præsertim cum & ignobiles maximè hisce temporibus possint depingere, & depingunt arma & insi-*

& insignia in rebus ꝑ suis, vt inquit *Barr. in Tract. de insig. & armis. num. 3. Tiraq. de nobil. c. 6. num. 17.* quibus de causis iuste remanet assertum *Solar conocido*, ex communi omnium illius loci reputatione probari, nisi aliud ibidem de consuetudine requiratur, vt dictum remanet. Infero secundo, ex supradictis cōtra ipsummet *Ioan. Garfi. vbi supra. in glo. 7. nu. 2. & gloss. 18. num. 10.* asserentem quod de essentia solarij notorij requiritur etiam probari vassallos solariegos litigatoris & domus & solarij illius à quo dicit se procedere, & exemplificat hæc in vndecim domibus suis Cantabriæ, & quasi dubitando an ibidem adessent aliæ domus solarij notorij nobilium: Infero inquam ad essentiam solarij & probationem eius non requiri quod adsint vassalli, in quo ipse *Ioan. Garfi. se confundit in multis: Primo, in quantum ibidem delignat in Cantabria domos De solar conocido, requirens circa eas vassallos, quoniam in Cantabria, & sic, En Vizcaya, quam in toto hoc epilogo Cantabriam appello, & nomine Cantabriæ de Vizcaya, Intellego, & nomine, Cantabrorum Vizcaginos eius nomino in hac inquã, Vizcaya, & Dominio eius nullus habet neque possidet Vassallos ꝑ, neque ibidem alius dominus quam Rex noster Hispaniæ recognoscitur: Secundo, quia ipse Ioan. Garfi. cum posset alias plures domos solarij notorij designare in numero plusquam centum & viginti, nullas alias quam per ipsum descriptas designauit quasi dubitans an aliæ adessent. Tertio fallitur ipse commentator in designatione domus de Auendaño in Cantabria cum non ibidem, sed in Prouincia de Alaua, sita sit, & in domo De Salazar, cum in montagnis existat, & no en Vizcaya, Et quãdo dictum Authorem vellemus saluare & declarare quod ad minus ad probationem dicti solarij saltem sufficeret habere homines *Solariegos*, affixi in alterius solario cū certi census recognitione, etiam si non esset cum iurisdictione secundum *l. 7. tit. 1. lib. 3. supra* ad hoc responderetur. Primò quod dictus autor non minus quam vassallagium requirit cū iurisdictione, & hanc qualitatem nemo in Cantabriæ dominio habet. Secundo respondetur, quòd isti tales censuarij ex census solutione alteri, quàm Regi nostro facto non iudicantur vassalli, & ex tali solutione non inducitur neque colligitur nobilitas in fauorem ꝑ recipientis census, vt apparet ex *Tiraquel. de nobilit. cap. 7. num. 15. vbi inquit, quòd rusticus etiam & vilis potest infeudare, id est, in feudum concedere, proprietatis talis census & eius recognitio etiam in rusticis verificatur, & non ex hoc iudicatur actus nobilitatis, vt constat ex *gl. A todo, in l. 3. titu. 26. part. 4. & Bald in cap. 1 §. Marchio. De ijs qui feud. dar. poss. vbi alij, & Innocet. & Card. in capit. veru de foro cōp. & sic. Por via de solariegos simples, quales son los que pagan gallinas, capones, o semejantes cosas manuales: non solū non introducitur vera, verum neque ficta nobilitas ex dictis maxumè in Cantabria, Secundo principaliter, q̄ solarium hoc nobilitatis non fundetur in vassallagio cum maioratu, probatur itidem ex eo, quòd nullam vsqueadè inueni legem hoc requirens neque probans, vt & fatetur ipse *Ioan. Garfia. in dicta glo. 18. num. 2. & 9. neque dictæ pragmaticæ De Toro & Tordeyllas, in dict. titu. 11. libro 2. supra* insertæ hoc requirunt: cum de istis solarijs notorij loquantur, & sic quòd lex non dicit, neque nos dicere debemus. *l. 1. §. si seruum filij. ibi, non dixit prator ff. de acquir.****

*hered. erubescimusque cum sine lege loquimur, & dictæ pragmaticæ Tauri Tordenillas insertæ in l. 9. dict. tit. 11. Si hæc vellent scirent vtique dicere, & explicare, prout explicat, De solariegos notorio, & dicere q̄ sub illis verbis: De solar conocido, includatur dictæ qualitates. De varonia, indiuidad y vassallage de vassallos: est nimia suppletio & per alias leges non requisita, imò & absurda esset, nã si vt dictū est supra, q̄ dominus vassallorum per viam varoniae, vbique & non solum inter suos nobilitate gaudet & nobilis reputatur, & habet ex hoc fundatam intentionem, absurdum superfluitatis redundaret, si in probando notorio solariegos nobilitatis hæc etiam requireretur, essetq̄ contra communem vsu loquendi & interpretationem vulgarem in qua quidem nunquam intellectum vidimus neque intelligitur, quòd sub verbis: *Hidalgo notorio de solar conocido*, comprehendatur dominus vassallorum, vsq; communis loquendi est attendendus, imò & propriæ significationi vocabuli præferendus, vt alibi diximus, & sunt iura vulgaria: & quælibet dispositio recipit interpretationem ex consuetudine loquendi regionis illius, vt per *Manticam, de coniectu. vlti. volunt. libr. 6. titu. 8. n. 7. & 8. late. legesque nostræ, vt apparet ex libro isto nostro Sexto, Recopilat. in ijs primis titulis, & in partita. 7. diuersos titulos apponunt circa hos nobiles vulgo Hidalgos, & circa vassallos, & dominos eorum, specialibus nominibus & dispositionibus, de eis agēdo, quòd si eadem essent non diuersis appellarerunt nominibus, ex *l. si idem. C. de codicillis*, in generaliq̄ loquutione non veniunt ꝑ habentia nomen speciale, *ex l. ligni Offilius. de legatis. 3.* nec illud quod est ipsius rei præcipuum. *l. eos. C. de aqueductu. libro. 11. late Barbat. consilio. 36. num. 4. libro. 2.* Et quando verba possunt accipi in sua propria fidalgorum significatione, non est cur accipiantur in potiori cum vassallis, sufficit enim propriè intelligi. *l. 1. §. si is qui nauim. ff. de exercito. faciunt dicta per Barto. Socin. consil. 304. nu. fin. libr. 2.* verbaq; interpretanda sunt ex verisimili intēctione ꝑ proferentis iuxta naturam rei, de qua agitur, vt per *Didac. Couarru. in Pract. quæst. cap. 8. nu. 12.* & eo relato per *Manticam, in dict. lib. 6. titu. 12. n. 3.* sub verbisq; generalibus non veniunt res notabiles ꝑ (qualis status, dignitas, & honos varonum) nec veniunt ea, quæ secundum verisimilitudinem exigerent specialem mentionem. *l. obligatione generali. ff. de pignorib. Ripa. l. si vnquam quæst. 3. num. 10. C. de reuocand. donat. Zephalus consil. 94. num. 36. libr. 1. & Odradus, consil. 185. nu. 2. & Afflicet. decis. 265. nu. 22.* & sic sub illis verbis, *Hidalgo notorio de solar conocido. in dict. l. 9.* in insertis non est intelligendum comprehendē, tantum dominos vassallorum maxumè cum varonia, tum quia id propriè significationi vocabuli contradicit, & communis vsui loquendi, & repugnat nature rei, neq; notabilia comprehenduntur sub generalibus, & sic non est dicendum: *Que en solar conocido de Hidalgo, requiratur vassallagium & varonia ac indiuiduitas, vt dictus commentator requirebat, præsertim cum in Cantabria vbi dictus commentator solariegos hæc exemplificat & designat nullus eorum dominus vassallos habeat nec possideat, vt dictum est: quibus neque itidem obstabit, quòd ipse commentator asserit, in dictis glossis. 7. & 18. maxumè in dict. glo. 18. nu. 10. & 11. quòd assertio eius colligitur ex legibus regijs. 2. 11. & 14. lib. 6. isto, & ex historijs, quoniam vt ipse inquit in eadem gloss. 18. num. 2. & 9. nulla est lex mentionem***

mentionem faciens neque probās, quid sit hoc nobilitatis solarium, & sic non potest se fundare pro sua opinione in dictis legibus, esset enim contra id quod sua propria voce dilucide protestatus est: item leges illæ. 2. 11. & 14. non ad hoc venerunt, sed ad prouidendū quod dominus vassallorum, nihil contra ius vsurperet à vassallis suis. *Del sola riego, ni de lo realengo, ni abadengo, ni behetria, ni de otro home ninguno en que no aya razon de que lo tomar.* Ex quo nullo modo inferri potest, quod ex illis decerpatur legibus neque per vmbra colligatur, quod voluerint disponere solarium hoc nobilitatis colligi, & esse colligendū ex vassallagio: neque minus ex historijs, quas ibi allegat, quoniam ex ipsis historijs in dict. gloss. 18. num. 12. 13. & 14. relatis id non colligitur villo modo, sed potius ex verbis illarum historiā denotatur, ibidem relatos esse homines diuites & potentes, nō tamen vt designetur ex hoc, solarium hæc notoria nobilitatis esse probanda sub vassallagio, & varonia, nam quis iuste aut rationabiliter inficiari, cōtradecere aut negare poterit posse quem esse ex solario notorio nobilitatis in quo nunquam vassalli extiterunt: certè nemo, cum in Cantabria nullus vassallos possideat, & tamen sunt quam plures domus solarij notorij nobilitatis; quarum aliquos vt diximus retulit ipse Commentator, & vltra eas adsunt aliæ quam plurimæ, imò & an Asturijs & in alijs partibus reperientur aliæ, ita quod de essentia probandi dictum solarium nō est necessè vassallagium varoniam indiuiduitatem probare, quod si probaretur prodesset potius & manifestaretur maior nobilitas, ad quam manifestandam solent Aduocati, dum de notorio solario articulos faciūt, supradicta articulare, non tamen vt sit necessarium, imò & ipsi multoties non considerant hæc, sed sequuntur errores & ignorantias antiquas: nam si nobilitatem in æstimatione & communi hominum reputatione constituimus, principia eius, cur & non constituemus, & hæc sufficiant pro hoc tertio modo probandi nobilitatem. Quare, probatur nobilitas ex monumento siue antiquo instrumento ꝛ nobilitatis, aut ex foro, vel lege, putā quod talis familia & ex ea descendens litigator, semper habuerunt monumento aliquo instrumento, foro vel lege declaratum fuisse & esse nobiles & fidalgos, & à principibus sic est confirmatum, præsertim si id sententia aliqua pronuntiatum est, & declaratum, & hanc esse legitimam rationem Natalium probandorum etiam si testes desint, probatur ex l. 1. C. de testam. l. nec cōmissa. C. de lib. cau. l. si vicinis. C. de nupt. l. Imperatores. ff. probat. teste Marzario, consilio. 65. num. 4. vbi etiam asserit, quantumuis præterea Natalium professio perdita fuerit, ex l. statum. C. de fide instrum. & quamuis hoc priuilegium esse asseri posset, & sic nobilitatem ex priuilegio deuenire, tamen id hoc casu non designamus ex priuilegio id processisse, sed ex familia antiqua, monumento, & instrumento antiquo designata & scripta, & regis confirmatione sic esse confirmatum, prout si ex factis generosis, militariibus, & heroicis familijs illa per multum temporis adquisiuit nobilitatem & famam, ita vt ex descendentibus ab ea per plura temporum curricula sic est vsitatum & factum, ob quod meruit nomen dictæ familiæ, putā nomen Titianum familiæ Titia, vel Seianum Seia, vel Cantabricum nationis originalis Cantabriæ, & hoc confirmatum est sic esse

per principem cōcessum hoc enim sufficeret quāuis iam exercitium illud & professio prosequendi heroica illa facta & insignia perdita sint, & præmaximè si sententia regij consilij id sit aliquando declaratum, hoc enim, quamuis sententia illa exequutoria non esset, neque testibus comprobaretur sufficeret pro nobilitatis probatione. Idque etiam verificari posset in regione aliqua & prouincia, quibus lege id concessum & dispositum reperiamus, prout in originarijs Troianis, quos Romani vt nobiles declararunt & exemptos tanquam dependentes ab ipsa ciuitate Romana, vt l. nō tantum. §. Iliensibus. ff. de excusa. tut. & ciuitates de Phœnice & Laodicea, & alia relate in l. 1. ff. de censib. & in nostra Hispania. Las villas de Simancas, y Valdetoro. Et in Cantabris originarijs, quos & ex monumentis & scripturis antiquissimis constat nobilitatem adquisisse & retinuisse, vt ex dictis in hac quinta quæstione, patet, & sententijs Regijs sic cum Cantabris esse determinatum asserit Otalora, de nobilit. 3. parte. cap. 8. num. 9. versic. & hoc videtur de mente: & ex prodigiosis factis in armis & bellis per ipsos aggressis & inuincibili fortitudine, & per multa tempora non recognoscentium superiorem id constat: ita vt de dominio Cantabriæ possint dici tria illa ꝛ à Platone Aristotele Diuo Thoma, Egidio & Bartolo nostro constituta & notissima. Quorum primum est Democratia, id est, principatus populi, qualis olim erat apud Athenienses, & hodie apud Helueticos, vnde Democratici appellantur, id est populi instituto viuentes, & vt dicit Barto. in Tract. de regimi. ciuit. in princ. colum. 4. nos vocamus regimen ad populum, seu regimen multitudinis. Qui autem post diluuium in Hispania hoc instituto vixerūt, nisi Cantabriæ habitatores? certè nulli si Historijs credimus, quibus credendum est. Secundum verò est Aristocratia, id est, optimatum Principatus, qualis apud Rempub. Venetam, & teste Barto. vbi supra, sic regitur ciuitas Venetiarum: apud Florentinos, vnde appellantur Aristocratici, id est, optimatum statem fouentes. Tertium autem est prædictis diuersum ac oppositū, Monarchia, id est vnus principatus, hæc qui potitur Monarchia, Monarcha appellatur, quæ Suetonius dicit, Arbitrium omnium terrarum, nos verò (teste Barto.) si iste est dñs vniuersalis, appellatur Imperium, si verò particularis, aliquando appellatur Regnum, aliquando Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus. Primum, scilicet, Democratia in principio foundationis Cantabriæ populatæ tempore Tubalis nepotis Noe, vocari potuit, tempore que labente Aristocratia, id est optimatum principatus, & sic potestas optimorum in quo aliqui principantur, prout dictus rex Alphonsus in sua Chronica vocauit Cantabriam vnum de melioribus mundi solaribus, quod ex nobilitate & gentium dignitate censendum est vocasse. Tertium verò, id est monarchia, postquam cæpit esse dominium tempore illius viri domini Didaci Lopez de Haro, & post verè & melius postquam dominium illud (retento ad huc nomine domini) fuit incorporatum & vnitum Coronæ regni Castellæ, ob quam vnionem non solū non perdidit nobilitatem antiquam, excellentiam ꝛ, & prærogatiuas & foros, quos adhuc sustinet, sed & excelcius dominium est constitutum, cum sit sub Potentissimo ac Christianissimo Domino ac Rege nostro PHILIPPO II. idque fudatur ex dictis

214

213

215

per

per *Alexand. consil. 114. nu. 19. libr. 4.* & per *Crauetam, de antiquitate tempo. 4. part. num. 27. versic. sed aduerte.* vbi exēplificat in Delphinatu vnito Coronæ Franciæ adhuc retinente nomē suum & appellationem. *Ang. consil. 247. versic.* & eius opinio est vera, quando vniretur solum quoad protectionem & gubernationem, & *Socin. 1. un. consil. 28. nu. 21.* & sequentibus. *lib. 4.* & iste status mixtus Monarchiæ est optimus & 216 præstantissimus †, secundum *Cassan. in Cathalogo glor. mund. 12. parte. consil. 55. in princ.* & in versic. & de istis tribus, vbi per totā illā considerationē plura de istis tribus regiminibus & statibus discutit, qui & in 5. parte, cōside. 1. in fine. inquit, omnes mūdi Monarchias 217 initium † habuisse ab armis, cumque Cantabria ijs semper fuerit munita præsidijs, mirum non est, si in ea nobilitas antiqua duret ac perseueret, neque ei detrahenda sit vllō modo, & vbique terrarum est obseruanda, & nobiles ij sunt, qui Imperio & denominatione potiuntur, vt per *Cæpol. in Tract. de Imper. mil. deligen. fol. 311. numero 17. volu. 16. Tract. diuersorum Doctorum*, imò & propter nationem gaudet quis nobilitate †, siue ex parte parentum id proueniat, siue natione generis, patriæ, aut prouinciæ, vt optimè per *Cæpol. vbi suprā. §. propter nationem. numero 1. cum sequentibus. fol. 310. col. 1. cum sequentib.* quæ omnia concurrūt in prouincia & natione originaria Cantabriæ, prout per reges in historijs assertum videmus, ita vt ex monimētis Antiquis, ex scripturis, ex Historijs sic de Cantabris assertum reperimus, quibus quidem antiqua nobilitas ciuium originariorum manifesta fit, tum etiam & secundo ex legibus sui fori nobilitas hæc Cantabrorum originariorum, de ijs loquimur, id est eorum, qui nulla sciri aut constare possit externa sunt origine, sed immemorialiter, & supra omnem memoriam sunt veri originarij Vizcagini, & pro talibus semper fuerunt, & sunt habiti & reputati, & de hoc semper fuit & est fama inconcussa & illibata inter & apud suos conuicinos & cōpatriotas, & de hoc fuerit ac est cōmunis opinio & reputatio & quidē taliter quod nunquam sciuerint aut audierint prædictum talem Vizcaginū esse de stirpe aut progenie externa aut aduena: de quib⁹ originarijs licet dictus glossator, in dict. gloss. 18. num. 26. asserat non esse legem in foro suo eos nobiles declarans, & quod lex 16. sui fori non est dispositiua, sed enūtiatiua, tamen hæc & aliæ leges pro nobilitate eorum considerari possunt, ita grosis verbis hæc declarantes, vt nulla indigeant inductione, sed sola nuda verborum recitatione: & primo habent pro se dicti originarij 219 Vizcagini †, legem. 3. titu. 16. sui fori in hæc verba disponentē: *Otro si, por quanto en Vizcaya todos los Vizcaynos son homes Hijos dalgo, y por tales conocidos, tenidos, auuidos, y communente reputados: y han estado y estan en esta possessiō, vel casi, de ser homes Hijos dalgo, no so solamēte de padre y abuelo, pero de todos sus antecessores y de immemorial tiempo aca. Y entre otros priuilegios, y libertades, y essenciones dados por su Alteza a los homes Hijos dalgo, es este: Que por deuda alguna que no descienda de delicto, vel casi, no sea preso el tal Hijo dalgo, ni tomada ni executada la casa de su morada, y sus armas y cauallo: y a este tal priuilegio espressamente por el Hijo dalgo no se pueda renunciar. Dixeron que establecian por fuero y por ley, que por deuda alguna que no descienda de delicto, vel casi, Vizcayno alguno no sea preso ni detenido en la carcel, ni sea executada la casa de su morada, ni sus armas ni cauallo,*

aunque en la tal obligacion, o sentençia, contracto, o escriptura por virtud de que se pide captura del, y execucion de su casa, armas y cauallo, expressamente aya renunciado su fidalguia: so pena que allende de ser su execucion ninguna, el juez que diere mandamiento de captura contra Vizcayno y su casa, armas y cauallo, caya è incurra en pena de diez mil marauedis por cada vez que mandare lo contrario, repartidos la meytad dellos para el tal Vizcayno que fuere mandado prender, y la otra meytad repartida en dos partes, la vna para los pobres del hospital de esse lugar, y la otra meytad para los caminos de Vizcaya.

Item probatur ex l. 4. tit. 16. dicti fori Cantabrici dicente: *Otroxi dixeron, que auian de fuero y establecian por ley, que por quanto de derecho es que a cada qual su casa de viuir sea tuto refugio, y los Vizcaynos notoriamente son hidalgos, que por deuda alguna que no descienda de delicto, vel casi, ellos no pueden ser presos, ni las casas de sus moradas armas ni cauалlos executados. Porende en Vizcaya por deuda alguna que no descienda de delicto, vel casi, en casa de ningun Vizcayno, prestamero ni merino ni executor sea osado de entrar a hazer euecucion alguna, ni acerearse a la tal casa con quatro brazas al derredor contra la voluntad de su dueño, saluo que entre con vn escriuano vn hombre del tal prestamero, o merino, sin armas a ver los bienes que ay para executar, y inuentar, so pena que si entrare, y si mas se acertare, se le pueda resistir sin pena alguna. Pero si el tal executor mostrare mandamiento de juez competente, para que prenda algunos acotados, o malhechores y quisieren entrar por ello a los prender en alguna de las dichas casas, que lo pueda hazer y no se les haga resistencia alguna, so las penas de la ley del derecho sobre ello stablecidas.*

Itidem & adest alia lex. l. 9. tit. 9. dicti fori in hæc verba disponens. *Otroxi, dixeron que auian de fuero y de costumbre, y uso antiguo immemorial, y establecian por ley que por quanto los Vizcaynos, todos generalmente son homes Hijos dalgo, y Vizcaya es muy essenta y priuilegiada nunca en ella vno quistion de tormento por delicto alguno que fuese, grande ni pequeño, publico o priuado: porende que establecian por ley, que en Vizcaya ni en otra parte alguna, por ningun delicto los juezes puedan poner a Vizcayno alguno en question de tormento directe ni indirecte, ni amenaza ni comminacion de specie alguno de tormento, excepto en los crimines de heregia, & lasa Majestatis y de falsa moneda, y peccado nefando contra naturas, que es sodomia.*

Vides igitur has leges nulla inductione indigentes ad probandum ex eis omnes Vizcaginos, originarios vt diximus nobiles & fidalgos esse, etiam si infanzones non sint, ij enim aliud plus nobilitatis habent, sunt etenim *De solar conocido*, illi verò in generali harum legum nobilitate comprehensi licet nobiles sint, nō tamen nobilitate solarij iudicatiua & demonstratiua gaudent & refulgent, qua quidem dicti infanzones potiuntur & illustrantur.

Ex quibus quidem legibus & ex earum proœmio probatum id reperitur, dum dicunt & pro ratione suarum dispositionum præmittunt, omnes Vizcaginos esse nobiles, hæc enim fuit causa finalis dictarum cōstitutionum, Proœmium enim causam finalem inducit †, ex l. fin. ff. de hered. instit. non enim sine mysterio proœmium scribitur, ex cap. secundo requiris. de appella. dixi in l. 11. num. 7. titu. 1. libro. 4. Recopilar. & est ratio dictarum legum vt apparet ex dictione illa: *Que por quanto*, Latine, quia, vel quoniam, quæ regulariter pro causa † & sic ratione apponuntur,

ponuntur, secundum *Barto. in l. demonstratio. §. quod autem colum. 3. versic. item quid sit testator. ff. de condi. & demonstr. & causam finalem dicit, secundum Bald. in l. 1. colum. 4. versic. & nota. C. de fal. cau. adiect. leg. eundem Bald. in l. 1. de feriis, & cum ad inducendas dispositiones dictarum legum fuerit causa & ratio quod omnes originarij Vizcagini sunt nobiles, ratio hæc ius & dispositionem inducit, nam sicut sententia vel statutum inducit dispositionem ita ratio statuti. *l. emptor. §. fin. ff. de rei vend. quia ratio ius facit, & ratio legis siue consuetudinis seruari debet tanquam anima & spiritus eius, vt inquit Bald. & relati per Tiraquel. de cessante causa, in regula. num. 139. pag. 20 & sic rationes dictarum legum ius & dispositionem constituunt, & probat omnes originarios Cantabros nobiles esse, ita quod non possit iure affirmati dictas leges solum in dispositione esse attendendas, sed in ratione earum totam vim & proram constituenda, vt ex eis tanquam ex anima & spiritu legum sumamus assumptum dispositiuum & ius constitutum ad probandam dictam Cantabrorum nobilitatem, & consequenter cessat consideratio dicti commentatoris dicentis, leges has solum disposuisse circa excusationem tormentorum & executionis non verò vt ex eis probaretur dictum assumptum generalis nobilitatis.**

Secundo, quoniam licet verba priora dictarum legum possent dici narratiua & non dispositiua (quod non fateor) adhuc tunc possunt allegari ad decisiones causarum, quoties intentio legis (prout hic fundatur in illis verbis narratiuis, secundum *Felin. in ca. 1. nu. 18. de constitut. quem ad hoc allegauit in dict. l. 11. num. 6. tit. 1. lib. 4. Recopil. & probatur ex Clem. 1. de probat. iuncto cap. si Papa. de priuileg. in sexto notat Ias. in l. vnic. num. 22. & 23. C. quando non peten. par. latissimè Aymon Crauet. de Antiquit. temp. par. 1. ca. 1. & 3. & Celsus, in Tract. clausularum. cap. quando verba enuntiativa proferuntur in priuilegijs, & licet obiiciatur quod posset procedere quoties lex est à Principe constituta, non vero si à minori, nihil obstat hoc, quoniam, vltra quod etiam in statutis idem est, ex dictis, leges hæc dicti fori Vizcagini à rege nostro & prædecessoribus eius factæ sunt, cū ab eis sint confirmatæ, & omnia nostra facimus (inquit Rex) quibus authoritatem nostram impartimur. Præsertim quod etiam si verba narratiua non proferantur à Principe, sint tamen ab antiquo lata, prout est tēpus sexaginta annorū, disponunt & probat, ita vt eis stādum sit, interim quod nō probatur cōtrariū, prout communē testatur *Alexand. consil. 15. num. 2. & 3. lib. 5. vbi eius additionatores alios allegant imo vt ipse ibi inquit, fama publica in hoc sufficet pro plena probatione, tempusq; antiquū sexaginta annorum est. quis enim vt inquit Doct. relati per Loazes, in allegatione de mula, dabi. 1. in 3. pro Marchionis fundamento. n. 64. cū sequent pluribus, nō arbitrabitur quinquaginta vel sexaginta annorū cursum, attēta præsentis temporis vite hominum breuitate, esse antiquum?* est enim omne vitæ nostræ tēpus & breuissimū atq; exiguum, vt inquit *rext in cap. ipsa pietas. 2. 3. q. 4. & in c. consequenter. de poeniten. distinct. 5. not. glo. in c. quid ergo. 11. q. 3. & sunt iam elapsi anni sexaginta-duo, quibus dictæ leges sunt compilatæ.**

Tertio, quia quando partis allegatio est vnica & fundata in vna sola ratione (prout dictæ Cantabri-

cæ leges fundantur) in sola scilicet Cantabrorū nobilitate, & eam princeps non impugnat, tunc illa talis ratio & potest allegari tanquam ipsa lex, vt est notabilis doctrina *Imola, & Felini, relatorum & secutorum per Palar. Rub. in Rubric §. 17. nu. 23.*

Quarto, ex *Bartoli doctrina, in l. & quia, quam legit sub. l. more maiorum. nu. 5. ff. de iurisd. omn. iudi. vbi Doct. & post illos Deci. in l. vnic. C. quando non pet. par. num. 20.* dicentis, quod quando aliquis actus confirmatur à superiore, qui quidē actus poterat ab ipso superiore tolli, & cirra eius autoritatē fieri ab ipso supplicatē non poterat, tunc confirmans dare & videtur, & sic totum confirmatum denominatur ab ipso confirmante, & verificatur illa iuris conclusio, quod omnia sua sunt, quibus autoritatem impartitur, sed sic est, quod supplicantes non poterant interpretari neque declarare se esse nobiles, quia omnis declaratio in vim legis est de regalibus. *l. fin. C. de legibus. ergo bene sequitur de primo ad vltimū, quod leges dictæ qua parte & in quātū se fundāt in immemoriali omnium Vizcaginarum nobilitate, perinde sunt iudicandæ ac censendæ, ac si princeps ipse hoc dixisset, quia nō solū ex tota lege: sed etiam ex suis singulis partibus & inducitur dispositio. l. in ciuile. ff. de legi. l. ex conuentione. C. de pact. ibi ita vt pars instrumenti significat, vbi *Decius. num. 9. & Ias. num. fin.**

Quinto, quia verba narratiua etiā ab alio quā à principe propter se principaliter prolata, vel per modum causæ, vt dictum est, disponunt & probat, vt per *Aymon. dict. Tract. de antiquit. tempo. 1. part. cap. 3. nu. 15. cum sequentibus. volum. 17. Tractatum diuersorum Doctorum. Corne. consil. 269. colum. 3. lib. 3. Deci. consil. 146. col. penult. & dicuntur principaliter propter se, vel per modum causæ emissa, secundum *Aymon. vbi supra, quoties Papa, vt Princeps & super narratis fundat intentionem suam, vt in dictis legibus, in quibus legislator ideo Cantabros à tormentis & executionibus excusat, quia nobiles & fidalgui sunt, & consequenter probant dictæ leges nostrum intentum & conclusionem.**

Sexto, & supradicta confirmantur etiam per alias leges fori dicti Cantabriæ dominij præcipue per. *l. 4. tit. 16. ibi, Los Vizcaynos notoriamente son hidalgos, & c. & per. l. 9. tit. 9. ibi, Establecian por ley, que por quanto los Vizcaynos todos generalmente son homes Hijos dalgo, & c.* Notanda sunt prædicta verba, quia nobilitatē denotant, & cū tot vicibus geminata & plus sint, omnē tollunt dubitationē, vt *l. 1. col. 2. versic. ego puto. ff. de edil. edict. ostenduntque & mentis & intentionis perseuerantiam. l. vnic. C. plus petit. & tollunt suspicionē de ceptionis. l. si mulier. C. ad Velleian. ex quo dicit Iustinianus. C. de emēda. noni Codi. nemini venire in dubiū, quod repetita prælectio probauit, & ex geminatione dicitur apparere de valde enixa voluntate disponentis, ne cēleatur superflue appositā, ex *Bald. in cap. eam te. colum. 2. de rescript. & ampliant effectum vt magis operetur, secundum eundem Bald. in l. fructus. C. de actio. emptio. & verba enūtiatiua si sint geminata operatur tā fortiter vt inducāt effectū plenū & plenissimū, & ex *Paul. cōf. 92. col. 2. li. 2. & ex multis traditis per Euerardū, in Ceturia in loco à geminatione, & per Mexiam, in l. de Toledo, fundamēto. 4. partis. in n. 6. cū seq. vbi n. 8. inquit, geminationē vim clausulæ motu proprio operari, imo & idē quod clausula ex certa sciētia, vt per *Tiber. Decianū. refro. 7. n. 25. volum. 3. multoq; magis secundū eū ibi, hæc procedūt quoties verba sūt****

triplicata vel quadruplicata, in respons. 42. n. 30. volu. 1. qui in reportorio suorum responsorum in verbo *Geminatio*, multa refert de geminatione, qui in respons. 1. n. 134. volum. 2. inquit, non solum vim geminationis considerandam in principali dispositione, verum & in quacunque dictione pluries repetita, quod est optimum ad dictas leges in nostrum propositum: ita ut propter tam multas leges nulla possit Cantabris originariis refricari quaestio, neque de iure, neque de facto super eorum nobilitate, lex enim potest conferre & declarare nobilitatem in proprietate, † ex dictis per Barto in l. 1. col. 9. C. de dignit. lib. 12. & ibi Platea, col. 3. & Afflict. c. 1. quis dicatur Dux, Tiraquel. de nobilit. cap. 10. & cum Princeps sit fons dignitatum, nulli dubium, nisi quod ille erit nobilis, quem ipse declarauerit, ut per Tiraquel. ubi supra, cap. 6. & 10. & sexaginta & duos effectus geminationis † vide per Corset. in Tract. de Potest. Reg. quest. 17. Hippol. l. 1. §. quaestio. ff. de quaestio. Bologni. consil. 2. num. 131. Et sic verba dictarum legum non solum quoad immunitatem non inferendi tormentum, nec exequendi in personis, domibus, equo & armis pro debito non descendente ex delicto vel quasi, esse intelligenda, verum & quoad tributorum exemptionem, & quoad omnia alia nobilibus competentia, nam propter quod vnumquodque est tale, & illud magis, ratioque finalis ac principaliter contemplata ad aliquam dispositionem, non modo restringitur ad casum decisum, verum etiam ampliatur ad omnes illos casus, qui veniunt & inferuntur sub dicta eius finali ratione expressa etiam † in correctoriis, & in ociosis. l. his solis, ibi, satis cautum putauimus. C. de reuoc. dona. dicit communem Paris. consil. 16. num. 24. cum sequentibus aliquibus. lib. 3. Tiraq. l. si unquam. verbo, Libertis. num. 37. C. de reuoc. dona. & Ripa, in l. si constanter, num. 95. ff. solut. matrim. & Paris. ubi supra, inquit, id non ex vi extensionis, sed potius comprehensionis intelligi, dicitur expressum id quod sub ratione comprehenditur etiam si casus ille sit omissus, ut per eundem Paris. consil. 72. num. 98. lib. 4. Deci. consilio. 15. num. 2. & 6. & in terminis nobilitatis tradit Ioan. Garfia, in praemio glo. verbo, Exemptio, quod praemium & praefatio ratiocinativa sunt id, propter quod sunt caeterae dispositiones, & ad quam vel quas omnes sunt referendae ne discrepent, cum igitur praemialis ac finalis ratio dictarum legum sit, ex eo quod Vizcagini nobiles sunt, igitur vbicumque nobilitas priuilegiata reperitur, & in eis erit itidem, sicut & in omnibus aliis a legibus in nobiles declaratis, ut generaliter & indistincte omnibus immunitatibus nobilium ac fidalgorum potantur, prout in terminis aliis voluit Ripa, lib. 2. de rescriptis. respon. 11. nu. 14. & secundum aliam impressionem est in respon. 4. in ordine responsorum. Itidem & pro hac Vizcaginarum nobilitate facit lex 16. dicti libri & fori Cantabris, qua licet dicat dict. Ioan. Garfia, in dict. gl. nu. non esse dispositiuam, sed esse supplicatorem, & nihil ibidem supplicationi prouisum, tamen cum totus ille forus, & quaelibet lex in eo inserta sit per confirmationes regias ibidem descriptas approbata, si attenta hac confirmatione lex illa nihil decidisset, imperfecta & mutila remaneret, & nullus effectus, quo casu confirmas non solum cesset confirmas se, verum & date ac concedere de nouo †, ex communi doctrina Bart. in dict. l. more. nu. 1. ff. de iuris. omn. iud. ubi doct. maxime Ias. & Orosius, & diximus iam

in hoc libro 6. & sic potest dici illam esse legem expressam pro horum Cantabrorum nobilitate ultra alias leges.

Ex quibus omnibus inferitur, quod omnes originarij Cantabri sunt notorij nobiles in proprietate, quia illud dicitur notorium, quod habet causam statem, permanentem ac successiuam, ut iam dictum remanet, & notat Conuar. libr. 2. Varia. cap. 6. col. penul. lex autem scripta semper loquitur & est in viridi obseruantia. l. Arriani. C. de haeret. & omnibus innotescit, & habetur pro nota & notoria. l. leges sacratissimae. C. de legibus. Ergo cum, ut dictum est, leges iam citatae de nobilitate hac, disponant & probent, bene sequitur quod in virtute dictarum legum ista sua nobilitas est notoria, & quod ex monumentis antiquis & dispositione dictarum legum habent fundatam suam intentionem, & sicuti instrumentorum probatio euidens dicitur, † ex tex. in cap. cum dilecti. ibi extenore instrumenti euidenter appareat & ibi Abb. & Barb. extra de donat. & in c. cum inter. de re iudi. & esse manifestam probationem asserit glo. manifestum in l. fm. C. de rebus credi. ita quod instrumentum † est veritas apparens, probatio probata non probanda, nec quae indiget discussione, siue discussione fori, nihil enim potest allegari contra, quoad veritas est notoria, prout haec & alia adducit Tiraquel. de utroque retract. tit. 1. §. 2. glo. 1. n. 20. cum tribus sequentibus. ita & illa, quae ex monumentis antiquis, ex legum dispositionibus, ex inueterata consuetudine & foro, regia confirmatione approbata resultat, euidens, manifesta ac notoria dicitur probatio nobilitatis ac dignitatis Cantabrorum, & similia similia stabilimenta habentium suae intentionis manifestatoria, ita ut nequaquam possit de dictarum legum validitate disputari & obseruata, sed omnino & inuolabiliter secundum illas est iudicandum cum a regibus sint confirmatae, de quorum regum potestate circa haec disputare & dubitare esset instar criminis sacrilegij, nam ut inquit, August. in c. in istis. 4. dist. leges non esse iudicandas postquam constitutae sunt, sed secundum eas iudicandum dummodo non sint contra ius diuinum vel naturale, prout supradictae non sunt, & satis est quod habeant aliquod motiuum, ut ex Bald. inquit Tellius, in l. 16. Tauri. n. 11. Praesertim cum dictae leges Cantabricae confirmatione iurata sint confirmatae in forma amplissima, & quae omnem disputationem aut controuersiam omnino tollit, ac repellit, ut est textus expressus fori dicti, En el auto de la junta. fol. 11. col. 12. ibi, Sin que ninguna de las partes litigantes tenga necesidad de hazer prouanca sobre si las dichas leyes son usadas y guardadas: & habetur late in confirmationibus dicti fori. Quibus de causis si quae consultatio & ad eam responsio aliquando fuit mixta aliquibus cancellariis & ab eis data super iis, ut inquit Otalora, & Ioann. Garfia. de qua & in hac quinta quaestione fuit per nos facta mentio, intelligenda est in casu in quo Cantabri non haberent leges & dispositiones pro se, ut dictum est habere, sed in casu in quo leges deficerent, tum quia non est censendum velle legibus prauiudicare dictas cancellarias, neque eis derogare, neque poterant, cum eius sit derogare, cuius & condere leges, idque soli Regi pertinet, qui & eis derogare non est censendum neque iuri quaesito prauiudicare, ex iuribus vulgaribus, & ex alibi a me late dictis, praesertim ubi Rex ipse iura merito proprio & fide Regia tales leges confirmauit, neque talis responsio dictarum cancellariarum fuit neque constat

constat quod fuerit per Regem approbata, neque in modum legis constituta, nec recepta in præiudicium Catabrorum, neque Rex id permetteret in præiudicium & derogationem legum dicti fori Cantabrie, & in casu in quo Rex id vellet, expressa & in diuidua dictarum legum derogatio requirebatur, *ex text. in cap. pen. de capell. mon. c. nonnulli. de rescrip.* imo & tunc pro sua in omnes benignitate & clementia id cum maxima causa, & nõ sine ea, & cum citatione dictæ nationis & status Cantabrie id faceret, nõ cum in vim remunerationis seruitiorum dicti domini Cantabri, & in modum contractus cum iuramento, confirmauerit Rex dictas leges fori sui, nõ sine maxima causa, non sine maturo & deliberato consilio, & non sine citatione partium & eis auditis hoc faciet, *ex latè dictis per nos in l. 1. & 2. ti. 10. lib. 5. Recopil.* & consequenter nihil obstat, nihil nocet supradictis legibus Cantabrorum & eorum nobilitati responsio, si quæ data est ab aliquibus cancellariis, quæ contraria eis ipsis Cantabris & legibus suis foret, neque dictæ leges *De Toro & Tordesillas. 8. & 9. dicti. ti. 11. lib. 2.* suprà, obstant quicquam, ex dictis, & ex aliis in progressu huius quintæ quæstionis à nobis declaratis, præsertim cum dicti Cantabri dictarum pragmaticearum temporibus & vsque ad annum 1526. habebant & habent legem insertã in corpore antiqui sui fori, per quam clarè disponebatur, quod Princeps illius prouinciæ nullatenus posset statuere de dictis legibus & priuilegiis neq; in adimendo, neque in cõcedendo de nouo nisi cõuocatis illorum proceribus ac procuratoribus omnium vrbiũ atque pagorum illius prouinciæ, & insuper quod prædicti ac singuli tales procuratores suũ assensum ad id præstarent, vt patet *ex verbis prædicti fori antiqui. colum. 2.* post iuramentum præstitum à Rege Henrico, anno 1455. & licet id in foro impresso nõ inseratur, Christianissimus Rex noster, vt dictum est, non est censendum per generales eius dispositiones dictarum *De Toro & Tordesillas*, voluisse præiudicare legibus dicti fori Catabricensis, & specialibus eorũ fauoribus, vt latè à nobis probatũ est in hac quinta quæstione, neq; eorũ nobilitati præiudicium inferre, neque eis derogare, ex quibus cõstat quomodo nobilitas ex monumentis antiquis, ex legibus & dispositionibus prouinciæ alicuius regia autoritate confirmatis probari potest in proprietate, præsertim in locis liberis & exemptis à cõtributionibus, & vbi non adsunt actus distinctiui, prout in Cantabria, de qua latius à nobis, quã de alia prouincia mētio facta est, quia in ea melius quã in alia hæc verificari possunt, & ne antiquæ eius nobilitati offensio fiat, quam semper Reges eis obseruari præceperunt, & nunc obseruandam iubet, cum, vt dictũ est, Regia sua prouisione delēda iusserit verba à dicto Ioann. Garfia in dicto suo commento prolata in & aduersus Cantabrorum nobilitatem.

241 Quinto & vltimo, vt huic Rubricæ huicq; Epilogo finē imponamus, probabitur nobilitas ¶ quoad possessionem secundum terminos nostrarum legum Regiarum, scilicet. *l. 7. & 8. tir. 11. lib. 2. suprà.* à nobis satis relatarum *ex versic. in dict. l. 8. constituto, ibi, Y otro si, si alguno dixere:* quæ est secunda istius legis 8. dispositio, cū intēatur solum possessorium, vel petitorium & possessorium, suspenso petitorio, ita q̄ solum super possessorio proceditur. Et intentatur

242 hoc modo, scilicet, quod cum ipse litigans ¶ existēs

vxoratus & pater eius & auus suus paternus essent in pacifica reputatione & possessione hominũ nobilium in locis vbi vixerunt per. 20. annos continuos & impletos, & quod vt tales nõquam contribuerũt in tributis plebeiorum, siue regis, siue conciliariis, & vt tales nobilitum exēptionibus & prærogatiuis gaudebant, & in sessionibus & cõgregationibus cū talibus sese congregabant, tale conciliũ & personæ eius turbat eũ in possessione hac, in qua petit se iuari & defensari & nobilem declarari, &c. Et cum sub hac forma & modo nobilitas intentatur, forma dictæ legis. 8. seruanda est, aliter enim nihil fiet, non tamen ex hoc remanēt exclusæ aliæ formæ probandi nobilitatem hæc, vt supradictũ est. Et sic lex illa. 8. ¶ 243 quæ septimæ præcedentis est declaratoria cõstituit solũ tres casus. Primus est, cū nobilitas intēatur in possessorio & petitorio, & simul super vtroq; proceditur, nõ tũc modus probandi secundũ formã præscriptam ab eadem. l. 8. seruatur, prout in eius versiculo. *Y por ella mandamos,* vsque ad versic. *Y otro si,* exclusiue cõtinetur. Et ab isto versic. *Y otro si,* vsque ad versic. *Pero si,* de possessione tractatur. Et versiculus ille, *Pero si,* est tertia dispositio dictæ. l. 8. duarũ præcedentiũ dispositionũ declaratoria. Et hæc cõtinet in effectu principalis dispositio istius legis octauæ. Et in dicti possessorii probatione dicti tēporis viginti annorũ actus positui requiruntur in personã litigantis & patris & aui distinguētes nobiles à plebeis, & ij actus, si est in terra tributaria, debet probari secundũ quod dictũ est, si tamē est terra libera sufficet probare quoslibet alios actus, per quos nobiles ab ignobilibus distinguantur, vt inquit *Otalora, vbi suprà, 3. part. c. 8. nu. 9.* vt ferè est in pluribus locis prouinciæ Beticæ, vbi medietas officiorũ datur nobilibus, ¶ & altera medietas plebeis, *Ansi en regimientos, como en varas de hermadad, o como en el partido de Leon donde se juntan los hijos dalgo a comer el hornazo por Pascua Florida, o donde ay carnicerías a parte para hidalgos y fieldades como en Ciudad Real, y asietos en las yglesias como en Xerez, y costumbre de llevar las andas de los Hidalgos los que lo son, y cofradias y cabildos de Hijos dalgo como en Cuenca.* Et aliæ multæ differētiæ ad hoc introductæ, & sic cõmunis reputatio populi talē reputatis nobilē, qui viuit in tali loco, & aliũ extra locũ illũ degentē nõ reputado nobilē, velut exēplificat *Ioan. Garfia, in dict. glo. 18. n. 44.* quæ licet sibi quoad probandũ solariũ nõ placere dicat, quoad causas tamē possessorias placent sibi, & iterũ *in glo. 35.* Et quãuis *Otalora, vbi suprà,* vt & dictũ est, quoad illos tantũ actus restringere nobilitatē velit in quibus datur distinctio illa, tamē si incõcussè actus illi semper fuerũt & sunt assignati & introducti in locis liberis, vt essent signa demonstratiua nobilitatis in genere, sufficient vtique nõ solũ ad illos actus, sed & ad omnes alios nobilitatis effectus, cõ q̄ generaliter introducti vidētur pro distinguēdis nobilibus ab ignobilibus genericè, nõ verò particulariter quoad illos tantũ actus, nõ tunc non procedit regula, tantũ præscriptũ quantũ ¶ possessum, si in contrariũ non probatur possessio, vel consuetudo contraria, *ex dictis per nos, in l. 2. n. 9. ti. 5. lib. 1. suprà,* quæ optimè ad hæc conducunt. Ex quibus omnibus habes materiam satis discussam & ordinatim digestam, legum nostrarum ac pragmaticearum, intellectus ac declarationes iuridicas & literales, omnium hominum nobilitates defensatas modos & formas eas

probandi tam in tributariis quam in locis liberis fatis digestam, Cantabrorum nobilitatem, & similitum locorum & prouinciarum, declaratam, licet breuiter & succincte, possent enim alia multa in medium produci, & prolongari materia: habesque ex supradictis triplicem esse hominum statum, † maiorum, scilicet, & ij sunt qui ad dignitatem fortunatim sunt prouecti, de quibus per Cassa. in Catalo. glor. mun. in 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. partibus actum est: mediorum vero, & ij sunt, nobiles sine alia dignitate, de quibus per Cassa. ibi. 8. parte. minorum vero, & ij sunt, ignobiles & plebei, & horum modi sunt nouem, ut vult Iacob. Faber relatus & sequutus per Cassa. ubi supra. in 11. part. consid. 2. vbi triplicem hunc statum sic considerat, & per sequentes considerationes disputat & declarat, quibus finitae sunt nostrae quinque quaestiones per modum Epilogi, pro exornatione nostrae Rubricae, & declaratione nostrarum legum regiarum super nobilitate disponendum, omni meliori modo, quo potui sub superiorum iudicium censura ac deliberatione, alia multa referre possem, quae prudens omisi ut ad textualium declarationem deueniamus.

S V M M A R I V M.

Nobilitas de numero laudabilium dici potest. numero 1.

Pax licet ab omnibus desideretur tamen non habetur inconcussa, stabilis & firma ob sex rationes. numero 2.

Pax quid sit. num. 3. & num. 4. quod ob eam habendam multa permittuntur.

Homines quietissimè viuerent si haec duo nomina meum & tuum de medio tollerentur. num. 5.

Ob bonum pacis potest communitas remittere iniurias singularum personarum ipsius communitatis. num. 6.

Inuitus quis non est cogendus parcere iniurianti. num. 7. nisi ut ibi.

Officialis non se interponens inter rixantes cum possit, ab officio remoueri potest. num. 8.

Discordiam volentes & amantes compelli possunt ad pacem. num. 9. ut ibi.

Treugam facere compelli possunt rixantes. num. 10.

Iudex potest futuris scandalis prouidere. num. 11. & num. 12. quod ob hoc potest interdicare alicui ne de domo sua exeat, vel, quod mutet hospitium suum ut. num. 13.

Iudex potest se interponere inter litigantes ne ad arma deueniant. num. 14.

Iudex ecclesiasticus potest expulsores alicuius à ciuitate excommunicare, & illius ciuitatis ciues interdicare. num. 15.

In bellis seu contentionibus civilibus forensibus non potest iudex ad concordiam compellere. num. 16. nisi ut num. 17. & 18.

Pacis violator punitur tanquam treugae fractor. num. 19.

Pace facta si vnus me offendat & resistam non dicor fractor pacis. num. 20. nisi ut ibi. num. 21.

Lex Prima.

S V M M A R I V M.

Pax inter nobiles seruanda est sub nostri text. poena.

Ibi, GRAN BIEN SE SIGVE, Ex his verbis habes notare maximam nobilitatis laudem, etenim si magnum bonum lex nostra vocat, pacem adesse inter nobiles, quasi ex hoc vniuersa pax populi dependeat, igitur nobilitas magna res est, nam propter quod vnumquodque est tale, & illud magis, ita ut de numero laudabilium nobilitas dici possit ex dictis per Cassa. in Cathalogo glor. mund. 8. part. consid. 5. in fine. & consid. 7. vbi ex pluribus sacrae scripturae locis probat nobilitatem esse laudatam, ita ut merito de numero laudabilium, & commendabiliū dici possit, pro ut hic comendatur, tanquam ab eo vniuersa populi pax consistat, & dependeat, si in ea nobiles inter se viuunt, pro ut credendum est, viuere, priuilegiantur enim à natura, ut abudēt, polleant pluribus, & ferè omnibus virtutibus Moralibus: & Theologalibus, quia ut plurimum sunt iusti, temperates, prudentes, & fortes, & insuper humiles, & mansueti, & elationem fugientes, & ciuitati regulariter sunt fideles, & tales praesumuntur, ut per Tiber. Decian. consi. 66. n. 29. volu. 3. & consi. 18. n. 22. volu. 1. & consi. 23. num. 93. eod. volu. 1. quod secus est in iis, qui recenter ditati sunt, qui communiter sunt elati, & superbi ut per Lucam de Pena in l. militaribus. C. de decurio. lib. 10. & plura de commendatione nobilitatis videre poteris per Triaquel. de nobilitat. ca. 21. per totum.

Ibi. Pax è sosiego. Pax, cum pluribus gentibus imperare (inquit Artaxerxes) Hester. 13. & vniuersum orbem meae diuioni subiugassem, volui nequaquam abuti potentiae magnitudine, sed clementia, & benignitate gubernare subiectos, ut absque villo terrore vitam silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur. Et hoc tutandae pacis studium gerens Fredericus Imperator constitutionem emisit in haec verba, ac edictali lege in perpetuum valitura iubemus, ut omnes nostro subiecti imperio vera, & perpetua pace inter se obseruet, ut inuiolata inter omnes in perpetuum seruetur, Duces, Marchiones, Comites, Capitanei, Valuafores, & omnium locorum rectores cum omnibus locorum primatibus, & plebeiis à decimo octauo anno vsque ad septuagesimum obstringantur iuramento, ut pacem teneant, & rectores locorum adiuuent in pace tenenda, atque vindicanda, & in fine vniuscuiusque quinquennij de praedicta pace tenenda omnium iuramenta renouentur, si quis verò aliquod ius de quacunque re, vel facto contra aliquem se habere putauerit, & iudicialiter habeat potestatem, & per eum ius sibi competens exequatur, ut est text. de hac constitutione in cap. 1. in prin. de pace tenend. int. sub. & iur. confirm. in usibus feud. & sic inquit Plat. in Alcibi. expedit ciuitati seditiones abesse. & Aristoteles. 5. Ethico. 1. Concordiam legislatores summopere affectant, & de pace, & reconciliatione plura dixit Rainald. Corsi. in Tract. de priuata reconciliatione per totum in 12. Volum. diuersorum docto fol. 243. cum sequentibus aliquibus, in nouis, & Cassa. in Catal. gloria mund. 5. part. considerat. 16. Veruntamen licet pacem omnes homines considerant, tamen non habetur inconcussa,

2 cussa, stabilis, & firma, † & hoc propter sex rationes, prima, quia non puniuntur maleficia, Ecclesiast. 4. *quia non profertur in malos sententia, filij hominum sine ullo timore perpetrant mala.* Secunda est, abundantia temporalium, Genes. 13. *facta est rixa inter pastores Abraham, & Loth.* Tertia, quia non occupamur in pugna contra dæmones, ad Ephes. 5. *non est nobis colluctatio aduersus carnem, & c.* Quarta, quia bellorum damna non cōsideramus, quæ corporis, animæ, & bonorum perditionem nobis afferunt, Hierem. 56. *fortis incidit in fortem.* Quinta, quia non animaduertimus dubium esse euentum belli. 3. Reg. 12. *Variis est euentus belli.* Sexta, quia nō seruamus præcepta Dei, nec decimas soluimus. Hierem. 3. *Vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset quasi flumen iustitia tua, vnde quod non accipit Christus, capit. fiscus. c. maiores. 16. quæst. 7. Quas sex rationes colligunt glo. in cap. ad Apostolica, verb. Pacem. de re iud. in sexto. Archid. in cap. noli. in princip. 23. quæst. 1. Abb. in cap. fin. notab. 1. de restitut. spoliat. & triginta opera contraria paci refert Lucas de Pen. in l. 1. verbo, Pacis. in 5. quæst. C. Publica lator. lib. 12. Quas prædictas sex rationes cum vt plurimum nobiles fugere deberent, & non fugiant, eò quòd ipsi sunt, qui inulti maleficia committunt, & qui diuitias possident, & populis imperant, neque animæ, & dæmonum incursum prouident, & occurrunt, & capillo honoris metam considerant, & belli euentum non prospiciunt, & decimas Deo debitas omnibus modis excusare procurant, & præcepta Dei obliuiscuntur, & quo quisque maior est, tanto magis supra dicta attendere, & considerare debet, & Deo optimo maximo placere, ideo lex nostra pacem eis commendat, sub qua quasi vniuersus status tranquillus Reipublicæ pendet, & hanc pacem nobilibus, & potentibus commendat, quasi aliorum capita, & signa, quæ si dolent, & omnia alia membra dolere, clarum est, & sic eis pax est commendata, nō quia eis solis incumbat, pacem tenere, omnibus enim à Deo nostro pluries est commendata, sed quia in eis plusquam in aliis resplendere, debet, vt sit discordiæ finis, pax enim discordiæ finis dicitur, vt probatur, in l. 4. titu. 12. part. 2. & ideo expetenda est pax à nobis, cum per eam omne interius tollatur, & exterius scandalum vnde de Pace loquens August. de ciuit. Dei, ait, pax tantum bonum est, vt in rebus humanis nil gloriosius, nil delectabilius, nil vtilius soleat audiri, concupisci, possideri. Pax enim, vt dicit idem August. in libr. de verb. domis. cap. 9. est securitas*

3 mentis, tranquillitas animi, † sinceritas cordis, vinculum amoris, consortium charitatis, hæc est quæ simultates tollit, bella compescit, iras comprimit, superbos calcat, humileseleuat, sedat discordes, inimicos concordat, cunctis est placida, nescit inflari, nescit extolli, hanc, qui perdit, querat, qui amisit, requirat, quoniam qui in ea non est inuentus à Patre iudicabitur, à Filio exheredabitur, ab Spiritu sancto alienus efficietur, neque ad hæreditatem Dei poterit peruenire, qui testamentum pacis noluerit conseruare, hæc dicta Augustini citat Alberi. in l. uni. colu. 1. C. de caduc. toll. & propter hanc pacem habendam multa † permittuntur, Primò contractus matrimonij inter personas non legitimas ex dispensatione summi Pontificis ad hoc obtinenda. text. in c. 2. in fin. de desponsat. impub. in sexto. Secundò, pro bono pacis Papa nonnunquam suæ dispositioni reseruat, quod alioqui non reseruasset. cap. his, qua in fine.

de Maior. & obediens. Tertio, quia pro pace, seu pro pacis obseruatione potest laicus coram iudice ecclesiastico cōueniri, nam ex fractione pacis læditur charitas, & ipse Christus, qui inter cætera extremo vitæ pacem reliquit, dicendo: Pacem meam do vobis: Pacem relinquo vobis, ita dicit Abb. in cap. super quibusdam. in fin. de verb. signif. & est bonus. text. in c. siue 2. de iureiur. & in cap. nouit. de iud. Quartò, pro bono pacis toleratur cōpositio facta in materia spirituali, quæ alioqui tolerata non fuisset, text. in cap. nisi essent. & ibi glo. & Abb. de præb. Quintò, accusanti aliquè intuitu pacis parcitur, vbi aliàs nō parceretur. c. accusasti. de accusat. Sextò, propter bonum pacis toleratur ille, qui longo tempore de manu laicorum accepit ecclesiam nulla interueniente autoritate episcopi. c. cura. de iure patro. Septimò, pro bono pacis cōpellitur episcopus cedere suo episcopatu, quoniam scilicet præesse non potest sine graui scandalo populi, debet tamen Papa assignare ei bonum Cambium, ita dicit Innocent. in c. nisi cum pridem. de Renunciat. & Abb. in ca. 1. de elect. & Ias. in l. quoties. C. de rei vèd. & sic quæ pacis sunt, sectari debemus vt ad Ioã. 14. cap. quæ pacis sūt, sectemur, & quæ ædificationis sunt, inuicè custodiamus. Quibus de causis dicebat Specul. in suo præmio col. 4. quod homines quietissime viuerent, si hæc † duo nomina, scilicet, meū, & tuū, de medio tollerentur, & quod nostri essemus, si nostra non essent. Vltèrius & octauo pro bono pacis communitas remittere potest iniurias singulariū † personarum ipsius cōmunitatis, nec requiritur cōsensus earum, vt not. Angel. in l. venditor. §. si constat. ff. communia prædiorum, & etiam Dux belli potest remittere dictas iniurias, & dānata illata subditis faciēdo pacē cū suis aduersariis, vt ipsemet Ang. tenet, in l. conuentionum. ff. de pactis, & plura alia de bono pacis postquā hæc habebam scripta reperi referre Loazes, de matrimo. Regis Angliæ in 3. princip. dubita. per totam, & per Matth. Afflict. in præd. constitutionibus Sicil. lib. 1. tit. de cultu pacis, per totum. Ex quibus Rex ac Dominus noster Philippus Secundus Hispaniarum ac Indiarum protector Christianissimus in omnibus & præmaximè in hoc laudandus est tanquam pacis amator, regna, dominia ac potentatus suos in perpetua pace & tranquillitate conseruans, & conseruare procurans, quem Deus omnipotens per multa tempora dignetur viuere.

Ibi, Mandanios, Regens enim Prouinciam, seu ciuitatē debet subditos conseruare in pace, præcipiēdo, vt ea, quæ pacis sunt, sectentur, vt inquit text. in l. 16. tit. 4. part. 3. & debet rumores impedire, & subditos ad quietē viuendum non solum hortari, sed & cogere, nam plerunque status publicus ex priuato turbatur. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capti. & licet offensus suadendus est, & non cogendus vt remittat iniuriam, nam æquitatis ratio non patitur, vt quis iniurus † parcere iniurianti cogatur, nisi in foro pœnitentia, vt communem testatur Clarus, in præd. §. si. quæst. 58. n. si. hoc est verum post factum, antè factū tamē obuiari debet, nē iniuria cōmittatur, & hoc addito iudice & mota cōtrouersia & absque libello peti potest per quemlibet, qui timet vim inferri in sua possessione, vt inquit Bald. in l. 1. §. quies. ff. de offic. præfe. Urb. vbi subiungit, quòd officialis, qui vidit aliquos rixari, si se non interponat, cum possit, potest ab officio remoueri, † vt per eundem Bald. in l. nullus. C. de summa Trinitate & Fid. Cartho. & sic

subiecti nolentes pacem, sed potius bellum & discordiam amantes, possunt per superiorem compelli † ad faciendam pacem. *cap. si quis contristatus, & c. placuit. cum glo. ibi. 90. dist. capi. nouit. & ibi notatur, de iudic. & ita etiam tenet Bar. cum distinctione tamen de qua ibi per eum. in l. congruit ff. de offi. præs. Et eodem modo possunt & multo fortius compelli ad treugam faciendam, † cū treuga nihil aliud sit quā quādam pax temporalis, vnde si ad plenam pacem compelli possunt, ergo & ad temporariam, saltem quando nolent, vel honeste non possunt ad pacem integram cogi *argu. l. qua de tota. ff. de rei vend. cap. pastoralis. §. item cum totum, de offi. del. sic etiam officiales, quibus datum est liberum arbitrium super bono & pacifico statu ciuitatis possunt ciues ad pacem cōpellere, vt inquit Bart. in l. ambitio. ff. de decret. ab ordi. facien. not. Abb. in Rubr. de treuga & pace, ex quo inquit Petr. Besur. in l. quod iussit. ff. de re iudi. & ibi communiter. Doct. se in questione facti respondisse, quendam Episcopū licitē sub pœna sub Archiepiscopo præcepisse, nē per vicum duorum fratrum, quorū patrē interfecerat, transiret, nē eorum animum ad in eum aliquid mali committēdum prouocaret: quod quilibet iudex causa quietudinis & pacis conseruādæ, & delicti atque scandali vitādī, in suos subditos facere possit, vt not. Bart. & Doct. in e. l. quod iussit, allegat text. notab. in l. 1. §. fin. ff. de offi. præs. vrb. sed melior est text. in l. mors. ff. de pœnis. quod etiam voluit Ioan. And. post Guido. de sura, in addi. ad Specul. in tit. de pignori. §. sequitur. versic. quid si timeo. notabiliter inquis posse iudicem quando inter aliquos est inimicitia † futuris scandalis prouidere, & hac de causa sub certis pœnis, ne per certos limites ac fines tales incendant præcipere, & voluit Pateus de syndi. verbo, Iudex. vt non arguatur, Alex. in l. qui bona. §. si quis iusta. ff. de dam. inf. Ias in l. si. per text. ibi. ff. de offi. procur. Casar. per quem text. notabiliter ibi dicebat Albe. quod si alter alterius inimicus existat, potest arbiter ex hac causa prohibere, ne alter ad alterius domum vel locum certum accedat, quod est notandum ad limitationē dictorum per Barto. in l. cum Aquiliana. ff. de transactio. & per Canonist. in c. Quintauallis, de iure iur. idem voluit idem Alber. in l. si. per text. ibi. ff. de inter. & relega. Potestatem (inquiens) posse subdito suo ex causa, & sic pacis beneficio, & vt delictis obuietur sub certis pœnis præcipere, nē de domo sua discedere audeat, † quod etiam tenuit Alexand. in dict. l. quod iussit. quicquid in contrarium voluerit, Ias ibi col. 5. secutus opinionem Bald. in dict. cap. Quintauallis. id nisi ex principis concessione, asserentis, fieri non posse, cōtra quos est communis Practica & quotidiana cum opinione Alberi. & sequaciū, vt & tenuit Raphael, in dict. l. quod iussit, dicens, posse iudicem ex causa vitandæ discordiæ aliquem cogere suum hospitium † mutare & tenuit Ioannes Crotus, in repetitione. l. omnes populi, col. 7. conclu. 4. ff. de iust. & iure. minores (inquiens) magistratus & inferiores etiam iudices pro bono atque pacifico ciuitatis statu posse, præcipere, & statuere, & ordinare, vt nullus potens aut nobilis audeat Palatium intrare, imò & iudicis officio incumbit, itā rem componere inter litigantes vt ad zama & contentionem priuatam minimē accedant, † ex text. in l. aquisimum, aliās incipit, si usufructus. §. sed si inter duos. ff. de usufr. & quem: quis vta. fru. in cuius rēponi propositum multa tradidere post alios, Curti. de iur. cons. 60. Parisius cons. 168. lib. 4. Crati-**

cus, consil. 10. nu. 9. quæ primo intelliges, quando ex causa quis à ciuitate expellitur, quia fortē ipse causa turbationis ciuitatis erat, secus vero si sine causa id fieret, quia tunc etiam pro bono pacis quis à ciuitate expelli non posset, vt notabiliter declarat Barbat. cons. 1. colu. 34. in fin. vol. 3. benefacit text. in l. decurionum, C. de pœnis: Imo & quod singularius est, quod si quis absque causa à ciuitate expelleretur, posset ecclesiasticus iudex tales expulsos † excommunicare, & illius ciuitatis ciues interdiceret, vt pulchre concludit Abb. in cap. 1. col. si. de offi. ordi. & tradit Felin. in Rubr. col. 3. de treuga & pace. Secundo, supradicta intelliges in bellis & discordiis intestinis, id est in bellis ratione quorum peruenitur ad sanguinis effusionem, in talibus enim superior se intromittere potest circa subiectos, eos ad pacem faciendā cōpellendo, secus vero in bellis ciuilibus, † seu foren-
15
16
17
18
19
20
21
tibus contentionibus, in iis enim non potest superior partes litigantes ad transigendum seu cōmittendum aut pacem faciendā cogere. l. 1. cum glo. ff. de noui ope. nuncia. & est glo. in l. furti. §. qui iussu ff. de ijs qui not. inf. & bonus text. in Authent. vt legit iurent, §. quia vero. per quem ita tenet Ias. in l. qui se patris. col. 23. C. vnde vi. Fallit tamē in duobus casibus. Primo, in beneficialibus in quibus Papa potest partes † etiā inuitas ad componēdum cogere, text. est in capit. cum inter. R. seniore, de electio. Secundo, quando inter aliquas partes longa fuisset super aliqua re multū dubia controuersia, tunc enim iudex ad transigendū, † & sic pacem ineundam compellit, text. est qui reputatur singularis in c. placuit. 90. dist. quem ad hoc singularizat Roma. cons. 126. in princ. & idē esset si iudex Princeps supremus esset, vt per Felin. in Rubric. de treuga & pace. & Ias. in l. quidam astimauerunt, col. 3. ff. si cert. peta. Orosius, in l. congruit. ff. de offi. præs. col. 467. ex quibus omnibus supradictis decerpitur, iustissimē legislatorē in præfenti præcipere posse omnibus & præsertim nobilibus vt in pace & quietudine uiuant sub grauibus pœnis.

Ibi, Incurra en pena de aleuoso, Punitur enim pacis violator tanquam treugæ fractor, † ex l. 4. titu. 12. part. 7. vbi & in l. 3. illiusmet tituli & partitæ, pœna frangentis pacem designatur, & de iure ciuili vide text. vbi Bald. in cap. Fredericus, de pace tenen. & eius viola. notandum tamē est, quod si pace cum aliquo facta, ille me offendat, & sic pacem frangat, postea eū offendendo, † non dicor pacem frangere, quia iam ab ipso fracta est, ita Bar. in l. cum parer. §. libertis. de lega. 2. Abb. in cap. bonæ memoria. notab. 3. de elect. & in capit. constitutis. quod legit simul cum cap. praterea. not. 2. de appellat. & facit quod not. Bart. in l. aut facta. §. 1. ff. de pœnis. vbi dicit, quod proprie frangere pacem dicitur, qui infert iniuriam ex causa iam sopita, † secus si ex causa inimicitie nouiter suborta, & idē tenet Abb. in cap. 2. colu. 2. de renuntia. Felin. in cap. cum ordinem, col. 6. de rescript. & vide etiam Bal. din l. cū proponas col. 1. C. de pactis. & hæc pro hac lege sufficiant.

Lex Tertia.

S V M M A R I V M.

Domus habitationis nobilium, equi, mula & arma corporis eorum capi non possunt pro debitis ciuilibus.

Ibi, no

UBI, NO SEAN PRENDADAS LAS CASAS DE SU MORADA, NI LOS CABALLOS, Vide quæ circa ultra omnes late diximus in l. fi. in glo. Muebles. tit. 21. libr. 4. supra, ad ibi dicta me remitto, pro huius legis declaratione & legis sequentis in fine idem probatis quod lex nostra.

S V M M A R I V M.

Nobilis non potest pro debito incarcerari. num. 1.
 & II. & cum sequentibus ampliatur.
 Debitor de iure communi incarceratur donec cedat bonis. num. 2. & solum panicularia dimittuntur debitori. num. 3.
 Cedens bonis non tenetur pro bonis post cessionem quesitis nisi in quantum facere potest. num. 4.
 Cessionis beneficio non gaudet ille, qui in fraudem, efficitur non soluendo. num. 5.
 Fideiussores cedentis bonis an iuventur cessione. numero 6.
 Debitor non habens immobilia si de debito non stat capi potest. num. 7. nisi sit summa minor centum morapetitorum nam tunc cautio iuratoria sufficit. num. 8.
 Cedere bonis compelli non possunt illi, qui incarcerandi non sunt pro debito. num. 9. & itidem si promisit creditor eum non incarcerare. ut nu. 10.
 Nobilis pro debitis civilibus incarcerari non potest nisi in casibus à iure expressis. num. 11. vbi cum sequent. ampliatur.
 Nobilis non gaudet beneficio nè conueniatur ultra quam potest. num. 12.
 Artifex nobilis gaudet sua nobilitate. nu. 13.
 Nobilis an possit renuntiare suæ nobilitati. num. 14. & infra.
 Cessionis beneficio renuntiare non potest. nu. 15.
 Defensionis suæ potest quis renuntiare tacite sinendo labi terminum, & non expressè. n. 16.
 Miles cælestis gaudet priuilegijs militis terrestris. num. 17.
 Nobilis si cum iuramento renuntiet nobilitati an valebit renuntiatio. num. 18.
 Cessionis renuntiatio etiam iurata non valet. numero 19.
 Nobilis, non opponens de sua nobilitate captus detineri potest. num. 20.
 Probatio in contrarium admittitur etiam contra præsumptionem iuris & iure si non opponatur. numero 21.
 Solemnitatem extrinsecam præsumitur interuenisse si non opponatur. num. 22.
 Popularis magis quis præsumitur quam magnas. numero 23.
 Contribuere tenetur nobilem se allegans interim quòd non declaratur nobilis. nu. 24. & detinetur in carcere licet detur aliquando sub fideiussione. num. 30.

Miles nemo præsumitur nisi probetur. nu. 25.
 Nobilis priuat se nobilitate si collector tributorum fiat. num. 26. & num. 27. quid si esset arrendator decimarum.
 Nobilis incarceratur pro debito per eum contracto pro redemptione sua vel parentis aut fratris captiuorum. num. 28.
 Nobilis si asserit se non nobilem tempore contractus incarceratur. num. 29.
 Nobilis occultans bona nè à creditoribus capiantur, incarceratur. num. 31.
 Vxor mariti nobilis an gaudeat eius prærogatiua. num. 32.
 Doctores an pro debito incarcerari possint. num. 33. vbi quid in filio naturali nobilis alicuius vel in priuilegiato.
 Nobilis sicut à tortura excusatur ita ab eius comminatione. num. 34.
 Nobiles Franciæ non excusantur à tortura. nu. 35.
 Nobilis non torquetur, nisi in casibus à iure expressis. num. 35. & 36. & 37. vbi an valeat consuetudo in contrarium.
 Aduocati etiam deposito officio non torquentur. nu. 38. & nu. 39. quod punitur aliud faciens.
 Aduocati filius, plus est honorandus, quam non aduocati. num. 40.
 Nobilis quis ditatur, remissive. nu. 41.
 Nobilitatis sola quasi possessio an sufficiat, ne quis incarceretur, vel torqueatur. num. 42.

Lex 4. & 5.

S V M M A R I V M.

Nobilis pro debito incarcerandus non est, nisi pro debito & tributo Regis debito ex conductione reddituum Regalium: neque itidem est torquendus, neque arma, equi, aut domus habitationis capienda sunt pro debitis à tali nobili soluendis, & hæc in summa dicunt istæ duæ leges.



UBI, QUE NINGVN HIDALGO PVEDA SER PRESO POR DEUDA QUE DEVA, Exijs verbis colliges Regulam generalem, scilicet, nobilem, vulgo *Hyo Dalgo*, pro nullo debito civili capi posse nisi in casibus vbi aliud à iure expressum reperiamus: Ex qua quidem regula à contrario sensu videtur posse inferri aliam, scilicet omnes pro debito incarcerari posse, qui expressè in iure non reperiuntur excepti & priuilegiati in hoc, & ita hic esse text. contra ea, quæ adduximus in l. fi. tit. 21. libr. 4. supra nu. 7. cum sequentibus aliquibus, vbi probauimus, carcerationem non habere locum de iure nisi in defectum bonorum: faciliter tamen hæc obiectio diluitur, si dixeris Argumentum hoc à contrario sensu nõ habere locum vbi correctio iuris induceretur, & sic & hodie dicta ibidem per nos in suo esse remanere, & legem nostram esse intelligendam in casu in quo aliàs de iure ignobilis capi & incarcerari poterat, nobilem non esse capiendum & incarcerandum



randum pro debito ciuili: licet iudices hodie ad
 hæc & ad dicta in d. num. 74. non aduertant, sed in-
 distinctè reum ignobilem pro debito incarcerant
 leui informatione adhibita de inopia debitoris, cū
 alia etiam considerare deberēt, hæc tamen iudicum
 facta non extenuant nostra dicta, neque lex nostra
 itidem, cum secundum quod dictum est, loquatur.
 Et pro nostræ legis exornatione *Auto. Gom. in l. 79.*
Taur. quæ est 6. istius nostri tituli, & legis nostræ declara-
toria, supponit & præmittit, quod de iure communi
 2 debitor potest incarcerari donec cedat bonis †, *ex*
text. in l. 1. & per totum. C. qui bon. ced. pos. & ibi commu.
Doct. & l. 1. & 4. tit. fi. part. 5. & cessione facta ven-
 duntur bona debitoris, si quæ habet, vt ex eis satis
 fiat creditoribus, & nihil aliud dimittitur debitori,
 3 nisi tantum panicularia, † vt in *l. pen. ff. de cesso. bon.*
& ibi gl. & in l. Diuus. ff. de bonis damnat. vbi etiam
 dicitur, quod & condemnatis ad mortem ista pani-
 cularia reseruantur: & in bonis post cessionē quæ-
 sitis non tenetur debitor nisi in quātum facere po-
 4 test, † vt in *l. 4. ff. de cess. bono. & in §. fi. Insti. de actio. l.*
3. tit. fi. part. 5. nisi in fraudem debitor bona alienaf-
 set, & efficeretur non soluendo, quoniam tunc non
 5 gaudet beneficio cessionis, † *ex text. sing. & unico. l.*
fi. §. fi. ff. quæ in fraud. cred. vt per Auto. Gom. in d. l. 79.
num. 2. cessioneque facta (Iure ciuili) cessabat deinceps
 mol. ista debiti efflagitatio, neque amplius cō-
 ueniebatur nisi ad pinguiorem esset tractus fortu-
 nam, *ex l. legis Iulia. C. qui bon. ced. pos. Ias. in l. is qui bo-*
nis ff. de cesso. bon. & in §. fin. Insti. de actio. solaque ces-
 sione debitor effugiebat carceris tēdiū, & sic quam-
 uis bonis destitutus & honore carens sole tamen &
 luna & communi luce non carebat, eo quod à car-
 cere erat liberatus & libertate gaudebat, idque de-
 cuit Romanos viros libertatis assertores, vt qui re-
 gibus & principibus excussis sibi viuere nullius im-
 perio subiici patiebātur, neque pecuniæ creditæ ra-
 tione cogērētur creditoribus seruire, *text. in l. fi. ff. de*
lib. homi. exhi. Authen. vt nulli iudicū. §. quia vero. notat
Baeza, de debitore inope. c. 1. nu. 1. cum sequentibus: hodie
 tamen cedens bonis & eis, & luce, sole, ac luna pri-
 uatur: incarceratus enim existit vsque dum decla-
 6 retur cessionem esse admittendam, & creditoribus
 tradatur ad seruiendum: fideiussōres verò talis de-
 bitoris cedentis non iuuantur cessionis † talis be-
 neficio, eò quod est beneficiū merè personale, quod
 non transit ad alium, vt *ex text. not. in l. hæres à debito-*
re. §. quod si stipulator, in fine. ff. de fideiussor. l. 3. tit. fin.
 7 *part. 5. Iure tamen nostro Regio conuentus † ratio-*
 ne debiti, si debitum constat per scripturam, vel per
 probationem summariam capi potest, si non habet
 immobilia, *ex l. 66. Tauri, posita sub. l. 3. titu. 16. lib. 5.*
 vbi plura diximus. & *l. 2. & 4. titu. 3. lib. 2. Fori. l. 7. tit.*
8. eod. lib. 2. Fori. l. 2. ff. qui satis-dare cogantur. quod si
 8 conueniatur pro summa minori quam cētum mo-
 rapetitorum sufficit cautio † iuratoria si fideiussō-
 rem non inueniat. *l. 41. titu. 2. part. 3. Imò & lege &*
 consuetudine antiquissima statutum est, vt debitor
 inops tradatur creditori, vt operibus suis satisfaciat
 creditæ summæ tempus seruitij iuxta debiti quan-
 titatem taxādo, vt apparet ex dictis legibus Fori, &
 ex aliis Gothorum relatis per *Baezam, vbi supra, nu.*
 56. vbi & à quo ortum habuerit hæc legalis cōsue-
 tudo denorat, rei ciens cum sequent. numeris illam
 aliorum terribilem legem dilaniandum tradentem
 debitorem creditoribus, & à num. 74. cum sequen-
 tibus describit formas aliquas cessionum, quæ iam
 in regno nostro cessant, & sic hodie abique actu a-
 liquo ignominioso fit cessio, vt inquit *Auto. Gomez,*
vbi supra, numero 1. ex l. antepenult. C. qui bon. ced. pos. &
ibi glos. & communiter Docto. hæc tamen licet ita sint
 & pro perfecta declaratione nostri tex. sint relata:
 In fidalguis (vt ita loquar) non seruantur, ij enim
 pro debitis ciuilibus regulariter non incarcerātur,
 & cum non incarcerentur non possunt cogi cedere
 bonis, † neque tenentur cessionem hanc facere, si-
 9 cut non teneretur debitor, cui creditor promisit
 pro debito eum non conijcere † in carcerem, nam
 10 cessante carcere ad quem vitandum fit cessio, cessa-
 re debet & cessio, tenebiturque tunc prout dictum
 fuerit lucratus satisfacere creditori, secundū *Bald.*
in l. 1. colu. 3. C. qui bon. ced. pos. de cuius traditione li-
 cet dubitet *Salicet. ibi,* eam tamen tuetur & probat
Suarez, in l. 2. titu. De los gouernos, colu. 4. versic. vnum
tamen tene menti. Ex quibus vera est regula nostri
 text. quod nobilis pro debitis ciuilibus incarcerari
 non potest, nisi in casibus † à iure expressis, & pro-
 11 batur hæc regula *argum. text. in l. Medicos. C. de profes.*
& medi. l. miles. ff. de re iudic. ex cuius dispositione, ita
 tenet *Ias. ibi colu. 2. Alexand. in l. centurio. nu. 25. ff. de*
vulga. & pupilla. Bald. in l. 1. prope finem. C. qui bon. ced.
pos. qui tantum dicunt, quod milites nostri tempo-
 ris nō possunt incarcerari, sicut nec milites tempo-
 ris antiqui, non tamen habent beneficium nē con-
 ueniantur vltra quam facere possunt, neque id ha-
 12 bet nobilis † vel fidalguis, secundum *Ripam. libr. 2.*
Responsorum. cap. 20. & Olanus contra Villalobos, in
Concordia Antinomiarum, verbo, Nobilis. numer. 9. & 10.
 & alij relati per *Baezam, vbi supra, cap. 16. num. 7. vbi*
num. 8. id limitat, nisi & talis nobilis & fidalguis ef-
 set etiam miles, quia tunc neque vltra quam facere
 posset, conueniretur & *nu. 9. alia in id propositum*
 prosequitur ad taxandū tunc alimēta tali militi, per
 ipsum videnda, vt alia procedamus, & tradit de iis
 etiā *Couar. lib. 2. Varia. c. 1. n. 4. & sic declarabis dicta per*
Tiraq. de nobilitate. cap. 20. numero 142. Qua conclu-
 sione sic fulcita ampliatur primo, vt procedat etiā
 si talis fidalguis esset artifex, † hic enim, vt diximus
 13 *in l. 3. supra, titulo precedente,* gaudet sua nobilitate ex
 Proauorum progenie ei incussa & deriuata, & sic
 vidi semel sententijs Chancellariæ declaratum. Se-
 cundo ampliatur dicta conclusio nostri text. vt pro-
 cedat etiam si talis fidalguis tēpore constitutæ obli-
 gationis, & in ea renūtiauerit † suæ nobilitati etiam
 14 cum iuramento, vt aduertit breuissimè *Auto. Gomez,*
in d. l. 79. Tauri, numero 3. tum ex eo quod est reme-
 dium reuerentiale toti generi nobilitatis, cui per
 particularem derogari non potest, *argum. text. in*
l. Alia. §. eleganter. ff. soluto matrim. & ibi commu-
 nis opinio, teste *Gometio, dict. num. 3. Item & quia ne-*
 mo est Dominus membrorū suorum, vt *l. liber homo.*
ff. ad l. Aquil. esset q; hæc quædam species seruitutis,
 cui nemo potest se obligare, vt *l. Titio centum. §. Titio*
centū. el. 2. ff. de cond. & demonst. Et in hac quæstione,
 quæ certè difficillima est, & inter nostros Hispanos
 controuersa inuicem se contrariantes adeò, vt in
 tribunalibus Regis Granatæ, & Vallisoleti cōtrariæ
 sint sententiæ prolata, si credimus *Baeza, de inope debi-*
tor. c. 16. n. 48. imo & in ipso Granatenſi Senatū nūc
 hoc nūc illud est sententijs determinatū, vt testatur
Pelaez, de Maiorati. 1. part. quæst. 38. num. 2. fol. 147. Et in
 hac quæstione duas contrarietates inter scribentes
 reperio.

reperio. Primam, quando simpliciter renuntiatio fit. Secundam, quando cum iuramento: & in prima quando simpliciter nobilitatis prerogatiua renuntiat, per plura fundamenta hinc & inde adducens prosequitur *Couar. in cap. quamuis pactum. 2. part. in princ. num. 5.* prosequitur etiam *Menchaca, de successio. creatio. §. 22. num. 74. & Didac. Perez in l. 1. titu. 2. libr. 4. Ordinar. colum. 1366. versic. quari potest. & nouissimè eos referens & omnes alios contrarium tenentes, & fundamenta vtriusq; partis adducens conciuus noster Doct. Gutierrez, in Tract. de Iuramento Confirm. 1. part. cap. 16. nu. 37. cum sequentibus.* quæ cum per ipsos relata omnia sint, non curo referre, solum enim referam remissiuè autores vtriusque opinionis, & sic primam affirmatiuam scilicet, quod possit per fidalgum renuntiare suæ nobilitatis priuilegio, vt sic pro debito ciuili incarcerari possit, tenent relati per *Gutierrez, ubi supra, num. 45. in fine, cum principio sequentis, ubi num. 46. refert Didacum Perez, in transitu hanc dixisse communem opinionem, & refert etiam ex Couarru. ubi supra, in facto sic in Granatenfi pretorio fuisse iudicatum, & hanc etiam nouissimè sequitur Ioan. Garfia, de nobilit. glo. 6. in princ. num. 18. & 19. & in transitu Pelaez, in dict. quest. 38. nu. 2. fol. 147.* Contrariam tamen sententiam, imo quod non possit perobilem renuntiare priuilegio nobilitatis, tenuerunt alii plures relati per *Gutier. ubi supra, nu. 61.* vbi refert *Otaloram, eam dicentem magnis cõmunem, & ibidem ipse Gutierrez, hanc sequitur, & veriore & in iudicando & consulendo sequendam testatur, & iterum refert Otaloram dicentem, sic in facto contigisse, & dubitatum fuisse apud Cæsaris auditores, & hanc Senatam Pincianum sequi solere, inquit Baeza in dict. nu. 48. & sequitur eam Aduocatus Pincianus Burgos de Paz, consil. 10. num. 17. contra Gregor. Lopez, & ibi refert *Couar. in dict. cap. quamuis pactum, in initio. 2. partis. num. 5. cum sequentibus, hanc secutum fuisse, & Auenda. in Dictionario, verbo, Cauallero, versicul. sic ergo conclusio, & hanc ego sequor indistinctè reiecta distinctione. Ioan. Garfia, in dict. num. 19. vbi distinguebat inter nobilitatem ipsam naturalem, quæ est qualitas generis & sanguinis à maioribus descendens, vt hæc renuntiare non possit, eò quod inhæret, ossibus, & inest à natura, effectus tamen eius renuntiare possit, nam quorsum hæc distinctio contrarietatem inter se denotans & inducens, nam si ipsa nobilitas ossibus inhærens renuntiare non potest, vt ipse fatetur, necessario fatendum est, vt neq; effectus eius renuntiare possint, nam si retinetur nobilitas quantumuis renuntietur, omnino operari debet, & eius effectus dormire nõ possunt, nec subest ratio vlla, quæ contrarium suadeat: neque itidem satisfaciunt concordia relata per *Gutierrez, ubi supra, numer. 74.* scilicet qd prima opinio procedat in nobili ex priuilegio, secunda verò in nobili à sanguine, quia licet hæc doctrina in se sit vera, vt nobilis ex priuilegio renuntiare possit suæ nobilitati, vt per *Baezam. dict. c. 16. nu. 97.* nobilis vero ex sanguine non, non tamen quadrat hæc concordia scribentium contrarietati supra relata, eò quod Doctores, tam primæ quam secundæ opinionis omnes loquuntur in nobili à sanguine, & per consequens hæc concordia inter has opiniones adaptari nõ potest villo modo: & reiectis dictis concordis, tenenda est hæc secunda opinio negatiua indistinctè, pro qua considero fundamentum vrgens non sic à Doctoribus**

consideratum, scilicet, quod si de iure habemus, secundum cõmunem opinionem assertam per *Couar. libro 2. Variar. cap. 1. num. 7.* quod non potest renuntiare beneficio celsionis bonorum †, eò quod esset aliter perpetuo carceri se obligare, quæ est quædam seruitus perpetua & præcisa ad quam liber homo se adstringere nequit, *ex l. 2. ff. de lib. hom. exhib.* Nonnè si nobilis priuilegio nobilitatis renuntiare possit, vt sic pro debito incarceraretur, obligaret se perpetuo carceri, eò quod celsio bonorum ab eo nullo modo esset facièda, quia redundaret in opprobrium nobilium & nobilitatis: igitur vera est hæc secunda opinio. Item quia si omnes primæ opinionis Doctores non negant, sed potius expressè fatentur aliqui eorum, qd nobilis non potest nobilitati renuntiare ad effectum, vt torqueatur, quia non est Dominus membrorum suorum, nonnè idem est, si vt incarceretur renuntiat nobilitati, cum carcer de iure mala dicitur mansio, Vt in *l. item apud. §. questionis. ff. de iniur. l. si hominem. ff. de posi. & l. 7. dicitur, nunquid mare sum ego, aut cetus quia circumdediti me carcere.* Et in carcere homines torquètur, sicut in tormentis, quod est enim maius contrarium libertati quàm carcer, & quid desiderabilius quàm libertas, de qua dicitur,

Non bene pro toto libertas venditur auro

Libertasq; auro gemmisq; prefertur.

Sed libertatem adimere, est id quod naturalè est tollere, per eam enim perditur naturalis libertas, vt inquit, *Consultus in l. Titio. §. Titio. 2. ff. de condi. & demonstr. Barto. in Authen. de defenso. ciui. §. audientiam. num. 2.* & quædam species seruitutis reputatur, secundum *Alberic. in l. 1. ff. de lib. homini. exhiben. Alexand. consil. 133. nu. 5. lib. 2.* & alia de carcere, vide per *Bernard. de Sandoual, in Tract. Del cnydado de los probres presos. caipt. 2. & Tallada en su visita de carcel. cap. 3.* Omnes enim homines regulariter liberi nascuntur, priuatio autem est pœna, & tantò maior, quanto est id quod adimitur: ergo carcer torquet, libertatem tollit, macillat corpus, vitam abbreviat: & tormentum minus torquet, quia paruo spatio temporis durat, carcer verò solet esse perpetuus, si nobilis non habet unde soluat, ergo idem dicere debemus, vt non valeat nobilis renuntiare nobilitati vt incarceretur pro debito ciuili, sicut neque valet, vt torqueatur, quia vtroque in casu potest dici, non esse Dominum membrorum suorum: neque est in hoc casu considerandum id, qd inquit *Baeza, de debito. inop. dict. cap. 16. num. 56.* scilicet quod idem dicendum esset in plebeio, qui neque est etiam Dominus mēbrorum suorum, nam id ne incarceretur plebeius pro debito ciuili, non habet locum, vt potè quia plebeius non habet à iure concessum nè incarceretur pro debito ciuili, vel nè torqueatur pro debito, sicut habet nobilis, & sic in plebeio non habet locum regula illa, quod non est Dominus membrorum suorum, cum nihil per renuntiationem suam perdat, neque renuntiet, cum à iure etiam si non renuntiaffet incarcerari potest pro debito ciuili, & torqueri pro delicto & consequenter dicta consideratio & obiectio Baezæ nihil obest dictæ secundæ opinioni: neque itidem obstat id quod ipsemet *Baeza, ubi supra, num. 39.* dixit, scilicet, quod quando nobilis est arrendator tributorum Regiorum, capi potest pro eis, eo quod tunc ipse nobilis libertatem suam frangit, ergo inquit ex hoc Baeza, esse idem si im-

munitati

munitati renuntiat, nam hæc est mala consequentia: quia ipse non renuntiat, sed lex eum nobilitate tunc priuat quoad illum actum, quo mediante ipse nobilis indignum se nobilitate fatetur sese arrendatorem dictum faciēs, & fitco se subijciens ex legis dispositione: & quia hic est casus specialis, à quo ad alios argumentum sumi non potest, ea enim quæ specialiter sunt introducta, specialiter sunt intelligenda: neque obstabit replicare, quòd si hoc patitur nobilis conducendo Regia vectigalia, vel patiendo se describi in plebeiorum libro & æstimo communi, multo magis patietur quando differte & expresse renuntiat nobilitati, nã tacitè sinendo labi terminũ

16 potest † quis suã defensionis renuntiare etiam naturali, secundum *Bald. in cap. personas, de appellatio.* & tamen expresse non potest, secundum *glos. in l. pactum inter hæredem. ff. de pactis, diximus. in l. 13. tit. 7. libr. 3. supra, num. 10. cum 3. sequentibus*, multa enim per partem tolerantur quæ si in iudicium deducta fuissent non tolerarentur, tacitiq; & expressi non est idem iudicium, quoties tacitum inest aliter quam inest expressum, secundum *Doctores. in l. cum quid. ff. si certum per.* ergo dicta replicatio & argumentum Baecã nihil minus obstat dictæ communi opinioni secundæ, vt post hæc vidi *Auenda. in Dictionario, verbo, Cauallero. versiculo sit ergo conclusio, sic volentem.* Præsertim quia iuri publico conuenit nobiliũ priuilegia seruari, vt patet *ex l. precedente, & ex sequenti, & ex l. 1. istius nostri tituli, & tenet Burgos de Paz in d. num. 17.* & sic renuntiare nobiles dictis priuilegiis non possunt, cum in præiudicium iuris publici tēderet talis renuntiatio, aded vt etiam si secundario ius publicum lædatur ex renuntiatione, & principaliter ius priuatum, renuntiationi locus non sit, vt verius esse testatur *Anto. Gamma, decisi. Lusita. 386. num. 11.* Præmaximè cum in odium & ignominiam aliorum nobilium redundaret, quæ quidem licet nõ sint comparanda cum immunitate concessa vniuerso ordini sacerdotum calificatiuè & æquiparatiuè, similitudinariè tamen sic, quemadmodum *in l. miles. ff. de re. iudi. inquis glos.* quòd sicut miles terrestris gaudet priuilegio, ne cõueniatur ultra quam possit, ita & fortius miles cælestis †, & sic inquit *Abb. in cap. 1. nu. 4. de cleri. egrot.* quod sicut propter debita non cedit bonis miles secularis, ita nec cælestis: Ex quibus satis remanet defensata hæc secunda opinio & ampliatio nostri text. scilicet, quod etiam si nobilis renuntiet nobilitati vt incarcerationi possit pro debito ciuili, non valet renuntiatio, nec incarcerationi poterit. Quoad secundum verò, & sic cum renuntiatio hæc est iuramãto vallata an valeat talis

18 iurata renuntiatio adest etiam contrarietas †, nam *Anto. Gomez, in dict. l. 79. Tauri. num. 3. inquit*, adhuc tunc non valere talem renuntiationem, & idem tenet & sequitur *Didac. Perez, vbi supra, in dict. l. 1. titu. 2. lib. 4. Ordinamen. col. 1367. & Burgos de Paz, consil. 10. num. 7. & idem Anto. Gomez, tom. 2. Variar. cap. 14. nu. 24.* eò quod priuilegium hoc est remedium reuerentiale toti generi nobilitatis, cui per particularem aliquem derogari non potest, *argum. l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrimo. & text. in cap. si diligenti, de foro comper.* & facit itidem quod etiam cessionis renuntiatione iurata † non valet, secundum *Guido Papa, quest. 211. vbi testatur ita pronuntiatum fuisse in Parlamento. refert Couar. dict. libr. 2. Variar. cap. 1. num. 7. ad fin. vbi & ipse Couar. idem sequitur per pensã tamè*

negocij & personarum conditione: contrariam verò sententiam, imò quòd renuntiatio nobilitatis iurata valeat, videtur tenere *Minhaca, de successio. 1. par. lib. 3. §. 28. limit. 32. nu. 19. versic. & hanc partem, & eum referens Baeza, de debitore, inope. c. 16. n. 91. & noster Gutierrez, in dict. c. 16. partis. 1. de iuram. confir. nu. 62. & 63. & facit pro hac aliorum opinio dicentium renuntiationem iurata de non cedendo bonis, valere, de qua per *Couar. in dict. c. 1. nu. 7. ad fi. & in hac contrarietate opinionum de renuntiatione nobilitatis iurata, fateor me dubium esse, licet prima opinio mihi magis applaudit, eò quòd iuramentũ non confirmat contractum, neque renuntiationem in præiudicium, & iniuriam alterius, & sic contractus etiam iuratus à muliere nupta factus non valet, eò quòd est in præiudicium mariti, vt diximus in titu. De las mugeres. lib. 5. supra, Præiudicium tamen generaretur totæ nobilitati si valeret eius renuntiatio iurata, igitur prima opinio videtur tenenda: quam & in clerico renuntiante remedio *cap. Odoardus. cum iuramento, tenet D. de Paz. in sua praxi. 3. p. 2. tom. cap. vni. num. 6.* Quæ quidem conclusio sic ampliata, limitatur primo vt non procedat, quoties nobilis incarcerationatus non opponit, neque allegat de sua nobilitate, tunc in carcere detineri † potest pro debito 20 ciuili, tum quia etiam contra præsumptionem iuris & iure admittitur probatio in contrarium si non opponatur †, vt per *Hippoly. in Pract. §. sequitur. nu. 11. vbi à num. 8. plura similia adducit, & Ripa. l. naturaliter. §. nihil. nu. 72. ff. de acquir. possess. Feli. in cap. fraternitatis, nu. 6. de testi. & sic solennitatem extrinsecam præsumitur † interuenisse si non opponatur, secundum 22 Anto. Gom. tom. 2. cap. 11. nu. 17. ad fi. sic et si non opponatur admittitur agens sine actione, vt per *Ias. in l. si Titius & Seius. num. 3. ff. de verb. oblig. sicut & appellatio, omisso medio admittitur si non contradicatur, secundum Couar. in Pract. cap. 4. nu. 9. & alia similia adducit Deci. in l. in ambiguis. §. non est nouum. num. 4. cum sequentibus. ff. de reg. iur. & Ias. in Repet. l. admonendi. nu. 11. in fine, cum sequentibus pluribus. ff. de iure iur. tum etiam quia nobilitas non præsumitur nisi probetur per allegantem eam, quòd satis ea ratione colligitur, scilicet, quòd ipsa res sit aduentitia nec à natura proueniens, cum habeat ortum ex sibi 23 accidentibus, vel progenitoribus. *l. non ignorat. C. qui accus. non poss. vbi. Bald. docuit quem præsumi † magis popularem quam magnatem, & in c. 1. §. si Rusticus, & ibi Afflictis num. 6. Lauden. Aluaro. & Cardin. de pace tenenda, in vsib. feud. Socin. consil. 46. lib. 2. quem & alios refert Mascardus, Tomo. 2. de probatio. conclu. 1095. nobilitatem non præsumi. num. 1. cum sequentibus. vbi ampliat & limitat, & nouissimè Ioã. Garcia, de nobilit. glo. 11. nu. 51. & glo. 12. num. 5. & Mantica, de coniect. ult. volun. lib. 11. tit. 10. num. 35.* Ex quibus deriuatur decisio quæstionis satis altercata per *Couar. & alios relatos per Ioan. Garciam, vbi supra, gl. 10. per totam, & per Didac. Perez, l. 6. tit. 2. lib. 4. Ordin. colu. 1380. cum seq.* quòd lite pendente super nobilitate contribuere interim tenentur illi, qui se nobiles † 24 dicunt vsque pro talibus declarentur, & quod ad hæc quotidie dantur mandata Regia, imò & officia nobilium, vt ibi per eos, interim denegantur: sic etiam & miles nemo præsumitur nisi probetur †, vt 25 per *Mascard. vbi supra, conclu. 1058. per totã incipi. militem se asserens, & sic vera est hæc limitatio prima.* Secundum verò modo limitatur nostra Regula & conclusio ex lege****

ex lege nostra vt non procedat, quoties talis nobilis est conductor tributorum regis & fisci eius, vel collector eorum, tunc ipse sese priuilegio nobilitatis priuat, † cum in sordidorum hominum genere hæc versari soleant, vt ex lege nostra declarant *Docto. in l. 79. Taur. & Auend. in dictionario, verbo, Cauallero. versic. Tertium priuilegium, & iterum in versic. Sit ergo conclusio, vbi in versic. si verò extra causam fiscalem id non procedere dicit, quoties esset nobilis hic conductor vel collector tributorum aliarum personarum quam regis, eò quòd limitata causa limitatum producere debet effectum, ex l. age cum Germaniano. C. de transactio. Sed quid si esset arrendator decimarum †, & videtur q̄ idem sit sicut cum est tributorum Regiorum, eò quòd validum est argumentum de tributis ad decimas & eòtra, vt per *Euerardum, in centuria locorum, in cap. de tributo ad decimas & contra*, sed cum hoc non reperitur decisum, teneri potest contrarium, sed latius in hoc cogitandum iudico: non tamẽ erit idem si nobilis debeat aliquid alia via puta, cum gabellam debet ex venditione rerum suarum tunc nõ incarcerabitur, neq; habebit locum secunda hæc limitatio, vt nouissimẽ aduertit *Lasarte, de decima venditio. c. 18. num. 63. cum seq. contra Baezam ibi relatum*, & hoc sine dubio esse mihi videtur. Tertio limitatur nostræ legis conclusio, vt non procedat, quoties nobilis obligatur pro debito cõtracto pro redemptione sua, vel parëtis aut fratris à capiuitate, nam tunc pro tali debito incarcerari potest †, ex dictis per *Pelaez, de maioratu. 4. p. q. 1. limit. 4. n. 1. cum sequent. vbi n. 5. id expresse tenet, & n. 6. in facti contingencia sic asserit determinatum in Granatensi chancelleria, & iure optimo.**

Quarto limitatur nostrã conclusio vt non procedat, quoties nobilis tempore contractus asserit † se nõ esse nobilẽ, nã tunc non gaudet nobilitate quin incarceretur pro debito illo, ex tali cõtractu resultante, ex eo quod ille, qui negat qualitatem suæ personæ, ex qua datur sibi aliquod priuilegium, amittit illud, vt est *tex. notab. & ibi gl. & cõmuniter Doct. in l. 1. C. ad Maced. tex. in l. qui cõ se. ff. de re iud. tex. in l. 1. & 2. per totum. C. si minor se maior. dixer. tex. in l. 4. §. 1. ff. quod cõ eo, tex. in l. quid enim. ff. de dolo. tex. in l. si. C. de calumniat. per qua iura ita notat *Anto. Gom. l. 79. Taur. n. 4. & iterum in tomo. 2. Variar. c. 11. nu. 54. & noſter Gutier. in Tract. de Iuram. confir. 1. p. c. 16. nu. 25. & Baeza, de debitore inope. c. 16. num. 93. & 94. & nouissime Ioan. Garciam, in suis regulis & fallen. reg. 312. mendax. num. 2. Temperanda tamen est hæc limitatio, & modificanda tribus modis, primo quoties negatio nobilitatis fuit facta ad contractum illum perficiendum, & debitum cõtrahendum. Secundo quòd fuerit facta à sciente se nobilem, secus verò si ab ignorante. Tertio q̄ ille, cum quo contractus fit, nesciat illum esse nobilem, secus enim si sciret, ita *Anto. Gom. vbi supra, & Baeza. d. num. 94. 95. & 96. & in dubio ignorantia esset præsumenda, cum sit in facto alieno. Quanto limitatur nostrã conclusio, vt non procedat interim q̄ disceptatur de nobilitate coram iudice, coram quo de ea allegatum est, nam tunc interim detinetur in carcere, licet aliquando sub fideiussore de la hax, † soleat relaxari, vt per *Gutierrez, vbi supra, num. 6. nisi secundum eum ibi esset nobilis notorius. Sexto limitatur nostrã conclusio, vt non procedat quoties nobilis hic occultat bona ne à creditoribus capiatur & ex eis satisfiant † vt late fundans tenet *Gutier-*****

*rez, vbi supra, num. 14. cum seq. aliq. & probatur ex tex. & ibi glo. l. 4. tit. 15. p. 5. eò quòd debitor decipiens ac deliudans creditorem crimen committit, secundum *Suarez, in repetitione sub tit. de los emplazamientos. §. 7. num. 41. in fi. pag. 406. & absque dubio hoc credo verum, & in facti contingencia sic vidi decisum in Chancelleria Pinciana circa certos nobiles pro debitis captos per iudicem ecclesiasticum ex decimarum prouenientibus conductioe, & cum allegassent se nobiles & probassent, fuit probatum occultasse bona, & idẽ iudex noluit eos dimittere, propter quòd fuit causa deducta ad Regiam Chancelleriam in gradu de fuerça, & declaratũ fuit vim non fieri per Ecclesiasticum, & ei fuit causa remissa, & sic idem est in mercatore nobili fugiente cum mercancijs, qui dicitur decoctor vulgo, *Alçado, vt tenet Castillo hic nu. 5. & probat. l. 4. tit. 19. libr. 5. supra, Septimò & vltimo limitatur nostrã conclusio, vt non procedat quoties debitum descendit ex delicto, nam tunc incarceratur nobilis, ex l. 6. infra, eod. vbi dicemus. Sed an vxor mariti nobilis † gaudebit hac prærogatiua etiam post mortem mariti, & dicendum est quòd sic ex l. fœmina. ff. de senatori. de quo diximus in l. 9. tit. 11. lib. 2. supra, & per *Georgiũ Natta, in Rep. cap. quamuis pactum. col. 65. de pactis. in. 6. Sed an doctores gaudebũt hac prærogatiua, † dic quòd sic, vt per *Matth. Matheſila. notabil. 59. & idem in Adnocato. vt alibi diximus in lib. 2. supra, & per Ioan. Garciam in suo Commento de nobilitate. Et an filij naturales gaudeant ista libertate, dic quòd sic, sicut gaudent nobilitate parentũ, vt diximus in l. tit. lib. 5. sup. Et quid in priuilegiatis, dic quòd quoad hoc gaudebunt, vt dixi in l. tit. 1. supra isto lib. 6.*****

¶ Ibi, *saluo si no fuerẽ arrendador. Vide dicta in glo. precedente limit. 2.*

¶ Ibi, *Y porque en tal caso el mismo quebranta su libertad, Nam cum vilibus mercancijs se immiscuerit sese conductorem, vel collectorem fiscalium reddituum & Regiorum faciendo, nimirum si libertatem amittat, & pœnæ se subdat, quæ quidem ratio mihi non satisfacit, nam & ij qui viles artes & vilia exercent officia nobilitate sua gaudet, vt in hoc dictum est libro. Ideò melior ratio erit, si dixerimus, id propter priuilegium fisci esse introductum, cum quo nemo contrahens vtitur iure suo, argum. text. in l. si is qui, in fin. ff. de iure fisci, l. 2. & per totum. C. de priuileg. fisci. maximè cum fiscus hic agat de patrimonio suo recuperando, prout considerauit *Alora, de nobilit. 2. par. partis. 3. cap. 9. nu. 7. versic. mihi tamen. pag. 216. & Gutier. de Iuram. confir. 1. part. cap. 16. num. 67. quem post hæc scripta vidi dixisse, etiam si corrupte eum referens mordeat, Lasarte, in de Decima. venditio. cap. 18. num. 64. & sic placeat mihi hæc ratio, ob fauorem fisci, & ob odium nobilis cõ fisco in ijs vilibus contrahentis præmaximè, cum vt inquit *Lasarte, vbi supra, non est de sordidis exigere tributum Regis.***

¶ Ibi, *Puestos a tormento, Et sic neque comminari ad torturam potest nobilis, hoc enim denotant ista verba, ita vt non solum torqueri non possit, verum neque ad torturam poni, eò quòd terror, est genus torturæ, vt notatur in l. nouissime. ff. de excus. tut. excusatus. argum. text. in l. sed & si restituatur. §. 1. ff. de iudic. id quæ clarius deducitur ex lege sequente, ibi, *No sean puestos a question de tormento. & à fortiori, neque torqueri, nam argumentum de minori ad maius negatiuè,**

gatiuè cōceptum optimè procedit, scilicet, id quòd est minus fieri non potest, ergo neq; quod est maius dependens à minori, vt per *Euerard. in Centuria, in loco, de minori ad minus*: Et quod nobilis torqueri non possit non solum id iure nostro regio ex legibus ijs constitutum est, & ex *l. 24. tit. 21. part. 4.* verum & ex iure ciuili nobiles non subiiciebātur quæstionibus plebeiorum, vt dicit *Rayn. in tract. nobilitatis. 7. quæst. princ. post principiu, per text. in l. desertorem. §. 1. ff. de re milit. & l. milites. & l. Diuo. C. de quæstio. & l. Seueram. C. de dignitati. libr. 12.* vbi scribit, Seueram indignationem, vel vt alij scribunt, & melius legunt, indagationem per tormenta quærendi à clarissimo homine submouemus: sed huiusmodi iura non in omnibus passim nobilibus loquūtur, sed de certis quibusdam, vt etiam expendit *Lucas de Penna, in l. mulieres. col. 16. versic. Decimotertio priuilegiati sunt. C. de dignit. lib. 12. sed est text. omnium optimus pro omnibus nobilibus, vt scilicet non torqueantur in scio Principe, in l. nullus. in verbis, Generis aut Dignitatis. C. ad. l. Iul. maiest. quem ad hoc allegat Olanus in Concordia Antinomiaru, verbo, Nobilis. num. 22.* & ante eum *Couar. lib. 2. Variar. c. 9. nu. 4.* & *Ioan. Gracianus, in suis Regulis & Fallen. Regula 343. num. 2.* & *Bæza, de debitore inope. c. 16. n. 16.* & *Ioan. Gasia, in Commento de Nobilitate. glo. 1. nu. 19. in fin. cum seq. & Otalora. de Nobilit. 5. p. c. fi. nu. 4. pag. 345.* vbi inquit, nobiles Franciæ † non gaudere hoc priuilegio, quod prius asserit *Tyraaq. de Nobilit. ca. 20. nu. 140. vbi nu. 139.* dicta iura allegauit, & hæc est regula vera & singularis, scilicet, quod nobilis non torquetur, nisi in casibus à iure expressis, vt inquit *Auenda. in Dictionario, verbo, Cauallero. in fine,* vbi & inquit, difficultatem solum consistere in inquirendo, qui sint isti casus, & asserit consuetudinem in contrarium † nō valere, secundū *Bart. in l. omnes. C. de Decurio. lib. 10.* & *Brunū, de Indicijs & tortura. 2. par. q. 4. n. 24. pag. 83. in paruis,* vbi describit duos casus & duas fallētias: quas vt habeas præ manibus, hic inserā, licet retulerim aliquas in meo *Tract. de Decurio. vocato Curia Pisana. lib. 3. c. fi.* vbi tamen ad hic dicenda me remisi, & refert *glos. Cauallero. in l. 2. tit. 30. p. 7.* aliquas quas & alias, quas reperire potui, hic inferendas cenlui. Prima igitur, secundum aliquos erat, si renūtiabat nobilis suæ nobilitati vt torqueretur, cuius tñ cōtrariū supra diximus in hac lege, & tenet *Dueñas Reg. 190. limit. 4.* & tenent Hispani, ita vt hæc sit communis opinio, & consequenter hæc erit potius ampliatio ad nostram Regulam quā fallentia. Secunda, imo verius prima est fallentia nostræ Regulæ, vt non procedat in nobili crimen læsæ Maiestatis diuinæ aut humanæ committente, & sic in proditore Regis †, ex *l. de minore. 2. Respon. ff. de quæstio. l. nullus. C. ad. l. Iul. maiest. Ang. de Malef. in verbo, Que ay tradita la sua patria. in princ. Cifuent. l. 79. Taur. col. 2. Bæza, debitore inope. c. 16. nu. 16. Didac. Perez. in l. 4. tit. 2. li. 4. Ordin. col. 1371.* & in crimine Maiestatis diuinæ, tenet *glo. in l. 4. C. ad. l. Iul. Maiest. Ang. vbi supra, verb. Fama publica. col. 19. Cifuent. vbi supra, fallentia. 2. Didac. Perez. vbi supra.* Tertio fallit, in proditore Patriæ, Ciuitatum, aut Principum, & ijs affinium, ex *l. desertorem. §. his qui ad hostes. & l. proditores. ff. de re milit. Cifuent. in d. l. limit. & Brunus, de Indic. & tor. 2. p. q. 1. n. 24. fol. 83. in paruis,* Quarto fallit in crimine simonia, ex *glos. in d. l. 4. C. ad. l. Iul. mai. per text. in l. si quemquam. C. de Episc. & cleri. ibi ad instar publici criminis, & læsæ maiestatis accusatione proposita à*

gradu sacerdotij retrahatur: vel quia simonia dicitur hæresis, secundum *glos. in cap. si quis pecunia. 79. dist. notat Didac. Perez, vbi supra.* Quinto, in crimine aleuosia & sodomia, secundum *Gregorium Lop. in l. 2. verbo, Cauallero. tit. 30. part. 7. & Didac. Perez, vbi supra.* Licet in Aleuosia, Gregor. ibi indecisum reliquit, & bene, nam in aleuosia nō reperimus expressum nec decisum, sed tantum in proditione Regis, Papæ, aut Principis. Sexto, in maleficis & mathematicis atq; alijs similibus, de quibus loquitur. *l. si excepta. C. de malef. & mathem.* Septimo fallit, in nobile committente crimen priuati carceris, ex *l. 1. C. de priua. carcer. not. Brunus, dist. nu. 24.* quod intellexi non semel, quoties propter priuatū carcerem mortis pœna incurritur non verò aliàs. Octauo fallit, in nobilifure, qui quidem propter furtū perdit nobilitatē, & per consequens torqueri potest, vt est *tex. notab. secundum Salicet. ibi in l. 1. C. quan. lice. sine iudi. se vin. vt tenet. Couar. li. 2. Variar. c. 9. n. 4. & Afflicis, decis. Neapol. finali, & probatur ex l. 12. & fin. tit. 21. part. 2. & idē ingratifatore vel Pyrata, asserit Ioan. Garcia, de Nobili. glos. 1. n. 11. Nono, in crimine falsi, ex *l. si quis Decurio. C. de falsis. notant, Brunus, & Didac. Perez, vbi supra, vbi ex hoc idem dicit, si fallam nobilis cuderit monetam.* Decimo fallit in casu *l. 2. in fine. tit. 30. par. 7.* Vndecimo, quoties hoc fit de conscientia Principis & Principe consulto, nā nullū priuilegium, vel dignitas tunc impedit, ex *d. l. nullus. C. ad. l. Iul. Maiest. not. Brunus, vbi supra, nu. 25.* rarò tamen hæc Princeps concedit & cū maxima causa & non aliàs. Alijs duobus modis id etiā limitari dicebat *Cifuen. vbi supra, scilicet, quando nobilis in testē adductus vacillat, ex Bart. & Doct. in l. libero, in princ. ff. de quæstio. vel quādo conuincitur de mendacio, vt quia testificatur se non interfuisse negotio, vel interfuisse, & conuincitur de contrario, secundum Bart. in dist. l. ex libero, & Salicet. in l. fi. col. 2. C. de quæstio. ita vt si testimoniū dicens nobilis se periurauerit torqueatur, quia nobilitate non gaudet, secundū *Auend. c. 27. prato. in fi. lib. 2. verū ijs vltimis duobus casibus inquit Cifuent. vbi supra, esse cōtrarium tenendū ex l. 8. tit. 30. p. 7. & in l. 13. tit. 16. p. 3.* Aduertedum tamē iudico, quòd in casibus à iure expressis in quibus statutū reperimus nobiles perdere nobilitatem, in illis crederem torqueri posse, quoties ex delicto ad torturam sufficēte proceditur non verò aliàs. Vltimo fallit nostra conclusio in mercatore decoctore, qui ex *l. 4. tit. 19. lib. 5. supra, perdit nobilitatem, vt & notat Hippoly. in practica. §. expediam, nu. 61. & Boeri. decis. 215. num. 5. & exceptis ijs & alijs casibus, si qui reperiantur nobiles non torquentur, ex legibus nostris, quas ita practici testatur *Anto. Gomez. tom. 3. Variar. c. 13. & Menes. in l. 1. nu. 9. C. de iur. & fact. igno.* Ex quibus habes regulariter nobiles non torqueri, in quibus cōtinentur Aduocati, vt dixi in *l. 1. tit. 16. lib. 2. supra, etiā deposito, officio, † secundum Hippolyt. in pract. §. expedita. nu. 23. & glo. fi. in l. 2. tit. 30. part. 7. & Loazes, de matrim. Regis Anglia, dubitatio. 7. n. 38. cu sequentib. & Plaza de delict. lib. 1. cap. 6. num. 9. neque valeret consuetudo in contrarium, secundum *Mene. vbi supra.* & iterum in hac lege & alibi diximus: Imo & frangēs Aduocatis priuilegia punitur † in quinquaginta libris auri, secundum *Bald. in l. Sancimus. C. de Aduo. di. iud.* Aduocati que filius plus est honorandus † quā non Aduocati, secundum eundē *Bald. in l. nemini. li. c. de iur. iurisperitos. C. de Aduo. di. iudi. & in Aduocatis ita late*****

ita late tenet *Brunus*, ubi *supra*. q. 4. *partis*. 2. *nu.* 23. *pag.* 82. *in paruis*, etiam si Grammaticus, voto. 25. in aduocato certi ordinis id restringat, & in doctore actu legente vel Aduocante, nam id non puto verum, sed falsum, nam cuiuslibet Aduocato, & cuiuslibet Doctore & eorum filiis hac priuilegia conceduntur, illa tamen eximentia à tributorum solutione illis tantum conceduntur, qui actu legunt, vel aduocant, & in quibusdam certis vniuersitatibus sunt graduati gradu licentiatura ad minus, *ut dixi in l. 8. & 9. tit. de los estudios. lib. 1. supra*. Et quis dicatur nobilis, † ultra *Anto. Gom. & Doct. in l. 79. Tauri vide per Ioan. Garciam de nobilit. glo. 18. nu. 36.* minor tamen probario. nobilitatis ad hoc requiritur & quilibet iudex de hoc cognoscat, ut in hoc libro dictum remanet. Et que alia personæ torqueri nõ possunt, ultra *Cisuent. ubi supra, vide Anto. Gom. com. 3. tit. de tortura, & Iulium Clarum & alios criminalistas. Et alia plura militum Priuilegia, vide per Auend. in dictionario. verbo, Cauallero. & per relatos per Didac. Per. ubi supra, col. 1372. & Otaloram de nobilit. 5. p. cap. fi. per totum.* Et an sola quasi possessio nobilitatis sufficiat ad hoc nequis incarceretur aut torqueatur, vel alijs priuilegijs vtatur † *vide Otaloram, ubi supra, 2. part. 3. part. princ. cap. 19. que refert ad eum se remittit Didac. Perez. l. 6. tit. 2. lib. 4. Ordin. col. 1380. in fin. cum sequentibus.*

S V M M A R I V M.

Debitum quod dicatur descendere ex delicto. numero 1.

Nobiles ubi est incarcerandus debet in honesto detineri loco. num. 2.

Nobili blasphemanti potest assignari Palatium pro carcere. num. 3.

Lex 6. Quæ erat Tauri. 79.

S V M M A R I V M.

Nobiles & alia personæ, quæ pro debitis civilibus incarcerari non possunt, incarcerandæ sunt, si talia debita ex delicto descendunt.

NBI, Y OTRAS PERSONAS. Prout sunt Doctores, Aduocati & alij in iure expressi, de quibus diximus in lege præcedente, & per *Cassan. in Consuet. Burg. fol. 206. num. 14. & Hippolytum, in Pract. §. attingam. nu. 69. & l. 2. tit. 30. p. 7.* & an hæc lex habeat locum in nobili ex priuilegio, in hoc libro dictum remanet, & tradit *Pelaez, de maiora. l. 9. §. 1.*

Ibi, si la tal deuda descendiere de delicto, o quasi delicto, Hæc est limitatio ad l. 4. *supra eod.* vt diximus, & sic in muliere esse idem inquit *Boer. decisio. 349 col. pen. seruari, vt & per Baecam, de debitore inope. c. 15. n. 7. & 8.* & idem in eo, qui non potest conueniri vltra quam facere potest, tenet *Humada, in l. 23. tit. 6. par. 1. gl. 6.* vt scilicet incarcerari possint pro debito descendente ex delicto vel quasi delicto. Et quod debitum dicatur descendere ex delicto, dic cum *Anto. Gom. in dict. l. 79. Tauri. num. 5.* quod illud quod principaliter venit, & debetur, vel in consequentiam accessorie ex officio iudicis, vt si ex furto, violentia,

vel alio delicto † debeatur aliqua res, vel quando ex delicto in iure sit æstimatio ciuilitate in pecunia, vel quando ex aliquo delicto publico, vel priuato, vt homicidij, fallitatis, vel alterius vltra pœnam corporalem sit condemnatio in aliquo interesse partis, quia pro illo potest reus capi, & detineri in carcere licet sit nobilis, vt in nostra lege, & iste est verus & realis sensus nostræ legis, secundum *Anto. Gom. ubi supra, & benè, & ratio est, ne nobilis occasione huius exemptionis inuitetur ad delinquendum, vt inquit, Matienço, in l. 6. glo. 1. nu. 4. & sequentibus. titulo. 8. supra. lib. 5.* Debet tamen tunc nobilis hic detineri in loco nobilium si adest, vel si non, in loco cõuiniante † statui suo, secundum *Baeram, ubi supra, cap. 16. nu. 27. & Tiraq. de nobilit. cap. 20. nu. 141. & Otalora de nobilit. 5. part. cap. fin. num. 2.* vbi inquit quod Palatium Potestatis, vel tota ciuitas potest ei assignari pro carcere, *ex Ange. in l. qui in carcerem. ff. quod metus causa, & l. 1. in admonendi. 79. col. ff. de iure iurand. & facit tex. in l. 4. in fin. tit. 29. p. 7.* ex quo diximus in l. 15. tit. 6. lib. 3. *supra*, qd nobili blasphemanti potest assignari Palatium † pro carcere ad implendum tren- tanarium, imo & domus sua, & tota ciuitas, ex illo dicto *Ange. secuto per Tiraq. de nobilitate. c. 20. nu. 29. ubi cum Ange. tenet & Laufranc. in pract. titu. de confessio. num. 23. in fin. & Gerar. singu. 30. pro nobilibus. nu. 4. & Ange. de malef. in parte Fama publica, num. 86.* omnis enim locus pro carcere assignatus carcer est, & exiens à loco illo carcerem dicitur frangere, vt per *Additio. Ange. ubi supra, nu. 87.* carceratus namque dicitur omnis ille, qui nõ potest ad sui libitum à loco exire, vt inquit *tex. in Clem. 1. §. sanè, de hereti. Ange. in l. vna. C. de priua. carcer. & in l. qui in carcerem, ex quibus iniuste nobis imposuit nouissimè Ioan. Garcia Gallecus, de nobili. glo. 1. in princ. nu. 9.* non dicere *Auend. à nobis allegatum in dict. l. 15. nu. 11. tit. 6. lib. 3. supra*, id ad quod ibidem eum allegauit, scilicet, quod nobis blasphemans potest in domo sua carcerari, nam vltra quod id ex dictis ibidem per me & Docto. ibi & hic allegatis, est verum, clarissimè patet *Auendañum*, id dixisse si bene perspexisset ipse *Ioan. Garcia*, dicit enim *Auend. hæc verba*, nam in loco priuato assignato loco carceris nõ diceretur aliter sine custodia captus & carceratus, ergo data custodia positus in loco priuato carceratus dicitur nobilis blasphemans, de quo ibidem tractat, & *Auendañus* ibidem nullam distinctionem facit, priuatus hic locus sit domus propria, vel aliena, neque vlla dari potest ratio differentie, sed priuatum locum dicit *Auendañus*, non vt distinguat domum propriam blasphemantis ab aliena, sed vt domum priuatam, & sic locum priuatum distinguat à carcere publico & loco publico, igitur iniuste nos increpauit scriptor hic, & post reperi *gl. fi. in l. 3. tit. 28. part. 7.* sic volentem in terminis. Et sequitur corrupte referens regorium, *Didacus Perez, in l. 1. tit. 8. glof. pen. in fine, pag. 208. lib. 8. Ordinum. & Aniles. c. 25. Præf. glo. Dispensaren. nu. 5. & 6. & 7.* vbi inquit, de facto vidisse.

S V M M A R I V M.

Nobilis debens habere equum & arma sufficit si tempore necessitatis illa habeat, neque requiritur continuo ea habere. num. 1.

Lex septima.

S V M M A R I V M.

Reuocantur nobilitates concessæ per Regem Henricum, & quæ earum sint seruandæ disponitur.



Bi, QUE HIZO EN OCAÑA, QUæ est l. 25. tit. 14. infra isto libro.

Ibi, En las Cortes que despues hizo en Nieua, Vt apparet ex dicta. l. 25.

Ibi, Que hezimos en Madrigal, Et hæc lex nostra in præfenti, & dictarum legum & nostræ contrarietatem dissoluere vult Ioan. Garcia, de nobilit. glos. 2. in princip. num. 13.

Ibi, Que continuamente, de aqui adelante mantengan cauallosy armas, Hæc quantumuis verba lex nostra contineat, non est necesse cõtinuè equum & arma possidere & habere, vt priuilegijs nobilitatis concessæ gaudeat talis nobilis; sed sufficit si tempore i uocationis ea habeat & possideat †, secundum Ioan. Garciam, de nobil. gl. 1. §. 1. num. 59.

Lex 8. & 9.

S V M M A R I V M.

Deinceps non sunt concedenda nobilitatis priuilegia, & si concedantur ipso iure nulla sunt non obstantibus quibuscumque clausulis derogatorijs, & nõ obstantijs, & alijs in l. nostra expressis.



Bi, DE MI PROPRIO MOTV, Pro exornatione horum verborum & sequentium, videnda sunt quæ diximus in l. 3. tit. 14. supra, libr. 4. Declaratur tamen lex nostra per

sequentem vbi prohibentur etiam priuilegia nobilitatis, nisi sint talia, quæ secundum legum Regiarum dispositiones fuerint concessa.

Lex vndecima.

S V M M A R I V M.

Nobilibus carcer alius quam plebeijs est assignandus in casibus vbi incarcerandi sunt.



Bi, TENGAN CARCEL APARTADA, Vt diximus in l. 6. supra isto tit. & lib. & in l. 15. verbo, Qual conuenga, tit. 6. libr. 5. supra, & in quodam meo consilio.

Lex duodecima.

S V M M A R I V M.

Legitimati non gaudent quoad tributa nobilium priuilegio, qui alias si non essent legitimati non gauderent, secundum verum & tenendum intellectum hoc dicit lex nostra.



Bi, MANDAMOS QUE ANSI SE IVZGVE, Pro declaratione huius legis cum alijs sibi inuicem cõtrarijs, vide quæ diximus latè in l. 12. Tauri supra sub. l. 10. tit. 8. lib. 5. supra & de hac quæstione dubitauit glo. son, in l. 4. tit. 15. p. 4. & his totus iste titulus remanet satis expeditus, vt ad alios accedamus.



T I T V L O T E R C E R O

De lo que los Hijos Dalgo y otros personas han de auer en las Behetrias, Solariegos, y Abadengos, y Encartaciones: y como deuen ser tratados los vassallos dellos.

S V M M A R I V M.

Behetria, quid significet. num. 1.

Vassallus se alicui alteri submittens in præiudicium primi Domini nihil agit. num. 2.

Homo alterius potest quis fieri per pactum vel stipulationem. num. 3.

Solariegos qui dicatur & quid probadũ est. n. 4. & 7

Domus de solar quæ dicatur. num. 5.

Mansata quæ dicatur. numero 6.

Vassallus quis sit & dicatur. num. 8. & 9. vbi quid requiretur vt quis vassallus efficiatur qui nõ erat.



N superiori titulo actum fuit de Fidalguis in genere, nunc vero in specie de Nobilibus possidentibus iuxta & vassallagia hic descripta.

Et pro declaratione huius

Rubricæ & legum sub ea contentarum dicendum est pius & sciendum, quid significant aliqua verba nostræ Rubricæ & legum sub ea contentarum.

Et primo est inquirendũ quid sibi velit dicere verbum Behetria †, & in hoc singularis lex. 3. titulo. 25. 1 part. 4.

part. 4. inquit, *Behetria*, tanto quiere dezir como heredamiento que es suyo quitado de aquel que vive en el, e puede recibir por señor a quien quisiere que mejor le faga. Vbi glossa, in verbo *Behetria*, inquit, habes hic quid sit *Behetria*, & adde in hoc quæ habentur lib. 4. *Ordin. tit. 11. per totum*, qui est noster titulus: Et notandum, inquit, in ea. l. 3. glo. *A quien*, quod speciale est in locis de *Behetria*, vt possint sibi eligere Dominum perpetuum, nam regulariter non possent loca sibi eligere perpetuum Rectorem id est donec vixerit, secundum Ioan. And. in cap. fin. de iudic. post Hostien. vbi late discutit, & Archid. in cap. conquestus. 9. quest. 3. vbi dicit, qd in praiudicium istorum se submittentium alicui Domino teneret isthæc submissio, nõ verò in praiudicium Domini superioris, ¶ vt & per Bald. *relatum per gloss. illam, A quien, dicta. l. 3.* vbi & inquit, hæc submissionem ex dictis fieri posse sine tamen preiudicio Regis. Ex quo dicendum est, posse quem fieri per pactum vel stipulationem, hominem ¶ alterius, vt in expresso tenuit Alberic, secutus & relatus per Iacob. de sancto Georgio, in *Tract. de Homagijs, in princ. nu. 7. & 8. in 2. p. tom. 10. Tract. Diuersorum Doctoru, contra Bal. in l. fi. C. de transactio. vbi Menes. num. 3.* communem esse ait per transactionem etiam id fieri posse. & in num. 9. cum sequentibus, ipse Iacob. de sancto Georgio, discutit, an filius hominis mei sit homo meus: De *Behetria*, etiã licet in aliud propositum meminit Ioan. Garfia, de nobilit. glo. 6. in princ. n. 13. vbi inquit a quo tempore originem habuerit.

Secundo pro declaratione alterius verbi nostræ Rubricæ, ibi *Solariegos*, sciendum est, qui sint ij, ¶ & in hoc dicta. l. 3. tit. 25. par. 4. inquit. *E solariego tanto quiere dezir como home que es poblado en suelo de otro: id- que colligitur clarius ex. l. 2. 11. & 14. nostri huius tituli*, nam *Domus De solar* ¶, nihil aliud est, quam *Domus* quædam habens territorium & solarium. iuxta. l. 37. tit. 9. p. 6. & Domini talis territorij, & solarij, solarium ipsum aliquibus præbebant rusticis cultiuandum pro pensione certa annua soluenda, & ibidem habitabant, & domos constituiebant, & ij dicuntur *Vassallos solariegos*, de quibus in præfenti titulo, & in dict. l. 3. titu. 25. part. 4. & de ijs locutus est *Specular. in tit. de feudis. § quoniam. col. 10. versic. sed nunquid homo meus*, quos ibi vocat homines de *Mansata*, vbi etiam dicit, est autem *Mansata*, ¶ quando Dominus dat alicui mansum cum diuersis possessionibus & propter hoc se facit ille hominem Domini, & ad certum seruitium tenetur, persona tamen eius libera erit, si dimissa *Mansata* alibi se transferat, sequitur & refert Gregor. Lopez, in dict. l. 3. verbo, *Solariego, tit. 25. part. 4. & Didac. Perez, in l. 2. titu. 11. libr. 4. Ordinar. gloss. 1. in medio. col. 1519.* & comprobatur hos esse *Solariegos*, ex historijs Ioan. Garfia, de nobilit. glo. 18. in princ. num. 11. cum sequentibus, & ij solariegui, nihil possunt alienare ex mansatis illis & possessionibus ad mansum eis concessis, vt in l. 2. infra isto tit. dicemus, aliter enim non possent dici, *Solariegos*, vt ibidem videbis, & est hoc quoddam *vassallagij* ius, vt inquit, *text. in l. 2. versic. La tercer. titu. 25. par. 4.* Et notandum, quod in dubio nullus locus ¶ præsumitur ¶ solariegos, nisi probetur, vt per Pelæz, de Maiorati. 4. part. quest. 20. nu. 9. nam in dubio bona libera præsumuntur, & allodialia, non verò subiecta, ex *text. in § fi. Infit. de seruit. late per Mascardum, in 1. tomo, de Probatio. conclusionem 79. allodialis res, & iterum in conclusionem 209. bona omnia, & de ijs duobus vo-*

cabulis, *solariego y Behetria*, fecit etiam mentionem. *Oralora, de nobilit. par. 2. c. 4. n. 8.* vbi inquit propter temporis antiquitatem leges nostras hic & illam legem *Partitarum*, de iis mentionem facientes, & de verbo, *De visa*, non posse hodie benè intelligi & declarari.

Ibi, *Los Vassallos*, quis sit *vassallus*, considerandum est an velimus efficere *vassallum* eum, qui non est, & hic vt talis effici possit, & dici, requiritur lapsus triginta annorum ¶, prout requiritur vt feudum præscribatur, ex §. *si quis per triginta, si de feudo fuer. cont. & quod tenuerit & possederit, vt vassallus, ex eo. §. & nor. Alex. consil. 169. col. 1. lib. 2. & Deci. & Bald. relatis per Zephal. consil. 172. num. 22.* & aliqua alia per ipsos videnda requiruntur: sed si velimus considerare, quis sit proprie *vassallus*, ex *Afflict. & Cinò, relatis & secutus per eundem Zephal. consil. 151. nu. 10.* is proprie dicitur *vassallus* ¶ qui adstringitur ad ea, quæ traduntur, in cap. 1. de noua for. fidel. sed ex l. 1. tit. 25. par. 4. dicitur est: *Que vassallos son aquellos que reciben honra o bien fecho, de los señores: ansi como, Caualleria, o tierras, o dineros, por seruicio señalado que les ayen de hazer: & hæc pro Rubricæ declaratione dixisse sufficiet.*

S V M M A R I V M.

Pacta etiam inter Principem & subditum conueta sunt seruanda. num. 1.

Princeps non obligatur lege legis, bene tamen lege contractus. num. 2.

Dominus ex causa potest subditos suos alteri committere, ita & præstandum iuramentum illi compellere. num. 3.

Vassalli & subditi si a Domino non defendantur, possunt alteri se committere, sicut è contra. nu. 4. & 5. & 6. & 9.

Vidua est, quæ inutilem maritum habet, sicut si nullum. num. 7.

Par est non habere superiorem, vel habere eum negligentem. num. 8.

Lex prima.

S V M M A R I V M.

Qualiter & quomodo sunt tractandi homines incartationum a Dominis suis, & quid debent facere si conueta non seruentur, declarat lex nostra.

NBI, NO LES GVARDAREN, CONTRA ILLUD, Pacta seruentur, & Pax custodiatur, ex capit. 1. extra, de pactis. Adeo vt inter Principem & subditum Pacta conueta ¶ seruanda sunt, ex *text. in cap. 1. de probatio. & quæ ibi notantur, Cin. Bald. Bart. & communiter omnibus, in l. Digna vox. C. de legibus. & in l. Donationes quas Diuus per illum text. C. de donat. inter. Bald. in l. 1. circa princ. ff. de constit. Princ. vbi inquit, quod licet Princeps non obligetur lege legis, obligatur tamen lege contractus ¶, & conuentionis, idem Bald. in l. Princeps. ff. de legibus, & in l. 1. & ibi communiter Doct. ff. de pactis, vbi inquit, quod licet Princeps ex contractu cū subditis factu ciuiliternõ obligetur, quæ ea, quæ iuris ciuilibs existunt, mutari per Principes possunt, naturaliter tamè adstringuntur & obli-*

& obligatur, & à naturali obligatione nullatenus excusantur, in cuius propositum plura singularia retulit *Ferdinand. de Loazes in sua allegatio. pro Marchi. de los Velez, dubitati. i. in 5. fundamēto pro oppido De Mulla; per totum, quæ quia logum esset referre, omisi, licet sua hæc allegatio paucis iam innotescat.*

¶ Ibi, *Que se puedan tornar de otro señor*, nam sicut Dominus ob aliquam causam potest subditos suos alteri committere, & transferre ac cōcedere, & oppidanos ipsos ad præstandum illi iuramentum ¶ fidelitatis compellere, secundum *And. de Ifern. in cap. Imperialem §. praterea Ducatus, de prohib. feu. ali. per Frederic. relatus & secutus per Bart. Socin. consi. 39. incip. in quest. que vertitur, volum. 3. secundum quem eodem modo subditi ipsi si à Domino non defendantur, vel defendendi nõ possunt, se alteri Domino subicere poterunt, ¶ nam sicut possunt Patronus libertos, & Dominus subditos ex causa necessitatis etiam inuitos ¶ in alium transferre, vt not. *Bald. in c. generali, in tit. si de feudo fuer. cont. int. domi. & agn. in visib. feud. Ioan. Andr. in addi. ad Specul. tit. de feud. §. 1. Alex. consi. 25. nu. 2. in 2. dub. col. penult. volum. 5. Corne. consi. 321. incip. in hac consultatione, col. 3. volum. 4. Purpur. in l. si. col. 18. limi. 5. ff. de pactis, ita & subditi ipsi absque consensu Domini ex eadem causa, se possunt alteri donare, & fidelitatem ¶ illi præstare, allegat idem Socin. Ita eleganter tenuisse Bald. in quadã sua disputatione, incip. Ciuitatis Thusciz, quæ reperitur non in stampa, sed in quodam Codice reperit eam intitulatam Ioann. de Lignano, vbi concludit, subditos Domini sui auxilio destitutos posse sibi Dominum eligere, quia paria sunt, nullum vel inutile, seu imbecilem Dominum habere, sicut de vxore virum inutilem habente dicitur, quæ magis vidua, quàm si nullum ¶ virum haberet reputatur, vt not. *Bald. in l. si. C. ad l. Flauii. de Plagiar. & probat text. in l. c. ita legatum versic. imo si verum amamus durior hac conditio est. ff. de condi. & demonstr. & voluit idẽ quod Bald. Paul. Castr. in repet. l. ex hoc iure col. 3. versic. capio tertium, ibi, nam paria sunt. ff. de iusti. & iur. vbi inquit, paria esse non habere superiore, vel habere eum negligentem, ¶ argu. l. 1. §. quibus. ff. quod cuiusque vnus. nomine, & inde infert, quod si ciuitas, vel castrum ab Imperatore, Rege, vel Principe, vel à quocunque Domino, seu superiore neglectum fuerit, alteri ciuitati seu Domino maiori ac potentiori, à quibus regatur, ac defendatur, se cum subditis submittere poterit, ¶ nec dicitur crimen læsæ Maiestatis committere, cum non in contemptum ipsorum Dominorum ac superiorum, sed ex necessitate, quæ legem non habet & actum probabilem reddit, id fecerit, quod etiam voluit *Ioan. de Imola, consi. 34. incip. visis & ponderatis, cum similibus, quem refert & sequitur Ioan. de Neuiranis in consilio posito inter Consilia Alberti Bruni, consi. 12. incip. Patres comederunt vnam Acerbam. col. 23. si enim Domini, vt vides, possunt subditos alicui committere, ita & ipsi si à Domino non defendantur, vel Pacta à Dominis facta ab eis non feruentur, poterunt subditi requisitis nostræ legis adimpletis alium quærere Dominium.****

S V M M A R I V M.

Solarium quid sit. num. 1.

Solariegos nullam rem solarij alterare potest Domino irrequisito. num. 1. & 2. vbi in feudataris. &

nu. 3. limitatur.

Ad probandum quem esse solariegos quid est probandum. nu. 4.

Vassallagio probato per Comitē potest probari libertas. num. 5.

Vassallagium per quos modos probetur. n. 6.

Vassallus nemo præsumitur etiam ex longo tempore. num. 7. & nu. 8. quomodo probetur quis Vassallus quando non habet feudum.

Vassallus si recuperet alienata per eum an excusetur ne cadat à iure suo. nu. 9.

Vassallus an possit legare res Vassallagij pro anima. num. 10. & num. 11. an seruitutem imponere possit, & num. 12. an transigere, & num. 13. an fructus rei feudalis alienare possit.

Lex secunda.

S V M M A R I V M.

Solaria per Dominum capi non possunt solutis à tributis, & alia circa hos solariegos lex nostra disponit, quæ congruè summari non possunt ob longitudinem eius: & ideo legenda est ad eius dispositionem percipiendam.

IBI, DESOLARES DO OVIRE SOLARIEGOS, quid sit, ¶ solarium tradebat. *Otalora, de nobilit. 2. par. cap. 1. nu. 7. cum sequentib. aliquibus. & nouissime Ioan. Carisia, ibidem in glo. 18. per totam, vbi inquit, nullam adesse legem declarantem quid sit solar, neque in Chancellariis id esse notum, & esse rem dubiam & penitus ignoratã, sed quod ex l. nostra. 11. & 14. infra isto tit. & lib. iuncta. l. 37. tit. 9. par. 6. id aliquantulum colligitur, & ex dictis per nos in Rubric. huius tituli in diffinitione huius verbi solariegos, quæ cum sit materia per dictos scribentes discussã, nihil est amplius per nos in ea immorandum, & per nos latius in Rub. tit. 2. supra isto lib.*

¶ Ibi, *Y ningun solariego no pueda vender, ni empeñar, ni enagenar, cosa alguna de aquello que fuere del solar, Idẽ esse de iure communi ¶ fundabant Faber, & Bal. relati per glo. in l. 2. tit. 22. part. 4. dicente m esse notabile ad vassallos Solariegos, & fundatur per Socin. Iunior. consil. 77. nu. 68. volum. 1. & per Parisi. consi. 65. num. 29. vol. 3. & per Marzarium in consi. 63. & 64. n. 1. cum sequentib. vbi assignat singularem rationem, & per Iulium Clarum, lib. 4. senren. §. feudum. q. 21. vbi plures quæstiones in propositum proponit: Et de iure partitarum idem disponitur in feudo, ex l. 10. tit. 26. part. 4. & ex l. 3. tit. 25. ea. part. quam ad hoc allegat *Burgo de Paz, in quest. suis. q. 2. n. 125. vbi ad id allegat Specular. in ti. de feudis §. quonia. colum. 10. versic. Sed nunquid homo, Adẽ vt neq; ad pias causas etiã per viã testamenti nõ liceat alienare Feudum maxime antiquũ, vt per Socin. Iun. consil. 72. n. 17. & sequentib. & nu. 51. volu. 1. vbi n. 22. cum sequentib. distinguit circa hæc, & Paul. Paris. consi. 98. nu. 3. volum. 2. & iterum in consi. 3. n. 1. 27. 28. 30. & 31. & sequentib. vol. 1. & consi. 7. nu. 2. 13. & sequentib. eo. volu. 1. Et quid testando inter filios, anceps quæstio est, de qua per *Cassim. n. cept. sententiarum. §. legatum. q. 14. nu. 19. cum sequentib. plurib. vbi***

vbi nu. 23. tradit an victalitiu & alimenta possint legari vxori in re feudali, & inquit comunē esse quod non, & latissimē per plures quæstiones profequitur *Iulius Clarus, senten. recept. §. feudum. quæst. 21. vsque. 42. inclusivē.* Dicitur tamen *Burgos de Paz. d. q. 2. num. 126.* sublimitat dicta nisi esset aliter consuetū, probatque valere talem consuetudinem, scilicet, q̄ irrequisito Domino † vassallus possit feudalia alienare, & hāc dicit magis communem *Curtius Iunior, cons. 158. præsupponitur nu. 8. & col. fi. in medio. n. 31. in fi. & ibidem ipse Burgos de Paz.* restringit hanc consuetudinem vt valeat, respectu possessionum, quas in particulari tantum per vassallos fuerit probatū eos liberē alienasse, non vero circa alias res adhuc per tales vassallos non alienatas, vt in terminis inquit dicere *Barba. consil. 57. incip. & quidem col. 6. versū. nec obstat cum opponitur. lib. 4.* Quam tamen limitationem ego restringo & declaro, nisi probatum esset, vniuersalem esse consuetudinem & generalē hęc alienandi, nam tunc in omnibus intelligeretur, ex dictis per nos in l. 2. n. 9. tit. 5. lib. 1. recop. & de hac consuetudine an valeret vide nouissimē *Tyber. Decian. resp. 124. nu. 4. vol. 3.* vnde ex dictis ad probandum per Dominos vassallos suos esse solariegos, articulandum est, † & probandum quod vassalli nunquam aliquid venderunt sine Dominorum licentia, & faciunt dicta per *Burgos de Paz Seniore in consil. 16. n. 4. volum. 1. & vassalli probantes contrarium non dicentur solariegos, secundum specul. & Ifern. relatos per glos. in dict. l. 3. ti. 25. part. 4. versū. No puede, & tenet Didac. Perez hic, sub. lib. 4. Ordinam. col. 1520.* Item limita, vt possit vendere fetidi fructus, vel locare pro tempore vitæ vassalli, vt per *Redoanum in Tractat. de rebus eccle. non ali. titu. de constir. annui census. num. 12. cum sequentib. pluribus. p. 2. volu. 15. Tract. diuersorū.* & vassallagio probato per Comitē † potest probari libertas, vt per *Afflictis, in constir. Sicil. Rubric. 35. nu. 19. libro 2. fol. 54. & sic. si adest consuetudo vendendi liberē possessiones, tunc incūbet probatio Domino, vt probet esse feudales, secundum Didac. Perez, vbi supra, & per quos modos probetur † vassallagiū vide nouissimē *Mascardum, de probatio. conclusio. 1399. nu. 4. cum sequentib. & in conclusio. 1372. num. 116.* inquit non præsumi aliquem vassallum † etiam si longo tempore exhiberit seruitia, nisi probetur, ea seruitia vt vassallum exhibuisse. Et quando † quis non habet feudū quomodo probetur quod sit vassallus, vide *Afflictis, vbi supra, lib. 2. Rubric. 31. de pugnis sublatis. nu. 27. fol. 49* limitatur etiam in casu. l. 15. infra eodem titu. & lib. Et an si vassallus recuperet alienata per eum excusetur nē cadat à iure suo †, vide *Tyber. Decian. Respon. 4. n. 31. volu. 1. & in consil. 33. nu. 49. eod. vol. an pro salute † animæ legari possit res feudalis, & iterum in respon. 58. nu. 4. vol. 2.* Et an seruitutem imponere † possit vassallus in re feudali, vide *Socinum Iunior. consil. 60. num. 8. volum. 3. & Paris. consilio 98. nu. 3. volu. 2.* Et an transigere, † vide *Tiraq. de retract. linagiel, glo. 14. §. 1. num. 90. & 66.* fructus tamen † rei feudalis bene potest vassallus alienare, secundum *Afflictis, vbi supra, lib. 3. Rubric. 12. de fideiussione Domini numero 7. fol. 90.**

S V M M A R I V M.

Vassallus nubens cū muliere alterius Domini transfertur in vxoris Dominium num. 1.

Dignitas Episcopalis sicut liberat à Patris potestate, & sic à Domini potestate & Vassallagio. numero 2.

Matrimonio an liberetur minor. 25. annis à potestate curatoris. nu. 3.

In casu nostræ legis an Velatio requiratur. n. 4.

Mulier ignobilis nubens cum Rege aut Comite vocatur Regina & Comitissa. n. 5.

Lex 3.

S V M M A R I V M.

Bona exeuntia à solaris (de quibus hic) nullo modo portanda sunt ad aliud Dominium.

NBi, SALVO POR CASAMIENTO, hic habes aliud matrimonij speciale, scilicet, quod sicut matrimonium velatione celebratum liberat à patris potestate, ex l. 47. & 48. *Tauri, vbi diximus sub tit. De los casamientos, lib. 5. supra,* sic & matrimoniū liberat vassallum à Domini potestate si ad aliud Dominium vassallus mediāte illo matrimonio trāseratur, † & cum lex nostra de matrimonio carnali loquatur, idem dicendum est si per matrimonium spirituale, putā per adeptionē Episcopatus, nam sicut dignitas hęc liberat à patris potestate, ex text. in l. 14. tit. 18. p. 4. sic & à Domini potestate & vassallagio, † vt probat text. in l. 65. titu. 5. p. 1. 2. ibi. *Que el dia que le fazen Obispo, sale de poder del padre e de otro mayoral suyo que auia, si era en alguna orden, & clarius ibi, si era fier uo, o solariego del linage de alguno dellos, que de allí adelante finca libre, & facit text. in c. peruenit 86. distin. & in multis Episcopi ratione suæ dignitatis sunt priuilegiati, de quibus per specul. in tit. de dispensatio. §. nunc de Episcoporum nu. 23. versū. ipsi quoque in multis. Ex quibus Didac. Per hic sub l. 3. tit. 11. li. 4. Ordin. colu. 1522. exorditur quæstionē, an & per matrimonium liberetur minor 25. annorum à curatoris potestate, † de quo supra in libro 5. late egimus, & veritatem discussimus, quæ hic referre fastidiosum esset. Sed an in præsentī, vt dicta locum habeant in matrimonio carnali, de quo lex nostra tractat, requiretur velatio, vel sufficet de præsentī † sponsaliorum contractio, & crederem velationem non requiri, nam hęc solum in casibus à iure expressis requiritur, vt in dictis legibus 47. & 48. *Tauri dixi, & sic sufficere in casu nostræ legis spōsalia de præsentī esse contracta dum tamen sponsus hic transferatur in terram sponsæ, & ad aliud Dominium, hoc enim lex nostra requirit: sic itidem ex vi matrimonij mulier etiam ignobilis nubens cum Rege aut comite vocatur Regina & Comitissa etiam mortuo marito, † ex l. 7. tit. 2. partit. 4. & aibi diximus sub titulo, De Alcaldes de hijos dalgo, lib. 2. supra.**

S V M M A R I V M.

Maritus est Administrator bonorum etiam Paraphernalium vxoris. n. 1.

Ius presentandi ad beneficia competit marito constante matrimonio. nu. 2.

Feudum obueniens vxori, constante matrimonio dicitur paraphernale. nu. 3.

Lex 7.

S V M M A R I V M.

Qualiter & quomodo nobilis possidere ac habere potest omne ius Behetriae, vel aliud quodcumque ex parte suae uxoris, declarat lex nostra.

- B**I, QVE SV MVGER DEVIA AVER, & hoc nimirum quia maritus Dominus bonorū uxoris reputatur, & ei competit administratio non solū dotalium, verum & paraphernalium, vt tenet *glo. magna, col. 5. in l. 6. tit. II. p. 6. in correctionem. l. 17. tit. II. p. 4. vbi glo. sic etiam volebat, & Anto. Gom. l. 51. Tauri. n. 40.* dum ibi inquit, q̄ regulariter maritus est administrator bonorum etiam paraphernalium † uxoris, nisi vxor aliqua earum sibi referuaret, de quibus in *lib. 5. supra* diximus latius: & sic ius præsentandi, ad beneficia competit
- 1 marito † constāte matrimonio, cui vniuersitas bonorum, quibus ius patronatus annexus erat in dotē data fuit, vt censuerunt *Domini de Rota in nouis, de iure patro. decis. 422. n. 1. & Pala. Rub. & Baera per me relati. in l. 9. n. 5. tit. 5. lib. I. supra*, & hanc veriorē vocat *Molina, de primoge. lib. I. c. 24. n. 3. contra Abb. & alios per eum relatos*, quorum opinionem inquit non esse sequendam, cumq̄; maritus hæc possit, nimirum si & Behetria, & omne ius uxori eius competens ei adquiratur, & cōpetat, quod intelligit *Didac. Per. hic sub l. 7. tit. II. lib. 4. Ord. col. 1525.* vt procedat viuente uxore, secus ea mortua ab intestato, nam tūc inquit maritum in iis non succedere, sed venientes ab intestato: posset tamen, secundum eum, vxor talis carens descendētibz, vel eos iustē exhæredans, & adde, si & careat ascendētibz, maritum suum in iis & aliis hæredem instituere etiā si cum eo paruo seu breui cohabitasset tempore, *ex l. non tantum. C. de legat.* dum tamen maritus eam non compellat ad hoc, licet blando sermone possit eam ad hoc allicere, vt profequitur ibidem *Didac. Perez.* Et an feudum
- 2 obueniens uxori constante matrimonio † dicatur paraphernale, vide *Matth. Affli. Decisio. Neapol. 44. nu. 1.*

S V M M A R I V M.

Quid sit deuifa & deuiferos, remissive in numero I.

Lex 8.

- D.** l. 8. solum est necesse scire, qui sint isti deuiferos, de quibus in ea fit mentio, & vt scias sufficit scire, quid sit deuifa, † de quo vide *text. in l. 3. tit. 25. part. 4.* quam ad hoc allegat *Didac. Per. l. 12. tit. II. lib. 4. Ord. col. 1537.*

S V M M A R I V M.

Abbas commendatarius ad vitam Canonicorum Regularium, an habeat vocem actiue in actibus gerendis in suo capitulo, siue actus ij consistant in electionibus, siue in aliis. nu. 1.

Lex 10.

S V M M A R I V M.

Nobilis non potest assumere conductum in Realengis, neque in Abbadengo, cuius custodia Regi pertinet sub nostri tex. pœna.

- B**I, QVE DEVE GVARDAR EL REY, & sic in eo cuius cura & custodia Regi pertinet, quasi secus si Regi non incumbat custodire, cum limitata causa limitatum debeat producere effectum, *ex l. age cum Geminiano. C. de transact. ita vt si nobili ipsi hæc cura esset assignata, tunc cessaret legis nostræ dispositio, vt voluit Didac. Per. sub l. 10. tit. II. lib. 4. Ord. col. 1528. in gl. 1.*
- ¶ Ibi, *Encomiendas*, de quibus fit mentio in *l. si. tit. 1. lib. 2. Fori, & ibi Montal. & per Innocent. & alios relatos per Didac. Per. hic. col. 1529. in princ.* vbi exorditur quæstionem satis alienam à materia nostra & latè ibi eam sequitur, scilicet, an Abbas commendatarius † ad vitam Canonicorum Regularium habeat vocem actiue in actibus gerendis in suo capitulo, siue actus ij consistant in electionibus, siue in aliis, quæ quidem per ipsum *Didacū Perez*, videnda sunt, nè extra materiam nostram progrediamur.

S V M M A R I V M.

- Animalium nomine gallina non veniunt Anseres, seu fāsiani. n. 1.
- Capones dare obligatus tenetur eos dare viuos & non mortuos. 2.
- Homo vel animal mortuum non dicitur amplius homo nec animal. n. 3.
- Solidus quæ moneta esset. n. 4.
- Familiares & commensales qui dicantur. n. 5. & 6.

Lex 11.

S V M M A R I V M.

Pœna imponenda nobili per vim capienti aliquid De lo Realengo, Abadengo, o Behetria, declaratur in præsentis.

- B**I, O ANSARON, GALLINA, O CAPON, quorum natura fera non est, *ex l. naturalem. §. Gallinarum. ff. de acquir. rerum domi. §. Gallinarum, Instit. de rerū diuis. l. 24. tit. 28. p. 3.* & sic in quocunq; fuerint loco, manēt Dominorum, & qui illa ceperit animo lucrandi, furtum committit. Itidēmq; *ex. tex. nostro* norandum est, quod nomine animalium † gallina non veniunt, anseres, seu fāsiani, vt per *Guilliel. de Cug. & Floria. in l. de quibus ff. de legibus*, quos ad hoc allegat *Didac. Per. in l. 1. tit. 23. lib. 1. Ord. col. 702.* & iterum in præsentis, *sub l. II. tit. II. li. 4. Ord. col. 1535. glo. o capon*, inquit, quod qui tenetur dare capones, tenetur eos dare viuos, & nō mortuos, † vt not. *Bart. & Doct. in l. quod te mihi. ff. si cert. per. vbi Sadoletus*, dicit hæc esse cōmunē opinionē, interest enim creditoribus eos viuos habere, quia possunt

possunt eos facere pinguiore, vel ad tēpus seruare pro conuiuio, vel ad aliam iustam causam, & quia homo, vel animal mortuum nō dicitur amplius homo †, neq; animal, vt dicunt Dialectici, & probat lex, si homo mortuus, & l. si stichus. ff. de verb. oblig. & in l. si decesserit, cum similibus. ff. qui sat. cog.

4 **I**bi, *Sueldos, quæ moneta †*, hæc esset, differebat *Cardin. de Turrecrema. in c. placuit. 10. q. 3. & Iason, de folido aureo dicens, l. in eum. col. 1. ff. de in ius voc. & Dida Perez, in l. 19. glo. 2. titu. 11. lib. 4. Ordi. col. 1549. cum seq. & Couar. de monestis. c. 5. nu. 7. vbi in principio illius numeri legem nostram allegat & considerat, & in propositum plura dicit.*

Ibi, *Duzientos y quarenta marauedis*, hoc quoad pœnā *Del homezillo*, inmutatum est lege Regia, sicut & quoad l. 19. infra, eo. est etiam immutatum, vt inquit *Auenda. c. 18. prato. n. 5. versi. item ad unum. libr. 1.*

Ibi, *Con las compañías que se ule tener cada dia*, & sic cum continuis familiaribus, & commensalibus, & non cum alijs infra additis, tuos enim intelligi volumus (inquit Pontifex) *in. c. sicut nobis, de verb. signif. in. 6. qui per te non quæsi propterea vel recepti sine fraude & fictione qualibet verè tui clerici vel familiares existunt, & in tuis expensis † continè domestici commensales, vt & per Guido Papa, decis. 321. & Didac. Perez, hic col. 1536. in fine. cum seq. 5 vbi qui familiares † dicantur, refert latè tractare Gometium, in Reg. de Impet. benef. per obitum fam. Card. q. 13.*

SUMMARIVM.

Cautio iuratoria non sufficit vbi lex fideiussores requirit. num. 1. & num. 2. & 3. remissive examinatur.

Lex 12.

SUMMARIVM.

Nullus nobilis recipere potest Behetiam cum fideiussoribus sub nostri rex. pœna.



LBI, CON FIADORES, sed an sic nuda cautione recipiat, putà iuratoria, incurret nostri rex. pœnam, & dicendū est qđ non, quia lex nostra solum prohibet dationem fideiussorum, & quoties hoc lex requirit, non sufficit nuda cautio vel

1 iuratoria †, vt per *Rebuf. per me relatum in. l. 23. num. 11. & 14. titu. 7. lib. 3. supra, & per Iaf. in. l. 1. col. pen. nu. 23. ff. qui sat. cog. & Crauet. cons. 31. nu. 4. & Gutierrez, in l. nemo potest. n. 297. de legat. 1. & sic cum lex nostra fideiussiones requirat, de potentiore, & sic de illa, quæ cum fideiussoribus præstatū est intelligenda, non verò de iuratoria quæ sub fideiussorum † præstandorum obligatione non continetur, vt dictum est, præsertim cum lex nostra sit pœnalis & prohibitiua, & sic non extendenda, cautioque iuratoria & homagium nobilibus maxime*

conueniat, non verò fideiussorum datio, à qua regulariter excusantur, & de ijs quando iuratoria † cautio sufficiat vbi fideiussio requiritur, vide *Didac. Perez, hic sub. l. 12. tit. 11. lib. 4. Ordi. col. 1537. cum sequentib.*

SUMMARIVM.

Rex est protector & defensor oppressorum, & eius est officium facere iustitiam & liberare vi oppressos. num. 1. & eos tueri nè à potentioribus opprimantur. num. 2.

Regem sicut non potest quis turbare in possessione castri aut terræ, ita neque suos ibidem habitatores. num. 3.

Vassalli an possint se pro tanto liberare à Domino eos vendente. nu. 4. & 7.

Dominus potest, vassallos alienare æquè idoneo Domino. nu. 5. & 6.

Subditus vnus an possit se eximere à libertate, ab omnibus illius loci vicinis procurata. num. 7. Vbi num. 8. quid si esset clericus.

Subditus & vicinus litigans contra Vniuersitatem & populum tenetur pro expensis à populo facendis cum alijs vicinis contribuere. n. 9.

Lex 13.

SUMMARIVM.

Quam pœnā incurrit dimittens infurcion, o Martiniega, & alia declarantur in ea.



LBI, EL REY FAGA TORNAR LA BEHETRIA A AQVELLOS QUE LES FVE TOMADA POR FVERÇA. Rex enim est Protector, & defensor opressorum, Regum est enim officium proprium facere iudicium atque iustitiam † & liberare de manu calumniantium vi oppressos. c. Regum. 23. quest. 5. imo vult text. in cap. omnis. 7. quest. 1. quod si quis negauerit oppressis fauorem debitum, quodammodo Christum necare videtur, Regiaque potestas, ex text. in *Authen. quomodo opor. epif. ad hoc inter cetera est instituta, vt sanctorum Patrum Decreta saluberrima executioni demandari faciat, & inuiolabiliter obseruari: iudexque subditos suos defedere tenetur, & ad eius officium spectat prouidere, nè alicui † fiat violentia, & nè potentiores minus potentes opprimant, ex. l. illicitas, in princ. ibi Bald. ff. de offi. præf. faciuntque alia per me adducta in. l. 2. tit. 6. lib. 1. supra, notandum itidem est in propositū horum verborum, quod sicut non posset quis Regē turbare in possessione alicuius castri, vel terræ, non potest etiam turbare, neq; cēsurare habitatores ipsius loci †, vt fuit singulare dictum Bald. in cap. licet 3 causam. col. 4. super verbo, Habitatores, de probatio. vbi dicit hoc esse notandum, & perpetuò menti tenendum, refert & sequitur *Loares, in Allegatione pro oppido de mula, in. 3. dubita. nu. 9. pag. 453. in paruis, & ex text. nostro videtur probari disponente, non posse dimittere aliquem iura debita Domino, neque illa, cuius antea erant illa iura, poterit. Sed est quæstio-**

nis, quid si Dominus non remittit iura hæc vassallis suis

fuis, sed vult vendere, & vendit vassallos suos alio Domino pro certa pecuniæ quantitate, si vassalli hanc offerant Domino pecuniam, vt eos liberos reddat, vtrum Dominus possit compelli ad eam recipiendam †, & in hoc supponendum est, quod licet Dominus inuitos vassallos non possit alienare †, ex *text. in c. i. §. si quis. quo tempo. miles, & in c. i. §. præterea Ducatus. & ibi. Doct. de prohibi. feu. ali. per Frederi. & in c. dilecti. Docto. communiter, de maior. & obed. latè Hippolyt. in l. 1. §. deponere. n. 11. & seq. ff. de quæst. & Loazes, vbi supra, in 4. fundameto, pro oppido, pag. 23. cum. 2. sequent. tamè vbi, æquè idoneo Domino, vel ex causa necessitatis venduntur benè potest fieri alienatio †, secundum *Couar. c. quamuis pactum. 2. p. §. 2. nu. 4. de pact. in. 6. vel quando subditos cum vniuersitate vendet, purà ciuitatem, vel oppidum vendendo, vt inquit ipsemet Loazes, vbi supra, in responsione ad 4. fundamentum, dub. 1. pag. 271. cum seq. aliquibus. In casibus tamen ijs in quibus licet Domino vassallos alienare, poterunt optimè vassalli ipsi seiplos pro tanto redimere & liberare †, secundum *Couar. d. §. 2. n. 4. & Didac. Per. hic sub. l. 14. titu. 11. lib. 4. Ordin. col. 1542. in fi. cum primo sequent. ex Fabro, in §. Dominus Instit. de noxali. actio. & sic quotidie fieri ac practicari videmus. Sed an in hoc casu poterit aliquis vicinus se excusare a solutione sue partis, vt omnes liberentur, crederem quòd non, si vult in populo illo remanere, sicut nec possèt se à refectione communis putei aut fontis excusare, vt per *Speculat. in titu. de censibus. §. 2. versic. item pone. n. 10. & Cepola, de seruit. vrba. c. 47. de Puteo. nu. 4. & Hippolyt. in practi. §. aggredior. n. 73. eò quòd secundum eundem Hippolyt. ibi. num. 63. ratione publicæ vtilitatis nemo debet excusari, adeò vt nec clericus, nec secularis nobilis ad hoc excusaretur †, secundum *additio. Abb. in cap. non minus. num. 16. litera. B. de immunit. Ecclesiast. & glos. Por. l. 54. titulo. 6. part. 1. itidemque* 9 si quis litigat contra † vniuersitatem tenetur contribuere pro expensis vniuersitatis, secundum *specul. vbi supra, nu. 14. versic. quid si Dominum. notat in propositum nostrum Didac. Perez, vbi supra, col. 1543. in fin. cum principio sequentis.*****

S V M M A R I V M.

Testes an possint esse vicini in causis suæ ciuitatis. num. 1.

Lex 20.

S V M M A R I V M.

Quomodo sit soluendum pignus aut conductum iniuste captum alicui Concilio.

H Bi, CINCO HOMBRES BVENOS, QUE LOS PESQUISIDORES TOMAREN DE LA VILLA, O DEL LVGAR, Dit hoc idè esse, quia commodum ad testes tales principaliter non spectat, sed ad concilium, quo casti homines de tali villa & loco possunt esse testes †, vt ex *text. nostro probatur, & ex l. 18. & ibi glo. tit. 16. part. 3. & l. 146. styli, & ex cap. tertio loco, de probatio. & Bart. in l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuisio. & ex alijs allegatis per Didac. Perez hic, sub. l. 22. titu. 11. lib.*

4. *Ordinam. col. 1552. cum seq. de quo latissimè & resolutiue tractaui, in Tract. de Decurio. vocato Curia Pisana. lib. 2. cap. 19. num. 3. cum sequentib.*

S V M M A R I V M.

Pignora intra quod tempus vendi possint postquam in potestatem creditorum intrauere. num. 1.

Lex 21.

S V M M A R I V M.

Si aliquis vocatus diuiserò conductum cepertit vltra id quòd secundum suum forum capere debeat, quomodo debet illud soluere, disponit lex nostra.



Bi, DESPVES DE LOS NVEVE DIAS VENDIERE LOS PEÑOS, *Didac. Perez, hic sub. l. 23. titu. 11. lib. 4. Ordin. col. 1553. verbo, Vendieren. prosequitur materiam venditionis pignorum † intra quod tempus vendi possint, postquam in potestatem creditoris deuenierint, & plura ibi super hoc refert per ipsum videnda, circa hæc tamen stylus cuiuslibet tribunalis multum operabitur.*

S V M M A R I V M.

Inquisitio qualiter & quomodo formanda sit. num. 1.

Lex 22.

S V M M A R I V M.

Forma procedendi per inquisitionem, declarat lex nostra.



Bi, DESTA GVISA DEVEN FASER PESQVISA, qualiter debet inquisitio formari & quomodo † in ea sit procedendum, vltra relatos per *Didac. Perez, hic sub. l. 24. tit. 11. lib. 4. Ordin. col. 1555. cum duobus sequentibus, vbi plura dicit in propositum, quæ referre non est necesse, & per Iulium Clarum, recept. sent. §. fin. quæst. 3. 5. 7. 8. 50. & 51. & alijs ibidem, vbi plura de Inquisitione prosequitur, & Docto. in c. qualiter & quando, de accusa. & in alijs pluribus locis, quæ quia à pluribus lecta sunt & examinata, & est longa materia & prolixia, missa facio vt ad alia transeamus, & dixi aliqua, in l. 11. nu. 5. & in l. 13. nu. 6. titu. 7. lib. 3. supra & in l. 1. titu. 1. libr. 8. infra, dicemus.*

S V M M A R I V M.

Dispositum in vno ex correlatiuis censetur, & in alio dispositum. nu. 1.

Mulier debet esse subdita viro. nu. 2.

Vxor tenetur sequi virum suum sive in vita, sive in morte. num. 3. vbi num. 4. ampliatur, etiam si aliud pactum sit.

Lex 29.

S V M M A R I V M.

Si aliquis solariegus, vel de Abadengo nupsierit, bona Del Abadengo, non potest portare à lo Realengo, ni Abadengo: mulier verò si nupsierit optimè hoc poterit, quia tenetur sequi virum, & eius subdita est, & cum eo tenetur habitare.

Bi, MAS SI FVERE MVGER, hic deficit argumentum & consequentia, quòd dispositum in vno ex correlatiuis censetur & in alio dispositum †, ex l. 1. C. de indic. vid. tollend. & in l. ff. de acceptilari. & in l. 1. C. de cupressis. lib. 11. Cessat tamen in præsentia, ed quòd est diuersa ratio, quia vir non tenetur sequi vxorem, sicut vxor virum, & vbi non est eadem ratio cessat dictum argumentum, vt per *Euerardum, in Centuria, in loco à correlatiuis, vbitandem refert Ioan. Bap. de sancto Blasio, in Tract. correlatiuorum. tomo. 18. Tract. diuersarum, vbi annectit quamplures fallentiã.*

¶ Ibi, *Porque la muger es subdita de su marido, ad Colo. enim. c. 3. dicitur: Mulieres subdite † estote viris vestris, sicut oportet in Domino. Et in 3. Timot. cap. 3. dicitur: Mulier in silentio discat cum omni subiectione.*

Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est, Deinde Eva, & Adam non est seductus, mulier autem seducta in prauaricatione fuit: & 1. Petri 3. dicitur: mulieres subdite sint viris suis. Et sic inquit Hieronymus, in cap. cum caput 33. questione. 5. verbum Domini blasphematur, vel contemnitur Dei prima sententia, & pro nihilo ducitur, vel Christi infamatur Euangelium, dum contra legeth fidemque naturæ, ea quæ Christiana est, & ex lege Dei subiecta est viro, imperare desiderat: cum etiam Gentiles fœminæ viris suis seruiant cominuni lege naturæ: est etiam text. in cap. mulierem. 33. quæst. 3. & alia refert Didac. Perez hic lib. 4. Ordinam. col. 1571. cum sequentibus.

¶ Ibi, *T no puede ni deue morar sino do el morare, Tenetur enim vxor sequi virum suum †, siue in vita, 3 siue in morte. cap. vna quæque. 33. q. 2. adeo vt eum etiam vagabundum, si talis erat tempore, quo cum eo contraxit, sequi tenetur, si ex iusta causa & honesta vagari vult. gl. Hosti. & alij in cap. 1. qui mar. acus. p. f. quam & alias & plures Doct. eam sequentes refert Didac. Perez, hic sub. l. fin. titu. 11. lib. 4. Ordinam. col. 1569. cum sequentibus. vbi ampliat etiam si pactum esset in contrarium tempore matrimonij si ex causa noua alibi migrat, tenetur eum sequi, neque tenebitur ad pœnam statutam †, & alia ibi, 4 dem adducit bona per ipsum videnda.*



T I T V L O Q V A R T O

Como los Vassallos de los Reyes, que tienen tierra, o sueldo, han de yr a seruir a las guerras, y de sus Capitanes.

S V M M A R I V M.

Rex quis dicatur, & eius propria nomina, numero 1.

In regnis Castelle nusquam feudum visum est, nisi

concesiones facta à principe nobilibus oppidorum. num. 2.

Vassallus Regis quis propriè dicatur. num. 3.



BT cum de Dominis particulatibus terram & solaria possidentibus dictum sit, nunc consequenter sequitur videre de Regibus vassallos habentibus; qui quidem vassalli solidum & terram ab ipsis Regibus habent, ob quæ Bellum adire tenentur.

Et pro huius rubricæ declaratione aliqua notan-

da sunt, & primo quis dicatur Vassallus, & an per pactum & stipulationem possit quis effici homo alterius, de quibus cum in rubrica tituli præcedentis dictum sit, ad ibidem dicta te remitto.

¶ Ibi, *Reyes, quis dicatur Rex †, dixi in l. 1. titulo. 2. t. libr. 2. supra, vbi & quæ in Rege luceant declarauit, quæ & ijs verbis memoriæ habendis continentur, vt sciant Reges qualiter & quomodo se habere debeant & exercitari in Regno.*

*Hæc sunt, quæ faciunt, præclarum nomina Regem,
Rex pater esse suis debet, placidusque, Benignus,
Mitis, & humanus, mansuetus, prouidus, æquus,
Magnanimusque, liber, nec lucri turpis auarus;*

Tom. 4.

Non

Non finet affectus dominari, sed rationis
 Omnia consilio peraget, nec spurca voluptas,
 Principis egregium pectus vitiabit honesti:
 Præterea iustus, prudens, fortisque modestus,
 Iudicij exacti contemplatorque futuri,
 Sollicitè populi commissa negotia curet,
 Vindicta fugiens, & plurima dissimulabit,
 Qui tenet Imperium, lenis, bellator, & audax,
 Sed qui bellandi causam non præbeat vlli,
 Pacis amans, semper pacis defensor & autor,
 Defendet miseros, castigabitque rebelles,
 Corriget & mores populi, vitiisque recidet
 Semina, componens legum monumenta bonarum,
 Principis hæc refert meminisse vocabula semper,
 Vt sciat Imperium cum Maiestate tueri.

Et de clementia Principis vide Senecam, in tit. de clementia Principis, quem refert Ioan. Faber, in Breuiario Codicis sub. l. cunctos. C. de summa Trinit. n. 26. & 27. Alia plura de Rege referri possent, de quibus & per Rhedin. in Tractat. de Maieft. prin. sed hæc sufficiant, vt sciant Reges quomodo se cum vassallis habere debeant, de quo in part. 2. habemus titulum. 10. & 11.

Notandumque itidem est pro huius tituli introductione, quòd licet vassallagium, de quo hic, quasi assimilatur ad feudum, tamen in Regnis Castellæ nunquam visum est, neque auditum aliud genus feudi, nisi concessionem factam à Principe & nobilibus oppidorum cum dignitate & iurisdictione, propter quæ oppida præfati nobiles tenentur ad certum seruitium, veluti ad feruendum tempore Belli cum certo numero militum, qui vulgo dicuntur, *Lanças*, & sic ratione oppidorum, quæ possident Domini ij, dicuntur Regis vassalli: Ideoque quamuis omnes ex generali obligatione sint in regno Castellæ vassalli Regij, & eidem ad fidelitatem adstricti, consuetudine obtentum est, vt propriè non vocetur vassallus & Regis, nisi is, qui ab eo castra & oppida obtinuerit, secundum Molinam, de primogenijs. libr. 1. cap. 13. nu. 47. & 48.

S V M M A R I V M.

Vassallum quem esse quomodo probabitur si ipse neget vassallagium. num. 1.
 Vassalli tenentur, & compelli possunt iurare Domino fidelitatem. nu. 2.
 Vassallus tandiu Domino tenetur seruire quandiu ab eo feudum tenet, & non vltra. n. 3.
 Censualis res, an in dubio præsumatur. n. 4.
 Castrum simpliciter à Rege concessum, an censetur donatum vel in feudum datum, vel custodia causa, in eo. num. 4.
 Vassallus cuius expensis debet ire ad Bellum cum Domino. num. 5.
 Vnusquisque quod spondit suo Imperio dari debet. num. 6.

Dominus non debet esse nimis acerbus vel onerosus, seu contumeliosus exactor, sed moderatus, neque debet vassallus esse nimis declinatus. ibidem.

Imperator cum vadit Romam ad se coronandum Varones eum tenentur concomitare, vel alia facere, vt num. 7.

Dominus si consuetus est ire ad Bellum in prouincijs remotis, poterit hoc & nunc facere & compellere vassallos, vt eum sequantur. n. 8. & 9. Vbi declaratur, & nu. 10. & 12.

Vassalli non tenentur Dominum sequi ad Bellum iniustum. nu. 11. Vbi declaratur.

Feudum soldatæ est ita personalissimum, quod non transit ad hæredes dantis, nec accipientis. numero 13.

Vassallus tenetur Domino ad obsequium & seruitium præstandum. nu. 14. & sic donationem non validant, vt ibi.

Officiales & ministri officium suum gratis administrare obligati, præmium nisi turpiter, non debent accipere, num. 15.

Gratis aliquid debens facere si pecuniam recipit pro eo tenetur eam restituere. nu. 16.

Iudex Ecclesiasticus gratis tenetur iustitiam ministrare, & ideo si aliquid pro sportulis recipiat tenetur restituere. 17. Vbi quod nec consuetudo contra valet, vt quid pro sententia recipiat.

Papa si committit causam iudici ordinario, cum de ea gratis cognoscere teneatur, nihil potest à partibus recipere. nu. 18.

Vassalli ad quæ seruitia teneantur, & quæ sint. num. 19.

Vassallus non tenetur ad aliud seruitium, nisi ad specificatum in concessione feudi. nu. 20.

Dominus paciscendo cum vassallo videtur recedere à dispositione legis & contentari de eo, quod fuit deductum in pactum. num. 21.

Seruitia facienda per Vassallum, si non sunt expressa tenebitur Vassallus ad seruitia consueta. nu. 22.
Vassallus ad tria tenetur Domino, ad personam, ad bona, ad honores. num. 23.
Subsidium Domino à Vassallo præstandum duplex est. num. 24.
Subsidium & collectam inponent Domini Vassallis suis in sex casibus. num. 25.
Vassallus tenetur à Domino conuento in iudicio veniam petere. nu. 26.
Magnates coram rege sunt cooperto capite ceteri vero non. nu. 27.
Feudum potest esse sine seruitio, quòd dicitur feudum francum. nu. 28.
Seruitium personale non est de forma substantiali ipsius feudi. nu. 29.
Fidelitas est de natura feudi. num. 30.
Vassallus si seruitium expressit ad illud tenebitur, sin minus ad contentum in. l. nostra. n. 31.
Ille res, quæ ad feudum dari possunt, & ad certum seruitium dari poterunt. num. 32.
Dominus an possit mandare Vassallo quòd seruitia illa præstet alteri. nu. 33.
Vassallus non tenetur se offerre nisi vocetur, sufficit enim se paratum præstare cum vocatus fuerit. num. 34.
Vassallus vbiçumque senserit Dominum periclitari debet ad euitandas insidias occurrere. n. 35.
Vassallus licet debeat venire vocatus debet tamen congrua dari dilatio. num. 36.
Vassallus tenetur dominum adiuuare cum armis & exclamare si solus non sufficiat. n. 37.
Vassallus non tenetur contra seipsum Dominum iuuare, vel quoties diligentia nihil proficeret. num. 38. & 39. & 40. dum tamen culpa non imputetur, vt ibi.
Vassallus non punitur si deserit Dominum in bello, sed cum deserit eum in prælio existentem. numero 41.
Vassallus an tenebitur captiuum Dominum liberare. num. 42. vbi & num. 43. declaratur duobus modis.
Vassallus non tenetur Dominum liberare nè incidat in periurium. num. 44.
Vassallus non tenetur Dominum in opem alere. numero. 45. nisi vt num. 46.
Vassallus non tenetur Domini debita soluere. num. 47. nec Dominum debitis carceratum liberare, vt ibi, nisi vt num. 48.
Vassallus non tenetur Dominum excommunicatum, vel bannitum, vel captum pro guerra iniusta adiuuare. num. 49.
Domini, an possint Vassallos cogere, vt accipiant eos in hospites. num. 50.
Vassallus non debet secretum Domini reuelare. numero 51.
Vassalli si conuenerunt cum Domino collectas præ-

stare tenentur adimplere. nu. 52.
Feudum si concessum est cum seruitio equi debet tanquam miles cum equo seruire. nu. 53.
Impedimenta excusantia ad veniendum quæ sint. num. 54.
Ecclesia habens feudum à Rege Vassalla dicitur & tenetur homagium Regi præstare. nu. 55.
Rex & Imperator debent Episcopis honorem præbere eis assurgendo, & iuxta se eos sedendo ad dexteram. nu. 56.

Lex Prima.

S V M M A R I V M.

Vassalli Regis tenentur eidem seruire cum personis, quoties Rex iusserit eos vocari.

Bi, VASSALLOS, sed quomodo probabitur aliquem esse vassallum, si ipse neget vassallagium †. Dominus autem affirmet esse suum vassallum; si inuestitura probari non potest, & dicendum est, quòd Domino sufficiat probare illum sibi præstasse & fecisse retro actis temporibus, quæ homo vassallus Domino facere & præstare tenetur, quoniam ex ijs probatur esse vassallum vt argu. C. de lati. lib. tollen. l. 1. §. sed equi. & §. sed si quis cum sequen. & ff. de offic. presi. l. Barbarius. & l. 2. C. de sentent. & inter. omn. iud. & C. de testi. l. 1. & nisi sic præsumeretur populus deciperetur, quòd esse non debet, vt in dictis. §§. talia enim argumenta sunt inducta, quæ tamen probant, vt ff. de testam. l. 3. §. quæ autem, & videtur, quòd ijs probatis Dominus obtineat præstito iuramento, nisi in contrarium aliud inducatur, vt hoc est expressum, in tit. consuet. Regia, in res. feud. vt hæc & alia sic tenens refert. Ioan. Blan. in Epito. feud. lib. 4. de contenti feudi. ca. 1. nu. 146. fol. 297. partis. 1. tomi. 10. Tract. diuersorum, in nouissimis: tenenturque vassalli & compelli possunt iurare Domino fidelitatem † neque possunt allegare præscriptionem in contrarium, vt optimè per Roland. consil. 52. per totum. volu. 2. & Zephal. de homagijs tractans, in consil. 151. nu. 7. 32. & 46. & qualiter & quomodo & forma iurare debeat, & quòd ad id teneatur vassallus, tradit optimè Iacob. de Ardi. in sua summa feudorum, in 2. parte, cap. 142. quomodo vassallus fidelitatem iurare debeat per totum, in fol. 255. cum sequentib. dicti tomi 10. 1. part. diuersorum tractatum.

† Ibi, Que de nos tienen tierras, quid differat terra à feudo, vide optimam. l. 2. tit. 26. part. 4. & no. quòd tamdiu vassallus tenetur Domino seruire, quamdiu ab eo feudum tenet †, & non ultra, vt habetur in c. 1. in princip. hic finitur lex deinde consu. Reg. incip. & in cap. 1. §. licet, si de feudo fuer. contro. inter Domi. & agna. cap. 1. §. si. an ille qui interfe. frat. Domi. & cap. 1. de alie. feu. pat. notat Rubeus, in repet. l. non solum. §. morte. num. 423. ff. de noui ope. nun. Et an in dubio res censualis præsumatur †, vide Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 91. & in 97. declarat quid in castro simpliciter per Regem concessio, an intelligatur in feudum vel custodia causa concessum, vel donatum. & traditur per Mascardum. 1. tom. de probat. conclu. 209. Bona. Sed cuius expensis talis vassallus debeat ire ad Bel- lum

5 lum cum Domino suo †, ad sunt in hoc Distinctiones diuersæ, scilicet, quòd si innominatum est seruitium, vassallus debet ire expensis Domini *argu. l. sed & si quid §. 1. ff. de vsuf. & l. sicut impendia. ff. de oper. lib. & l. imponi. & l. pen. ibidem*: qui enim vritur ministerio alicuius, impendia ei debet præstare, *vt argum. ff. de donat. inter vir. & uxo. l. si id quod l. §. 1. & l. in rebus §. possunt. ff. commod. & l. si seruus. §. si. ff. de redhibi.* si vero nominatum est seruitium, debet suis expensis vassallus seruire, *vt ff. de oper. liber. l. suo victu. & l. in fideicommissi. de legat. 3. per argum. à contrario sensu. vel melius est vtdicatur, quod siue nominatum sit seruitium siue non, vassallus debet seruire & Dominum tueri suis expensis si potest, quia vnus-*

6 quisque quod spondit † suo impendio dare debet, *vt argum. dict. l. suo victu, in princ. in Authen. vt nulli iudi. §. 1. in Authen. de proconsule Cappadocia. §. militaris.* maximè si modica sint impendia. *argum. ff. de impend. in rebus dotali. fac. l. quod dicitur. & l. Omnino, forte vsque ad fructus feudi. argum. C. de bon. qua. lib. l. §. ubi autem. no. C. de bonis mar. l. 1. vel vsque ad dimidiam fructuum.* Si verò non potest seruire suis expensis, tunc facit expensis Domini, & si Dominus præstare nolit, priuabitur seruitio, *vt argum. l. Alimenta. ff. de lib. agna. & l. Diuus Claudius. §. 1. ff. de iure patr. vel refert vtrum seruitium sit corporale, quod corpore sine expensis potest impleri, an non, in primo casu seruire tenetur, licet sit pauper, in secundo casu excusatur propter paupertatem *arg. l. cura. §. inopes ff. de mun. & honor. & l. si. in fi. C. de his qui numero liberorum. lib. 10. & l. pauper. ff. de excus. iur. & in §. sed & propter. Instit. de excusato. & l. si procurator §. pen. ff. manda. vel dicas quòd vbi vassallus est pauper & Dominus ei præstare expensas non vult quod ei tot temporis spatium præstet, vt alimenta & expensas aliunde recuperet, *vt ff. de oper. liber. l. suo victu in fin. & l. seq. & l. operarum editionem, vnde huius respectu forte non posset Dominus pacisci vt vassallus seruiat suis expensis, vt ff. de oper. liber. l. imponi, neque possit adnumerari mora si iusta ratione & optima differat, argum. l. sciendum. ff. de vsur. Secus si Dominum fraudandi causa hoc differat vel alleget: non enim debet esse Dominus onerosus vel acerbus seu contumeliosus exactor, sed moderatus, cum instantia humanus, & vassallus non debet esse nimis declinatus, *argum. l. si seruus. in fin. ff. de pigno. actio. & l. si. bene ff. de vsur.* Ita hæc refert. *Iacob. de Ardizone, in vsibus feudorum. cap. 5. & 6.* mihi tamen in propositum nostrum magis applaudet, distinctio Iacobi relata per Bellinum, *in Tracta. de re milita. part. 2. titu. 6.* scilicet, quòd si de hoc sint pacta constituta, eis est standum, alias aut feudum est potens ad sumptus sustinendos, & aut Bellum est in prouincia & vassallus seruiet de suo, aut feudum est tenue, vel est exeundum è prouincia, & fiet expensis Domini, quod etiam dixit *Aluaros. in cap. 1. col. 7. de noua for. fideli.* Sed cum Imperator vadit Romam ad coronam suscipiendam, & Varones eum concomitantur, tunc est expressum quòd vadant vel substitutum Domino † acceptum mittant, vel dimidium annalis redditus persoluant, ita habetur *in cap. 1. §. firmiter, de prohib. feu. ali. per Frederi. erit que in electione Varonis quid ex supradietis, præster, & faciat, vt in dict. §. firmiter. & quod dicitur de substituto Domino feudi accepto, debet intelligi secundum boni viri Arbitrium, vt ibi declarat Bald.****

debet igitur & pendentia & committatu esse par substituenti, prout est regulare in quolibet substituto, vt diximus *in l. 29. tit. 25. libr. 4. supra,* & hæc mihi plus placent quam alia supra relata distinctiones, excepto quod in eo, quòd Bellinus dixit, quòd si extra prouinciam est eundem, ibit vassallus expensis Domini, non placet, nam est contra nostrum text. dum dicit, *Sean tenudos de nos seruir con sus cuerpos donde nos les mandaremos,* & sic generalitas hæc nihil excludit, & quia vt ipse Bellinus dicit, *in dict. 2. p. tit. 4. in fine.* si Dominus est consuetus in consimilibus locis, & sic prouincijs remotis † pergere, prout ibi exemplificat in Imperatore, & Rege nostre Hispaniæ, qui in omnem Europam, & etiam Africam consuevit expeditionem facere, & se ac exercitus suos transferre, omnino tenetur eum sequi dicti vassalli terram & soldatam ab eo habentes, & inquit hoc esse dictum *Speculat. in titu. de feud. §. quoniam super homagijs, versic. 23.* & tenent relati per Loazes, *in allegatione pro oppido de mula, dubit. 1. §. & si forsitan diceretur. nu. 11. pag. 166. in paruis, & Ioan. de Lignia. Mediol. in Tract. de Bello. c. 38. volu. 16. Tract. diuersorum. fol. 376.* id tamen intelligo verum secundum eundem Loazes, *vbi supra. nu. 12. & 13. & iterum in pag. 228. num. 92. & 93. & Roland. Valle, consil. 1. n. 191. volu. 3.* quoties feudum & soldata (sic enim loquuntur nostri) non est tenue sed sufficiens ad has sustentandas expensas & sumptus, secus verò alias, quoniam tunc non tenerentur † ire 9 suis sumptibus, neque priuabantur terram & soldata quamuis tunc non præstent auxilium, & fidelitatem adimpleant, & consimilia plura ad hoc allegat Loazes, *dict. pag. 228. nu. 92. cum sequentib. pluribus, & tenet etiam Didac. Perez, hic sub. l. 1. tit. 3. lib. 4. Ordi. col. 1389. cum sequent. & optimè per Guilielmum Hameta, in tract. de iure feudi. lib. 1. c. 10. part. 1. tom. 10. diuers. Tract. & Guerinum Pisonis, in præludijs feudorum pag. 106. col. 4. indict. 1. part. tom. 10. Tract. crederem tamen cum eodem Guerino Pifone quod licet tunc non tenerentur ire, neque seruitium integrum præstare, tenerentur tamen aliquid soluere pro feudi qualitate, & Menochi. de arbitrar. lib. 3. centuria. 2. casu. 214. n. 6. qui inquit, iudicis arbitrio relinqui quod dicatur exiguum feudum. Item aduerte quod illud quod diximus esse in electione vassalli seruire per substitutum, vel dare pecuniam, est contra nostrum text. ibi, *Con sus cuerpos.* & ibi, *Por si mismos.* vt ibi dicemus, neque supradietis obstabit, id quod nos diximus *in l. 16. titu. 7. lib. 3. supra,* scilicet, quòd vassalli Regis non tenentur eum sequi extra regnum ad bellandum, quia illud procedit in vassallis non habentibus feudum, terram †, vel soldatam, nos verò hic loquimur in 10 habentibus hæc à Rege, ij enim vassalli inter se differunt, vt licet videre *ex. l. 4. tit. 25. part. 4.* & isti sunt vassalli glebæ adscripti, qui quidem autoritate iudicis fieri debent, *ex. l. 89. tit. 18. p. 3. & Auenda. c. 4. prat. n. 3. post princ. lib. 1.* Item intellige quòd vassalli de quibus in nostro titulo & à fortiori illi, qui non habent stipendium à Rege, non tenentur Dominum sequi ad Bellum iustum †, sed solum ad iustum secundum Didac. Per. *vbi supra, & probat. l. 5. tit. 26. par. 4. quòd declarat ipse Didac. Per.* quando notorie constat esse iniustum, secus verò si esset in dubio an esset iustum necnè, tunc enim tenetur Dominum vassallus sequi ad tale bellum, neque in ta- 11 libus*

libus exquirēdis curiosus esse debet vassallus, iuxta Ciceronis sententiā, vt inquit *Didac. Per. vbi supra, & Bellinus, in dict. Tract. de re milit. 2. p. tit. 2. & gl. Derechamente, cū sequentib. in dict. l. 5. vbi & inquit, q̄ neq; defendentē se Dñm iniustē tenetur iuuare, ex eadē. l. 5. & tradit Menchaca, Controuersiarū illustriū. c. 9. n. 19. inquit tamē Bellinus, vbi supra, n. 3. q̄ si vassallus est subditus Regi & iubeat illi ire ad Bellū, est parendū in dubio, sed si nō esset subditus tutius esset in tali dubio abstinere à tali Bello, secundū *Bal. in c. 1. qui. mod. feud. amitt. & Abb. in ca. scut. 3. col. 6. de iure iur.* Aliās verò miles tenebitur ad dāna, parti aduersa per ipsum illata, neque haberet actionē ad recuperādum sua, vt per *Abb. & Bellin. vbi supra.* Item & supradicta scilicet, quōd vassallus habēs terram vel soldatam à Rege tenetur obedire ei & seruire in Bello, nō pro-*

12 cedit, quoties terra vel soldata ¶ datur libera ab hoc onere expresse, sicut in feudo Francho de iure erat, vt per *gloss. Fazerley. In l. 2. titul. 26. partit. 4.*

¶ Ibi, *O soldadas.* de hoc verbo, *soldada.* meminit *text. in l. 9. tit. 25. part. 4. vbi glo. Recebido,* inquit de soldata, habes *text. in c. 1. quis dicatur Dux vel Marchio;* in versi. *soldata,* & ibi q̄ feudum soldatæ est ita personalissimū, quod nō trāsit ad hæredes dātis, neque accipiētis, ¶ finitur enim cum vita illā recipiētis, & hoc est quōd in Rubrica nostra vocatur, *sueldo,* qđ est idē, quōd soldata, quæ est quēdā præstatio annua, & gratuita, quæ à neutra parte trāsit ad hæredes, vnde finitur morte dātis & accipiētis, vt per summam *Iacobi de Ardi. in vsi. feud. c. 29. fol. 230. in 1. part. tom. 10. Tractat. Diuersorū. & Ioan. Thom. de Marinis, in eod. tom. 10. & part. 1. tit. 26. de feudo soldatæ. fol. 167. & ibi, inquit in pane & vino, & similibus soldatam cōstitui esse solitum, & est idem ac si in pecunia.*

¶ Ibi, *Esten prestos y ciertos,* hinc probatur, quōd ad obsequium & seruitium præstandum tenetur Domino ¶ vassallus, vt probat *text. in cap. 1. de noua for. fi. delo, in vsi. feudo. & in cap. licet in 2. responsi, si de feudo defuncti cont. sit inter Dom. & agna. & in cap. Domino guerrā, hic finitur lex. & sic quamuis vassallus ob hoc aliqua seruitia Domino fecerit, cum obsequia alia sint, nihil talia seruitia efficiunt, neque validant donationem, vt notant *Bal. & commun. DD. in l. si donatione. C. de donatio. sali. in l. filia cuius. C. fami. hercis. Cornens, consi. 289. circa primum consultationis articulum col. penult. volu. 4. Barbar. consil. 28. incip. à Ioue, col. 1. volum. 3. Cassan. consi. 7. incip. visis themate & consultatione col. 4. Ioan. de Amicis consil. 31. incipien. ad demonstrādum colu. 1. imo potius donationem ipsam turpem reddunt, vt in simili not. *Bart. in l. si quis in graui. §. verum, quem ibi sequuntur DD. ff. ad syllani Officiales,* (inquiens) & ministros, qui officium suum gratis tenentur administrare, si præmium accipiunt, turpiter ¶ illud recipere, l. 1. C. de cond. ob tur. causam, l. 1. C. ad l. Iul. repetun. l. 1. ff. co. titul. §. 1. in *Auth. vt iudic. sine quo quo suf. Colla. 2. & in Authen. de Coll. §. ad hoc, Collatio. 9. & notat etiam ipse *Bart. in l. vt vim col. si. allegando Butricar. ff. de Iusti. & iure,* notabiliter iniquiēs, quōd vbi quis aliquid gratis debet facere, si pecuniam recipit pro eo, eam tenetur ¶ restituere, cum turpiter illam videatur recipere: pro quibus faciunt quæ de creditore debitum malo debitori remittente, tradūt***

15 *Doct. præcipue, Alex. & Ias. in l. ff. de cond. ob tur. causam, & quod tradit Ioan. Andr. in Clem. statutum. verbo, Ex iurisdictione, de electio. vbi concludit optimē, q̄ eum iudex ordinarius gratis teneatur subditis iusti-*

tiam ministrare, si aliquid etiam pro sportulis receperit, illud tenetur restituere, etiam si consuetudo in contrarium ¶ fuerit, nam non potest consuetudine introduci, quōd iudex ordinarius Ecclesiasticus aliquid pro sentētia possit recipere, cuius doctrinam referunt, & sequuntur, *Cardi. Anto. Butr. & Abb. in cap. cum ab omni, de vita & honest. Cleri. Bonifacius, in dict. Clement. statutum, col. penult. Corser. singul. sportula, Roma. hanc dicens communem sing. 180. incip. Tu scis quōd ius canonicum, quam etiam dixit communem licet eam non sequatur Cardin. d. Clem. statutum, col. 1. Felin. in cap. ad Apostolicam, de sumo. Syluest. in summa, verbo, Iudex, el. primero q. 8. in fin. quamuis multi alij Doct. quoad iudices seculares contrarium videantur affirmare, dicentes, valere talem consuetudinem, vt tenuit *glo. l. Fori. verbo, Castrense. C. de aduo. diuer. iudiciorum, & in Authen. offeratur. verbo, prohibitis, in fin. C. de litis contest. & in §. si quis autem. versi. ne autem, in Authen. de iudicibus. col. 6. Specul. tit. de salar. §. 1. versic. si verò, ordinarius. Host. Héri. & Cardin. in d. c. cum ab homine, Ancha. consil. 201. incip. præmittendum. col. 1. & Ias. hanc dicens magis communem in §. tripli. col. pen. Institut. de actio. & idē dicebat *Anchar. dict. consil. 201. & Felin. in cap. de hoc. de Simon. & Ioan. Igneus, in dict. l. si quis, in graui. §. utrum. col. 1. ff. ad syllania.* quōd si Papa commisit causam iudici ordinario; cum de causa ipsa gratis agnoscere teneatur, nec tunc aliquid à patribus recipere poterit ¶, quōd est optimum contra iudices Ecclesiasticos ordinarios capientes assessorias pro determinandis processibus sibi à Papa commissis, vel eius delegato nuntio in partibus, & itidem contra hos iudices, qui pro expediendis dispensationibus matrimonialibus aliquid à partibus recipiunt. Et cum ex legibus nostris Regiis iudices seculares partibus iustitiam ministrare teneantur nullo modo ultra iura taxata à lege possunt percipere, neque valeret consuetudo in cōtrarium, cum à dictis legibus Regiis id reprobatum sit, & prohibitum. Ex quibus concluditur, quōd cum vassalli ij teneantur Domino seruire, id gratis facere debent, aliās punientur pœnis. l. 2. & 3. infra isto lib. & titulo.**

¶ Ibi, *Para nos seruir,* sed quæ seruitia erunt hæc ad quæ tenentur vassalli ¶, & in feudo distinguitur, q̄ aut sunt expressa & limitata, aut nō expressa, sed indiffinitè promissa. Et prioris generis vocantur seruitia conditionata, id est qualificata ad certū seruitiū, vel cōditionata quasi pactionata sumendo conditionē pro pacto, vt declarat *Ioan. Rayner. in cap. imperialem. §. firmiter. de prohib. feu. ali. per Frederic. post Aluarot. in cap. 1. §. fin. de capit. qui cur. vend. & per gl. in l. 5. titu. 26. part. 4. per text. ibi, & exēplificatur si datur feudū pro associanda vxore Dñi, vel filia maritāda. c. 1. §. fin. quid sit inuestit. gl. fi. l. 2. tit. 26. par. 4. vel pro seruiendo Domino in Mēsa. c. 1. in princ. de nouo feudo, vel q̄ debeāt seruire cū vno, vel duobus equis, vt in l. nostra, quæ quidē exēpla referuntur, per *Glo. Iser, & Aluarot. in cap. 1. §. si. de capita. qui cur. ven. & hoc casu nō tenebitur vassallus ad aliud seruitiū, nisi ad specificatū ¶ in cōcessionē feudi, secundū gl. in dict. §. si. & probatur ex d. l. 5. in princ. tit. 26. par. 4. quia cōtractus ex cōuentione legem accipiunt. l. 1. §. si conueniat. ff. de pos. l. contractus. ff. de regul. iur. cum vulgaribus, & Dominus paciscendo cum vassallo videtur voluisse recedere à dispositione ¶ legis, & contentari de eo, quod fuit reductum in pactum. l. fin. C. de pactis, quæ super dote. &**

ira concludunt *Iacob, de sancto Georg. in sua inuestitura. versic. & promiserunt. nu. 28.* & videtur approbari in dict. l. 5. ibi, *Enonces lo deuen cumplir en aquella manera que le prometieron*: nec obstat, quòd vbi lex obligationem introducit, nisi nominatim caueatur, vt ea sola vtantur, etiam veteres actiones nobis competunt, ex l. quoties. ff. de actio. & oblig. nam satis dicitur partes id expressisse, ex dinumeratione, & conuentione certa illorum, ad quæ quis tenetur & obligatur, nam cætera videtur exclusa, vt per *Zephal. consil. 151. num. 33. versic.* secundo moueor, limitata enim causa limitatum producit effectum. Idque clarius probatur ex secundo casu dictæ legis 5. cum incerta seruitia promittuntur, tunc enim inquit lex illa, q̄ tenetur vassallus ad illa, quæ ex legis dispositione sunt inducta, ergo clare dat intelligere lex illa, q̄ in casu contrario cum certa seruitia promittuntur ad illa tantum teneatur vassallus, non verò ad alia à lege expressa, dum tamen illa expressa in conuentione apponantur non gratia exempli, sed obligationis, prout quando gratia exempli loquuntur contraria adducta per *Guer. Pison, in præludio feud. titu. seruitia certa quæ dicatur, fol. 107. p. 1. tom. 10. diuersorū tracta. in nouis, qui videbatur cōtra tenere, imo q̄ etiam si certa seruitia essent promissa, alia non excluderentur, & adducit alia fundamenta pro hoc, quæ cum tantum procedat, cum gratia exēpli expressantur in conuentione seruitia, non verò si gratia conuentionis & obligationis expressa. In secundo verò casu quādo seruitia sunt indiffinitè promissa, & sic nō*

22 expressa, & tūc tenebitur vassallus ad seruitia † consueta, quæ veniūt ex forma fidelitatis, de quibus in cap. 1. de forma fidel. cum cap. sequen. & licet sex exprimantur ad tria tantū rediguntur †, ad personā, scilicet bona, & honores, quoad personam; quia tenetur vassallus Dño præstare auxilium in guerra. c. Dño guerram faciēte, in tit. hic finitur lex Conrad. ad c. 1. de noua for. fidelit. versic. & si contingit. cap. 1. qui. mod. feud. amittatur, dū tamen bellum sit iustum, vt & probat. d. l. 5. tit. 26. par. 4. & diximus supra ista. l. nu. 11. & iterum repetamus in glo. *Consus cuerpos*, isti iusmet legis: Quo ad bona verò tenetur vassallus seruire Domino, quia Dominus potest ei imponere subsidiū, siue collectam, quæ quidem collata est impositio muneris, siue oneris, vt per *Alberic. in dictiona. verbo, Collecta*, quæ & appellatur subsidiū à subueniendo, idq̄ est

24 duplex voluntarium & necessarium †: voluntarium datur gratuito sicut quædam donatio: necessarium verò quasi inuitè, quia imponitur alicui homini, vel populo, ita q̄ quodammodo coactè subitur, & hoc appellatur indictum, vel super indictum, id est impositum, vel super impositum. l. 1. C. de super indict. lib. 10. & collectam hanc imponent Domini vassallis suis feuda tenentibus ad eis † in sex casibus relatis per *Specul. in tit. de feudis. §. quoniam, quasi ad finem, & latè per Guer. Pison. in prælud. feudo. tit. seruitia incerta qua nam sint. fol. 107. in fin. cum seq. 1. p. tom. 10. Tract. quæ hic referre nō curo, nā videtur mihi extra materiā, & esset in longum procedere: quoad honores verò tenetur vassallus Domino seruitium præstare,*

26 scilicet, vt non vocet eum in ius † sine venia, vt inquit *text. in cap. 1. §. si. de mili. vass. qui cōt. est*, ibi eum salua reuerentia competenter cogere, quòd intelligo, vt pro aliis non sit in iudicio contra Dominum suū bene tamen pro se, vt inquit *glos. in eo. c. 1. dicēs*, quòd pro se non tenetur vassallus veniam petere à Domino, de quo per *Guido. Papa, decis. 551.* & hæc verior & crebrior est opinio, secundum *Zephal. consil. 241. nu. 110. cōtra id quòd ibi dixit n. 13. & tradit Bald. consil. 410. volu. 5.* sed quoad reuerentiam & honorem præstanda Domino tenetur quidem vassallus, & sic in Hispania & Germania moribus receptum, inquit, *Guer. Pison, vbi supra*, quòd soli Principes ac Duces tecto capite cum Rege loquantur, Comites autem & Varones ac cæteri, qui pro magnatibus nō sunt declarati capite † semper nudo, Alias autem obligationes vassalli erga Dominū videbis per *Afflictis, decis. 265. & vide etiam. l. 21. titul. 21. partit. 2.* Potest tamen esse feudum sine seruitio, quod dicitur feudum Franchum, vt supra diximus, & valet pactum de hoc †, quia seruitium personale non est de forma substantiali ipsius feudi, † secundum *Isern. in cap. 1. §. fin. in qui. cau. feud. amit.* fidelitas tamen est de natura feudi, † vt ibi per eum, & per *Zephalum, dict. consil. 151. n. 29. & 30.* & sic seruitium prout fidelitati appropriatum dici poterit de natura feudi, vt videtur tenere *Roma. consil. 368. & Guer. Pison. vbi supra, fol. 108. & ex dicta. l. 5. titu. 26. part. 4. probari potest*: quæ omnia licet in feudo loquantur, quod est differens à materia nostri tituli, eò tamen quòd seruitium, in quātum vt dixi, fidelitati incorporatur, & in nostra procedere possunt materia, vt scilicet si vassallus certo seruitio obligatur, illud & nō aliud præstare teneatur, † vt dictū est in feudo, & ceterū infra repetem⁹, si verò nullū seruitiū sit expressū, tenebitur vassallus ad id, qd̄ in hac lege expressum reperimus: nā & illæ res, quæ ad feudū dari possunt, possūt & dari ad certū † seruitiū determinatè, & indeterminatè, vt inquit *Iacob. de Ardi. in sua sūma feudorū titu. in casib. ferendorū, c. 33.* Sed an poterit Dñs mādare vassallo si imminet necessitas † qd̄ seruitia ista personalia præstet alteri, vide *Guer. Pison. in prælud. feud. Rubric. seruitia incerta. 1. p. dicti tom. 10 diuersorū tract. fol. 107. col. 4.* de quo tamē dubito, quia vassallus nō est seruus, & sic ipsemet Author, dubitat an verū id sit, licet *Bal. in l. 1. in fi. C. de ope. liber. id teneat.*

¶ Ibi, *Que el tiēpo que nos les embiaremos*, & sic vassallus non tenetur se offerre, nec seruitiū præstare, nisi vocetur, sufficit enī qd̄ sit paratus seruire † si sibi denūtiatur à Dño, arg. l. si denūtiasse 1. Resp. et §. sed propter. ff. de adulter. probat expressa lex. 9. in fine. tit. 25. p. 4. & ibi gl. 2. & *Marti. de Silima, de feudis, Rubric. qui. mod. feud. amit. n. 148. fol. 6. 1. part. tom. 10 diuersorū Tract. & Didac. Per. hic col. 1389. li. 4. Ordin. & Matth. Afflictis, in cōstit. Sicil. li. 3. titu. de dotarijs cōstit. quæ est Rubr. 13. n. 19. vbi n. 21.* quærit an sufficiet vna monitio, vel trina requiretur, & in Rege vnicā sufficere dicit, & in aliis trinā requiri, & ideò si vassallus per multa tēpora Dño nō seruerit, nō amittet salariū, sicut neq; feudū amitteret, nisi sciuerit dñm in claustro reclusū, vel assalitū, vt in titul. si de feud. vassal. fuer. interp. §. & si in omni, & §. licet, in titul. quali. vsusfr. venesi. sit tenēda. c. sancimus. vt nemo miles in fi. quia vbiq; vassallus senerit Dñm periclitari debet ad prohibēdas insidias occurrere, † vt arg. l. si in fin. C. de ijs quib. vt in d. & notat *Marti. de Silima, vbi sup. sine tñ periculo suæ vitæ, argum. ff. de oper. liber. l. hoc demū. in princ. & l. interdū. §. 1. in fin. ff. de acquirēd. posses. licet pericula vassalli essēt remunerāda, & premiis ornāda, argu. ff. de iure immuni. l. sēper. §. negociaciones, & licet debeat vassallus venire cū vocatur, debet dari dilatio aliqua tēporis, si dilationē † cōmodā capere possit, argu. l. si quis. §. si. ff. de Colla. bono. & l. 1. in fin. ff. de ferijs, vt cibaria præparet sibi, argum. l. aut certe, cū sequet. & l. operariū. ff. de operib. liberto. neque poterit mqræ adnumerari si iusta ratione differat,*

rat, argum. l. sciendum, ff. de usur. non enim debet esse Dominus acerbus, austerus, vel contumeliosus exactor, sed moderatus, & cum efficacia benignus, & cum instantia humanus, neque semper debet vassallus seruire, sed & debet aliquando quiescere, cum permutatio & varietas mentem humanam delectet, ut in Authen. de ordine seden. §. si quem autem, in fine, omnia enim tempus habent, prout hæc & alia refert Iaco. Ardi. vbi supra. c. 67.

¶ Ibi, Consus cuerpos, debent enim vassalli Dominum opem ferre opponendo se aduersariis Domini cum corpore & armis, & si solus non sufficiat, exclamet, ut alij vicini & audiant, ut l. i. §. occisorum, ff. ad Syllan. & §. potuisse, & ca. si à morte, de vassal. qui contra costi. Lothar. & in prælio siue offendendo siue defendendo adiuuare tenetur, ut c. Domino guerra, hic fini. lex deinde incip. Consuet. l. 5. tit. 26. parti. 4. aded vt sine requisitione tenetur Dominum iuuare in periculo existentem, & si non fecerit, priuabitur feudo. c. ad hoc, hic fini. lex de in. incip. consu. & c. licet vassallus, si de feu. fuer. contro. teneturq; vassallus videns aliquod sinistrum contra Dominum disturbare, imò & Dominum certiorare si illud scit, ut per Afflict. in constit. Sicil. lib. 3. Rubri. 15. nu. 16. & 17. fol. 96. limitatur tamen hæc nostri text. & similitudini Regula, vt non procedat primò contra seipsum, nam licet vassallus, vt dictum est, Dominum iuuare teneatur, non tamen contra seipsum, & cum salutem propriam salutem Domini anteponere teneatur, secundum glos. in c. fin. de ali. feu. pater. & in c. 1. in principio, vbi præpositi. qui. mo. feud. amit. quam traditione probauit Alcia. de præsumpt. Regula. 1. præsumpt. 53. & communem testatur, Loazes, in allegatione de mula, dubitatione. 1. §. si forsan. n. 36. pag. 174. in paruis, & in n. 35. id etiã prosequitur, & nouissime Menoch. l. tom. de præsumptio. lib. 3. præsumptio. 44. n. 6. vbi cum sequentibus plura infert in propositum notanda vbi quis contra seipsum nihil intentare tenetur, & sequitur etiã Iacob. de Ardi. in summa feud. tit. 71. p. 1. tom. 10. diuersorum tract. fol. 237. Secundo limitatur dicta Regula vt non procedat, quoties vassalli diligetia nihil proficeret, & puta quia ipsu vidisset mortuū, vel letaliter vulneratu, ut est tex. in c. 1. in prin. qui. mo. feud. amit. debet enim verificari, & potuerit opem ferre, & proficere, & noluit, quod verbu, potuerit, inquit Bal. ibi esse notabilissimu, non enim tenetur vassallus opem ferre Domino, omnino perituro; per rex. in l. si alius. §. est autem, ibi, adibus perituris. ff. quod vi aut clam, idque confirmatur ex dictis per Anchar. consil. 33. dicentem, dolum & falsitatem non nocentem non puniri: sic & vassallus, cui abscissa sunt Brachia in Bello, si aufugiat, & Dominum derelinquat, & qui mortuus est, excusatur, quonia non intererat Domini vassallu extitisse, postqua eū adiuuare non poterat, & sic vbi non est possibile vassallum adiuuare Dominum, non punitur vassallus si Domino non præstet auxilium, vt hæc & alia refert in propositum, Lauren. Syl. in Tract. de feudi recogni. tit. 85. nu. 1. & sequentibus, & ibi. num. 3. distinctione vtitur, & facit pro iis id quod diximus in l. tit. lib. 3. supra quod nunquam negligentia imputatur alicui, nisi vbi diligetia proficeret. Debet tamen esse impedimentu graue, & quod culpa non præcesserit, alias non excusaretur, secundum Bald. vbi supra relatū & secutum per Bellinum, in tract. de remilitari. p. 2. tit. 5. n. 3. vbi plura in propositum dictorum allegat. Est tamen aduertendu quod non punitur vassallus in amissione feudi si solum deserat Do-

minu in Bello, sed tantu si deserit Dominu in prælio existentē & differunt enim hæc multu: possunt naq; in Bello alia parari auxilia, potestq; parum aut nihil interesset Dño: At in prælio res non expectat moras, quia agitur per, modo constat, modo agatur, ita Belle. vbi sup. n. 9. & Menoc. in d. præsumpt. 44. li. 3. sed an captiuu Dñm tenebitur vassallus liberare, & dicendum videtur quod sic, sicut filius, qui hæreditate priuatur si patre non redimat, Auth. si captiuu. C. de episcop. & cler. comparatur enim captiuitas morti fictione legis Cornelie, quæ fingit, captu mortuū esse à die captiuitatis, ut l. 1. §. super. ff. de captiuis, & ita tenet Marti. de silima, in tract. de feudis, Rubrica qui. mo. Feud. amit. n. 145. p. 1. tom. 10. tract. diuersoru. vbi intelligit hoc, quoties vassallus id comode facere potest: & ego iteru intelligo hæc vera esse, nisi Dominus haberet de suo unde posset soluere redemptionem, na tunc non tenetur vassallus etiamsi posset eum redimere, secundum Guido. Papa, decis. 113. in fine, & 551. in fin. relatum & secutum per Rolan. Valle consil. 3. nu. 23. vol. 3. non tamen tenebitur vassallus Dominu liberare ne incidat in perituum, & quado iurauit soluere debitū, ut c. licet vassallus, si de feudo fuer. contr. inter vassall. Domi. & agn. notat Marti. Silima, vbi supra. d. n. 145. & notare omnes inquit Rolan. vbi supra. n. 13. non itidem teneatur vassallus Dominum inopem alere, & ex rex. in d. ca. licet, & hanc vetiorem testatur Rolan. Valle, vbi supra. d. n. 13. vbi per totum illud consilium id late fundat, & Loazes. in allegat. de mula. dubit. 1. §. & si forsan. n. 27. cum sequentibus. pag. 171. vbi. n. 29. hoc bene intelligit, nisi Dominus ex facto vassalli ad inopia & egestatem peruenierit, na tunc vassallus tenetur eum iuuare, vt & tenet Rolan. vbi supra. nu. 15. sic & vassallus non tenetur Domino creditoribus oppresso atque grauato, quauis vassallus diues sit, de suo subuenire, neq; adstringitur illi debita soluere, & quinimo nec Dominu debitis carceratu à carcere liberare, quia potest Dominus cedendo bonis sibi ipsi consulere, ut notat Alvaro. Præpo. & comuniter. dd. in d. c. licet, & ita comuniter teneri inquit Zasius. in tract. feudoru. 7. p. col. pen. in prin. præcipue cum possint creditores ad ordinem iuris (scilicet. l. à Diuo Pio. ff. de re iud.) recurrere, ut notat Bal. in l. ob causam. C. de actioni. & oblig. & Loazes. d. pag. 171. n. 26. quod intelligo, vt dixi, nisi ex facto vassalli Dñs ad hæc peruenerit: intelliges etiã supradicta & declarabis ea, nisi Dñs in inuestitura approuisset pactu, quod eum egenum, vel debitum oppressum teneatur subuenire & alimentare, & na tunc teneretur, quia pacta etiã si sunt præternaturã feudi, sunt seruanda. c. 1. §. pen. quid sit inuest. & idem esset si feudū esset magnum, vt omnia hæc tenet, & refert; Rolan. d. consil. 5. num. 16. & 17. & 18. vol. 3. & Lara in l. si quis à liberis. §. solent. num. 32. ff. de lib. agnos. licet ipse ibidem, in distincte teneat, teneri vassallum Domino egeno alimenta prestare: sic neque Dominum excomunicatum tenetur vassallus adiuuare, vel bannitu, vel captum pro guerra iniusta, & vt per Iacob. de Ardi. in d. summa feudorum. tit. 70. p. 1. tom. 10. diuersorum tract. fol. 237. sed an poterit Dominus in casu necessitatis compellere vassallum vt alij seruiat, dictu est in hac lege. Et an possint Domini vassallos cogere & vt recipiant eos in hospites vide de Burgos de Paz, consil. 3. nu. 97. volum. 1. tenetur tamen vassallus secretum Domini non reuelare aliter enim puniretur & tribus concurrētibus, primo ipsa reuelatio, secundo quod animo damnificandi Domino sit facta, tertio quod

ex ipsa manifestatione sit factū damnū ipsi Domino, *ut per Afflict. in consti. Sicil. lib. 3. Rubrica. 15. n. 13. vbi. n. 14.* quid si dixit q̄ volebat occidere Titū, an poterit id vassallus reuelare, cui in secreto Dominus dixit.

¶ Ibi, *Donde les mandaremos venir*, tenētur enim vassalli conuentionem cum Domino factam seruare, & si sic cōueniunt cum Domino collectas præstare, tenentur id † adimplere *ut per Bal. in l. hi quibus. C. de fideicom. li. Alex. & relatos per Bur. de Paz, consi. 15. n. 6. vol. 1.* vbi in causa comitis de Benauente super pane per vassallos soluendo latè agit.

¶ Ibi, *Y al plazo*, debet enim ei assignari dilatio commoda sub qua se præparare, & venire possit, vt suprā hac lege in *glos. el tiempo*, & sic semper præueniuntur antequam itinera arripiant, dilatioque concedenda & danda est vocato & citato, *ut dixi in l. 1. per rex. ibi. tit. 3. li. 4. suprā. n. 1. & 2. imò ut ibi dixi in glo. fi.* debet dari tēpus congruum, vt vocatus comparere possit, & sic est arbitrarium tempus, reducendum tamen ad distantiam loci & temporis calamitatem, & cursum, & necessitatem occurrentem.

¶ Ibi, *Con sus caualllos y armas*, in feudis quoties feudum concessum est pro seruitio equi †, debet tanquam miles cum equo seruire, & non tanquam pedester, & hoc ex vi verbi, vt equus non sit in conditione feudi, sed persona vassalli, *ut arg. l. 1. §. qua rebus. ff. de positi.* & debet esse equus, nec melior, nec peior, sed mediocri figuræ, *arg. l. de donatio. l. si quis argentum. §. similique modo. & l. legato generaliter. 1. Resp. de legat. 1.* in terminis verò nostræ legis tenetur omnino vassallus, etiam si nō apponatur in pactum & conditionem ire cum equis & armis & famulo pedestri.

¶ Ibi, *Por si mismos*, sed an per substitutum, dicemus Deo volente, *in l. 8. infrā eo.* & existente impimento optimè poterit per substitutum seruire vt ex sequentibus verbis nostri text. colligitur & deciditur, & *in d. l. 8. latius dicemus.*

¶ Ibi, *si no ouieren embargo*, si hæc verba referas ad illa precedentia, *Por si mismos*, benè constituta sunt, sed si referas ad proximè præcedentia, ibi, *O otros por si*, abūdat illud non, & debet dicere: *si ouieren embargo*, sed cum lex nostra nouissimè sit emendata, & illud, non, apponatur in litera eius, vt vides, omnino est dicendum ad illa verba, *Por si mismos*, nostra huius glo. esse referenda, vt orationi, & sensui conueniāt. Et impedimēta hæc † erūt, infirmitas grauis, & senect⁹, & incarcerationio, & alia, quæ de iure & aliis similibus materiis & citationib⁹ talia nūcupātur, de quibus & in titulo, *De los emplazamientos*, lib. 4. suprā diximus: & itidem erit impedimentum, si fortè feuda tenens, aut seruitium debens, esset ecclesiastica persona, nam tunc cum bellum adire non possit, per substitutum seruiet, prout in regno Franciæ, vbi episcopi feuda tenentes tenentur in guerris, & bellis opem & auxilium præstare secundum feudorum cōditiones, vt testatur *Carolus à Grassallis, lib. 2. Regal. Fran. c. 15. pag. 80.* licet Ecclesia sit mater Imperij, tamen eo casu, quo tenet feudū à Rege censetur circa hoc vassalla, & sic vt ibi iure. 11. ipsemet Carolus testatur, tenerur homagium ratione feudi Regi præstare †: debet tamen Rex & Imperator, *ut in d. iure. 12. dicitur*: præbere honorem Episcopis & prælatis assurgendo, & iuxta se eos sedendo † ad partem dexteram, prout quotidie fit & iure optimo.

S V M M A R I V M.

Vassallus non potest recedere à seruitio Domini. nu. 1. nisi vt ibi & nu. 2. sublimitatur.

Vassallus ex lege nostra non potest Dominum deferere ante tempus impletum siue ab eo esset miles factus sine non, num. 3.

De iure communi an possit quis se obligare ad certum seruitium personale præstandum per se & suos descendentes, num. 4.

Vassallus duorum Dominorum non potest quis esse, nisi posset ambobus integraliter seruire. num. 5. vel nisi ab vno non defendatur, vt nu. 6.

Dominus sicut potest vassallum inuitum in alium transferre, ita & vassallus ex causa potest se alteri domino submittere. nu. 7.

Vassallus in casu in quo tenetur duobus Dominis seruire cui potius tenebitur. nu. 8.

Vassallus non potest priuari feudo per Papam, vel Imperatorem nisi prius sit conuictus de culpa, vel feloniam. num. 9.

Desertores militia puniuntur nisi sint tyrones. n. 10. vbi idem in infirmo vel grauius vulnerato.

Lex 2.

S V M M A R I V M.

Pœnam vassallis imponendam à seruitio Domini recedentibus declarat lex nostra.

Ibi, SE PARTIERE DE NOS O DE AQVEL QUE LE DA LA SOLDADA, nō enim potest vassallus recedere à seruitio Domini, † vt probatur hic, & declaratur *in l. 7. titu. 25. part. 4.* vt id procedat in primo anno, quo Dominus fecit eum militem: in eo enim anno non potest Dominū deferere nisi pro vna ex tribus causis ibidem declaratis, & probatur etiā *in l. 3. titu. 13. lib. 3. Fori, cū vt dicit glo. 1. in ea. l. 7.* magno honore afficiatur ille, cui militia donatur, & hoc declarat gloss. *Adelante. in d. l. 7.* vt procedat, quoties ab illo Domino fuit miles creatus, secus verò si ab eo non fuit miles factus, tūc enim etiā ante annū posset eum relinquere, si nihil Domini inter sit magis, cū relinquatur, quam cum factus fuit eius vassallus, secus si eius interresset, putā si deferere vult Dominū tempore guerræ, nā tunc etiā post annū non posset eū relinquere †, secūdam *Ioan. And. & Hosti. relatos & secutos per glos. Razon. in dict. l. 7.* ex lege tamen nostra nullo modo potest vassallus deferere Dominū ante tēpus cōuentuū impletū, siue ab eo esset miles factus †, siue non, vt ex l. 3. nostra apparet: vbi tamen tempus nō esset statutum procedere possunt supra dicta, & nō aliter lege nostra atenta: debent tamen seruari dicta à relata. *l. 7. versic. E quando.* En an de iure cōmuni possit quis per instrumentū se & suos descendentes obligare ad certū seruitiū personale præstandū † alicui & suis hæredibus in perpetuū, sine assensu Domini Regis, *vide. Specul. in tit. de feudis. §. quoniā. vers. 1. autē, & Matth. Afflict. in consti. Sicil. lib. 3. titu. de homi. non tenen. n. 2. fol. 87. vbi nu. 3. Tractat. an confessio dicentis se esse talem & promississe sufficiet.*

¶ Ibi,

¶ Ibi, De dos señores. notandum ex ijs verbis, quòd non potest quis esse vassallus duorum Dominorum, prout innuitur ex l. 8. ibi adnotante glo. i. tit. 25. p. 4. que optimè declarat vt procedat quoties de iure vel còmodo primi Domini aliquid diminueretur, tunc enim non potest alteri Domino seruire, secus verò si posset ambobus integraliter seruire, tunc enim nõ loquitur lex nostra neq; procedit, prout hic asserit expresse Didac. Per. sub. l. 2. tit. 3. lib. 4. Ord. col. 1391. non enim potest vassallus ius prioris Domini laderè, vt per Bal. in præmio feudorum. nu. 52. & sic vassallus, qui secundo Domino facit fidelitatem de feudo debet eum certiorare de priori Domino, & protestari, quòd sit saluum ius illius, secundum Bal. in §. fi. hic fini. lex. relatum & secutum per bellum, in Tract. de re milita. part. 2. tit. 3. nu. 2. vbi alia circa hæc refert. Secundo declarari potest lex nostra vt non procedat quoties vassallus à Domino non defenditur, neque defendi potest tunc enim poterit optimè se alteri Domino subijcere, quia sicut potest Dominus vassallum inuitum ex causa in alium transferre, vt per Bal. c. generali, si de feudo fuer. cont. inter domini. & agna. Alex. cõf. 25. dubio. 2. col. pen. vol. 5. Corne. cõf. 221. col. 3. vol. 4. ita & subditi ipsi absq; consensu Domini ex eadem causa se possunt alteri donare, & fidelitatem illi prestare, vt per Socin. consil. 39. col. pen. vol. 3. ex Bal. in quadam sua disputatione incip. Ciuitatis Tusciæ, quia paria sunt nullum, vel inutilem Dominum habere, vt refert & sequitur, Loazes in allega. De Mulla, dub. 1. in resp. ad. 3. funda. n. 4. cum sequent. pagi. 249. Et in casu in quo vassallus potest duobus Dominis seruire cui potius tenebitur, declarat Bellus, vbi supra, n. 3. cū sequent. & dixi. in l. 18. tit. 16. lib. 2. supra. n. 3. & Iaco. de Ardizo. in dict. sūma feudo. tit. 64. & Ioã. de Lig. Mediol. in Tract. de Bello, in Tract. 4. tertij princi. c. 35. vol. 16. Tract. diuersorū, vbi. c. 34. an si vocetur à Dño vassallus & eodem tempore à Rege, cui tenebitur obedire, vbi & cap. 33. an teneatur vassallus Domino iuuare contra Regem. & miror de glossa fini. in l. 3. tit. 26. par. 4. dicente se non vidisse legem prohibentem vassallum duobus Dominis seruire, cum ex dicta. l. 8. tit. 24. par. 4. id probetur & ex nostra hic.

¶ Ibi, Muera por justicia, constito prius, q̄ Dominum deseruerit ante tēpus impletum, vel q̄ à duobus Dominis soldatam & mercedem receperit, sicut neque potest vassallus feudo priuari per Papam vel Imperatorem, nisi prius sit conuictus de culpa, seu feloniam, vt est text. c. 1. & ibi Bal. & alij, de natura feudi, rex. c. 1. de feud. sine culpa non amit. gl. & Bal. in c. 1. §. fi. qui feud. dare possunt, vbi ipse Bald. inquit, quod ideò Papa vel Imperator non potest infringere iura vassallorum, neque eos feudo priuare, nisi conuicta culpa, eò quòd naturales consuetudines feudorum ligant Principem, & quia potentius est ius naturale quam principatus, vt ibi latius per eum, & per Ias. consil. 86. n. 5. vol. 3. & Parisi. consil. 101. num. 116. vol. 1. vbi. num. 117. inquit. sententiam requiri declaratoriam, & nu. 118. quòd requiritur citatio & iterum in consil. 1. eo. vol. num. 18. cum. 6. sequent.

¶ Ibi, Y si se fueren, mueran por ello, quasi desertores militiæ. vt in l. militis. §. desertorem. ff. de re milit. l. 3. tit. 19. par. 2. l. non omnes. ff. de re mili. tyronibus tamē pro prima vice parcitur, vt est text. in l. 3. & l. 4. in fi. ff. de re mili. & idem ex dict. l. 3. tit. 19. part. 2. in infirmo vel grauitè vulnerato, vt pater ex versic. Mas de la hueste no seria ninguno escusado para venir se della si

non fuisse enfermo o flagado tan grauemente que non pudiesse tomar armas.

¶ Ibi, que lo pague con el doblo, similis est text. in l. 9. tit. 25. par. 4.

S V M M A R I V M.

Tempus assignandum vocationi debet esse competens. num. 1.

Lex 3.

S V M M A R I V M.

Qua pœna puniatur vassallus non comparens in termino assignato, sed eo elapso, declaratur in præsententi.



Bi, QVE NO FVERE CON NOS, tenetur enim vassallus Dominum sequi, & eius mandatis obedire, vt in l. 1. istius tituli remanet dictum.

¶ Ibi, Al plazo que no le mandaremos poner, debet tamen esse competens, vt in l. 1. supr. eo. diximus, & colligitur ex text. vbi optime glos. commode in cap. cupientes. de electio. in 6.

S V M M A R I V M.

Impedimentum est probandum. num. 1. & nu. 2. numerantur impedimenta.

Infirmitatis multa privilegia remissiue. nu. 2.

Vassallus statim quod venerit ad vocationem tenetur comparere. num. 3.

Lex 4.

S V M M A R I V M.

Vassallus impeditus excusatur, & veniens ante terminum constitutum, dies tunc decursi non computantur in tempore seruitij sui.



Bi, MONSTRANDO POR RECAVDO CIERTO, hic habes text. probantem, impedimentū esse probandum, vt diximus & discussimus in l. 14. tit. 3. lib. 4. supra. n. 17. vbi & plus dixi, scilicet, esse probandum, fuisse impedimentum causam immediatam non comparendi, & cum numeris sequentibus alia retulimus in propositum necessaria vbi videri possunt, & plura in propositum nostrū dixit Lauren. Syl. in Tract. de feudi recogni. quest. 85. part. 1. tomo. 10. Tract. diuersorum Docto.

¶ Ibi, Escusas derechas. hoc enim iuri & æquitati conforme est, vt non valens cõparere vocationi excusetur, vt in d. l. 14. dixi. nu. 7. cum sequentib. & erit excusatio legitima, infirmitas, ob quā vassallus venire nõ potuit, vt in c. presentium. 7. q. 1. & in c. vni. de de. non resid. in 6. & hoc, sicut & alia multa, erit privilegium infirmitatis, de quibus per Gomat. in Reg. chancel. tit. de infir. resig. q. 9. & per Paul. Orian. in rep. l. 1. n. 132. ff. de offic. eius cui m̄. est iur. & Roma. in l. si verò. §. de viro. n. 76. ff. solut. matr. vel ex causa inimicitiarum capitalium, ob quas ibi venire non audet, vt c. bona. 2. de elect. cap. clericos. de non resid. c. querelam,

vbi glo. rationabili. & verbo, Infirmirate. de procur. l. 7. tit. 11. p. 3. vel propter intemperiam aëris, vel timorem mortis. c. quorundam. 74. dist. c. ad supplicacionem, vbi glo. morari, de renuntia. vel fractio pontis vel alia similes causæ relatæ per Ioann. Andr. in cap. fin. de cleri. non residen. l. 2. §. si quis. & §. si non propter. ff. si quis cautio. & an impedimentum debeat protestari, dixi in d. l. 14. vbi & an impeditus debeat mittere excusatores, & in l. 8. infra eo. alia repetemus, & per Lauren. Syl. vbi supra. q. 83. & 86. alia videbis.

3 ¶ Ibi, *Antes del plazo*, & adhuc tunc statim † quòd venerit tenetur cõparere vt iasimili inquit. gl. comode in. c. cupientes, de elect. in 6. & in l. 7. tit. 11. par. 3. & tenet Didac. Perez. l. 3. tit. 3. lib. 6. Ord. col. 1393. in princ.

S V M M A R I V M.

Bello cessante an possint Vassalli arma & equos vendere aut pignora. nu. 1.

Belli tempore & dum in actu belli sunt equi & arma capi non possunt per iustitiam. nu. 2.

Pignorare Vassalli non possunt equos & arma non solum in toto, Verum nec in parte. nu. 3.

Pana inducta contra vendentem non censetur inducta contra ementem. nu. 4.

Lex 6.

S V M M A R I V M.

Vassalli durante tempore belli tenentur Regi seruire vocati, neq; possunt pignorare aut vendere arma, vel equos, sub pœna à lege nostra descripta emittibus, & vendentibus.



Bi, SIENDO LLAMADOS, non enim tenentur se offerre nisi vocentur, vt dixi. l. 1. supra eo.

1 ¶ Ibi, *En quanto durare la guerra*, ergo à contrario cessante bello poterunt arma & equos pignorare † aut vendere, non enim tunc eis prohibitum reperitur, eo enim tempore, pacis scilicet, nõ tenentur arma & equos possidere & habere, vt in titul. 1. supra isto lib. diximus, & tenet Didac. Perez, hic sub. l. 8. titul. 3. lib. 4. Ordin. colu. 1397. vbi tamen inquit, quòd quando alienatio est necessaria, putà quia capitur per Alguazellos & ministros iustitiæ in vim rei iudicatæ, tunc cessat pœna nostræ legis: quòd tamen generaliter dictum procedere non potest, ed quòd tempore belli & dum in actu 2 belli sunt † arma & equi capi non possunt per iustitiam etiam aliis bonis deficientibus, vt dixi in l. fi. nu. 42. cum pluribus sequentibus titu. 21. lib. 4. supra.

3 ¶ Ibi, *Ni empeñar*, id nouissimo iure prohibitum erat non solum in toto verum etiam † in parte. l. Imperialem. §. 1. & §. callidis, de probi. feu. ali. per Frederi. cap. è contrario, de inues. de re ali. fac. & hoc esse probatum à Doctor. testatur Marzarius, cons. 63. nu. 1. cū sequen. vbi ampliat, vt neque generaliter neque specialiter, & nu. 8. an tunc habeat locū ius accrescendi. & cons. 20. tradit quādo pignorando feudū amittat, & dixi de iis. l. 2. glof. 2. titu. 3. isto lib.

¶ Ibi, *T qualquier que lo comprare*, expressio hæc contra emptorem inducta præ se fert conclusionem iuris, scilicet quòd pœna inducta contra vendentem,

non censetur inducta † contra ementem, nam cum 4 lex nostra venditoribus pœnam imposuerit, ementibus etiam idem esse expresse disposuit, quasi non sufficeret vendentibus imponi, & sic cessat in materia legis nostræ Brocardicum illud, quòd dispositum in vno ex correlatiuis censetur & in alio dispositum, vel late per Doctores maximè Iaso. in l. fi. C. de indic. vid. rollen. ex eo quod in lege nostræ differens pœna in vno quam in alio statuitur, & non est eadem ratio.

S V M M A R I V M.

Quæ persona excusantur ire ad bellum. nu. 1. & 2.

& 3. vbi & num. 4. an & ita excusabuntur vt neque substitutum mittere teneantur neque nummis adiuuare Dominum. vel Regem. & n. 6.

Vassallini infirmi & impediti tenentur mittere substitutum. nu. 5.

Exemptus ire ad guerram an & à collectis excusetur. nu. 6.

Lex 7.

S V M M A R I V M.

Quæ persona excusantur bellum adire declarat lex nostra & est quotidiana & quotidie præ manibus habetur.



Bi, SEAN ESCVSADOS, ad limitationem, & declarationem. l. 1. supra isto titulo & libro, dicentis teneri vassallos ad bellum ire si vocati sint à Domino, fallit enim hæc regula in casibus positis in præsentii: idemque est in minoribus. 14. annorum †, vel maioribus. 70. 1 annorum, vel infirmis aut vulneratis graui infirmitate, aut vulnere, secundum. text. in. l. 3. titu. 19. part. 2. quæ singularis est, nisi secundum text. ibi senes ij maiores. 70. annorum essent versati in bello, nam tunc ad consulendum tenerentur ire, vt ibi aduertit glof. *Tan sabidores*: Excusantur etiam mulieres, cum à muneribus personalibus sint exemptæ, ex l. qui originem. §. & corporalia. ff. de mun. & hon. & l. 2. ff. de regul. iur. notat gl. *Las mugeres*, in d. l. 3. titu. 19. part. 2. nisi secundum text. ibi. col. 2. ad fi. defecissent viri ad propullandam rebellionem in Regno à regnicolis aliquibus ortam, vel Rex iret ad Bellum, nam & tunc mulieres † tenerentur ire, imo & tunc, vt 2 optime aduertit ibi glof. *O de grandes rios*. etiam omnes in præsentii excusati tenebuntur ire, neq; excusari poterunt, deberent tamen tunc expresse vocari, vt dixi in l. 16. tit. 7. lib. 3. supra, nisi adesset periculum in mora, nam tunc etiam non vocati tenerentur ire & auxiliari, ex dict. l. 3. tit. 19. part. 2. Itidè clerici & religiosi † excusantur, ex dict. l. 3. & ex dictis per 3 Ioan. de Lig. Mediol. in Tract. de Belle. 6. particula, cap. 54. pag. 377. vol. 16. Tract. diuersorum, & circa hæc tetigit aliquid Didac. Per. in l. 29. titu. 16. lib. 2. Ordin. col. 613. & in l. 21. tit. 4. lib. 4. Ordin. col. 1444. cum sequent. vbi quærit num ij de quibus hic, qui excusantur ire ad Bellum, excusabuntur taliter, quòd neque substitutum mittere teneantur, neq; bonis suis adiuuare Dominū vel Regem †, & dicendū est affirmatiuè cum eo, quòd ira excusantur, vt neq; substitutum 4 mittere

mittere teneantur, & tenet expressius Aduend. cap. 14. prout. n. 12. lib. 2. quod non est in vassallis infirmis, vel senibus, vel aliter legitimè occupatis, ij enim tenentur mittere substitutum †, ex text. in l. 1. istius nostri tituli, & tex. in l. 8. infra eo tit. & idem si sint vassalli, qui quidem non excusantur ire ad bellum ex text. nostro ibi, o quando, sed si vassalli non essent personæ hæ in lege nostra contentæ, tunc equidem adeo excusantur, vt neque substitutum mittere teneantur, neque equum vel arma habere astringi possint, secundum Didac. Per. dict. col. 1444. imo neque ad collectam propter bellum impositam, nisi esset vrgens necessitas, vt inuasio populi, secundum Bellum, in Tract. de Bello. p. 7. tit. 2. per totum, vbi sic concludit contra communem in casu in quo simpliciter esset immunitas concessa; in quo casu non censetur concessa propter guerram, prout communem testatur Ias. in l. si ex toto. n. 7. & sequentib. de legat. 1. communis tamen sequenda est, quam etiam latè examinans sequitur Aegit. Thomati. in Tract. de collectis §. pauperes. nu. 34. fol. 151. 12. volu. Tract. Sed in casu, in quo quis propter guerram & in casu guerræ priuilegiaretur, tunc etiam à collectis censetur † priuilegiatus, & in hoc casu non loquitur dicta communis, & per consequens excusati per legem nostram bellum adire, neque ad collectas tenebuntur, nisi essent vassalli, vt probat lex nostræ, vel nisi adesset vrgens necessitas, vt repentina populi inuasio, nam tunc & priuilegiati tenerentur, vt sunt clerici, & similes, ita Bellinus, vt supra, & diximus. l. 11. nu. 7. tit. 3. lib. 1. supra.

S V M M A R I V M.

- De iure communi in vassalli electione erat ire ad bellum vel pecuniam soluere secus ex lege nostra. n. 1. tenebatur tamen officium adimplere. num. 2.
- & in nu. 3. quid ex iure nostro Regio.
- Vassallus tenetur Bellum adire neque excusatur etiam ex vi priuilegij à lege concessi. n. 4.
- Infirmi & senes excusantur. nu. 5. & nu. 6. plura senectutis priuilegia.
- Vassallus incarceratus excusatur. nu. 7.
- Impedimentum procuratum nihil prodest. n. 8.
- Feudatarius si factus sit Episcopus excusatur bellum adire, seruiet tamen per substitutum. n. 9.
- Vassallus potest per substitutum seruire si ita est consuetum. num. 10.

Lex. 8.

S V M M A R I V M.

Vassalli Regis terram ab eo possidentes nullam non seruiendi excusationem habet, nisi infirmitatis, senectutis, vel alterius iustæ causæ.



Bi, POR SVS PERSONAS, & sic non per substitutum regulariter prout, & in l. 1. supra isto tit. dicitur, quod tamen de iure communi erat in feudis dubitabile, nam secundum ius commune † in vassalli electione erat personaliter seruire, vel pecuniam soluere, vt no-

tat Aluarot. post Antiquos, in cap. 1. in fi. de pace iur. fir. & in c. Imperialem. §. firmiter. de probi. fen. alia. & in Lombardia sicuti afferebat, Zephalus, cons. 1. n. 69. licet aliquando per substitutum posset seruire, & aliquando † personaliter tenebatur seruitium adimplere, vt tradit Capitius, decis. Neapo. 10. col. 5. & decis. 32. col. 2. refert Loazes, in allegatio. de Musa. 1. dubitabit. §. si forsitan. pag. 171. & sic Iacob. de Ardizo. in summa feudorum cap. 96. in 1. par. tomo. 10. tractatum, circa hæc distinctione utebatur, legibus tamen nostris attentis regula generalis constituitur, scilicet, quod vassallus habens terram à rege, vel alio Domino tenetur † illum personaliter seruire, nisi aliàs ex iusta causa impeditus sit, vt ex text. nostro clarissimè probatur, & ex dict. l. 1. supra isto tit. & lib. & fallentias aliquas in nostrâ describimus lege.

¶ Ibi, Ni de otra causa, & sic neque ratione priuilegij à lege † concessi ne teneretur ad Bellum ire, prout ex l. 7. præcedente probatur clarissimè.

¶ Ibi, Saluo si los dichos nuestros vassallos fueren enfermos, o viejos, vt per totum † titulum. C. qui morbo se excusent. lib. 10. & eod. lib. qui ætate vel profel. se excusant, & l. 1. §. quod si morbo. C. de præpo. agen. in rebus, ibi quod si morbo vel ætatis senio capti, & impediti huiusmodi rerum, vel quocumque alio vitio præditi, per se memorati officij curam subire nequiverint, consideratis præcedentibus eorum laboribus, per substitutum chartularium eiusdem scrinij, cui præfectus est ipse, idoneum, & tam moribus optimis præditum, quàm scientiam, peritiamque rerum habentem, electione sua, suarumque periculo facultatum, præfarum munus eos implere præcipimus, & per alia iura allegata per Tiraq. de primoge. in præfat. nu. 214. probat. etiam text. in l. 1. supra isto tit. & in l. 1. in fin. titu. 1. supra isto libr. vbi describit ætatem & ibi diximus, & text. in l. 3. titu. 19. par. 2. secundum quam senex non liberabitur si consilio auxiliare potest. & infirmitatis nonaginta priuilegia remissive retuli. l. 6. tit. 5. lib. 3. supra. n. 11. & senectutis plura † etiam refert Gometius, in Reg. Chan. de infer. resig. quest. 7. pag. pen. in parnis, vbi & senectutis incommoda refert, & Tiraq. vbi supra. n. 79. cum sequentibus pluribus.

¶ Ibi, O en otra manera iustamente occupados, vt putà si vassallus hic est incarceratus † excusatur enim tunc, quia in eo nullus dolus vel contumacia dari potest, eò quod à iudicè est impeditus, argu. l. contumaciam. §. pœnam. ff. de reiud. & l. de vnoquoque. §. sed & si per prætorum, in princ. ff. eod. titu. faciunt tradita per Bart. in l. 2. in fi. ff. de iniur. vocand. & per Lauri. Sylu. in dict. Tract. de feudi recog. q. 77. p. 1. to. 10. tractatum, quod intelligo dum tamen carceratio, vel aliud quodlibet impedimentum non sit procuratum, nam si esset nihil prodesset †, vt diximus in l. 14. tit. 3. lib. 4. supra, vltèrius esset iusta causa impedimenti, si cum esset comes feudatarius, vel aliter vassallus, factus esset Episcopus †, tunc enim per substitutum seruire posset nam licet sit episcopus factus non perdit Comitatum. & quia in bello personaliter seruire non potest, per substitutum tunc deseruiet, vt latè fundat Zephalus, cons. 2. per totum, item & per substitutum vassallus seruire posset, si per consuetudinem, vt in Lombardia, esset introductum †, ne personaliter teneretur ire, sed per substitutum, vel pecunias soluendo, secundum

Zephalum *conf. 1. nu. 67. cum duobus sequent.* Item & si quæ aliæ sunt causæ iustæ impedimenti excusabunt, vt personaliter ire non teneatur vassallus, sed per substitutum.

¶ Ibi, *Leyes destos Reynos*, vt in l. 1. suprà isto titu. & lib. & l. 1. tit. 1. sup. isto lib. & in alijs similibus.

S V M M A R I V M.

Primogenia quæ dicantur. *num. 1.*

Dominus feudi admittendo ad fidelitatem secundo genitum non præiudicat primogenito. *num. 2.*

Primogenitis vassalli mortui salarium & terra danda sunt *num. 3.*

Primogenitus si non est idoneus Principatui moderando potest illi secundogenitum antepone-
re. *num. 4.*

Lex 10.

S V M M A R I V M.

Primogeniti filij solidum Patris defuncti, & alia lege in nostra contenta habere debent, & in eis succedere.

Ibi, SVS HIJOS PRIMOGENITOS, qui ante alios fratres sunt numerandi, Primogenia ¶ enim appellamus ius illud præcipuum, quod primogenij filij antè cæteros fratres accipiunt, vt Tiraq. *de primogen. in Præfa. nu. 1. vbi. nu. 3. cum sequentib.* pluribus probat, in successione longè meliorem esse successione primogenitorum, quam aliorum filiorum, & ibi id pluribus probat autoritatibus, quas longum esset referre, & *num. 45. cum sequentibus* aliquibus duas ad hoc rationes annectit, & sic secundum eundem Tiraq. *ibidem. 22. quæst. nu. 3.* Dominus feudi admittendo ad fidelitatem secundo genitum non præiudicat ¶ primogenito, qui ex consuetudine Regni, succedit in feudo, vt inquit expresse voluisse Alberi. *post Dyn. in l. inter quos. §. alieno. ff. de dam. insect.* & sic meritò lex nostra inquit, primogenitis vassalli mortui danda esse salarium & terram à Domino ¶ habita, vt & est text. in l. 1. & 2. C. de filijs officialium, qui in bello. *mor. libr. 12.* & hanc legem menti tenendam inquit gloss. *Si no el fyo, col. fi. versic. tene etiam menti. l. 2. tit. 15. par. 2.* vt inquit Didac. Perez, hic, sub. l. 20. tit. 3. libr. 4. *Ordin. col. 409.*

¶ Ibi, *Que fueren habiles para ello*, nam vt inquit Bald. in *Auth. hoc amplius colu. 2. C. de fidei com.* primogenitus si non est idoneus Principatui moderando ¶ potest pater illi secundo genitum antepone-
re, refert Tiraq. vbi supra, *quæst. 21. num. 11.* & cum sequent. alia in propositum prosequitur, & in quæst. 23. alia declarat similia, quæ nostræ legi adaptari possunt in ijs verbis.

S V M M A R I V M.

Rustici subleuandi sunt prout possibile erit *numer. 1.*
Milites non essent hospitandi in domo rustici nisi per diem & noctem. *num. 2.*

Militare non est delictum sed propter prædam militare peccatum est. *num. 3.*

Concussonis genus est euitandum. *nu. 4.*

Animalia rusticorum capi possunt pro mittendo blado & pane & victualibus ad Bellum. *n. 5.*

& possunt compelli ea emere. *num. 6.* debet tamen eis pretium solui. *num. 7.*

Annona præfecti possunt eligere viros idoneos, qui vadant ad emendum panem pro annona cum salario. *num. 8.*

Asinus rustici capi potest pro iustitia facienda. *num. 9.*

Lex 18.

S V M M A R I V M.

Militibus Comestibilia præstanda non sunt sine pretio, expensisque populorum non debent Capitanei & milites sustentari.



Ibi, COMAN A COSTA DE NINGVNO DE NVESTROS PVEBLOS, nam vt inquit legislator in l. 1. C. de salga. hospiti. non præst. lib. 12. nè quis Comitum aut tribunorum aut præpositorum, aut militum nomine salgami culcitræ, lignum, oleum, à suis extorqueat hospitibus, sed nec volentibus hospitibus in prædictis speciebus aliquid auferat, sed sint pronunciales nostri ab hac præbitione securi: Comitibus, tribunis, vel certe præpositis militibusque graui vexationi subiacentibus: probat etiam text. in l. deuorum. C. de metat. & epedimet. libr. 12. quod secundum Bart. in l. 2. in fi. eo. tit. & lib. 12. malè hodie seruant milites, cum deberent rustici, qui in hoc sufferunt pondus diei & æstus, releuari ¶ prout possibile esset, vt inquit Ripa in *Tract. de peste, tit. de remed. præfer. contra pestem. nu. 212. cum sequentib. aliquibus, vbi nu. 214.* cum Ioan. de Platea, inuehit contra quosdam magistros extraordinarios Ducatus mediolani, qui conuiuantur splendide expensis rusticorum, & singula milliaria singulis diebus conficiunt, vt ventrem impleant, & se omnino faginent, quæ omnia & nostris temporibus in hac nostra Hispania per milites & capitaneos ita commissa sunt, vt exemplari pæna opus esset, vt alij ab ijs in posterum se abstinerent, sunt enim subleuandi non verò opprimendi rustici præsertim tempore culturæ, neque esse permittendum quòd milites iter agentes hospitarentur in domo rustici nisi tantum per diem & noctem ¶ vt de iure est dispositum, ex dict. l. 2. deuorum. & ex l. vnica. C. de salga. hospiti. non præst. quas ad hoc allegat Ripa, vbi supra, num. 216. de quibus & per Auiles in cap. 8. prat. in glo. Dineros, & latissime per Roland. Valle, *confi. 66. num. 1. cum sequentibus Vol. 1.* vbi optima circa hæc adducit & singularia & quomodo sit domus ad hoc diuidenda, & qui excusentur ab hoc munere hospites recipiendi: Debent enim milites contenti esse stipendijs suis, & neminem concutere debent, vt eos admonuit sanctus Ioannes Baptista, vt & habetur in cap. in singulis. 86. dist. & in cap. militare. 23. quæst. 1. vbi dicitur

dicitur quòd militare non est delictum, sed propter
 3 prædam militare peccatum est, † sicut neque Remp.
 gerere criminofum est, sed ideo gerere Remp. vt
 diuitias augeas, videtur esse damnabile, & per con-
 sequens milites & capitanei debent ab his abstinere,
 etiam si spontè rustici aliquid sibi offerant, nam
 potius metu & concussione coacti videntur id fa-
 4 cere: quod concussione genus † est euitandum ex
 cap. concussione. 1. quæst. 1. & l. 1. & 2. ff. de concussio.
 Caieta. in summa in verbo militum peccata, aliter
 enim Auaritiæ genus exercetur, ex qua quidem
 Auaritia plura mala insurgunt, & præfertim mili-
 tibus, vt inquit. l. 2. tit. 26. part. 2. & ideo nimi-
 rum si capitanei & milites plura infortunia patian-
 tur, neque victoriam reportent. Possunt tamen ca-
 5 pi animalia rusticorum pro mittendo † blado pauæ
 & victualibus ad bellum, ex l. 2. C. de Nauicul. non ex-
 cus. libr. 10. quam ad hoc allegat Ripa vbi supra, nu. 121.
 & Manochi. de Arbitrar. lib. 1. quæst. 48. nu. 9. vbi
 ad Decuriones ciuitatis id ampliatur, vt possint pro
 hoc dicta animalia capere. Imo & inquit ibidem
 Ripa, nu. 122. quòd si subditi non habent animalia
 6 possunt cogi † ea emere, & Reip. commodare, de-
 bet tamen pretium † eis solui, vt tenet las. in l. Bar-
 barius, num. 36. ff. de offi. præsi. & Manochi. vbi supra
 num. 10. & sicut cum sterilitas adest, possunt præ-
 7 fectioni annonæ eligere vnum vel plures discretos vi-
 ros, qui pro comparando tritico & frumento se
 conferant in aliquas partes & prouincias & eis sine
 8 iussu Principis salarium † constituere ex l. 1. C. de fru-
 men. Alexan. lib. 11. notat. Ripa, vbi supra num. 186.
 aliter enim secundum eum ibi Decuriones salarium
 constituere non possunt de publicâ pecuniâ, ex l. 1.
 C. de præben. sala. & diximus alibi: sic & inquit Ripa,
 9 vbi supra, num. 214. pro iusticia faciendâ † de ali-
 quo delinquente potest capi asinus, Rustici, debet
 tamen tunc, secundum eum. ibi. nu. 126. cum sequen-
 tib. solui rustico huic congruum salarium, quia di-
 ci solet à rusticis, quòd dicti boues vel animalia de
 cætero non arabunt, vel si arabunt terra arata non
 germinabit fructum, quæ licet species superstitionis
 sit, tamen salarium est omninò soluendum, eò
 quòd quamuis pro causa publica bona alicuius pos-
 sint capi debet adhiberi bonum cambium vt alibi
 diximus late.

S V M M A R I V M.

Castra & oppida in bello capta Regis sunt. nu. 1. &
 n. 2. proseguitur.
 Quintum bonorum in bello captorum in recogniti-
 onem supremi Domini Regi pertinet. num. 3.

Lex 20.

S V M M A R I V M.

Pars Regibus applicanda ex rebus in bello captis
 à lege nostra designatur.

IBI, DE LOS QUINTOS. vt ex l. 5. & 7. tit.
 26. p. 2. deductum est & dispositum, id-
 que per. d. l. 5. limitatum est circa bona
 mobilia & se mouentia, nam circa immo-
 bilia vt sunt, castra, villæ & oppida, hæc omnia

ipius Regis † sunt, vt per eam asserit Aucend. c. 4. præ.
 uu. 2. & n. 4. versi. item adquisita. l. 1. & glos. Las villas,
 in d. l. 5. alia iura ad hoc allegat, & ex l. 6. co. ti. 26. pa.
 2. circa hæc & alia constitutum differentia, scilicet
 quòd si Rex in ipsomet Bello fuit præsens, tunc
 quintum deducitur antequam aliquid expendatur
 de rebus captis pro sepeliendis defunctis in bello
 illo, vel in publica subhastatione afferantur, sed si
 rex non est præsens, tunc antè hæc funeralia dedu-
 cuntur, quam quintum deducatur Regi: in rebus
 autem soli & immobilibus hæc itidem non procedunt,
 secundum dict. l. 6. in fine. In casu tamen in
 quo bellum fiat sumptu Regis, medietas captorum
 † Regi pertinet, secundum text. in d. l. 5. col. fin. &
 rationes quare quintum datur Regibus assignat
 text. in l. 4. titu. 26. part. 2. quæ in lege nostra ingeritur
 & describitur: secundum quam l. 4. & nostram,
 quintum hoc alij quam Regi competere non potest,
 cum in recognitionem † supremi domini ex
 dictis legibus concedatur, & hæc Rex ipse à se se-
 3 parare & abdicare non potest, vt diximus in l. 1. tit.
 1. lib. 4. supra, nisi ad tempus vt probat. dict. l. 4. ver-
 sic. Mas queriendo. in lege nostra inserta: de quibus
 & tractauit Pet. Bellinus, in dict. tract. de re milit.
 parte. 2. cap. 12. & 18. vbi & in 6. part. cap. 1. tract.
 an inter milites possit fieri pactum & conuentio de
 diuidendis prædijs.

¶ Ibi, En periuizio de nuestra Real preminencia, hæc
 enim in præscriptibilia sunt, vt diximus in dict. l. 4.
 titu. 1. lib. 4. supra.

S V M M A R I V M.

Dominus male tractans Vassallos potest eis priuari.
 num. 1. neque debet eos tradere inimico, etiam si
 mille delicta fecissent. numero. 2.

Lex 22.

S V M M A R I V M.

Domini Vassallis suis iniuriam aut iniustitiam
 non faciant.

IBI, Y NO LES HAGAN FVERCAS NI INIV-
 RIAS, Dominus enim male tractans vas-
 sallos † priuari potest eorum vassallagio, †
 debet namque potius repellere inithriam
 vassallo, quam inferre, vt per And. in cap. 1. qui mo.
 feu. amit. tenetur enim Dominus vassallos adiuua-
 re, vt in cap. 1. de For. fid. alleg. Alex. conf. 15. col. 3.
 versic. sed Dominus vol. 5. neque debet tradere eos
 inimico etiam si mille fecisset delicta †, secundum
 2 Bal. c. 1. §. conuentionales. in principio de pace. iur. fir. &
 Afflic. in consti. sicil. lib. 3. Rubrica. 29. §. 1. num. 2.
 & 3. & contra tales Dominos remissive retuli in l.
 8. n. 8. tit. 15. lib. 4. supra, & infra isto lib. 6. in tit. De las
 imposiciones.

S V M M A R I V M.

Vassallus alarde faciens cum bestijs & Armis alie-
 nis falsum committit. n. 1.

Lex.

Lex 25.

S V M M A R I V M.

Alarde, & sic demonstrationem armorum & equorum commodatorum facientes puniuntur, ut hic.



Bi, CON ARMAS Y BESTIAS PRESTADAS, In quo sicut & in alijs multis similibus vassalles hæc faciens † falsum committit, quod quidem est mutatio veritatis, vt l. 1. ff. ad l. Corn. de falsis. & in hoc quilibet de populo accusare potest, ex l. 5. tit. 7. part. 7. & tradit Didac. Per. hic sub. l. II. titu. 3. lib. 4. ordinam. col. 1402. cum sequentibus. vbi alia congeret per ipsum videnda, & sic titulus iste satis remanet declaratus.



T I T V L O Q V I N T O

De los Castillos, Fortalezas y muros.



T cum superiori titulo de vassallis Regis, dictum sit, quibus quidem plerumque castra, fortalitia & mœnia custodienda committi solent, idem noster sequitur titulus.

S V M M A R I V M.

Pax & quies consistit in fida castrorum & castellorum custodia. n. 1.
Castrum est membrum ciuitatis. nu. 2. vbi quid sit & quid terra plena & quid turris.
Castra ac munitiones & fortalitia necessaria sunt pluribus de causis. n. 3.
Maioriam si quis faciat de aliquo magno termino vbi habet fortalitium & nihil de eo disponat an veniet in maioriam. n. 4.
Castro concesso an censeantur concessæ munitiones & trabuchi. n. 5.
Arma posita in rebus maioratus an accrescant maioratus. n. 6.
Castrum alicui concessum an censeatur donatum vel custodiæ causa. n. 7.
Clauium traditio præsumitur facta causa loci custodiendi. n. 8. nisi vt ibi. nu. 9.
Castra & fortalitia in eis posita præsumuntur esse Regni vbi posita sunt. nu. 10. & II. & nu. 12. aliud in simili.
Rex non potest alienare castra vel fortalitia pro custodia Regni ædificata. nu. 13. & an succedet exterius in eo. nu. 14.
Dominus fortalitiij & castri pro custodia ciuitatis aut ville suæ constituti si vendat illud Regnicole, an Rex capiet pro tanto. n. 15.
Penam læsæ Maiestatis incurret alienans Regnum in hominem iniuriosum Regi vel Regno. n. 16.
Quinque considerantur ad custodiam Castrorum numero 17.
Castrum si perdat substitutus illius, qui illud sibi commisit, an excusetur committens, vel teneatur

sibi commissarium præsentare. numero 18.
Debitor soluendo creditori capto à latronibus non liberatur. nu. 19. vbi declaratur.
Castrum tenens vel fortalitium si moriatur sine lingua, cui debet tradi. n. 20.

Lex Prima.

S V M M A R I V M.

Fortalitia & castra Regni naturalibus sunt committenda & talibus, qui ea benè custodiant, & Regnum à damno eripiant.



Bi, CASTILLOS, Latinè, Castra & Castella, nuncupantur, de quibus per totum tit. 18. part. 2. plura dicuntur & statuuntur, & in conseruatione & custodia fida eorum pendet † vniuersa quies & pax regni & regnicolarum, castrumque & ciuitas non differunt, nisi sicut parua ciuitas à magna, & castrum est membrum † ciuitatis, vt in l. qui ex vico. ff. ad municip. 2 quam ad hoc allegat Afflictis, in consir. sicil. lib. 3. Rubr. 29. n. 7. fol. 124. col. 4. vbi quid sit castellum, quid castrum, quid terra plena, & quid turris. & Matien. in l. 6. glo. 5. num. 3. cum sequent. titu. 7. libr. 5. Recopil. Et necessaria esse castra ac numitiones in Regno †, & fortalitia pluribus de causis firmat Sanctus Thom. libr. 2. de Regimi. Princ. cap. 11. quem ad hoc alleg. glo. Fortalezas. in l. 1. tit. 18. part. 2. inferes ex hoc quòd si aliquis fecit maioriam de aliquo magno termino, & ibi est quoddam fortalitium de quo nihil disponit in specie, veniet in tali maioriam fortalitium †, sequitur Pelaez, de maiora. 4 i. p. q. 10. nu. 18. & 19. Et an castro concesso censeantur concessæ munitiones, vt trabuchi † & similia, dicendum est quòd sic, si ibidem sunt apposita pro perpetua castri defensione, secundum Bald. in cap. 1. §. ad hoc. de pac. iur. fir. & in cap. 1. §. si quis, de manso. col. 3. de cont. inuef. sequitur Capola, de feruit. tit. 31. de summi. nu. 12. & Tyber. Dicia. Respons. 35. n. 30. volu. 2. quòd optimè declarabis ex Menoch. de præsumpt. libr. 3. præsumpt. 99. per totam maximè.

maximè. n. 6. & ex Pelaez, de maior. 4. p. 933. n. 10. cum sequent. vbi num. 7. tractat quæstionem, an arma posita in rebus maioratus accrescant t̄ maioratui, de qua contrarium fuisse determinatum, inquit Molina, de primog. lib. 1. c. 26. n. 5. de quo dixi in l. 6. tit. 7. lib. 5. supra. Et an castrum simpliciter t̄ alicui concessum censeatur donatum, vel in feudum concedi, vel custodiæ causa dari, & in hoc Brunus, con. 87. n. 1. & 2. inquit causa custodiæ ceteri traditum, eo quod quia vbi ignoratur causa traditionis id præsumitur, cum Dominij translatio non præsumatur l. cum pater §. Pater pluribus. de lega. 3. vbi Bart. sicut & clauium traditio præsumitur facta causa loci custodiendi t̄, qui clauibus illis clauditur, vt per Lucam de Penna, in l. 3. præsump. 29. C. de Apoch. pub. lib. 10. quod tamen non habet locum, quoties præcessit titulus habilis ad transferendum t̄ dominium, vt venditionis vel donationis, vel quando verba traditionis significarent translationem Domini j, nam tunc cessat præsumptio custodiæ, secundum Menoch. de præsump. lib. 3. præsumptione. 96.

¶ Ibi, De estos nuestros Reynos, quorum Regnorum 10 Castra & fortalitia in eis posita præsumuntur t̄ esse, & Regis Regna talia possidentis iure Domini j, vt inquit tex. in l. 1. colu. 1. tit. 18. par. 1. vbi optimè glo. De derecho, sunt enim hæc hæreditas propria, secundum Auenda. cap. 4. præto. nu. 2. libr. 1. & hæc si sunt in ciuitatibus & villis ad earum defensam constituta, cedunt ciuitatibus & villis in quibus sunt, & erunt illius, cuius est ciuitas & villa, & etiam omnes munitiones prout sunt trabuchi, ballistæ, & similia, vt diximus in glof. præcedente, ex Bald. quem refert & sequitur glof. E. los castillos, in dict. l. 1. tit. 18. par. 2. vbi, inquit, quod in istis Rex & Regnum similiter habebunt fundatam suam intentionem, velut in accessorijs & pertinentijs, nam vt inquit Alta de præsump. Reg. 2. præsumptio. 20. n. 2. quem refert & sequitur Menochi. in dict. lib. 3. præsump. 100. n. 10. Castrum præsumitur eius esse cuius est 11 Regnum t̄, vbi optimè declarat Castro, oppido, & ciuitati prædia adiacentia quando præsumantur esse Princip. & Domini ipsius Castri, oppidi aut ciuitatis: notandumque itidem est Castrum probari esse territorij alicuius ciuitatis, eò ipso quod probetur illud subiisse onera t̄ illius ciuitatis, vel ibi soluisse collectas, vt per Mascari. 1. tom. de proba. concl. 271. castrum.

¶ Ibi, Naturales dellos, similis in l. 2. col. 2. titu. 18. pa. 2. & ibi glof. Conocido, aded vt neque per viam alienationis possit Rex, vel Dominus castri vel fortaliciij pro custodia Regni ædificati, illud in exteris 12 Regni alienare t̄, ex l. 1. col. 2. tit. 18. part. 2. vbi glof. 1. De fuera. legem nostram ad hoc considerat, & allegat, nè secreta Regni pandantur, vel facilius castrum perdat, & per tales exteris alij tradatur, & ibi glof. illa examinat quæstionem illam, an per vitam successionis & agnationis, mortuo possessore talis castri poterit exteris succedere, & tandem 14 verius t̄ esse concludit ex dict. l. partitarum, quod neque isto modo possit exteris succedere in tali castro, etiam si habeat chartam naturalitatis, refert Pelaez, de maior. 1. per quæst. 58. num. 16. nauisque Castello æquiparatur, ex l. 9. in fin. titu. 24. p. 2. & in exterum non debet nauis transferri, neque in ea merces exterorum portari, sed Regnicolarum, vt

dixi in l. 14. tit. 3. libr. 1. supra vbi plura retuli exteris à Regno prohibita. imo & illa l. 1. titu. 18. par. 2. versicul. E. queriendo, probat vnum singulare & alia lege non prouisum, scilicet, quod si Dominus fortaliciij t̄ & Castri pro custodia ciuitatis aut villæ suæ constituti vendat illud Regnicolæ; potest Rex illud pro tanto retrahere, quod alibi nescisse constitutum, inquit ibi glof. E. queriendo, quod est optimum ad leges retractuum de quibus in lib. 5. supra, pœnamque læsæ Maiestatis incurreret alienans scienter Regnum in hominem t̄ iniuriosum Regi vel Regno, ex dict. l. 1. versic. Lorende el que, vbi glof. A. quien ad hoc allegat gl. l. 3. verbo Castra. ff. ad. l. Iuliam maie. vbi conciliat in hoc quæsdam leges partitarum contrarias inuicem.

¶ Ibi, Que los Alcaydes sean tales que guarden nuestro seruicio y la tierra de daño, similis l. 20. titu. 32. pa. 3. & l. 6. titu. 18. part. 3. vbi quinque considerantur ad custodiam Castrorum t̄, Primo quod sint tales custodes eorum quales huic rei conueniunt, & prima qualitas ibi describitur, scilicet, vt sint nobiles, & sic De buen linaje, & itidem l. 7. eiusdem tit. & partitæ, vt & in dict. l. 6. inquit glof. 1. imò & substitutus eius debet esse eiusdem qualitatis ex dict. l. 7. vbi gl. En su lugar, vbi quærit glof. Ansi. Castrum perdat substitutus illius, qui illud sibi commisit, excusetur committens vel teneatur sibi commissarium t̄ præsentare: non tamen debet talis commissarius secundum illam l. 7. restituere Castrum illi, qui sibi illud tradidit, si tradens tunc temporis erat apud inimicos, ex quo glof. A. el mesmo, inquit ibi quod debitor soluendo creditori capto à latronibus t̄ non liberatur, si solutio fit ad commodum latronum: secus vero si in creditoris commodum vt liberaretur à latronibus. sed quid si tenens castrum, vel fortalitium moriatur sine lingua, cui debet t̄ tunc tradi, vide optimè l. 8. ri. 8. p. 2. aliter enim si potest ipse debet tenentem nominare talem vt conuenit, vt ex text. ibi colligitur, & ibi glof. 1. & qualiter castra sint defendenda vide l. 12. tit. 18. part. 2. & l. 13. & 14. ibidem.

S V M M A R I V M.

- Castra limitrophia quæ dicantur n. 1.
 Reparatio castrorum & fortalitorum in consinibus alterius requisitorum ad Regem pertinet. nu. 2.
 & n. 3. quid si in Regno. & 4.
 Dominus negligens in custodia & reparatione Castrum Rex id faciet. n. 5.
 Tempore necessitatis potest Princeps nulla præcedente monitione ipso Vasallo inuito alius castrum simul cum Vasallis custodire. n. 6.
 Rex potest Ecclesiæ turrim fortificare, Ecclesiamque belli tempore in castellare quando aliter defendi non potest. n. 7.
 Reparationum expensas tempore belli factas Rex non recuperabit. n. 8.
 Castrorum reparatione quando Reges, quando Domini, quando subditi teneantur. n. 9.
 Aedificatio, vel reparatio turrium ac murorum ciuitatis vel villæ à quibus faciendæ. nu. 10. vbi num. 11.

n. II. quid si de noua fiant, & n. 12. & n. 13. quid si expensa debet esse modica.

Muri principis autoritate, aut sententia dirupti, nunquam reparandi. n. 14.

Murus an possit construi in prædio alicuius privati eo inuito. nu. 15.

Reparans castrum desertum, vel de nouo edificans populum, ubi homines se congregant, habeat iurisdictionem in illo. ibidem.

Lex 2. & 3.

SUMMARIVM.

Castra & fortalitia in limitibus constituta expensis regis reparantur, turres autem, & muri ciuitatum, villarum, & locorum expensis, ibidem habitatorum.

- B**I, DE LAS FRONTERAS. quæ dicuntur castra limitrophia, quæ in finibus regni & posita sunt vt in l. 2. C. de fundis limitroph. lib. 1.
- 1** 10. quæ quidem in limine imperij non licet priuato habere vt per Plateam, ibi, neque ibi edificari sine principis licentia, secundum Bar. & reliquos in ea l. 2. & Brunum conf. 87. n. 18. & Menachi. de præsumptio. lib. 3. præsumpt. 97. nu. 16. & Matien. id limitans. l. 6. glos. 5. nu. 9. tit. 7. lib. 5. supr. & sic custodia talium Castrorum non est committenda priuato, secundum gloss. in dict. l. 2.
- ¶** Ibi, se reparan de nuestros dineros. hic & in l. 2. præcedente habes textus probantes, quod reparatio castrorum, & fortalitorum in confinibus alterius regni sitorum, quæ limitropha vocantur, ad regem pertinet & quæ iura ad hoc considerat Auendañus. c. 3. prætorum. n. 4. vers. in arcibus. lib. 2. & gl. De 2 comun. in l. 20. tit. fi. p. 3. eò quod sunt propria Regis, neque per priuatum possideri possunt, vt in glos. præcedenti diximus: sed si non sunt limitropha, neque possidentur per dominos aliquos temporales, quia ciuitatis, aut villæ in quibus sunt, præsumuntur esse, vt in l. 1. supra isto titu. dictum est, & sunt intra regnum in locis pacificis, ad reparationem, & custodiam tenentur vicini, & non rex, cura tamen reparandi ea regi pertinet & ex l. 10. titu. 28. par. 3. & l. 20. titu. 32. par. 3. & huiusmodi reparatio expensis 3 communibus talis populi, quæ vulgo dicuntur, Proprios de Conceio, facienda est, quibus deficientibus (& in hoc casu loquitur l. 3. titu. 6. infra lib. 7.) imponitur collecta secundum vires patrimonij vniuersiueque, vt in d. l. 10. & notat Bar. in l. ad instructionem C. de sacros. Eccles. & Alex in l. rescripto. §. fi. ff. de mune. & honor. & Auenda. vbi supra num. 4. & contribuunt etiam vici illius ciuitatis, vel villæ subiecti, vt in dict. l. 3. tit. 6. infra lib. 7. dicitur, quod si talia castra & fortalitia non sunt limitropha, & à dominis particularibus & inferioribus à rege possidentur, licet ex eis habitatores, & vicini locorum ex eis commodum sentiant, ipsi domini tenentur & 4 ad reparationem & custodiam eorum, tam tempore pacis quam belli, vt notat Angelus per text. ibi. in l. turres. C. de operi. publ. quem sequitur Iaso. sequuntur & alij relati per Auenda. dict. cap. 3. nu. 4. in princ. & Loazes in allegat. de Mula, dubi. 1. n. 17. & 18. §. & si forsan. pag. 168. & probat text. in l. 1. versic.

Vaquellos a quien los dan, titu. 18. part. 2. & rex. in l. 15. eod. titu. & part. ibi. Pero si el Señor no las hiziesse, & tenet glo. in dict. l. 20. titu. 32. part. 3. & sic princeps potest præcipere & mandare, vt castrum, cuius est dominus reficiat, reparet, atque custodiat, & in eius negligentiam & princeps illud tepearare, reficere, atque custodire valebit, vt resoluit Bald. conf. 158. incipienti, Proponitur quòd quidam locus. col. 1. volu. 3. Imo & tempore necessitatis potest princeps & nulla præcedente monitione, ipso vassallo inuito, illius castrum simul cum vassallo custodire, vt notat idem Bald. in §. quid ergo. de inuesti. de reali, fac. in vsibus feud. quia interest eius tanquam sui regni dominus, & proprietarius, de sua proprietate, & regni castris se securum facere. l. pen. ff. de usufruct. l. si ita legatus. §. Dominus & ibi notat Albericus & in l. ff. de usu & habitatione. Imo & potest Ecclesiæ turrim fortificare, Ecclesiamque belli tempore incastellare & quando aliter suæ defensionis non potest prouidere, vt notat Cynus, & Bald. in l. nullus. C. de summa Trinit. & fid. catho. idem Bald. conf. 358. volu. 1. Bonifacius in sua peregrina verbo Ecclesiam, Capitius decisione Neapoli. 17. Lucas de Penna in l. si diuina. C. de exact. trib. lib. 10. est tamen verum quod si Rex in tali refectione & reparatione tempore belli facta aliquas expensas fecerit, neque ab ipsis castrorum dominis, neque ab eorum subditis & eas recuperare poterit, tales enim expensas & refectiones tempore belli factas, cum de regis, regnorum suorum vtilitate, ac defensione agatur, facere tenentur, & ad eas minime eorum subditi, & prædictorum castrorum Domini astringuntur, nisi in casu quo principum redditus, atque marsupia non sufficerent, nam tunc & subditi & dicti Domini pro rata tenebuntur, & pro vt singuli de populo vt notabiliter voluit Bald. in l. si in aliquam. ff. de offi. proconsul. Cremens. singul. 25. incipienti si princeps Cæpola de seruitut. Urbano. c. 39. col. fi. Boerius in tractatu de Custodia clauium, & Thomas Grammat. conf. 13. colu. penult. & glos. per text. ibi. in l. 15. tit. 18. p. 2. & de Castrorum reparatione & quando Reges, quando vero Domini, quando subditi teneantur, vide Ioann. Socararis in consuetudinibus Catalonia fol. 53. in titulo qualiter datur potestas castri si castrum est destructum col. 3. versic. at vero si castrum est dirutum.

¶ Ibi, Que los reparan y labren los vezinos y moradores, hic colligitur alia conclusio quòd reparatio, & edificatio murorum & turrium ciuitatum & villarum ac oppidorum regni, ab ipsis vicinis, & habitatoribus earum debet fieri, & ab alijs qui tempore necessitatis, fruuntur murorum refugio. ex text. nostro, quem ad hoc considerauit Auenda. c. 3. prætorum. n. 6. versic. si verò agatur lib. 2. Vbi autem sunt de nouo ædificandi, secundum eum ibi, expensa fit ab vniuersitate, & cui ob id præstanda est tertia pars portagiorum, vt in l. 7. titu. 7. pa. 5. & in casu in quo ex redditibus communibus dicta reparatio esset facienda, eis deficientibus ex collecta & sunt muri reparandi ex text. in l. neque splendidissime. C. de operi. pu. & in l. omnes eo. tit. & notat Auenda. vbi supra. nisi secundum eum ibi reparatio esse parua, & modica, nam tunc ad talem modicam reparationem murorum non omnes vicini, sed illi tantum qui sunt proximiores, & habitatores circa muros, nam tales ob proximitatem habent maiorem vsum vt per Ioannes Platea in l. per vicinam. C. de excusat. nemis. conced. Muri

Muri tamen principis autoritate aut sententia disrupti nullo modo sunt reparandi, ¶ vt per Bart. in l. sacra. §. muros. ff. de rerum diuisione Faber. l. si seruus. C. de pœnis, Auendañus. d. n. 6. vers. si tamen, potestque iudex loci secundum eum ibi, versiculo item iudex, muros reparatione indigentes reparare vt in ca. sicut excellentiam. 23. q. 4. vbi idem de reparatione ecclesiarum & vide text. & ibi glos. muros l. 20. titu. 32. p. 3. vbi quærit glos. an possit murus construi in prædio alicuius priuati eo ¶ inuito. An reparas Castru desertu, vel de nouo ædificas locum vbi se congregat populus, habeat iurisdictionem in illo populo, vide Bald. c. 1. §. marchio, de ijs qui feud. dare pos.

S V M M A R I V M.

- Personæ tot ponenda sunt pro custodia castri, quot conuenient. n. 1.
- Fortalitia debet esse præmunita hominibus & omnia alia munitione. n. 2.
- Maxime tempore guerra in quo potest Rex castrum Vassalli fortificare. n. 3.
- Domini an possint compellere Vassallos suos ad custodiam castri. n. 4.
- Vassalli an possint per Dominos cogi hospites recipere. n. 5.
- Bastimentorum appellatione pro custodia castrorum, quæ veniant. n. 6.
- Priuilegium habens ad portandum salem, vbi cumque esset, an possit portare ad regnum Portugalia. num. 7.

Lex 4.

S V M M A R I V M.

Fortalitia limitropha quo tempore sint visitanda: & in vnum quodq; fortalitorum quot personæ debeant adesse, describatur in libris regijs, & arma, & munitiones necessaria apponantur ibidem & informetur de inutilibus fortalitijs, vt diruantur.

BI, PERSONAS QUE CADA ALCAYDE HA DE TENER EN LA FORTALEZA. qui quidem erunt tot, quot necessarij fuerint pro fortalitijs custodia, nam regulariter custodia ¶ secundum necessitatem ponenda est. l. sicut certo. §. custodiam. ff. commod. & probatur ex tex. in l. 9. vers. Quantos entiendo que le conuene. tit. 18. part. 2. vbi glo. 1. ita notat, & ex l. nostra itidem decerpitur, ibi. Que fueren menester.

¶ Ibi, En cada vna de las dichas fortalezas se ponga la municion, debent enim esse fortalitia præmunita hominibus, & armis ¶, & omnia alia munitione necessaria, ita vt non perdantur cum in eis maxima salus Reipub. consistat, & negligentia custodu, vel culpa eorū, si deficient, tenebuntur, vt inquit tex. in l. 1. col. 3. in fi. tit. 18. par. 2. & ex l. 9. & II. eod. tit. & Part. maxime tempore guerra quo casu potest rex castru vassalli fortificare ¶ & ibi ponere custodes secundum Bald. in Auth. nunc si h. res. C. de litigio. relatum per glo. E los. in d. l. 1. tit. 18. p. 2. Imo & ecclesiarum ædificia tali tempore potest fortificare, vt in precedenti lege dictum remanet. Et an Domini vassallorum

possint compellere vassallos ad custodiam ¶ castri, 4 nocturnā, vel diurnā. & in hoc teneo cū Iacobo de sancto Georgio, in Tracta. de homagijs in princ. n. 43. p. 2. tom. 10. Tractatum diuersorum Doct. fol. 176. scilicet, quod si est castrum in periculo tempore guerra, quod omnes tenentur ire ad custodiam, secus vero alias. Et an possint cogi hospites recipere ¶ vide Burgos de Paz consil. 2. n. 6. 7. volum. 1. 5

¶ Ibi, Bastimentos, quæ veniunt in tali occasione bastimentorum appellatione ¶, vide optimam. l. 10. tit. 18. p. 2. vbi singulariter probatur sal etiam venire eorū appellatione, qd ibi glo. La sal. inquit esse notandum, quia nō reperietur ita notabilis tex. ad hoc sicut dict. l. 10. & in facto inquit vidisse dubitari, an habens priuilegium ad portandum victualia vnde cūque ¶ an possit portare salē à regno Portugalia. 7

¶ Ibi, Que se derriben, Potest enim princeps debile castrum in hostium confinibus positum à fundamentis destrui facere, ac penitus demoliri secundum Bald. consil. 232. vol. 4. quem refert & sequitur Capitius decis. 17. n. 3. & Loazes in allegatione de Mula, in responsione ad. 3. fundamentum Oppi. de Mula. n. 9. pag. 250. in paruis.

S V M M A R I V M.

- Domus fortes prohibentur fieri pluribus de causis. num. 1.
- Domus fortes ob delictum destructæ non debent amplius reædificari sine Principis licentia. numero. 2.
- Munitio perniciofa non debet fieri in aliquo loco. num. 3.
- Barones possunt Castra in suo territorio edificare dum tamen non sint ad æmulationem. n. 4. vel nisi vt ibi & num. 5.
- Priuilegium valide concessum si post appareat noticiuum potest reuocari. num. 6.

Lex. 8.

S V M M A R I V M.

Domus fortes, & fortalitia non sunt in regno facienda, sine speciali Regis licentia, & in contrarium facta demoliantur: licentiæque regis Henrici pro his construendis concessæ reuocantur, & Virtute earum fortalitia constructa, iubet lex nostra demoliri.

NI, NO SEAN OSADOS DE HAZER CASAS FVERTES. similis est text. in l. 18. tiru. 6. lib. 3. supra vbi aliqua diximus, & ratio decisiuā nostræ legis est, tam propter damna regni, ex eis obuientia, quàm ob euitandam æmulationem, propter quàm fieri solent quibus ¶ de causis omnino prohibenda sunt, argum. l. opus nouum, & ibi Bart. ff. de oper. pub. Bald. in lex hoc iure. col. 4. ff. de insti. & iur. notat gl. En los. in l. 1. tit. 18. p. 2. vbi legem nostram ad hoc considerat. & præsertim hæc procedunt quoties tale castrum, vel domus sunt destructa propter delictum, nam tunc amplius, absque principis licentia ¶ reædificari non debent, secundum Bart. post Dylum in l. si quis adulterium §. si quis. & ibi Angelus. ff. de adult. quos refert & sequitur Benedictus in cap. Raminutus. verbo, Domum.

fol. 198. col. 3. vers. Et tales domos, de testamentis. & Afflictis in loco statim allegando. nu. 6. vbi ampliat etiam si in parte, & non in toto ex regis mandato destrueretur, nam sine eius licentia refici non posset. Et similis constitutio huic nostræ legi in regno Siciliae reperitur, vt patet ex Afflictis in constitu. Sicilia. lib. 3. Rubr. 29. n. 4. sub titu. de nouis edificijs. fol. 124. vbi nu. 5. ex Bar. in d. lopus inquit, quod si aliquis faceret munitionem in aliquo loco, quæ posset esse periculosa ¶ alicui ciuitati nõ debet sibi permitti, & idem si esset verecundia alteri ciuitati quam ei, cui subiecta & hæc est vna de limitationibus ad regulam illam, quod in solo cuiuslibet est licitum ædificare, quas descripsit Cæpola de seruit. Urbano. c. 89. Sic etiam limitat, vbi supra, Afflictis regulam illam, scilicet, quod varones possunt castra in regno ædificare sine licentia Regis in illorum territorio, nam ibi eam limitat, nisi talia ædificia ¶ fieret ad æmulationem, vel iniuriam alterius, vel nisi esset in confinibus regni, quia præsumitur suspicio futuri scādali, vel nisi ad tribulationem Reipub. vel aduersus quietem alterius ciuitatis fieret, vel nisi fieret in terra de dominio regis, vel nisi fieret in solo priuati, & præberet causam seditionis, & scandali. Nam tunc etiam de licentia ¶ Regis fieri non posset, quia publica utilitas priuatæ præfertur, & id. m. dicit vbi supra, dict. num. 5. Afflictis, si postquam factum est, tempore labente fuit causa tale castrum seditionis, & scandali, quia tunc potest destrui, sicut à principio potuit prohiberi ne fieret data materia scandali, & se-

ditionis, quia hæc paria sunt ex. l. 2. §. & generaliter. ff. de doli except. & pro hoc allegat Afflictis, ibi. text. in ca. suggestum de decimis. vbi priuilegium valide concessum, si postea potest scandalum ¶ ex eo oriri, potest ex dicta noua causa reuocari, & ibi glo. allegat alia iura, & Baldus in l. fal. C. de diu. rescrip. Platea in l. eos. C. de aqueductu. lib. 11. Imola in l. ex facto. col. 4. ff. de vulga. hæc tamen licet de iure ciuili procederet Regula, ex l. tamen nostra, & similibus in nostro regno nullo in casu licet domos fortes, & fortalitia facere absq; regia licentia, vt tenet ex nostris legibus Matienço in l. 6. glo. 5. nu. 9. tit. 7. libr. 5. supra, vbi & aliqua diximus, & ipse Matienço per totam illam glo. plura refert, & Villalobos in commu. opin. litera E. & Olanus in concordia Antino. litera C. num. 4. Vbi ex eo quod in his regnis ex ædificijs dictorum fortalitorum & domorum fortium materia seditionis, & æmulationis præstatur, idem nunc hodie quod de iure communi dispositum videtur, cum semper detur emulationis, & discordiæ ratio, ob quas neque de iure communi licebat sine principis licentia ea construere.

Lex 10.

Pro eius exornatione, vide text. vbi gl. in l. 31. titu. 18. pa. 2.

Pro legis, verò. 11. vide Tractatus de Homagijs in diuersis Doctorum tractatibus insertos, & qualiter, & quomodo sint Castella reddenda regibus per Castellanos, vide text. in l. 18. titu. 18. par. 2. & hæc pro hoc titulo sufficient.

T I T V L O S E X T O

De las Armas.

S V M M A R I V M.

Arma, secundum aliquos ab arcendo dicta sunt. n. 1.
Arma quæ dicantur, & quæ veniant eorum appellatione. num. 2.
Armati, non solum sunt tela habentes, sed & quid aliud, quo nocere possunt. num. 3.
Armorum appellatione, an veniant lapides & fustes. num. 4.
Armorum appellatione, an veniant saxa & lapides. n. 5. & n. 6. an comprehendatur cultellus. & nu. 7.

quod hæc arbitrio iudicis relinquuntur.
Arma non comprehenduntur appellatione suppelletilium, vel massaritarum. num. 8.
Arma iure Digestorum, nõ erant prohibita, & quid iure. C. & nostro. nu. 9. & nu. 10.
Arma, quis primus prohibuit. num. 11.
Armorum quotuplex vsus, & ad quid seruiant. numero 12.
Armorum, primus inuentor. num. 13.



Et cum superiori titu. de Castellis, castris & fortalitijs dictum sit, pro quorum defensione, & custodia arma sunt necessaria, ideo post præcedentem titulum, subsequitur hic noster de armis. Pro cuius Rubricæ declaratione sciendum est, quod arma ab arcendo, secundum quosdam dicta sunt ¶, quod his hostes arceantur, vel ab armis, id est humeris, quod ab his pendent: vel à verbo Græco, ἀρμύειν, quod est conuenire, quod maxime corpori conuenire debeant: de quo verbo Græco Iuriscons. ait, arma sunt omnia tela ¶, hoc

est fustes, & lapides non solum gladij, hastæ, & fræmeæ, idem Romphæx in l. 3. §. armis. ff. de vi, & vi, arm. optima. l. 7. titu. 33. p. 7. in l. armorum. 41. ff. de verb. signifi. vbi Rebusus plura de armis retulit, à quo & ab alijs necessaria ad hunc titulum & praxim colligemus. Et armatos non vtique tantum eos accipere debemus, qui tela habuerint, sed etiam eos qui habent aliud ¶ quod nocere potest. l. armatos. ff. de vi, publica, & armatos eos vocat Cicero in oratione pro Aulo Cæcina, qui scutis, telisque parati, ornatique sunt: quod si glebis, saxis, aut fustibus quis deiectus est, perinde valet, quasi armatissimi fuissent si reperirentur ita parati fuisse, vt vim

vim vitæ, aut corpori potuerint afferre. Aliquando tamen Rhetores vtrumq; exprimiunt ad vberio- rem, & certio- rem elucidationem, vt arma, tela, non tamé volūt ex hoc inferre, quin armorum appellatio sola non significet etiam tela, vt superius dictū est, sicut masculinū concipit fœmininū, & aliquando vtrūq; exprimitur, vt in l. penult. ff. de Sicarijs. Intelligit tamé gl. in Clem. ne in agro. verb. Arma. de statu monacho. tunc lapides & fustes venire appellatione armorū, quoties iā est percussio facta, ante enim percussione nō dicuntur arma, vt & sequitur, & tenet Hyppolitus in praxi. § pro cōplemento. n. 14. vbi. nu. 13. plura iura, & glossas allegat ad declarandū, quæ veniant appellatione armorum: & secundū hęc etiam declarabis dicta per Clarum in lib. 5. Recept. sent. §. fi. q. 82. nu. 4. vbi dicit qd ex communi vsu loquendi & saxa, & lapides non intelliguntur appellatione armorum, & sic edicta prohibētia delationem armorum non cōprehendunt saxa deferētes, neque itidē & cōprehenditur cultellus, ad incidendum panē, vel calamos, vt ibi per eū, & per Amædeū, in Tratt. de Syndicatu. n. 89. & Rebus. vbi supra. pag. 312. verb. Gladios. ex gl. in Rubr. C. de fabricensibus. lib. 11. & in Authen. de armis. §. pen. verb. minores. Afflict. in const. Neap. lib. 1. tit. 9. col. 2. nisi aliud esset consuetū haberi lapides, & cultellos pro armis, nā tunc pro armis haberentur, & comprehenderētur, appellatione armorū secundū Pyrrhum in Rubri. vt armorū vsus. lib. 11. Felin. in pro- cemo, Decretal. nu. 6. Card. in d. Clem. ne in agro. §. quia vero. ex quo intelliges. l. qui cōmeatus. §. arma. ff. de re milita. vbi miles arma alienās grauiter delinquit, nā nō intelligitur de lapidibus, sed de ceteris cōtentis in d. armorū, & sic etiā intelliges l. 6. tit. 4. supra hoc lib. idem probantem vt miles arma nō alienet, & sic pro subiecta materia continebuntur, vel nō lapides armorum apprehensione ex quo inquit Menochius de arum bitra. casu. 394. n. 77. hoc iudicis arbitriū relinquit & an apprehensione armorū veniant etiam defensibilia in l. 7. infra eod. dicemus Deo volēte: Notādumque est quōd appellatione, suppellectiliū, vel massariarum non cōprehenduntur arma & secundū Bar. in l. supellectili in prin. ff. de supel. lega. qd est summe notandum pro legatis supellectilium, secundū Hippolytum in pract. dict. §. pro complemento. nu. 43.

9 Vterius pro huius Rubr. & titu. & declaratione sciendum est quōd licet iure. ffff. arma portare non esset vetitum, vt colligitur ex Bart. in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi. tamé quia portatio armorum præstat causam ad violentias, & ad homicidia, vt constat ex l. si feruus. C. de his qui ad ecclesias confugerunt. & l. si quis in hoc genus. in fi. C. de Episc. & cler. & semper remouenda est occasio ad malū, vt l. unica. §. sed ne. C. de Latina liber. sol. & in l. 1. in princ. & in glo. fi. ff. naut. capo. & stabul. & l. 1. q. 1. c. emendari. & 23. q. 15. c. cum homo. & 86. dist. cap. culpam. ideo iure Codicis armorum vsus incio Principe & interdictus est, vt in l. unica. C. vt armorum vsus in Auth. de armis. colla. 6. c. quid culpatur. 23. q. 1. c. 2. de vi. & honest. cleric. & in Const. Neapolit. lib. 1. tit. 9. & ibi glo. verb. Deferre. & Afflictis late ibid. & Hippolyt. in Pract. §. pro complemento, per totum, & Didac. Perez in l. 2. tit. 14. lib. 2. Ordin. col. 539. & Decisio. Perusina, Iosephi. Ludouici. 31. per totam. Menoch. de arbitra. lib. 2. Centuria. 4. casu. 394. nu. 18. cū plurib. sequent. & Soci. Reg. 30. & Dueñas in suis regulis & fallentijs, regula incipienti, Arma. & Plaça de delictis. c. 8. num. 1. vbi plurima referunt in propositum. & arma ne in vrbe es-

Tom. 4.

sent, Seruius Tullus omnium primus statuit & secundum Menoch. vbi supra. num. 20. ex quo Poeta libr. 1. Elegiarum. 10. Elegia contra inuentorem ensis hos versus annexit.

Quis fuit, horrendos primum qui protulit enses?
 Quam ferus, & vere ferreus ille fuit:
 Tunc cades hominum generi, tunc praelia nata,
 Tunc breuior dira mortis aperta via est.
 Aut nihil ille miser meruit, nos ad mala nostra
 Vertimus, in sauas quod dedit ille feras.
 Quis furor est, aliam bellis accrescere mortem?
 Imminet, & tacito clam, venit illa pede.

Hęc tamen licet ita esset iure ciuili Codicis, prohibita delatio & vsus armorum sine Principis licentia, in pluribus tamen casibus licebat eis vti, relatis per Afflictis d. lib. 1. costi. Neapol. Rubr. 9. de illicita portatione armorum. n. 4. cum sequentib. plurib. & Hippolyt. d. §. pro cōplemento & Rebus in l. armorum apprehensione. ff. de verborum signific. & Menoch. vbi supra. n. 58. cum sequent. & Ioan. Redin de mai. princ. n. 187. cum seq. aliquibus, & Plaça de delictis. c. 8. n. 27. & Socin. d. Reg. 30. quas tamen limitationes referre non est necesse, cum ex l. 4. infra isto tit. & libr. sit iam permiffum, tam intra ciuitatem quam extra, siue itinerado siue non portare enses, & pugionem sine pœna, & sic est innouatum de iure regio, vt aduertit Didac. Perez in l. 2. tit. 14. lib. 2. Ordin. col. 540. in princ. & Villalobos in Antinomia iuris ciuili. & regij. verb. Arma. & Dueñas in suis regulis, regula. 55. nu. fin.

Item notādum quod armorum quædam & ad nocendum, quædam ad tegendū, vel ad vtrumq; parata esse tradit Cicero pro Cæcina: & ad defendēdum sunt scutum, clypeus, parma, vmbō, Thorax, cili- cium, lorica, castis, Galea, & similia. Ad nocendum vero, sunt ballistæ, colūbricæ, & aliæ machinæ, alia vero ad vtrumque, vt ensis, gladius, spatha, hasta, pugio, & similia, & vocantur offensibilia, de quibus in l. 7. infra isto tit. & lib. & de primo vsu armorū & qui prius arma inuenerint tradit Polyd. Virgil. lib. 2. de inuento rerum. c. 1. & sequent. & Plin. & alij relati per Redin, vbi supra. nu. 206. vbi nu. 205. quis primo ea meditauit, & num. 204. plures Doctores materiam armorum tractantes, & hęc pro Rubrica.

Lex Prima.

SUMMARIVM.

Arma vnusquisque debet habere secundum ordinem, & formam nostræ. l. quæ cum longa sit, aliter summari non potest, & breuiter ab ea nos expedimus aliqua aduertenda per Reges, ac Principes significando.



Bi, POR QUANTO. Cum hęc lex in manum veniret cōmentanda in hoc mense Iuni præsentis anni. 1589. successit inuasio Regni Portugaliæ per Don Antonium præsumentem, & fingentem se esse Regem dicti regni & pro recuperatione eius reuertentem, qua imminente inuasio, & audacitate compulsi sunt prælati, Duces,

Duces, Comites, ac Marchiones consuetas lanceas præstare, & populos arma mouere, & cum hæc intentarentur vix equi, & arma reperta sunt, tanta enim est armorum penuria in Hispania, vt reperirètur, neq; archabusia, & quod magis est, quod neque lorica, armata pectora, & id genus alia non puluis sulphureus (hoc est poluora) non reperiebatur, & audiui hoc in tempore, sthachum esse impositum vt nullus alius, quam vna & determinata, ac nominata persona sulphureum puluerè facere, neq; vendere auderet. Quæ quidem oia, vel ex eo procedunt, quod lege cautum habemus quod nullus audeat, archabusio volatilia, apros, ceruos & similia occidere, neque in itinere portare archabusium quin à gebellinis, & iustitiæ gubernatoribus vexatur opponendo, *Que no es de marca, o le lleua armado, o es de fuera del Reyno, o si caça con el.* quibus ita homines molestant, vt nullus audeat, neque in domo etiam, archabusia & similia habere, neque possunt omnes si sthanca sulphurei pulueris facta sunt, cum necessario sit talis puluis cariori vendendus precio, quam videretur si oēs facere, vendere, ac tenere illum possent. & sic lege regia esset cauendum omnes tenere posse archabusium, & similes munitiones, & portare libere per itinera quolibet modo, dum tamen sit mensuræ limitatæ, & occidere quælibet syluestria animalia & volatilia, quolibet tēpore, dum tamen non sit in tempore *De la cria*, nam vltra quod esset causa oēs se exercendi in his ministerijs, & habendi archabusia, & similia arma, credo, equidem carnes alias arietum, bouum, & similibus viliori precio, & & in abundantia reperiri posse vbilibet, nā aprorū, & ceruorum, & similibus siluestrium animalium carnibus, & volatiliū, hominum maxima, & maior pars sustentari possent, & sic euitari aliarum carniū sumptus, & expensæ, item oēs hæc arma habebunt, & exercebūt, præsertim si sthaca (si quæ facta sūt) sulphurei pulueris tollerentur, & ab omnibus fieri, & vendi permitteretur.

S V M M A R I V M.

Arma permissa portari, an clericus portare poterit.

num. 1.

Arma etiam permissa possunt capi à clerico sacrorū ordinum ea portante per iudicem secularem, siue de die, siue de nocte. n. 2. pecuniaria tamen pœna coram ecclesiastico est petenda. n. 3. & n. 4. an talis ecclesiasticus puniet eum pœna ordinaria, & nu. 5

Arma permissa poterunt clerici itinerando portare.

num. 6.

Clerici in minoribus exercentes arma, an perdant fori priuilegium. nu. 7.

Ensis denominatio, remissive in num. 8.

Lex 4.

S V M M A R I V M.

Ensem, & pugionem potest vnusquisque afferre sine pœna.



BI, MANDAMOS, lex hæc est correctoria legum iuris antiqui, de quibus diximus in Rubrica huius tit. prohibētes delationem armorum indistinctè, vel (vt melius dicam) est hæc declaratoria, & limitatoria legum antiquarum, sci-

licet, quod hæ antiquæ leges prohibentes arma deferri, non procedant, quoad enses, & pugionem, hæc enim deferri possunt sine pœna, & ad hoc allegat Ioann. Redin, de Maiestate principis. n. 203. vol. 16. tractatum diuersorum Doct.

¶ Ibi, *Que cada vno*, sed an clericus poterit hæc etiã arma à lege nostra permissa ꝑ deferre? & dicendū est quod non, clericis enim omnia arma prohibita sūt ex text. in c. clerici, de vita & honestate cleri. & ibi gl. & Doct. & in Clem. 1. eod. tit. & per totū 14. q. 8. Arma enim clericorū lachrymæ sunt, vt in c. conuenior. 2. 3. q. 8. & in c. porro. vbi gl. 16. q. 4. gl. in c. ex multa §. fi. de voto. & cum de iure Cano. id clericis sit prohibitum non censetur alteratum per l. nostram, neq; poterat alterari, cum in alienam messem non sit manus regia mittēda, nisi vbi id, ab ipso iure canonico, vel à Vicario Christi summō Pōtifice esset cōcessum, & tradit Plaça de delictis. c. 8. n. 25. & hoc adeo verū est, q̄ si clerici sacrorum ordinum reperirètur arma portare in ciuitatibus, & populis, siue de die, siue de nocte: etiam à lege nostra permissa, possent optime iudex secularis ꝑ illa tūc capere, vt per Didac. Co-uar. in Practi. q. 33. n. 7. quem (hoc passim obseruari testando) refert Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 36. nu. 26. & nouissimè post hæc scripta prodijt in lucē opus vtile practicarū. q. D. Gutierrez. lib. 1. q. 12. n. 6. ita tenentis, & Plaça de delictis. c. 8. n. 26. Pecuniariã tamen pœnã, si quæ adesset, vel arma ipsa iuris ordine seruato, & ita informa Iudici procedēdo nō possent secularis ab eis exigere, sed corã iudice ecclesiastico esset petenda ꝑ vt per Plateã in §. item lex Iulia Instit. de publicis iud. & Did. Perez, in l. 2. titul. 14. lib. 2. Ord. col. 541. & Iuliu Clar. vbi sup. & Pala. Rub. & alios relatores per D. Salcedo in practica Canonica Bernar. Diaz in additio. ad. c. 55. vers. pro quo etiã mire facit, cū seq. cōtra Redin, ibi allegatū cōtrariū male tenentē, & Respōdet optime ipse Salcedo fundamētis doctoris Redin, & aliorū, ibi, relatorū & Did. Perez vbi sup. & Menoch. infra allegādus, & Doctor Paz, in sua Pract. & licet apud Gallos secundum Clarum, vbi supra, & Salzedo, vbi supra, versiculo apud Gallos aliud seruetur, non est Gallorum mos, in hoc attendēdus. Sed an iudex ecclesiasticus clericum talem puniet ordinaria pœna pecuniaria à lege ciuili imposita clerico arma portanti? ꝑ Clarus, vbi supra, inquit q̄ sic, & q̄ tenebitur ecclesiasticus eam illi imponere, nam si secundum communiorem opinionem assertam per Clarū dist. n. 26. in princ. clericus tali lege regia ob cōmunē, & publicam vtilitatem ligatur ꝑ tenebitur iudex suus eam illi imponere, & hoc mihi verius videtur, licet non ordinariam, sed arbitrariam pœnam in hoc, & similibus casibus iudices ecclesiastici imponere soleāt secundū Salzedo, vbi supra, vers. Tertiò, minimè pag. 170. in nouissima impressione, & hæc conducunt ad l. pen. & si. infra isto tit. corporali tamē pœna nullo modo plectetur clericus, vt per Clarum, & Salzedo vbi supra, & refert etiã hæc Menochius de arbitra. casu 94. nu. 31. cum. 2. sequentib. Itinerando tamen poterunt clerici arma permissa portare pro defensione ꝑ suæ personæ, vt per Hippolytū in Practica. §. pro cōplemento. n. 4. & an clerici in minoribus exercentes arma ꝑ perdāt priuilegium Fori, vide Redin, de Maieft. Princip. in c. non armis. p. 2. n. 174. vol. 16. Tractatum.

¶ Ibi, *Pueda traer vna spada*, Ensis ꝑ denominatio- nem descripsit. l. 4. tit. 21. p. 2. vbi idem in ense circa defensores

defensores patriæ statuebat lex hæc Partitarum, & pœnam, alia arma quam hic expressa portantis, vide in l. sequenti, sed conuersi regni Granatæ, & sic Moriscos, non possunt vlllo tempore enses, neque pugionem portare, ex legibus nouis regijs De los Moriscos.

S V M M A R I V M.

Iuueni scandaloso potest interdici delatio armorum. numero 1.

Campana si non tangatur an perdet arma deferens ultra horam. nu. 2.

Verba simpliciter prolata à lege vel statuto debent intelligi simpliciter & proprius. n. 3.

Forma vbi est substantialis non impletur per æquipollens. nu. 4.

Plura vbi requiruntur si vnum deficiat nil fit. nu. 5.

Repertus in nocte iouis aut veneris sancti cum armis permissis non perdet ea, quid non pulsatur campana. nu. 6.

Quid si ante horam consuetam tangatur campana & post horam quis ferat enses, an perdet illum. n. 7.

& nu. 8. quid si stabat in parte remota, ita vt exaudire campanam non potuit, & nu. 9. quid si est surdus.

Ense perduto an censetur perdita vagina. n. 10.

Prohibitum vbi non potest portari sine permissu perduto prohibito censetur & perditum permissum. n. 11.

Alguazelo vel officiali, an credatur quod tempore vetito arma cepit. nu. 12.

Clerici, aut sacristæ, si post sonum campanæ arma portant, capi ab eis possunt. n. 13.

Apprehensio an requiratur illius, qui arma portat. nu. 14.

Arma si quis non habeat in manu, sed in terra, iuxta se, an perdet ea. nu. 15.

Lex 6.

S V M M A R I V M.

Arma de nocte non portentur, nisi in casibus hic expressis.

Ibi, REBELVEN RUYDOS, propter quod potest iuueni hæc facienti interdici delatio armorum, vt per Rebuf. in l. armorum apprehensione, in fi. ff. de verb. signific.

Ibi, Después de tañida la campana de Queda, sed quid si non tangatur, videtur quod & ad huc tunc perdi debeant arma, quia consuetudine debet attendi, hora tamen consuetudine puliandi campanam est per. l. nostram assignata, ergo quauis non pulsatur lapsa illa hora: idem erit, ac si pulsata fuisset, argum. traditorum per Euerardum in loco ab vilitatis, vbi in versic. hinc etiam est, qd si dicat statutum pag. mibi. 440. in antiquis, & Angelus de Maleficijs, in parte de nocte. n. 4. ita videtur tenere; contrarium tamen in proposito nostræ l. tenendum credo, nã lex nostra vt arma permissa portari possint solùm considerat sonum campanæ, & horæ assignatio nõ est quoad limitationem termini, vsquequo arma portentur, sed tantum per quæ terminum & quando debet incipi sonus campanæ, & finire, & sic tanquam forma requisita sonus campanæ est attendendus, non vero horæ assignatio ad pullandam campanam, id enim

q principaliter disponit, est attendendum, nõ vero quod secundario, verba enim simpliciter probata à lege, statuto vel homine debent intelligi principaliter, & proprius, nõ secundario, vt per Bald. & Paul. 3 in l. 1. §. huius studij. ff. de iustitia & iur. & plura per Tirac. in Tract. res inter alios act. n. 5. cũ pluribus sequentibus hic autem principaliter disponitur, & proprius, q post tactum, & sonum campanæ non possint arma portari, & licet post assignetur tempus tangendi, id secundario disponitur & in consequentiam, igitur visitata tunc nõ sunt consideranda: item lex pluries geminat verbum illud, Tañida, y se taña. & ibi, I si despues de tañida, geminatio autem in iure plurimum operatur, ita vt ex geminatione colligatur voluntatem determinatam disponentis esse, vt omnino attendatur geminatio ex late dictis per Docto. in l. Ballistas. ff. ad Trebel. & Euerardum, in loco à geminatione. Forma q; data à l. est omnino seruanda, neq; est ab ea recedendum. Itẽ l. nostra copulatiue duo requirit, scilicet, vt campanæ sonitus fiat, & hic sonitus sit à tali hora vsq; ad talẽ, & hæc est noua forma, & dispositio modificatiua, & limitatiua, vbiq; autem lex aliquid introducit de nouo, cum certis modificationibus, censetur omne introductum esse, de forma substantiali, ita vt omnia forma corruat actus, adeo vt per æquipollens impleri nõ possit, vt dixi in l. 1. n. 26. tit. 4. li. 4. Recop. & vbi plura requiruntur adesse, si deficiat vnũ nihil fit, debet enim omnes qualitates requisitas verificari secundum Clau. 4 nu. lib. 5. recept. §. fi. q. 85. vers. vbi agitur. nu. 9. nã copula requirit vtrumque copulatum verificari ex text. gl. e. Docto. in l. 1. ff. de iust. & iur. & ex argumẽto à coniunctis, & copulatis, & sic hanc opinionem tenet Bonif. in Tract. de Malef. rit. de forma libelli. nu. 80. ex quo inquit Iul. Clar. in praxi. lib. 5. §. fi. q. 82. n. 5. qd si in nocte iouis, aut veneris sancti, quibus nõ pulsantur campanæ, & 6 repertus quis fuerit cũ armis nõ perdet ea, & Albericum & doct. ita tenere asserit. Ex quibus etiã infero qd cũ lex nostra sonitum campanæ requirat, & certa hora tangendæ, qd si ante horam illam tangatur, & in hora determinata, nõ habebit locum pœna nostri text. contra portantem arma, vt expresse inquit Bonifacius, vbi supra. n. 81. quia preposteratio ordinis vitiat actum, vt per Hypolit. in Pract. §. secundo, per tot. maximè. nu. 72. Sic etiã inferitur, quod si quis sit in parte ita remota vt exaudire tunc campanam non possit, quod non incurret 8 nostri text. pœnam, vt per Ange. de Malef. in d. verb. De nocte. n. 4. quod ego intelligerem esse verum, nisi iste talis iam de nocte exiens ad ambulandam per ciuitatem contulit se in partem remotam, vel in campum, vbi multum se detinuit, vel extitit in conuersatione aliorum, & vocibus aliorum non audiuit campanam tunc enim eum non excusarem, imputet enim sibi qui tam longe se contulit, vel in tali loco, vbi exaudire non potuit. Sed si esset homo veniens ex itinere & intrauit ciuitatem pulsata iam campana: iste talis excusandus est etiam si eam audiret, & multo magis: si non audiuit, & ex hoc text. nostro permittente arma portari de nocte, euntibus ad labores, & similia: & ex dictis per Gandinum relatum per Cepol. consil. crimi. 13. n. 24. & 25. inferitur etiã quod surdus à natura, 9 stræ, l. post pulsatam campanam hora consuetæ, tenetur enim. l. nostram scire, quidquid vnum surdum ab alio distinguat Ange. hict. numero 4. & an perduto ense, censetur perdita vagina, & Bald. 10 per text. ibi in l. cum proponas. C. de nau. scianore, inquit

inquit quoddam non, quia commode ab ense separari potest, resque licite portata cum illicitis non confiscantur secundum *Auiles. c. 52. pratorum.* verbo, *En la tierra. n. 1.* & quia res quae sine corruptione subiecti separari possunt non sunt perditae, ut per *Ripam in Tractatu de peste. tit. de remedijs ad cons. nu. 130. fol. 21.* & *Mexia in pragmat. Tassa pannis, conclu. 1. glo. 1. nu. 15. fol. 13.* in hoc tamen contrarium est tenendum, & in pract. communi sic receptum videmus, nam & vagina talis ensis perditur sicut ensis perditur, & hoc fundatur ex doctrina *Barto. & Paul. in l. cotem. ferro. §. dominus. ff. de publica.* & *vel. dicentium quod ubi prohibitum non potest portari, sine permissio, perditio prohibito, censetur* † & perditum permissum illud, in quo prohibitum portabatur, & sic perditis mercibus adductis in nauis, & ipsa nauis, & saccus ubi portantur, perduntur, nisi nauis vel saccus esset alterius ignorantis, nam tunc posset suam nauim, vel saccum petere, nisi aliud statutum, vel consuetudo disponderet, & tunc ille recuperaret damnum à conductore nauis, vel animalis. Est tamen singularis quaestio num credetur officiali, vel alguazello, quod tempore vetito arma capta fuerunt †, vel quod erant arma vetita, & prohibita? & videtur quod sic, dictum enim notabilis viri inducit iustissimam credulitatem, secundum *Bald. l. iudicia. C. de crimi. vindi.* credendum est enim bono viro, ut per *glo. l. Titio, cui fundus. ff. de cond. & demonst. Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de noui oper. nuntia. bene facit tex. in c. nobilissimus. 87. d. Alex. con. 311. volu. 2.* In contrarium tamen est veritas in nostra quaestione, imo quod non sit ei credendum, quia officialis quando aliquod delictum committitur in sui praesentia, debet primo examinari facere testes de delicto commissio coram se secundum *Angel. in l. 2. in §. ff. de ferijs.* & allegat aliqua ad hoc, & *Bald. l. illicitas. §. veritas. ff. de officio prae. & Butrius in c. vestra. fin. colu. de cohabit. clerico, & mul. & sic debet facere iste officialis qui reperit illum portare arma, vel scribi facere eius confessionem quod officialis reperit eum cum armis prohibitis, vel cum permissis hora tamen prohibita, & post sonum campanae, & sic fit quotidie, & ita in expresso referens *Angel. & supra dictos tenet Afflicis in constit. Neapolita. li. 1. Rub. 9. nume. 28. fol. 51. in magnis.* & si quis pluries in vna nocte, cum armis vetitis, vel tempore vetito reperiatur, pluries possunt ei arma capi, ut per *Anil. cap. 29. pratorum glo. in eod. n. 8. fol. 212.**

¶ Ibi, *Las nuestras justicias se las quiten.* Non tamen possunt ob hoc incarcerari nisi sint clerici, aut sacristae, nam ij si post sonum campanae percurrunt ciuitates, & populos de nocte capi personaliter possunt, & suo iudici sic capti † praesentari quam primum fieri poterit, ex textu, in *l. 9. titu. 3. li. 1. supra.* debent tamen, si de facto incarcerentur, relaxari etiam patre, vel confocio fideiubente, ut per *Hypoli. vbi supra. n. 29. in pract. crimi. §. pro complemento.* Notandumque est etiam ex ijs verbis, quod requiritur apprehensio, aliter enim denuntiari non potest de tali ultra horam vetitae arma portante, † ut per *Bar. in l. si Barsatorē. C. de fideiusori. quem communiter sequuntur Doct. teste Bellom. cons. 49. n. 2. & Iul. Claro alios allegate & test. n. 1. sic visu esse receptum in practica. §. fin. q. 82. de statutis pœnalibus in genere. statuto. 6. n. 1. & Menochio de arbitra. casu 394. nu. 49. & Hypolito in pract. d. §. pro complemento. n. 2. 7. vbi has limitat vno modo ex *Bald. in l. iudicia. ff. de his qui not. infam. ut non pro-**

cedat quoties fuit inuentus cum armis, hora prohibita, & sic in actis describi fecit pro vt in singulari. 395. ipsemet Hypolitus dixit, licet ego non firmo quoad nostrum propositum cum apprehensio requiratur; & sic reperi post hæc contra Baldi limitationem tenere *Mexiam in prag. panis, conclusio. 1. n. 33.* licet latruncutores aliud obseruent, & plura in propositum refert *Cæpala in l. si fugitiui. nu. 72. & 79. & 84. C. de seruis fugitiuis, Ripa de peste, titu. de Remed. ad cons. Vber. ca. 1. venio nunc admodum. nu. 104. Anto. Gom. l. 4. Tau. nu. 48. vbi ponit vnam quaestionem, cuius decisio mihi pro nunc non satisfacit, & sic contra *Anto. Gom. faciunt dicta, per Hypol. in d. §. pro complemento nu. 24.* Dubitat tamen ipsemet Hypoliti. *ibidem. nu. 28.* quid si inuentus fuit aliquis non habens Arma in manibus, sed erant in terra iuxta pedes ipsius inuenti tacta iam campana per horam à lege nostra signatam, an perdet ea, † & *Bal. in l. 2. §. 1. ff. de offi. prae. vigil. inquit quoddam sic, quia praesumptio est contra eum, & si tunc plures essent iuxta arma illa, omnes punientur alia pœna contra portatores imposita per legem aut statutum, licet solutio vnus omnes liberaret, Romani tamen opinio, ibi pro Hypoliti. relata, erit tenenda, scilicet, quod nullus puniatur, cum sit dubium quis proiecerit illa arma tamen cuiusque fuerint, perditae erunt, & tenet *Plaza, de delict. c. 8. nu. 17. in fine.***

¶ Ibi, *Para que se sepa, dic per partis confessionem, vel testium probationem nam ipsi alguazello non credetur, ut iam diximus.*

S V M M A R I V M.

Differentia inter arma & armaturam, & arma offensibilia vel defensibilia. num. 1.

Arma offensua & defensua an veniant prohibitis armis. n. 2.

Lex 6.

S V M M A R I V M.

Vbi Arma simpliciter sunt prohibita non solum offensua, sed defensua prohibita censentur.

Ibi, *FVERE TOMADO, & sic apprehensio requiritur, ut diximus. l. 5. supra eodem.*

¶ Ibi, *Armas offensuas y defensuas, differentiam inter arma & armaturam, † & defensibilia & offensibilia, vide per. l. optimam. 4. & 10. titu. 21. & l. 3. tit. 23. p. 2. & per Rebus. in l. armorum apprehens. pag. 311. ff. de verborum significa.*

¶ Ibi, *Las vnas y las otras las ha de perder, nisi lex nostra id disposuisset, de iure armis prohibitis solum offensua, † non verò defensua prohibita censentur, secundum *Angel. in l. armatos. ff. ad l. Iuli. de vi publi. & Carol. à Grassallis, alios allegantem, lib. 2. regal. fran. iure. 17. pa. 102. in paruis, & Hypoliti. in pract. §. complemento. nu. 14. & 19. vbi quid esset de iure Codicis declarat, & Rebus. vbi supra. pag. 314. vers. 2. & Iosephū Lodo. decisio. per us. 31. n. 4. & comunē testatur *Clarus. lib. 5. sententia. §. si. q. 82. statuto. 6. n. 3. & Villalobos in Antinomia iuris, litera, A, num. 73. & Auenda. in dictionario, verbo, armadura, ex nostra tamē lege communis hæc destructa est, ut aduertunt Hispani dicti,***

plaza de delictis. c. 8. nu. 9. & Ioan. Redin. in Tractat. de maiestat. prin. num. 178. cum. 2. sequentibus, & precedentibus, volu. 16. tracta. diuer. Doct. vbi in numeris. 183. cum. 4. sequentibus, inquit hoc esse verum quoties arma defensibilia cum offensibilibus geruntur, nam tunc omnia perdita sunt, secus si defensibilia tantum portentur, nam tunc non sunt perdita, & placent eius rationes sed in practica male admittentur à iudicibus.

S V M M A R I V M.

- Milites & doct. portantes enses ultra mensuram puniri poterunt. n. 1.
 In casu nostræ legis non requiritur apprehensio ad incurrendam eius pœnam. n. 2.
 Domi an haberi poterunt enses ultra mensuram nostri tex. nu. 3.
 Forensis an legis nostræ pœna comprehendatur. numero 4.
 Arma prohibita portans regulariter ea perdit. numero 5.
 Officialis inueniens aliquem cum armis prohibitis potest illa frangere. n. 6.
 Mandans alicui vt secum eat cum armis, ob quod arma sunt ei ablata an tenebitur mandatarius pro armis suis. nu. 7.
 Commodans alicui enses ad se vulnerandum cum alio perdit eum. n. 8.
 Alguazellus permittens enses contra leges deferre ex quo rixæ oriuntur, qua pœna punietur. numero 9.
 Officiales iustitiæ si aliquos viderint rixari volent es prohibere debent. n. 10. & 11.

Lex 9.

S V M M A R I V M.

Longitudo seruanda circa enses portandos à l. nostra describitur.

IBI, NINGVNA PERSONA, sed milites & Doct. & officiales iustitiæ, & alij qui tempore, quo arma prohibita erant, poterant ea portare, de quibus per Docto. in l. 4. & 5. supra eodem, per me allegatos, & per Duenas in Regula. 55. ex lege nostra & eius pœna puniri poterunt, si ultra mensuram nostri tex. enses portauerint, & crederem intrepide quod puniretur pœna nostræ l. nam vniuersalis hæc & negatiua neminem excludit, tum ob publicæ utilitatis causam, tum quia indiffinitiuæ æquipollet vniuersali, tum etiam quia itinerando non licet vlli hunc enses immoderatum portare ultra nostri tex. mensuram, quod tamen licebat in tempore, quo erat prohibita armorum delatio, neque itidem licebat per personas illas alias priuilegiatas nostri tex. mensuram excedere, & ita videtur mihi tenendum, & id clarius ex verbis sequentibus colligitur, ibi. De qualiquor calidat, y continon que sea

Tom. 4.

Ibi, De traer ni traya espadas, ex ijs verbis notandum est in casu eius non requiri apprehensionem ensis contra mensuram nostræ. l. portatæ, sed sufficere probare portasse, quia hæc. l. non requirit apprehensionem, sed portationem, quo casu non requiritur apprehensio, secundum Ioann. Redin. optime in tractat. de maiestate, prin. numero. 194. volum. 16. tract. diuer. Doct. vbi num. 195. inquit & bene quod si inuenitur cum ea, sufficit in actis scribi etiam si non apprehendatur, & alibi dixi, & Caspol. l. si fugitiui. nu. 72. cum sequentibus. C. de ser. fugiti. & Plaza de delictis. c. 8. num. 19. vbi ita tenet & distinguit in quest. illa an visus cum armis & fugiens in domum suam possint sibi capi à iudice cum insequente, & inquit quod si requiritur adprehensio non, sin minus sic, sed an domi haberi poterunt, videtur quod non ex l. 1. & ibi glos. ff. ad l. Iuli, de vi. & ex auth. de armis, quæ iura ad hoc allegat ultra alios Duenas. d. Regul. 55. nu. 3. sed contrarium in propositum nostræ. l. est verius & tenendum, tum quia lex solum portationem ensium ultra mensuram nostri tex. prohibet, ergo non includantur domi existentia, tum etiam quia leges illæ. 1. authen. de armis, loquuntur, quoties in genere arma prohibita sunt, ita vt nullorum sit licitus vsus, nos vero loquimur circa ensis portationem longioris mensuræ à nostro tex. declarata, tum etiam quia dicta l. 1. circa hoc non est in vsu, secundum Angel. ibidem num. 4. teste Claro, in d. q. 82. statuto. 6. nam. 7. & ita tenendum est, sed quid erit in homine forensi an legis nostræ dispositione includatur, & in hoc Hypol. in pract. d. §. pro complemento. n. 23. inquit quod sic, eo quod per totam Italiam sunt statuta prohibentia portare arma, sed melius dixisset, quod, quia iure communi est prohibita armorum delatio, ligentur, & idem voluit Marika. Afflict. in lib. 1. constitutu. Neapoli, Rubric. 9. num. 24. fol. 50. ex Alex. consil. 86. volum. 4. eo quod exterus tenetur se informare de legibus regni, ego tamen dicerem quod cum in regno nostro ex l. 4. supra eod. sit permilla ensium & pugionum portatio, licet ensis mensura per l. nostram sit apposita, excusabitur talis forensis pœnis nostri tex. enses longiorem portans, nisi diu moram in regno traxerit, ex quo presumi possit l. nostræ scientia, vt & voluit Afflict. d. n. 24. vbi tandem allegat plures tractantes an statuta ligent forenses, & late per Tiberi. Decia. consil. 71. num. 34. cum pluribus alijs volum. 2. quoad nostram tamen legem dicta tenerem, & faciunt dicta per dictum Afflictis, vbi supra Rubri. 10. n. 1.

Ibi, Perdus, hoc enim regulare est, quod portans arma prohibita debeat ea perdere & ita consuetudine seruari inquit Hippoly. in d. §. pro complemento num. 12. & Plaza de delictis. ca. 8. num. 22. vbi inquit præxiu hanc rationem sumpsisse à glos. domi. l. 1. ff. ad l. Iuli, de vi publi. cuius meminit Ias. in §. ex maleficijs. n. 81. de actio. Barba, de prest. Cardi. 2. par. nu. 28. inquit enim Paris desynde. quod officialis inueniens aliquem cum armis prohibitis potest illa frangere, & vt eos refert & sequitur Clarus. d. q. 82. statuto. 6. num. 9. & afflictis in d. Rubri. 9. num. 26. Iubium est an mandans alicui, vt secum eat cum armis, & arma eis per iusticiam sint ablata, tenentur nec mandantis pro armis suis, glos. no tar in l. quoniam. C. ad l. Iuli, de vi publi. tenet quod non, quia in re turpi non contrahitur obligatio. §. illud quoque inf.

H. 4

inst. manda. l. si remunerandi §. rei turpis. ff. manda. Abb. in c. bona cl. 2. num. 14. de postu. pral. Bar. tamen & Fabi. Alberi, & Salice. in d. l. quoniam. distinguunt, nā aut erat causa licita, quia accedebat ad indulgentias & similia, & tunc tenetur ad refarciendū damna, secundum Abb. & Inno. in ca. sicut, de iure iurando, aut vero ad causam illicitam, vt ad se verberandum cum alio & tunc non recuperat, vt per Ioann. Fabrum in dict. §. illud, Bald. l. fin. de fideiussō. C. mand. Specula, titu. de iudic. §. specialia, in fine, refert & sequitur Rebus. de priuile. scholar. priuile. 21. vers. item aliam, vbi, in fine inquit, quod commodans alicui enssem ad se verberandum cum alio, non recuperat

8 eum † ex. l. si ut certo. §. sed interdum. ff. commoda.

¶ Ibi, *Que la tomare*, sed quid si alguacellus permittat enses contra l. nostram deferri, vt inde aliquid iniustum reportet, vel rixā oriantur, qua pœna punietur, † & in ijs & similibus, inquit textus. in l. si quis barbaris. C. de re mili. lib. 12. quod viuus concremetur, quem ad hoc notat Paris de Puteo, in tract. Syndic. verbo, familiaris. c. 3. incipi, an ex eo quod,

n. 8. vbi inquit quod diuidentes prædam officiales comburi debent, vel si aliquem seducant, vt se armet, vel faciant contra deuentum, dicendo quod secure poterit, & post eum capiunt, nam viuus deberet comburi ex dictis, quod si hoc vteretur, quot officialium essent iam combusti, deberent tamen licet non hac pœna, alia tamen graui puniri, tanquam seductores & seditiosi & causam præbentes rixis, cum deberent eas excusare, si quidem occasionibus obuiare tenentur ratione officij, quia quos viderint ad rixam tendere prohibere debent, † tex. 10 in l. stipulationes non diuiduntur. §. plane, ibi non est spectandum vt insula ruat, & sic deinde agi possit. ff. de verborum obligatione. l. fin. §. ipsum autem, vbi glos. qui eos. C. de bonis que liberis Hippolyt. cons. 21. nume. 23. quare officiales, qui rixantes vident, neque statim ad eos accedunt, vt impediunt, tenentur † abs- 11 que dubio saltem in tribunali Dei omnipotentis, qui cuncta videt & iudicat, vt inquit in proposito Didac. Perez. l. 18. titu. 4. lib. 2. Ordin. col. 564. in fine cum sequente.



TITULO SEPTIMO

De las Cortes y Procuradores del Reyno.



Liter non potest continuari, quam quod per Regni procuratores & in curijs habendis de conuenientibus Regno & munitioni & fortificationi eius tractatur, & in armis habendis, & in fortalitijs seruandis & custodiendis Regni defensio maxime consistit, ideo post præcedentes titulos sequitur hic noster.

S V M M A R I V M.

Curia caput regni vocatur. n. 1. & mari assimilatur. n. 2.

Procuratores curiarum debent esse homines cordati, & c. nu. 3.

Concilium ciuitatis an possit collectam imponere. nu. 4.

Procurator excusator mittendus est ad nominationem procuratoris de cortes. n. 5.

Procuratorum de cortes salarium de communi solui debet. nu. 6.

Procuratorum horum assensus etiam requiritur in tributis & collectis nouiter regno imponendis. nu. 7.

Lex Prima.

S V M M A R I V M.

Tributa, rones & similia in regno non impo-

nantur, nisi conuocatis curijs & procuratoribus earum, & eis annuentibus.



Ibi, *CORTES*, vbi conuocantur procuratores earū, & incuria vbi Rex adest fit congregatio, eo quod curia † caput regni vocatur, vt inquit text. in l. 1. in prin. titu. 4. part. 3. & locus vbi Rex existit, vt probat text. in l. 27. titu. 9. par. 2. & curia Regis † mari assimilatur, 2 vt per tex. in l. 28. eod. tit. 9. p. 2. vbi glo. 1. dicit assimilationem hanc esse bene notandam.

¶ Ibi, *Que nose echassen ni repartiessen ningunos pechos*, hoc enim tanquam regno damnosum & noxium maxima cum deliberatione est statuendum conuocatis ciuitatibus, villis, & locis regni & pro eis eorum procuratoribus, qui quidem deberent esse † homines graues bene cordati ac sensati & ex- 3 pertes ac intelligentes, & timorata conscientia, ac constantis animi qui possent resistere iniustis consilijs & damnosis regno, & insuper deberent esse diuites, ne spe alicuius præmij consequendi in malum moueri possent & ex l. 4. supra eod. decerpuntur aliqua ex ijs, neque debet esse ciuitatis debitor vt in facto respondisse inquit Ioan. Orosii. in l. 1. num. 36. col. 487. ff. de officio procur. Casa. sed an consilium ciuitatis possit † collectam imponere, vide Capell. 4 Tolosa, & eius additiona, in decisione. 347. & quid in dominis vide Dida. Perez. l. 7. tit. 11. lib. 2. Ordin. col. 512.

¶ Ibi, *Procuradores de todas las ciudades, y villas y lugares de estos reynos*, qui quidem procuratores curiarum sunt triginta & sex, decem & sex ciuitatum, & quarum villarum, quarum octo ciuitates & vna villa sunt citra portas, reliquæ ultra. Quæ sunt, Sevilla, Gunda-

Guadalajara, Madrid, Burgos, Soria, Leon, camorra, Toro, Salamanca, Segouia, Auila, Valladolid, prout refert *Did. Perez in l.1. titu. 11. lib.2. Ordina. col. 505.* & nostra ciuitas Placentina, quæ aliquando secundum quod de antiquis audiui procuratorem mittebat, nunc autem Salmantina pro nostra Placentiæ ciuitate vult procuratorem mittere, & ciuitas nostra semper requisitioni dictæ Salmanticensis ciuitatis contradicit, & lis magna vt audiui super hoc introducta est, & nondum diffinita, & hac de causa mittit semper ciuitas nostra excusatorem tanquam iuste impedita mittere procuratorem: nam licet, vbi adest iusta impeditenti causa, neque procurator excusator mittendus sit, ex text. in *l. si quis iudicio. ff. si quis cautio.* vbi Docto. tamen in nominatione procuratores † ad conuentus per agendos (*hoc est à cortes*) procurator excusator mittendus est pro vt semel & iterum in auditorio iudicatum esse testatur, *Orsicius in d. l. si quis iudicio, colu. 690. nu. 3.* & salarium istorum procuratorum † de cortes de communi solui debet, secundum *Auenda. ca. 10. pratorum. num. 7. in fin. lib. 2.*

¶ Ibi, *Sean otorgados por los dichos procuradores*, nam cum præiudicare possit ciuitatibus, villis, & populis, pro quibus mittuntur, necessario requiritur approbatio, vel improbatio talium procuratorum, & in hoc licet in alijs arduis rex consilium procuratorum horum requirere vel saltem sequi non teneretur, in ijs tamen tributis † & collectis nouiter regno imponendis assensus etiam dictorum procuratorum requiritur, ex text. nostro pro forma & substantia actus, & ideo procuratores ij plurimum debent in præstando assensu esse sensati & maturo consilio sese deliberare, & non aliter sese prorumpere, nam vbi maius periculum vertitur ibi cautiùs agendum.

S V M M A R I V M.

Rex debet requirere consilium suorum procerum & subditorum in arduis faciendis. num. 1. vbi declaratur.

Lex. 2.

S V M M A R I V M.

Ardua regni cum subditorum consilio, & conuentibus ad id congregatis rex expedit.

IBI, CONSEJO DE NUESTROS SVBDITOS, in arduis enim exercendis atque efficiendis consilium † suorum procerum, & subditorum requirere debet, vt de Imperatore & Regibus probat text. in *l. placet. C. de sacrosanct. Eccles. & in l. humanum. C. de legibus, & in l. fin. tit. 1. lib. 2. supra.* vbi aliqua retuli, & in summo Pontifice, idem probarunt *Archidi. & alij relati per Loazes, in allegatione pro marchione de los Pelez. 1. dubitatione. in 7. pro parte oppidi fundamento. n. 3. & 4.* verum vt dixi in *d. l. fin.* & iterum in meo tracta. de Decurio. vocato, Curia Pisana alio nomine lib. 2. ca. 3. num. 1. & latissime plura inferens prosecutus est

Loazes, vbi supra in responsione ad dictum. 7. fundapag. 392. cum sequentibus aliquibus in paruis, hæc summus Pontifex, Imperator, vel Rex, ex voluntate non vero ex necessitate compulsi obseruant, possunt enim si velunt ardua quæque sine procerum & Magnatum consilio efficere, licet non soleant, vt pote quia, & ipsorum Principum res vertitur si malè quid contigerit ex prætermissa consilij dicti requisitione, & præsertim circa noua tributa imponenda, vbi Principem ipsum potius necessarium credo perquirendi consilia procerum & procuratorum regni, quam voluntarium, ex l. præcedente, vt pote quia ex ijs potius, quam ex alijs occasiones scandalis præbentur multoties, ideo cautiùs agenda, & in ijs & in arduis alijs consilium nostri texti requirendum, iuxta illud *Ecclesiasti. 32. fili sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis.*

S V M M A R I V M.

Morosus non potest quis dici, cui terminus competens ad veniendum non est assignatus. n. 1. Curiam Regiam aduertes bene tractandi sunt. num. 2.

Lex 3.

S V M M A R I V M.

Terminus conueniens est assignandus cum ad conuentus peragendos procuratores eorum vocantur: quibus procuratoribus hospitia sunt danda & constituenda, & conuenienter tractandi.



IBI, TERMINO CONVENIENTE, aliter enim in mora non veniendi nec in culpa constitui possent, † cuiuslibet enim citationi ac vocationi terminus conueniens est assignandus, ne inutilis citatio ac vocatio reddatur, vt probat text. vbi dixi in *l. 1. titu. 3. supra. libr. 4. nu. 1. 3. & 4.*

¶ Ibi, *Bien tratados y aposentados*, ij enim quibus cura regni incumbit, & pro regno curiam † aduert 2 benigne tractandi sunt, & hospitia eis præstanda, nam qui in vno oneratur, in alio debet releuari, licet hodie procuratores curiarum non onerari in aliquo, sed honorari & premiari asseritur, & communiter sic ab omnibus concipitur, quiquidem licet re vera in maximo honore constituentur, per maximum onus suscipiunt si attente considerassent, cum ex eorum votis plerumque vniuersa Regni salus & quies pendeat, & è contrario maxima inquietudo & maximum incommodam à suis malis consilijs, si quæ mala præbuerint, orientur, ideo attente ac sensatim & mature sese in ijs gerendi sunt, ne inde nascatur iniuriæ, vnde, vt tritum est Brocardicum. iura nasci debent.

S V M M A R I V M.

Rex potest cuiuslibet ciuitati tollere facultatem eligendi procuratorem de cortes. n. 1.

Lex 5.

S V M M A R I V M.

Nullus precibus eligendus est in procuratorem curiarum, Rex tamen motu proprio potest illum eligere.

Ibi, GANAR CARTAS DE RVEGO, officia enim & honores peti non debent, sed offerri aliter enim notaretur quis de ambitu, vt dixi in l. 1. titu. 5. libr. 3. supra.

¶ Ibi, *Mas de nuestro proprio motu*, sic limitatis supra proxima verba, & l. præcedentem, vbi electio libera competit populo cuiilibet eligendi talem procuratorem, vt non procedat quoad regem qui ex motu proprio potest eligere, & tollere electionem tali ciuitati & Populo, nam cum sit supra ius potest illud interpretari & tollere. c. proposuit, de concess. præb. & c. inter alia, de sententia exco. vbi glo. verbo. interpretatio, notat ad eum pertinere iuris interpretationem, ad quem constitutione. l. fin. c. de legi. c. clericum §. ex ijs omnibus. II. quest. 1. rex. in l. 3. tit. 1. supra. lib. 2. vbi dixi in num. 16. sed contra nostrum text. in hoc facere videtur l. 2. & 3. tit. 14. supra lib. 4. vbi nullæ literæ regiæ etiam motu proprio concessæ in præiudicium aliquorum sunt exequendæ, neque Rex potest iuri alicuius tertij præiudicare, vt in illis legibus. 2. & 3. latissime dixi, & alibi pluries, in nostra tamen materia & lege dicitur Regem eligere posse hunc procuratorem motu proprio, cum lex nostra & præcedens dicant ciuitati & Populo competere ius eum eligendi, ergo contra leges illas videtur hic hoc dispositum, cui quidem obiectioni responderi potest, vt non obstet, vel quia princeps & legislator sic voluit disponere, & leges interpretari, vel quia potest Princeps si vult præiudicare cui voluerit, vel quia nullum, vel leue præiudicium est hoc, cum & ipsum Regem, credendum est, eligere velle hominem conuenientem & vtilem tali ministerio, vt colligitur ex verbis fina. nostri text. & sic cessat difficultas supra dicta.

Lex 7.

S V M M A R I V M.

Procuraciones curiarum emi lex nostra prohibet sub eius poena.

Ibi, DE COMPRAR quod iustum, sanctum ac rationi consentaneum est, quid enim sperari potest à tali emptore, aut quam non communicationem tributum & onus non consentiet, vt aliquid ipse lucretur, & ideo iuste, sicut & officia iustitiæ vendi non posse statuitur per l. 7. tit. 3. li. 7. infra & per nostram in ijs procuracionibus statuitur, & nostram ad hoc considerat legem Marien. in dialo. relato. 4. parte. c. II. num. 4. & an alia officia decurionatus tabellionatusue vendi possint, dixi in c. fin. libri. 4. mei tractat. decurionum, vel Curia Pisana.

S V M M A R I V M.

Missus est causa legationis ad curiam, ibi conueniri non debet, sed habet ius reuocandi domum. n. 1. & 2. quòd neque fideiussores dare tenetur de redeundo ad primam. in num. 3. hæc etiam prosequuntur.

Declarantur suprascripta & leges nostræ in num. 4.

Lex 10. & 11.

S V M M A R I V M.

Procuratores curiarum non sunt durante legationis tempore compellendi litibus & accusationibus, neque fideiussiones præstare nisi pro tributis Regijs: neque itidem secundum legem. II. possunt capi pro debitis suæ ciuitatis, villæ, vel populi, nisi sit debitum proprium eius, & pro eo fuerit detentus, vel pignorat.

N. I. IO. IBI, LAS NVESTRAS IYSTICIAS DE LA NVESTRA CORTE, hic limitatur & restringitur potestas iudicum curiæ, qui sine distinctione solent procedere contra in curia existentes, eo quod sit caput & communis patria, vt alibi diximus latius de Roma, fallit hoc tamen in casu nostræ. l. & id regulare est, vt missus causa legationis, vel ex alia necessaria causa, prout congregatio ad curias ex mandato regis faciendas, conueniri non possit in curia, sed habeat ius reuocandi domum, prout dixi in meis additionibus, ad tracta. de decurio, vocatum Curia Pisana, in lib. 1. c. II. n. 7. habent tamen hic ex l. nostra, procuratores curiarum priuilegium scilicet, quod neque fideiussores tenentur præstare de redeundo, & ad patriam pro suscipienda lite, quod regulariter est in alijs, vt diximus in d. n. 7. & hoc credo processisse ex eo quod procuratores ij sunt quasi quidam legati missi à ciuitate sua vel populo ad Regis mandatum ad curias peragendas, & de iure legatus non potest conueniri & in loco legationis pro debitis ante contractis. l. 2. §. legatis, & ibi Docto. ff. de iudi. nec pro possessione ante adepta, nisi tempore legationis adepta sit. l. non alias. §. 1. & ibi Bar. ff. de iudi. vel nisi ad hoc legatio procurata sit, ex dictis per Bar. in l. vniuersi. c. de legationibus lib. II.

¶ In l. II. IBI, *No sean prendados por deuda del tal concejo*, de nihilo videbantur hæc verba seruare, cum de iure dispositum reperiamus, quod nullus cuius pro debito suæ ciuitatis, vel populi posset detineri, capi vel exequi, vt dixi late in l. 16. titu. 21. lib. 4. supra & sic nihil erat necesse per l. nostram procuratores hos priuilegiari, verum tamen faciliter diluitur isthæc obiectione, si dixeris hos procuratores curiarum esse ciuitatum ac villarum rectores, prout sunt, qui quidem tanquam tales rectores conueniri possunt pro debitis suarum ciuitatum, vt dixi in d. l. 16. num. 5. ideo lex nostra eos etiam ab hoc onere eximit, & priuilegiat, etiam si Didac. Perez hic sub. l. 4. tit. II. lib. 2. Ordin. col. 509. cum sequentibus velit dicere eos non priuilegiare. l. nostram.

¶ Ibi,

Ibi, *saluo si la deuda*, videtur hoc esse contra dispositionem. l. præcedentis, vbi procuratores hos curiarum eximit ab omni petitione ciuili, quomodo ergo hic dicitur, quod pro debito proprio possit detineri, & certe est magna contrarietas harum legum, nisi l. 10. præcedentem intellexeris † vt procedat, quoties tales procuratores vocantur à

cortes. l. nostra quoties non vocantur ad hoc, sed adeunt curiam pro negotijs ciuitatis & populi sui, vel ex vocatione Regis ad aliam causam quam ad curiarum congregationem, & hunc credo verum & literalem harum legum intellectum, aliter enim plurimum sibi contrariarentur, neque scio aliter pro nunc concordari posse.



TITULO OCTAVO

De los Embaxadores.



Vm in superiori titulo dictum sit de procuratoribus curiarum, quia tanquam legati & ambasiatores suarum ciuitatum, villarum, & populorum curiam adeunt, nunc sequitur immediatè tit. generalis, de ambasiatoribus.

SUMMARIUM.

- Embaxador quis Latine dicatur. n. 1.*
Triples est legatus missus à Papa ad Regem, vel prouinciam reformandam. n. 2.
Ambasiatoribus ijs an credendum sit sine literis legationis. nu. 3.
Ambasiatoribus donatum cedat lucro eos mittentium. nu. 4. §. 6.
Ambasiator si infirmetur in itinere expensæ debent ei solui à mittente. n. 7.
Ambasiatores si decedant in itinere quomodo soluedum salarium. nu. 8.
Ambasiatorum vnus si decedat an possit alter explere officium. nu. 9. vbi declaratur.

Cquia lex vnica habet parum condimenti in materia sua, ideo pro declaratione eius & Rubricæ aliqua notabilia in hac Rubrica declarabo, & primo quis dicatur Latine *embaxador*, & dicendum est, quod Latine vocatur Ambasiator, † siue legatus, & is est, qui à Rege mittitur, vel ab alio principe ad negotia, vel ad voluntatem suam alteri Regi, vel principi per ipsum ambasiatorem exprimenda & tractanda, vt colligitur ex l. 21. titu. 9. par. 2. quæ est singularis in hoc, & horum ambasiatorum officia magna maximi honoris reputat, & qualitates requiritas in eis commemorat, quibus addes hanc. l. nostræ scilicet quod debent etiam esse naturales huius regni: & de iure canonico triplex est legatus † missus à Papa ad regem, vel ad aliquam prouinciam reformandam, ex cap. 2. de officio leg. in 6. primus est Cardinalis, & hic si mittitur à Papa dicitur legatus de latere. c. 1. & Doct. ibi. de offi. lega. in 6. & hic est dignior cum sit Cardinalis de latere Papæ, & assistit negotijs arduis & secretis. ca. volentes & c. placet & ibi glos. de offi. leg. in 6. alius vero est legatus ratio-

ne dignitatis, qui legationem habet eo ipso quod dignitatem adeptus est, vt Archiepiscopus Remensis, & Cantuariensis, adhæret enim dignitati legatio vt patet in. d. cap. 1. de officio leg. in 6. alius vero est legatus quia missus à Rege, & isti sunt, *los embaxadores*, ita eos distinxit vltra alios, Fran. Mar. in decisione Delphina. 135. num. 2. & Rebusus in l. Sylua cadua. 30. in ordinc. §. stipula, pagi. 248. ad fin. ff. de verbo. signifi. Sed est quæstionis an ambasiatoribus ijs credetur † sine literis ambasiariæ siue legationis, & dicendum est non credi, nisi literas exhibeant, secundum Bar. in. l. Palatinos. C. de collar. fundo. lib. 11. nisi esse vir nobilissimus & præcellens & notus principi, de quo videndus est Mascardus, de probatio. tom. 1. conclusione. 84. per totam, præsumitur tamen pro sufficientia talium legatorum à principe missorum, secundum eundem Mascard. in 2. tom. de probatio, conclusione. 592. nu. 5. sed an id quod est donatum ambasiatoribus cedat eorum lucro, † an vero mittentium sint, & in hoc fuerunt opiniones Docto. diuersæ, vna pro ambasiatoribus, alia vero pro mittentibus, vt videbis ex Docto. in cap. fin. in fine. 94. distin. & in l. socium qui. §. 1. ff. pro socio, & in l. qui proprio. §. procurator. ff. de procurato. & in hac dissensione placet concordia Abb. in cap. postulastis. num. 4. & 5. de concess. præb. vt scilicet consideremus an ambasiatores fuerint prius noti, & familiares ei ad quem missi sunt, & tunc cedunt eis, aut erant ignoti, & tunc inspicienda est qualitas donorum, nam quædam præsumptiue magis conueniunt mittenti, vt puta si daretur vnus leo, quædam conueniunt ipsis ambasiatoribus, puta si darentur eis congruentes vestes, & secundum hanc qualitatem faciendum est interpretatio sicut & in donatis à consanguineis viri vxori eius, distinguunt multi vt licet videre ex Mascard. de probatio. tom. 1. fol. 362. conclusione. numero. 7. isthæc tamen procedere possent iure antiquo attento, quo quidem permillum erat ambasiatoribus † donari, & recipere, vt in l. diuus versic. Barbaros. ff. de bonis damnato. & l. vnica. C. publi. lati. lib. 11. sed cum ex. d. l. 21. titu. 9. partit. 2. vbi adnotante glos. aliqua cosa, nihil recipi liceat ab eis, † cessabunt isthæc, nisi de facto aliquid recepissent, quia tunc & huic quæstioni locus esset. Item nota quod si ambasiator infirmetur in itinere expensæ debent † ei solui à principe vel ciuitate mittente eum, secundum text. in l. sicui. §. 1. ff. ex quibus causis maio. de quo per Barto. in l. ij. qui §. tandiu. ff. eod. tit. & Anania

Anania in c. quam sit, de Iudeis, ambasiatoresque si decedant in itinere salarium pro rata temporis, quo non seruiuerunt, debet restitui per hæredes ciuitati ¶ mittenti, & si vnus ex ambasiatoribus, decedat, ¶ alter solus potest explere officium ambasiatæ & valebit ab eo gestum secundum Angelium in l. 1. C. de legari. lib. 10. & Barto. in l. 2. eod. tit. & lib. vbi ex additio. ibi optime hoc declarat quoties ad idem officium duo deputati sunt, vt vno decedente alter gereret vtriusque officium, & de mandato superioris, secus si diuersa, nam tunc cum officia sint distincta, & distincta habeant salaria, iste non poterit illud

diuersum officium explere, quod si ex iussu superioris adimpleat duplex habebit salarium vt per additio. Bar. vbi supra alia de ambasiatoribus videre poteris per Bertachi. in repertorio, verbo ambasiator, & per Marti. Landens. in tracta. delega. maxime principum, in tomo. 16. tractat. diuersorum Docto. nam isthæc sufficient pro nunc.

¶ Ad l. 1. solum vnum verbum addo scilicet, quod casus specialis eius pro naturalibus regni adeundus est pluribus alijs regnicolis permissis & à me relatis, in l. 14. tit. 3. lib. 2. supra in. num. 50.



TITULO V N D E C I M O

De las imposiciones, tributos y portazgos y estancos.

S V M M A R I V M.

Rex est qui potest portagia imponere. nu. 1. & sine eius licentia ciuitates non solent id imponere. nu. 2. imo & tunc Rex cum causa id concedit. n. 3. aliter peccaret & tyranniam exerceret ibidem, imo & exactor vt. num. 4.

Qualitates iustificantes portagia, remissiue. num. 5. Ius portagia imponendi potest tempore, vel privilegio adquiri. num. 6.

Alijs modis etiam adquiri potest ius hoc imponendi portagia. num. 7.

Immemoriale tempus requiritur ad acquirendum ius hoc. num. 8. & 9.

Priuegium debet vt valeat facere mentionem de alijs portagijs loci illius. nu. 10.

In præscriptione contra Regem scientia & patientia requiritur. nu. 11.

Quibus testibus debet probari præscriptio hæc portandi portagia. num. 12.

Actus præscriptionis debet esse vniformis & inuite factus vt ius hoc portagiorum præscribatur, alias neque immemorialis sufficeret. num. 13.

Lex Prima.

S V M M A R I V M.

Portagia imponi non possunt per alium quam per regem vel per alium ad hoc habentem Regis priuegium, vel ex consuetudine immemoriali acquisitum ius habentem, sub nostri tex. pœna.

I BI. DE LOS REYES DE DONDE NOS VENIMOS, ni de nos, Rex enim est qui potest portagia ¶ hæc imponere, vt in cap. super quibusdam. §. 1. de verbo. signific. Bart. & communis

schoia. Doct. in c. 1. que sunt regalia, maxime Afflictis versic. veltigalia. l. veltigalia. in princ. ff. de publi. l. 1. & 2. C. nou. vet. impo. nom. pos. l. 2. & 3. infra eod. in aut. de manda. Princi. §. sed neque collatione. 3. l. 9. tit. 7. p. 5. Ferrara in forma lib. pro sol. pedag. glos. 1. n. 3. & ibi additio. Rolan. Valle, consi. 34. volu. 3. num. 26. & ex nostris Auend. c. 4. præo. num. 2. lib. 2. & Auiles. ca. 24. præo. glos. 1. & Lasarte in tract. de decima vendi. lib. 1. in scholio ad l. 1. tit. 17. lib. 9. recop. n. 1. vbi ampliat, & in tractatibus Doct. de veltigalibus, & collectis, & ideo si ciuitas ex magna causa velit quicquam imponere, impetrat literas à Rege, vt sibi permittatur, & solet visa causa concedere, ¶ vt quotidie videmus & testatur Guido Papa decis. 197. relatus per Rebuf. l. numus. 214. ff. de verb. signi. pag. 933. in fin. imo & ipse Rex non debet alia portagia imponere nisi ex iusta causa propter publicas ¶ necessitates, videlicet pro stipendijs, pontibus, defensionibus strata publicæ, vel pro defensione fidei vel patriæ contra paganos, vt & inquit glos. seguros. l. 5. tit. 7. part. 5. & nouissime Ahumada. d. l. 49. tit. 6. par. 1. glos. 3. n. 11. cum sequenti. aliter tyrannica portagia & iniqua dici possunt, & mortaliter Rex ea imponens peccaret, vt per Roland. vbi supra. nu. 26. & 27. & vbi supra Auenda. n. 2. Naua. in manua. ca. 25. n. 6. vers. 16. vbi ad restituendum eum obligat, & Grego. Top. in d. l. 9. glos. semejanre, vbi inquit quod etiam ipsemet exactor peccaret si sciret sine causa impositum esse portagium ¶ & dicta etiam tenuit Decianus Tyberius, in cons. 41. n. 66. volum. 2. cuius distinctionem ibidem ab eo propositam. n. 68. scilicet, quod de potestate ordinaria non possunt Reges sine causa imponere portagia hæc, de absoluta vero sic, reiiciendam puto, nam in principibus Christianis non datur absoluta potestas, vt late fundauit, in l. 1. tit. 1. lib. 4. supra, & sic sine causa nolunt iuri alicuius tertij præiudicare, & consequenter Reges etiam non possunt sine causa portagia hæc imponere, & qualitates ¶ iustificandi hæc portagia vid. per Castro de lege pœnali. c. 10. & an credatur Regi volenti portagia & collectam imponere ex causa

ex causa & vtilitate publica, vid. *Mascar. in 3. tom. de probatio. conclus. 1228. nu. 13.*

¶ Ibi, *No teniendo cartas o priuilegios, & ibi, o por vso de tanto tiempo, ex iis duobus titulis, vel quolibet eorum, scilicet, ex priuilegio Regis, vel temporis vsu potest acquiri per inferiores dominos ius imponēdi*
 6 ¶ *portagia in locis suis, prout & erat de iure, ex c. super quibusdam. §. 1. de verbo. significa. & Barto. & Docto. in l. si publicanus. §. fin. ff. de publi. & vecti. & in l. 2. C. vesti. nou. vbi signanter per sali. debetque secundum eos, & ex dictis iuribus præscriptio hæc vel consuetudo esse immemorialis, vt & optime per Zephalum consil. 129. n. 3. cum sequentibus, vbi quanto tempore quis liberetur, alij vero quatuor modis dicuntur acquiri posse ius imponendi collectas, pedagia, & onera, & angarias, scilicet conuentione facta inter Regem & subditos, de qua loquitur tex. in l. fin. §. præterea. ff. mun. & hon. & per totum tit. C. de anno, & tribu. lib. 10. munera conuenta, secūdo priuilegio, vt not. omnes in rubri. C. noua vecti. glos. l. forma. §. si quis vero agrum, ver. leuari, in fine. ff. de censibus, & tradit Alberic. in l. fin. c. de iurisd. omni. iudi. & in Rubrica de mune. & honor. versi. sed pone quod, *Alexan. consil. 145. volumi. 2. & est text. in l. placet. C. de excusa. mune. & l. 1. C. de super indict. Tertio consuetudine, vt per Alberic. & Cynum, in Rubrici. C. quæ sit longa consuetudo, & in d. l. fin. n. 8. C. de iurisd. iud. & per Alexan. consil. 124. n. 3. ad finem vol. 4. & de vtroque, scilicet priuilegio & cōsuetudine, est tex. in c. seruitum. 18. q. 2. iuncto. c. contra mortē. 100. distin. quarto videlicet præscriptione, vt est text. notabilis vbi not. Bart. in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. & in l. litibus. C. de agrico. & censu. lib. 11. not. omnes in l. si certis annis. C. de pact. Bald. in l. solent. §. fin. ff. de offi. proconsu. & Tiberi. Decia. respon. 41. nu. 3. vultu. 2. & optime per Nauarrum, in consil. 1. tit. de constit. vbi & per quod tēpus liberatio cōsequatur ij tamen quatuor modi acquirēdi ius hoc, pedagia imponēdi, ad duos, de quibus in nostro text. referri possunt, scilicet, ad priuilegium & concessionē Regis, sub quibus comprehenditur conuentionio, nam quamuis per viā priuilegij & conuentionis id fiat, necessario per viā concessionis fit, & sic idem esse iudicandum erit, item & tertius & quartus modus, scilicet de consuetudine & præscriptione, ad vnum etiam deducitur modum scilicet, per vsu tantū temporis de quo non est memoria in contrarium, siue id per consuetudinem vel præscriptionem acquiratur, & sic iure optimo noster tex. & Docto. alij inquirūt duobus ijs modis, scilicet priuilegio, & vsu immemoriali acquiri posse hoc ius, vt inquit fran. Becius in consil. 69. n. 5. & latum consilium in supra dictorum propositum fecit nouissime Tiberi. Decia. d. consil. 41. per totum volu. 2.**

¶ Ibi, *De tanto tiempo que se pueda ganar segun derecho, in antiquis textualibus assignabatur hic per l. veteris ordinamēti, tēpus quinquaginta annorum, nūc autē videmus tēpus tot per l. assignari, quot de iure sufficiēs sit & cū imponere collectas sit de regalibus, merito qd̄ inmemoriale tēpus ¶ requiratur, ex dictis per nos, in l. 1. tit. 15. lib. 4. supra. n. 41. cum seq. pluribus, per text. ibi, & in portagio immemoriale tempus requiri, sic habemus decisum ¶ ex l. 19. tit. 6. lib. 3. supra vt apparet ex subscriptionibus recopilatoris nostræ recopilationis ad finem huius nostri tit. 11. & per l. 8. tit. 15. lib. 4. supra & no. Auiles. c. 14. prætorum glos. o prescripcion. n. 1. cū seq. Auend. c. 4. prætor. n. 7. & 9 in prim. lib. 2. vbi inquit quod tunc non*

Tom. 4.

sufficiet longa:ua subditorum præstatio, & quamuis subditi instrumenta facerent in præiudicium suæ libertatis non valebunt, secundum Bald. relatum per Auiles vbi supra glos. 1. nu. 4. & tradit etiam glos. fin mandato. l. fin. tit. 7. p. 5. vbi & inquit quod quando, conceditur per Regem priuilegium vectigal in aliquo loco imponendi, requiritur nē priuilegium & rescriptū sit subreptitium, quod in eo fiat mētio de alijs vectigalibus seu pedagijs, quibus oneratus est talis locus, ¶ alias nihil valet tanquam subreptitiū
 10 vt & per Auend. c. 4. prætorum. n. 6. in fine lib. 2. & de ijs etiā tractabat Villalobos, in erario com. opin. litera P. nu. 297. & 299. vbi inquit quod tunc non est necessaria in tali præscriptione immemoriali scientia principis & patientia, secundum magis com. opin. vt & per Auiles. c. 13. prætorum verbo, al caudalas, & dixi in l. 1. n. 15. & 53. tit. 15. lib. 4. supra & tenet nouissime Gutierrez, in quæstio. præti. lib. 1. q. 85. nu. 1. & seq. pag. 159. in præscriptione tamen. 40. annorū contra Regem scientia eius & patientia ¶ requiritur, vt per ipsos
 11 maxime Gutier. ibidem. nu. 2. & 3. & in nostro casu hæc. 40. sufficeret annorum præscriptio cū scientia & patientia Regis inducta, secundū Auiles, vbi supra quod crederē si aliquis adesset titulus apparenter verus, licet non esset verus, vel quoad possessionē sufficeret hæc quadragenaria præscriptio, vt per Auend. vbi supra. nu. 13 & in casibus in quibus scientia & patientia requiritur, sufficit officiales ac procuratores Regis id scire, vt ei præiudicetur, vt per Gutierrez vbi supra & ego ante eū in d. l. 1. n. 15. tit. 15. lib. 4. supra. de quibus & per Menesi. in l. si aquam. nu. 37. cum
 12 5. seq. C. de serui, & aqua, debet tamen hæc consuetudo ¶ aut præscriptio amplius quam duobus testibus
 13 probari, vt per Auend. vbi supra n. 11. imo & tunc actus præstationis debet esse vniformis, & inuitē factus à vassallis vt domini ab eis has collectas exigere possint, ¶ alias neque immemorialis exactio sufficeret, secundum Auend. vbi sup. n. 17.

S V M M A R I V M.

Omnes exactiones de iure civili prohibita sunt & damnatae. n. 1.

Pedagia antiqua non licet augere, sicut neq; de nouo imponere. n. 2.

Lex 2.



IBI, IMPOSICIONES NVEVAS, vt in l. præcedente dictum est, prohibita enim sunt & damnata omnes exactiones de iure canonico ¶ & civili, ex c. quamquam de censibus in 6. & non
 1 possunt imponi nisi ab habente potestatem, vt in l. 5. proximē diximus, & per Iulium Clarum lib. 4. sententiarum. §. scēdū. q. 19. & per Gramati. consil. 98. n. 12. cum sequen. pluribus & Latias in con. 147. & id adeo verum est, quod antiqua augeri non possunt, vt ex l. nostra probatur & in glos. sequente dicemus, & quod noua pedagia imponi non possint vide etiam Zephalum
 2 consil. 129. n. 1. & sequen.

¶ Ibi, *Ni sean osados de acrecentar, nam sicut non licet noua pedagia imponere, sic neque antiqua augere ¶ ex l. 1. & 2. C. noua vecti. impo. non pos. peda-*
 2 *gium enim auctum nouum dicitur, ex l. vectigalia in princi. ff. de publi. sal. in l. vectigali in prim. C. noua. vecti. Rolan. Valle, consil. 42. num. 12. volu. 3.*

Ibi,

¶ Ibi, *Con diez tanto*, augetur in hoc pœna duplici per *l. 9. tit. 7. p. 5.* imposta, vt ibi aduertit glos, verbo *doblado*.

S V M M A R I V M.

Personæ ecclesiasticæ an dispositione legis nostræ ligari possint. n. 1.

Tributaria res in quem transit cum onere suo. n. 2.

Lex 3.

S V M M A R I V M.

Domini vel eorum heredes non possunt noua tributa aut iura imponere in domibus aut hereditatibus quibuscunque ab eis possessus in villis aut locis horum regnorum, nisi illa tantum tributa ipsis domibus aut hereditatibus affixa.

IBI, PERSONAS ECCLESIASTICAS, sed an & personæ ecclesiasticæ legis nostræ dispositione ligari possunt, † & dicendum est, quod sic ex eo quod in commodum & fauorē publicæ utilitatis, id est, statū per l. nostram, quo casu & Ecclesiastici comprehenduntur, pro vt alibi diximus, intelligenda tamen est lex nostra de clericis & personis ecclesiasticis mercatoribus, seu negotiatoribus, non verò de alijs secundum glos. *clerigo, in l. 5. tit. 7. p. 5.* & ibi inquit quod tunc stabitur iuramento clerici quod non portat causa mercatiæ.

¶ Ibi, *En las casas y heredamientos*, ita quod non possunt tales domini temporales in terris suis statuere quod omnia prædia, vel domus suæ iurisdictionis sint tributaria, & soluat tot tributa omni anno tali personæ, vel ad supplendā talem necessitatem, vel opus implendum, imo neque ipse Rex id posset facere si intelligeretur, quod id fieri iubebar, dolo vel fraude in detrimentum Ecclesiasticæ libertatis, vt dixi in *l. II. tit. 3. lib. 1. supra*.

¶ Ibi, *Eran aferrados*, id est tributarij & tributo affixi, id enim vt in posterum obseruetur, iubere poterunt domini temporales in terris suis, nihil enim noui tunc iubent, sed vetera renouant, & talis res tributaria in quęcunque † transeat, transit cum onere illo soluendi tale tributum, vt dixi, in *d. l. II. n. 8. cum seq. tit. 3. li. 1. supra*.

Lex. 6.

S V M M A R I V M.

Privilegia eximentia loca aliqua & ciuitates à solutione portagiorum seruanda sunt.

IBI, EN AQUELLO QUE DE DERECHO DEVENIR GWARDADAS, & sic in terris vbi Rex ipse priuilegium tale concedens eximens à solutione portagiorū percipit portagia, non vero in villis & populis vbi perceptio portagiorum ex priuilegio, vel immemoriali consuetudine alicui particulari Domino vel personæ competit, nā cum ijs non loquitur neque procedit similis portagiorū exemptio † prout dixi in *l. 14. nu. 39. tit. 3. lib. 1. supra* & faciunt dicta per *velasco in tom. 1. suarum consultiatio. c. 12. nu. 1. cum. 2. sequentibus*.

S V M M A R I V M.

Portagium non debetur de rebus, quas pro vsu proprio quis defert. n. 1.

Ansi deferantur res pro vsu proprio, iuramento deferentis statur. n. 2. vbi. n. 3. quæ tales res dicantur.

Casus vbi de iure communi portagium non soluebatur. nu. 4.

Portagium & pedagiū regulariter de rebus quæ negotiationis causa deferuntur, debetur. n. 5.

Præuilegiati non obligati soluere portagium vel gabellas debet saltem dona publicano ostendere. n. 6.

Res de quibus datium non debetur non est necesse consignare. n. 7.

Mercatorem non portare res veritas, sufficit per eum iurari. n. 8.

Malitiose occultans bona vel deferens per loca insolita punitur. n. 9.

Deferens res an debeat expectare quod officialis pedagiū ipsum interroget. n. 10.

Perditus rebus ex quibus datium debetur an & perdentur illa ex quibus non debetur. n. 11.

Actio pro portagio consequendo vel pro habenda pœna quanto tempore durabit. n. 12.

Publicanus an possit propria autoritate mittere manum in rem pro qua datium solutum non est. n. 13.

Dominium rei confiscatæ transit in fiscum, vel habentem causam ab eo, non tamen possessio. n. 14.

Publicanus in quam pœnam incurret si plus debito petit. nu. 15.

Mercator transiens per loca non consueta est in culpa. num. 16.

Mercator transiens non soluto portagio, quia ibi non erat, cui solueret, excusatur à pœna. nu. 17. secus si causa fraudandi. nu. 18.

Lex 7.

S V M M A R I V M.

Portagium non soluitur de rebus hic expressis, & pœna non debetur si recipiens portagium non adest in loco solito, & quam pœnam incurret mercator illud non soluens.

IBI, QUE NO SE LLEUE PORTAZGO DE CAVALLOS, adde quod neque de quibuscunque rebus debetur, quas quis defert † pro vsu proprio vt habetur in *l. vniuersi. C. de vecti. co. & in l. censoria in prin. ff. de verb. signific. tradunt Becius consi. 96. nu. 9. & Rolan. consi. 34. n. 16. cum sequent. lib. 3. Ferrara in pract. in for. lib. pro solu. pedag. in glo. panni. n. 1. vbi inquit ex glos. in clement. fin. extra de cens. quod super hoc stabitur iuramento † deferentis, & n. 2. inquit quod illæ res dicuntur pro vsu proprio, quæ pro cultu atque pro quotidiano vsu ipsius personæ, † & familiæ suæ deferuntur, vt in *d. l. censoria, & in d. l. 5. conclu. 3. in prin. tit. 7. par. 5. & ibi glos. verbo, para si, cum seq.* alios etiam casus vbi de iure communi, portagium non soluebatur † refert glo. 4 in *l. si publicanus. §. 1. ff. de publica, & text. in d. l. 5. titu. 7. p. 5.* & ibi glos. ad limitationem regulæ, quæ habet, quod regulariter pedagiū & portagium de omnibus rebus, quæ causa negotiationis deferuntur † debetur de quibus exprimitur & habetur*

betur per rex. in l. interdum. §. species ff. de publica, veram tamen est quod privilegiati, qui non tenentur solvere vectigalia vel gabellas, debet saltem dona publicano ostendere, aliàs confiscarētur, secundum Rolan. cons. 79. n. 90. cum duobus sequentibus li. 3. & additio. Ferrara vbi supra in glos. panni, addi. prima licet in aliquibus ciuitatibus, consuetudo dicta quod deferens non tenetur consignare et officiali res de quibus datium non debetur, secundum Ferrara vbi supra in glos. ceciderūt. n. 2. & habemus nos optimam. l. 8. tit. 7. p. 5. hoc approbantem & disponentē sufficere et mercatorem iurare non portare res ex quibus portagiū debeatur, & tunc si talis privilegiatus secundum additio. Ferraræ ibidē, portaret res alienas, & diceret esse suas, diceretur fraudare pedagia & gabellas, & perderet omnia hæc, vt probatur ex. d. l. 5. ad fin.

¶ Ibi, Sin pagar el portazgo do se deue ayar de pena el que rotanto del portazgo, y no perdimiento de las mercaderias, de iure ciuili merces ipsę perdebantur, in hoc casu, cum pedagiu non soluebatur, vt apparet ex l. si publicanus. §. si. in fi. ff. de publi. in lincēforia in prin. ff. de verbo. significa. & ad hoc facit. l. vniuersi. C. de vectiga. sed an si malitiose quis occultauerit bona fraudandi causa, vel per loca deuia trāsierit, punietur amissione rerū, quas voluit occultare, & dicendum est quod sic, et ex l. 5. in fine, & l. 6. tit. 7. parti. 5. quia secundum glos. 1. in ca. l. 6. casus isti speciales nō corriguntur per. l. nostram, quæ solum loquitur cum deficit malitia & intentio fraudandi, sed tantum cū quis transit per loca vīitata vbi adsunt publicani & collectores portagij, & transit sine solutione, eius, tunc enim quadruplum soluit, non verō amittit res, si publicanus existit in loco solito, secus si ibidem non adesset, nā tunc excusaretur mercator, ex l. nostra in fine. Sed est in propositū singularis quęstio, an deferēs res debeat expectare, quod officiales pedagij ipsum interrogent et an deferat res, de quibus soluere debeat pedagiu, & dicendū est quod nō imo ipse deferens debet se offerre, & profiteri officiali quod tales res defert, vt ex text. in l. interdum. §. diui. ff. de publi. quę ad hoc sic tenendo allegat Ferrara, vbi supra in gl. exiderunt. n. 2. vbi. n. 3. tractat, an ignorātia in aliquo tunc excusaret, & an minor ætas vid. d. l. 6. tit. 7. par. 5. sed an in casu in quo perditionis pœna locum habet perdentur res etiam ex quibus datium non debetur et, vel res aliona, vide per Ferrar. vbi supra. nu. 5. cum seq. vbi inquit quod nō perdētur, sed quāto tempore durabit hæc actio pro portagio consequendo, vel pro habenda pœna, dic quod quinquēnium et & non vltra per text. in l. 2. C. de vecti. & com. & tex. in d. l. 6. in fi. tit. 7. p. 5. sed an propria autoritate possit publicanus mittere manum in rem commissam, pro qua datiu solutum non est, et Ferrara vbi supra, glos. eius, inquit, quod de iure communi, non posset, sed de consuetudine obtenta optime posset, quia rei, in qua datur cōmissum statim perditur dominium, & transit in fiscum, vel habentē causam ab eo et, non tamen trāsferit possessio nisi sequuto facto hominis, vt ibi inquit additio. Ferrara ex Rolā. cons. 42. n. 5. vol. 3. vbi tractat de ista translatione, vbi tamen id non esset de consuetudine, iudicem addiri consulo.

¶ Ibi, Donde no se acostumbra ni puede lleuar, sed quāne publicanus pœnam incurreret si plus debita ac iusta mercede & portagio perceperit, et in hoc distinguendū est, scilicet, quod aut exigit nouum vectigal

nunquā haftenus impositum, & tunc de iure cōmuni punitur pœna legis Cornelię de vi publica, vt l. fi. C. ad l. Iul. de vi pub. de iure vero nostro Regio punitur pœna. l. 2. supra isto tit. & lib. aut exigit amplius quā consuetū est exigi ab antiquo, & tunc aliquādo puniebatur in duplū, aliquādo in triplū, aliquādo etiā extraordinariē corporaliter, prout iudici videbatur diligēter delinquētis circūstantiis pōderatis, vt hæc probatur in l. 2. in prin. & §. 1. & l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publica. vbi nō solū ipse publicanus de iis tenetur, sed etiā familia eius, vt & l. quāte audacia in prin. & in §. 1. cū similibus. ff. de publican. refert Ferrara, in pract. in for. lib. pro sol. peda. glos. fi. n. 9. & ibi. additio. fi. & Menoch. de Arbitrar. iudi. lib. 2. centuria. 4. casu. 397. n. pen. & fin. & in hoc vltimo casu quando percipit publicanus plusquam consuetum est iure regio, punitur pœna. l. 8. tit. 7. par. 5. colu. fin.

¶ Ibi, X que se cojan los que se pueden lleuar en los lugares y partes donde se acostumbra cojer, y no en otra parte, & hoc quia mercatores tenentur ire & transire per loca cōsueta, vbi solet solui portagiū, a quibus si deuiaret, & sic a recto itinere esset in culpa, et vt colligitur ex text. & ibi glos. lugares, in l. 5. titulo. 7. partita. §. & idē vt de iis conuinci possint mercatores iustē lex nostra disposuit portagia esse petenda in locis & partibus consuetis, & non alibi, & debent ibidē adesse personæ ad petendum portagia deputata, aliter non tenebuntur transeuntes si non soluerint, vt in glossa sequente.

¶ Ibi, No incurran en pena de descaminado ni en otra, nā cum superioribus verbis dictū sit debere publicanos existere per se, vel per alios in locis consuetis, vbi portagia solui solent, si ibidem non extiterint, nimirum quod mercator transiens & non soluens, cū non adsit qui illa recipiat, nō teneatur ad pœnas, sed tantū ad soluendū portagium, et vt in iis verbis finalibus probat lex nostra, & erat antea de iure cōmuni, vbi enim mercator non reperit, cui soluat, nō transit animo fraudādi, & sic in nullam incidit pœnam, vt per Bertachi. de Gabel. parte. ff. q. 15. in prin. refert Rolan. cons. 42. n. 9. & 10. volu. 3. secus vero esset si animo fraudādi portagiū transiret per loca insolita & non consueta, nā tunc pœna amissionis et locum haberet imposita similibus fraudatoribus per. l. 6. in prin. tit. 7. p. 5. vt ibi optimē aduertit gloss. Todus. sic declarando legem nostram, quę in antiquis contexturis pœnam quadrupli imponebat, & nunc diluitur, & solummodo portagium iubet soluēdum per transeuntem per loca consueta absque eō quod ab ipso peteretur portagium.

Lex. 8.

S V M M A R I V M.

Concessiones & gratia a Regibus concessa portagiorum, vel aliorum tributorum, intelligendæ sunt secundum quod ab antiquo consuetum erat eas solui & percipi, etiam si aliud in eis dicatur.

¶ Bi, A QVALESQUIER PERSONAS, allegat licet corruptē legem nostram Ioā. Garha. de nobilit. glo. 2. num. fin.

¶ Ibi, Acostumbra pagar a los dichos Reyes nuestros progenitores, ex l. 5. tit. 7. part. 5. signabatur & cōstituebatur pars dāda & soluēda Regi, vbi glo. Ochoauo. hæc declarat, & Auend. cap. 4. prato. nu. 7. in prin. lib. 2.

S V M M A R I V M.

Pontes quilibet edificare potest & fortius reparare.
numero 1.

Pontes, an possint fieri supra flumina. nu. 2.

Lex 9.

S V M M A R I V M.

Pontes in fluminibus fieri possunt, dum tamen
fiant absque impositione & tributo, neq; impediendi
sunt pontes facientes sub nostri text. pœna.

Bi, QVALESQVIER PERSONAS PVEDAN
HAZER, Y EDIFICAR PVENTES, EN LOS
RIOS A SV COSTA, ita q; licet antea ex l.
1. tit. 11. part. 2. & l. 20. tit. 32. part. 3. absque licentia
Regis non poterat fons priuatus edificari, secūdem
Bald. in Rubr. ff. de rerum diuisio. versic. quæro, an in a-
quis, & pontium edificatio, aut reparatio proprium
erat Regis, ex lege tamē nostra quilibet potest edi-
ficare pontes, & fortius reparare †, nam cui licet
quod est plus, licet vti que quod est minus, ita legem
nostram ad hoc allegat *Auenda. cap. 3. prato. num. 8. in
princip. libr. 2. & idem Auend. cap. 12. nu. 13. in medio
libr. 1. vbi & quærit, an possint fieri pontes supra flu-
mina †, & quòd ex vtraque parte solo alieno impo-
nantur, quòd vti que licebit, cum & ipse Auend. in
dict. num. 8. asseruerit, ad pontium edificationem tā-
quam ad opus pium & publicum posse fundos pri-
uatorum capi, & ad hoc allegat. l. 31. titulo 13. part. 3.
quam hucusque nondum reperij, & dato quòd id
posset fieri, esset vti que faciendum refecto damno
& dato bono cambio Dominis talium fundorum,
ex dictis per nos in l. 1. tit. 1. lib. 4. supra.*

S V M M A R I V M.

Almoxarifazgo, idem est quod portagium. n. 1.

Lex 11.

S V M M A R I V M.

Portagia, vel alia tributa non petantur, nec por-
tentur per ciuitates & villas regni Granatæ contra
legis nostre dispositionem.

Bi, ORDENAMOS Y MANDAMOS, vide in
propositum. l. 15. titu. 27. infra lib. 9. de iis
disponentem.

¶ Ibi, Ni almoxarifazgos, Idem in effectu
Almoxarifazgo, est sicut portagium †, & sic Hispali
vocat, nos vero Portazgo vocamus, vt aduertit glo.
per text. ibi, in l. 5. titulo 7. part. 5. versiculo, El ochauo.

S V M M A R I V M.

Stāca maximè odiosa sunt & in iure reprobata. n. 2.

Lex 12.

Stanca in regno imponi prohibet lex nostra.

Bi, NVNGVNA, NI ALGVNAS PERSONAS,
salubris decisio & utilis bono publico, cū
enim hæc stanca maximè odiosa & in iure
reprobata †, vt per *Auenda. cap. 12. prato. I
num. 12. libr. 1. & idem disponitur in l. 19. titu. 6. libr. 3.
supra, & præmaximè Dominus in terris suis, qui ne-
que prohibere debent vassallis ire ad coquendum
panem ad alios furnos, quàm ad suos, de quibus
impositionibus, vltra alios per eum relatos tradit
Roland. à Valle, consil. 22. numero 1. cum sequentibus; vbi
num. 32. inquit quòd vassalli se opponant ne con-
sentire videantur, & aliqua per Guido. Papa, consil. 1.
& diximus aliqua, in l. 8. titu. 15. libro 4. supra, & ijs
titulus iste finitur.*



TITVLO XIII. DE LOS

Tesoros y mineros de oro, o plata, o otro

qual quier metal: y pozos de sal, y bien es mo-
strencos, y hallados.

Et cum superioribus titulis in-
ceptum sit tractari de ijs, quæ
Regibus pertinent, nunc autem
sequitur de thesauris, & metal-
lis, & salinis, & bonis mostren-
cis, quæ Regiæ coronæ sunt in-
corporata & ei pertinent.

S V M M A R I V M.

Thesaurus quid sit. numero 1. & 2.

Auenda reprehenditur. num. 3.

Fodere terram ad inueniendos thesauros non potest

quis in loco vbi non moratur. n. 4.

Lex hæc an sit correctoria. l. 45. tit. 28. par. 3. in
num. 5.

Thesauros ad fiscum pertinere in toto orbe, sic est
receptum. n. 6. cum amplia.

Lex Prima.

S V M M A R I V M.

Partem dandam inuenienti thesaurum, & dili-
gentiam super hoc à iudicibus faciendam declarat
lex nostra.

Theſaurus ꝑ est pecunia ab ignotis Dñis supra hominũ memoriã reposita. l. nũquã nuda. §. theſaurus. ff. de acqui. rer. Domi. theſaurus (inquit Paulus) est quãdã vetus depositio pecuniã, cuius nõ extat memoria, vt iã Dñm nõ habeat, sic enim fit eius, qui inuenit, quod non alterius sit. Alioquin si quis aliquid, vel lucri causa, vel metus, vel custodiã conderit sub terra non est theſaurus ꝑ, cuius etiam furtum fit, hæc Iurisconsultus: ideoque hæc pecunia dicitur theſaurus, quasi reposita sit in futurum, sicut deducit *Alciat. lib. 4. Paregon. & lib. 7. cap. 1. vt refert Couar. in cap. peccatum. 3. part. §. 2. in prin. & glo. 1. l. 45. tit. 28. part. 3. & ex text. ibi, ita deducitur.*

¶ Ibi, *Quelquiera que supiere, o oyere dezir*, notanda est illa disiunctiua, ò, quã disiungit verba & disiungit sensum, ita vt in scientia, vel in auditu idem dicendum legem nostram disposuisse, & consequenter est maxime considerandum, quod in illo verbo, *supiere*. & sic in scientia comprehenditur casus inuenti theſauri, & iam apprehensi per inuentorem, vel si nondum apprehensi, discooperti tamen, & in verbo illo, *o oyere dezir*, comprehenditur casus theſauri, neque nondum apprehensi, neque discooperti, sed tantum auditum esse existere in tali parte, vt ex ijs colligas perperam ꝑ dixisse *Auendañum*, in cap. 12. *prator. num. 33. conclu. 7. in princ. libr. 1. dicẽdo*, quartam partem à nostro text. inuentori assignatam, esse illi dandam, quoties tantum denunciauit iudicibus alicuius loci vel territorij in quo ipse demoratur, q̄ in loco vel fundo Regis sit aliquis theſaurus & ad Regem pertineat, secus verò si iam inuenit theſaurum & apprehendit in dicto fũdo Regio, quia tunc dimidiam partem habebit dicti theſauri, secundum formam. l. 45. tit. 28. part. 3. fallitur enim *Auend. nam lex nostra nõ sine mysterio apposuit disiunctiue dicta verba, supiere, o oyere dezir*, vt in primis verbis illis, *supiere* de certa scientia & intelligentia procedente, siue ex inuentione tantum, vel ex inuentione & apprehensione, quã est certior scientia, lex nostra loquatur, & verba sequentia, *o oyere*, tantum de auditu intelligantur, & consequenter quod doctrina illa *Auendañi*, tenenda non sit, nam id scire proprius dicimur, quod vidimus & manu tenuimus vel teneamus, vel vidimus tantum, & consequenter, siue apprehensus sit theſaurus, siue non lex nostra procedit, idque deducitur clarẽ ex summario nostrã legis à Compilatore posito & iussu Regis approbato, dũ designare legem nostram partem theſauri inuentori dandam, dicit, correctoriaque ex lex nostra iurium, aliam partem inuentori theſauri assignantium.

¶ Ibi, *Donde morare, o en su termino ouiere tesoro*, notanda sunt hæc verba, vt optimẽ aduertit *Auend. ubi supra, in dict. 7. conclusione, versic. item dicta lex*, nã ex ijs deducitur verbis legem nostram non loqui, nec procedere posse, quando quis denunciat esse theſaurum extra terminos loci vbi ipse demoratur, vel illius territorij, quia in locis & termino vbi nõ moratur non potest quis fodere terram ad inueniẽdos theſauros ꝑ, ex dict. l. 45. tit. 28. part. 3. & l. 3. & 4. §. 2. nostri tituli permittentes, vbi que licere fodere terram, loquuntur non quoad inueniẽdos theſauros, sed mineras auri vel alterius metalli, vt & inquit *Cassaneus, in consuetu. Burgund. Rubric. 1. §. 1. verbo, Espanes. num. 3. fol. 22. & sic optima est aduertentia*

Tom. 4.

Auendañi, super his verbis & veram esse credo.

¶ Ibi, *Que aya por galardõn la quarta parte*, in Codicibus antiquis manu scriptis, inquit *Couarr. in cap. peccatum. §. 2. nu. 4. in princip. part. 3.* quod quinta pars dabatur, sed litera nostri text. est tenẽda, & sic quartam partem dandam inuentori, vel denuntiatori, vt diximus contra *Auenda. in gloss. 1. nostrã legis*. Sed est dubium, an lex nostra sit correctoria ꝑ legis 45. titulo vigesimo octauo, part. 3. alias partes tali inuentori assignantis, & *Gregor. Lopez, ibidem, in glo. penul. inquit* non esse correctoriam, sed q̄ lex nostra esset intelligẽda quoties theſaurus inuenitur in loco Regis, & sic in eo, quod Regis est, secus verò, aliã, quia tunc procederet dict. l. 45. & idẽ voluit *Auend. ubi supra, in dict. versic. item dicta lex*. Ego tamen salua eorum pace crederem legem nostram esse correctoriam dictã. l. 45. & similibus ex eo quod lex nostra generalis est, & generaliter est intelligenda, & processit ad assignandam partem inuentori theſauri, & sic generaliter est seruãda, item quia fere totius orbis consuetudine ꝑ inductum esse testatur *Palu. & 6 alij relati per Couar. in dict. n. 4. contra Siluest.* q̄ theſaurus ad Reges & fiscum pertineat, & cum hoc sit de consuetudine, leges omnes antea partes applicantes inuentoribus cessabunt, & lex nostra nouissimẽ partem assignans inuentoribus est & non alia seruanda quocunq̄ in loco theſaurus inueniatur, siue proprio, siue alieno, siue publico, siue Regis, vel Ecclesiã, vel religionis, siue casu, siue data opera, & hoc quoad partem dandam tali inuentori, quoad partes verò dandas Domino fundi & Regi iura antiqua, & præsertim dicta. l. 45. partitã, in suo remaneant robore, & hunc credo verum nostri text. intellectum, & est consentaneum summario eius per cõpilatorem super eo appposito, & tunc quoad alias partes Domino fundi & Regi dadas seruabitur dict. l. 45. & id quod de iure ciuili non est illi contrariũ, quod succinẽte sub vnica conclusione reassumpsit *Couarr. in dict. §. 2. num. 2. & latius Auenda. dict. cap. 12. pratorum. num. 33. per totum. & per Anto. Gomez. l. 45. Taur. num. 51. cum sequentibus.* quibus quidem lex nostra remanet declarata & intellecta.

S V M M A R I V M.

Minã & argenti fodinã, vel venã, ad Regem pertinent. nu. 1.

Minã & venã semper videntur excepta in concessione castri. num. 2.

Argentaria & metalla inuenta in prædio alieno, an sint Regis. num. 3.

Lex. 2.

S V M M A R I V M.

Omnes Minã Auri Argenti & Plumbi & alterius cuiuscunq̄ formã, cuiuslibet rei sit, Regi pertinent, & idem in aquis & Puteis salis, nisi Rex ea alicui concesserit, vel per tempus immemorabile ca præscripserit.



Bi, TODAS LAS MINERAS DE PLATA, ORO, Y PLOMO, iunctis verbis, pertencen a nos, hic colligitur conclusio, etiam de iure

de iure antea habita & approbata, scilicet, quod
 1 minarum & argenti fodinarum, et vel venarum ad Regem per-
 tinent, ut est text. in cap. 1. quæ sint Regal. in usu feud.
 text. in l. 11. tit. 28. part. 3. Ad eod quod etiam si Rex
 concederet castrum, vel villam, semper videntur
 2 exceptarum dictarum minarum et venarum, secundum tex. in l. 5.
 titu. 15. part. 2. et ibi glo. *Emineras*, & idem in Fran-
 cia esse asserit Carol. à Grassal. libr. 1. *Regalium Franc.*
 cap. fin. pag. 303. in paruis & Matth. *Afflictis*, decis. 321.
 vbi circa hæc mouet quæstionem, num scilicet, ar-
 gentariarum & metallarum inuenta in prædio alieno sunt
 Regis, vel an ea tantum, quæ reperiuntur in prædiis
 3 Regis et, & in hoc describit tres opiniones, & in
 effectu, glo. *Emineras in d. l. 5.* sequitur opinionem,
 scilicet, quod minarum illarum sunt Regis, quæ sunt in
 prædiis eius, secus si essent in locis priuatorum, quia
 tunc non erunt Regis, nisi talia priuatorum loca
 essent donata ab ipso Rege reseruando sibi has mi-
 nas, prout in dubio intelliguntur reseruata, reddi-
 tus tamen metallorum sunt Regis, ut *inter publica.*
ff. de verborum significatio. de iure tamen nostro ex
 lege nostra, & præsertim ex l. 4. §. 1. infra, isto tit. in-
 distinctè vbi cumque inueniantur sunt Regis, eo quod
 per illum, §. 1. sunt reducta & incorporata omnia
 metalla & minerarum in patrimonium Regis & in co-
 ronam Regiam, siue in publico, siue in priuato loco
 existant, ita quod iam non est locus dubitationi, &
 ad hoc in ea. l. 4. §. 2. permittitur subditis perquire-
 re minas & metalla fodiendo fundo & loca etiam
 priuata satisfactis Dominis de damno in prædiis
 suis ex hoc secuto, ut apparet ex dict. §. 2.

¶ Ibi, *Y pozos salados*, in parte alteratur hæc nostra
 lex in hoc per l. 19. tit. 8. li. 19. lib. 9. infra, ut licet vi-
 dere ex subscriptione marginali ibidem descripta,
 & vide l. 11. tit. 28. part. 3. et ibi glo. *De las salinas*, &
 vide dicenda in l. 31. tit. 18. infra hoc libro. & quæ di-
 ximus in l. 1. nu. 70. cum. 3. sequentib. tit. 15. lib. 4. supra.

¶ Ibi, *o nos los ouiessemos dado*, Vide quæ succinctè
 dixi in l. 3. tit. 10. glo. 1. li. 5. supra.

¶ Ibi, *Por tiempo immemorial*. Vide quæ diximus in
 l. 1. glo. si. tit. 15. lib. 4. supra.

S V M M A R I V M.

Corrigitur lex hæc per legem sequentem in §. 2. in
 quantum ibi, permittitur perquirere minerarum &
 metalla, etiam in fundo alieno. num. 1. et nu. 2.
 alia correctio iuris communis circa hoc.

Lex 3.

S V M M A R I V M.

Licet vnicuique perquirere Minerarum, & Me-
 tallarum in quibuslibet locis etiam priuatis cum Domi-
 norum licentia, & pars inuentori danda hic assi-
 gnatur.

N Bi, CON LICENCIA DE SV DVEÑO. Corri-
 gitur per legem sequentem in §. 2. vbi etiam
 contra voluntatem Dominorum fundi per-
 mittitur et perquirere has minerarum & me-
 tallarum etiam fodiendo terram, satisfacto tamen de
 1 damno Domino terrarum, ut ibidem dicitur, aliter e-
 nim esset lex iniustissima & diabolica, ut apparet ex

Afflictis, in dict. decisio. 321. & ex dictis per nos in l. 1.
 tit. 1. lib. 4. supra, et in l. sequente.

¶ Ibi, *Se parta en esta manera*, Alteratur per legem. 4.
 sequentem in §. 3. iuncta. l. 5. in §. 1. cum. 4. sequentibus,
 vbi nouissimè disponitur, quæ pars sit danda inuen-
 tori & Regi.

¶ Ibi, *En cauar*, Ex hac lege & præsertim ex l. se-
 quente. §. 2. corrigitur id, quod de iure et dispositum
 2 erat, ex l. cuncti. C. de metalla. libro. 11. ad hoc allegato,
 per Capolam, de serui. rust. pradi. cap. 22. nu. 4. et Iacob.
 de sancto Georgio, in Tract. de feudis. §. cum argenti fodi-
 nis. 1. parte. tomi. 10. Tract. diuersorum fol. 194. in nouis,
 scilicet quod fodiens sub terra in agro alieno, non
 poterat impediri per Dominum terrarum, sed fodiens
 supra terram impediri poterat, ex lege tamen no-
 stra indistinctè siue sub terra, siue supra eam licet
 fodere etiam in agro alieno ad perquirenda metal-
 la hæc & minerarum: thesauri tamen inueniendi causa
 id non licet, ut dixi in l. 1. glo. *Donde morare*. supra isto
 tit. & lib.

S V M M A R I V M.

Damnum est resarciendum Domino fundi in quo
 Minarum queruntur. nu. 1.

Lex 4. & 5.



Vmmari non possunt, quia multas conti-
 nent diuersas dispositiones, summantur
 tamen dicendo, quod hic ponitur noua
 forma & dispositio minarum tam circa
 partem inuentoribus & Regi dandam, & perqui-
 rendi ea in locis publicis vel priuatis, & alia huic
 minarum materiarum concernentia late disponuntur.

In §. 2. legis. 4. ibi, *Como en heredades*, similis est. l. 3.
 præcedens, vbi dixi.

In eo. §. ibi, *satisfaziendo se el daño a los dueños*, Ali-
 ter enim & hæc sicut & præcedens iniustissima esset
 ex dictis per *Afflictis*, decis. 321. neque valeret con-
 1 suetudo in contrarium et secundum Roland. Valle cō-
 sil. 69. nu. 48. volum. 2. debet tamen tale damnum ap-
 precitari per duas personas à iudice nominatas, ut
 apparet ex l. 5. §. 15. secundum quod ibi disponitur
 & declaratur.

Lex 6.

1 Non indiget summario. numero 1.

S V M M A R I V M.

Nouus ordo, et nouaque forma datur in hac lege
 1 in perquirendis argenti et auri, et aliorum metal-
 lorum minis, et in earum labore et beneficio, quæ
 cum longe procedatur in horum expeditione, artifi-
 cibus et magistris harum artium relinquenda est ha-
 rum legum expositio, et casus contingens.

Leges 6. & 7.

PRO declaratione harum legum circa mostrenca
 bona disponentium, vide quæ diximus in l. 6. titu.
 15. lib. 4. supra, et Casan. in consuet. Burg. Rubric. 1. §. 1.
 verb. *Espanes*.



TITULO. XIII. DE LOS Pechos, y seruicios, y exemptos, y escusados dellos.



VMQVE in præcedente titulo dictum sit de thesauris & mineris, quæ Regibus reseruata sunt, nunc immediate sequitur de alijs Regibus ipsis debitis, vt sunt munera ac tributa, & de exemptis ab eis.

S V M M A R I V M.

Pechos y seruicios latine muner a appellantur. numero. 1.

Munus tribus modis dicitur. nu. 2. & n. 3. quando hic capitur.

Munus, prout est onus, quid sit. nu. 4. & n. 5. quo duplex est.

Munus personale quid sit. nu. 6. & nu. 7. quo duplex sit.

Magistratum, quem esse est honor. nu. 8.

Munerum vacationem impetrans non censetur impetrasse vacationem muneris, cui est honor annexus. n. 9.

Numerus liberorum vel ætas. 70. annorum licet excusent à muneribus non tamen ab honoribus num. 10.

Excusatus ab aliquo munere ob numerum liberorum, non potest compelli post illud acceptare etiam si filij moriantur. n. 11.

Munus cui honor est annexus, nihil aliud est quam officium publicum. nu. 12.

Munus personale sordidum quod sit & quod indici non possit quando iniungitur personæ aliquod officium exercendum sumptu suo. nu. 13. & 14.

Munus personale est etiam aliud, quod neque est sordidum, neque honoribus annexum. nu. 15.

Munera personalia, an sint quibuslibet personis indicenda. nu. 16.

In vniuersitate seculari vocandi sunt maiores, siue masculi, siue foeminae. nu. 17.

Illi qui non sunt vxorati non vocantur ad Concilium. nu. 18. vbi nu. 19. quid in minoribus. nu. 25. annorum.

Minores. 25. annorum, an excusentur à muneribus personalibus. nu. 20.

Aliquos casus in quibus quis excusatur à muneribus. nu. 21.

Munera personalia, an possint induci in duobus locis. nu. 22. vbi nu. 23. quis locus tunc præfere-

Tom. 4.

tur. vbi nu. 24. an habeat quis iustam se excusandi causam si in loco originis idonei reperiantur.

Munera patrimonialia si principaliter rebus indicuntur attenditur locus, vbi res adest. nu. 25.

Munus patrimoniale quid sit. nu. 26.

Munus mixtum quid sit. nu. 27.

Nemo excusatur à muneribus patrimonialibus numero 28.

Munerum patrimonialium quædam ordinaria, quædam extraordinaria. nu. 29.

Capitatio, quæ pro singulo capite imponitur, an sit realis. nu. 30.

Extraordinarium munus est, vt num. 31.



Pro Rubricæ & totius tituli materiæ introductione & declaratione, ac intelligentia sciendum est verbum hoc, Pechos y seruicios, Latine Munera ¶ appellari, quod verbum, Munus, vt inquit legislator in l. munus, la prima. & in ordine. 18. ff. de verb. signific. tribus modis dicitur ¶, vno donum, & inde munera dici, Dari, mitti, Altero, Onus, quod cum remittitur, vacationem militiæ, munerisque præstat, inde immunitatem appellari: Tertio, Officium, vnde munera militaria, & quosdam milites munifices vocari. Igitur & municipes dici, quod munera ciuilia capiant. Hæc Iurisconsultus dicit, In nostro verò titulo capitur hoc verbum munus ¶ pro, onere, & cum hoc modo capiatur ab eodem Iureconsulto, in l. munus, la. 2. quæ est. 214. ff. de verb. signif. diffinitur dicendo, quod munus est proprie, quod necessarid subimus lege ¶, more, Imperioe eius qui iubendi habet potestatem, vbi Rebuf. pag. 933. plura de his annectit, de quo in præsentis tractandum est. Et huius muneris quoddam est personale ¶, quoddam patrimoniale, quoddam verò mixtum, prout de vnoquoque late profequitur Barto. in l. 1. C. de mulier. & in quo loco lib. 11. & Doctores, in Tractatibus de mune. & hono. in 12. volum. Tract. diuersorum, & per summistas, in verbo, Munus, talia, & collecta. Et vt nihil intactum relinquamus eorum, quæ pro intelligentia dicendorum sunt necessaria, necessarium esse iudicauit, munera hæc diffinire & declarare, vt recursus hic habeatur. Et quoad primum Munus, scilicet personale, dico, quod munus personale ¶ & mere est administratio Reipub. vel priuati hominis, in eius creatione autoritatem habentis sine vlla patrimoniij erogatione, vt diffiniuit Petr. Antiboli, in Tract. de mune. & hono. 2. p. in prin. nu. 2. in d. 12. volum. vbi diffinitionem hanc tenet & profequitur & defendit ab aliquibus objectionibus.

- ctionibus. Et huius muneris personalis, quoddam
 7 est honoribus annexū †, quoddā sordidum, quoddā
 verò nec sordidū nec honoribus annexū & illud,
 quod est honoribus annexū est veluti, quod aliquis
 sit iudex, vel magistratus, vel q̄ habeat Imperiū, vel
 potestaté, nam istud est munus publicū, & habet ho-
 8 norem annexum †, quia honor eis datur, *vt l. 2. ff. de in ius vocand. & l. part. ff. de iudi. & prodest hoc, quia si quis impetret vocationem munerum, non censetur impetrasse vocationem illius muneris, cui*
 9 est † honor annexus *vt in l. 2. ff. de vaca. mun. patri. & l. cui munus. ff. de mun. & honor. & l. 18. §. muneris. ff. de vaca. & excus. mun. gl. l. vnica. C. de vaca. mun. pub. lib. 10. & sic numerus liberorum, vel etas.*
 10 70. annorum †, licet excusent à muneribus, *vt patet ex tit. C. de ijs qui mun. lib. & titu. qui eta. vel professi. libro. 10. text. in l. 2. & ibi glo. tit. 17. part. 6. Auend. cap. 29. prato. lib. 1. tamen si munera hæc sint honori annexa non excusant, ex dictis iuribus, & ex l. 2. §. numerus, & in l. in honoribus. ff. de vaca. mun. & late per Ferdi. Paer, in Tract. de muneribus, in 12. volum. Tract. diuersorum Docto. & semel excusato aliquo, ob liberorum numerum non potest com-*
 11 *pellī redire ad excusationem illius † etiam si filij post moriantur, secundum Tiraq. de cessante causa, limit. 4. nu. 10. & in l. si vnquam. verbo, suscepit. nu. 192. Peralta, in l. Manius. §. duorum. nu. 21. de legat. 2. Istud autem munus, cui honor est annexus nihil*
 12 *aliud est, quam officium † publicum, vt dicitur alibi, in l. pupillus. §. munus. ff. de verborum. signific. Aliud est verò munus etiam personale, quod sordidum appellatur quod tamen iudici non potest,*
 13 *quando alicui personæ iniungitur † aliquod officium exercendum sumptu suo, & istud non est proprie munus personale vt in l. munerum §. 1. ff. de mun. & honori. sed sordidum munus est, quando,*
 14 *personæ indicitur aliquod munus explicandum, quia dicitur vel reputatur esse vile & abiectum, vt sunt omnia officia in quibus quis habet ex suo corpore laborare, vt sit coquus vel barbitonfor vel similia, de quibus habes. ff. de mun. & hon. l. fin. §. 2. & hoc dicit quilibet text. loquens in mercagarijs pascuorum vt l. ne quis ex ultimis. C. de Dignit. lib. 12. & in Autenti. de testibus. §. sancimus, & habes de istis factam mentionem in l. maximarum. §. sordidorum. C. de excus. mun. lib. 10. Aliud vero & tertio reperies esse munus personale, quod neque est sordidum, nec honoribus annexum, vt quando imponitur*
 15 *alicui actus, quem facit, † sicut sumptum, vt in tutela vel cura, quæ sunt personalia, & sunt publica autoritate, sed vtilitate priuata, & ideo non est sordidum, nec honori annexum: idem posset dici in iudice delegato si est in administratione, vel aliter quando habet territorium vt codice, vt & apud quem cogni. res agi pos. l. si. circa medium, & de isto loquitur. text. in l. final. §. iudicandi. ff. mun. & honori. licet possit dici quod sit aliquis honor adiectus, vt aliqui volunt. Sed est dubium nunquid ista munera personalia sint quibuslibet personis indicenda & iniungenda, & dicendum est quod non*
 16 *omnibus iniungetur, nam pupillis † non inducuntur ex l. 2. ff. de vaca. mun. secundum Guillielm. de Cugno, in l. neminem. C. de sacrosan. Eccles. & sic inquit glof. a pregon, in l. 5. titulo 15. parti. 2. quod in vniuersitate seculari vocandi sunt maiores. 14. annorum † siue*
 17 *sint mares siue feminae, virgines vxoratae, vel vi-*
- duæ, & tandem concludit quod illi, qui non sunt
 vxorati non vocantur ad concilium, † & in mino- 18
 ribus. 25. annorum quod non habeant vocem † in 19
 concilio, neque in electione tenet Ias. dicens hanc
 communem, *in l. de Pupillo. n. 4. ff. de noui. oper. num.*
quem relatum reperi in lib. 11. commu. opin. pag. 237. columna. 1. Sed annis maiores 14. annorum, minores tamen. 25. excusentur à muneribus perso-
 20 *nalibus † aliqui distinguunt, quod aut sunt talia mu-*
 nera in quibus indicitur periculum, & tunc non in-
 dicentur eis nisi in subsidiū, quando alij non inue-
 niuntur, *vt in l. ad Rempub. ff. de mun. & hono. si autem sunt talia munera in quibus non vertitur prop-*
 tum periculum, tunc ipsis minoribus, sicut, & alijs
 indici possunt, vt in portatione armorum & simili-
 bus: Alij vero distinguunt & meo videri idem est in
 effectu, scilicet, quod quædam sunt munera perso-
 nalia in quibus requiritur consilium & discretio, vt
 esse de consilio & habere Regimen aliquod, & tunc
 non sunt indicenda minoribus, nisi in defectum
 aliorum, *ex dict. l. ad Remp. & ex l. 3. de Decurio.*
 Quædam vero sunt munera personalia, in quibus
 non vertitur periculum hoc, vt facere custodiam
 ad portas vel muros, & ad ista possunt vocari mi-
 nores, liberantur tamen ab eis propter studium, *vt*
 1. 1. C. qui de etate. lib. 10. & in alijs pluribus iuribus
 relatis per Petr. de Valdis, *in de duobus fratribus. titu.*
de collectis. num. 46. & 50. sic distinguentem, & per
 21 *Guillielm. de Gug. in Tract. de muner. in princ. num. 8. &*
 9. *in 12. volum. Tractat. diuersorum Doctorum. Alios casus vbi quis excusatur à muneribus personalibus & cogi non potest † illa acceptare, vide per Auen. 21*
 22 *cap. 19. prato. num. 24. cum duobus sequentib. lib. 1. Sed an in duobus locis possint hæc munera personalia induci, dic quod sic †, scilicet in loco domicilij, &*
 23 *originis. l. 1. C. de municipibus & origin. Sed an si quis ad talia munera vocetur eodem tempore in ijs duobus locis, quis locus præferetur & dicendum est locum originis præferendum †, quia potior est, vt*
 24 *l. assumptio. ff. ad municip. l. 1. C. de municip. & origi. & ibi glof. & Barto. & intellige de origine paterna, vel materna. l. filios. & l. originem. C. de municip. & origi. secundum Guillielm. de Cug. vbi supra, num. 10. & Petr. de Val. vbi supra, num. 53. Habebit tamen talis iustam causam se excusandi à loco originis si ibi-*
 25 *dem ad sint †, qui eligi possint, secundum Plat. in l. 24 exemplo. C. de Decurio. lib. 10. & in l. ciues, C. de incolis. eod. lib. aliter enim excusari non possent, sed omnino teneretur adire locum originis, & sic intel-*
 26 *liges dicta per Auend. ca. 19. prat. nu. 24. versi. sextus casus. lib. 1. & voluit Petr. de Valdis, vbi supra, nume. 54. & hæc de muneribus personalibus. In patrimonialibus verò est dicendum, quod aut mune-*
 ra patrimonialia principaliter rebus indicuntur & tunc attenditur locus † vbi res adest, & ibi potest
 collectari licet ibi non fuerit domicilium, sed vbi
 personæ principaliter pro rebus indicuntur mune-
 ra hæc Patrimonialia, tunc attendimus locum Do-
 micilij, & personam tanquam principalem, & vbi
 est persona & habet domicilium ibi collectatur,
 quia ibi præsumitur esse res *l. ciues, & l. cum neque.*
C. de Incolis, ita Pet. de Vald. vbi supra, num. 56.
 quod est singulare: Et hæc quoad patrimonialia
 personalia. Quoad patrimonialia verò & sic realia,
 Dico, quod munus patrimoniale verò & merè est il-
 lud, † quod singulis, annis vel necessitatis tempore
 ip̄s

ipfis rebus vel possessionibus indicitur lege vel Principe statuyente, prout definit & declarat, *Pet. Antiboli, in Tractat. de munerib. & honor. 2. parte. nu. 12. cum 2. sequentib. in 12. Volu. tracta. Divers. Doct.* Aliud verò munus & sic tertium, quod dicitur & 27 vocatur mixtum †, eo quòd personæ pro rebus imponitur, quia partim capit à persona partim à re, prosequitur *Guilliel. de Cug. ubi supra, nu. 13. cum sequentibus aliquibus, & Pet. Antiboli, dict. 2. parte, num. 8. & Bellonus consil. 12. num. 8. cum sequentibus;* hoc patrimonium cum mero inculcauit & male. Et 28 à muneribus patrimonialibus † nemo excusatur. *l. 2. §. 1. ff. de vaca. mun. & excus. & alibi pluries, quæ quidem omnia munera prosequitur Bart. in l. 1. C. de mulierib. & in quo loco, vbi & declarat quibus possint imponi & quibus non, & horum munerum* 29 patrimonialium † quedam sunt ordinaria, quedam extra-ordinaria, quæ tributa appellatur in dictiones & in dicta, iuxta text. *ubi Bart. & omnes. l. 1. C. de indicti. libro. 10. & dicitur quando à principe vel à lege generali super certa forma & Regula perpetua, & vniformi indictum est, & tale tributum dicitur reale, siue pro patrimonio tantum indicatur siue pro capitibus singulis, quòd capitatio nuncupatur, siue pro possessionum & iugerum numero, quod iugatio appellabatur, vt de ijs duobus est text. in l. immunitates. C. de agrico. & censit. lib. 11. licet enim capitatio videatur potius personale cum pro* 30 *singulo capite imponeretur, tamen proprie † est reale, cum personale sit, non pro singulis capitibus, sed pro industria operibus & lucro quod consequuntur homines ex operibus suis, vt est text. l. fin. in principio. ff. de mune. & honor. & de capitatio- ne est titul. de cap. ciu. consil. lib. 11. gloss. in Rubric. C. de anno. & trib. eod. lib. & in l. cum antea, Verbo capitatis. C. de Agricol. & censit. Extra-ordinarium verò † munus est, quòd imponitur non lingulis annis, sed aliquando secundum temporum exigentiam, & hoc communi vocabulo collecta appellatur, vt est gloss. in l. rescripto §. fin. ff. de muner. & honorib. tradit Barto. in l. placet. C. de sacrosanct. eccles. Socin. & alij relati per Tyberium Decian. Respons. 55. num. 4. volum. 1. vbi à num. 1. hæc describit munera: & in nostro titul. in presenti de muneribus patrimonialibus principaliter tractatur, & itidem de personalibus in aliquibus legibus.*

SVMMARIVM.

Sanctus ac seraphicus Franciscus, tres ordines instituit. num. 1.
Sorores & fratres tertij ordinis possidentes bona in communi excusantur à Collectis. nu. 2.
Secus in possidentibus bona in particulari, & viuentibus in suis domibus. nu. 3.
Sorores & fratres huius tertij ordinis, non dicuntur habere Regulam. nu. 4.
Milites Alcantara Calatraua, & Sancti Iacobi, laicis assimilantur. num. 5.
Oblati qui non sunt religioni, non dicuntur personæ Ecclesiasticæ. num. 6. & num. 7. ampliatur.
Offerentes se & sua monasterio plenè licet habitum non mutent, ecclesiasticæ personæ reputantur. num. 8.

Oblati, qui dicantur. num. 9. remissive, & ibi quid conuersi.

Oblati & confratres sancti Ioannis de Rodas in seculo remanentes, non gaudent priuilegio Fori, neque à decimis excusantur numero. 11.

Lex Prima.

SVMMARIVM.

Monachi & sorores tertij ordinis sancti Francisci existentes in domibus & bonis suis non excusantur à contributionibus & tributis.



LBI, Y DE TERCERA REGLA DE SEÑOR SANT FRANCISCO. Sanctus enim ac seraphicus Franciscus tres ordines † constituit. Primus fuit fratrum minorum, qui est arctissimus, & caret proprio in communi & in particulari, vt in *Clemen. exiui de paradiso, de Verbo. signifi.* Secundus est ordo sanctæ Claræ, qui differt à primo, quia possunt habere bona in communi, non verò in particulari secundum *gloss. in Clemen. cum adeò, de senten. excommunic.* Tertius verò ordo est de pœnitentia, qui fuit inuentus pro maribus & fœminis etiam viuentibus in coniugio, & isti habent proprium in particulari, & dicuntur fratres & sorores tertij ordinis, & eorum proprium non est ordo, sed quidam viuendi modus approbatus à Papa Nicolao, & hos tres ordines ita declarat *Ioan. Andr. in Clementina, cum ex eo, de senten. excommunic. & in Clementina. 1. de Relig. Domini. & Barto. Socin. consil. 245. volum. 2. & Corneus, consil. 220. volum. 3. Francisc. Marcus, Decisio. Delphin. 565. Capici. decisio. 115. num. 9. & 10. Felin. in Tracta. quando Lite. Apost. noce. pat. colum. 8. versic. limitatur quarto, & de hac vltima Regula tertij ordinis loquitur nostra lex, vt in gloss. sequente.*

¶ *Ibi, Y se estan en sus casas, y en sus bienes,* multum ponderanda sunt verba hæc, vt intelligas quòd lex nostra non vult comprehendere fratres & sorores tertij ordinis. qui viuunt in communi & in communi possident bona † & non in particulari, illos enim non comprehendit text noster neque dici possunt laici, cum à domo vbi in communi habitant exire regulariter non possint, & habeant ministrum, cui obediunt, vt in effectu concludunt *Lapus, & Cardin. Relati per Socin. dict. consil. 245. nume. 1. & Corne. dict. consil. 220. & sic ij. non collectantur nisi in casu, in quo id fieret in fraudem collectarum, secundum Bal. in l. semper ff. de iure immu. & Abb. in cap. & plantare, extra, de priuileg. & Petr. de Vald. in Tract. de collectis, num. 63. pagin. 158. in paruis, vbi additio alios allegat, sed loquitur lex nostra in illis, qui propriè dicuntur de dicto tertio ordine, qui habitant in domibus suis & possident bona † in particulari, & ij. vt laici reputantur, & contribuunt in tributis & collectis Regijs, prout de consuetudine esse testabatur *Barto. in dict. l. semper. ff. de iure immu. quem ad hoc allegat gloss. magna, in colum. 2. in l. 1. titulo. 7. partita. 1. nam licet dicantur fratres & sorores non sunt propriè ac strictè religiosi, sed fratres de pœnitentia, neque propriè dicuntur habere regulam,**

4 regulam, sed potius † quendam viuendi modum, vt est glo. not. in clem. 1. de relig. domi. & in clem. cum ex eo, de senten. excommu. & ita hanc opinionem tenent Ancha. in cap. 1. de immu. eccles. in 6. relatus per Duenas regu. 100. fall. 8. & Auenda. in capi. 14. prero. num. 28. lib. 2. & Didac. Per. in. l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordin. colu. 93. & hanc veriore[m] testatur Nicolaus Festasij, in tract. de astimo & collectis 4. par. cap. 1. num. 10. vsque ad 15. volu. 12. tracta. diuersorum, fol. 183. & aufredius, in repe. cle. 1. de offi. or. tit. de potest. secul. supra eccles. reg. 2. in 4. & 6. ampli. fol. 30. licet contrariam ibidem dicat æquiore[m], & sic possunt reduci ad concordiam opinionem contrariæ Doct. circa hoc de quibus per Did. Perez. l. 19. ti. 4. lib. 4. Ordinamenti.

† Ibi, Como los otros legos, ergo & isti laici sunt & laicis assimilantur vt per Calder. conf. 7. de iudi. & foro compe. & faciunt dicta per Fæder de senis, consil. 97. num. 4. in fine, sicut, & in militibus ordinum Calatrauæ, Alcantaræ, & sancti Iacobi
5 alibi diximus non esse verè religiosos, sed laicis † potius assimilari, vt inquit glos. in d. l. 1. & sic idem in istis monachis & prioribus tertij ordinis in domibus suis habitantibus & in particulari bona possidentibus, eo quòd isti non possunt dici vere & proprie oblato religioni, ij enim, qui non sunt plene oblato, quia se & sua non transtulerunt in religionem stricto modo, non dicuntur personæ ecclesiasticæ, † secundum Abba. in cap. vt priuilegia num. 3. de priuile. & in cap. 2. numer. 5. de foro competen. & Socin. in cap. 3. de priuileg. & Syluestr. in summa, verbo oblatus, & decisis capelle Tolosan. 8. & ibi additio, & nouissime Ignatius Lasarte, in tract. de Decima vendi. cap. 19. num. 89. & idèd secundum eundem Abb. in ca. pen. de priuile. non gaudent priuilegio ordinis nisi in casibus à iure expressis: Adèd vt etiam si solum vsum-fructum bonorum retinuerint, non dicuntur † vere religiosi, secundum glos. sepulturam iuncto tex. in cap. fin. de sepult. in. 6. concludit text. in ca. quoniam, & in cap. ex parte, de priuile. ex quo si decedant sine electione sepulturæ in suis sepeliuntur parochijs secundum Abb. in d. cap. pen. num. 1. & in ca. cum & plantare, de priuileg. quòd si extra Parochiam sepelirentur, debetur quarta parochis, secundum Abb. in cap. in nostra. num. 3. de sepult. vbi dicit tex. vbi menti tenendum, & sic decimas soluent suis Ecclesijs parochialibus, secundum Rebus. de decim. q. 14. verbo religiosi, secus vero si se & sua
8 plene obtulissent † monasterio licet habitum non mutassent, quia tunc ecclesiasticæ reputarentur, vt ex c. per exemptionem, de priuile. in. 6. constat, quem ad hoc allegat Cardi. in cle. 1. in fi. de decim. & Abb. in d. c. cum & plantare. num. 4. vbi vult quòd non subsunt tales iurisdictioni Episcoporum, & ibi additio alios allegat & remittit se ad dicta per eum, in d. ca. 2. de foro comp. eo quòd tunc gaudent priuilegio ordinis, ex d. cap. per exemptionem: Et qui
9 dicantur † oblato vide per Boeri, decis. 20. num. 5. Calderi conf. 6. in fi. de regul. & glo. 1. l. 9. titu. 7. p. 1. Et quis † etiam conuersus dicatur, vide Rebus. de verbo. sig. pag. 1029. vers. oblatus, & Card. Zabarella consil. 21. per totum, quibus quidem rationibus legislator in lege nostra motus disponit hos tertij ordinis fratres & sorores domos particulares habentes, & propria bona possidentes teneri adtributa, quia laicis assimilantur, neque proprie

dici possunt religiosæ, neque Ecclesiasticæ personæ, & sic non gaudent eorum priuilegijs, vt inquit text. in l. 1. tit. 7. partit. 1. Ex quibus semel consultus dixi oblatos confratres vocatos ordinis sancti Ioannis † de Rodas, remanentes in munito cum bonis suis, sicut antea, & in eodem habitu, quo antea utebantur, licet portarent signum religionis talibus solitum dari, quòd vocatur media cruz, ò el tau, non esse exemptos à iurisdictione Regia, nec à decimarum solutione, posseque habere Regis officia secularia, nec priuilegia ordinis sui cum eis loqui, sed cum illis, qui vere erant oblato religioni viuentes in eorum conuentis & hospitalibus vt fratres cum dicto signo del Tau, & sic quoad decimas vide dictum.

S V M M A R I V M.

Baccalaurei, volentes se excusare ex eo quòd baccalaurei sint, nulla excusatio eis datur à munitibus. num. 1. vbi num. 2. in quibus excusentur casibus.

Nobiles, aduocati, & exempti an teneantur ad collectas, quæ belli ratione, vel casus inopinati indicuntur. num. 3.

Ius canonicum præminentius esse quam ius ciuile. num. 4.

Lex 2.

S V M M A R I V M.

Baccalaurei in iure canonico vel ciuili, non excusantur à solutione tributorum, nisi in casibus exceptis.

IBI, BACHILLERES, pondera dictionem ita sicco vocabulo conceptam, vt intelligas, quòd ex eo tantum quòd baccalaurei, † sunt, volunt se excusare, hac enim sola ratione nulla eis excusatio datur, & hoc quòd lex nostra in ijs verbis vult iunctis finalibus ibi, excepto en los casos que por derecho son otorgados, qui casus sunt, si legant in scholis publicis. vel in tribunalibus † aduocant, aliquo tamen horum 2 deficiente non excusantur baccalaurei solum, prout inquit Dida. Perez, hic, sub. l. 20. tit. 4. lib. 4. ord. & diximus late in l. 8. tit. 7. lib. 1. supra. & nouissime Ioan. Gar. in commento de nobili. glo. 35. num. 31. cum sequentibus, vsque ad 39. vbi legem nostram in finalibus verbis declarat procedere etiam is baccalaureo eminentis scientiæ, vt is etiam censeatur exemptus, & ibi in glo. illa, quid de licenciatis & Doct. de quo & per Did. Per. vbi supra & latius & clarius per nos in d. l. 8. vbi tenuimus, baccalaureos etiam aduocatos, imo & licenciatos, & Doct. non graduatos in aliqua ex vniuersitatibus ab illa l. 8. de designatis non excusari, à solutione tributorum Regiorum, imo & designati in illa l. 8. debent legere vel aduocare vt dicta exemptione gaudeant, vt ibi dixi & tenet Dida. Per. vbi supra col. 1443. in fi. & me referens

rens nouissime Gutierrez, in pra. quest. li. 1. q. 23. & Humada, in l. 3. tit. 10. p. 2. glo. 8. num. 1. & 2. etiam si Ioan. Gar. ubi supra. num. 9. aliud in tributis velit dicere. Sed an nobiles, aduocati, & exempti tenebuntur ad collectas, † quæ belli ratione, aut casus inopinati indicuntur, vide Fran. Marcum, decis. Delphi. 458. num. 2. 16. 18. 20. & 28.

¶ Ibi, En derecho canonico o civil, ex ordine litterarum colligere poteris præminentius esse ius † canonicum quam civile, & nimirum cum ex dictis Parrum Sanctorum, & ex sacra Theologia deductum sit, & circa materias spirituales & eis annexas versetur, vt per Villalobos, in Antinomia litera, A. in principio num. 15. & Dida. Perez. in q. 3. proæmi. ad leges. Ordin. & diximus in Rubri. tit. 1. lib. 2. supra. num. 14. cum sequentibus.

¶ Ibi, Excepto en los casos, puta si sit baccalaureus eminentis scientiæ aduocatus vel lector, vt in glos. præcedente diximus, & excepta tributorum exemptione regionum, quoad alia priuilegia gaudebunt eis, vt in d. l. 8. titu. 7. lib. 1. supra diximus. num. 4. ad fi. etiam si Humada ubi supra num. 3. referat nos in contrariam partem, cum eam non tenuerimus.

S V M M A R I V M.

Tributa an per focularia, fumantes vel capita essent distribuenda. nume. 1. & num. 2. quod regulare est quod per æs & libram collecta imponatur.

Munus an sit reale vel personale prima causa inspicitur num. 3.

Recurrendum est ad æstimum antiquum. num. 4.

Possessiones steriles non collectantur. num. 5. neque pauperes. num. 6.

Æstimatione bonorum facta si onus imponatur an statim auferetur vel expectabitur alia descriptio. num. 7.

Villa quælibet si dicatur quod si habet quindecim focularia debeat tenere decem equos, vel soluere centum aureos inter se an debeat solui per focos, vel solidum & libram. num. 8.

Collecta si imponitur super fumantibus fumantes attenduntur. num. 9.

Infirmi si facultates eorum non sufficiant ad alimenta excusantur. num. 10.

Artifices nihil possidentes etiam excusantur. numero 11.

Bona si diminuantur vel augeantur an diminuetur vel augebitur æstimatio. num. 12.

Æstimatio rerum immobilium per decuriones faciendâ est, nobilium verò per possessores. num. 13. & si nolint iurare compelli possunt. numero. 14.

Mercimonia an æstimari debeant vt collectis subiaceant. num. 15.

Persona singule an sint vocandæ ad æstimationem bonorum. n. 16.

Exhiberi debet el padron à collectore ad recuperandum. num. 17.

Grauatum se dicere potest quilibet intrâ annum post verò non. num. 18.

Diuisio faciendâ est æqualiter & sine incommodo aliorum, & per quos, & quomodo sint æstimatores nominandi. num. 19.

Collecta imponenda pro quibus rebus fiet & quando. num. 20.

Qualiter & quomodo vbi non adest æqualitas vel populi sunt sine vicinis fiet diuisio. numero 21.

Æstimum antiquum prius est inspiciendum si reperiat. num. 22.

Bona semel æstimata si depercant vel augeantur quid fiet. num. 23.

Exactor an possit remittere munus illi, qui est in extrema paupertate, & si remittat an soluet de suo. num. 24.

Aliqui de ciuitate si non sint soluendo, an tenebuntur qui sunt. num. 25.

Lex 3.

S V M M A R I V M.

Forma diuidendi tributa regi debita in presenti disponitur.



Bi, POR CABECAS, tributa hæc & seruitia an essent per capita vel per fumantes & focularia distribuenda † examinabat de iure ciuili Perr. de Baldis, in tracta. de collectis. num. 13. cum sequentibus, fol. 152. in paruis. vbi distinguebat, quod aut collecta est voluntaria, & tunc ciues habent inter se distribuere prout sunt in concordia, quia huic libertati non imponitur meta, vt si vult facere honorem alicui Cardinali, vel nobili venienti ad partes, nam in rebus voluntarijs nemo necessarius existit. l. tutori. C. de negoti. ges. Aut imponitur pro vtilitate publica vt pro soluendis stipendijs armigerorum conducendorum ad seruitia communia, vel pro emendo Castro ipsi ciuitati, vel imponitur collecta pro necessitate publica, vt pro soluendis debitis ex contractu, vel ex maleficio, & talis collecta debet solui per solidum & libram, secundum Bal. in l. etiam. C. de exec. rei iudi. id enim est regulare vt per æs & libram † collecta imponatur, secundum Bart. in l. 2. 1. C. de Apoch. publi, & ibi glos. Bellonum, cons. 12. nume. 1. facit text. in l. rescripto. §. fin. ff. de mune. & hono. vbi dicitur quod collecta imponitur personæ pro patrimonio, ergo pro rata patrimoniij quilibet tenetur ad soluendam collectam, vt est tex. in l. omnes vers. pro viribus. C. de mun. pub. & in l. sancimus. iuncta glos. C. de Aduo. diu. iud. & in l. 1. C. de mun. patri. lib. 10. ibi pro modo fortunatum, & habetur per speculatiu. de raptor. §. 1. vers. sed pone, sed si imponitur pro soluenda pœna; vide Bart. in l. ne quid ff. de incen. rui. nau. Corneli. consil. 122. volu. 2. & hæc vera in collecta principaliter imposita, sed quando collecta descendit secundario ab alio onere tunc causa debet inspici, & ipsum

& ipsum principale onus, nam & ad sciendum an munus sit reale vel personale prima causa inspici-
 3 tur, † secundum *Bart. in l. vni. C. de muli. & in quo lo. & alios relatos per Bellonum, ubi supra. num. 4. 5. & optime per Zephal. conf. 317. num. 23.* & sic si pro redimendo onere cap. imposito, imponitur collecta per capita, vt puta ex forma statuti, quilibet debet ire in exercitum cum deuentum est ad compositionem, quod soluatur tantum, vel vadant in exercitum, tunc imponitur collecta per capita, sicut enim per eam pecuniam sentiunt grauamen per capita ita per capita soluant. §. *illud inst. pro socio. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. si vero onus sit subeundum propter fumantes, puta dicit statutum, quod vnus de qualibet familia debeat ire in exercitum, distribuitur collecta per familiam siue focos, quia tunc omnes habitantes in vna familia habentur pro vno: si vero causa ob quam imponitur collecta est debitum vrgens vel stipendium soldatorum, tunc secundum libram & solidum debetur, nisi statutum distribuatur expresse per alium modum, quia per illum tunc distributio fiet, argumen. ff. *ad Trebel. l. quotiens, & l. nonnunquam, in dubio autē vbi de hoc non liqueret, collecta imponitur personis pro viribus patrimonij, vt l. rescripto. §. fin. ff. de mune. & honor. & predicta vera quando obligatio principalis, cuius loco fuit subrogata pecunia etiam cōtracta, secus autē si non, nam tunc nihil possumus ex ea sumere quia nihil est: Quę omnia intelligo, in locis vbi non adest æstimum in similibus distributionibus factum, vel non solent deputari officiales per quos id fieri debeat, nam si adesset æstimum recurritur ad illud, & pro quantitate & rata debent æstimari &
 4 collectari, & quod ad æstimum recurratur † est text. in *l. incola, vbi notatur, ff. ad municipa. secundum Bald. in l. 1. §. quibus. ff. quod cuiusque vni. nom. vel si non adest æstimum ad sunt tamen officiales, qui hoc debent facere, prout ex textu nostro constituuntur, & nominantur ad distributionem similium tributorum, tunc enim ad eos est recurrendum, & recurritur quotidie: Et in tali distributione non grauantur possessiones steriles
 5 non asserentes aliquam † vtilitatem, eò quod istud est onus fructuum secundum *Bald. in l. ad instructionem. C. de sacros. Eccles. l. neque stipendium. ff. de impen. in re. dot. fac.* Item pauperes non contribuunt, neque collectantur, † vt in hoc dicemus titulo. item deducitur onus rebus impositum, nam non dicuntur bona nisi deducto ære alieno. *l. subsignatum. §. bono. ff. de verb. sign. tenet Rola. Valle. conf. 66. nume. 34. lib. 1. ex l. nobis. §. cum autem. ff. ad l. Rhod. de Iactu.* Sed an si æstimatione bonorum facta onus imponatur an statim auferretur, vel expectabitur alia descriptio, † vide *Gerar. sing. 10. serua memoria: Et nota quod si dicatur quod qualibet villa in qua sunt quindecim focularia vel vltra, debeat tenere decem equos, vel soluere centum aureos inter se, tunc enim licet regulariter deberet solui per solidum & libram, secundum *Innocen. in cap. grauem, de sent. ex com.*
 8 tamen hoc casu debet per focos † solui, secundum *Euerard. in loco à nomine officij pag. 519. in prin. in paruis, & quia cum imponitur collecta super fumantibus seu focularijs, † fumantes attenduntur, secundum *Bellon. d. consil. 12. nume. 5 & de******

*ijs dixi alia in l. 26. titu. 6. lib. 3. supra: itidem notandum est, quod facultatibus diuites, corpore tamen infirmi ita vt fructus suarum possessionum vix sufficiant ad alimenta † sunt in his collectis subleuandi, argum. l. 1. & 2. C. qui morbo, & in cap. licet extra de censibus, nē afflictio detur afflictio, authen. nauigio. C. de fur. cap. 1. de clerici. agrot. & idem in Artificibus nihil possidentibus † secundum *Pet. Vval. ubi supra. nume. 23. fol. 153. in paruis, & Rolan. Valle, ubi supra num. 50. & 51.* De quibus an per solidum & libram, vel per capita aut fumantes fiat distributio, tradit *Aegydi. Thomati in tract. de collectis. §. retenta proxima discussione. numero 2. & 3. fol. 157. in 12. vol. tract. diuersorum, in nouis, & ibi. nume. 7. & 8.* quid si bona diminuuntur, vel augeantur an æstimatio diminuetur, vel augebitur, † & *Bello. de consil. 12. pertotum.**

¶ *Ibi, La justicia y regidores: Æstimatio enim rerum immobilium per decuriones fieri debet, mobilium † vero per possessores, quorum affirmati- 13*
oni iurata assentiendum erit, si aliter vniuersitas id liquidare non posset, secundum Ægydi. Thomati, ubi supra. nume. 15. fol. 158. ubi nume. 16. querit, quod si nolunt iurare, compelli, † pos- 14
 sunt, & inquit hanc esse suam nouam quæstionem à nemine disputatam, & allegatis hinc inde Argumentis tenet opinionem, quod ad id compelli possint, & bene hæc tamen procedunt, vbi non adest æstimum, secus si adesset vt supra, & infra ista lege. Et an mercimonia æstimari debeant vt collectis subiaceant † vide per *Tyber. Decian. 15*
Responf. 69. vol. 3.

¶ *Ibi, Y llame al procurador del comun, non tamen sunt singulares personæ vocandæ, quia quando fit partitio collectarum per singulares personas soluendarum ad æstimanda eorum bona non sunt singulæ personæ † vocandæ, sed præsentis 16*
syndico vniuersitatis, vel alia persona publica de mandato iudicis fit æstimatio & partitio, & illud dicitur, Padron, vt expresse ex verbis ijs nostræ legis iunctis præcedentibus orationibus probatur, & illa æstimatio & partitio, & sic, el padron, debet exhiberi à collectore, tempore † 17
 quo exigit pecuniam à vicinis, & intra annum à die publicationis potest quis dicere se grauatum, post annum verò † non, secundum *Auend. 18*
cap. 14. prat. nume. 36. li. 2. & per Ægyd Thomati, ubi supra num. 36. fol. 160. & facit pro hoc l. 5. infra isto titu. & lib. & an semel reuisione facta possit iterum peti vt reuideatur, Lasarte, de decim. vendi. cap. 18. nume. 91. inquit quod non. De qua diuisione faciendâ æqualiter & sine incommodo aliorum & per quos † & quomodo sint æstima- 19
 tores nominandi, vide, *Roland. Valle. conf. 66. num. 52. cum sequent. li. 1.* Et de collecta imponenda † 20
 pro quibus rebus fiet & quando vide *Bart. & ibi addi. in l. 1. C. de muli. & in quolo. lib. 10.* Et qualiter, & quomodo vbi non adest † æqualitas 21
 vel populi sunt sine vicini, vide text. in *l. pan. & fin. titu. 6. infra lib. 7.*

¶ *Ibi, Y todos juntamente vean y aueriguen de que forma y manera se han echado y repartido y pagado hasta aqui, hic habes rex. probantem, quod prius ad æstimum antiquū, † si reperiatur, est recurredum, prout 22*
 de iure antea esse in hac remanet dictum lege, & tradit

trahit *Petr. de Vual. de collectis fol. 52. in paruis num. 15. cum sequen.* Et quid si bona semel æstimata depereant ita quòd decrescant, vel è contrario augeantur, an decrescet, vel augebitur collecta iis, quibus decrescunt, vel augeatur, † *vide Egedi. Thom. ubi supra. numero 7. & 8. fol. 157. in 12. vol. tract. diuersorum,* ubi numero 10. annectit quæstionem scilicet, si quis in extrema paupertate constitutus nequeat onus indicti muneris satisfacere, an poterit † per exactorem remitti, & inquit quod non poterit aliàs soluet de suo *ex l. omnes. C. de anno. & trib. lib. 11. & ibi Bart. & ibidem ipsemet AEgedi. Thom. numero 11. examinat quæstionem, an si aliqui de ciuitate non sint soluendo, possint ne reliqui grauari præstatione † totius summae. Et quid si vnus priuilegiatur an alij soluent pro eo, ibidem numero 12 & Aluarum Velascum in consultatione Lusitania. 12. per totam, maxime à numero 4. & ego dixi in l. 25. numero 7. titu. 6. lib. 3. supra ubi alia diximus, & tradit Francis. Marcus, decis. 458. num 8. Et an credatur testimonio tabellionis asserentis aliquem esse immunem *vide Didac. Per. l. 24. titu. 4. lib. 4. Ordinam. col. 1452. cum sequen.* & in propositum huius legis & sequentis *vide optimum cons. 66. Rolandi Valle lib. 1.**

S V M M A R I V M.

Collecta soluenda est secundum tempus impositionis non verò secundum tempus solutionis. num. 1.
Vici tenentur ad sifam & contributionem faciendam. num. 2. & 3. an possint, procedente tempore petere aequalitatem si vsque tunc non seruetur.
Munera patrimonialia pro modo facultatum sunt imponenda. num. 4.
Grauati leuandi sunt ex eo, quod per commenta criminosa impositum est. num. 5.
Laborans dietim pro victu non est collectandus. n. 6.
Cæcus ansit collectandus. num. 7.
Principum populorumque Imperium ad adiuuandum non ad nocendum est. num. 8.

Lex 4.

S V M M A R I V M.

Ordo habendus in distribuendis tributis & seruicijs Regis inter ciuitates, villas & loca ac iurisdictionem, declaratur hic.

IBI, VAYA ECHADO Y REPARTIDO POR NVESTRAS CARTAS, ex iis collige verbis, collectam esse soluendam secundum tempus impositionis, & non secundum tempus † solutionis, *glos. in l. in col. ff. ad municip. & est ratio, quia res est tacite obligata pro oneribus de quo per Alex. l. cum seruus. §. si quis circa finem delega. 1. not. Petr. de Vualdis, in d. tract. de collectis numero 24. fol. 153. in paruis.*

† Ibi, Todos los lugares de la tierra, nam & ipsi vici tenentur ad sifam † & contributionem faciendam, sicut & statutis ciuitatum & consuetudini-
Tom. 4.

nibus totum regitur territorium, vt vtrumque prosequitur Mexia, in pragm. panis. *conclus. 1. num. 75. cum. 2. sequen.* Et quid si vici soluunt duas partes & ciuitas vnã ex statuti forma, an procedente tempore † possint vici petere ne hoc modo diuisio fiat, vide quæ diximus in l. 25. tit. 6. numero 5. lib. 3. supra ubi & alia.

¶ Ibi, Teniendo consideracion a los veñinos que en ellos ay, ya las hañendas y iratos y caudales, nam pro modo facultatum munera patrimonialia sunt imponenda † masculis & fæminis, minoribus & maioribus l. si. §. Patrimoniorum. ff. de mune. & hon. C. eo. titu. per totum, & C. quem ad ciuil. mun. in di. l. si. lib. 10. & l. infraudem, de anno. & tribut. & grauari leuamen accipiunt, quòd per commenta criminosa † est eis impositum, lex, *granatos. C. de censib. lib. 11. not. Petr. Anziboli, in tract. de mun. & hon. in 2. parte, de modo mune. in principio. numero 126. in 12. vol. diuersorum tract. fol. 30. in nouis notandum est etiam ex iis verbis, quòd cū patrimonia sint respicienda pro partitione collectæ, ille qui est pauper & non habet patrimonium non est collectandus, neque ille, qui dietim † laborat pro victu quærendo, secundum Bald. in Authen. defunct. C. ad Tertullian. glos. in l. omnes. C. de anno. & tribu. lib. 10. Gerar. sing. 73. pauperes Mincha. controues. illust. cap. 41. numero 4. & 7. Petr. de Vual. in d. tract. de collectis. numero 18. & 23. fol. 152. in paruis, Rolan. Valle. d. cons. 66. numero 20. & 21. volu. 1. & bene per Egedi. Thomati. in tract. de collectis. §. Pauperes vero. numero 1. & 2. fol. 146. vol. 12. tractat. ubi. numero 3. quid in cæco † & ratio horum est, vt inquit Minchaca. dist. numero 7. nam cum Principum, populorumque Imperium ad adiuuandum non ad † nocendum sit, par est, vt qui omnes agros, campos, fundos, terrasque habent, iis sanè ad eos defendèdos, hostiumque impetum propulsandum, manus, res & pecunias, bonaque admoveant, & contribuant, diuersum est in iis, qui nihil rerum soli possident in ea regione, nam terram, quã non habent tueri ac defendere non iure cogentur, prout prosequitur Mincha d. n. 7. & 8. sic declarans versus quorundam Poetarum, & sic de bonis sterilibus non soluitur Gabella, secundum Bello. cons. 12. numero 6. & 7. & Tyber. Decian. Respon. 69. num. 6. volu. 3.*

S V M M A R I V M.

Monendi sunt prius debitores tributi antequam soluant. num. 1.
Exactores tributorum non possunt prorogare terminum solutionis neque formam commissionis excedere. num. 2.
Exactor non potest conuenire debitores tributi nisi prius acceperit nomina debitorum. num. 3.

Lex 5.

S V M M A R I V M.

Antequam receptor & collector Regij tributi, mittat eius recuperatores & ad recuperandum, ministros, tenetur certiorare concilia vniuscuiusque

cuiusque capituli cuiuslibet restrictus, ut distributiones suas faciant & solutiones paratas habeant.

Ibi, NOTIFICAR A LOS CONCEJOS, debent enim prius moneri debitores & talis tributis, ut optime per *Aegydi. Thomati*, in tract. de collectis in §. retenta proxima discussione, numero 29. fol. 159. in 12. vol. tract. diuersorum in nouis, imo & sunt eis exhibendi aestimi, vulgo el padron, ut in l. 3. supra eod. dictum est in glos. Tllamen, vbi & intra quod tempus potest quis dicere se grauatum.

Ibi, Y lo embien a pagar al plazo y segun f. ere declarado en nuestra carta de receptoria, à qua forma non poterunt exactores excedere, neque prorogare & terminum solutionis, ut per *Aegy. Tomati* ut supra. numero 28. & ibi. numero 26. quod punitur exigens vltra formam breuium datorum.

Ibi, Sin que primeramente el receptor del partido muestre y presente ante ella copia de como se ha notificado a los concejos del partido lo que de suso se contiene, nam exactor non potest debitorem publicum ob causam & muneris indicti conuenire, nisi prius acceperit à tabulario vniuersitatis nominatim breues debitorum ex l. 1. C. de exac. trib. & sic solet fieri paruum volumen in quo summatim describuntur libræ ciuium, qui in libro communi registrarunt sua prædia, & est summarium ipsius extimi, & in principio ipsius breuis debet esse impositio collectæ, ut pûta ad rationem vnius Floreni pro singula libra registri, & ex qua causa, & pariter debet esse in forma publica recepta, & subscripta per ipsum tabularium, & nisi facta fide quod receperit breues præ-narratos non potest aliquem ex debitoribus compellere ad soluendum, ut per *Aegydi. vbi supra* numero 25.

SUMMARIUM.

In exactiõne tributorum an iuris ordo sit seruandus & citatio requiratur. num. 1. & 2. & nu. 3. quod audiendus est reus si legitimam proposuerit exceptionem, summarie tamen audietur.

Actiõne qua munus patrimoniale petatur. num. 4. Exceptio quod non est facta æqualis distributio, legitima est. num. 5.

Vniuersitas an adstringi possit capere bona debitorum non potentium soluere tributa in nummis. num. 6.

Exactor Principis in exigendo qua potestate utatur num. 7.

Decima an debeat partem solutæ per executatum debitorem pro tributo, num. 8.

Lex 6.

SUMMARIUM.

Transacto termino solutionis qualiter & quomodo debeat fieri executio, & solutio recipienda à concilijs, & danda scriptura solutionis, in præsentem declaratur, & quid si soluerint debitores ante executionem factam, quod nullo modo iura sint soluenda.



Bi, MANDAMOS, in hac exactiõne munerum an iuris ordo esset seruandus & an vero simpliciter & præcise compellendo personas soluere debentes, vel exequendo in rebus, late examinabat *Aegydi. Thomati*, in tract. de collectis §. retenta proxima discussione, num. 30. cum sequen. fol. 159. in 12. vol. tract. diuersorum, & ex pluribus iuribus & fundamentis concludit non esse in hac exactiõne tributorum publicorum seruandum ordinem iuris, sed summarie & executiue procedendum est, ex *Bal. in consil. 434. vol. 3. & in l. 1. C. de Anno.* etiam parte & non citata, ut ibi per eum, aliter enim inale reipu. negotia expedirentur si absque citatione & processu non possent exigi collectæ, licet si debitor aliquam proponeret legitimam & exceptionem audiendus est super ea, ex l. si vacante. C. de bon. vacan. ibi data reclamandi copia. l. defensionis facultas. C. de iure ffici. lib. 10. debet tamen summarie super his procedi, ut per *Aegydi. Thomati. d. numero 30. & diximus in l. 14. tit. 21. lib. 4. supra. numero 1. & 2.* nam cum ex lege præcedente iussum sit ac dispositum concilia esse certioranda prius per exactores tributorum ut habeant solutiones paratas ad tale tempus, si non fecerint, mirum non est si executiue contra debitores procedatur, & velo leuato, ut aiunt, & numero 31. inquit ipse *Aegy. Thomati*, & quærit qua actiõne munus patrimoniale & petatur, & numero 34. examinat qua actiõne erit debitor tutus ne præstet munus indictum, & an erit legitima exceptio quod non fuit facta æqualis distributio, & inquit quod sic & summarie tamen procedendo, Et in numero 40. optimam ipse *Aegydi.* annectit quæstionem quotidie contingentem, scilicet si in exactiõne muneris nequeant aliqui ciues manus indictum realiter exoluere, taliter quod bona ipsorum capiantur remedio pignoris prætorij, poterit ne iure adstringi & vniuersitas ad accipiendum dicta bona, ita ut in redditiõne sui computi exactor liber euadat per consignationem dictorum bonorum pro illa quantitate, pro qua bona capta fuerunt, & in effectu concludit esse veriore sententiam exactorem dictis bonis adimplere obligationem suam, ex *tex. in l. si. C. de exac. tribu.* nec obstat quod forma conuentionis, legis, ordinationis attendi debet, quia non mutatur forma legis, nec ordinationis, cum in omni conuentione generali, ordinatione ac instituto legis tacite & virtualiter intelligitur admissa compulsio aduersus bona debitoris publici, si non potest soluere in pecunia numerata, ex l. à *Dino pio. ff. de re iudi. Authen. hoc nisi. C. de solu.* & ira in dies practicitur in debitore quantitatis constante forma liquidum instrumenti, qua inspecta condemnatur, & si non valet in pecunia soluere, capiuntur bona per pignus prætorium & subhastantur, & plus offerenti dantur secundum formam iuris, & idè non potest vniuersitas renuere consignationem bonorum, ut ex l. 8. infra eo, colligitur, nisi expresse per exactorem renuntiatum fuisset, tunc enim lex conuentionis seruanda est l. *Lacius. ff. de posit. Bal. in l. 2. C. de rescinden. vend.* vbi rescissio non datur si sit renuntiatum expresse, ita *Aegydi. Thomati*, vbi supra. d. numero 40. quæ

quæ sunt singularia in practica: Et exactor Principis in exigendo † qua potestate utatur, vide *Menoc. de arbu. indi. lib. 1. q. 71. numero 12.*

¶ Ibi, *O parte dello por lo que ansi pagare no se haga execution*, hic habes text. clarum decidentem id quod dicebamus in l. 32. tit. 4. lib. 3. supra, quod executatus si soluit partem debiti statim facta executione, & nunc intra. 24. horas vt diximus in l. pen. tit. 21. infra lib. 4. non debere Decimam † illius partis solutæ, quamuis aliàs de iure, qui rotum non soluebat nihil egisse videbatur, quoad excusationem decimæ, tamẽ in parte soluta optimè excusatur si intra dictum tempus soluerit, & ita quotidie indistinctè practicamus & iure optimo, vt in d. l. numero 35. dixi.

¶ Ibi, *Lo que ouiere de auer por el camino lo reparta en todos los dichos lugares*, vide quæ dixi in l. 32. tit. 6. lib. 3. supra, sed quam male hæc obseruentur ob iudicum negligentiam nolentium punire transgressores, omnibus est notum.

¶ Ibi, *Tomen y reciban de las que fueren a hazer las pagas, la moneda que les dieren*, vide quæ in hoc proposito diximus in l. 6. tit. 21. lib. 5. supra.

S V M M A R I V M.

Animalia laboris an possint capi. pro executione debitorum. num. 1.

Lex 8.

S V M M A R I V M.

Quodlibet Concilium provincie caput tenetur designare domum & locum vbi pignora capta pro tributis & bona executata mobilia siue se mouentia depositentur, & defensam signare. vbi animalia pascantur sub nostri tex. pœna.

¶ Ibi, *Y ESTEN LOS GANADOS DE LABOR*, hic est text. probans animalia laboris posse capi pro executione † tributorum regionum, de quo late diximus in l. fin. glos. en bienes, titu. 21. lib. 4. supra.

¶ Ad. l. 9. & eius declarationem, vide l. 11. infra eodem.

S V M M A R I V M.

Recedentes à loco postquã facta est obligatio pro collecta an debeant soluere sicut si non recederent. n. 2. Populo conducente gabellas à rege & encabeçando se si vnus ex vicinis recedat an pro bonis ibi relictis debeatur gabella. numero 2.

Incola & vicinus in vno quoque loco contribuet pro rata temporis quo habitauerit. num. 3.

Ciues nouiter recepti non tenentur pro collectis antiquis. num. 4.

Forenses possidentes bona an pro eis contribuent. num. 5. & 6.

Collectandus non est quis duplici onere. num. 7.

Forenses an teneantur pro defensione terminorum, num. 8.

Tom. 4.

Forenses an ad munera personalia teneantur. num. 9.

Consuetudo an valeat quod forensis non collectetur pro bonis alibi sitis. num. 10.

Collectam non imponendi an erit causa lis mota super bonis illis. num. 11.

Lex 10.

S V M M A R I V M.

Recedentes à loco tenentur pro collectis & tributis iam ibidem partitis & debitis.

¶ Ibi, *DESPVES DE COMENÇADO À CORRER EL TERMINO DE LA PAGA*, similis est text. in l. 5. tit. 9. li. 7. infra vbi Deo volente alia dicemus, & idem erat de iure ciuili, vt

apparet ex *Bar. in l. incola. ff. ad munici.* vbi optimè loquitur & ibi eius additio. & idem ibi esse asserunt, postquã facta est obligatio pro collecta † & tributo per populum, & est optimum singulare *Gerardi à Petra sancta. 10. in ordine, & per Petr. de Vualdis. in tracta. de collectis. fol. 153. in paruis. numero 28. cum. 2. sequent.* Ex quibus idem esse semel consului quoad gabellarum solutionem, nam si populo conducente gabellas à rege, & obligatione earum facta, vulgo

encabeçando se y hecho el encabeçamiento, aliqui ex vicinis illius populi † recesserint alibi, tenentur pro parte eis distributa illius gabellæ pro bonis ibidem remanentibus, neque debet duplici gabella grauari sed vna tantum pro rata bonorum distributa, vt in simili inquit *Crauetta consil. 201. numero 22. & 23.* gaudebit tamen iste sic recedens gratia alijs vicinis in omnibus facta, secundum *Bart. vbi supra*, & eius additio, nisi vendiderint bona illa alijs vicinis, vel consumpta fuerint sine culpa eorum, secundum Additio. *Bar. ibidem, & Gerardum vbi supra*, vel nisi aliud conuentum fuerit inter vicinos ipsos antequam recesserint abeuntes: nam tunc conuentum attendetur, vt ex. c. 65. conuentionis generalis regni deciditur, vbi disponitur, in hunc modum, scilicet, quod si populus ille à quo quis recedit tempore conuentionis habet ultra. 300. incolas & vicinos in vnoquoq; loco contribuet pro rata temporis, quo habitauerit, si vero locus sit minor contribue tibi pro primo anno, & non pro alijs, sed si locus est desertus † seruanda est. l. 4. tit. 6. lib. 7. infra, & conditio. 8. dictæ conuentionis generalis, vt nouissime inquit, *Lafarte de decima vend. cap. 4. numero 41. & 42.* vbi in ijs deuiatur à legis nostræ dispositione: & sic ex. l. nostra & ex. d. l. 5. potest quis mutare domicilium sine præiudicio debitorum iam contractorum in populo illo & ab eo.

¶ Ibi *Que todos los vecinos que en los tales lugares se hallaren al tiempo de la paga del tercio primero*, idem diximus in glos. præcedente, si tempore contractæ obligationis in loco reperiantur, in super ponderandum est verbum illud, *se hallare*, ex quo deducitur, ciues nouiter receptos non teneri ad collectas pro veteribus debitis † antea contractis & impositis vt per *Bar. in l. prouidendum. C. Decurio. & in d. l. incolam. numero 5. ff. ad munici. & Pet. de Vuald. de collectis. fol. 153. in paruis. numero 30* vbi allegat ad hoc *Alexand. con. 144. in fi. vol. 2. & Corne.*

¶ Ibi *Que todos los vecinos que en los tales lugares se hallaren al tiempo de la paga del tercio primero*, idem diximus in glos. præcedente, si tempore contractæ obligationis in loco reperiantur, in super ponderandum est verbum illud, *se hallare*, ex quo deducitur, ciues nouiter receptos non teneri ad collectas pro veteribus debitis † antea contractis & impositis vt per *Bar. in l. prouidendum. C. Decurio. & in d. l. incolam. numero 5. ff. ad munici. & Pet. de Vuald. de collectis. fol. 153. in paruis. numero 30* vbi allegat ad hoc *Alexand. con. 144. in fi. vol. 2. & Corne.*

¶ Ibi *Que todos los vecinos que en los tales lugares se hallaren al tiempo de la paga del tercio primero*, idem diximus in glos. præcedente, si tempore contractæ obligationis in loco reperiantur, in super ponderandum est verbum illud, *se hallare*, ex quo deducitur, ciues nouiter receptos non teneri ad collectas pro veteribus debitis † antea contractis & impositis vt per *Bar. in l. prouidendum. C. Decurio. & in d. l. incolam. numero 5. ff. ad munici. & Pet. de Vuald. de collectis. fol. 153. in paruis. numero 30* vbi allegat ad hoc *Alexand. con. 144. in fi. vol. 2. & Corne.*

¶ Ibi *Que todos los vecinos que en los tales lugares se hallaren al tiempo de la paga del tercio primero*, idem diximus in glos. præcedente, si tempore contractæ obligationis in loco reperiantur, in super ponderandum est verbum illud, *se hallare*, ex quo deducitur, ciues nouiter receptos non teneri ad collectas pro veteribus debitis † antea contractis & impositis vt per *Bar. in l. prouidendum. C. Decurio. & in d. l. incolam. numero 5. ff. ad munici. & Pet. de Vuald. de collectis. fol. 153. in paruis. numero 30* vbi allegat ad hoc *Alexand. con. 144. in fi. vol. 2. & Corne.*

¶ Ibi *Que todos los vecinos que en los tales lugares se hallaren al tiempo de la paga del tercio primero*, idem diximus in glos. præcedente, si tempore contractæ obligationis in loco reperiantur, in super ponderandum est verbum illud, *se hallare*, ex quo deducitur, ciues nouiter receptos non teneri ad collectas pro veteribus debitis † antea contractis & impositis vt per *Bar. in l. prouidendum. C. Decurio. & in d. l. incolam. numero 5. ff. ad munici. & Pet. de Vuald. de collectis. fol. 153. in paruis. numero 30* vbi allegat ad hoc *Alexand. con. 144. in fi. vol. 2. & Corne.*

¶ Ibi *Que todos los vecinos que en los tales lugares se hallaren al tiempo de la paga del tercio primero*, idem diximus in glos. præcedente, si tempore contractæ obligationis in loco reperiantur, in super ponderandum est verbum illud, *se hallare*, ex quo deducitur, ciues nouiter receptos non teneri ad collectas pro veteribus debitis † antea contractis & impositis vt per *Bar. in l. prouidendum. C. Decurio. & in d. l. incolam. numero 5. ff. ad munici. & Pet. de Vuald. de collectis. fol. 153. in paruis. numero 30* vbi allegat ad hoc *Alexand. con. 144. in fi. vol. 2. & Corne.*

¶ Ibi *Que todos los vecinos que en los tales lugares se hallaren al tiempo de la paga del tercio primero*, idem diximus in glos. præcedente, si tempore contractæ obligationis in loco reperiantur, in super ponderandum est verbum illud, *se hallare*, ex quo deducitur, ciues nouiter receptos non teneri ad collectas pro veteribus debitis † antea contractis & impositis vt per *Bar. in l. prouidendum. C. Decurio. & in d. l. incolam. numero 5. ff. ad munici. & Pet. de Vuald. de collectis. fol. 153. in paruis. numero 30* vbi allegat ad hoc *Alexand. con. 144. in fi. vol. 2. & Corne.*

conf. 24. in princi. vol. 8. & tradit Rebuf. in 1. to. consti
 Fran. tit. de liter. oblig. art. 2. glos. 1. n. 79. & Afflictis
 in consti. Sicil. rub. 101. de contuma. vni. nu. 2. fo. 211
 lib. 1. nisi in casu. l. 4. tit. 6. lib. 7. infra, sed an forenses
 habentes & possidentes bona in populo aliquo † col-
 lectari poterunt pro bonis illis, etiam si ipsi alibi mor-
 rentur & vicinitatem habeant, & dicendum est quòd
 sic, vt per Pet. Antiboli, in tract. de mun. & hono. 2 p. §. 1.
 n. & sequen. fo. 30. n. 12. vol. tract. diuersorum, & latiffi-
 mae in eodem vol. per Aegy. Thomati in d. tract. de col-
 lectis. §. sanc. n. 13. vsque ad. 21. fo. 152. & late per Tybe.
 Decia. resp. 55. per totū vol. 1. & Zephal. conf. 317. n. 24.
 25. & 26. qui Decianus & presertim Aegy. vbi supra. n.
 21. fol. 155. quærit, an cuius pro rebus, quas alibi possi-
 det † collectari poterit in ciuitate & loco vbi mora-
 tur, & in hoc ipse Aegy. tenet contra Pet. Antiboli,
 & opinio ipsius Antiboli no est tenenda, quia est cõ-
 tra tex. in præsentī, & contra tex. meliorē in l. 5. tit.
 9. lib. 7. infra, probantes vbi adsunt bona, ibi mu-
 nera subeunda, & fuit opinio gl in l. vni. C. de muli. &
 in quo loco, & sic nihil est de hoc dubitandum cum
 habeamus has leges expressas, neque est quis duplici
 onere collectandus, vno in ciuitate vbi degit, alio
 7 in ciuitate † vbi bona sunt sita, sed in illo tantum
 pro bonis ibi existentibus, & in loco vbi viuit pro
 bonis ibi possessis per eum. Et an pro defensione
 8 terminorum forenses † teneantur, vel pro iuris-
 dictione vide optime Auenda. c. 14. præc. numero
 9 18. vsque ad. 23. lib. 2. Et an ad munera † personalia
 forenses teneantur, tractat idem Aegy. Tho. vbi supra,
 fo. 164. n. 35. & ex. d. l. 5. percipitur quòd sic, vbi di-
 cemus. Et an valeat consuetudo in contrarium quòd
 10 forensis non collectetur pro bonis alibi sitis † vide
 Auend. respon. 16. per totum, & in d. l. 5. declarabimus,
 sed an si super talibus bonis lis sit mora erit hæc causa
 11 sufficiens vt collecta eis non imponatur, † & Aegy-
 di. Thomati, vbi supra, fol. 156. numero 28. inquit,
 quòd non excusabitur propter hoc, eo quòd bona
 possidet licet sub lite, & Domini possidentes præ-
 stationem munerum agnoscunt pro modo facultat-
 um, l. 1. C. de mun. patrim. & facit. l. litibus. C. de agri-
 col. verfi. sin autem hoc coloni lib 11. & quid si decrescit
 vel augetur patrimonium diximus in l. 3. glos. 1. in
 fine, supra eodem, & an emptores bonorum tributa-
 lium teneantur pro præteritis vel futuris tributis, vi-
 de Zephal. conf. 317. numero 40.

S V M M A R I V M.

Id in quo vnus priuilegiatur an præiudicet priuile-
 gianti vel inter alios distribuatur. num. 1.

Lex II.

S V M M A R I V M.

Id quod terris dominij indictum erit inter omnes
 villas & oppida distribuatur in rectoria com-
 prehensas & contentas, & nihil amplius parti-
 tiatur, & distributiones mittantur regijs calcula-
 toribus.

IBi, Y LO QUE MONTA EL DICHO SER-
 VICIO SE ECHA Y REPORTE POR LAS
 OTRAS VILLAS Y LVGARES QUE QUE-
 DAN, quod an iuste fieri possit, & in quo
 vnus priuilegiatus præiudicet priuilegianti, an verò
 inter alios distribuatur, † vide decisio. 348. c. Tol. & 1
 ibi add. late. & Boer. decis. 213. n. 3. cum sequ. Petr.
 Unal. in trac. de collectis. n. 42. & Aluar. Velasc. con-
 sultatio. Lusitan. 2. per totam maxime à num. 4. quod
 est optimum ad. l. 9. supra eodem ad quam lex nostra
 se refert, in assignatione termini centum dierum
 constitutorum ad demonstranda priuilegia exem-
 ptionum.

S V M M A R I V M.

Distributione facta si aliquis vicinus vendit bona
 alicui nobili excusabitur venditor pro contri-
 butione bonorum venditorum. numero 1. & ibi
 declaratur.

Lex 14.

S V M M A R I V M.

Bona empta per nobiles & exemptos ab ignobili-
 bus & contribuentibus exempti sunt & libra à tri-
 butis vs.

IBi, QUE QUANDO QUIER, quid tamen
 † si distributione facta inter vicinos ven-
 dat aliquis eorum bona aliqua mobilia
 alicui nobili, an iam quòd nobilis excu-
 setur à contributione etiam bonorum illorum em-
 ptorum, excusabitur venditor pro illis bonis, cre-
 derem quòd non vsque dum fiat alia noua distri-
 butio, ex dictis per Gerardum. d. singu. 10. & per
 nos. in l. 10. supra eod. quòd quidem vulgariter ru-
 stici vocant & nominant, que por aquellos bienes pa-
 garan hasta que aya otra nueua remueueda, que es hasta
 que se haga otro nœuo repartimiento, ita quòd durante
 iam facto contribuet venditor pro illis bonis
 pro quibus sibi partitio facta erat, vsque dum fi-
 niatur distributio illa. Intelligenda tamen est lex
 nostra vt procedat, nisi onus rei emptæ sit anne-
 xum, ita vt sit effecta tributaria, nam tunc in
 quemcunque transeat, transibit cum onere illo,
 vt est text in l. 11. titul. 3. libro 1. supra vbi dixi: vel
 nisi fiat emptio talis infraudem fisci, secundum
 Didac. Perez in libro 1. Ordinamen. colum. 90. cum
 sequentibus & in libro 4. colum. 1431. & dixi in di-
 sta. l. 11.

S V M M A R I V M.

Officium habitum in domo Regia etiam si sit coqui,
 honorosum est. num. 1. & 3.
 Coqui dicuntur artifices. num. 2.
 Exempti propter artem, vel officium non gaudent
 exemptione relicto officio vel arte. numero 4.
 etiam si ratione industriae sit concessum. num. 5.

Lex

Lex 15.

SUMMARIUM.

Ministri domus Regia mercedem habentes, non gaudent prerogativa propter officium & ministerium illud concessa, si dictis officijs non utuntur, etiam si substitutos nominent.

IBI, QUE SON NUESTROS OFICIALES, ex hoc tamen quod officiales dicuntur officium eorum honorosum est, nam officium in domo Regia habitum, licet extra eam vile reputaretur, non est tale reputandum †, secundum *Cassane. in Catalogo glo. mundi. 11. parte, consider. 3. fol. 253.* vbi exemplificat de coquo Principis, qui dicitur artifex †, ita quod venit in statuto faciente mentione de artificibus, vt tenet *Franc. de Crema, notab. fo. 98. incip. statuto cauetur*, & tamen secundum eundem † *Cassan. vbi supra*, dicitur habere dignitatem †. secundum *Roma. singul. 649.*

¶ *Ibi, Si aquellos no son sus officios propios, por do viuan, y viuen por otros*, exemptus enim propter artem † vel officium, non gaudet exemptione †, nisi arte illa, vel officio utatur, vt dixi in l. 8. titulo *De los estudios. l. 1. supra.* & ista lex est notabilis pro hac doctrina, & super ea notauit *Didac. Perez, in l. 8. verbo, Aunque. tit. 4. lib. 4. Ordin. col. 1427. in princ. & iterum sub l. 13. glo. 1. eod. tit. 4. & lib. 4. col. 1432.*

¶ *Ibi, Y si non firuieren por sus personas*, Officium etiam ratione personae †, & industriae eius concessum, cessat cessante personali seruitio, vt per *Didac. Per. dict. colum. 1427. in princ. & probatur in l. sequente.*

Lex 17.

SUMMARIUM.

Regis officiales mercedem eius percipientes tenentur contribuere in Betica prouincia, sicut nobiles ibidem contribuunt.

IBI, LOS QVALES VIVEN EN EL ANDALVZIA, DONDE TODOS COMMVNMENTO PECHAN, pro declaratione horum verborum, vide *Otalora de nobilitate. 3. part. princ. ca. 4. num. 7. pag. 164. in antiquis.*

SUMMARIUM.

Officiales Reginae gaudent eisdem priuilegijs, quibus officiales Regis. nu. 1.

Priuilegium personale vel artificiale durat durante officio vel artificio. nu. 2.

Vidua gaudent priuilegijs mariti. nu. 3. quod secus in filijs si priuilegium est temporale ibi. numero 4. & 5. num. 8. rationem vide.

Filius naturalis legitimatus an gaudeat patris priuilegio. num. 6. & 7.

Lex 18.

SUMMARIUM.

Priuilegium exemptionis officialium domus Regiae eis mortuis obseruandum cum vxoribus eorum legitimis & honestis, filij tamen eo non debent gaudere.

IBI, DE LA NUESTRA CASA, pondera verbum hic & in l. sequente scriptum, vt ex hoc colligas & intelligas officiales etiam Reginae comprehendendi, nam officiales Reginae † gaudent eisdem priuilegijs, quibus gaudent Regis officiales, secundum *Carol. de Grassalis, lib. 1. Regal. Franc. pag. 261. in paruis*, & probatur ex l. 10. istius nostri tit. & lib. & vide *Boerium. decisione. 246.*

¶ *Ibi, A los tales en su vida*, & sic personale priuilegium est, & artificiale, durat enim durante officio, & extinguitur cum persona †, ex l. *fordidorum. C. de excus. mun. l. 10. in nelo cap. priuilegium personale, de reg. iur. in 6. neq;* enim potest esse perpetuum, quod non rebus sed personis, cōtemplatione dignitatis atq; militiae indulgisse nos constat. l. *semper. §. negociatores & §. quibusdam. ff. de iure immuni. not. Auendañus, cap. 14. prato. nu. 26. in medio lib. 2. Didac. Per. l. 13. tit. 4. gloss. 1. col. 1432. lib. 4. Ordin.*

¶ *Ibi, Se guarde à las mugeres*, vt & inquit *Consultus in l. quoties. C. de priuil. Schol. lib. 12. ibi*, vel eorum coniuges, siue adhuc viuerent earum mariti, siue post mortem eorum in viuitate † constituta sint, dum tamen seruent castitatem vt inquit text. hic, de quo & nos alia diximus in l. 9. tit. 11. lib. 2. supra & *Didac. Perez. l. 6. verbo, Otro si. tit. 2. lib. 4. Ordin. & processit etiã lex nostra à dispositione. l. femina. ff. de Senator. de quo & per Menes. in l. voluntas num. 4. & 5. C. de fideicom. & Carolus à Grassalis lib. 1. Regal. Fran. iure. 18. & nouissime legem nostram allegans *Joan. Garfia. de nobilit. glo. 1. §. n. 44. & 45. & faciunt dicta per Cassan. in Catal. gloss. mun. 2. parte considera. 40.**

¶ *Ibi, Pero que los hijos pechen*, nam cum exemptio hæc detur propter officium Regiae domus, merito quod cesset cessante officio & quod ad filios vel hæredes † non trãseat, vt l. *semper. §. immunitati. ff. de iure immuni. l. 1. §. 1. C. eo. tit. De cuius intellectu tract. Deci. consil. 223. n. 4. & l. 3. ff. de censibus*, & est hoc in priuilegio isto speciale, quia temporale est, & ob officium habitum in domo Regia concessum, in alijs enim perpetuo duraturis eodem † filij gaudent, secundum *Ioan. Garfiam, dict. §. 1. n. 25. & 26. vbi declarat iura cōtraria, & n. 32. an ad nepotes ex filijs extendatur, & n. 48. an ad filias nuptas, & nu. 46. an ad filios naturales, & timidus tenet ad filios naturales non extendi contra Otaloram aliud tenentem, cum ipsemet Ioan. Garfia, ibidem nu. 49. sine dubitatione tenuerit filios naturales † legitimatos gaudere Patris priuilegio cum secundum veram opinionem de qua diximus late in l. 10. tit. 8. num. 36. lib. 5. supra in propositum. l. 12. tit. 2. supra isto li. 6. filij ob legitimationem solam non gaudent nobilitate Patris, nisi talis filius esset naturalis, qui aliàs sine tali legitimatione nobilitate gauderet, & sic teneo quod nisi ex tenore priuilegij aliud resulter & colligatur filius naturalis gaudet † patris priuilegio, de quo & filij legitimi aliàs gaudere debebãt. Sed est dubium, nam cum filius pars viscerum patris dicatur, sicut & vxor vna caro cum viro dicitur, quomodo vxor in nostra lege gaudet priuilegio mariti, filius autem non, & in hoc nullam rationem congruentem reperio, nisi quia sic voluit legislator ob solatium vxoris mortuo marito, imò & vt inuadatur ad honeste viuendum, & in castitate perseuerandum, vt apparet ex text. hic ibi, *No casando y manteniendo castidad.* & in hoc est casus vbi pater maius † priuilegium transfert ad vxorem, quam ad filios proprios, & gaudet vxor priuilegio mariti etiam exorbitante, secundum*

Auend. dist. c. 14. pratorum nu. 26. in med. lib. 2. & faciunt dicta per nos in l. 1. tit. 17. lib. 3.

Lex 19.

S V M M A R I V M.

Limitat præcedentem legem, vt officiales Regij teneantur ad contributionem fontium, Pontium, Viarum & murorum publicorum.



IBI, EN REPARO DE MVRO Y CERCAS Y FVENTES Y PVENTES, prout latè diximus in l. 11. tit. 3. lib. 1. supra in clericis & alijs exemptis.

¶ Ibi, *Pues que en prouecho comun, allegat eam Ocalora, de nobili. 3. part. cap. 9. nu. 10. & dixi. in. d. l. 11. vbi dixi hoc procedere quoties propria populi deficiunt ex l. 20. tit. 3. p. 3.*

S V M M A R I V M.

Regina seruientes gaudent eisdem prærogatiuis, quibus gaudent regis ministri. nu. 1.

Obstetrices reginae gaudent ducali dignitate. numero 2.

Priuelegium exemptionis cessat cessante causa. numero 3.

Lex 20.

S V M M A R I V M.

Famuli reginae, qui seruitij ratione erant exempti à tributis, ea mortua non gaudebunt exemptione, nisi aliud regi visum fuerit.

IBI, EN SERVICIO DE LA REYNA MI MUGER, deseruientes enim reginae gaudent ¶ eisdem prærogatiuis, quibus ministri regis, ex. l. 3. C. de præpos. sacri. vbi & obstetrices eius gaudent ducali ¶ dignitate, secundum Ripam, relatum & secutum, per Carolum à Grasallis. li. 1. regali. Fran. iure. 18. pag. 4. in prin. in paruis. & iidem in fol. 259. & 261. & diximus etiam in. l. 18. supra eod. fol. 259. & 261. & diximus etiam in. l. 18. supra eod.

¶ Ibi, *Cessa el seruicio, o la causa de la excepcion, hic habes tex. expressum probantem, cessante causa priuelegij & exemptionis ¶ cessare priuelegium ipsum & exemptionem, vt & probat tex. in. l. Athleta. §. 1. vbi quoad in præsidatu sunt, & l. geometre ibi donec curam gerunt, & l. idem Ulpianus ff. de excus. tut. quæ iura & alia plura allegat Tira. in tract. de causa cessante, in regula nu. 210. vsque ad 221. pag. 28. in nouis.*

S V M M A R I V M.

Priuelegium incipiens esse damnosum reuocari potest n. 1. & 2. ratio ponitur.

Lenius quid portatur à pluribus quam ab vno nu. 3.

Peccant immunitates tributorum sine causa concedentes. nu. 4.

Lex 21.

S V M M A R I V M.

Reuocantur exemptiones aliquibus concessæ, vt non sint collectores neque tutores.

IBI, EN DAÑO DE LOS OTROS, & sic cum priuelegium incipit esse damnosum ¶ debet reuocari, ex ca. suggestum, de decimis, & l. 5. tit. 20. p. & l. 43. 18. pag. 3. & ibi glossator Gu. tierrez, in consi. 5. & ideo inquit Lucas de Penna, in rubr. C. de excus. mun. lib. 10. quod immunitates sunt restringendæ, eoque redundant in diminutionem ¶ publicæ utilitatis, vel reliquorū, qui ex earum immunitate grauantur, vt probatur ex l. sequente, lenius enim portatur à pluribus, ¶ quam ab vno l. a. 3. & l. 5. tit. 20. p. & l. 43. 18. pag. 3. & ibi glo. C. de exac. trib. libr. 10. l. rem priuata, & ibi glo. C. de prin. dem. Augu. lib. 11. Bar. l. semel. nu. 3. C. de apoch. pub. lib. 10. & ideo peccant immunitates ¶ has sine causa concedentes, vt per 4 Dida. Per. l. 1. tit. 4. lib. 4. ordin. col. 1413. glos. porque, vbi tractat, quando rex vigente necessitate potest has immunitates & honores vendere.

S V M M A R I V M.

Priuelegij originale est exhibendum pro eius probatione. nu. 1.

Priuelegij requiritur scriptura ad sui probationem. num. 2.

Priuelegijs non gaudent famuli quoad patrimonialia saltem. num. 3.

Priuelegijs ordinum an gaudeant hospitantes eos in num. 4.

Lex 22. & 23.

S V M M A R I V M.

Immunitates sunt restringendæ ita vt solum personis, quibus principaliter concessæ sunt, non vero suis familiaribus etiam si in eis aliud disponatur, & hoc quoad tributa regia ob regis seruitium vel ob populi necessitatem imposita, quo ad hæc enim familiares non excusantur, & ex. l. 23. id generalius obseruandum iubetur.

IBI, QVE AVNQUE ALGVNOS TENGAN PRIVILEGIOS, sed an erit necesse priuelegia hæc demonstrare, vel sufficere testimonium alicuius publici notarij asserentis immunitatem alicui esse concessam à Principe? & in hoc tenendum est, quod licet ad substantiam gratiæ & priuelegij scriptura non requiratur, requiritur tamen ad probationem, & sic priuelegium originale ¶ est ostendendum c. Porro, de priuile. l. 2 3. 10. 11. 12. & 44. tit. 11. p. 3. & ex alijs pluribus ita concludit late Didac. Per. in l. 24. in glos. ya sentados, per totam tit. 4. lib. 7. Ord. col. 1452. cum 6. sequen. vbi respondet legi, si solemnibus, de fide iustru. quam vt contrariam adducit, & licet tandem ibi cogitandum reliquerit, hoc mihi tenendum videtur, idque ab omnibus indiffe-

differenter resoluitur in priuilegio vel gratia principis, quodd ad sui probationem scriptura requiritur neque testibus probari potest, secundum *Molin. de primo. lib. 2. c. 8. n. 7.* & 8 neq; crederem testimonio tabellionis asserentis aliquem esse immunem, vt supra, in l. 3. in fi. remissiuè dubitauimus.

¶ Ibi, *Resultaria gran daño*, & ideo restringendæ sunt exemptiones vt diximus in l. præcedente.

¶ Ibi, *En quanto a los familiares*, de quo late agit *Boeri. decisi. 213. nu. 4. cum seq. aliquibus*, contrarium tamen videbatur antea dispositum ex *auth. habita. C. ne fil. pro patre, vbi Rebu. in glo.* tam ipsi quam eorum nunci, & in priuilegijs scholarium, priuilegio. 166. & ex *tex. in c. licet. de priuile. in 6.* sed contrarium hic statuitur & ideo seruandum, vt inquit *Did. Per. in presenti sub. l. 1. tit. 4. l. 4. Ord. col. 1415. in prin.* idque ex. l. sequente generalibus loquente colligitur clarius, & ideo vt euites correctionem, vel dicendum est, illos esse casus speciales, qui per leges nostras in præfenti nõ censentur correcti, vel è contrario dicendum est has leges nostras in præfenti in suis casibus particularibus procedere, scilicet quoad munera patrimonialia, quoad quæ famuli ñ excusantur, nõ obstantibus priuilegijs aliud dicentibus, quoad personalia verò ius comune remaneat in suo esse quod est optimum ad familiares & syndicos ordinum mendicantium & S. Trinitatis & aliorum se volentium excusare priuilegijs ipsorum ordinum, & de iis dabitur in consilio Regis prouiso si petatur, prout iam vidi datam: in qua continetur quod solum hospitanter fratres Franciscanos, aut Dominicos aut Augustinos excusantur solum à receptione hospitum, militum & gentis de guerra, & non quoad alia: quoad vxorè tamè talis priuilegiati hæc omnia cessat: gaudet enim priuilegio quocunque ex. l. 18. supra eod. vbi dixi. De. l. 25. vide quæ dixi in l. 1. & 3. tit. 10. l. 5. supra de donationibus Regijs tẽpore tutoriæ vel in quietationum factis. De lege 27. finali nostri tituli dum dicit, *y otros qualesquier* notandum est, tabelliones vel notarios non gaudere propter officia nobilitate aliqua,

† neque haberi ex hoc inter nobiles, secundum *Guid. Papa decisio delphi. 9* quem sequitur *Aymon Craneta, conf. 163. vol. 1. alleg. Auen. in dictionario, verbo, cauallero, in prin.* & vide. l. 11. tit. 25. supra. l. 4. vbi aliqua dixi, & intellige nisi alias notarius sit nobilis, nam propter officium non perdet nobilitatem, † & hæc pro hoc titulo sufficiant.

Lcx 14.

Datur forma in hac lege alguazelis prouidentibus fortalitia & gentes bellicas. num. 1.

S V M M A R I V M.

Ordinem quem debent seruare alguazeli missi à prouidentibus fortalitia, & gentes bellicas, describit lex nostra.

BL. † LLEVEN RAZON FIRMADA DEL PROVEEDOR, Y SIGNADA DEL ESCRIVANO DE LOS BASTIMENTOS QVE SE HVVIEREN DE SACAR DE CADA PVEBLO. Iustissima lex si obseruaretur, & dico obseruaretur, si ob non obseruatã acriter punirentur alguazeli eam frangentes, sed vereor per eos obseruari, & per superiores castigari transgressores, & est fortassis, quod nõ iubetur, quod in quolibet loco dicti alguazeli relinquunt transumptum signatũ ordinis quem portat, & insuper reliquant testimonium coram iudice loci & tabellione, & testibus, de rebus omnibus quas abstrahunt à loco illo, aliter mille fraudes, technæ, ac cautelæ per eos fiunt, quæ postea verificari non possunt, vt in propositum inquit *Castillo in sua politica, De Corregidores. lib. 4. cap. 1. numer. 28. vbi numer. 25.* id de prouisionibus victualium consulit correctoribus in suis prouincijs, vbi gens bellica tenenda est, & timenda, vt abundantia eorum habeatur.



TITULO DECIMO

octauo, De las cosas prohibidas facar del

Reyno y meter en el, y de las que pueden andar libremente por el reyno.



Vm de non exemptis & exemptis à tributis in præcedentibus dictum sit, & in præcedente de equis, nunc de ipsis & alijs prohibitis extrahi à regno, vel portari in eo.

S V M M A R I V M.

Extrahens res vetitas à regno tantũ vsus sui causa, non incurrit pœnam. n. 1. & n. 2. idem si causa transitus vel gustus.

Minor viginti quinque annorum an incurret pœnam

Tom. 4.

appositam extrahentibus vel contra aliarum legum dispositiones facientes. nu. 3.

Forensis licet ligari dicamus statuto prohibete extrahi res aliquas, excusatur tamẽ ex iusta ignorantia. n. 4. & nu. 7. nisi vt ibi. num. 9. 10. & 11.

Ciues possunt rebus, quas volunt legem imponere. numero 5.

Statutum licet non posset ligare personas forensium, potest tamẽ res & bona in suo territorio sita. n. 6.

Res vetitæ extrahi à regno neq; pro redemptione captiuorum

K 4

ptiuorum

- ptiuorum. n. 12.
 Extrahens res vetitas an requiratur quod cum effe-
 Etu id fecerit. num. 13. late.
 Quid si quis se pararet ad occultandum res an punie-
 tur. n. 14.
 Ad incurrendam mortis poenam extractio requiri-
 tur. n. 15. vbi. nu. 16. quod ista poena mortis non
 solet imponi.
 Testibus sufficit probare extractionem nec requiri-
 tur apprehensio. nu. 17.
 Probatio legitima an erit si vnus testis dicit vidisse
 Titium in via exportantem frumentum, alter
 vidisse eum cum frumento extra territorium.
 numero 18.
 Leges hæc punientes exportantes res extra regnum
 sint contra libertatem ecclesiasticam si clericos
 comprehendant. nu. 19. & 20.
 Statutum laicorum prohibens rem alienari in foren-
 sem an valeat. num. 20.
 Lex civilis si potest afferre commodum vel incom-
 modum non dicitur contra libertatem ecclesiasti-
 cam. num. 12.



Drohibetur in præfenti extrahi monetam à
 regno, & cum decem legibus sequentibus
 prosequatur hæc materia. De qua in titu-
 de cursu publico, lib. 12. vbi habemus. l.
 3. & ibi Bart. dicentem quod potest quis compelli
 per custodes regni ostendere res, quas portat, &
 portantes retinere vt adimpleant & ostendant eas,
 vt sciatur an monetam vel res vetitas extrahant,
 & habes etiam l. 1. & per totum. C. quares ex por.
 prohib.

Ibi, *Cegados con la codicia de la ganancia*, ergo si tan-
 tum vsus sui causa extrahant & nullam incurrent poenam,
 cessat enim tunc cupiditas acquirendi, & in super
 adest necessitas se sustentandi, & per consequens ex-
 cusatur talis extractor non enim lex nostra necessa-
 ria ad vsus vetare vult, sed cupiditatem adquiren-
 di, & prohibitio non se extendit nisi vltra vsus ne-
 cessarij causam secundum Doct. in l. cetera, de le-
 ga. 1. & Orosci. super. ff. veteri col. 419. numero 10. &
 idem esset si transitus causa, vel gustus & occasione,
 vt, in vino, id fieret, vt vtrumque tenet alios alle-
 gans *Mexia*, in prag. panis, conclu. 1. glo. 1. numero
 27. 29. & 30. & *Rebus*. in 2. tom. consti. Fran. titu-
 de pan. Merca. artic. 2. vers. statuit ergo, & in fine
 articuli illius, & *Clarum*, in libro 5. senten. q. 82. sub
 statuto. 7. numero. 3. & 4. *Ripa*, de peste, titu. de re-
 me. ad cons. vber. fol. 19. numero 109. cum sequen. &
 numero 114. cum sequen. & *Auiles*. cap. 52. prat. glo.
 en la tierra, numero 18. & *Suarez*, alleg. 18. vers. sed po-
 sito, & probatur ex l. 8. infra eo. titu. & lib.

Ibi, *Que persona ni personas algunas no sean osados*
 de sacar, sed an minor sub ijs verbis comprehenditur,
 & dic quod si est minor. 14. annorum ex tex. in l. Impera-
 tores, in fi. ff. de publi. & vectig. tenet quod non, *Cæ-*
pola in l. mulieris. 13. num. 16. ff. de verbo. sig. & ex
 tex. in cap. 2. de delict. puer. Bal. & alij relati per *Di-*
da. Per. l. 26. titu. 9. lib. 6. Ord. col. 339. & probatur
 ex l. 6. tit. 7. pa. 5. quæ singularis est & probans quod
 etiam si est maior. 14. annorum minor tamen vi-

ginti quinque non comprehenderetur, neque tene-
 bitur legis poena, adeo vt non sit opus restitutio-
 ne, vt ibi not. glo. licet ex lege, si ex causa. §. si in
 commissum. ff. de minoribus, restitutionem esse
 necessariam disponatur, prout tenebat *Castilo*,
 in l. 1. *Tauri febo* 20. colum. 4. in medio, vbi ad
 plures leges id applicat, & *Ant. Gom. tom. 3. vari.*
cap. 1. num. 61. & Auiles. d. cap. 52. pratorum glos. en la
tierra. numero 10 vers. & idem dic in minore, sed ex
dicta. l. 6. part. nulla est necessaria restitutio, &
hoc nisi probaretur scienter & malitiose minorem
hunc id fecisse, nam tunc tenebitur, secundum illam
l. partitæ, in dubio tamen in minore dolus non præ-
sumitur, & quamuis præsumeretur, restitueretur tunc
aduersus talem dolum præsumptum cum sit de præ-
terito, ex glos. & omnibus, in l. vbi exigiur ff. de
edendo, vbi tamen dolus verus probaretur, cessaret,
restitutio, quia non cõceditur aduersus delictum, vt.
l. auxilium. ff. de minori. quod quidem delictum
sine dolo non committitur, & eo dato minor delin-
quit, & sic tunc non restituitur: ex eodem etiam the-
mate tenendum est, forensem, licet dicamus, li-
gari statuto prohibente extrahi monetam, frumen-
*tum, & similia, vt communem dicit *Ripa*, vbi supra.*
*nu. 119. & Auiles vbi supra. num. 7. cum seq. & *Me-**
*xia, vbi supra conclus. 5. n. 78. cum seq. pluribus, & *Clau-**
rus. in d. q. 82. statuto. 7. nu. 2. & q. 85. nu. 2. & 3. cum
ciues possunt rebus, quam volunt, legem & impone-
re. l. 1. C. de contra. emp. l. 1. & per totum. C. qua-
*re. expor. prob. tradit *Tyber. Decia. respon. 71. num.**
2. & 3. vol. 2. quia secundum eum ibi licet non pos-
sit ligare personas potest tamen res & bona in suo
territorio & sita, & hanc communem testatur cum
Ripa, Francif. Becius. cons. 60. num. 1. excusari tamen
forensem est asserendum, si ignorauerit & tale statu-
tum, ex tex. in cap. 1. de consti. in 6. & l. fi. C. de De-
*cret. abor. faci. communem testatur *Alexand. cons.**
*86. lib. 4. & *Becius. vbi supra. numero 12. quæ quidem**
ignorantia in dubio præsumitur, attento quod ipsa
exportatio non est de genere prohibitorum & vt in d.
cap. 1. nisi talis forensis fecisset longam moram in lo-
*co statuentium, secundum, *Alexand. cons. 86. lib. 4.**
vel diu conuersatus & fuisset in ipso loco, ex l. in-
bemus. C. de liber. cau. vel nisi in locis circumuicinis
*esset similis prohibitio & secundum *Joan. And. in 16.**
nonellis. in d. cap. 1. & Doct. in l. fi. §. & licet. ff.
*de publi. & *Alexand. & Ripa vbi supra. num. 121. &**
idem dicerem si aliqua lege & iuris communis antea
*id esset dispositum & vsitatum. vt per *Auiles, vbi**
supra. d. n. 7. & sic si idem quod in nostra lege esset de
iure communi antea dispositum, non excusare foren-
sem ignorantia, quia in omnibus id erat statutum, sed
si id non est de iure communi prohibitum excusabitur
ex capite iustæ ignorantie, nisi vt dictum est, in
locis suis vel circumuicinis idem esset statutum,
vel diu ibidem forensis moram traxisset, vel
conuersatus esset, nam tunc iusta ignorantia non
datur, sed crassa & supina, & sic non excusa-
ret, & in hac materia an forensis ligetur statu-
to alienæ ciuitatis in l. canctos populos. C. de
summa Trinit. & l. omnes populi. ff. de iur. &
iur. tradunt omnes latissimè, nos aut hic non
in statuto sed in lege loquimur disponente circa
exportationem monetæ, frumenti & similiarum extra
regnum.

Ibi, *Sacar ni sequen*, etiam & pro redemptione
 captiuo

captiuorum secundum *Abb. in c. significauit. num. 2. de Indis*, sed an requiretur quod cum effectu id fiat vel sufficiat reperire extrahentem in itinere † & si deuiat à recto itinere culpabilis est, *vt. l. siquis. C. de cursu pub. lib. 12.* & sic teneri videtur pœna legis, *ex l. 6. titul. 7. pag. 5. vt notabat Bart. in l. qui fiscales. C. de nauicul. lib. 11.* veruntamen quia in contrariū plura vgebant de iure cōmuni communiter distinguebatur, an statutum vel lex loqueretur per verbum extraxerit, seu exportauerit & non puniebatur, aut per verbum extrahet, seu exportabit, & punitur & hanc dicebat communem distinctionem *Ripa, de peste titul. de remed. ad conser. vber. num. 71. cum sequ.* & eū referens *Clarus, in d. 9. 82. statuto. numero 8. & Aniles. d. cap. 52. pratio. numero 21. cum sequen. & Mexia, in d. prag. panis, conclus. 1. num. 26.* sic volens intelligere & declarare legem nostram, & tradit *Hippol. in pract. § pro complemento. numero 26. fol. 143, in paruis, & iterum in l. is qui cum telo. numero 33. C. ad. l. cor. de sicar; nihilominus tamen licet hæc sit cōmunis opinio, de iure communi contra eam tenebat *Ripa, vbi sup. & Clarus. d. numero 8.* nunquam enim possent tales delinquentes in fragranti crimine deprehendi si antequam limites exirent, inuenti non punirentur, cum certum sit, quod postquam exierunt limites regni, non possunt officiales extra territorium illos persequi nec comprehendere, propterea apud suos indistinctè seruari inquit *Clarus, vbi supra puniri deprehensos in itinere, constituto quòd vellent illud extra territorium exportare, perinde ac si exportassent, & sic inquit Ripa. vbi supra. num. 75.* de consuetudine non seruari dictam distinctionem, sed quòd omnes reperiuntur in via puniuntur ac si exportassent, & sic ipse ibidè facit aliam distinctionem, scilicet, quòd aut reperiuntur in via sponte iam retrocedebat quando fuit reperiuntur, & tunc nullo modo punitur, aut fuit reperiuntur in via continuando & exportando, & tunc aut confitetur quòd exportasset nisi fuisset prohibitus, & puniendus est legis pœna, aut nō confitetur licet sit præsumptio contra eum, & tunc non venit puniendus, quia poterat pœnitere antequam exisset à limitibus, licet tunc arbitrio iudicis puniri posset, licet si nulla subesset coniectura, quòd extrahere volebat, absoluentus esset: & si reperitur in loco non suspecto standum est ipsius iuramento, vbi tamen adessent probabiles coniecturæ quòd extrahere volebat, puniretur, puta si per inuia, & desertia loca esset deprehensus, nisi recta via esset ab hostibus inuasa, vel inundata aquis, quia tunc excusaretur, vt optime per *Ripam, hanc & alias coniecturas describentem, vbi sup. numero 77. cum pluribus seq. & itidem si esset bonæ famæ & non solitus id facere, secundum *Puteum, de Syndicatu, verbo testis, capit. 2. numero 3. folio 434. & post hæc scripta reperi latè de ijs tractantem *Cæpolam, in l. si fugitiui. numero 65. vsque ad. 70. de fer. fug. vbi à numero 71. cum sequen. tractat, quid si non sunt reperi in itinere, sed præparauerunt se ad hoc occultando frumentum † in domo vel alio in loco: ex legibus tamen nostris videtur in ijs rebus vetitis extrahi à regno esse iam determinatum, quando deprehensus in itinere punitur ac si iam exisset, siue vadat per inuia & insolita, vel per recta, solita & vsitata loca, lege scilicet. 43. infra isto titul. & libro quoties quis deprehenditur cum rebus vetitis extrahens eas per****

vnam aut duas leucas à finibus regni, sed & adhuc videtur legem hanc solum loqui, vt quilibet tales res possit capere, non verò ad diffiniendam dictam dubietatem de iure communi existentem, ideo videtur in suo esse durare doctrina doctorum circa hæc, quoties nondum sunt transgressi limites regni etiam si per viam rectam irent ad transfundendum, secus si iam limites exissent, eis tamen non transgredientibus limina & confinia regni, tenerem tunc distinctionem, scilicet, quòd si vadit via indirecta & non solita & vsitata, nec vlla alia dari potest ex tali itinere coniectura quam extrahendi res vetitas, tunc pœna legis eum punirem, *ex. d. l. 6. titul. 7. p. 5. & ex dictis in prin. huius glo. & ex l. 5. & ibi glo. los lagares, eod. titul. & par. nisi esset homo bonæ famæ & non solitus hæc facere, vt dixi, si verò ibat per viam directam, tunc vtique dicta communis distinctio esset obseruanda, & attendenda essent coniecturæ, de quibus per *Ripam, vbi supra, nam & poterat pœnitere antequam confinia exiret, & hæc mea distinctio corroborari potest ex l. 9. infra isto titul. & lib. licet ad imponendam pœnam mortis nostræ legis, vtique requiri credo, quòd extraxerit cum effectu, † & ita deno-**

tant verba illa nostræ legis, *de sacar ni saquen, & iterum ibi, so pena que si el oro y plata y vellon, o moneda de oro y plata o vellon que sacare, ecce igitur, factum perfectum denotatur, & non aliàs neque aliter, ita quòd non sufficiat ad imponendam nostræ legis pœnam voluisse extrahere & reperiuntur fuisse in via directa siue indirecta, posset tamen tunc extraordinariè puniri & arbitrariè: neque obstat huic opinioni, quòd eo iam exeunte à regno non potest puniri, vt inquit *Clarus, vbi supra, quia per denuntiantium & testium probatione sufficiat id probare, neque requiritur apprehensio, prout ex legibus istius tituli clarissimè patet, & ex. l. nostra iubente, in omni anno semel saltem inquisitionem faciendam, & sic videtur tenendum sub saniori consilio.**

¶ Ibi, *Muera por ello, idem in ducatu Mediolani statutum est, & tamen, vt inquit *Clarus. d. 9. 82. statu. 7. numero 1.* non seruatur † rigor hic 16 mortis, & itidem in nostra Hispania credo non seruaretur, sed aliæ pœnæ à lege nostra statutæ imponerentur, ad terrorem enim potius imponitur, quam quoad executionem.*

¶ Ibi, *Que una vez en cada un año harã alomenos cada vno dellos pesquisa e inquisicion, ecce quomodo non requiritur apprehensio in terminis nostræ legis & similibus, sed sufficit testibus probari fesse deuen-*

17 tum per aliquem nostræ legis dispositioni, vt tenebat *Ripa, de peste tit. de reme. ad conser. Uber num. 104. & 105. & Mexia, in d. conclu. 1. numero 36. vbi à numero 26. plura dixit, & licet regulariter vt ibi per eos sit communis quòd requiratur apprehensio, in nostra tamen materia sufficit testibus probari, & probatur ex ijs verbis, licet quoad armorum amissionem & priuationem extra horam portatorum vel contra mensuram à legibus designatam apprehensio in practica requiritur, & *Clarus vbi supra. num. 7.* refert etiam dictam communem in nostris terminis, & licet ibi dicat, quòd *Ripa* dixerit esse contra communem, tamen *Ripa* asserit, in nu. 105. quòd communis est sufficere testibus conuinci etiam vbi apprehensio requiritur, de quo ultra eos tradit*

tradit optimè. *Cœp. in l. si fugiui. n. 72. cum seq. C. de seru. fug. & Redin. in tract. de mai. prin. num. 193. cum 2. vol. 16. trac. diuersorum:* sed an erit legitima probatio si vnus testis dicit, vidisse Titium in via exportantem frumentum, alter verò dicit, vidisse eum extra territorium † cum frumento, & *Bal. l. obseruare C. quo. app. non reci. inquit non esse plena, quia non sunt coniungendi, sequitur Ripa, vbi supra. numero 106. fol. 20. Et pro intellecto horum verborum nostri tex. vide quæ diximus in l. 38. tit. 6. lib. 3. supra.*

18 ¶ Ibi, *Aya lugar contra los prelados y clerigos y exemptos,* videtur hoc contra libertatem ecclesiasticam † & personas ecclesiasticas & earum prerogatiuas. de quibus principibus secularibus nulla est data iudicandi potestas, neque contra eos disponendi, ex tex. & materia in c. ecclesiam S. Maria. de constit. in authen. Cassa. C. de sacr. eccles. c. nouerint de senten. excom. extranag. vna, de consuet. in communibus, & per consequens contra clericos nullam vim legem nostram obtinere, prout in simili statuto commu. opin. testatur *Felin. d. c. ecclesia S. Maria. numero 89. & Clarus in d. q. 82. statuto. 5. numero 2* dicentes, non valere statutum laicorum prohibens rem immobilem † alienari in forensem clericum sub pœna, & quod est contra libertatem ecclesiasticam, & sic non ligare clericos & expressus & clarius in statutis prohibentibus aliquid exportari extra regnum. Ita tenet *Ripa. vbi sup. num. 122. fol. 21. distinguens, quod si frumentum, vinum, vel moneta processerunt ex prædiis vel redditibus ecclesiarum non ligat clericos, si vero ex bonis patrimonialibus clericorum, tunc si bona patrimonialia gaudent priuilegio bonorum ecclesiasticorum idem erit, secus vero aliàs, ita Ripa, ibidem, vides igitur quomodo dispositio generalis nostræ legis claudicat quoad clericos & ecclesiasticas personas, præmaxime cum *Conar. in c. possessor. §. 4. numero 8. id expresse velit tenere cum Grammatico, decisio. 100. dicente ita fuisse iudicatum: contrarium tamen defendit Minch. contro. vsu. frequ. lib. 1. c. 4. numero 18. & cum eo Mexia in prag. panis conclus. 5. numero 17. dicens id similibus statutis receptum esse in pluribus oppidis Hispaniæ, & in puncto iuris verius & reipu. conducibilius, & sequitur nouissime Doct. Salzedo, in addi. ad prac. Ber. Diaz. c. 55. addi. 1. vers. 3. his vbi tractat à quo iudice debeat puniri, nam cum clericus, qui in hoc oppido vel regno commoratur quasi pars populi & regni videatur, & commoditatum ac incommoditatum sit expers, par est vt statutis æqualibus regatur. l. secundum naturam ff. de reg. iur. nec dubium est quin tale statutum vtile sit, nam si fines illius territorij abundant vineis sufficientibus ad victum totius populi, & amplius, si vina aliunde ibidem intromittantur, non possent municipes vina sua vendere, sicque id vtile est vineas habentibus, reliquis non ita, id tamen sufficit vt statutum valeat, vt in simili per *Feli. in d. c. Ecclesia. numero 81. Frederi. conf. 35. Aymon, & alios relatos per Minch. vbi sup. item quia clericis vineas habentibus prodest hoc statutum: Et sic in nostrum propositum, ipsis etiam clericis prodest, ne bladum, vel vinum, vel moneta extrahatur à regno, ne fortassis in regno hæc deficiant, & quando lex ciuilis potest afferre commodum & incommodum non dicitur præiudicialis, † neque contra***

libertatem ecclesiasticam, secundum *Abb. in. d. ca. Ecclesia S. Maria. numero 13. de constit. & alios plures relatos, per Mexiam. d. conclus. 5. num. 16. cum alijs ante & post, & sic si lex nostra ob statum reipublicæ communitati conuenit, potissimè ad eius vel tutelam vel regimen, iuste poterit fieri, & ligat clericos, vt per *Conarru. vbi supra. d. num. 8. & meo videri si moneta aut frumentum extrahatur à regno, aut vinum ad externos deferri clericis liceret contra legis nostræ intentionem, quis dubitat nisi quod maximum damnum toti regno & clero resultaret? & cum ob publicam & communem vtilitatem facta sit, clericos ligari, potuit lex nostra disponere, cum & ipsis etiam commodum ex ea resultare possit, & resultat, & per consequens sub censura Ecclesiæ & eius vicarij & alterius cuiuslibet melius me sentientis sic tenendum videtur, & secundum hæc sunt de clara dicta & allegata pro prima opinione, vt dixit *Mexia vbi supra. numero 18. & nos alibi diximus.***

S V M M A R I V M.

Specialis casus hic constituitur in quo particeps & complex delicti habet præmium. num. 1. An reuelans delictum, vt præmium consequatur, debeat illud probare. num. 2. Index cautus capiens res aliquas extra regnum portatas debet de illis facere inuentarium. num. 3.

Lex 4.

S V M M A R I V M.

Si portans nummos sibi datos ab aliquo ad portandum eos extra regnum, id manifestauerit, lucratur eos, & liber remanet à qualibet calumnia vel pœna, itidem denuntians, & probans aliquem extraxisse nummos à regno, lucratur etiam partem poenarum à tali extractore incurfarum.

R Bi, Y LO AYA Y GANE EL QVE ANSE LO LLEVAVA, specialis casus, vbi particeps & complex delicti habet præmium, † & partem eius, quod fisco, vel alteri propter illud delictum erat applicandum, cum de iure *ex Barto. in l. 3. §. si ex stipulatu. ff. ad Syllani.* communis sit opinio, quod particeps delicti illud reuelans non capit partem præmij reuelanti constitutam, vt dixi in tract. de decurio. vocatio, Curia Pisana. lib. 2. c. 18. numero 23. potest enim ad hoc constitui præmium per correctorem ciuitatis, vt vbi dicitur; in eod. cap. 18. numero 4. & 5. & an tunc consensus consilij ciuitatis requiratur & assensus, ibidem dixi, numero 25. sed an ille, qui reuelat, debeat illud † probare, vt præmium nostri tex. vel simile consequatur, teneo quod sic ex tex. nostro in finalibus

nalibus verbis, & ex dictis per me. d. cap. 18. num. 24. aliter enim esset in potestate alicuius, dicere, sibi traditam esse monetam à Petro ad portandum eam extra regnum, cum sua ipsius-met extrahentis esset, & sic eludere legem nostram, & eius pœnam, & consequenter efficere, molestiam pati Petrum illum, cuius pecuniam esse assererat, & sic omnino tenetur probare id, quod asserit. Et nota, quòd cum ceperis res aliquas extra regnum portatas, facias statim † de illis inuentarium, alias non obtinebis; vt per *Suarez allegat. 18. col. fi.*

¶ Ibi, *La tertia parte*, Vide in propositum per me adducta in l. 38. glos. sede. tit. 6. lib. 3. supra.

S V M M A R I V M.

Valet lex vel statutum prohibens aliquid vendi forenssi in num. 1.

Lex 5.

S V M M A R I V M.

Alienigena non potest Indijs contrectare, neque emere aurum aut argentum per se neque per interpositam personam sub nostri text. pœna, & idem in Agarenis, & mulionibus disponit lex nostra.

IBI, NINGVN ESTRANGERO PVEDA TRATAR, eam in sua dispositione cum alijs multis exteris à regno prohibitis consideravi in l. 14. numero 50. tit. 3. lib. 1. supra.

¶ Ibi, *No puedan comprar oro ni plata*, valet enim lex, & statutum prohibens vendi aliquid † forensi, & extraneo, vt per *Tiraquel. de retract. Linag. in prefatio. numero 14.* & quid si ne alienetur in clerico, dixi in l. 1. supra isto tit. & lib. numero 20.

S V M M A R I V M.

Monetam an liceat in conscientia permutare vel pluris vendere quam valeat. num. 1.

Lex 6.

S V M M A R I V M.

Precium solum taxatum peti potest pro moneta, & non amplius.

IBI, NO SE PVEDA LLEVAR MAS DELO QUE VALEN, sed an in conscientia licebit pluris vendere, vel permutare † monetam, quam taxatum sit à lege pretium eius *Nasar. in addit Hispan. ad cap. 28. man. in addit. ad cap. 23. numero 84. fol. 55. inquit*, quòd sic, dummodo sit modicum, & exiguum, & sequitur *Couarru. alios referens in tract. de Monet. c. 7. numero 3. vers. secunda conclusio*, vbi in illo numero 3. per conclusiones hæc differit, dummodo aliqua causa, videlicet, cum numismata non permutantur, aut venduntur, vt numismata, sed ad

deaurandum aliquid, vel ad ornamentum, aut annulos, in aures, torques, & in his familia conficienda.

¶ Ibi, *Pero bien permitimos*, vide *Couarru. vbi supra. numero 4. conclu. 3. de ijs differentem.*

Ibi, *Que las leyes permiten*, scilicet. l. 4. titu. 18. lib. 5. supra.

S V M M A R I V M.

Pro sui vsus gratia an liceat monetam extrahere à regno. numero 1.

Licentia ad extrahendum monetam à regno qualiter concipiatur. num. 2. & 3. per quod tempus duret talis licentia.

Corrector populi non potest licentiam præbere extrahendi monetam à regno. num. 4.

Lex 8.

S V M M A R I V M.

Exeuntes à regno pro expeditione suorum negotiorum possunt extrahere pecuniam auream, vel argenteam pro expensis faciendis necessariam seruato nostræ. l. tenore.

IBI, HAN MENESTER LLEVAR MONEDA PARA SV COSTA E GASTO, pro sui enim vsus gratia licitum † est pecuniam extrahere vt dixi in glos. 1. legis primæ supra eodem.

Ibi, *Mandamos y ordenamos*, qualiter autem sit concipienda licentia ad extrahendos † nummos extra regnum vide tex. in l. 20. tit. 18. par. 3. vbi glo. alia dicit, & per quod tempus duret talis † licentia & per *Rebus. in l. vni ca. C. de sententijs, qua pro eo quòd inter. notab. 1. numero 13. pag. 356.* corrector tamen populi non potest talem licentiam concedere † secundum *Mexiam vbi supra conclu. 1. numero 25.* & *Auiles. c. 52. pratorum glos. magna, numero 26.* nisi ex permisso nostræ. l. & seruato eius tenore; & non aliàs.

S V M M A R I V M.

Pastoribus & custodibus quando credendum sit de morte animalium, vel eorum, qua eis custodienda dantur. num. 1.

Epidemia accidens excusat pastorem ab interitu animalium. num. 2.

Dominus si est solitus dimittere oves in campo excusatur pastor si eas ibi demittat; & lupus comedat. num. 3.

Lex 21.

S V M M A R I V M.

Habentes animalia, & greges intra duodecim leucas, tenentur ea in æstimo describere, & si moriantur aliqua, vel perdantur, statur de ijs iuramento domini.

Ibi,



BI, PERO SI DIXERE QVE SE LE PERDIO, O MVRIO SIN AVER EN ELLO ENCUBIERTA ALGVNA, SEA CREYDO POR SV JVRAMENTO. Videtur hic esse text. probantem, quod credatur pastoribus super † morte, vel amissione gregis idque clarius videtur probari in l. 2. tit. 21. infra lib. 9. vbi dicitur, quod satisfaciet pastor demonstrando pellem cum iuramento, quod est illa pellis animalis mortui sibi in custodiam dati, & sic quod corrigantur iura antiqua probantia, id non excusare pastores, nisi probent, id sine culpa sua contigisse, vt est tex. l. siquis fundum. §. imperator. ff. locat notat. gl. secundum unum intellectum Bart. & communiter doctores in l. siquis ex argentariis. §. prator ait in fine. ff. de edend. & notat. Ant. Gom. 2. tom. variarum c. 3. numero 22. vers. aduertendum tamen, item. l. 15. tit. 8. p. 5. quæ idem designare indistincte videtur, quidquid Ant. Go. vbi sup. velit, distinguere, sint ne de casibus, qui sine culpa euenire solent, vt tunc pellis, & iuramentum sufficiat, secus si de aliis, qui cum culpa, vt tunc non sufficiat, nisi probet, sine culpa sua id accidisse, nam hæc distinctio est contra prædicta iura & contra dictum communem Bar. intellectum & contra eam insurgit gl. penul. in l. 10. tit. 14. p. 2. etiam si dictam distinctionem sequatur etiam Orosc. in d. l. siquis ex argentariis co. 748. vers. 10. vbi sic dictam legem part. voluit intelligere, & voluit gl. por otra. in d. l. 10. tit. 14. p. 3. nam. d. l. 15. tit. 8. p. 5. non patitur hanc declarationem, cum & in damno quolibet loquatur, & sic de morte, qui est de casibus, qui sine culpa euenire solent, & nihilominus inquit lex, debere, pastorem probare, id sine culpa sua euenisse, probando tunc temporis in regione illa, vt ibi, inquit gl. señales. tertiam, vel quartam partem animalium gregatim pascentum mortuam esse, excusat enim pastorem ab interitu pecudum Epidemia † accidens secundum Ripam de peste l. p. 2. numero 167. cum duobus sequent. fol. 7. vbi inquit, quomodo pastor probabit mortem animalium, & Boerius decis. 216. vel itidem excusabitur pastor; si probet quod dominus erat consuetus dimittere oues in tali † loco, vbi pastor eas dimisit nam tunc si lupus illas comedat excusatur pastor secundum Capol. in l. quis sit fugitiuus. §. apud labeonem. numero 5. ff. de edend. fol. 66. Tibe. Decia. conf. 25. num. 16. & 17. lib. 1. hæc tamen omnia videntur correctæ per has nostras leges in præsentia, & in d. l. 2. tit. 21. infra lib. 9. prout tenere videtur Pal. Rub. in rep. c. per vestras. §. 12. numero 12. fo. 115. co. 3. quem sequi videtur Did. Perez. in l. cobaredi. §. cum filia. ff. de vulgari. numero 277. & in l. 12. tit. 14. lib. 2. ord. co. 555. in princ. & tenebant aliqui relati per Boer. d. decis. 216. nu. 1. & 2. & Cas. in consuet. Bur. Ru. 4. §. 23. numero 56. & 62. de iis etiam agit. Vides igitur quomodo aliqui ex nostris ita tenent in correctionem iurium ciuiliū. Ego tamen, si licet meum exiguum verbum proferre, teneo leges nostras non derogare, neque corrigere legem illam partitarum, neque iura communia prædictam distinctionem facientia, sed potius in suo esse re-

manere, in quantum probant, non sufficere iuramentum pastoris, neque pellem ostendere, nisi & aliquibus signis pastor probauerit, id sine culpa sua contigisse, vt inquit dicta lex part. & insuper secundum text. ibi iurauerit, id ita sine culpa sua contigisse, siue sint de casibus, qui sine culpa accidere solent, siue non, ex hoc intelligo verum esse, quoties pastor ille ex officio publico, vel priuato ad custodiam tenetur, & insuper recipit mercedem pro hoc, tunc enim loquitur dicta lex part. & leges similes, quæ sub titulo de locato & conducto loquuntur, ita vt custodia etiam in commodum pastoris resultet propter mercedem ei constitutam, secus vero si etiam ad custodiam teneatur ratione officij publici, vel priuati, custodia hæc est sine salario, & mercede, solumque principaliter resultat in commodum illius, qui animalia, & pecudes mortua non esse prætendebat, nam tunc sufficeret demonstrare, & probare occasionem illam amissionis, vel mortis ad se excusandum, & excusabitur custos, nisi è contra probetur, culpa sua occasione contigisse & ita procedant. l. 20. tit. 13. par. 5. & l. 10. tit. 14. p. 3. & hic vltimus casus limitetur, vt non procedat in casu. l. nostræ, & d. l. 2. tit. 21. lib. 9. infra, vbi iuramentum sufficit, & pelles, tanquam casus speciales, quia sic legislator id specialiter in eis voluit statuere, alia vero leges generaliter & sic euitatur correctio, quæ omnino euitanda est, & post hæc scripta vide Peraltam in l. cum ita legatur. §. species numero 5. de lega. 2. dictam distinctionem volente cum doctoribus ibi, quæ notanda sunt, quia non sic reperies declarata, & congesta, & procedunt hæc nisi aliud de consuetudine antiqua in regione illa, vel ex contractu partium resultet, nam tunc consuetudo seruabitur, & itidem contractus à partibus super iis initus, prout quotidie recurrimus ad contractus, & obligationes à pastoribus pecudum factas cum populis, & vicinis eorum.

S V M M A R I V M.

Frumenti appellatione non continentur legumina. num. 1.

Leguminum appellatione continentur cicera, lentesc, fabba, pisa, & similia, non tamen venit canabab. num. 2.

Triticum si prohiberetur exportari, legumina comprehenduntur. num. 3.

Statutum puniens bladum exportantem an comprehendat legumina. numero 4. & an tunc licebit exportare hordeum, speltam, vel auenam. numero 5.

Statuto prohibente extrahi triticum an licebit exportare farinam. num. 6. & 12. & 13.

Per medium non prohibitum potest fieri transitus in effectum non permissum. num. 7.

Portando farinam fraudari poterit Episcopus, cui ex consuetudine vel priuilegio debetur certa parua mensura frumenti pro quolibet modio quod portat in ciuitatem. num. 8.

Contraria

- Contraria opinio imo quod extrahens farinam comprehendatur legis nostræ & similibus pœna. numero 9. & sequen. fundatur.*
- Prohibiti extrahere ligna extra territorium non possunt extrahere naues & galeas quæ ex illo ligno fiunt. nu. 10.*
- Prohibitus portare ligna Saracenis & Barbaris non potest eis vendere ligamina galearum. numero 11.*
- Frumenti appellatione non venit propriè farina, numero 12. & numero 13. id alio modo declaratur.*
- Lex penalis etiam si sit odiosa extenditur ob fauorem publicum. nu. 14.*
- Prohibitus extrahere frumentum an sit prohibitus extrahere farinam. nu. 15.*
- Saccus ubi portatur frumentum an erit etiam perditus. nu. 16. ubi nu. 17. 18. an res licita extrahi confiscabitur propter illicitam cum ea extractam, & nu. 18. & 19. contraria pars fulcitur & nu. 21. limitatur, & 26.*
- Partis ratione totum auferitur. nu. 18.*
- Nauis confiscata an censeatur confiscata scapha, & confiscato a sino censeatur ne salma confiscata. nu. 19. & sequent.*
- Res vnius socij non censentur confiscata ob confiscationem rerum alterius socij illicitas portantis. nu. 20. nisi ut ibi. nu. 21.*
- Valet statutum & consuetudo ut res licitæ, propter illicitas confiscentur. nu. 22.*
- Dominus rerum ubi illicita exportantur an habeat regressum ad res suas vel contra exportantem. num. 23.*
- Domini ignorantia ipsius iuramento probabitur nisi contra probetur. nu. 24.*
- Lex vel statutum etiam si dicat debere stari iuramento alicuius probari potest contrarium. numero 25.*
- Res licitæ & illicitæ confiscantur quoties inseparabiles sunt. nu. 26.*
- Extrahens sui vsus causa res vetitas si mutato proposito eas vendat an excusetur. nu. 27.*
- Agricultores forenses si frumentum suæ agriculturæ in suum extraneum Regnum portent an punientur. n. 28.*

Lex 25.

S V M M A R I V M.

Panis, & legumina extrahi à regno non possunt sub nostri text. pœna.

Tom. 4.

PAN NI LEGUMBRES, cante adijcitur verbum (legumbres) quia non continetur frumenti appellatione † legumina ex. l. frugem. § frumentum. ff. de verb. sig. & l. panum. §. sine autem frumentum. & §. ff. de pen. leg. & l. mella. in fin. ff. de aliment. & cibarijs leg. & hoc verius esse testatur Ripa de pest. titul. de remedi. ad conseruand. vbert. numer. 53. fol. 19. & Rebus. in d. l. frugem. pag. 500. versic. 5. sub nomine, ubi pag. 498. versic. leguminibus, inquit, leguminum † appellatione contineri cicera, lentes, fabas, pisa, & alia id genus, non tamen venit cannabis, ut ibi inquit ipse Rebus. sed si prohiberet triticum † exportari, legumina comprehenduntur, quia est ampla tritici appellatio, ut per Ripam ubi supra numero 55. Sed quid si statutum puniat exportantem bladium, an etiam contineatur † exportans legumina, dicendum est quod sic, secundum gl. & Bart. in l. 1. §. eo. ff. de aqua pluuiæ arcen. & Rip. ubi supra numero 56. ubi numero 57. quærit, an tunc licebit portare hordeum, speltam, vel auenam, † & post disputationem inquit, & concludit, quod sublato communi vsu loquendi, non licebit, eo tamen vsu attento licebit: Sed an ex simili statuto, vel lege, ut nostra prohibentibus extrahi triticum, comprehendatur etiam † farina, & videtur, quod non quia verba statuti non conueniunt, & sic non conuenit depositio. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. l. quod constitutum. ff. quidem test. milit. frumenti enim appellatione non continetur farina, mutata enim forma mutatur res, frumenti namque potentia per, mutationem in farinam adeo victa est, quod ad suas vires, suaque initia amplius reuerti non potest. l. Iulianus. §. sed si quis. ff. ad exhibend. l. questum. §. illud. ff. deleg. 3. à verbisque statuti non est recedendum. l. non aliter, deleg. 3. per mediumque non prohibitu potest fieri transitus in effectum non permissum †. l. per iusiurandum. §. & si fide iussor. ff. de accept. & sic dixit Felin. in c. ecclesia sancta Maria, de constitut. quod portando farinam fraudari poterit episcopus, cui ex consuetudine, vel priuilegio debetur certa parua mensura frumenti pro quolibet modio † quod portat in ciuitatem, ex quibus hanc opinionem tenuerunt Dynius in d. l. questum. §. illud, & Gand. in tract. malef. Rubr. de rebus non por. contra debit. q. 4. versic. item pone. dicens ita fuisse Paduæ iudicatum, & hanc sequitur subdens esse communem, & quod ita vidit de facto seruari, in tract. de statut. 2. p. q. 5. in 2. p. tom. 6. tracta. diuer. doct. Bald. in margarita. verb. frumentum. Pro contraria tamen parte, imo quod extrahens farinam comprehendatur legis nostræ, & similibus pœna, † & pro hoc facit, text. in l. si cui lana. ff. de lega. 3. ubi lanæ appellatione etiam comprehenditur lana filata, quæ semper lana dicitur, donec ponatur in tela, & sic dicemus, quod appellatione frumenti contineatur farina, donec conuertatur in panem, & frumenti, & farinæ eadem est vsia. l. in venditionibus. §. fin. & l. sequent. ff. de contrahend. empr. imo & fortius dicendum videtur de farina, quam de lana, eo quod farina non videtur noua species à frumento, sed ea, quæ prius latitabat, detecta potius apparet. l. adeo. §. cum quis ff. de acquirend. rerum domi. Item & quia prohibiti extrahere ligna extra territorium non possunt extrahere naues, & galeas, † quæ ex illo ligno fiunt, ex

- text. in c. ita quorundam. de Iudeis. Vbi prohibitus portare ligna Saracenis, & Barbaris non potest eis vendere ligamina † galearum, quem text. ad hoc alia adducens allegat Boerius decis. 177. numero 4. item quia ne fiat fraus legi, idem dicendum de farina, quod de tritico, ex text. in l. sed Iulianus. §. mutui. ff. ad Macedon. vbi prohibitio Macedoniani de non mutuando pecuniam numeratā filio. familias, extenditur ad frumentum, & farinam, ne fiat fraus legi, item quia militat eadem ratio in farina, quod in frumento, eo quod ratio, & mens statuentium fuit providere, ne proueniat carestia propter exportationem frumenti, quæ ratio etiam militat in exportante farinam, ergo etiam militabit dispositio. l. à Titio. §. illud. ff. ad l. aquil. & in talibus nō verborum sonus, sed effectus attendi debet, ex quibus hanc secundam opinionem tenent Bart. & Rainer. in d. §. quæsitum, & Bald. sibi contrarius in l. non dubium. C. deleg. & in l. quod non ratione. ff. eod. & Rebuf. in d. l. frugem, pag. 500. versi. & prohibitus, & Guid. Pap. decis. delphi. 373. sic pluries per parlamentum delphinatus iudicatum fuisse confirmans, & magis ample Alex. cons. 130. incipienti, super eo, de quo quaritur, an fides col. 1. vol. 6. & eam etiam sequitur Auil. c. 52. prat. glo. en la tierra. numero 19. vbi falso allegat Albericum pro hac opinione, & hanc etiam secundam opinionem sequitur eam dicens communem Ripa in tract. de peste. titu. de remed. ad conseruan. vbertat. numero 50. vbi incipit à numero 43. cum sequent. quem refert Viuius relatus per Iulium Clarum lib. 5. recep. sententiarum. §. fin. q. 82. statuto. 7. numero 6. vbi inquit, ita vidisse semper seruari, & sequitur Bertach. de Gabel. in 11. q. 2. particula. 8. partis princip. & Francis. Lucan. in tract. de Fisco. 4. p. numero 19. in 12. volum. tract. diuer. doct. & nouissime Mexia alios allegans in Prag. tasse panis concl. 4. per totam. Neque obstat quod appellatione frumenti non venit farina, quia id verum de proprietate † vocabuli, & sic si alicui legatur frumentum, censetur legata farina secundum Bald. in l. 1. C. de fruct. & lit. expens. & Bar. in d. l. à Titio. §. illud. ff. ad l. Aquil. & ibi glos. Nos autem non dicimus in hac secunda opinione, quod ex vi verbi comprehendatur farina, sed tantum ex mente statuentium, quæ mens non minus est obseruanda, quam verba. l. nominis, & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verborum signific. item & quia id verum est, quod farina non continetur appellatione frumenti in oratione, & dispositione † affirmatiua, vt cum quis tenetur dare frumentum, farinam dare non teneatur, & ita procedat. 1. opiniō secus vero in prohibitiua dispositione quia in prohibitione totum negatur. glos. in l. hoc genus. ff. de condit. & demonstr. Rebuf. d. pag. 500. in fine. Neque obstat quod lex est pœnalis, & sic odiosa, & ideo non extendenda, ex c. odia. de Reg. iur. in 6. quia cum sit in fauorem publicum introducta, amplianda est, & non restringenda, † præsertim ex identitate rationis. l. illud. C. de sacros. eccl. Roland. à Vall. consil. 72. numero 34. cum aliquibus sequentibus libr. 1. etiam si agatur, de fauore publico secundario. l. hoc modo, in fine. De cond. & demonstr. etiam in pœnibus. l. cetera. §. hoc senatus consultum, & ibi Ias. notab. 5. ff. de lega. 1. traditur per Felin. in cap. translato. de constitu. Hippoly. in practi. §. aggredior. numero 64. vbi plura de utilitatis publicæ fanore. Ex quibus etiam idem erit dicendum in exportante panem coctum, † cum sit eadem ratio, vt tenet Rip. vbi supra numero 52. & Mes. d. conclu. 4. numero 3. fol. 67. col. 4. Boerius decis. 177. numero 5. etiam si Auil. dict. cap. 52. d. numero 19. aliud velit in pane cocto, sed fallitur, quia est eadem ratio, quæ tamen vbi deficeret, non veniret panis coctus appellatione frumenti secundum prædictos maxime Rip. d. numero 52. Sed est quæstionis non minus singularis, an saccus, vbi portatur frumentum, vel farina etiam amitteretur, † & sic vt alij alio modo quarunt, an res licita portari confiscabitur propter illicitam cum ea portatam, † & videtur, quod confiscetur ex text. in l. co-
17
tem ferro. §. si dominus. ff. de Publ. & vectig. & ex l. qui saccum. ff. de Furt. & ex l. 26. nostri. tituli & libri, & quia saccus est quid accessorium ad ipsum frumentum, & sic debet sequi suum principale. l. eos. C. de usur. cum vulgar. Item & propter partem minantem ruinam, quis mittitur in possessionem totius domus ruinosa. l. si finita. §. ex hoc edicto. ff. de dam. infect. & facit. l. si peculium. de pecul. & de except. rei iud. l. si quis cum totum, & ratione † partis totum aufertur. l. etiam si partis. ff. de legat. 1. l. 1. & 2. C. de plus petit. & sic hanc opinionem tenuerunt Dyn. & Iacob. de Arret. in dicto. §. si Dominus, sequitur Castillo, in l. 1. Taur. fol. 20. column. 4. in fin. versicul. & nota super hoc duo menti tenenda, & hanc dicit esse communem, siue sint res licitæ portantis, siue alterius, modo sit sciens, & consentiens, Boerius decis. 178. numero. 25. quem refert Clar. d. quæst. 82. stat. 7. numero 9. Pro contraria vero parte, imo quod illicitæ solum confiscentur, facit, quia separatorum causa, separata est ratio. l. fin. ff. de calumniat. l. rescriptum. ff. de ijs, quibus vt in dict. & pro hac opinione allegatur text. in l. Publicanus. §. 1. ibi, vt si quis amplius. ff. de Publicanis, & vectigal. l. Sancimus. C. de pœnis, & argumento. l. 1. §. idem Labeo. ff. de aqua quotid. & estiu. & l. 1. §. si duæ. ff. quorum legat. Neque debet extendi pœna vltra delictum, vt in dicta. l. Sancimus, sed in pœnis stricta interpretatio est faciendā, vt l. interpretatione. ff. de pœnis, & sic confiscata nauis non censetur confiscata scapha, nec confiscata †
19
salma censetur alinus confiscatus, & è contra, quibus hanc opinionem tenuerunt Cyn. in l. cum proponas. C. de Nauti. fanor. Bartolus in dict. l. co-tem ferro. §. Dominus Angelus in l. usuras. ff. de usuris, Baldus in dict. l. cum proponas, & hanc communiter seruari affirmat Albericus in tractat. de statut. 4. parte quæstion. 4. numero. 5. & eo relato dicens eam vt mitiorem sequendam Clarus in dict. numero 9. & sequitur eam Bertach. de Gabell. part. fina. quæstione. 12. & sequent, & Ripa in dicto. tractat. de pest. in titulo de remedio ad conseruandum, vbert. num. 131. vbi pro ea dicit facere, text. in l. Nam quod liquide, in principio. ff. de pœnu. legat. vbi in legato pœnoris, quod est fauorabile, non veniunt vasa, ergo in confiscatione odiosa confiscato frumento non censetur vas confiscatum, & hanc itidem opinionem sequitur Auiles dicto. cap. 52. glos. En la tierra. n. 1. & Mex. in pragmat. Panis conclu. 1. glossa. 1. numero 15. & 21. Suarez allegat. 28. folio. 144. versicul. sed posito quod omnia, in antiquis,

antiquis, & sic ex hac vltima communi opinio-
 ne reiicienda est distinctio Baldi in dicta.l. cum propo-
 nas, & relatorum ab eo distinguendum, quod si
 res licita, & illicita erant delinquentis, omnia con-
 fiscabuntur, secus vero alias, hæc tamen distinctio
 est contra hanc communem, ideo reiicienda, nã res
 commodata, & aliena clarum quod non sunt con-
 fiscanda, nec res vnus socij alterius socij illas por-
 tantis contra deuetum in seio † altero socio, & non
 consentiente, secus alias, vt per Ripam vbi supra n. 131.
 20 & Mex. vbi supra nu. 16. & 22. & sic hæc opinio se-
 cunda tenenda est, & sequenda. Quam limitabis pri-
 mo in duobus casibus, in quibus procedit prima
 opinio, & eius fundamenta, primo enim limitatur,
 vt non procedat hæc secunda opinio, quoties lege,
 21 vel statuto aliud disponitur, † tunc enim saccus, &
 plaustrum, & schapha, & alius cõfiscabitur, vt in l.
 sequenti pro prima opinione allegata disponitur
 expresse, prout de iure, & consuetudine fieri potest,
 22 & valet tale statutum, † & consuetudo, secundum
 Baldum in dicta.l. cum proponas, & Francis. Licca. in tractat.
 de fisco. 4. part. numero 11. in 12. volum. tractat. diuers. doct.
 & tunc si res licita sunt aliena, & non illius, qui eas
 portat, Dominus, qui ignoranter commodauit, ha-
 bebunt regressum contra exportantem, qui si non sit
 soluendo, restituetur ex clausula generali contra sta-
 23 tutum, & sic recuperabit † eas, vt per Ripam vbi supra
 n. 132. cum duobus sequentibus, & Mex. vbi supra nu. 17.
 & tunc ignorantia domini rei illius iuramento pro-
 24 babitur, † vt per Rip. vbi supra n. 135. nisi cõtrariu pro-
 betur, quia quando ex legis vel statuti dispositione
 defertur iuramentum, potest nihilominus aduerfa-
 rius probare contrarium, etiam si lex, vel statutum
 25 dicat stari, debere iuramento † secundum l. 2. §. si ab-
 sens, vbi DD. ff. si ex noxali caus. agat. quam sequuntur
 relati per Tiraquel. de Retract. linag. §. 4. glo. 1. nu. 1. cum
 alijs sequentibus, vbi n. 3. hanc dicit magis communem
 sententiam, & Hoied. de Benef. in compat. 1. p. c. 13. nu.
 45. in vol. 15. tractat. diuers. doct. p. 1. vbi nu. 4. cum sequen-
 tibus differit cum Felin. & doctores in c. cognoscentes de
 constir. nu. 12. & ibi Det. numero 18. an probatio igno-
 rantia, quæ sit iuram. illam allegantis dependeat ex
 iudicis arbitrio vel non, secundo limitatur hæc se-
 cunda communis, vt non procedat, quoties res lici-
 26 ta, & illicita inseparabiles sunt † vt frumentum, &
 alie mercès commixte, nam tunc omnes confiscan-
 tur secundum Alberi. vbi supra. d. q. 14. numero. 5. &
 Ref. vbi supra numero. 131. vbi inquit, quod generali-
 ter res, quæ possunt sine corruptione subiecti sepa-
 rari à re cõfiscata, nõ comprehenduntur in ipsa cõ-
 fiscatione. Quæ omnia notabis, quia non sic repe-
 rires congesta, ac declarata, vltcrius, quod pro vsus
 sui causa licebit exportare frumentum extra regnũ,
 puta si cum familia se ibidem confert, & iuramen-
 to suo stabitur super hoc, vt vtrumque tenet Ripa
 vbi supra numero 108. & 109. & in l. 1. supra eod. dixi-
 mus, & ibi idem Ripa num. III. cum duobus se-
 quentibus tractat, quid si dum sui vsus causa extra-
 27 xit, mutato proposito vendiderit, an reincidat in
 pœnam, † & qualiter probabitur animus hic, ibi-
 dem declarat. Et quid in agricultoribus forensibus
 28 partem suam frumenti portantibus † ad suum re-
 gnum, vel partem suam vendentibus vni ciui, vide
 Rip. ibi numero. 107. & 108.

¶ Lex. 26. & 27. immediate sequentes eadem pro-
 hibitionem panis extrahi à regno prosequuntur, de
 Tom. 4.

quibus iam dictum est. in præcedente. l. 25. ibidem
 dicta videnda sunt.

S V M M A R I V M.

Victualium nomine venit panis. numero 1.

Auctionatores, & regatary prohibiti emere vi-
 ctualia ante horam nonam, non possunt ante il-
 lam horam emere hordeum, fenum & similia in-
 specta proprietate vocabuli. numero 2.

Inuitatis ad nuptias an sint danda necessaria pro
 equorum sustentatione. num. 3.

Verbum, libere, actum liberum, & spontaneum
 & generalem sine restrictione denotat. numero
 4. & 5.

Panis & victualia an possunt extrahi de vno loco
 ad alium in regno, etiam si dicatur quod locus ille
 prius est providendus. nu. 6. & numero 7. de-
 claratur.

Lex 28.

S V M M A R I V M.

Quod intra regnum, & in locis de señorio pro-
 hiberi non possit panis extractio, & aliarum su-
 stentationum, sed quod libere de vno ad alium in-
 tra regnum exportentur.



Bi, Y OTRAS VIANDAS. PON-
 deranda est dictio illa (Y ornus)
 latine alius, alia, aliud, quæ qui-
 dẽ sui natura est repetitiua si-
 milium, vt sic intelligas hic ef-
 se text. probantem, quod panis
 potest dici † (victualia) nam
 cum ijs verbis text. noster, vi-
 ctualia nominet per dictio-
 nem repetitiuam, & similitudinariam, necessario
 fatendum est, legem nostram probare, panem di-
 ci victualia, & consequenter victualium appella-
 tionem panem; & sic fenum, auenam, hordeum, &
 similia ad victum equorum deputata comprehen-
 di, quia dicit canon visitatori danda esse victualia,
 & sub hoc nomine includuntur fenum, & similia
 necessaria pro equitaturis. c. cum Apostolus, de cens.
 c. si episcopus, de offic. ordi. in 6. ex quo inquit Bald. conf.
 192. quidam nomine. vol. 5. quod auctionatores
 prohibiti emere victualia ante horam nonam, non
 possunt ante illam horã emere hordeum, † fenum, 2
 & similia inspecta proprietate vocabuli, sequitur
 Rip. in d. tract. de peste in titul. de remed. ad conseruat.
 Vber. numero 58. & Rebus. in l. verbo victus, pag. 328.
 vers. notandum est. ff. de verbo. significa. qui aiunt,
 quod attentõ vsu communi loquendi per excellen-
 tiam solum comprehenduntur appellatione vi-
 ctualium necessaria ad victum hominis, & ideo
 non sine mysterio lex nostra ad excludendam dif-
 ficultatem talis communis vsus loquendi, ver-
 bum, pan, prius præposuit, vt intelligeretur,
 L 2 quod

quod non solum victualia ad victum hominis necessaria comprehenduntur, sed ad equorum sustentationem conuenientia. Ex quo *Rebus. ubi supra* tradit pro inuitatis ad nuptias, quod talibus etiam necessaria pro equorum sustentatione danda non sint, † si in loco illo hospitia adsunt, secus verò alias, licet inter nobiles personas inuitantes ad nuptias alios extraneos à loco illo indistincte prouident victualia pro hominibus, & equis necessaria.

¶ Ibi, *Y mandamos que libremente se pueda sacar el pan y viandas de vn lugar a otro dentro del reyno*, notandum est aduerbium illud, *libremente*, Latine libere, vt intelligas facultatē hic concessam libere in toto regno extrahendi panem, & victualia † de loco ad locum nulli restrictioni, aut limitationi subiaccere, de ea enim intelligitur facultate, quæ nec iure, neque æquitate, neque ratione aliqua regulatur, sed in absoluta illius residet potestate, est enim maxima vis dictionis huius (libere) cum potestatem tribuat faciendi actum sua sponte † alterius voluntate non requisita, vt vtrumque dictum refert, & tenet cum alijs ab eo relatis *Mench. de arbit. iud. lib. 1. q. 7. numero 33. & 34. cum aliquibus sequentibus*. Itidem etiam aduertenda sunt verba sequentia nostræ. l. *y que la saca sea comun en todos los nuestras reynos*, & ibi, *y que ninguno tenga poder de la vedar sin especial licencia y mandado nuestro*, dum cum ijs enixis verbis, & geminatis lex nostra loquitur ex geminatione verborum, & sensuum in idem recidentium enixam legislatoris voluntatem comprehendendo ex late dictis de geminatione per Doctores in l. *Ballista. ff. ad Trebell. & per Euerar. in loco, de geminatione*, vt sic ex lege nostra recte intelligas esse dispositum, ita liberam esse potentiam extrahendi victualia, & panem de vno loco ad alium in toto regno, quod nullo modo possit, prohiberi, nec vetari per iudices aliquos, etiam si dicant, quod prius prouidendum est populus, † à quotalia extrahuntur, idque verba illa, *sin especial licencia y mandado nuestro*, quasi cum rex sibi hanc potestatem reseruauerit, omnibus alijs eam ademisse, videtur, regem autem hanc licentiam non concedere, nisi cum causa, asserendum est, quia leges suas obseruare, credere debemus, neque leuiter eas subuersurum esse; causa autem, quam alia esse potest, quam quod populi prius prouideantur, vt apparet ex l. 29. immediate sequenti, hanc tamen causam rex sibi reseruabit ex l. nostra. ergo iudices inferiores regis etiam sub pretextu huius causæ non poterunt prohibere extractionem hanc à loco suæ iurisdictionis ad alium regni locum, & per consequens ex ijs omnino sit asserendum assumptum *Auenda. cap. 19. prat. numero 35. in fine. lib. 1. ei attributum à Mexia in pragmat. tasse pan. con. 1. numero 56.* non esse compatibile cum dispositione nostræ legis, dum eam voluit declarare, vt procedat, prouiso prius populo, falluntur enim meo videri in hoc, & sic in terminis vidi iam prouisione regia legem nostram seruari iustam, & quamuis per iudicem responsum fuit, imo per ciuitatem dictam, quod erat penuria in populo illo; qui prius prouidendum erat de pane, nihilominus secunda prouisione fuit iussum, vt non obstante responsione illa lex nostra seruetur, & ex dicta. l. 29. sequenti hæc opinio corroboratur, & fulcitur con-

tra Auenda. & Mexiam, ita vt nulla responsio congrua possit, in contrarium assignari. Præsertim quod *Auenda. ibidem & ante eum Afflictis decisione Neap. 290. numero 9.* idem asserens loquuntur quoties ad partes prohibitas extrahi, talis panis extrahatur, † & victualia cum licentia regis, tunc enim nimirum si licentia illa sit interpretanda, vt potius populi regni prius remaneant prouisi, vt inquit dicta. lex. 29. quia in dubio princeps videtur, id obseruandum velle, sed vbi ad loca permiffa à lege sit extractio, nullo modo fieri potest prohibitio pretextu cuiuscunque causæ, nisi ex speciali licentia, & mandato regis, nam cum lex ei reseruat, omnibus alijs adimit potestatem dispensandi, & interpretandi legem, cum eius sit interpretari, cuius est condere, & sic populi prætendentes hanc extractionem prohibere, ad eam regem, & eius consilium significantes ei necessitatem populi, vt dignetur, præbere prouisionem, ne extrahantur panis, & victualia à populis illis, nisi prius facta æstimatione, & cala, & cata, & prouisio populi pro anno illo, & pro semine anni sequentis, vt inquit dicta lex. 29. vel vtantur tales populi remedio. l. 18. titu. 11. supra. lib. 5. permissis pro tanto capi panem pro prouisione depositorum publicorum, vel vicinorum, qui vt ibidem, & alibi dixi, poterunt petere panem illum pro tanto ex dictis per *Couarru. libr. 3. variarum. cap. 14. numero 6.* & sic vidi iam concessam prouisionem à Regio consilio cuidam villæ, vt daretur ei, & vicinis frumentum decimarum pro tanto ab arrendatoribus earum, & dabitur quotidie petentibus hæc prouisio in consilio, *por carta acordada*, vt si bene memini dixi in d. l. 18.

¶ Ibi, *Pierdan*, hunc ad alios casus per me congestos sub l. titulo. 25 lib. 4. supra, vbi priuationi officiorum est locus, adde.

Lex 29.

S V M M A R I V M.

Carnes, & panis non extrahuntur à regno, neque in locationibus reddituum regalium contrarium apponatur pro conditione, & cedula, & prouisiones contrariae obediantur, & non adimpleantur, & dentur ad hoc Regiæ prouisiones in senatu Regio, licentiaque extrahendi non aliter detur nisi prouiso prius Regno.



Bi, SEAN OBEDECIDAS Y NO CUMPLIDAS, vide, quæ in proposito diximus in l. 1. numero. 17. & in l. numero 53. titu. 14. lib. 4. supra.

¶ Ibi, *sin hazer primeramente*, pro horum declaratione vide, quæ diximus in l. præcedente.

¶ Lex 30. sequens est declaratoria, aut limitatoria nostræ, & præcedentis, & allegat eam in sua dispositione *Auenda. cap. 19. prat. numero 35. ad finem lib. 1.*

S V M M A R I V M.

- Vinum quotuplex, sit remissive. n. 1.
 Prandium caninum, quid sit. n. 2.
 Vinum non est mustum neque è contra, neque vinum est acetum vel contra. n. 3.
 Copula natura est inter diuersa apponi. n. 4.
 Acetum non continetur appellatione vini. numero 5.
 Mustum non licet reddi pro vino mutuo. n. 6. neque contra.
 Vini appellatione an uas continebuntur. numero 7.
 Vini appellatione non continetur exportans aquaticum seu postama, ceruisiam, zidronicum, zitum aromaticum & similia. n. 8.
 Filam vini exportans contra legem causa gustus non tenetur. n. 9.
 Salem de iure civili licitum videbatur unicuique emere & vendere, sed Domini temporales usurpauerunt contrarium. n. 10. & n. 12. in contrarium arguitur, & ibi declaratur, & nu. 13.
 Salinaria vocantur domus ubi sal portatur & venditur. n. 11. vel dicuntur certa tributa danda Domino terre. n. 12.
 Salinas quis prius instituerit. n. 13.
 Salinaria priuata rex capere non potest nisi data estimatione priuatis illarum Dominis. n. 14.
 Salinaria omnia iure nostro regio in regem sunt incorporata. n. 15.

Lex 31.

S V M M A R I V M.

In hoc regno non immittatur vinum Aragoniæ, Nauarræ, & Portugaliæ, neque alia res in lege nostra contenta.

Ibi, VINO, quotuplex sit vinum, & Boherius in decis. 177. nu. 10. ex Aulo Gelioli. 14. noctium Atticarum. ca. 30. ubi inquit tria esse genera vini, nigrum, album, medium, quod vocant, Kirron, giluum, & nouum, vetus, medium, & efficere nigrum vires, album vrinam, medium Tetin, nouum refrigerare, vetus calefacere, medium vero esse prandium caninum. Quid vero significet prandium & caninum, rem leuiculam diu, & anxie quaesiuimus, prandium autem abstemium, in quo nihil vini potatur, caninum dicitur, quoniam canis vino caret, cum igitur medium vinum appellasset, quod neque nouum esset, neque vetus, & plerumque homines ita loquuntur, ut omne vinum, aut nouum, esse dicant, aut vetus, nullam vim habere significauit, neque noui, neque veteris, quod medium esset, id circo pro vino non habendum, quia neque refrigeraret, neque calefaceret, hæc Aulus Gellius ubi supra. alia per doctores in l. vinum. ff. si cert. petat. videri, possunt.

Tom. 4.

¶ Ibi, *Y mosto y vinagre*, hic habes tex. probantem, quod vinum non est mustum, neque acetum, & contra acetum, & mustum & non dici, possunt vinum, nam cum text. hic loquatur copulatiue per dictionem illam copulatiuam, y, omnino est intelligendum, esse diuersa omnia illa, inter quæ copulatiua apponitur. Hæc enim est copule natura, & ut inter diuersa apponatur secundum glos. & Doct. in l. 1. ff. de Inst. & Iure. pro vt & Michea. 6. habetur, dum dicitur, tu seminabis, & non metes, tu calcabis oliuam, & non ungeris oleo, & mustum, & non bibes vinum, pro vt eam sic intelligit Montolonius in suo promptuario iuris, verbo, mustum, & sic inquit tex in l. si quis vinum, in prin. ff. de vino, trit. & oleo lege. quod acetum non continetur & appellatione vini, nam si quis legauerit vinum, omne illud continebitur, quod ex vinea natum vinum permansit, & sic acetum non continetur, quia vinum non permanet, neque itidem minus permanet mustum, quia nondum vinum est, unde dicit Bart. in l. cum quid. ff. si cert. petat. quod pro vino mutuo & non licet reddi mustum, neque è contra refert, & sequitur Montolon. in d. suo propria. iuris. verb. mustum, gl. 1. & sic non sine mysterio lex nostra non fuit contenta loqui per verbum vino, vt mustum, & acetum comprehenderet, sed specificauit omnia hæc. Sed an, uas, appellatione vini continebuntur, & ita vt sicut de ijs terris in præfenti prohibitis non licet portare vinum, ita neque uas, & de proprietate sermonis non est idem ex l. fin. §. cui dulcia. ff. de vino, trit. & oleo leg. sed ex mente idem esse dicendum, si ex eis vinum esset faciendum, ne fraus fiat legi; pro vt de farina diximus supra isto tit & sic decidit Baldus in l. quod non ratione. ff. de lega. sequitur Rip. in tract. de pest. titu. de remed. ad conseruand. Vbert. num. 60. ubi cum tribus sequentibus inquit, quod non continebitur exportans aquaticum, & seu postam ceruisiam, zidronicum, zitum, aromaticum, & similia vina artificiosa. Sed an continebitur exportans filam & causa gustus, & 9 dic quod non cum Salicet. in l. 1. C. qua res export. non poss. & ita contra Bald. ibi, verius esse dicit Rip. ubi supra. numero 64. cum pluribus sequentibus; & humanius, & quod ita sibi placet.

¶ Ibi, *sal*, de iure communi licitum videbatur unicuique & sal emere, & vendere, quia etiam in fundis priuatorum possunt esse salina. l. magis puto. in prin. ff. de rebus eorum. Domini tamen temporales usurpauerunt contrarium vt inquit Andr. de Ifern. in cap. 1. ver. redditus, qua sint Regal. in vsibus Faud. unde salinaria vocantur & domus, in quibus sale faciant deportare domini terrarum, & à præpositis illius officij venditur, & emitur, ita quod nullus alius audeat nisi vsque ad certam mensuram pro necessariis suis emere, vel vendere secundum Hostien. in c. super quibusdam col. 1. de verbo. signifi. vel vt inquit Innocent. ibi. salinaria dicuntur & certa tributa danda domino terræ, vt permittat, sale emere, & vendere: in contrarium tamen videtur, imo quod etiam de iure communi licet sale emere, vel vendere solis à principe deputatis ex textu. in l. si quis sine. C. de vectig. & communi, & facit etiam text. in l. inter publica. §. 1. ff. de verb. signifi. sed dicendum est, leges has in salinis publicis loqui, in quibus totum emolumentum est Regis, & in his conducendis possunt homines societatem inire. l. 1. §. 1. ff. quod cuiusque vniuers. nomi. & qui eas conducit, publicanus appellatur.

L. 3

latur. *l. sed hi. ff. de publ.* & Ancus Marcius rex Romanus primus † salinas instituit, teste *Plinio. libr. 31. cap. 7.* in priuatis vero salinis, ex quibus priuati commodum percipiunt, vt Narbonæ, in *l. magis puto. §. 1. ff. de rebus eorum. & l. generali. §. uxori. ff. de usufru. leg. & l. forma. §. salina.* de censibus procedunt prius dicta, vt de iure communi non esset prohibitum cui libet, sale m emere, & vendere, eo quod proprietates omnium salinarum non spectat ad principem, secundum *Ifern. & Aluaro-tum in d. c. 1. qua sint reg.* ideo illa priuata salinaria iure capere non potest, nisi data † æstimatione priuatis. *l. si locus. §. fin. ff. que mad. seruit. amitt. Decius in l. id, quod nostrum. ff. de reg. iur.* imo firmat *Petr. Iacob. in Pract. Rubri. de iuris, in fin.* derisorium esse, omnia pertinere ad regem, quæ sunt descripta in illo titu. quæ sunt regalia quia illa constitutio est localis, ideo in suo loco seruetur, sed illi principes, qui alia quandoque vsurpant, ita firmissimè tenent, vt diuelli ab eis, vix possint, id, (vt *Rebus. arbitrari dicit. in d. l. inter publica. §. salinaru. pag. 159.*) iure primogenituræ occupantes, vel forte societatis, de qua in *l. si non fuerint, in fine. ff. pro socio,* sed iusti iudices hoc prohiberēt: hodie tamē, inquit *Rebus. vbi supra* omnia ad principem trahunt iniusti iudices, sed vā illis, quia maximam rationem de iis summo iudici præbebunt, ideo aduertant consulentes principibus, quæ consulenda nō sunt, & omnia regalia esse putantes, & affirmantes, cum non sint, vt dictum est, quibus dici potest, sale m eorum euauuisse, & ad nihil valere vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. *ex l. tamen. fin. tit. 8. lib. 9. infra,* omnia salinaria incorporata † sunt in Regiam coronam, & quod alibi non fiat sal, & in *l. 2. tit. 13. supra eod.* Putei salati Regis sunt & salinaria, & redditus salinarum ad Regem spectant. *c. qua sint Regal. c. super quibusdam. §. præterea, de verb. signif. l. si quis. C. de vectig. late Decius. cons. 292. & Guagui. lib. 7. c. 2. relati per Cassa. in catalo. gloria mund. 7. p. cons. 22. & Carol. Agras. lib. 1. regal. Fanc. iure. 18. pag. 2. in fine. cum sequenti,* sic dicentes, cum multa bella inter Philippum Valesium Regem Francorum, & Edoardum Angliæ Regem mota essent, & cum Philippo parum pecuniæ suppeterent, nouam exigendæ pecuniæ formam excogitat, qua sine cuiuscunque conditionis discrimine omnes regnicolæ tenerentur sal, quo nemo facile abstinet, comparare non aliunde, quam ex publicis, quæ instituerat promptuarijs.

Lex 38.

S V M M A R I V M.

Iudices prohibitorum possunt informationes facere, & qualiter, & quomodo, & de asscuratiōe testium, declarat lex nostra.



IBI, FANGA PEIQVISA CADA Y QUANDO, pro intellectu huius legis & verborum, vide, quæ diximus in *l. 38. titulo. 6. supra lib. 3. vbi legem hanc declarauit, & intellexi.*

S V M M A R I V M.

Vltra vnam vel duas leucas exiens à regno cum rebus vetitis non potest pœnitere vt pœnitentia profit. num. 1.

Ex legis permissu propria autoritate aliquid capiēs nullam incurrit pœnam. nu. 2. dum tamen intra. 24. horas iudici præsentet & manifestet. numero 3.

Lex 43.

Res prohibitas extrahi à regno repertas intra vnam, vel duas leucas à finibus regni, vnusquisque sua autoritate capere potest, & præmium nostræ legis percipere.



IBI, Y FALLAREN QUE LAS SACAN DE DENTRO DE VNA O DOS LEGVAS DE LOS FINES DE NUESTROS REYNOS, qua si tunc de vero animo † extrahendi eas constet, & sic neque pœnitentia tunc locum habebit, si reporianitur, & capiantur per quemlibet, de qua pœnitentia loquebatur *Suarez allegatio. 18. fine.*

¶ Ibi, *Que por su propria autoridad,* & sic nulla iudicis interueniente licentia, vel mandato, & in hoc casu non incurretur crimen aliquod, cum ex legis permissu fiat, sicut neque incurritur, † cum ex partis mandato, & consensu, vt in *l. 2. tit. 13. lib. 8. infra* faciunt, quæ diximus in *l. 1. glos. fin. & in l. 5. num. 9. & 21. tit. 13. supra, lib. 4. & vide,* quæ in declarationem huius legis dixi in *l. 1. glos. facar. supra isto tit. & libro.*

¶ Ibi, *Dentro de veynte y quatro horas,* aliter enim si intra istud tempus non præsentauerit, & iustitiæ † notificauerit, & inuentarium, & memoriale earum fecerit, fraus contra eum præsumitur secundum *Suarez alleg. 18. col. fin. vbi legem nostram ad hoc allegat,* & regulariter hoc est, quod intra viginti quatuor horas tenetur aliquem vel res aliquas capiens ex delicto in flagranti commisso, & reperto iudici præsentare, *ex l. cap. 5. ff. de adulterijs. vt in d. l. 5. diximus. n. 4. & 5. tit. 13. supra lib. 4.*

¶ Ibi, *Y probada la dicha saca,* & sic solum hoc sufficit probari, scilicet, quod à duabus, vel vnica leuca exierat limites regni cum rebus vetitis, & qui contrarium dixerit, probare tenebitur, vel non extitisse extra fines, vel sui vsus causa, vel transitus gratia portasse, & exiisse, vel alia ex causis excusantibus, & demonstratis ex coniecturis à *Ripa. in d. tracta. de peste, tit. de remed. ad conseru. vbert. fol. 19. nu. 71. propositis,* quæ etiam stante lege nostra procedunt, vt eam voluit declarare, & intelligere *Mexia, in d. pragma. cassa pan. fol. 15. col. 3. conclu. 1. numero 26. ad finem.*

¶ Ad *l. 48. dum omne genus armorum prohibet,* extrahi à regno, adde, vt etiam defensibilia censeantur in eius propositum prohibita; ex eo, quod qui totum dicit, nihil excludere videatur, & ex *l. 7. tit. 6. supra isto libro, vbi diximus aliqua, & ex dictis per Menoch. de arbit. iudic. casu. 95. n. 4. & 26. quibus prolixu s hic titulus remanet expeditus.*

Lex 57.

- 1 *Quomodo sit faciendum registrum animalium in Februarij mense, bene intelligitur. num. 1. & interpretatur. l. 13. tit. 18. eod. lib. num. 2.*

S V M M A R I V M.

Bulli equini, & muli existentes intra duodecim leucas portuum registrandi sunt in toto mense Februarij, anni proximi sequentis postquam nati sunt.

- 1 **B**i, DEL AÑO PROXIMO SIGVIENTE. Notanda sunt hæc verba, non enim dicunt, quod in mense Februarij post annum à natiuitate horum animalium fiat registrum, sed tamen quod in toto mense Februarij anni sequentis, post natiuitatem, registrantur, ita vt hoc modo etiam si nati sint in fine anni debet fieri registrum in Februario anni proximi sequentis: sed si non fiat, quæ nam erit pœna, & crederem pœnam † l. 13. tit. huius. 18. & libr. 6. esse imponendam, cum lex nostra se referat ad illam: omnia enim contenta in supplicatione censentur contineri in responsione, vt pluries dictum est, & in supplicatione huius legis positæ in curijs *De Madrid*, inceptis anno. 1579. & finitis ann. 1582. petitione. 79. dictum est & relatum quod per. d. l. 13. indistincte iubebatur registrari, *Los muletos, y muletas*, absque temporis præfinitione existentes intra duodecim leucas, & ex hoc in ille molestia fiebant per iudices *De sacas y aduanas*, eo quod statim quod nascebantur hæc bestia habebatur pro non registratis & condehantur earum domini in pœnis dictæ. l. 13. ex quo supplicatum fuit, vt præfiniretur tempus anni ad registrandum, & ad hanc supplicationem lex nostra fuit prouisa: manifestè ex hoc colligitur, quod si lex nostra non fuerit seruata incurritur pœna dictæ. l. 13. nam referens inest in relato cum omnibus qualitatibus & conditionibus, inest trita regula. l. *asse toto. ff. de hered. instir.* & in similibus iuribus: & ideo, vt & iam dictum habeo, leges Regiæ desumptæ, ex capitulis curiarum & ex pragmaticis in earum Recopilatione continere debent finem ob quem factæ sunt, faciendo mentionem inferendo causam conditionis eius, sic enim multis dubitandi rationem & occasionem tolleretur.

Lex 58.

- 1 *Quia breuis est non indiget summario. numero 1.*

S V M M A R I V M.

- 1 Nummos extractos per terram † à ciuitate Hispanensi non est necesse registrari.

Bi, NO EMBARGANTE LA ORDEN. Quiquidem ordo & forma registrandi hos nummos ex tractos à dicta ciuitate Hispanensi erant data per quandam schedulam Re-

Tom. 4.

giam, vt apparet ex supplicatione Regi porrecta per procuratotes Curiarum Madriti factarum, anno. 1586. petitione. 6.

Lex 5.

- 1 *Imponitur pœna contra ambulantes in carrocijs, vel curribus, vel in earum suburbia, nisi cum equis quatuor proprijs in quolibet curru, vel carrocio. num. 1. & in 2. insinuatur origo curriorum & an habeat locum en los carricoches. num. 3.*

S V M M A R I V M.

Nullus per ciuitatem, villam, vel loca ambulet in carrocijs, vel curribus, vel in earum suburbia, vel circum quinque leucas, nisi cum equis quatuor proprijs in quolibet curru, vel carrocio, sub nostri text. pœna.



Bi, † EN COCHES, NI CARROZAS. Hoc genus vehiculorum ab antiquissimis temporibus cognitum fuit: nam Regum 3. cap. 10. in fin. dicitur congregauitque Salomon currus & equites, † & facti sunt ei mille & quadringenti currus, & duodecim millia equitum: & eodem Regum. c. 4. in fin. etiam dicitur, quod habuit Salomon quadraginta millia præsepia equorum currilium, & duodecim millia equestrium: quod & refertur. c. 9. in fin. Paralipom. 2. ibi. habuit quoque Salomon quadraginta millia equorum in stabulis, & curruum equitumque duodecim millia & in nostro iure habemus optimum text. de ijs curribus facientem mentionem in l. nemo iudicium. c. de spectacul. libr. 11. quem in hoc singularizat *Montoloni* in suo promptuario iuris. ver. currus. vides igitur à quot temporibus utebatur vsu horum currium & carrociorum, hæc tunc soli Regi & magnatibus deberent permitti, omnibus autem alijs indifferenter prohiberi, nam quilibet & quælibet vult formam nostre legis seruare, etiam si non habeant unde hæc & se & suos sustentare possent. Tanta est enim hodie vanitas mundanorum, nouissimèque legis nostre, ex pragmatiea Madriti facta ultimo die mensis Decembris, anni. 1593. publicata ibidem in principio anni. 1594. extensa est & intellecta, vt eis prohibitio † & pœna procedat, en los carricoches, in hunc modum. *Porque en fraude de lo por el* (scilicet per capitulum nostrum curiarum Madriti. anno. 1578.) *proveydo se han introducido los que llaman carricoches con dos cauallos; mulas, o machos, y con quatro ruedas, las dos pequeñas debaxo de la caja, y otras grandes fuera, y otros algunos con tres ruedas, vna debaxo de la caja, y dos de fuera, queriendo oniar a lo susodicho, y que lo proveydo por el dicho capitulo se guarde, cumpla y execute, sin que en la execucion y conplimiento dello pueda auer fraude alguno por esta nuestra carta, que queremos que ay fuerza de ley, como si fuera hecha y promulgada en Cortes. Mandamos, que lo por el dicho capitulo proveydo, y las penas en el contenidas, ansi en non poderse traer los coches con menos de quatro cauallos, como en todo lo demás que en el se refiere, sea y se entienda, y estienda a todos los dichos carricoches, y carros largos, y otros qualesquiera, y se execute irremisiblemente en las personas y bienes de los que los traxeren.*

L 4

ren. La

ren. Lo qual mandamos guardays, y cumplays, y executeys, y hagays guardar, cumplir y executar, si y segun de suso se contiene y declara: y contra el tenor y forma dello no vays, ni passeys, ni consintays y ni passar en manera alguna: y para que lo susodicho venga a noticia de todos, y ninguno pueda pretender ignorancia. Mandamos, que esta nuestra carta sea pregonada publicamente en esta nuestra Corte: y los vnos, ni los otros no fagades ende al, sopena de la nuestra merced, y de nouenta mil maravedis para la nuestra camara. Dada en Madrid, postrero dia del mes de Diciembre de mil y quinientos y nouenta y tres años. In cuius legis propositum aduerte, quod pœna in fine huius pragmatice apposita apponitur iudicibus non exequentibus eam, nam pœna contrauentium eius dispositioni, eadem disponitur hic, quod sit, quæ est illa, quæ in dict. nostra lege. de los coches, apposita est, vt ex tenore huius pragmatice decerpitur & colligitur.

Lex 6.

Ad Huius interpretationem in l. 6. cum sequentibus. tit. 12. libr. 7. plura traduntur. num. 1.

S V M M A R I V M.

Nullus cuiuslibet status, conditionis & qualitatibus sit, potest incedere equestris in equo, vel equa, vel alia bestia æquili cum tegumento, sub nostri text pœna, & lex hæc apposita est iterum cum declarationibus suis in l. 6. cum seqq. tit. 12. infra lib. 7. vbi decimus.



TITULO VIGESIMO

De los Lacayos, y otros criados,

Finalis huius libri.



Et titulus hic ad præcedentes continuatur, quasi titulus hic sit prohibitiuus & taxatiuus famulorum pro seruitio habendorum, & nisi sic continuaueris, difficulter eius continuationem dabis, licet non sit continuatio ita necessaria, vt reprehendendus omnino sit compilerator huius recopilationis, quamuis non sit ita concludens continuatio.

S V M M A R I V M.

Origo famulorum à quibus inceptit. n. 1. & num. 2. qui famuli dicuntur. & num. 3. qui proprie tales dicantur.

Familia appellatione continentur famuli. n. 4.

Famuli differunt à seruis. n. 5.

Bona Ecclesiæ vacantis si quis prætendat sibi competere, debet intelligi, deductis expensis famulorum, salarijs ac oneribus. num. 6.

Rubrica. l. 1.

In rubrica ibi, y otros criados, famulorum origo ¶ ab oscis dependet, apud quos seruus famul. nominabatur, vt legitur apud Ennium li. 8. seruum mortalem summum fortuna repente reddidit, vt summo regno famul optimus esset, & inde famulorum verbum Authore Nestore, & familia & familiares, qui ex eadem familia sunt, ita Rebu. in l. pronuntiaro §. familia in prin. pag. 853. in fin. ff. de ver. signifi. & famuli dicuntur ¶ qui quotidie famulantur l. 1. c. de ijs qui in Eccle. manum. Paris de

pu. in trac. Syndicatus, §. an ex eo quod fuerint familiares, pag. 110. tom. 14. diuersorum tra. nunc autem dici possunt Conductitij seruitores, idest qui prætio seruiunt, vt inquit Abb. in c. nullus num. 6. de iud. vbi Apostilla eius de famulo, artificijs, & operarijs, tradit & per Bal. in l. aduersus. & l. sequenti C. locati, & ille proprie dicitur famulus, ¶ qui viuit expensis alicuius c. fin. de ver. sign. in 6. l. si chorus, de legatis 3. l. 2. §. familia ff. de vi bon. rap. Guido Papa. sing. 321. & appellatione familie continentur ¶ famuli. l. 1. §. familia ff. de vi & vi arma Innocen. in c. si verò de sent. excomm. & hæc pro cognitione huius verbi criados. Differuntque à seruis, nam si dominio seruos habemus, serui ¶ sunt, non famuli, Alia. in l. meorum. ff. de ver. sig. seruique stricto modo dicuntur carentes libertate, largo vero modo etiam seruientes pro mercede, qui famuli proprie dicuntur, vt diximus, & dixit Abb. in Rubrica, de Iudais, & tradit de ijs mouissime Hippolytus de bona Cossa in tract. de seruis vel famulis, in pr. 1. p. tom. 6. diuersorum trac. vbi q. 193. inquit optime, quod si quis ex priu. vel consuetudine sibi prætendat competere bona Ecclesiæ vacantis, debet intelligi de ijs tantum quæ solutis expensis, & famulorum salarijs ¶ atque oneribus supersunt, ex Rota dec. 702. per. c. presenti. §. porro de offic. ord. in 6. Tira. de retract. §. 15. gl. 1. nu. 7. prout quotidie in Regio consilio iubetur solui antequam Camera Apostolica bona relicta Episcopo mortuo percipiat & capiat, & ad hoc fit inuentarium & secretum bonorum ipsorum vt alibi dixi.

S V M M A R I V M.

Famulos plures habens ultra tassam an punietur duplici pœna. num. 1.

Lex.

Lex Prima.

S V M M A R I V M.

Nullus potest ultra duos famulos (lacayos nuncupatos) vel duos famulos calcaris habere, sub nostri text. pæna.

I Bi, EN PENA DE VEYNTE MIL MARAVEDIS CADA VEZ, sed quid si habet in simul plures famulos † punietur ne duplici pæna, & dicendum est quod non. secun. Bar. in l. inficiando. §. infans. num. 6. ff. de furtis. & per Capolam in auth. sed nouo iure num. 71. cum 3. sequen. C. de seruis fu. & Boer. decis. 219. parte. 2. fol. 1.

S V M M A R I V M.

Tempore seruitij completo potest famulus à Domino recedere sine illius licentia & alteri seruire sine pæna. num. 1.

Famulo ante tempus impletum recedenti an debeat salarium. num. 2.

Dictio nec negatiua copulatiua est. nu. 3. & nu. 4. infertur ad legem hic.

Lex vbi vnum disponit & alterum præsupponit vt habeat locum dispositum debet verificari præsuppositum. num. 5.

Ignoranter recipiens famulum alterius non punitur. num. 6.

Omne quod agitur contra legem prohibitoriam delictum est. num. 7.

Legem non contemnit, qui legis qualitatem nescit. num. 8.

Diuinare quis non tenetur. n. 9.

Ignorantia facti alieni præsumitur iusta, & iuramento eam allegantis probatur. n. 10. neque necesse est eam allegare vt. n. 12.

Iuramento alicuius statuitur in deponentibus ab animo. num. 11.

Contrahens cum alio licet debeat scire eius conditionem non procedit quoties ignorantia est multum probabilis & iusta. n. 13.

Vxorata mulier si sine licentia sui mariti recipit famulum alterius an puniatur. n. 14.

Pœnitentia in delictis quando locum non habet. numero 15.

Lex 2^a

S V M M A R I V M.

Famuli seruietes vni quando & quomodo possint ingredi cum alio domino ad seruiendum sine pæna, vel quando non possint absque pæna, declarat lex nostra.



Bi, SE DESPIDIERE, Ponderandum est vltimum hoc verbum ad intelligendum legem nostram tantummodo loqui quoties ante tempus, impletum famulus à dñi seruitio recessit idque clarius colligitur ex hac lege in fine, ibi, *en los que se fueren del seruicio de su amo auiendo recebido dineros adelantados*, & ibi, *no auiendo acabado de seruir el tiempo*: non verò loquitur lex nostra postquam tempus couentuin ad seruiendum † est impletum, nam tunc libere poterit cum alio Domino ingredi, aliter enim esset liberos homines seruos facere, si etiam impleto tempore seruitij esset habenda licentia à Domino vt posset alteri seruire sine pæna, & essent aliqui, qui eis præbere licentiam non vellent, & liber homo non est adstringendus seruire vni Domino si nolit & non alteri, & sic practica communi videmus sic legem nostram intellectam, & interpretatam, & cum sit lex pœnalis in quantum fieri potest est restringenda, vt terminos suos & verba non transgrediamur: Sed an debeat salarium famulo ante tempus impletum † recedenti, tradit Bald. in l. adem numer. 8. C. locati, & diximus in l. titu. de las prescripci. lib. 4. supra.

¶ Ibi, *No puedan assentar ni eruir*. Pondera dictionem illam ni, latine, nec vel neque, quæ copulatiua † negatiua est, vt diximus in l. 10. titu. 1. supra lib. 4. vt sic intelligas, non sufficere cum alio dño se componere famulum vt iacurrat nostri text. pœnam, nisi & in simul ei seruiat, neque sufficet vt seruiat. nisi sit per viam † conuentionis, & pacti: nam ad verificationem copulæ requiritur vtrumque copulatum verificari, vt dixi in d. l. 10. ex quo decerpis, quam pessima & mala sit aliquorum iudicum cupiditas, qui legis nostræ pœna punire volunt tutores, consanguineos, vel amicos, & charitatiuos homines vel mulieres, qui minorum suum, consanguineum, amicum vel pauperem, à Domino cui seruebat, recedentem, in domibus suis recipiunt absque vlla conuentione seruitij, sed vt interim quod in domum Domini reuertatur, vel foris se conferat ibidem se contulit, ne remaneat talis famulus destitutus auxilio, domo, vel remedio aliquo, & ideo boni timorata conscientie indices has & similes cauillationes effugere debent, ne dum Bursæ consulere volunt, animas damnent, & condemnent, & verba sequentia nostri text. ibi, *ni otra persona se pueda recibir ni acoger sin expresa licencia y consentimiento del señor*, nihil suprascriptis obstant, nam debent intelligi, *recibir ni acoger*, scilicet per viam pacti ad seruiendum, cum sequentia ex præcedentibus sint declaranda, & quia cum lex nostra præsupposuerit nullum talem famulum ante tempus recedentem, debere recipere ad seruiendum, neque ipse famulus posset cum alio ad seruiendum conuenire, verba illa sequentia, *Recibir ni acoger*, sub illo præsupposito ad seruiendum, sunt intelligenda, nam quoties lex vnum disponit, & alterum præsupponit, vt habeat locum dispositum, debet verificari præsuppositum †, ex glos. commun. recepta, in l. si mancipia. C. de seruis fugit. & quia si aliud diceremus, lex nostra auferret charitatem, puniretque charitatiuos, consanguineos, tutores, & amicos, quos nec ipsa receptationis lex punire vult, & sic dicta sententia est tenenda, quæ quidem clarius in lege nostra decerpitur, in sequentibus verbis, *et que recibiere en su seruicio*, iunctis antecedentibus verbis.

bis, y sin la dicha licencia y consentimiento assentare con otro, ecce ergo quomodo requiritur pactio, & in super quoddam pactio fiat ad seruiendum.

- ¶ Ibi, *Ni otra persona alguna le pueda recibir ni acoger sin expressa licencia y consentimiento del señor*, ex ijs verbis notare poteris, dum dicit, *sin licencia y consentimiento del señor*, quod requiritur scientia illius, qui famulum alterius recepit ad seruiendum, vt sciat alteri ante seruire, aliter enim non venit ignorans puniendus, † nam cum ex lege nostra pars pœnæ fisco applicetur, criminalis causa iudicatur, ex glo. *commu. approba. in l. pen. ff. de sepul. viol. de qua diximus in lib. 4. supra an id hodie iure Regio procedat, & omne id quod agitur contra legem prohibitoriam*
- 7 † delictum est, ex *l. nemo Martyres. C. de Epis. & cleric. vt tamen delictum dicatur dolus requiritur ex l. 1. C. ad l. cor. desicar. aliter non punitur, vt per Hypo. in l. 1. §. praterea nu. 11. & l. lege Cornelia. §. 1. n. 4. ff. de scar. ignorans tamen non præsumitur dolum habere, quia ignorat, quod facit, & sic non delinquit, non enim legem contemnit, qui nescit*
- 8 qualitatem legis ob quam † incurritur pœna ex *text. in l. si ignorans. ff. locati*, quem ad hoc alia bona in propositum referendo allegat, *Felinus, in c. cognoscetes nu. 7. de constit. & Bald. in l. quicumque, in principio. C. de ser. fugi. & faciunt optime dicta per Ioa. Andr. in c. cum quis, de Reg. iur. in 6. in mercuria. & Abb. in cap. à nobis 1. de sent. ex commu. Feli. in c. si verò eo. titul. quia diuinare † quis non tenetur, vt in arg. inquit consultus, in l. si fideiussor. §. si cum debitor. ff. manda. & ibi glos. Alex. consil. 205. vol. 2. maxime num. 5. ergo in præsentia scientia requiritur illius, qui famulum recepit, ita vt sciat famulum huic alteri tunc seruire, vt pœna legis nostræ puniatur, & sic hæc ignorantia cum sit facti alieni præsumitur iusta, & iuramento † eam allegantis probatur, ex *text. in ca. nulli, in fine, de electio. in 6. & in cap. in rua, qui mat. acuf. pos. & cap. præsumitur, de reg. iur. in 6. & in dependentibus ab animo statur iuramento**
- 11 † alicuius, secundum glo. communiter approbatam, in *l. 1. ff. de itin. act. priu. imò & ignorantiam facti alieni non est ceesse allegare, quia præsumitur probabiliter † nisi scientia probetur, secundum Bald. in l. quicumque num. 1. C. de ser. fugi. in tantum*
- 13 quoddam licet contrahens cum alio debet † scire illius conditionem, ex *l. qui cum alio ff. de regul. iur. hoc tamen non procedit, quoties ignorantia est multum probabilis & iusta, secundum Dec. & Cagnol. ibidem, vel cum resultaret delictum, secundum Deci. ibidem, ex quibus & alijs in facto pronunciaui liberam quandam mulierem, famulum alterius ignoranter recipientem in suo seruitio. Sed an si mulier*
- 14 vxorata sine sui viri licentia receperit famulum † contra legis nostræ dispositionem incurret nostræ legis pœnam, dixi in *l. 55. Tauri posita pro lege. titul. 3. supra libro quinto.*
- ¶ Ibi, *sin expressa licencia, & sic tacita non sufficiet ex dictis per nos in l. tit. 3. supra eodem lib. 5.*
- ¶ Ibi, *el que le recibiere en su seruiicio*, pondera verbum illud, *recibiere*, vt intelligas ex receptione sola ad seruiendum, committi delictum, & delictum esse perfectum, & consequenter non esse locum purgationi moræ, ita vt etiam si receptor hic offerat talem famulum primo domino non excusetur à pœna ob delictum illud commissam, & incurram, eo
- 15 quoddam pœnitentia in delictis non habet locum, †

quoties res in pristinum statum restitui non potest, circa quoddam tamen vide distinctionem Bar. in *l. qui ea mente. num. 3. ff. de furtis.*

¶ Ibi, *sobre lo qual*, scilicet, an famulum dominus eiecerit, vel famulus ipse à domino recesserit, stari dicto prioris domini disponit verficulus hic, & per consequens ad proximiora verba refertur, non vero ad alia ante dicta.

¶ Ibi, *Pero bien permitimos*, hæc est limitatio, omnium supradictorum, scilicet, quoddam si ante seruitium impletum ipse famulus recesserit, possit nihilominus in eiusdem loci districtu, imò & in suburbij eius in operis vel manuum labore, & officio campestri, vel alteri domino seruire extra locum illum, & eius suburbia, non vero in loco illo vel intra eius suburbia, dum tamen id non fiat in fraudem, quod quando fiat in fraudem declaratur in verficulo sequente *y se entienda ser hecho en fraude*, ex quo notabis differentiam in eo quod famulus seruiat à jornal, vel ad officium aliquod in operis & labore campestri, vt hæc fieri possint per famulum in loco illo & suburbij eius, ingredi tamen cum alio domino ad seruiendum, non possit in loco illo neque in eius suburbij, & hæc clarè deducuntur ex lege nostra, cum indicto primo casu suburbia non exceperit, in secundo verò sic, & ideo firmatur in primo casu regula contraria:

¶ Ibi, *Conque lo suso dicho no se entienda*, limitat verficulus hic duos verficulos præcedentes abinde, *pero bien permitimos*, & inferius, ita vt licet in ijs verficulis sit permissum famulo seruire alteri domino extra locum illum, vel suburbia, vel intra locum & suburbia eius ad officium, vel operas, vel laborem campestem, ita vt dominus illum compellere non possit, vt redeat ad illi seruiendum: hæc tamen non procedunt si iam famulus ipse pecuniam recepit anticipatam, vel vestes, nam tunc compelli poterit redire ad implendum tempus seruitij omissum, & insuper tenebitur pœna nostræ legis, & hæc sunt literales huius legis declarationes per aliquos malè intellectæ, & lex nostra nouissime iubetur seruari per. c. 50. *curiarum de Madrid. anni. 1590.*

S V M M A R I V M.

Correctio paterna erga filium, Domini erga seruum, mariti erga vxorem dummodo non sit excessiua, permissa neque iniuriantur ex hoc. numero 1. & 2.

Famuli debent dominum adiuuare clamore & armis. n. 3.

Famulus si occidat inimicum domini pro ipsius domini defensione an teneatur. n. 4.

Lex acriter punit filium patrem iniuriantem vsque ad exheredationem. num. 5.

Seruum licet vinculis continere si contra dominum insurgit. n. 6.

Iniuria personalis etiam cum manu facta dicitur atrox. n. 7.

Percutere cum manu aperta in facie est magis ignominiosum quam cum pugno. n. 8.

Gravior est iniuria illata à fratre, amico vel ab eo quem nunquam offendi quam ab hoste. num. 9. & facta

- facta à coniuncto quam ab extraneo. n. 10.
 Pater licet possit remittere iniuriam illatam filio ab extraneo, non tamen si à coniuncto. num. 11.
 Socius si insidias parat socio proditor est. num. 12.
 Vbi lex iubet aliquem puniendum tanquam falsarium non est puniendus poena criminis falsi. numero. 13.
 Verbum, habeatur, improprietatē denotat & fictionem. n. 14.
 Aliud est esse ciuem vel haberi pro ciue. n. 15.
 Ignoscendum est ei, qui prouocatus vlciisci se voluit. num. 16.
 Famulo percutiente dominum non imponitur vera poena aleuosi. n. 15. & 17.
 Comatus punitur in casu nostræ legis. n. 18.

Lex 3.

S V M M A R I V M.

Famulus iniurians dominum verbo vel facto qua poena puniendus est.



LBI, QUE INIURIARE A SV SEÑOR Y AMO, quamuis enim patri filium, marito vxorem, domino famulum liceat aliquando corrigere increpando verbis, & facto moderate, & hæc non solum non vocatur iniuria, sed potius virtus ac salutaris (licet acris) ad bonos mores, & ad honestam disciplinam correctio, cum ad corrigendum & emendandum eos fiat, & ad virtutis & obedientiæ instigationem, nulla, tali correctione, siue filius, vxor aut famulus sit, iniuria fiet, sed virtutis materiam corrector, pater, maritus aut dominus suppeditant, & animi vicijs salubriter † medentur, ex l. 3. & ibi Bal. C. de pat. pot. c. sicut alterius. 7. q. 1. iuncta glo. verbo iudicari. l. congruit. §. furiosi, & ibi Bald. ff. de offi. præs. l. serui & filij. ff. de furtis. l. respiciendum. §. furta domestica. ff. de pœnis. l. prator. §. praterea ff. de iniur. §. fin. Institu. de his qui sunt sui vel ali. iur. l. 2. §. si. ff. eod. tit. cap. duo ista nomina 23. q. 4. & ex l. 3. in fine titu. 17. par. 4. & hoc quia correctionis ius & castigatio moderata datur in ijsce casibus superiori in inferiorem vt per Menoch. de arbit. iud. casu. 364. Alex. cons. 75. li. 3. hæc tamē concedi seruo, vel famulo contra dñm vel filio contra patrem, vxori contra maritū, naturā fieri denegat, & æquitas, non enim hos in suos superiores læuire, & eos facto, aut verbis iniuriare licet, & in seruis, filijs & filiabus, & vxoribus hæc notoria ferat, ex dictis legibus, & ex dicto tit. 1. 7. p. 4. & ex l. 5. & 6. tit. 21. ea. p. & ex l. 16. tit. 8. par. 7. in famulis tamen hoc idem esse, quamuis liberi sint, ex l. nostra nouissime disponitur, debent enim domino obsequium & operas, & quasi quadam seruitute adstringuntur ad hoc: & debent dominum iuare clamore † & armis & quoquomodo poterunt sine periculo suo, vt inquit glos. per tex. ibi. in d. l. 19. tit. 8. par. 7. & eadem glos. porcellos, in l. 5. tit. 21. par. 4. & Plaza, de delictis, cap. 22. num. 17. quem referendo sequitur Hippoly. bona cossa, in tract. de famu-

lis & seruis. q. 66. in 1. parte tomj. 6. tract. Doctorum & an si occidat inimicum Domini ipsum dominum defendendo teneatur, † vide Blancum, in pract. crim. in §. iuris permissione. num. 33. vbi, inquit, non teneri, sequitur Hippoly. bona cossa, vbi supra. q. 78. & ideo quibus obsequium debent & tenentur eis prestare, iniquum est castigare & iniuriare eos facto vel verbo, quibus de causis iuste à lege nostra punitur talium perpetrator, nam si filium patri iniuriam dicentem lex punit acriter, † ita vt cum exheredare potest ob hanc causam, ex tex. in auth. vt cum de appellatione cognos. §. causas, & l. 4. titu. 7. p. 6. cum nullus sit atnor, qui vincat paternum erga filios, & seruum licet vinculis continere si contra dominum insurgat, & inobediens sit, † secundum Bal. in reperi. 6 l. Imperium col. 6. ff. de iur. om. iud. & glo. 1. l. 6. tit. 21. p. 4. & eum occidere si cum vxore eum reperiatur, ex l. qui seruum. ff. de verbo. obliga. & dicta l. 6. & l. 19. tit. 11. parti. 5. notat Orsicius, in l. 1. ff. de vs qui sunt sui vel ali. iur. col. 255. in prin. cur & non idē erat disponendum contra famulū conductitiū etiā liberum domino infestantem, & iniuria afficientem, & sic lex nostra iuste constituta est.

¶ Ibi, poniendo las manos en el, quæ quidem est atrox iniuria etiam si sanguis non exeat ex iniuria illata verbo vel facto, tūm quia iniuria personalis etiam cum manu facta dicitur grauis & atrox, † secundum Ansel. in tract. malefi. verbo Sempronium mandatore, & Cyn. Bal. & Saly. in l. non ideo minus. C. de accusatio. relatos & secutos per Fran. Marcum, de eis. Delphin. 905. num. 11. & 12. fol. 306. veluti si traxit per capillos & barbā, vel si alapam dedit, quæ in nostra Hispania grauissima iniuria reputatur, vt in alijs locis consuetudine etiam habetur, quod percutere aliquem cum manu aperta in facie, est magis ignominiosum, quam cum pugno, † vt ibi. num. 8. inquit ipse Fran. Marcus, & Iulius Clarus, li. 5. select. sent. §. iniuria, in princ. & tex. in l. 20. tit. 9. parti. 7. tūm etiam quia ex qualitate personæ, & sic domini, cui famulus reuerentiā debet iniuria atrox dicitur ex d. l. 20. exemplificando in facta à filio patri, vel à nepote auo, vel Domino à Vassallo, & famulo, & ideo merito lex nostrā tanquam atrocem iniuriam puniit hanc cum manibus domino à famulo suo factam, & sic videmus, quod iniuria illata personis iudicarijs ac publicis officialibus, aut aliquibus de senatu, vel concilio, aut Episcopo, aut sacerdotibus ad sacrificia faciēda & celebranda constitutis & vestitis, atrox est, vt in §. atrox, instit. de iniur. grauiorque est iniuria † illata à fratre & amico, vel ab eo, quem nunquam offendi, quam ab hoste, & inimico, vt inquit Tyberius Decian. respon. 82. num. 5. volu. 2. & facta à coniuncto itidem est grauior, quam facta ab extraneo † l. cum oportet, in vers. grauius. C. de bon. liber. Hippoly. sing. 573. grauior, idem Tyber. Decian. 35. num. 30. volu. 1. vbi. n. 29. ex hoc singulariter infert, quod licet pater possit remittere iniuriam illatam filio, ex l. sed si vnus. §. si. ff. de iniur. non tamen poterit † si à coniuncta persona est illata, ex tex. in l. Lucius ff. soluto matrim. quem ad hoc commend. Romā. sing. 93. incip. tu habes, las. in l. in personam. ff. de pact. ex text. in l. Papi-nianus, in prin. ff. de inoffi. testam. vbi omnes notant teste Arias Pinelo, in l. 1. 3. parte. num. 105. C. de bon. mater.

¶ Ibi, sea auido por alene, nam si insidias parat socius

- 12 cius aduersus socium † proditor est. *Qualifarius. 23. q. 4. & faciunt in propolito considerata per Dida. Per. in l. 1. tit. 15. lib. 8. Ordin. glos. 1. & nota dictionem illam, sea auid. vt sic habeatur por tali aleuoso, & consequenter verus aleuosus non sit, sed pro tali habendus, & cum nullum simile sit idem l. quod Nerua. ff. depositi, non punitur pœna aleui vero imposita, nam vbi lex iubet quem puniri tanquam falsarium, non est puniendus pœna criminis falsi, † ex text. in c. nonnulli in sine, ibi tanquam falsarius puniatur, de rescrip. vbi Bal. & Rebu. in compen. ali. rerum eccles. n. 101. & idem Rebuf. in 3. tomo const. Fran. tit. de sent. art. 3. glos. vna. n. 39. item quia verba illa, sea auido, Latine, habeatur, impropriatatem † denotant, & fictione, ex l. iuris ciuili. ff. de cond. & demonstra. not. Bart. in l. si is qui pro emptore col. 5. & 15. ff. de usuc. pro emp. Tit. in l. si vnquam verbo suscepit liberos. num. 45. de reu. don. & sic aliud est, esse ciuem vel haberi pro ciue, † quia illud veritatem dicit, hoc fictionem iuxta. gl. in l. mercis appellatione, & ibi Bar. ff. de verborum sig. & Tir. vbi sup. in verbo reuertatur. num. 221. & sic in presenti aliud est, esse Aleuosum, vel haberi pro tali, quia primum veritatem dicit, secundum verò fictionem, & cum verus Aleuosus iste dici non possit in presenti, merito quoque pœna veri Aleuosi non puniatur, sed ficti & improprij, & consequenter pœna mortis Aleuoso imposita, non punietur, sed alia mitiori corporali attenda qualitate personarum famuli & Domini & dixi corporali, quia si corporalis non esset, minus puniretur in hoc casu, quam in sequente cum famulus non iniecit & imposuit manus in Dominum, sed voluit euaginando ensẽm vel capiẽdo arma contra eum, quo in casu lex nostra pœnam verecundiaẽ illi imponit, si vilis est famulus, ergo in primo dicto casu quando cum effectu manus imposuit, si est homo vilis poterit verberibus affici, & ad trirẽmes damnari, considerãdo causam & occasionem si quam famulus habuit, vt minoretur pœna: nam legem nostram non est censendum velle tollere defensionem de iure naturali permissam, neque itidem tollere causam vrgentem à Domino illatam, impellentẽ famulum ipsum ad hæc faciendum. Ignoscendũ est enim ei qui prouocatus vlcisci*
- 16 † se voluit, vt l. absentem. ff. de panis, & sic tunc famulus mitius punietur, attentis qualitatibus personarum. Item ex dictis non imponetur huic famulo
- 17 pœna amissionis medietatis bonorum, veris † Aleuosus imposita per l. 10. tit. 23. inf. lib. 8. neque itidem priuabitur gaudere immunitate ecclesie, quæ meę & nouę cõsiderationes sunt & verę meo videri.
- ¶ Ibi, sino de palabra hic est tertius casus & tertia nostri tex. dispositio in qua pœna arbitrio iudicis relinquitur considerata qualitate personarum & verborum, quasi in duobus p̄cedentibus non verfetur ita liberum arbitrium: & notandus est secundus nostri text. casus, scilicet cum famulus incepit euaginare ensẽm, vel arma alia capere contra Dominum, quasi casus hic sit specialis in quo conatus
- 18 punitur † & grauitẽ, cum dura sit quælibet corporalis pœna, cum regulariter conatus puniri non soleat neque delictum non perfectum, vt alibi diximus & in l. sequente.

S V M M A R I V M.

Verba de actu iam perfecto & consummato intelli-

genda sunt. num. 1. secus est in feudatario volente deosculari uxorem Domini. n. 2.

Famulus deosculans ignoranter uxorem Domini vel famulam non punitur si errorem iustificet. num. 3.

Adulterium non committit cognoscens uxorem alterius credens non esse coniugatam, neque coniugata credens esse suum maritum vt in famulo fingente se esse suum maritum punitur tum famulus. n. 4. & 5.

Famulus coiens cum domina, quæ meretrix est non incurrit nostra legis pœnam. n. 6.

Accusationem contra famulum committentem se cum aliqua Domini famula solus Dominus & non alius instituere potest. n. 7.

Mitius agitur etiam in pœnis corporalibus cum nobili quam cum ignobili. n. 8.

Ancillam alterius corrumpens non tenetur pœna legis partitæ sed de seruo corrupto. n. 9.

Lex nostra an intelligatur de famula domino domus affinitate coniuncta. num. 10. & ibi intra quartum gradum.

Lex nostra an intelligatur in virgine domi retenta & educata. num. 11. & quid si esset mulier vidua honesta, vel religiosa. n. 12.

Seruus si coterit cum Domina ambo concrementur. n. 13.

Mediatores delicti perpetrati puniendi sunt. numero. 14.

Lex. 4.

S V M M A R I V M.

Pœnam imponendam famulo accessum carnalem habenti cum muliere famula, aut seruente in domo Domini sui, declarat lex nostra.

ABi, ACCESSO CARNAL, quasi secus si osculum vel tactus mammillarum tantum accesserit. vt tunc legis nostræ pœna locum non habeat, cum lex nostra accessum consummatum requirat, & sic delictum perfectum, sed alia mitiori arbitraria punietur osculator talis & tangens dictus, verba enim de actu iam perfecto, & consummato intelligenda sunt † in quacumque dispositione, & sic cum effectu. c. relatum, de clem. non resid. l. 1. §. hæc autem verba, & ibi late Ias. nu. 6. ff. quod quisque iur. glo. in cap. super questionum, verba si non possunt, de offi. deleg. & in cap. qualiter, de pass. Hippoly. in l. si is qui cum telo nume. 52. de scar. pœnaque à iure imposita habet locum in actu iam consummato, non autem incæpto tantum, vt per Fils. in tracta. de conatu, col. 3. & faciunt dicta per Dida. Per. l. 2. titu. 13. lib. 8. Ordin. neq; punitur affectus, nisi sequatur effectus, osculũ tamen & tactus mammillarum p̄ludia sunt copule carnalis, neque per ea censetur caro copulata & commixta, & consequenter cessat nostræ legis pœna consummationem copulæ requirentis: quod secus est in feudatario si per lasciuiam ausus fuerit † osculari uxorem domini, 2

nam hic beneficio priuabitur, secundum *Couarr. in*
 4. par. 2. cap. 7. §. 6. num. 3. & itidem si per erro-
 rem credens non esse domini uxorem † vel famu-
 lam, famulus ad eas accesserit non puniretur legis
 nostræ pœna, dum tamen errorem iustificaret, ex
 3. *glos. in ca. 1. qui. mo. feu. amir. allegata ad hoc per Ang.*
de Malef. in parte, & appensate, in fi. verbis, vbi dispu-
 tant an in delictis præualeat opinio; vel veritas,
 nos tamen habemus. l. 5. titu. 17. parti. 7. iuncta *glos.*
probantem, quod non committit adulteriū cog-
 noscens uxorem alterius, credens non esse coniuga-
 4. tam, † vel cognita ab alio credens maritum suum
 esse ad suggestionem vel dolū alterius, vel con-
 iugata cum alio credens primum virum esse mor-
 tuum, vel si famulum admisit de nocte credens suū
 5. maritum, puniretur tamen tunc famulus, † &
 sic inquit *Rebus. in casu simili. in l. inter stuprum. 100.*
pag. 590. vers. ego quoque vide. ff. de verbo. signifi. se vi-
 disse apud Parisium, famulum laqueō suspensum,
 quod furtim maritum simulans uxorem eius domi-
 nam suam noctu quiescentem in thoro maritali
 cognouisset.

¶ Ibi, *Con alguna muger*, intelligendum tamen sit
 6. honesta, nam si esset meretrix † non incurret famu-
 lus pœnas nostri tex. ex dictis in simili per *Boeri. de-*
cisio. 217. numero. 14. vbi ita tenet.

¶ Ibi, *O seruienta de la casa de su señor, o amo, Dida.*
Perez. d. l. 1. tit. 15. li. 8. Ordinam. pag. 283. in col. 1.
 super ijs verbis inquit, accusationem, non admit-
 7. tendam † super hoc ab alio propositam quam à
 domino quod quidem durum videtur, nam reipub.
 interest delicta puniri, maximè luxuriæ, lexque
 nostra non solum domino actionem præfixit, sed
 indistinctè pœnam propositū talibus delinquen-
 tibus, ergo cuiuslibet licebit delicta hæc accu-
 sare. Item quia l. 2. tit. 1. lib. 5. su. quæ antea erat pars
 quædam nostri text. id expref. disponit vt nullus aliū
 quā pater vel mater admittatur in casu illius legis,
 ergo in nostra cum id non exprimatur aliud esse cē-
 fendum videtur, nihilominus tamen quia lex nostra
 principaliter domino prouidere intendit, & magna
 est autoritas Angeli ab ipso *Dida.* vbi sup. alleg.
 sustineri posset hæc opinio licet difficulter apud iu-
 dices obtineretur.

¶ Ibi, *cien açotes publicamente*, idem erat antea sta-
 tutum ex *d. l. 1. tit. 15. lib. 8. ordinamēti*, non est enim lex
 nostra noua in hoc, & licet dura videatur seruanda
 tamen est, sicut *le. prospexit. ff. qui & aquibus*, tum ob
 gravitatem delicti, cum ab eo in quo confido sim
 delusus, & is. qui meū tenebatur defendere hōno-
 rem, dehonestat me, & famam denigrat meam & fa-
 mulæ & ancillæ meæ, genus quodam Aleuosia e-
 exercens, vt l. præcedente diximus tum etiam quia
 delictum hoc plurimū committebatur à famulis, &
 ideo fuit necesse rigorosa pœna delinquentes tales
 punire, vt metu & terrore pœnæ se abstineant, vt in-
 quit singularis *l. 5. tit. 27. par. 3.* quam in propositum
 considerauit *Dida. Perez d. l. tit. 15. lib. 8. ordin. pag.*
 283.

¶ Ibi, *le saquen a la verguenza*, hic habes tex. pro-
 bantem quod etiam in pœnis corporalibus mitius
 8. agitur † cum nobili, quam cum ignobili, prout con-
 siderat *Did. Perez d. p. 283. gl. fiço dalgo*, & dixi plura in
 meo tract. de Decur. lib. 1. c. 12. num. 20. cum qua-

tuor seq.

¶ Ibi, *del reyno*, sed an illius vbi deliquit, vel ab
 omnibus populis, quæ sunt regis, vide *Did. Perez vbi*
sup. p. 28. gl. del Reyno.

¶ Ibi, *con parienta del señor o amo*, intellige in ead-
 dem domo viuente, non vero aliter, nam cum lex
 nostra de mulieribus domi habitantibus disposue-
 rit & de famulis, prosequens hanc materiam circa
 consanguineam idem est supponendum disponi, sci-
 licet quæ domi habitet, & ex verbis sequentibus
 etiam id clare deducitur & est sine dubio, nam &
 ancillam propriam si quis non domi sed extra do-
 mum viuens corruperit, non tenetur pœna † *l. fi. tit.*
19. par. 7. sed tenebitur de seruo corrupto, ex *l. inter*
liberis. ff. de adult. not. Bar. Soc. consi. 148. numero 9.
lib. 1. & sic est sine dubio verba hæc de consangui-
 nea domi retenta esse intelligēda, vt & optime post
 vidi animaduersum per *Dida. Perez hic p. 287. d. lib. 8.*
ord. verbo en su casa, & ex l. 6. tit. 20. lib. 8. id dedu-
 citur. Sed an & intelligetur lex nostra etiam de illa,
 quæ est Domino domus † affinitate coniuncta, &
 16. crederem quod sic quia est eadem ratio vt & dixi-
 mus in *l. 2. tit. 1. numero 3. lib. 5. sup.* sed intra quantum
 gradum an intra quartum gradum attento iure can-
 non. vel decimo attento Iur. Ciuil. & crederem in
 materia nostri tex. quod intra quartum gradum fiet
 computatio & non vltra, cum *Dida. Perez hic sub d. l. 1.*
tit. 15. lib. 8. ord. p. 282. verbo con la parienta. & p. 287.
ver. parienta.

¶ Ibi, *o donzella que cria en su casa, Did. Per. hic in*
d. p. 282. in g. que cria, intelligit hoc esse verum, si
 Dominus talem virginem in domo nutriuit, se-
 cus si extra domum nutrita est, nam tunc legis no-
 stræ pœna locum non habebit, ego tamen salua e-
 ius pœce contrarium teneo, scilicet legem nostram
 procedere † etiam si non fuisset in domo Domini
 nutrita, sed extra domum nutriuit eam, tempore
 tamen delicti commissi in domo existerat, & a-
 alimentabatur & nutriebatur, idque ex ijs verbis
 nostræ legis colligitur, dum dicit, *que cria en su*
casa, ponderando verbum illud, *cria*, quod est tem-
 poris præsentis, quo delictum committitur, & non
 dicit, *ouiere criado en su casa*, colligiturque clarius
 ex *l. 6. tit. 20. lib. 8.* infra dum dicit, *o con donzella*
que tenga en su casa, ad quam legem se nostra re-
 ferre vult, dum maiori rigore tunc plectendum fa-
 mulum hunc text. hic disponat, & rigor hic erit
 ab illa. l. 6. propositus, & intellige sufficere do-
 mum esse conductitiam, siue propriam, quia lex
 nostra habitationem non vero domus proprietatem
 considerat vt satis in hoc perplexus tenet *Dida.*
Per. in d. glo. que cria, sed quid si hæc esset mulier
 vidua † honesta, vel virgo aut religiosa, ex *l. fi. in*
 12. *fine titu. 19. p. 7.* concremari disponitur vbi glo.
 seruiente, legem nostram allegat, & latius tractat,
 in *l. 15. titu. 17. in glos. con su seruo, ea. par. 7.* vbi
 est lex probans, quod si seruus coierit cum domina,
 ambo † concrementur, sed si cum filia seruum do-
 minus reperiret, vel cum uxore posset eum occi-
 dere, secundum tex. in *l. 6. tit. 21. p. 4. & l. 19. tit. 11.*
par. 5. quam ad hoc allegat *Orosius, in l. 1. ff. de ijs quæ*
sunt sui co. 255. in prin.

¶ Ibi, *o ama que le cria su hijo*, nota verbū illud, *cria*, &
 est præsentis temporis, vt sic qualitas adiuncta verbo
 M debeat

debeat intelligi secundum tempus verbi, ita ut tunc temporis cum famulus ad illam accessit, mulier hæc filium domini nutriat domi, secus verò si ante nutruit, tunc tamen non nutriebat, quia tunc pœna in princ. nostri text. appositâ puniretur tanquam mulierem domi habitantem cognoscens, non vero tanquam nutricem, ita intelligit & bene *Did. Per. d.l. 1. tit. 15. lib. 8. Ordina. pag. 282. infra.* & probatur ex *d.l. 6. titu. 20. lib. 8. infra.*

¶ Ibi, *Y haga justicia con mas rigor*, de quo rigore disponitur in *d.l. fin. tit. 19. f. 7.* & nouiter in *d. l. 6. tit. 20. li. 8. infra* ad quam nostra quoad dictum rigorem remittere se voluit, debet tamen attendere qualitate facti id temporari, ut ex sequentibus verbis disponitur, & bonus iudex arbitrabitur, qui semper debet in mitiorem partem inclinari, & pietati, & misericordiæ, se accommodare.

¶ Ibi, *Auer sido terceros*, agentes enim & consentientes eadē pœna ꝑ puniendi sunt prout & in *l. 1. tit. 1. lib. 5. supra* disponitur, circa mediatores clandestini matrimonij, vbi nu. 43. diximus: Imò & mediatores ij essent acrius puniendi & castigandi tanquam principales delicti intercessores, & perpetratores: plerumque enim hæc non fieret mala nisi intercessores ij adessent. Alia in propositum huius legis dixi. in *l. 7. tit. 8. lib. 5. supra.*

S V M M A R I V M.

Receptores furum aliàs occultatores an puniantur
ut fures. n. 1.

Lex. 5. finalis.

S V M M A R I V M.

Ementes à famulis res aliquas ex contentis in nostra lege tanquam furti occultatores & factores puniendi sunt.



Bi, Ni cõpre de criado o triada, ampliat dispositionem legis. 16. tit. 11. lib. 5. supra quæ in seruis loquebatur ut ibi dixi.

¶ Ibi, *Que sea auido por encubridor*, notanda est hæc improprietas verborum ut scias non pœna ordinaria occultantis furem ꝑ & res furatas esse punieridum hunc emptorem, sed alia minori arbitraria, ex ijs, quæ diximus in *l. 3. verbo sea auido*, supra isto tit. & lib. quibus totus iste titulus & liber remanet expositus ad laudem & gloriam omnipotentis Dei eiusque B. Matris & sanctorum 9. mensis Februa. anni huius. 1590.



LIBER SEPTIMVS

De los Ayuntamientos de los concejos, justicia y regidores, y de sus ordenanças.



VI quidem liber ad præcedentem difficiliter continuabitur, nisi dixeris, quod cum superiori libro dictū sit de personis vt de militibus, nobilibus, & ignobilibus, nunc autem sequitur in hoc libro de concilijs quæ ex dictis tribus statibus constituuntur, & de eorum bonis & commercijs, & alijs & isto modo continuabis eum.

S V M M A R I V M.

Civitas est civium multitudo. nu. 1. vel vbi per alios.

Cives ipsam civitatem & vniuersitatem efficiunt. numero 2.

Concilium dictum est à societate multorum. num. 3. velut ibi.

Concilium civitatum dicitur triplex. nu. 4.



N cuius Rubricæ propositum conducunt verba illa Aristo. *Politiorum. l. c. 1. in princ.* scilicet, omnē civitatem societatem quandam esse, omnēque societatem boni cuiuspiam causa constitisse videmus, omnia namque eius, quod speciem boni præfert gratia, omnes agunt: dubitari non potest, quin omnes societates ad bonum aliquod spectent, sed ea maxime, & ad id quod in bonis principatum tenet, quæ cunctarum est facile princeps, & alias omnes amplectitur, hæc autem est civitas appellata, civilisque communitas. Quæ, vt inquit idem Arist. *vbi supra li. 3. c. 1. in princ.* civitas est civium † multitudo, & Cicero de somnio Scipionis inquit, quod cætus, hominum iure sociati, civitates appellantur, & idem Cicero pro Sestio, conuenticula hominum, quæ postea civitates nominatæ sunt. Siquidem civitas nihil aliud est, quam ipsorum civium collectio, ipsique cives ipsam civitatē, & vniuersitatē † efficiunt, secundū Card. *in cap. requisisti, de testam. Barto. in l. aut facta. §. ff. de pænis* probat text. *in l. civitas. ff. si cert. pet. l. civitates ff. quod cuiusq. vn. nomi. l. omnibus. ff. civitatibus ad Trebel.* & hæc civitas & populus proprie non pro ipso loco, neque proficte persona capitur, sed pro ipsis singulis loci habitatoribus: Ex quibus concilium nominatur, & deriuatur, & sic inquit Alberic. in dictionario, concilium dictum est à societate † multorum in vnum: vt hæc & alia per Iacobari. *in tract. de concilijs li. 1. arti. 1. nu. 1. cum pluribus sequentibus.* vbi plura de eius Etymologia, & diffinitione, & n. 10. inquit

Tom. 4.

quod concilium dicitur cætus, congregatio, coadunatio siue collectio personarum in vnum autoritate superioris disposita ad tractandum communi intentione de rebus necessarijs, & quoad nostrum propositum videtur bona diffinitio quia conuenit in omnibus cum suo definito. Et concilium hoc † civitatis triplex est, Primum enim est concilium magnū arduum & generale, scilicet congregationis totius populi, in quo conueniunt omnes & constituunt & hoc cōmuniter vocatur *concejo abierto*. Secundū conciliū est, quod vocatur concilium generale, idque tertium constituit concilium minimum ad regendum civitatem, castrum, villam, & populum: Primum concilium potest quicquid vult, quod sibi à principe diuina, vel humana lege prohibitum non est: secundum vero potest quicquid potest primum, nisi sit à primo prohibitum: tertium potest omne, quod sibi permissum est ab ipso secundo, vt latius dixi *in meo tract. de Decurio. lib. 2. c. 18. n. 22.* vbi, hodie, asseruimus, in civitates ipsas & populos, singulares de civitate potestatem transtulisse, de quo concilio civitatum & populorum lex nostra disposuit, & totus titulus noster.

S V M M A R I V M.

Domus vna altius quam alia eleuari non potest inter Florentinos. n. 1.

Iudex in domibus publicis habitare antiquitus debebat. nu. 2.

Rectores compelli possunt venire ad hanc domum publicam ex causa publica utilitatis. num. 3. alijs multari possunt vt ibi, & ibi declaratur.

Congregatio rectorum debet fieri in domo publica certis temporibus, neque debent semper congregari ad libitum superioris. n. 4.

Domus de ayuntamiento debent fieri sine magno civium incommodo. n. 5.

Ædificia antiqua civitatis prius sunt reparanda, quàm alia de novo erigenda. n. 6.

Opera publica expensis civitatis facienda, sine principis licentia fieri non possunt. n. 7.

Horrea publica aut publica stabula iudex sine licentia principis facere potest. nu. 8. vbi idem in necessarijs ædificijs publicis.

Expensis quibus sit facienda domus publica. numero 9.

M 2

Lex

Lex Prima.

S V M M A R I V M.

Domus publicæ ad concilia congreganda in qualibet ciuitate & villa construendæ sunt.

Ibi, ENNOBLECEN SE LAS CIUDADES, ob quam quidem formositatem & apparentiam adest in aliquibus locis statutum, & consuetudo vt altius vna domus quam alia nõ eleuetur, neq; ædificari possit, sed vt & omnes in eadem permaneant altitudine, vt apud Florentinos ¶ inquit *glos. l. i. C. de edif. priua. adesse*, refert Meneses. *l. altius. nume. 8. C. de serui. & aqua vbi. num. 9. & 10.* & ampliat vt & alienigena & clerici ligentur hac consuetudine, fuit enim semper maxima cura legum latoribus publicorum ædificiorum aspectus. *l. 2. in fin. C. de edif. priu. & sic lege cautum erat, ne ædibus affixa legari possent, ne publicus deformaretur ciuitatis aspectus. l. cetera, de leg. 1. l. 2. C. de præd. & om. re. nauicu. lib. II. l. 13. tit. 9. par. 6.*

¶ Ibi, *En las ciudades y villas*, & sic nõ in vicis, vulgo aldeas. in quibus tantus splendor domus publicæ non requiritur, cum vbique possint homines facilius cõgregari, vt inquit *Auend. c. 20. prat. in pri. versiculo, vt aiunt. lib. 1.* licet & in vicis etiam hodie idem fiat.

¶ Ibi, *En tener casas grandes*, sicut & olim fabricanda pretoria & domos publicas statuebatur, vt essent vsui publico, & quibus iudices inhabitarent, vt *l. nulli. C. de offi. Recto.* qua domo publica facta, ibidem & non ¶ alibi iudex inhabitare debeat, secundum *Bar. in l. Aquilinus Regulus ff. de dona. de quibus domibus publicis habemus etiã. l. prætoria. C. de operi publi.*

¶ Ibi, *En que se ayunten las justicias y regidores y oficiales, à entender en las cosas camplideras a la republica*, quoddam esset maximi momenti si ad id congregarentur, sed plerumque ad destruendam Remp. congregantur, præsertim vbi adest multitudo rectorum, & partialitates hinc inde contrariæ: cum deberet pro bono publico, vt inquit *tex. noster congregari, & vt consuli possent vice populorum, vt in §. senatus consultum, inst. de iust. & iu.* Et ad domum hanc publicam ¶ compelli possunt rectores venire ex causa publicæ utilitatis secundum *Abb. in c. quia propter. not. 2. de electio.* & qui moniti non venerint, possunt à iudice multari, etiam si tot ex consiliariis venerint, quot eorum præsentia possit actus expediri, secundum *Plate. in l. in filijs. C. de Decurio. lib. 10.* quod intellige, vt dixi *in meo tract. de Decurio. li. 1. c. 2. nu. 7.* si iudex in mandato deueniendo pœnam expresserit nõ venientibus imponendam, nam tunc eam exequi poterit: Debetque congregatio fieri certis temporibus neque debent ¶ semper congregari ad libitum superioris, secundum *Abb. in c. his qua col. 1. de maio. & obed. Paninum, de potes. cap. sedenac. §. & quod cætus, & à quo sint vocandi & congregandi, dixi in d. trac. de Decurio.* & an sit necesse actus fieri in eadem domo, & non extra diximus. *l. 15. titu. 6. libr. 3. supra.*

¶ Ibi, *Fagan su casa de ayuntamiento*, si commode fieri potest intellige, & sine magno ¶ ciuium in- & commodo, secundum *Bal. in l. singularium. C. de oper.*

*pub. data enim difficultate maxima ædificatio difficilis reputatur impossibilis, vt l. non dubium in fi. de leg. 3. & l. si alieni. ff. de solutio. glo. in l. fideicomis. §. si seruo, de leg. 3. not. Feli. in c. Ecclesia s. Maria col. 34. de constit. & in maxima difficultate idem citat Castro de lege pœnali, fol. 4. in paruis, difficultas autem non minima reputatur, si sunt alia ædificia publica indigentia refectione, vel imperfecta, nam prius sunt hæc perficienda, quàm ¶ alia inchoanda, vt in l. fi. & ibi Bal. C. de oper. pub. & in l. nemo iudicũ, eo. tit. & in l. fi. in prin. ff. de ope. pub. & notat *Auen. c. 3. prat. n. 1. lib. 2.* vbi ampliat etiam si pecunia legata sit ad nouum opus inchoandũ, deficientibus tamen operum antiquorum reparationibus, noua hæc domus consistorij fieri poterit ex legis nostræ permissione absque alia principis licentia, licet regulariter opera publica expensis publicis facienda, non possint fieri sine regis licentia, ¶ vt *l. nemo, & l. si quãdo. C. de oper. publ.* notat *Auend. d. num. 1.* vbi in versic. *ista tamen regula* inquit fallere hoc quoties horrea publica, aut publica stabula essent facienda, nam tunc solus iudex ¶ sumptu publico posset id facere *ex tex. in d. l. nemo, & Auend. vbi supra.* idem dicit esse in quibuscunque ædificijs publicis, quorum ædificatio necessaria est populo, nam præcedente necessitatis informatione id fieri posset, vbi *num. 2.* idem de reparatione eorum dicit: Ego tamen etiam tunc concilium requirerem, vt eius permissu & consilio hæc fierent, & hæc quibus expensis sit facienda ¶ domus consistorij, dixi *in l. 15. tit. 6. libr. 3. supra* & nouissime *Gutier. in prac. quast. li. 1. q. 36.* vbi nos refert & sequitur, & quamuis limitationem nostram *in d. l. 15. num. 7. in fi.* dicat se non examinare pro tunc, tamen eam veram iudico, *ex l. 20. tit. 32. p. 3.* quam ibi allego pro mea limitatione & *ex l. omnes la. 2. C. de oper. pub.* etiam comprobatur.*

S V M M A R I V M.

Nullus ingredi & existere in consistorio ciuitatis potest nisi quibus à iure permissum est. n. 1.

Prætorium si quis bis aut pluries intrauerit acquiret possessionem ingrediendi. n. 2.

Possessio multum opitulatur etiam in iure eligendi adquirendi. nu. 3. vbi id in electione actiua, non vero in electione passiva. nu. 4.

Possessio non acquiritur ex actibus mera facultatis. n. 5. nisi vt ibi. n. 6.

Aliud est ius aliud facultas. n. 7.

Lex 2.

S V M M A R I V M.

Quæ persona, & qua non, possunt ingredi concilia, & in eorum negotijs se intromittere, declarat lex nostra.

Ibi, NO ENTREN NI ESTEN CON ELLOS EN SVS AYUNTAMENTOS, hic habemus regulam, quam aliis à me citatis *in l. 1. tit. 1. libr. 2. supra.* addes, scilicet, quod nullus potest ingredi, & existere in consisto-

7 consistorio ciuitatis, nisi tantum ꝑ illi, qui sunt in iure expressi, & est ratio, quia deputari ad aliquem vsu, vel ad aliquod ministerium, illi tantum & non alij vti debet, *ex l. quicumque, & ibi Bal. C. de oper. publicis*, quem ad hoc. & legem nostram considerat *Auend. c. 15. prator. n. 1. lib. 2.* & dixi ego in mea Curia Pisana de *Decurio. lib. 1. ca. 10.* sed an siquis ingressus fuerit concilium semel bis aut plus acquireret possessionem ꝑ ingrediendi, & *Bar in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itiner. ac. priu. n. 1.* inquit, quod si ciuitas pateretur aliquem esse in concilio, ex eo solo actu non acquireretur ei quasi possessio, sed opus esset quod per triginta dies interueniret, in concilio, sed vbi concederet eum esse ex decurionibus & prioribus concilij ex eo solo actu quasi possessio esset acquisita; & idem censuerunt alij plures, quos retulit *Manoch. de arbi. iudi. lib. 2. casu. 160. numero 1.* & sequitur *Cæpol. de ser. rus. c. 1. numero 25. Barba. consi. 68. colu. 2. & col. pen. li. 3. & Couar. in c. possess. parte. 2. Rebus. in 3. tom. cõst. Fran. tit. de mater. possess. in prefatione. n. 188.* quos ad hoc allegauit ipse *Mænoc. de retin. pos. remedio. 5. n. 12. nam & in iure eligendi acquirendo multum opitulatur ꝑ possessio, vt no. in c. cum ecclesia sutrina. de caus. pos. & propri. late Lamberti de iure patro. in. 10. & 11. ar. 3. q. prin. 1. partis. li. 2. Abb. consi. 54. l. 1. Soci. consi. 258. li. 2. Couar. in prac. c. 14. n. 2. Menes. in l. 1. C. de serui. & aqua. n. 14. & Bertach. de episco. 3. p. lib. 1. n. 7. & Iasco. & Angel. in §. æque si agar, inst. de actio. & quanto tempore ius tale eligendi acquiratur, vide *Balbus, de prescrip. 1. p. 5. p. prin. q. 8. Ripam. in d. c. cum ecclesia. nu. 126. cum seq. & hoc vt dixi est quoad acquirendum ius eligendi, & sic in electione actiua quando extranei, & qui non sunt de capitulo admittuntur ad electionem faciendam, sed in electione passiuâ, licet per mille annos aliqui non habentes ius & iustitiam ꝑ eligantur & nominentur, non propterea acquirunt possessionem, vt in posterum ipsi, vel alij de eorum collegio eligantur, quia isti sunt actus meræ facultatis, ex quibus ꝑ numquam acquiritur possessio, vel quasi, vt per Doct. maxime *Ripa, in d. c. cū ecclesia sutrina. n. 43. de causa pos. & prop. & Angel. n. 20. Ias. 41. in §. æque si agar, inst. de acti. Rebus. in. 3. tomo. consi. Fran. titu. de mat. possess. n. 177. Manoch. d. casu. 160. n. 7. vbi ex hoc plura inferunt, & *Balbus, de prescri. 4. p. 5. p. prin. & optime Burg. de Paz, consi. 10. n. 29. cum seq. vol. 1. in qua quidem simplici facultate numquam præscriptio procedit nisi à tempore prohibitionis, & vel negationis, ꝑ secundum dictos Doct. & diximus in dicta Curia Pisana, lib. 2. c. 26. n. etiam si sit immemorialis præscriptio, vt per *Rolan. Valle, consi. 53. n. 25. cum seq. volu. 2. & iterum consi. 22. n. 20. & 27. eo. vol. & cõmunes dicit *Balb. vbi supra. d. 4. p. 5. p. q. 5. & 6. & Villalob. in erario mille cõ. opi. litera. p. n. 327. cū duobus sequen. vbi ampliat, & *Anto. Gabriel. in commu. opin. tit. de prescriptio. concl. 10. Tiraq. de retract. conuentionel. §. 1. glo. 2. numer. 23. quicquid velit Ioan. Carfi. in tracta. de nobilita. gloss. 35. numero 54. cum sequen. Est tamen verum, quod si facultas procedit ex aliquo contractu, & sic dependet à iure aliquo, ita quod facultas hæc denotat ius aliquod nam tunc præscribitur, vt optimè per *Rolan. Valle. consil. 21. n. 51. volu. 2. & Ostauian. decis. Pedam. 115. n. 2. vbi optimè dicunt aliud esse ius, aliud facultas, ꝑ nam in iure, vt diximus, præscriptio procedit, etiam si adsint dictiones quandocumque & similes perpetuitatem denotantes, vt in *l. 6. tit. 15. n. 30. cum sequen. lib. 4. supra dixi,*********

Tom. 4.

quæ nota, quia non sic reperies declarata.

¶ Ibi, *Que resistan a los que lo contrario hizieren*, eam in hoc alegat *Auenda. cap. 23. pratorum. n. 4. lib. 2.*

S V M M A R I V M.

Consensus & negligentia iudicis debet adesse vt puniatur si extraneus à consistorio, ibidem intrauerit. n. 1.

Casus vbi concilium ciuitatis habet iurisdictionem; n. 2.

Lex 3.

S V M M A R I V M.

Penam imponit lex nostra iudici permittenti ingredi in consistorio & concilio ciuitatis vel villæ personas alias quam rectores & concilij officiales.



BI, QVÆ CONSINTIEREN ENTRAR fortificatiua est legis præcedentis, & penam etiam imponit iudici negligenti per consensum personas extraneas à concilio ibidem ingredi, debet tamen interuenire consensus ꝑ ultra negligentiam, neque sufficeret negligentia sola iudicis ad id non aduertentis, nisi esset requisitus, nullus enim de negligentia tenetur si sit leuis aut leuissima, licet si tanta esset negligentia, quod esset lata & sic dolo proxima, utique teneretur, ex dictis per nos in *l. 4. n. 10. tit. 6. lib. 3. supra.*

¶ Ibi. *Entregue y tome*, hic est vnus ꝑ de casibus vbi concilium ciuitatis habet iurisdictionem, quem & alios retulit *Auend. c. 1. prator. nu. 31. per totum, li. 1. dixi in l. 2. tit. 13. n. 60. li. 4. supra.*

S V M M A R I V M.

In ijs quæ sunt gratiæ debent omnes consentire; n. 1.

Lex 5.

S V M M A R I V M.

In diuersitate votorum quidnam obseruandum est in Decurionum collegio.



BI, QVÆ BASTA LA MAIOR PARTE, idque verius est, cum de negotijs iustitiam tangentibus agitur & tractatur, secus in ijs, quæ sunt de gratia, in quibus ꝑ omnes debent consentire vt per *Feli. & omnes, in c. cum omnes, de constit. & nos diximus aliqua, in tract. de Decurio. lib. 1. c. 2. & iterum lib. 2. c. 14. vbi in c. 15. egimus de remedio a minori parte intentando. & ca. 17. quid erit faciendum si Decuriones sint in pari votorum numero.*

M 3

¶ Ibi;

¶ Ibi, *Lo que el derecho dispone*, vt diximus in d. c. 2. n. 5. dicti tract. de Decurio. vbi legem nostram in hoc allegauimus & considerauimus, & ibidem in li. 2. c. 4. tractauimus quis de dicto collegio prius loquatur & vide etiam *Auen. c. 19. praeo. n. 6. & 7. li. 1.*

S V M M A R I V M.

Populus Romanus non potest reuocare potestatem quam transtulit in Imperatorem. n. 1.

Intellectus. l. quod semel. ff. de decret. ab ordi. facien. num. 2.

A Decretis decurionum licet non appelletur, per viam tamen querelae remedium adhiberi potest. num. 3. vbi quod tribus modis potest allegari contra ea cum sequen. numeris.

Declaratio facta per summum pontificem in prauidicium iuris alteri quaesiti non tenet. n. 4.

Iniustitia statuti & Decreti a concilio editi nunquam transit in rem iudi. n. 5.

Statutum licet verbis generalibus sit conceptum dicitur speciale si in effectu est singulare. nu. 6. & ibi remissive coniecturae apponuntur ex quibus statutum censetur speciale & in prauidicium.

Lex 6.

S V M M A R I V M.

Decreta Concilij valida sunt & firma, & si aliqua eorum populus contradixerit, iudex eum exaudire debet, & iustitiam ministrare.



B I, *QUE VALA Y SEA FIRME*, quod enim semel ordo decreuit non oportet rescindi, Diuus Adrianus Nicomediensibus rescripsit, vt in l. quod semel. ff. de Decret. ab ordi. faci. ex qua lege notabat Bart. in l. non ambigitur n. 1. ff. de legi. quod populus Romanus non potest reuocare potestatem Imperatoris, cum in eum iam omnem
1 ¶ transtulerit, qui quidem Barto. in l. omnes populi nu. 29 in fi. ff. de Iust. & Iure, legem illam, quod semel
2 intellexit, ¶ postquam ex tali decreto lectus est quasi contractus, qui resultat ex litis contestatione, & hanc communem intelligentiam testatur Orosci. in ea. l. omnes. colu. 64. vers. 27. sed an lex nostra patiat hanc declarationem dubitabile est, licet meo videri eodem declaranda est modo deficientibus contradictoribus, nam eis existentibus, si de iure iniusta sunt talia decreta, reuocari per iudicem possunt, & ibi Bar. & Oroscius, late tractant quando priora statuta per posteriora reuocantur: Et an id quod semel in concilio actum est, possit statim in alio concilio dirui & euerti dixi in d. meo tract. de Decurio. lib. 2. c. 14. num. 14.

¶ Ibi, *Que las nuestras justicias*, hic habes tex. probantem, quod licet a Decretis in concilio Decurionum factis non appelletur, per viam tamen querelae
3 ¶ remedium adhiberi potest, quia non transeunt talia decreta in rem iudicatam & tribus modis po-

test allegari contra ea: primo per exceptionem doli, vt pote si facta sunt & statuta in odium alicuius particularis personae contra dicentis, & in prauidicium iuris ei iam quaesiti, tunc enim iniqua sunt, & nullius momenti, secundum Abb. in c. cum omnes notab. 5. de constit. & in cons. 55. col. 2. lib. 2. & dicit Bal. in c. 2. de iure iur. quod statuta, quibus dolus inest non tenent, allegat. tex. quem ad hoc vnicum dicit, in l. 1. in fi. ff. de excep. doli, & dicitur, secundum Bal. inesse dolum, cum sit in odium particularis personae, refert & sequitur Ias. cons. 161. circa primum. nu. 3. lib. 2. benefacit quod notabiliter decidit Anchar. cons. 298. praemitto pro clariori ad fin. q. declaratio facta per summum Pontificem in prauidicium iuris alteri ¶ 4 quaesiti non tenet, tanquam non aequa & contra ius. l. quoties. & l. rescripta, C. de preci. imp. offer. de quo alibi dixi latius, ad ibi dicta me remitto circa istud dictum Anchar. secundo per appellationem in talibus decretis remedium haberi potest, secundum Bar. in d. l. omnes populi. 5. q. prin. nu. 53. ff. de Iust. & Iur. & l. fi. ff. de appel. recip. Bal. in l. iudicibus. C. de appel. cum similibus vt per Alex. cons. 190. mature digestis. num. 14. lib. 2. Decius. cons. 361. ommissa. n. 7. tertio quando non esset appellatum agi potest per viam querelae post tempus datum ad appellandum, vt est tex. in d. c. cum omnes, vbi Abb. not. 5. Deci. cons. 528. pro resolutione. nu. 7. & in d. c. cum omnes. n. 5. & talis iniquitas, seu iniustitia ¶ 5 statuti & Decreti nunquam transit in rem iudicatam, vnde quodcumque ex interuallo absque appellatione per viam querelae sequi potest retractatio talis Decreti, vt comprobatur Feli. in d. c. cum omnes col. 1. vers. secunda conclusio & Decius, cons. 335. viso. colu. fi. & Fracis. Betius, cons. 3. n. 70. & 71. a quo desumpti cum eius consilia non passim habeantur, vbi. nu. 72. inquis ex Bal. in l. quisquis. C. quorum appel. non recip. quod statutum licet verbis generalibus sit conceptum ¶ 6 dicitur speciale, si in effectu est singulare, vt & per Feli. in d. c. cum omnes. n. 4. nam statutum non solum verbis, sed & opere debet esse generale, vt per eundem Bal. in c. cum ordinem, de rescript. sensit Deti. in ca. consuluit. 3. n. 4. de appella. & alia plura ibidem ipse Fran. Betius, allegat singularia, & per Ias. cons. 120. in fin. lib. 4. & coniecturas Betius, vbi supra considerat, ex quibus hoc prauidicium in statutis colligitur & decerpitur.

S V M M A R I V M.

Accusari non possunt neque condemnari impediens gubernationem populi & concilij. n. 1.

Lex vel statutum vbi profert aliquam rem cum qualitate aliqua, debet vtrumque probari. n. 2. & ibi ex hoc infertur ad assassinum.

Casus alius vbi rectores ciuitatum habent iurisdictionem. n. 3.

Iudex qui patitur resistentiam est iudex competens ad puniendam eam. n. 4.

Lex 7.

S V M M A R I V M.

Ciuitas villa & vici earum gubernada sunt constitutionibus ac consuetudinibus concilij ipsarum.

ipsarum: neque scandala inducenda sunt aduersus concilium ad impediendam gubernationem & iustitiae executionem: aliter enim iustitia & rectores id punire poterunt secundum ius.

BI, SE HAN GOVERNADO SEGVM LAS ORDENANCAS Y COSTUMBRES QUE TIENEN, hic habes text. probantem, quod statuta populi obseruanda sunt, de quo in l. sequente dicemus.

¶ Ibi, *Para embargarles en regir y gouernar.* notanda est qualitas haec vt dispositio nostri rex. locum habeat, scilicet, quod dictae adunationes & congregationes fiant ad hoc, vt iustitia & rectores non possint regere neque gubernare rempublicam, neque vt exequi possit iustitia, & per consequens non probata hac qualitate, non possint accusari neque 1 condemnari impediens t gubernationem populi & iustitiae executionem, ex remedio nostri text. quia vbi lex vel statutum profert aliquid cum aliqua t qualitate, debet vtrumque probari, vt l. 1. §. ait prator, vbi in princ. not. Bar. ff. ne quid in flumi. pub. vnde Io. And. in c. 1. de homi. in 6. refert se euasisse quendam praelatum a poena illius ca. 1. quod capitulum punit acriter facientes assassinari aliquem Christianum, nam contra praelatum solum erat probatum fecisse assassinari quendam hominem, & non fuit deductum, neque probatum, quod ille assassinatus fuisset Christianus, ob quod euasit praelatus poenam illius capituli: refert & sequitur in nostris terminis Alex. consi. fi. n. 3. cum seq. vol. 2. vbi tractat quomodo probabitur andata vel assonata.

¶ Ibi, *Y regidores,* hic est vnus de casibus vbi rectores iurisdictionem habent, & eam t exercere possunt, quas notat legem nostram considerans Auenda. c. 1. prato. versi. nona conclusio. num. 31. lib. 1. & iterum. cap. 3. prat. num. 4. versi. 10. deducitur lib. 1. ex lege nostra considerat & notat, quod ille, qui 4 patitur resistantiam est t iudex competens ad puniendum eam.

¶ Ibi, *Guarden las ordenanças y costumbres.* Quinquaginta casus vbi est expressum a iure, quod corrector teneatur seruare consuetudines locorum quorum est corrector, vide per Luc. de Penna. in l. missi opinatores C. de exactor. tribut. lib. 10.

S V M M A R I V M.

Statuta populorum facere an solis iudicibus competat. n. 1.

Statuta populorum singulares personas concernentia sunt ambitiosa & citandi sunt illi, quorum interest. n. 2.

Confirmatio regis an requiratur omnino pro obseruatione statutorum ciuitatis. n. 3. & n. 5. conclusio & n. 6. limitationes.

Citatio eorum quorum interest in decretis populorum quoties sunt ambitiosa talia decreta & sta-

Tom. 4.

tuta. num. 4. vel si sunt nimis gratiosa, vt ibi. num. 5.

Lex 8.

S V M M A R I V M.

In condendis statutis debent indices seruare ordinem & tenorem huius legis.

BI, A LAS IVSTICIAS DE LAS CIVDADES Y VILLAS PARECIERE, hic videtur esse text. probantem solis iudicibus ciuitatum & villarum competere facere statuta, t contra. l. 6. & 7. supra isto titu. libr. & contra. l. 14. titu. 6. lib. 3. supra expresse disponentes etiam cum consilio & assensu Decurionum esse facienda, ideò vel dicendum est, quod nostra suppleatur per illas, cum non sit notum, leges posteriores per priores & e contra declarari, vel melius quod lex nostra loquitur quoad hoc, scilicet vt fiant statuta & iustitia pendet, vt inquit Auend. c. 19. prato. nume. 5. versi. tertio limitatur cum sequentibus lib. 1. constituto tamen & declarato per iustitiam & correctorem, quod conuenit statuta fieri, tunc in condendis eis debet concurrere concilium talis ciuitatis vel villae vt significant verba illa d. l. 14. ibi, *conacuerdo,* prout optime considerat Auend. vbi supra. num. 6. in prin. & colligitur etiam ex lege nostra, dum dicit haec verba, *les pareciere que conuene hazer.*

¶ Ibi, *De las partes a quien tocaren,* & sic sunt praedicialia & ambitiosa decreta, & consequenter citandi sunt illi, quarum interest, & Rex t adeundus 2 ex l. 1. & ex l. Ambitiosa. ff. de Decre. ab or. faci. notat Orosius in l. omnes populi n. 13. ff. de iust. & iur. & sic lex nostra in ijs non in alijs loquitur & disponit, & vbi adsunt contradictores dictorum statutorum & per consequens in eis vt obseruentur, confirmatio regis requiritur, non vero in alijs non ambiosis, in quibus non fit informatio de qua hic, & in l. precedente in fi. allegaui Betium coniecturas ponentem & describentem.

¶ Ibi, *se deua mandar guardar o confirmar,* hic est tex. cui Io. Garcia, infra referendus, asserit satis audacter totum mundum responderi non posse pro opinione sua, scilicet, quod statuta facta a concilijs ciuitatum & villarum omnino sunt per regem confirmanda pro obseruatione ipsorum, & quod antea non sunt obseruanda, t quam quaestionem 3 multo ante ipsum ego examinaui in d. l. 14. tit. 6. lib. 3. supra. & inclinaui licet aliquantulum dubius in contrariam opinionem, scilicet quod regulariter statuta ciuitatum & populorum interim quod non infirmantur vel confirmantur per Regem obseruanda sunt, & nunc maturius considerans hanc etiam vt veriolem amplector opinionem, tunc quia haec ex d. l. 14. probatur & colligitur clarè, tum etiam quia ex l. 6. supra isto tit. & lib. semel Decretum in concilio est omnino seruandum, & si quis contradixerit audiendus est super eo, & sic supponit lex illa, interim seruandum, tum etiam ex alijs in dict. l. 14. per me adductis in confirmatione huius opinionis,

M 4

opinionis, quam & nouissimè post reperi secutum fuisse *Marienzo, in l. fi. tit. 14. lib. 5. supra num. 2.* satis verisatus in cancellarijs & curijs, & sequuntur alij relati per *Humada, in l. 12. tit. 1. p. 1. gl. 1. n. 6. ubi n. 9.* hanc comunè testatur, & veriorè testatus est, *Benuentus, per me in d. l. 14. relatus, & facit pro hac etiã opinione expressa lex. 54. titulo. 5. lib. 2. supra. vbi iubetur Dominis Regij consilij, vt nullo modo statim iudicibus inhibeat super executione Decretorum ac statutorum ad Reipu. gubernationem factorum, sed potius prius debere se super eis informare à conditoribus eorum, & adhuc informatione habita non iubet lex illa dandam inhibitionem, si ergo inhibitionem denegat & prohibet lex illa ne impediatur dicta executio, ergo clare probatur ex ea nostra opinio, quia inhibitiõ non datur, nisi vbi executio conceditur, & sic postquam legem hanc. 54. pro hac consideraueram opinione reperi ante considerasse *Auiles, in cap. 17. prero. glos. Proucer, nu. 1.* dum dicit relata opinione contraria esse contra *Pragm. 27. in volumine antiquarum pragmaticarum* quæ iam est *d. l. 54. ab ipsismet Regibus Ferdinando & Elisabeth condita, ex quo clarius est eosdem in dict. l. 14. idem disposuisse, & vt apparet ex subscriptione marginali dict. l. 54. dabitur ad hoc Regia prouisio, cum ibidem appareat iam semel fuisse datam, & sic *Auiles, vbi supra, n. 2.* hanc nostram tenet, & pro ea reperi itidem tex. expressissimum in *l. 4. tit. 14. lib. 8. infra, Ibi, Trentanto usen dellas.* in quibus verbis nulla est necessaria inductio, & hæc possunt dici leges pro hac opinione, quibus responderi non potest, & licet videatur legē hanc 4. casum specialem determinare, tamen in omnibus vbi datur eadem ratio, idem est dicendum ex dictis per nos in *Rubric. tit. 4. lib. 3. supra* nullaque ratio differentia dari potest in statutis factis in terminis illius l. 4. quam in alijs quibuslibet statutis populi statum & gubernationem concernentibus, sed eadem potius militat, & sic est ibi text. expressissimus pro hac opinione, etiam si dictus *Ioan. Garfia, de Nobilita. in inscriptione. num. 12. 13. & 14.* audacter nimis proruperit (vt de alijs aduertit *Orosius, per me allegatus in d. l. 14. tit. 6. lib. 3. supra*) in contrariam opinionem, carpens ibidem ipse *Ioan. Garfia, Auendañum, & nos, eò quòd secuti sumus dictam contra eius opinionē, cum ibidem ego aliquantulum dubius extiterim, & nunc indubiè sequor eam contra ipsum Garfiam, & sequaces, cum Horoscio præceptore meo, & Auend. Martien. & Benuen. ibidem relatis, & quamuis *Ioan. Garfia, vbi supra, dicat à nobis cauendum, rectius fecisset si ipse caute nos legisset, & leges considerasset, legique nostræ, in præsentem, cui totum mundum assererat Garfia, responderi non posse, in dict. l. 14. satisfecimus, & respondimus, scilicet, quòd lex nostra in præsentem loquitur in decretis & statutis ambiosis & præiudicialibus aliquibus personis, & ab eis contradictis, & per consequens in alijs non ambiosis, & vbi contradicteores tales deficiunt, firmat lex nostra Regulã in contrarium, iuncta dicta l. 14. nostram in præsentem declarante, & quòd in ambiosis lex nostra loquatur: patet quia informationes fieri iubet, à personis interessantibus, & de iure tunc citatio requiritur quoties****

4 *ambiosa sunt statuta, ex l. 1. & l. ambiosa. ff. de Decret. ab ordi. faci. vt in glo. precedente diximus, & ex*

dictis per nos in l. 6. supra isto tit. & libr. Item & ambiosa dicuntur eo ipso quòd non apparent ratio-
nabilia, vel sunt nimis gratiosa secundum *Bal. in l. nulli. C. de sent. & inter omni. iudi.* item quia in præ-
senti nullum adest verbum disponens, quòd interim quòd confirmantur non obseruentur, & sic hoc remanet in dispositione aliorum iurium: Ex quibus tantum abest quòd lex nostra faciat pro opinione *Garfia* & sequacium, quòd potius contra eum & pro nobis facit, prout faciunt aliæ leges iam à me allegatæ, & dict. l. 14. tit. 6. libr. 3. supra, nam cum in principio dixerit & disposuerit esse seruanda statuta facta vel facienda de nouo à populo, verba eiusdem legis finalia disponentia esse Regi mittenda, sunt intelligenda sub praesupposito illo, quòd seruentur, nam quoties lex vnum disponit, & alterum præsupponit, vt habeat locum dispositum debet verificari præsuppositum, ex glo. singul. & communiter approbata in *l. si mancipia. C. de ser. fugit.* quam commendant relati à *Francis. Becio, consil. 53. num. 7.* & secundum hæc est declaranda lex nostra, nam dict. l. 14. est nostræ legis in præsentem declaratoria vt apparet ex subscriptione marginali dicta l. 14. & per consequens non est contraria, etiam si vellemus dicere legem nostram non loqui in decretis ambiosis, & sic malè dixisse *Ioan. Garfiam, vbi supra* dum asserit quòd lex illa 14. ex nostra esset declaranda, scilicet, quòd in illa l. 14. esset, ex nostra in præsentem præsupponendum, statuta esse iam confirmata, in quo in duobus præsentem errauit. Primo cum vt apparet ex subscriptione dicta marginali illius l. 14. à *Compilatore, imo potius ab ipso Rege nostro, qui omnia contenta in hac Legum Copilatione approbavit, illa lex 14. est nostræ declaratoria, nullo modo est dicendum ex nostra illam esse declarandam & suppleendam. Secundo quia cum illa l. 14. condita fuerit à Regibus Ferdinando & Elisabeth, anno millesimo quingentesimo, nostra verò lex in præsentem à *Carolo Quinto Imperatore nostro, Anno 1539. quo iure quovè colore potest affirmari nec præsumi, quòd legislator illius l. 14. præsupposuerit ex nostra lege, confirmata esse statuta & sic quòd Ferdinandus & Elisabeth, qui mortui fuerunt multò antequam lex nostra esset condita, præsupposuissent ex nostra lege eis incognita & incondita tempore ipsorum, esse ibidem statuta confirmata, certè ridiculum hoc censetur, & vt per capillos ac per vim leges à suis terminis extrahere, vt appareant collaratè fundare opiniones ab aliquibus, proteruè vt in hoc proposito inquit *Orosius, vbi supra, secutis, non præuidèdo legum tempora, & conditores earum, nec subscriptiones legum marginales, quæ non in vanum, sed potius cum maximo mysterio sunt appositæ. Præmaximè cum lex nostra in præsentem nihil meminerit, sintnè interim obseruanda necnè dicta populorum statuta, pendente dubio an confirmabuntur, & sic lex nostra potius pro nobis quam contra nos est: & quia dictæ leges. 54. titu. 5. lib. 2. supra, & l. 4. tit. 14. lib. 8. infra, expressissime sunt pro hac nostra opinione, quibus neque ipsa *Ioan. Garfia, neque alius, quilibet sit, respondebit, sicut non respondit dict. l. 14. neque nostram iuridice intellexit, & sic ab eius opinione cauendum censeo, nec putet quis, me hæc dixisse in retorsionem verborum ab ipso Garfia, contra & aduersus mea scripta, prolatorum,****

sed vt

sed vt veritas elucidetur, mei enim non est, nec vnquam fuit immodesta verba contra aliquem proferre, sed cum omni moderamine & casto ac nobili modo scribendi meam proferre sententiam & contrariam asseretes referre, vt cui mea non placuerit, aliã, si verior videbitur, sequatur, veritatẽ enim semper sequi in animũ duxi, & verbis humilibus, non vero iactantibus & superbis, eam omnibus patefacere, absque aliorum iniuria, nec mihi deficerent sermones, si aliud vellẽ, sed absit à me, malo enim in ijs deficere, quàm alios lædere: Ex quibus omnibus est elicienda conclusio, scilicet, quòd statuta à populo facta ad eius & Reip. gubernationem & commodum confirmanda sunt à Rege, interim tamen quòd confirmantur, vel infirmantur, obseruanda sunt. Quæ quidem conclusio ex lege nostra, secundum meum intellectum, non procedit, quoties talia ¶ statuta sunt ambitiosa, & aliquibus præiudicialia, & ab eis, quorum interest contradicte, nam in non ambitiosis, sed in bonis statutis lex illa. 14. loquitur, quæ quidem nostram declarat, vt in bonis, & sic in non ambitiosis, non sit obseruanda legis nostræ forma & ordo, sed in ambitiosis tantũ. Secundo non habet locum dicta conclusio quoties in tali populo residet curia Regis, nam tunc cum talia statuta facere non possint iustitia & Rectores talis loci, quia Rex & eius curia ibidem existit, nimirum si confirmatio requiratur, vt obseruari possint, vt dixi in dict. l. 14. num. 11. & tenet Francisc. Marcus, decis. Delphi. 804. num. 5. Item & tertio limitatur vt non procedat dicta conclusio, quoties tale statutum autoritatem tangeret superioris, vt & ibidem dixi. Quarto, non procederet dicta conclusio quoties talia statuta essent contra ius regium, nam tunc interim quòd non confirmantur non sunt obseruanda, quia non licet inferiori tollere legem superioris. l. si. C. de testam. & ex dictis per Fran. Marcum, in dict. nu. 5. qui videtur ibidem se inclinare in nostram opinionem, dum ibidem in fine opinionum refert Bald. in l. receptitia. C. de consti. pecun. ita tenentem.

De lege. 10. quæ de iuratis loquitur diximus in

Tract. de Decurio. lib. 3. cap. 2. ad ibi dicta me remitto, de quibus & aliqua dixit Didac. Per. lib. 7. Ordina. pag. 412. col. 1. in fin. cum sequentibus.

S V M M A R I V M.

Clauēs portarum ciuitatis apud quem deberent esse, olim contentio aderat, ex lege tamen nostra determinatur. num. 1.

Lex II.

S V M M A R I V M.

Clauēs portarum ciuitatis apud quem debent esse.



Bi, LAS TENGAN LOS VESINOS DELAS A QUIEN EL CONCEIO LAS ENCOMENDARE, Olim erat contentio de iure communi apud quem deberet esse custodia ¶ clauium alicuius Reipub. & portarum ciuitatis, nam nonnulli dicebant, quòd apud solos iudices, argum. text. in l. officium. §. 1. ff. de re milit. Alij dicebant, quòd apud consules ciuitatis, vt probat Guido Papa, consil. 1. num. 7. & Ripa, in Tract. de peste, titu. de remed. ad conser. vber. num. 184. vsque ad 192. quos retulit Auend. cap. Prætorum. 21. num. 1. lib. 1. Ex lege tamen nostra vides determinatum, quòd illi vicini talis loci debent eas habere, quibus concilium eas dederit, vel officiales iustitiæ eas habebunt, qui de consuetudine eas habere solent, dum tamen non sint Prælati, diuites homines aut alij potentes. Hodie tamen iustitia & concilium ciuitatis solent nominare personas, quæ tempore saltem pestis (à qua Deus noster pro sua clementia liberet) eas habeant.

De lege finali, vide similes in l. 11. & 12. tit. 8. libr. 9. infra.

T I T V L O S E G V N D O

De la guarda que se ha de hazer a las ciudades y villas, de los Priuilegios y costumbres, qui tienen en elegir y nombrar oficiales.



T cum in titulo præcedente dictum sit de concilijs, nunc autem de Priuilegijs & consuetudinibus suarum ciuitatum & villarum obseruandis agitur.

S V M M A R I V M.

Beneficium Principis debet esse mansurum. nu. 1. Regis scientia & patientia, an requiratur in inducenda consuetudine contra eum num. 2.

In consuetudine inducenda, non requiritur iam binus actus iudiciali sententia confirmatus. nu. 3.

Lex Prima.

S V M M A R I V M.

Priuilegia officia ac exceptiones ciuitatum, villarum ac populorũ omnino seruanda sunt.

Ibi,

BI, LES SEAN GVARDADOS, Decet enim beneficium concessum à Principe esse mansurum †, vt in cap. decet, de regul. iur. in 6. & in l. beneficium. ff. de const. Princ. & ibi glo. & Doct. plura dicunt.

¶ Ibi, *Y buenos usos y costumbres*, Ex iis verbis *Auen. in cap. 1. pratorum, nu. 24. in princ. lib. 1. & in cap. 8. n. 3. in princ. eod. libr. & in Dictionario, verbo, Costumbre, conclu. 3.* colligit, quòd in consuetudine bona inducta, vel inducenda, etiam contra regem, non requiritur † scientia & patientia eius, cuius doctrina sic generaliter dicta vera non est, erit tamen si eam intelligas procedere, in consuetudine, aut præscriptione immemoriali, in ea enim scientia & patientia non requiritur probari, secus verò in quadragenaria, vt latè diximus in l. 1. n. 15. cum sequentibus aliquibus. tit. 15. lib. 4. supra, & *Dueñas, in Regul. 141. limit. 4.* & nouissime post hæc ita declarauit *Gutierrez, in suis Pract. Quest. lib. 1. q. 85. per totam*, sufficet tamen, vt diximus in d. l. 1. & dixit *Corduba, in Summa de casus. q. 78. fol. 238. col. 2. cum sequentibus*. in paruis, tunc probare scientiam & patientiam Magistratum ac Prætorum illius loci in casu dicto, quo scientia & patientia Regis requiratur ad inducendam consuetudinem aliquam, vel præscriptionem, & ita est declarandus *Auend. ubi supra*, aliàs malè loqueretur, & ipsemet in dict. cap. 3. num. 4. *versi. item in quantum*, contra supradicta adducit vnum, scilicet, quòd ad inducendam consuetudinem non requiritur de eius essentia binus actus † iudiciali sententia confirmatus, sed potius absque ijs introducta consuetudo valebit, dum tamen cum patientia populi introducta sit, vt & tenet glo. 7. l. 5. titu. 2. p. 2. & *Molina, de primogen. lib. 2. cap. 6. n. 27. fo. 254.* & esse conforme communi Doctorum sententiæ testantur Doctores relati ab *Humada, in d. l. 5. glo. 7. num. 3.* quidquid ipse *ibi. nu. 2.* velit distinguere inter actus iudiciales, & extraiudiciales probandos: quod si in nostro casu & proposito legis nostræ *Auendañus*, patientiam & scientiam populi requirit, cur non erunt requirenda in consuetudine inducenda contra Regem minori tempore quam immemoriali.

S V M M A R I V M.

Vsu & consuetudine potest adquiri ius eligendi rectores iuratos ac tabelliones. num. 1.

Consideratur contrarietas legis nostræ ad l. 1. tit. 9. lib. 3. supra, & ad l. 1. tit. 15. libr. 4. supra, & diluitur in. num. 2.

Exceptio debet esse de Regula cessat vbi absurditas & correctio induceretur. num. 3.

Lex. 2.

S V M M A R I V M.

Populis ex privilegio, foro, usu & consuetudine, aut ex privilegio Regis ius habentibus eligendi officiales publicos ciuitatis aut villæ, aut loci seruandum est.

BI, VSO Y COSTUMBRE, hic habes text. quod usu & consuetudine potest adquiri ius eligendi Rectores iuratos, tabelliones & alios publicos † officiales, quem tex. ad hoc considerat *Auenda lib. pratorum. cap. 1. num. 9. vers. secundum*, & iterum in eo lib. c. 10. num. 3. & sic licet creatio tabellionum & iudicum ad Regem pertineant, vel cui ipse concesserit per priuilegium, vt apparet ex l. nostra, & ex l. 2. titu. 4. p. 3. & dixi in *Rubr. tit. 25. in prin. lib. 4. supra*, tamen per consuetudinem etiam & vsum adquiri potest, vt & lex nostra probat, & faciunt dicta per nos in l. 1. De las præscriptiones, lib. 4. supra, & in l. 3. num. 6. tit. 5. lib. 3. supra. Et quæ consuetudo debet esse hæc, in l. 4. & 5. infra isto tit. videbis determinatum & dictum Deo volente. Et hæc obseruabatur antea consuetudo in hac Placentina ciuitate, nam ipsi eos creabāt, recessit tamen in ea abusu: in vicis tamen & populis iurisdictionis vsque nunc durat consuetudo hæc, nam concilium cuiuslibet loci nominat tabelliones publicos & de concejo in eodem loco, & cum hac nominatione examinantur in consilio Regio, & approbatur: & prouisiones aliter factas dicti populi contradicunt, prout in facto contradixi & admissa fuit contradictio, & supplicatio in prouisione quadam aliter facta, in consilio Regio: nam & secundum l. 5. infra eodem, prouisiones aliter & contra talem consuetudinem factæ non sunt exequendæ licet obediantur, vt ibi videbis, & hoc cum vacant per mortem, non verò si per renuntiationem, vt in l. 4. infra eod. dicemus.

¶ Ibi, *Que nos solemos proueer, y no las dichas ciudades*, cum in principio lex nostra dixerit valere † consuetudinem eligendi Rectores & alios officiales concilij, & in hoc versiculo exceperit electionem iudicum, & officialium iustitiæ, videtur circa hæc denegare consuetudinis introductionem & validitatem, quia exceptio debet esse de Regula & consequenter, præmaximè in hoc lex nostra contraria videtur legi. 1. titu. 9. libro tertio, supra, & l. 1. titulo decimoquinto, libro quarto, supra, vbi manifestissime probatur ius eligendorum iudicum consuetudine & præscriptione adquiri posse, & censeo hanc ita esse maximam contrarietatem, quod de rigore cogit nos dicere, quòd aut lex ista in hoc correctæ est per dictas leges contrarias, aut illæ per nostram, cum in effectu, vt apparet ex subscriptionibus marginalibus earum, illæ conditæ sunt à Rege *Alphonso*, Anno millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, nostra vero à *Ioanne Secundo*, Anno millesimo quadringentesimo trigesimo quinto, & sic nostra tanquam nouior corrigat illas, vel verius nostra corrigatur per illas saltem per illam l. 1. titulo decimoquinto, libro quarto, supra, cum à Rege nostro *PHILIPPO SECUNDO*, Anno. 1566. sit confirmata, & consequenter hæc, vt nouior seruanda contra nostram legem, & sic etiam consuetudine adquiri ius eligendorum iudicum: vel vt euites correctionem, & hoc verius esse iudico, lex nostra & verba eius declarentur per illas, vt procedant nostri textus verba, nisi aliud de consuetudine habeatur ex legibus illis nostræ contrarijs, & licet hæc sit maxima suppletio ad nostram legem dicto modo per me ponderatam, sed vt iura iuribus concordentur, præfertim huius Recopilationis, ita tenendum erit, quia verum est dictum assumptum

assumptum dictarum legum. 1. tit. 9. lib. 3. supra. & 1. tit. 15. libr. 4. supra; & seruandum, & mirum videri non debet si in hoc casu cesseret Regula illa, quod exceptio debet esse de Regula, vt euitemus correctiones & contrarietates legum nostrarum & absurditates, quò casu cessat Regula illa †, vt per *Euerard. in Centuria locorum, cap. de exceptione ad Regulam, versic. & procedit iste modus arguendi in dubio. pag. 35. in paruis & antiquis.*

Lex 3.

S V M M A R I V M.

Seruanda est consuetudo ciuitatum & villarum, quò ad petitionem eorum, vel maioris partis provideantur per Regem officia publica.

NBI, QUE A PETICION DE LOS CONCEIOS Y OFFICIALES, DELLOS, loquitur lex nostra in ciuitatibus & villis, vbi de consuetudine officia hæc Rectorum, tabellionum, procuratorum & aliorum officialium dictarum ciuitatum, & villarum prouidentur ab eis, idque patet ex præcedente lege, & itidem ex sequente, & ex nostra legis principio, & sentit *Auend. cap. 10. prato. num. 3. in princ. libr. 1.*

*Ibi, o de la mayor parte, nam cum habita dicta consuetudine prouidere ciuitates & villas hæc officia, non consistat in aera facultate, sed in iustitia, & sic non sit negotium gratiæ, sed iustitiæ, merito quòd votù maioris partis sufficiat, neque omnium inconculse consensus requiratur, prout de iure in similibus iustitiæ negocijs habetur, per Doctores, maximè *Felin. in cap. cum Ecclesia sancta Maria, de constitut.**

S V M M A R I V M.

Lex nostra quoad possessionem loquitur & sufficit quadragenaria. num. 1. quò ad proprietatem verò immemorialis requiritur, vt ibi.

Lex loquens per Verbum, Costumbre. denotat proprietatem, & prouerbium, vso, possessionem. num. 2.

Declaratur legis huius dispositio per l. 3. tit. 4. infra isto lib. in officijs vacantibus per mortem, non si per renuntiationem. num. 3. nisi vt ibi.

Lex 4.

S V M M A R I V M.

Ciuitatibus, villis & vicis seruanda est possessio quadragenaria, & priuilegium eligendi & nominandi tabelliones publicos & notarios, & ita summantur secundum verum, & tenendum intellectum.

NBI, SIENDO EL VSO DE QVARETA AÑOS, ex ijs verbis de vso tantum mentionem facientibus intelligendum est legem nostram quo ad possessionem loqui, & hanc sufficere † quadragenariam, quoad proprietatem verò requiritur immemorialis, prout ex l. sequente probatur, nam cum tabelliones creare ad Regem pertineat, vt dixi in *Rubr. tit. 35. lib. 4. supra*, quoad vt in proprietate ius acquiritur immemorialis requiritur, ex dictis in l. 1. tit. 15. libr. 4. supra, & sic dirimuntur iam difficultates, quas circa has leges Doctores antiquitus considerabant, vt iam diximus in nostra *Curia Pisana, de Decurionibus, lib. 1. cap. 13. nu. 7. per totum*, vbi considerauimus legem nostram non sine mysterio locutam fuisse per verbum, vso, in sua dispositione, vt ex hoc intelligeremus de possessione tantum loqui, legem verò sequentem per verbum, *Costumbre*, locutam fuisse, per quod proprietatis denotatur †, vt est singularis doctrina *Baldi, in cap. cum Ecclesia, col. fi. extra de electio. quem sequitur Burgos de Paz in l. 3. Tauri. num. 1063. cum sequent.* & hi sunt veri & tenendi intellectus harum duarum legum: quibus sic obseruatis declaratur lex nostra & sequens per *tex. in l. 3. tit. 4. infra isto lib.* vt obseruanda hæc sint, quoties officia hæc † vacant per mortem, secus verò si per renuntiationem, vel priuationem vacarent, nam tunc populi ij prouidere eas non possent, nisi ob impedimentum aliquod esset renunciandum, nam tunc idem esset sicut si per mortem essent prouidenda talia officia, obseruatis tunc iis, quæ in eadem l. 3. disposita sunt, quæ singularis est, & iam semel habui in practica, vt dixi in dict. *Curia Pisana, dict. cap. 13. num. 7. vbi allegaui Gregorium in l. 3. glo. 2. titu. 19. p. 3. & Auend. cap. 10. prato. num. 2. & 3. lib. 1. de difficultate harum legum differentium: populi tamen dicta consuetudine vtentes, ne illudantur per tabelliones nominatos per eos, si renuntiaissent officia hæc ante nominationem, cogunt eos per scripturam publicam se obligare & confiteri, quòd officium illud habent à dicto populo, & quòd illud non resignabunt in aliquem nisi cum populi licentia, & in illum, quem ad hoc populus nominauerit, sed cum cautela hæc faciendæ sunt & consilio, nè videatur confidentia, quæ per pragmatikas nouas *De los officios de escriuanos, Madricij factas, reprobata est sub grauiibus pœnis, & sic lex nostra satis remanet declarata.**

S V M M A R I V M.

Lex nostra quoad proprietatem loquitur. numero 1.

Immemorialis consuetudo vim habet priuilegij. numero 2.

Scientia & patientia Regis non requiritur in immemoriali, sed in quadragenaria sic. num. 3.

Decem annorum spacio naturalitas acquiritur viuendo in aliquo loco. num. 4.

Vicinitas. l. 1. tit. 3. libr. 7. huius sufficit adquiri per habitationem decem annorum cum animo ibi remanendi, vel per contractum matrimonij. num. 5.

Lex 5.

Lex 5.

S V M M A R I V M.

S V M M A R I V M.

Observanda sunt privilegia & consuetudines immemorales civitatibus, villis & vicis eligendi ad officia publica concilij, vt ad Rectorias, Tabellionatus, Fidelitates, & Aconomos concilij, & alia similia officia; & prouisiones Regiæ, in contrarium concessæ non valent, lexque precedens in possessione intelligenda est. & in ciuitatibus, & populis vbi deficiunt dicta privilegia, vsus aut consuetudines, Regi soli pertinet hæc officia prouidere.

IBI, COSTVMBRE ANTIGVA, Pondera verba hæc multum, vt intelligas legem nostram quoad † proprietatem loqui, & sic quoad petitorium, vt diximus in lege præcedente.

¶ Ibi, Y guala al privilegio, & sic immemoralis debet esse, hæc enim vim † habet priuilegij, vt est *text. in cap. praterea. §. super quibusdam, extra de verb. signif. l. 1. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & esti. l. 15. tit. 3. p. 3. vbi glo. quod tempus sit hoc (examinat) vt immemorale dicatur, de quo & per Balbum de præscript. 2. p. princip. quæst. 2. num. 1. cum pluribus sequentibus, & melius per Aymon Crauet. in Tracta. de Antiquit. tempo. in c. incip. absolutis differentijs. num. 9. & per Couar. in cap. possessor. 2. par. §. 3. de regu. iur. in 6. vbi late de præscriptione immemorali, & centenaria: Et in hac immemorali non requiritur scientia † & patientia Regis, quia habet vim tituli & priuilegij, in quadragenario verò requiritur, vt inquit Couar. vbi supra, in initio partis. 2. num. 8. & diximus in l. 1. supra isto tit. & lib.*

¶ Ibi, La ley del Rey Don Alonso, quæ est præcedens, & in possessorio loquitur, vt ibi dictum est.

¶ Ibi Quede en nos, Regulariter enim ius eligendi rectores, tabelliones & alios concilij officiales in Rege residet, vt dixi in Rubr. tit. 25. lib. 4. sup.

¶ Ibi, Sean vecinos y moradores, idem disponit l. 1. tituli sequentis, vbi Deo volente dicemus.

¶ Ibi, Diez años, cuius spatium naturalitas † acquiritur, vt probat *text. in l. 2. & ibi glo. C. de incolis. lib. 10. tex. in l. 2. tit. 24. p. 4. & in l. 32. tit. 2. p. 3. & idem crederem si in loco illo matrimonium exterus ab eo contraxerit cum naturali & vicina, quia secundum dicta iura ex hac causa naturalitas adquiretur, dum tamen ibidem habeat animum remanendi, & itidem non sit extraneus à Regno: & dictas leges Partitarum allegauit Auenda. cap. 3. præto. num. 5. vers. naturalis autem. libr. 1. & Auiles cap. 17. Præto. in principio, fol. 159. colu. 1. vers. facit alia ratio, & ego in l. 19. titu. 3. lib. 1. supra, & ex ijs declarabis. l. 1. tituli sequentis, de vicinis loquentem populi illius, vt sufficiat † si naturalitas loci illius adquiratur per aliquem ex dictis modis.*

De lege 6. vide quæ diximus l. 29. titu. 25. lib. 4. supra.

Leges hæc in quo casu loquantur. num. 1.

Prælati si prouideat iure deuoluto, tenetur in fundatione seruare qualitates à iure requisitas. numero 2.

Idonei ad officia publica etiam si prouisi sint, si precio tamen vel dono aut promissione est facta eorum prouisio, nulla est. num. 3.

Emens officium priuilegio illius gaudere non debet. num. 4.

Populus Romanus nullo titulo venditionis suffragia concedebat. num. 5.

Officia Regia vendi non posse per legem nostram asserbat Tellius, & examinatur veritas in præfenti. num. 6.

Gabella an debeatur ex venditione officiorum publicorum decurionatus, tabellionatus & similibus. num. 7.

Simoniacum est beneficia Ecclesiastica precio, aut dono habere, & nulla est talis prouisio, sicut & prouisio officiorum publicorum sic habita nulla reputatur. num. 8.

Princeps omnia in derogationem iuris civilis concedere potest. num. 9.

Preces pro digno in electionibus beneficiorum Ecclesiasticorum licet simoniam inducant, non tamen nocent electo, quod secus in electione ad officia secularia publica. num. 10.

Iurandum est in renuntiatione beneficiorum Ecclesiasticorum nullam simoniam interuenisse. numero. 11.

Lex 7. & 8.

S V M M A R I V M.

Ad officia prouidenda per ciuitates, villas, aut populos libere non autem precio, dono aut prouisione sunt vota præstanda sub pænis legibus ijs statutis. Et lex 8. est septima confirmatoria & augmentatiua pænarum.



IBI, PORQUE LA AMBICION Y AVARICIA, quæ omnino fugienda est tanquam radix omnium malorum, vt diximus in l. 1. titu. 5. num. 2. cum sex sequentibus lib. 3. supra, sed videmus hodie sic ambitionem & auaritiam radicas non solum in inferioribus verum & in superioribus personis, quod vereor aliquod finistrum ob hanc causam successurum (quod Deus optimus maximus dignetur auertere). Quid enim sine precio conceditur? quid sine interesse? quid non corrumpitur auro? omnia iam precio æstimantur,

mantur, siue sint officia publica, siue non, siue administrationis, siue iurisdictionis.

¶ Ibi, *Que tuuiere voz y voto en concejo para elegir algunos officios de alguna ciudad, villa, o lugar, & sic leges hæ nostræ 7. & 8. quas commentamus loquantur, cum priuilegio aut consuetudine id habent ciuitatum rectores vel alia personæ, quæ gratis ¶ vota præstare tenentur, non verò precio, dono, aut promissione, quas leges ad hoc referens litteram nostræ legis 8. considerat Dida. Perez, in l. 22. titu. 2. libr. 7. Ordinam. pag. 409. vbi cum sequent aliquas quæstiones in nostrum propositum annectit, vbi in pag. 412. vers. omnia, inquit omnia requisita nostræ legis & sequentis esse seruanda in renuntiationibus officiorum publicorum, factis in manibus aliorum, quam Regis, virtute priuilegij aut consuetudinis, quia quamuis sit recessum à persona non tamen à forma, alioquin ad superiorem deuolueretur potestas ipsorum, ex glo. dispositione in Clemen. uni. de supplend. neg. prala. & ibi alia allegat, & faciunt dicta per nos in l. 8. tit. 2. 6. lib. 1. supra, quod etiam si prelatus provideat ¶ iure deuoluto capellaniam aliquam, tenetur in prohibitione seruare qualitates omnes in fundatione requisitas: Ex quibus infero non placere opinionem eiusdem Didaci Perez, vbi supra. pagi. 410. asserentis in col. 2. illius paginæ, & dicentis qd si idoneus & habilis sit electus ad aliquod horum officiorum publicorum à dictis Rectoribus & personis, quibus ex priuilegio aut consuetudine id competit, valere electionem, quantumuis eligentes præstiterint vota pretio, dono aut promissione aliqua, eo quod tunc deficit ratio præemialis dictæ pragmatice, quæ est l. nostra 8. scilicet, quod multoties indigni providebantur hac de causa, & sic cessante hac ratione, cessaret & eius dispositio, displicet enim mihi hæc opinio, & consequenter teneo, quod etiam si sint prouisi idonei pretio tamè vel dono pacto aut promissione interuenientibus, nihil valeat prouisio, ¶ & quod pænæ nostræ legis tunc incurruntur, nam non fuit principalis causa constituendi leges nostras illa scilicet, quod inhabilibus prouiderentur officia hæc, sed abusus vendendi vota hæc & electorum suffragia, vt apparet ex præmio nostra legis 8. quæ fuit Pragmatica Regum Catholicorum in volumine pragmatiarum per ipsum Didac. Perez collectarum, in pragmat. 65. *Que en toda dissolucion y desorden es venido el vender y comprar de los officios, & sic hoc voluit lex nostra prohibere, & confirmare dispositiones antiquas idem prohibentes, nam emens officium priuilegio ¶ illius gaudere non debet, ex text. in l. unic. C. de legatio. libro. 10. ad hoc relato per Rebus. in Tract. de nominatio. quæst. 5. num. 11. & incommoda magna, quæ ab inde Reipubl. proueniebant euitare voluit legislator, nam & habiles ad regendum si precio, dono aut promissione vota adquirunt hæc & officia, quomodo gubernare scient, cum malum principium habeant, peius medium, & pessimum finem censendum est habere, precio enim vendent, quod precio emerunt, & malè conscientiat præsumuntur, vt & alibi dicemus, & ideò leges nostræ in præsentem indistinctè intelligendæ sunt, & obseruandæ, præsertim cum dicta pragmatica loquatur per verbum, *Aunque non sit habil, quod verbum, habilem etiam com-***

prehendit, dictio enim illa. *Aunque*, Latine, quamuis, inclusiua est, aliorum casuum, non verò exclusiua, & id deducitur clarius ex conclusione petitionis, quæ generalis est, dum dicitur, in dicta pragmatica, *Porende que nos suplicaua y pedia (fiscalis, scilicet Regius) mandassemos proueer è remediar en lo suso dicho por manera que los dichos officios fuessen de aqui adelante mejor proueydos. e reassenlas ventus y conuenciones que se hazen en los auer*) ita quod duo ibidem petuntur, scilicet quod respublicæ essent melius gubernatæ, & quod venditiones & conuentiones cessassent, & cum rex ibidem & hic disposuerit conuentiones cessare debere, generaliter inter omnes eas prohibet, tanquam gubernationi rerum publicarum conuenientius & rectius, neque solum ad prouisionem inhabilium respexit, sed ad generalem conuentionum prohibitionem, velut ad immediatum remedium euitandi eas & melius gubernandi respublicas, & consequenter opinio dicta Didac. Perez, vbi supra, mihi non applaudet, & contra leges nostras & earum dispositionem esse credo, & sic cum ius suffragiorum olim populo Romano ¶ competebat, & in Magistratibus decernendis, & in legibus condendis & ferendis versabatur, nulli venditionis titulo suffragia super ijs concedebantur, vt testis est Iuuenalis, *Satyra decima*, dum dicit: Ex quo suffragia nulli vendimus, & refert Orosius, in l. de quibus. num. 153. col. 193. ff. de legibus.

¶ Ibi, *Que pierda*, Alios casus vbi amissioni officiorum locus datur retuli in l. 23. tit. 25. lib. 4. supr. & vltra hanc pœnam ex l. 8. sequente, quam hic commentamus, augetur, vt electio nulla sit, & alia continentur ibidem, cum sit dict. l. 8. suppletia nostræ legis. 7. ideo ambas in simul commentamus.

¶ Ibi, *Y como se manda por ley se faga*, quæ est l. 6. titu. 9. libr. 3. supra, vbi plura diximus, & in omnibus officialibus Barateriam committentibus hoc idem admittitur, secundum *Auend. cap. 2. prat. num. 18. lib. 1.* & sic in rebellionibus idem statuitur, *En el aranzol de los escriuanos publicos, lib. 4. supra.*

¶ In l. 8. ibi, *Vender. trocar. ni dar en pago*, ex ijs verbis Tellius, in l. 26. Taur. numero. 9. cum sequentibus. assererat hic esse legem probantem quod officia hæc iam vendi non possent per Regem ¶ nec per alium, sed vt inquit Cordoua, in *Summa. quæst. 117. & 134.* communis est in contrarium & opinio Tellij non est attendenda, prout non attenditur, de quibus dixi late in *Curia Pisana, de Decurio. libr. 4. cap. 7. per totum*, quæ hic repetere non est necesse, & nouissime tetigit Gutierrez, in lib. 2. *practic. quæst. 9. 64. & Humada, in l. 1. titu. 13. part. 1. glo. 3. per totam, vbi num. 3.* dubitauit an lex nostra. 8. hodie procedere posset cum praxi communi habeatur horum officiorum venditio, & inquit, legem nostram esse antiquatam & in nostro foro, obligare, qui quidem Humada, si perpenderit legem nostram esse confirmatoriam legis præcedentis, non vtiq; hoc asseruisset, nam cum lex præcedens loquatur, quoribus officia hæc per alios, quam per Regem prouidenda sunt, ex priuilegio aut consuetudine à talibus habituræ, & obtenturæ, quibus quidè personis non licet precio, dono,

pactione aut promissione vota sua prestare, & electionem facere personarum ad hæc officia lex nostra. 8. præcedentis confirmatoria & augmentatiua pœnarum in eadem materia est intelligenda & intelligitur, prout ex verbis eius clare patet, & itidem ex summarijs earum, & per consequens leges nostræ. 7. & 8. hodie in vsu sunt, & in foro fori, & Poli obligant & debent seruari, & in hoc nulli dubium, non enim loquuntur quando per Regem hæc officia dantur, venduntur aut donantur, nam circa prouisiones à Rege faciendas horum officiorum etiam virtute renuntiationum à particularibus personis ea possidentibus factarum, practica communis & doctorum opinio in suo esse remanent, vt hæc fieri possint per Regem, neque circa hoc leges nostræ hic loquuntur, sed vt dixi circa illa officia per vota particularium personarum, ciuitatum aut villarum prouidenda ex vi priuilegij, aut antiquæ consuetudinis, in ijs enim leges nostræ. 7. & 8. omnino seruandæ sunt in vtroque foro absque vlllo dubio, & licet principium nostræ legis. 8. generale videretur, restringendum tamen est ex sequentibus verbis, & ex lege præcedente, vt tota lex. 8. in officijs ijs per vota prouidendis per alios quàm per Regem ex vi priuilegij aut consuetudinis antiquæ intelligatur, nè demus legem confirmatoriam & pœnarum augmentiuam excedere terminos legis confirmatæ, cum id non sit in dubio censendum. Ex quibus omnibus idem *Humada, vbi supra, num. 8.* inquit, deberi gabellam ex venditione dictorum officiorum Decurionatus †, scilicet tabellionatus & similibus, licet tandem non videatur remanere cum hac opinione, sed cum contraria, scilicet, quod ex eorum venditione nulla debeat gabella, prout praxi communis videmus non peti nec deberi, & nouissimè, quasi hæc sint iura quædam incorporalia tenet Lafarte, de decima venditio. cap. 9. num. 43. & addo ego aliam vrgentem rationem ad hoc, scilicet, quod quamuis Rex vel particularis persona possidens aliquod horum officiorum, illud alteri vendat, nunquam fit venditionis mentio, sed per viam simplicis renuntiationis conceditur à Rege, & ad supplicationem renuntiantis Rex gratiam concedit & beneficium suum impartitur, vt renuntiatio effectû habeat, & cû ex gratia concedatur nimirû si gabella non debeat, neq; peti possit, prout quotidie videmus non deberi, neque percipi.

¶ Ibi, *Ni despues de auidos*, Intellige ex vi promissionis ante adeptionem factæ, hoc enim reprobatur, vt ex verbis ijs & præcedentibus clarissimè colligitur, & dixi de ijs promissionibus plura in l. i. num. 23. titu. 6. 3. supra, & *Mench. de Arbitra. iudic. casu. 342. num. 28.*

¶ Ibi, *Ni por virtud della, y prouision que sobre ella se diere, no se pueda tener ni ganar derecho alguno a los tales officios*, Idem in renuntiationibus & electionibus, & collationibus beneficiorum Ecclesiasticorum institutum est, & simoniacum † reputatur, cap. quam pio. 1. quest. 2. cap. cum pridem. & cap. si. de pact. cap. unico. vt ecclesias. bene. sine dimi. conf. text. cum glo. in cap. 2. de electio. in sexto. glo. in cap. ex parte. de offic. delegat. Rebus. in concordata. titu. de collatio. & in practic. benef. titu. de permu. num. 52. *Aymon, consil. 122. colu. 1. l. c. titu. 10. part. 1.* intellige tamen hæc & legem nostram in ijs verbis, quoties partes id inter se machinarentur, nulla habita superioris ratione,

secus verò si hæc partes fecerint, & conuenerint quatenus principi placuerit & non alias, nec alio modo, nam tunc si Princeps concesserit & confirmauerit valebit prouisio & confirmatio eius, Princeps enim omnia poterit † in derogationem nostræ legis & iuris positui concedere. cap. proposuit. de concess. preb. notat. *Didac. Perez. l. 22. titu. 2. lib. 7. Ordinarum. pag. 411. col. 1. versi. item quod, vbi inquit hæc verba, imò hodie officium tabellionatus & alia huiusmodi officia Princeps concedit ex renuntiatione, dato renuntianti certo precio, & ideocensentur bona patrimonialia, & compellitur quis vendere officium publicum, vt satisfiat creditoribus eius, & si pater emit tale officium imputatur filio in legitimum, & conferuntur, & æstimantur in bonis proprijs possessoris pro bonis firmis, & sic inquit Hispaniæ practitari apud supremos causarum iudices, vt & nos diximus in *Curia Pisana libro. 4. cap. fin.* hæc tamen dicta *Didaci Perez* intelligo vera ex lege nostra quoties talia officia habuit quis à Rege, hæc enim venduntur per possessores, & ea in emptores renuntiant renuntiatione ordinaria nulla facta in ea mentione de precio conuento, & rex admittit has renuntiationes & ad supplicationem renuntiantium ea prouidet illi, in cuius fauorem renuntiatio fuit facta, benè tamen scit Rex & intelligit esse vendita & precio habita: & validæ sunt similes prouisiones etiam si legi nostræ non derogetur, & censentur per Regem confirmatæ, quia per ipsum quotidie venduntur. In illis tamen officijs, quæ ex votis ciuitatum & villarum ac locorum & particularium personarum ex priuilegio vel consuetudine prouidendis alicui, si precio fiant renuntiationes & electiones, nisi Regi manifestetur, precio, scilicet pacto & promissione aliqua esse factum, nulla est Regis prouisio & confirmatio, & sic sunt verba nostri text. intelligenda & dicta per *Didac. Perez, vbi supra.**

¶ Ibi, *Y la persona que lo comprare*, Nihil distinguit lex nostra sit persona hæc habilis ad officium illud nec nè, sed indistinctè excludit omnes personas ementes precio, supplicatione, rogatu, vel dono officia, de quibus in nostro text. & sic lex nostra emptiones, dona, rogatus ac permissiones repellit & reprobat, ita (vt iam in hac diximus lege) quantumuis emptor ille, vel impetrator importunus sit habilis & idoneus ad illud officium, habeat locum dispositio nostri text. sicut si inhabilis esset, & hoc clarius deducitur ex verbis præcedentibus annullantibus prouisionem & receptionem tanquam falsis precibus impetratam, & licet obediantur prouisiones Regiæ non tamen exequuntur, etiam si ad rogatum aliorum id fiat, quod in ijs officijs secularibus in nostra lege designatis amplius quàm in beneficijs Ecclesiasticis dispositum reperimus, in quibus preces prodigno quamuis sint † prohibitæ in electionibus, & inducant simoniam, non tamen nocent electo, nec simoniacam electionem faciunt, secundum *glos. in capit. Moyses, verbo, Rogauerint. octaua, questione prima, capite, illud, iuncta prima glosa octaua, questione secunda.* & ibi *Archidiaconus capite, quibusdam, iuncta glos. actionis, prima, questione prima, que quidem considerabat Didac. Perez, in dicta lege vigesima secunda, titulo secundo, libro septimo Ornament. pagina 410. in fine*, pro sua opinione, quam hic in terminis nostræ

stræ legis refutamus, vt habilem ad inhabili pretio eumentem & habentē officia hæc dono, promissione, rogitu suo vel aliorum non distinguamus, quin prouiso sit nulla, vt dictum est.

¶ Ibi, *Aya perdido y pierda los tales marauedis*, idem in notarijs Ecclesiasticis venditis per possessores earum, dispositum fuit in concilio Prouinciali Compostellano Salmantica celebrato, Anno millesimo quingentesimo sexagesimoquinto; Actio.

tertia, Decreto vigesimoquarto, statutum est.

¶ Ibi, *Iure que no dio ni prometio*, idem in renuntiatione Beneficiorū Ecclesiasticorum † iurari solet & iurandum est quod libere sine vlllo precio & absq; labe simonię talis renuntiatione fit, ex *Regula. 8. cancella. Apof. Innocen. III.* quam ad hoc considerat *Didac. Perez, vbi supra, pag. 413. col. 1. in fine, cum sequet.* & sic quotidie practicatur in renuntiationibus beneficiorū ecclesiasticorū, & hæc pro hoc titulo.



TITULO TERCERO DE los Regimientos, juradorias, y los otros officios publicos de los Concejos.

CUM superioribus titulis dictum sit de concilijs, & seruanda consuetudine ciuitatum, villarum ac populorum & priuilegio prouidēdi officia conciliorum, nunc immeditate sequitur videre in hoc titulo de officijs ipsis rectorum & iuratorum ac aliorum publicorum concilij officiorum.

SUMMARIUM.

Naturales ciuitatum & villarum præferendi sunt in officijs publicis. num. 1.

Vicinus quis dicatur, remissiuè. n. 2. & quis naturalis.

In testibus testamentorum non requiritur vicinitas eorum strictè proprie sumpta, sed sufficit quod sic habeatur. num. 3.

Vicinus non reputabitur alicuius loci ille qui originarius si ibidem non habitet. num. 4.

Officia tabellionatus, an possint dari recepto in ciuem, qui naturalis non erat. num. 5.

Ciuis dicitur quis illius loci in quo domicilium habet. num. 6.

Alienigenæ regni per decennium in regno morantes possunt esse proxeneta in eo. num. 7.

Qualitatēs à lege nostra requisitas debet habere recipiendus ad officium publicum tempore quo recipitur. num. 8.

Lex Prima.

SUMMARIUM.

Officia perpetua ciuitatum, & villarum ciuibus & habitatoribus earum, vel saltem

Tom. 4.

naturalibus, qui ibidem venerint ad habitandum, & non aliter conferenda sunt, & hoc dicit secundum verum & litteralem intellectum.



BI, SALVO A LOS NATURALES DELLAS, QUE SEAN EN ELLAS VEZINOS Y MORADORES, allegat eam in hoc *Auenda. cap. 19. prato. nu. 17. in prin. lib. 1. naturales* & ipsarum † ciuitatum & villarum præferendi sunt, vt & in *lib. 1. tituli sequentis* disponitur, tanquam melius scientes idioma, consuetudines, & statuta ipsarum ciuitatum & villarum, & quos amor patriæ, & descendendum suorum impellet ad rectè officium gerendum, prout in multis alijs, quæ retuli in *l. 14 num. 50. tit. 3. lib. 1. supra*, idem in fauorem naturalium regni statutum est, & originariorum particularium locorum. Est tamen aduertendum, q̄ non sufficit in casu nostræ præsentis legis esse naturales, sed & insuper vicinos & habitatores, vt ex verbis sequentibus patet, *Que sean ellos vezinos y moradores*, & probatur clarius ex *l. 5. titul. præcedentis*. Et quis dicatur vicinus, præter † Barto. & alios relatos per Burgos de Paz, in *l. Tau. num. 363. vbi allegat Signorol. de Homodeis, consi. 32. id late tractantem in num. 364. inquit ipse Burgos, vicinum illum dici, secundum loci consuetudinem, qui de eadem est contracta, ex l. cum delanios. §. A sinam. ff. de fundo instrue: & sic, qui maiori parte anni ibidem domicilium habuerit, vt ex dicta. l. cum delanionis. §. Sabinus. notat *Auend. cap. 3. pratorum. num. 5. versic. dicitur autem, vicinus, libr. 1. vbi & in versic. sequente* declarat quis dicatur naturalis, & allegat de ijs *Boeri. decis. 13. per totam*, neque requiritur ita stricta & vera vicinitas, vt omnino constare debeat, receptum fuisse in vicinum à concilio populi illius & iudiciuisionem dedisse de stando ibidem per decennium & soluendi onera & tributa vicinis imposita, sed sufficere quod in loco illo vt vicinus habitauerit & habitat, pro talique à populo censetur, & communi æstimatione reputeretur, prout*

N 3

in

3 in testibus testamentorum † nuncupatorum inquit optime *Burgos de Paz, ubi supra, num. 367.* ita quod sit ciuis prout ex consuetudine vulgi assumitur, ex dict. § *Asinam, & ex l. librorum. §. quod tamen Cassius. de legat. 3.* quod & suadetur secundum *Burgos. ibidem num. 368.* quia hoc verbum vicinus, iure cauetur esse explicandū communi vsu loquendi, vt sat constat *ex l. sed si accepto. ff. de iure fisci, & melius in l. vt Alphenu. ff. de verb. signif. ubi Rebus. & sic tenet Barto. in l. si tertius. col. 1. ff. de aqua plu. arcend. & consequenter Adoptatus manumissus, seu originarius*

4 propria aut paterna † origine non iudicabitur vicinus in hoc casu, neque poterit dici vicinus, prout in propositum nostræ legis eam allegando inquit idem *Burgos, ubi supra. num. 369. cum sequentib. & probatur ex l. nostra, dum in fine disiunctiue loquendo, inquit originarium venientem ad habitandum in populo posse eligi in officialem publicum perpetuum dicti populi, in quo distinguit illum à vicinis, prout eam in ijs verbis optimè considerat Burgos, ibidem num. 371.* Item & ex ijs verbis habes notare, quod cum text. noster requirat esse vicinos & naturales, non poterunt dari officia hæc recepto in ciuem nisi naturalis sit †, secundum *Pelaez, de maior. 1. par. quest. 51. num. 28.* & sic recipiendus in officio aliquo publico & perpetuo alicuius loci debet probari quod est vicinus & naturalis illius loci & habitator eius, vel saltem naturalis ex origine paterna veniens ad ibi habitandum, & insuper quod est idoneus ad officium illud, & ipse vel eius antecessores nunquam fuerunt puniti ab officio sanctæ inquisitionis, neque infamis est aut vilis mercator vel aliud vile officium exercens tunc temporis, licet hoc de naturali non ita exacte requiritur in practica.

¶ Ibi, *Oseyendo naturales*, ex hac disiunctiua, O, Latine, aut, colligitur clarè hic esse text. probantem naturalem alicuius loci & originarium eius non esse eiusdem loci ciuem, prout in glo. præcedente dictum est.

¶ Ibi, *Asazer morada en ellas*, idem dicere de illo, qui naturalis neque ciuis est, in loco tamen illo per decennium habitauit, cuius virtute ciuitas acquiritur, vt ex text. in l. 5. in fin. tit. præcedentis

6 clarissimè colligitur: Nam ciuis dicitur † quis illius loci in quo domicilium habet, vt per *Zephalum, consilio. 424. num. 51. volum. 3.* & notat in propositum nostræ legis *Auend. cap. 19. prator. num. 17. lib. 1. & Burgos de Paz, ubi supra, num. 372. ex text. in l. 2. in fin. tit. 24. par. 4. & in l. 32. titu. 2. p. 3. & Socin. Iun. consil. 7. num. 6. lib. 2.* Imò & ex his legibus idem iudicarem in eo, qui matrimonium in loco contraxit animo ibidem permanendi, cum ex dictis iuribus per matrimonium contractū ciuitas acquiratur. Ex quibus inquit *Burgos de Paz in dict. l. 3. Tauri, num. 373.* auditu se percepisse, quod licet nullus in regno proxeneta esse possit, nisi sit regni naturalis, tamen alienigenæ per decennium

7 † in regno commorantes sunt admittendi ad dictum officium, & sic ijs attentis cessat doctrina Baldi relata per glos. *Verinos, in l. 2. titu. 19. part. 3.* Insuper notandum est quod qualitates has à nostro text. requisitas debet habere recipiendus ille ad officia hæc perpetua, tempore quo assumitur ad illud officium † secundum *Bartol. in l. Impuberem. ff. de falsis. & Suarez, alleg. 12. fol. 147. pagin. 2. in me-*

dio in antiquis, imo & non sufficeret qualitate illam superuenire officio durante, quandoquidem statim exercendum est officium hoc, ex doctrina *Bart. in l. excusantur, in princ. num. 10. ff. de excusa. tuto. & ex dictis per Gutierrez consil. 1. & alibi nos dixisse latius meminimus.*

S V M M A R I V M.

Expedi Regi & Regno non per exteros, sed per Regnicolas regi. num. 1. & num. 2. ad officia publica ampliat. & num. 3. idem in Francia dispositum est.

Exteri à regno qui dicantur. num. 4.

Lex 2.

S V M M A R I V M.

Exteri à Regno non possunt in eo obtinere officia iustitiæ neque Rectoria ciuitatum & villarum, neque gubernationis earum, neque vecaria, piscaria, nec frumentaria & similia.

IBI QUE SEAN ESTRANGEROS DESTOS NUESTROS REYNOS, expedit enim Regi & Regno non per † exteros, sed per Regnicolas Regni ciuitates & villas gubernari, tum nè Arcana Regni publicentur per exteros tales, tum etiam ob amorem Regnicolarum Regno & suis adhibendum, & ipsorum cum eis, nam vt alibi dixi, facilius quis conuertatur cum cane suo, quam cum homine extero, & facit illud *Ecclesiæ. cum extero non facies consilium, nescis enim quid pariet, diximus. l. 14. tit. 3. lib. 1. supra, num. 19. 20. & 26. cum sequentibus & num. 31. ubi in num. 50. nostram legem allegaui, & Auendañum eam allegantem & considerantem, & in l. 1. titu. sequentis, hoc ad omnia officia publica † ampliat, 2 & in dict. num. 50. alia accumulauit exteris à regno prohibita. Et idem quod in nostra lege est etiam Franciæ † lege dispositum, secundum *Rebus. in. 2. 3 tomo, constit. Francia. tit. de liter. natur. glo. 2. per totam, ubi inquit & declarat, qui sint exteri † & diximus 4 latè quo ad beneficia ecclesiastica in l. 19. titu. 3. lib. 1. supra, & in Cantabria idem disponitur in l. 6. tit. 1. sui fori.**

S V M M A R I V M.

Spectatiuæ officiorum reuocantur ne detur votum captandæ mortis. nu. 1. nisi de patre ad filium, ibi, & num. 2. quid è contra.

Dispositum in vno ex correlatiuis censetur & in alio. num. 3.

Lex 3.

S V M M A R I V M.

Spectatiuæ ad officia publica secularia danda vel concedendæ non sunt nisi tantum

tum de patre ad filium: Et regie prouisiones in contrarium date & concessa reuocantur & annullantur, etiam si interueniat secunda insio.

Prouisiones dantur in regio senatu ne quis duo officia incompatibilia obtinere possit. n. 16.

Lex 4.

S V M M A R I V M.

Rector vel quilibet concilij officialis non potest habere in concilio ultra vnum officium: neque duas rectorias in diuersis locis, neque alia in lege nostra prohibita obtinere sub eius pena.

LBI, NI DAR PARA ELLO SPECTATIVAS DE OFFICIOS ALCAYDIAS NI REGIMIETOS, & hoc ne detur votum captandæ mortis, nam spectatiuæ istæ dabantur officiorum nondum vacantium, quod quia periculolum erat vitis ea possidentium officia, in præsentis iure optimo ¶ reuocantur, sicut in beneficijs Ecclesiasticis erat dispositum & reprobatum, ex c. ne captandæ, de concess. prob. & ex alijs pluribus iuribus per me relatis in l. 13. tit. 10. lib. 5. supra & ex Socino, notabat glos. fi. l. 3. tit. 5. p. 5.

¶ Ibi, saluo de padre ahyo, in quibus nulla dari potest sinistra suspicio, quia meliorem amicum nemo habet quam patrem, & coniunctio hæc patris & filij nihil mali suspicari permittit: Sed an idem erit 2 de contra de filio ad patrem, ¶ & crederem quod sic, quia eadem datur ratio, cum sint vna caro & carnis suam nemo odio habuit, & pater & filius pro vno capite computantur secundum glos. l. 2. C. qui arare, libr. 10. notab. secundum Bal. in l. etiam col. pen. C. de execu. rei iud. Alex. conf. 48. num. 2. vol. 1. & ibi additio, & dispositum in vno ex correlatiuis censetur, & in alio dispositum, ¶ vt per Euerard. in centuria in c. a natura correlatiuorum, & faciunt etiam quæ diximus in l. 1. tit. lib. 2. supra. num. 2. & hanc credo 3 veritatem licet à nemine viderim consideratum in propositum nostræ legis.

LBI, MAS DE VN OFFICIO, duos enim simul honores quis capere ¶ non potest, ¶ ut l. libertus. §. prescriptio. ff. de mu. & honor. & l. si. C. de assessor. l. quisquis. C. de postulan. l. hac parte. C. de proxi. sacro. Scrinii. lib. 12. l. 1. C. de mun. non conti. lib. 10. quæ iura ad hoc allegat glos. in prag. sancti. tomo. 1. titul. de callario. §. cui rei, glo. pluralitatis col. 2. fol. 170. in paruis, vbi id præsertim procedere ait, quoties per actum ¶ vnus impeditur exercitium alterius, facit qd 2

notatur in l. a Decurionatu. ff. de vacati. mu. & hoc est quod dicit glos. Dos officios. in l. 60. tit. 5. p. 1. quod si duo officia habent administrationem ambo obtineri non possunt, cum Io. de Placca, in l. 1. C. de dignita. li. 12. & regulariter verum est, quem non posse duo officia gerere nisi ex causa, secundum glos. in c. ex literis, de probatio Feli. tamen ibi. n. 10. inquit, quod in iurisdictione contentiosa ¶ non potest quis voces plurium 3 obtinere, secundum specula. tit. de assessores. §. fin. quia non potest ¶ esse aduocatus & assessor, secundum 4 Bart. in l. iubemus, la. 1. C. de sacro. Eccles. secus vero in voluntaria iurisdictione ¶ vbi non est impedimentum iuris vel facti, in eo enim potest quis duplici officio fungi, ex l. si consul. ff. de adoptio. vbi Bar. & Humada. in d. l. 60. tit. 5. p. 1. ego tamen ¶ siue in voluntaria siue 6 in contentiosa iurisdictione dicerem, quod vbi per legem prohibitum est duo officia habere siue administrationem habentia siue non, siue sint compatibilia siue non, seruanda est omnino legis dispositio vbi verò non esset lex prohibens duo officia infimal obtineri, si incompatibilia non sunt bene possunt in eodem subiecto concurrere, sed si compatibilia essent exercitiumque & administrationem requirerent, prout in assessore & aduocato, nullo modo obtineri possent vt & diximus in Curia Pisana de Decurio. lib. 2. cap. 22. sic & in officijs & ¶ beneficijs 7 ecclesiasticis pluralitas reprobata est, vt per glos. prag. sanctio. vbi supra & Ogedam, in tracta. de benefi. compati. & incompati. & horum ratio est, quia vicem duorum vnus gerere non potest. l. si plures. ff. de pactis, glos. per text. ibi in verbo consistentes in auro. vt deter. sit num. cleri. col. 1. vnumquodq; enim opus melius perficitur dum circa vnum intenditur, quam dum circa 8 plura, ¶ secundum Aristotel. 1. metaphysi. bonus rex. in c. diuersis fallacijs, de cleri. coniug. dicens diuisum in duo plenam sui non habere potestatem, & ibi glos. & sic quis non debet diuersis fungi officijs, vt late ultra dictos per Pet. Antiboli, in tract. de muner. & honor. c. 3. num. 61.

¶ Ibi, si tomaren otro officio, que pierda e l que primero tenis, y no se aya mas, idem probat text. & ibi Bart. in l.

S V M M A R I V M.

Duos simul honores quis capere non potest. n. 1. & 2. declaratur.

Voces plurium obtinere non potest quis in iurisdictione contentiosa. n. 3. secus in voluntaria. nu. 5. & n. 6. opinio auctoris.

Aduocatus & assessor non potest quis esse. numero 4.

Pluralitas etiam in officijs & beneficijs Ecclesiasticis reprobata est. nu. 7.

Vnumquodque opus melius perficitur dum circa vnum intenditur quam circa plura. n. 8.

Intelligitur versiculus, y si tomaren otro, nostri text. in. n. 9.

Possessor duorum officiorum poterit renuntiare vnum, etiam si sit lapsus terminus nostri text. & euitabit penam. n. 10.

Dictio, usque, in presenti exclusiue ponitur. numero 11.

Dictio, despues, Latine postquam, excludit precedentia. nu. 12.

Mensis, quot dies habeat. nu. 13.

Iudex & tabello an possit quis esse. n. 14.

Pœna etiam vbi ipso iure incurritur, declaratio requiritur. nu. 15.

Tom. 4.

N 3

in l.

in l. quisquis. C. de cohortali. lib. 12. & glo. prag. sancti. in
 tit. de collatio. §. cui rei, verbo pluralitatis fol. 170. tomo. 1.
 in paruis & probat tex. in c. ut quis. 25. de electio. in 6. not.
 Dida. Perez. l. 22. pag. 411. col. 2. vers. quid autem, tit. 2. li.
 7. Ordin. & ex ijs verbis & præ maxime iuncta secū-
 da & finali dispositione nostri tex. infero, intelle-
 ctum assignatum per Dida. Perez. in l. 1. tit. 5. lib. 2.
 Ordi. col. 428. relatum & secutum per Humada, in d.
 l. 60. tit. 5. par. 1. glos. 3. non posse compati ad hæc
 verba, dum dicunt, quod hæc verba intelliguntur
 quod non vacat statim primum officium, sed demū
 si post requisitionem labantur duo mēses, nam ver-
 9 ficulus hic, † nullum terminum constituit, sed po-
 tius vult quod perdet primum sine temporis præfi-
 xione, dum dicit, pierda el que primero tenia y no le aya
 mas, præsertim iunctis verbis præcedentibus, y si
 somare otro, quæ verba tempus apprehensionis con-
 siderant & non ultra quid, & qualitas adiuncta ver-
 bo debet intelligi secundum tempus verbi, ita vt
 statim quod secundum capit. perdit primum, in eo-
 dem concilio habitum, & in hoc casu nullus termi-
 nus assignatur, prout assignatum repetimus quo-
 ties in diuersis cōciliis & locis quis insimul adipis-
 citur duo officia, vel vnum habes adipiscitur aliud
 in alio diuerso loco, in hoc enim casu lex nostra in
 finali dispositione terminum assignat, & itidem in
 secunda eius dispositione in vers. y mandamos, dum
 de rectoria & tabellionatu illius loci loquitur,
 duos menses constituit lex nostra post requisitio-
 nem labendos, quod non fecit in dicta prima eius
 dispositione, & sic non censentur constituti, crede-
 rem tamen verum, quod cum verbum, pierda, nostri
 tex. Latine amittat vel perdat, non sit latæ sententiæ,
 sed ferendæ, vt per Tiraq. l. si vnquam. verbo reuertatur,
 numero 51. cum. 5. sequentibus, interim quod non pri-
 uatur primo officio poterit eius possessor illud re-
 10 nuntiare † & euitare pœnam, etiam si sint lapsi duo
 menses & plus, antequā priuetur primo officio, non
 tamen erit necessaria requisitio in primo hoc casu
 huius legis vt possit obtinens duo, primo priuari, &
 declarari illud amisisse: sicut requiritur in duobus
 sequentibus casibus, eo quod in eis sic reperimus
 dispositum, nisi velis hunc primum casum per se-
 quentes intelligere & declarare, est tamen nimis
 legem nostram supplere, & declarare ac restrin-
 gere.

¶ Ibi, *Fasta dos meses*, non credo inclusiue poni
 11 in præsentis dictionem hanc, *fasta*, † Latine, vs-
 que, cum pœnalis lex sit, & magis adhæreamus sic
 dispositioni & regulæ iuris, quod dies termini non
 computatur in termino maxime attenda illa dictio-
 ne, *Despues que fuere requerido*, quæ dictio *despues*,
 12 excludit præcedentia, † vt dixi in mea Curia Pifa-
 na de decurionibus, vel si dies ille esset computan-
 dus, computaretur de momento ad momentum,
 vt in eadem curia diximus. Et mensis quot dies ha-
 13 beat, † vide *Lauren. silua. in tract. de feud. recog. q. 11. fo.*
74. p. 1. vol. 10. trac. diuer. DD. & Manoch. de Arbit.
 14 *iudi. lib. 2. cent. 1. casu. 30.* & an possit quis esse iudex †
 & tabellio vide *Detium. conf. 42.*

¶ Ibi, *Por el mismo hecho*, & sic ipso iure ita quod
 lapsis illis duobus mensibus ipso facto vacent offi-
 cia, hæc tamen licet ita sint, declaratio amissionis
 requiritur, id enim regulare est, vt in libro. 4. supra
 diximus apponendo regulam, scilicet quod etiam
 15 vbi pœna incurritur † ipso iure declaratio requiri-

ritur pœna incurse.

¶ Ibi, *Tansi mismo mandamos*, vsq; nunc lex hæc in
 præcedentibus duobus casibus locuta est, cum duo
 officia in eodem consistorio, vel in eodem populo
 possidentur contra tenorem & dispositionem nostri
 tex. In hoc verò versiculo vsque in finem loquitur
 lex nostra, quoties quis duas rectorias in diuersis
 locis obtinet & possidet, quo in casu si post requi-
 sitionem possidenti factam, vt vnam dimittat, duo
 menses labantur absque vnus renuntiatione, am-
 bæ rectoriæ remanent ad prouisionem regis, & hoc
 est quod dicebat Bart. in *l. duum virum C. de Decuri.*
lib. 10. & dixi in dicta Curia Pisana de Decurioni. lib. 2. ca.
 22. per totum. Et sic ex cap. 54. curiarum de Madrid. anni.
 1578. dantur prouisiones in regio senatu, ne quis
 duo officia incompatibilia † obtinere possit. 16

Lex 5.

S V M M A R I V M.

*Pater & filius, vel alia dua persona non
 possunt vnum & idem officium habere &
 facultas regia in contrarium lata nulla est.*



Bi, *IVNTAMENTE*, ex ijs verbis &
 ex præcedentibus & sequentibus cla-
 rissime colligitur legem nostram tunc
 demum procedere, cum pater & fi-
 lius vel alia dua quælibet personæ
 vnum & idem habent officium, ita
 vt alternatim illi seruiant, quasi secus si vnusquis-
 que eorum de per se duo possiderent officia, vnus-
 quisque suum, hoc enim non est ex lege nostra ne-
 que ex alia prohibitum, vt latius considerauim in d.
 Curia Pisana, lib. 4. cap. 1. numero 2. & 3. idque clarius
 colligitur ex tex. nostro idem in aliis quibuslibet
 personis, quam patris & filij, disponente.

S V M M A R I V M.

*Rektor potest abesse à ciuitate, soluet tamen nostra
 legis pœnam. n. 1. & n. 2. an possint acceptare of-
 ficium extra terminos ciuitatis. n. 3.*

*Decurio habitans in rure potest cogi redire ad ciui-
 tatem. n. 3.*

*Decurio absens non est tutus in conscientia, neque
 alij ei consentientes. n. 4.*

Lex. 6.

S V M M A R I V M.

*Rectores absentes nihil lucrari possunt, nisi
 in casibus hac in lege contentis & declaratis.*



Bi, *O ESTVVIERE AVSENTE NO SEA
 PAGADO DE SV SALARIO*, hic videtur
 tex. probans, quod rektor potest abesse à
 ciuitate † cū incurfione huius pœnæ, lex enim nostra
 sola hac pœna amissionis salarij cōtentatur, ergo ea
 soluta

soluta ab esse potest, & sic probat *lex, si quis Decurio*,
le. 1. C. de Decurio. lib. 10. notabilis secundum Bar. ibi:
 quod consiliarij non debent recedere à ciuitate sine
 licentia alijs puniuntur, siue velint recedere causa
 legationis siue rei propriæ, & ob id non possunt
 2 acceptare aliquod officium † extra terminos suæ
 ciuitatis *l. curialis vltra terminos. C. de Decurio. lib. 10.*
 ex quo inquit *Bar. in l. 1. ff. de Decur. quod Decurio*
 3 habitans in comitatu vel rure cogitur redire † ad
 ciuitatem, & habemus de hoc *tit. C. si curiales de relic.*
ciuit. rus habit. malu. lib. 10. quem ad hoc allegat Pe-
trus Rauena, sing. 834. quidam mihi dixerat, vt ibi
 inquit, quod reuocari, grauari & puniri poterit, &
 faciunt dicta pro *Auiles. c. 54. prat. gl. partiere. nu. 2.*
 quem & alia allegati in *d. Curia Pisana, de Decurio. li.*
 3. c. 2. vbi & dixi quod licet lex nostra solum salarij
 amissionem imponat, non excludit quin non possit
 per iudicem sub alijs pœnis talis rector absens à ci-
 uitate, compelli in ea residere, & iuste, nam & re-
 4 ctor talis absens † non est tutus in conscientia, ne-
 que alij rectores id permittentes, vt inquit *Eordoua,*
in summa. q. 55. per totam, sed hæc parui penduntur
 per eos & alios exactiorem rationem reddituros
 penos summum iudicem: & circa hæc nostræ legis
 verba vide *Auenda. c. 3. prato. n. 3. li. 1.*

S V M M A R I V M.

Officia iurisdictionis vendi & emi non possunt.
 numero 1. & omni iure prohibutum est vt
 ibi.

Contra euentem hæc officia præsumitur omne ma-
 lum. n. 2.

Simonia & maximum ambitionis committetur in
 emptione officiorum etiam secularium. n. 3. &
 5. & ibi quomodo tunc committitur.

Paria sunt vendere iustitiam & committere simo-
 niam. n. 4. imo vt ibi grauius est vendere iusti-
 tiam quam præbendam.

Culpa tanto grauior est quanto res in qua commit-
 titur est sanctior. n. 5.

Ea quæ sunt publici iuris æstimari non possunt. nu-
 mero 6.

Titulus ad l. Iuliam de ambitu an habeat locum in
 Papa vel Rege. 7.

Officia iustitiæ cum veniunt cum vniuersitate &
 sic cum populo vendito optime fieri potest. nu-
 mero 8.

Ius patronatus transit cum vniuersitate vendit. nu-
 mero 9.

Officia iustitiæ neque locari possunt. n. 10.

De iure diuino non reperitur expresse prohibita offi-
 ciorum venditio. n. 11.

Ambitus quod de iure civili dicitur, de iure canonico
 vocatur simonia. n. 12.

Emptor horum officiorum eorum priuilegio gaudere
 non debet. n. 13.

Emptor horum officiorum infamiam incurrit, &
 item esset damnandus inhabilis perpetuo ad illa.
 num. 14.

Lex 7.

S V M M A R I V M.

Nulli officium iurisdictionis vendatur,
 & nullus emat sub pœnis in hac nostra &
 alijs legibus descripta.

NBI, VENDER NI COMPRAR OFFICIO DÈ
 IURISDICTION, vt est officium correcto-
 ris, † iudicis, aut gubernatoris alicuius
 ciuitatis aut populi, vt in *auth. vt iudi. sine*
quo sus. § hac autem colla. 1. glos. in l. 2. de murilegul.
li. 11. tex. in ca. cum ab omni, de vita & hon. cleri. de
 quo latissime agitur per *Benedic. in c. Raynuntius, ver-*
bo duas habens, num. 52. cum sequentibus, & omni iure
 id prohibitum esse testatur, *Socin. conf. 146. volu. 1.*
 & tradunt plures relati per *Auenda. responso. 9. nu.*
 1. & id in Francia esse vetitum inquit *Rebuf. in 2.*
tomo consti. Fran. titu. de magis. Artium articulo. 3. glos.
vni. & in 3. tomo. titu. de salarij taxatio. artic. 1. glos.
vna, num. 7. cum sequentibus, & itidem Neapoli. vt per
Afflictis, in constit. Sicilia. rubric. 60. §. 1. num. 2. con-
 tra euentem enim hæc iurisdictionis officia, præsu-
 mitur † omne malum, secundum *Bar. & Plat. in l.*
vna. C. de murileg. lib. 11. neque enim, vt inquit ipse
Bar. relatus per Oroscium, in l. Barbarius. num. 8.
col. 393. ff. de offi. prato. iurisdictiones venales esse
 debent, imò & in emptione etiam horum officio-
 rum secularium iustitiæ simonia, & maximum vi-
 tium ambitionis committitur, † secundum supra-
 3 dictos Doct. & maxime *Rebuf. in d. tit. de salarij taxa-*
tio. art. 1. glos. vna. num. 11. nam vt ibi dicit. num. 7.
ex Casador. lib. 6. Epistol. varia. Epif. 21. paria sunt
 vendere iustitiam, & simoniam † committere. *cap. 4*
accepimus, in fin. de purga. cano. imo grauius esse dicit
 ibi *Rebuf. vendere iustitiam, quam præbendam,*
 quia Christus est iustitia. c. existimant. 11. q. 3. &
 culpa tanto grauior est, quanto res in qua commit-
 titur est † sanctior vt ait *Boeri. relatus per Lucam*
 5 *de pen. in l. 1. colu. 19. C. de desertori. li. 12. & hoc*
 cum iudex vendit iustitiam, vt ibi loquitur *Rebuf.*
 qui quidem iudex secundum eum ibi simoniacus
 hæreticus vocari potest: nos autem loquimur cum
 venditur officium iustitiæ, & adhuc tunc simonia
 committitur, vt ibi per *Rebuf. n. 11. cum 2. sequentib.*
 vbi tres casus constituit, primus, quod officium
 iustitiæ emi non debet, & emens simoniacus est, vt
 & per *Syluest. in summa, verbo, simonia num. 9. ad fi-*
nem: secundus quod non licet dari iudici pecuniam
 etiam in causa iusta, vt in mei fauorem sententiam
 ferat, sic enim corrumpi videretur. *l. 2. in fi. ff. de*
cond. ob turp. causam, & an sit hoc simoniacum, vide
Syluest. vbi supra num. 10. tertius, quod licet iudici
 non habenti aliunde stipendia pro labore aliquid
 recipere, vt ibi per *Rebuf. & primus casus nostræ*
 legis materiam concernit, & ratio eius est, secun-
 dum *Auend. d. respon. 9. num. 2. versic. & ratio, quia*
 ea, quæ sunt publici iuris non † possunt æstimari
 6 tanquam deficiat pars substantialis venditionis, vt
 not. *Barro. in cap. 1. §. eadem lege, de lege Conradi. in vsi.*
feud. & in c. 1. §. ad hæc, de pace iur. fir. & ob id vide-
 tur impossibile horum officiorum venditio: sed

melior ratio est, ob maximum damnum Reip. emi-
nens si venderentur officia iustitiæ, quis namque
empror esset, qui quod pretio emit, pretio non ven-
deret: Item inhabiles & infimi homines, diuites
tamen, emerent hæc iurisdictionis officia, habiles
verò, & idonei & benemeriti ob paupertatem reij-
cerentur. Item & ambitionis vitium introducere-
tur, quod est maximum & reip. perniciosissimum,
de quo conqueritur in propositum, *Iodocus, in sua
practica, tit. 131. de emprio. officio. per totum*: Sed quot
nunc vendantur officia per correctores populor-
um. vt emprores pro suis nominent locum ten-
entibus, suo tempore patebit, & nunc etiam ma-
nifestatur, ob hoc enim & hisce de causis idiotas se-
cum ferunt, qui iustitiam facere nesciunt, neque
audent multoties ex quo multa imminere credo
mala, nam vt inquit *Ripa, in tract. de peste* ex mala ius-
titiæ administratione pestes oriri solent: & ideo
deberet maxima super ijs inquisitio fieri, & emp-
tores & venditores perpetua infamia essent notan-
di, & alijs legum pœnis afficiendi, & tempore quo
ad officia prouidentur id deberent iurare, & lege
Regia esset cauendum, vt in conscientia vendito-
res essent adstricti precium restituere cuidam loco
aut operi publico, & emprores precium istud ad
hunc effectum perderent, neque in conscientia pos-
sent redditus ac emolumenta ex officio illo adqui-
sita sua facere, sed in bonum commune talis popu-
li essent conuertenda & expendenda, & alijs etiam
pœnis fisco & denunciatori ac iudici talis causæ ap-
plicandis afficerentur, ita vt iam quòd timore con-
scientiæ non abstinuissent, saltem formidine pœne
temporalis sese refrœnarent à similibus abusus
delictis & peccatis: Et idem etiam esset prouiden-
dum contra correctores iura & salaria officialium
suorum in parte vel in toto percipientes, nam &
hæc est quedam officiorum palliata venditio: quæ
si ad aures nostri Christianissimi Regis ac domini
peruenissent, non dubito quin ea mederi iussisset. Et
7 an in Papa vel Rege habeat locum titulus † ad l.
Iuli. de ambitu, vide *Barbat. in c. ex parte, de offi. del.
n. 14. & Abb. consi. 54. volu. 2. num. 12.* Dubitari
tamen potest, nam nonne videmus quotidie vendi
officia iustitiæ cum venduntur villæ cum omni iurisdictione
mero & misto imperio, quomodo hoc
fieri potest, in quo dicendum est, ideò id fieri quia
8 venduntur † cum vniuersitate, & sic nimirum quòd
cum ea transeat iurisdictione & iustitia, veniunt enim
quasi in consequentiam, sicut & cum venditur vni-
uersitas quædam in qua adest ius patronatus, quod
quidem alias vendi non potest, vt in c. de iure de iure
patronat. & tamen cum vniuersitate vendita tran-
9 sit, † vt in cap. ex literis, de iure patrona. nisi specialiter
excipiatur, vt in c. cum seculum, & in c. ex literis, eo.
tit. & voluit glos. fm. inc. cum Bertoldus, de re iudi. & ita
respondit *Afflict. in d. lib. 1. constit. Sicil. rubrica. 60.
s. 1. num. 3.* & late etiam de ijs tradit *Matienzo, in
dialogo relatoris parte. 4. cap. 10. num. 7. vbi num. 10.*
rationem etiam ad hæc annectit, & tradit *Nauarrus,
in manuali Latino. cap. 25. nume. 7. per totum.* Imò
10 neque † locari possunt officia iustitiæ, ex l. sequente,
& ex l. 1. tit. 11. lib. 3. supra & de ijs itidem dixi in
l. 13. tit. 10. lib. 5. supra. Est tamen notandum, quòd
11 licet hæc officia iustitiæ vendi non possint, de iure
tamen diuino non reperitur † id expresse prohibi-
tum, secundum *Bal. in d. l. Barbarius, ideò de facto*

maxime à Papa vel Regibus vendi solent, vt sunt
recloriæ & notariæ secundum *Auenda d. respon. 9.
num. 2. versi. & licet, de quo alibi latius, & vi-
denda est etiam de ijs, decisi. 749. Francisci Marci, in
propositum multa dicentis.*

¶ Ibi, *So las penas contenidas en las leyes de nuestros
reynos, Leges has regni nostri nondum reperij, nisi
dixeris esse l. 7. & 8. tit. 2. supra isto lib. licet dici
possit in differentibus casibus loqui, & si ad has
dixeris non referri, fateor me vsque nunc alias non
reperisse: de iure tamen communi habemus tit. ad
l. Iuli, de ambitu. nam id quòd de iure ciuili Ambi-
tus vocatur, de iure canonico simonia dicitur, †
quando ambitus committitur cum pecuniaria
munerum redemptione, secundum *Bar. in l. 1. ff.
ad l. Iuli. de ambitu, Matienzo, in d. c. 10. num. 8. de
quibus per Iodocum, vbi supra. num. 11. & ideò
quæres, quæ sint hæc leges ad quas nostra se refert:
sed vltra alias pœnas est vna, scilicet, quòd empror
taliū officiorum iustitiæ † eorum priuilegio gau-
dere non debet, secundum *text. in l. vniuersi. C. de
legatio. lib. 11. ad hoc allegatum per Rebuf. in tracta.
de nominatio. quest. 5. num. 11. & in d. tom. 2. const.
Fran. tit. de Magistr. Artifi. artic. 3. glos. vnica, vbi in-
quit quòd hodie plures sunt, qui non gaudent, si
hoc mordicus seruaretur.***

¶ Ibi, *Y de mas que sea infame, & itidem esset dam-
nandus vltra infamiæ † publicæ pœnam, in perpetua
inhabilitate, vt probat *tex. in l. si quemquam, in
fine. C. de Episcopis & cleri. & in l. vni. ff. ad l. Iuli. de
ambi. not. Iodocus, vbi supra d. num. 11. vbi & inquit,
quòd etiam id permittens & cuius permisso id fit,
punitur.**

S V M M A R I V M.

*Locari non possunt officia publica neque notaria red-
dituum. num. 1.*

Lex 8.

S V M M A R I V M.

*Officia iustitiæ locari non possunt sub no-
stri text. pœna.*

IBi, NO SEAN OSADOS DE ARRENDAR.
NI ARRIENDEN LOS DICHS OFFICIOS,
idem en Alcaldes de facas disponitur, in
l. 1. titu. 11. lib. 3. supra & in notarijs reddituum †
idem inquit *text. in l. 4. titu. 25. li. 4. supra* aliqua
dixi. & legem nostram ad hoc considerat *Matienzo,
in dicto dialogo relatoris 4. par. cap. 11. num. 1. & Dida.
Per. in l. 16. titu. 14. lib. 2. Ordi.* & habemus nunc
pragmaticam sanctionem editam Madritij anno
presenti. 1590. prohibentem locari officia tabellio-
num de camara & procuraciones, receptorias & ta-
bellionatus del numero sub pœnis ibidem conten-
tis, & cum eius declaratio dum hæc primo scribe-
rem spectaretur, nolui quæstiones aliquas inserere,
quæ post modum fuit promulgata & in dubiis ante
à mihi, propositis, fuit, secundū responsum meum
percunctantibus, datum prouisum: Et cum lex no-
stra esset in obliuionem iam translata, sanctione
illa iustissima & sanctissima fuit renouata quoad
officia

officia tabellionatus: & conductores ac locatores prouiserunt de remedio ne officia perderent, licet vereor, ne cum cautela, aliqua fuerint facta, nam condita lege excogitatur etiam & malitia ad subterfugiendam pœnam temporalem, nam spiritualis pœna à talibus in hoc mundo non attenditur, & malè, nam quam commutationem dabit homo pro anima sua, & ideo cum rigore essent legum nostrarum pœnæ exequendæ in transgressores, & iudices negligentes in executione eorum puniendi.

¶ De legibus 9. & 10. dixi eas referendo in mea Curia Pisana, de Decurio. lib. 4. c. 1. num. 4. vbi in illo cap. inferui plura decurionibus prohibita, & ab eis fugienda.

S V M M A R I V M.

Vacatio per renuntiationem non includitur sub alio expresso modo vacandi. num. 1. neque sub mandato de primo vacaturo, vt ibi.

Vbi nullus est vacandi modus expressus omnis venit. n. 2.

Resignatione perditur titulus & possessio qualibet. num. 3. vbi ampliatur, nisi vt ibi.

Duodecim modos, quibus vacat Beneficium, describit. num. 4. remissive & alios plures ibidem.

Vacatio per priuationem an comprehendatur expresso vacandi modo. n. 5.

Princeps potest creare noua officia & erecta consumere. n. 6. vbi declaratur.

Lex II.

S V M M A R I V M.

In ciuitatibus, villis & populis vbi certus adest numerus rectorum, & aliorum publicorum officiorum possessores, si aucta fuerint officia hæc, si vacauerint, consumantur, & Regie literæ contrarie annullentur: loquitur tamen lex nostra in auctis per Regem Ioannem secundum.

IBI, QUE NO SEA POR RENUNCIACION, hic videtur text. probans, quod vacatio per renuntiationem, aut resignationem non includitur sub alio & expresso modo vacandi, neque sub mandato de primo vacaturo officio, aut beneficio per mortem prouidendo continetur vacans per renuntiationem, ex text. & glos. in cap. suscepram de rescrip. in 6. c. 2. de renunc. eod. lib. c. dudum, de preben. in 6. quæ iure ad hoc allegat Corras. in paraphrasi sacro. tit. de mandato Apostol. nu. 51. sed vbi nullus est expressus modus vacandi omnis venit, secundum glos. vacat in cap. quia sape, de preben. in 6. & glos. mori. in clem. 1. vt lute pen. glos. in cap. si propter tuas debita, de rescrip. in 6. glos. mortem in c. gaudi, de supplen. neg. prala. in 6. Anchar. conf. 117. Deri conf. 214. Gomezi. in Reg. Can. de infir. resig. quest. 32. num. 4. & 6. & q. 35. & de benefi. vacan. per obi-

tum Fami. Car. quest. 7. late Feli. in c. in nostra corol. 37. num. 37. de rescriptis, nam per resignationem & perditur titulus & possessio qualibet, Rota, antiq. 2. de renunti. resignatione enim admissa ius aliquid apud resignantem non remanet, sed intelligitur abdicatum ab eo omneius, etiam si in supplicatione adsit clausula cum reservatione fructus, nominis, stalli in choro, & vocis in capitulo, secundum Verulum, in 3. parte decisio Rote, decisi. 81. resignatio, & Straphile. de literis gratia & inf. titu. de varijs modis vaca. num. 9. & 10. fol. 54. quod intelligerem procedere & esse verum nisi in casu in quo resignatio esset facta cum clausula, non alias, neque alio modo in favore talis, quia secus erit, ex dictis per Rebus. in praxi bene. titu. de resigna. condit. & per Oldra. conf. 282. num. 2. & in materia beneficii duodecim modos, quibus vacat beneficiu describit, & Paninus, de potes. cap. sede vacan. 4. praludio. 7. & triginta duos modos retulit Rebus. in concor. Fran. tit. de Regia ad prala. nomi. faci. S. monasterijs, verbo vacantibus, & quamuis tex. noster expresserit excipiendo vacationem per renuntiationem, cum prius de vacatione per mortem dixerit, & sic ex dictis videbatur non esse necesse excipere renuntiationem, tamen ideo exceptit propter generalitatem illam in verbis precedentibus appositam, dum dicitur, o en otra qualquier manera, quibus verbis ne videretur vacationem factam per renuntiationem comprehendi, expresse excepta fuit. Et an includeretur vacatio per & priuationem, ex dictis 5. Docto. decerpes & maxime ex Gomezi, in d. regu. de impet. bene. vacan. per obi. car. q. 7. per totam.

¶ Ibi, se consuman aquellos que ansi vacaren, ex hac lege notari potest, quod princeps potest creare noua officia & item numerum officiorum consumere de plenitudine potestatis, & secundum Cassane. in 6. consu. Burgun. fabrica. 1. nu. 104. & 105. fol. 121. vbi & inquit quod licet princeps possit reducere numerum officiarioru ad minorem numerum, tamen talis diminutio vel reductio non debet afferre præiudicium officariis iam electis tempore reductio-nis, sed tantum præiudicabit creationi officiorum nouorum, vt tenet Iacobus Rebus. in l. comperimus. c. de proxi. sacro. scrini. lib. 12. & ibi Bar. & ample. Bald. conf. 327. incip. pridie enim consului col. 1. & 2. lib. 1. & ideo iuste lex nostra prouisit in officijs vacantibus, non vero in non vacantibus, & ita etiam declaratur ex l. 14. infra eo. vbi in glos. excepto.

¶ Ibi, Las obedezcan, pero que no las cumplan, hic est tex. contra miseros iudices, videntes Regias literas esse iniustas & statim eas obediunt & adimplent, cum deberent potius Regem de iis certiorare, vt late diximus in l. 14. tit. 3. lib. 1. supra & in l. 1. titu. de las provisiones lib. 4. supra.

¶ Ibi, si per alguna importunidad, quæ quidem in iis, quæ iuris dispositioni contrariantur, inuenitur importunitas, vt in d. l. 14. diximus, quibus quidem importunis precibus sæpenumero iniusta impetrantur & damnosa conceduntur, & ideo non statim sunt exequenda.

¶ Ibi, Pierdan los officios, alios casus vbi priuationi officiorum locus est posui in l. 23. tit. 25. li. 4. supra.

S V M M A R I V M.

Officia vendi posse hodie decurionatus & tabellionatus. n. 1.

Lex 12.

S V M M A R I V M.

In prouisionibus rectoriarum dua clausula apponenda sunt, prima quod non sit ultra numerum antiquum, secunda dummodo prouisus non habeat aliam rectoriam.

Ibi, ORDENAMOS, ex hac legali ordinatione & maxime iunctis. l. 7. & 8. tituli præcedentis, dum hic disponitur, duas tantum clauulas esse apponendas in prouisionibus decurionatum, & dum in dictis legibus. 7. & 8. solum prohibetur, vendi officia electiua, & quæ votis adquiruntur, colligitur inquam, quod iam hodie ex iis legibus sic consideratis permilla est horum officiorum venditio † & per consequens in eis assignari legitimam filijs posse, & exequi in eis pro debitis, contra *Tellium l. 26. Tau. num. 11.* de quo latè diximus in *Curia Pisana, lib. 4. cap. fin. & alibi*, quæ hic non est necesse referre, de quo & per *Matierno, in Dialogo Relatoris. 4. par. c. 9. cum duobus sequent.* sed iam legis nostræ dispositio quotidie per Regem abrogatur, derogat enim Rex eam dum officia hæc vendat, vt non obstat venditori, potest namque Rex legem tollere & interpretari, neque sibi legem imposuit à qua resilire non possit, & consequenter ob necessitates imminentes excedit Rex numerum antiquum, licet hæc nisi ex magna & urgente necessitate non fiant, neque fieri debent, nam ex multitudine decurionum causatur confusio, maxime in ciuitatibus & villis partialitatum, imo & in vicis, vbique enim iam animi regentium partiti sunt in varios sensus ac voluntates, nec voto viuunt vno, medeatur qui potest.

Lex 14.

S V M M A R I V M.

Officia aucta ab inuictissimo Imperatore & Philippo secundo eius filio, si vacauerint, consumenda sunt, & ad numerum antiquum redigenda, nisi fuerint personarum licentiam habentium disponendi de eis, vel eorum, qui renuntiauerint, & vixerint post. 20. dies à lege constitutos.

Ibi, QUE VACASSEN DESPVES, intellige per mortem, vel per amissionem & priuationem, quia simplex hic modus vacandi omnia hæc comprehendit, ex dictis in l. 11. istius tituli, & itidem renuntiationis comprehenderet vacationem, nisi obstarent verba finalia nostri text.

¶ Ibi, se consumisse n, in pluribus capitulis curiarum Madritij factarum à dicto Rege ac domino nostro Philippo secundo post legis nostræ dispositionem idem statutum est, sed nunquam vsque nunc

vidi obseruatum, licet audiui in aliquibus vacantibus per mortem sic esse executum, & iustissime, nam conuenientissimum, & sanctissimum est sic fieri & obseruari, absque obstaculo aliquo necessitatis non vrgentissime.

¶ Ibi, *Excepto*, hæc est vna limitatio præcedentis dispositionis, vt scilicet, ita demum vacantia consumantur, si ille, ob cuius mortem vel delictum vacant, non habuisset à Rege facultatem disponendi de illis, nam si eam habuisset, non essent consumenda: & idem si possidens renuntiauit officium, & post renuntiationem vixit viginti dies à lege. 4. titulo. 4. istius libri assignatos.

¶ Lex 15. est etiam eiusdem materiæ, in qua solum ponderabis verba illa in principio eius apposita dum dicit, *los daños e inconuenientes que se seguan*, & ibi, *El daño y confusion que trae la multitud de los officiales*, vt intelligas, quod damnosa est nimis rebus publicis augmentatio officiorum publicorum, & maxima versatur vtilitas in consumptione eorum, & id ita est notorium vt nulla indigeat probatione, multitudo enim personarum confusionem generat, nisi omnes in Deum & eius seruitium dirigant voluntatem & vota sua, nam tunc multitudo bonorum esset potius procuranda quam minuenda, sed cum hodie in conciliis publicis populorum non in vnum dirigantur sermones, sed vnusquisque quod suum est, quarrit, vitanda est multitudo & consumenda sunt officia: Et addit hæc lex. 15. circa hæc officia ab Henrico quarto aucta, & à Rege Ioanne & alijs Regibus ab anno. 1440. vsque ad annum. 1480. quod statim quod vacauerint absque alia declaratione aut prouisione noua, sint consumpta, & quod non possint renuntari, & renuntiationes aliter factas & admissas nullas & inualidas declarat lex hæc. 15. & renuntianti, & illi in quem renuntiantur pœnas priuationis imponit: & esset vtile memoriam horum officiorum habere in regio consilio, vt exequi id posset, & sic iam hodie in curiis de Madrid anni. 1590. in cap. 18. statutum est, vt officia decurionatus populorum possint ab ipsis populis pro tanto redimi, præcedente in regio consilio informatione necessaria, & sic iam videtur executum. Sed an hæc de renuntiatione sint intelligenda in officiis auctis ob precium, vel remunerationem alicuius seruitij, dubitabile esset, ex dictis per *Gutierrez in repetitione. l. nemo potest. num. 176. de lega. 1.* sed esset hæc nimia restrictio ad magistrum legis nostræ generalitatem, & vnusquisque videat, quid emit, cum legis nostræ dispositio rem ignorant non debeat.

¶ Et hæc nostra lex. 15. procedit & intelligenda est nisi in casibus duobus per legem sequentem propositis, scilicet, de illis, qui in *Mauorana* bellis mortui sunt, vel cum essent captiui officia sua renuntiauerunt in vnum ex filiis suis dummodo talis filius eis non vtatur officiis vsque dum sit decem & octo annorum impletorum.

¶ De lege. 17. nihil aliud sumendum iudico consideratione dignum, quam quod eius verba summo opere essent attendenda, dum dicit, *en uene que se den y prouean a personas habiles, y varones prudentes de buen entendimiento y temerosos de Dios, tales que por su justicia y razon y experientia teniendo respecto a esto, y a los officios, y no a las personas.* Singularia sunt hæc verba, licet

licet præposterata, nam prius deberet dici, *que se den y prouean a personas temerosas de Dios*, Nam in hoc consistit principalior sufficientia, & experientia & bonum publicum, timens enim Deum faciet bona ecclesiasti. 15. & iterum. 19. da locum timori altissimi, quia omnis sapientia timor Dei, & in illa timere Deum, & in omni sapientia dispositio legis, & *Pro uerbio*. 1. timor Domini initium sapientiæ, & 15. capit. per timorem Domini declinat omnis à malo: & *Ecclesiasti*. 1. plenitudo sapientiæ timere Dominum, & iterum *ibidem* capit. 40. facultates & virtutes exaltant cor, & super hæc timor Domini, & nihil melius, quam timor Dei, ut *ibi* cap. 23. prope finem & ideo viri timentes Deum essent eligendi, nam ij sapientes sunt, Deus adiuuat illos, experientiam quærunt à diæis, & sanctis cum opus est, non se iactant ubique, neque præcipitant sententias suas, sed cum omni timore & tremore iustitiam quærunt, & quæ sua sunt unicuique tribuunt, neque sufficit scientia & experiëntia, ubi deficit timor Domini, & ubi timor hic deficit quotidie erratur: Et cum in prouisionibus officiorum hæc non considerentur, neque informationes de hoc fiant in iudices & administratores Reipubli. & populorum, nominantur male conscientiatu homines auidi ac cupidi, & sic impij, & peccatores in loco iudicij existunt: de quo cum alibi dixerim sat sat hoc aduertisse, incedatur qui potest.

Lex 20.

S V M M A R I V M.

Rectores, iurati, aut tabelliones populorum non debent esse regatarij & negotiatores uictualium sub pœna priuationis officiorum: quoad alias uero negociationes senatores Regij habita informatione, ea quæ conueniunt provideant.

Bi, NO VSEN DEL DICHO OFFICIO Y TRATO, iusta lex & sancta, si seruatur ubique, sed uereor ne in aliquibus uioletur locis. Et hæc & alia rectoribus prohibita retuli in *mea Curia de Decurio. lib. 4. cap. 1. per totum.*

¶ *Ibi*, Y en quanto a los otros tratos, idem fuit dispositum in l. 25. tit. 7. li. 3. supra ubi diximus.

S V M M A R I V M.

Non debet percipere expensas ille, qui pro negotijs proprijs curiam adiuit. n. 1.
 Rectori eunti curiam præbendum est salarium de proprijs populi pro quo uadit. 2.

Lex 21.

S V M M A R I V M.

Rectores aut iurati negotia propria habentes in curia non possunt ad eam venire pro negotijs sua Reip. sub legis nostra pœna.



Bi, MANDAMOS, vide etiam l. 39. tit. 6. lib. 3. supra ubi & alia qua diximus remissiuè.

¶ *Ibi*, *Buelua*, quia non debet percipere expensas ille, qui pro negotijs proprijs & curiam adiuit, ex *glos. pen. in cap. or præterita, de electio.* Imò & committit delictum legatus regis aut prouinciæ, si dum in legatione est pro se libellum præsentat, ut licet uidere ex *Angel. consil. 319.* non enim dicitur uere Reip. causa abesse, qui sui priuati negocij causa in legatione est, secundum *text. in l. non uere, & l. Reip. causa. ff. ex qui cau. maiores. glos. pen. in c. 2. de priuile. in 6.*

¶ *Ibi*, *salario*, ex hoc uerbo colligo, quod rectoribus & iuratis ciuitatum & populorum euntibus curiam pro negotijs ciuitatis & aut populi, debet constitui & præstari salarium, ut notat *Auenda. cap. 2. preto. num. 8. lib. 1.* & quid pro existentia operum publicorum, dixi in l. 24. tit. 6. lib. 3. supra & hæc pro hoc titu.

Lex 22.

¶ *Quia breuis & facilis est non summatur, nec declaratur. num. 1.*

S V M M A R I V M.

Officia fidelium executorum ciuitatum, ac populorum uendita per Regem particularibus personis consumantur, & penes ciuitates, ac populos remaneant soluente ipsi particularibus pretium iustum ualens tempore consumationis. Dum tamen salarium, quod ex pœnis fiscalibus dabatur eis remaneat consumptum in Regis utilitatem: & in populis, ubi hæc officia nondum uendita fuerint, non uendantur, neque de nouo creentur.

Lex 23. & 24.

1. Rectoriæ & officia de alferazgos, possunt populi, ubi uendita sunt pro tanto petere infra terminum assignatum in hac lege. num. 1.

S V M M A R I V M.

Rectoriæ populorum, & officia de alferazgos, possunt populi, ubi uendita sunt petere pro tanto, secundum quod in legibus nostris dispositum est.



THæ duæ & leges ampliariuæ legis præcedentis & ideo post eam apponuntur, & licet conuenientes appareant, melius conuenire dici posset, si non uenderentur hæc officia de quibus in eis disponitur, & remanent annalia, sicut antea erant rectoriæ hæc, & sic eum & po-

& populi dictores essent ad subueniendas Regis, ac Regni necessitates, & propulsandos hostes, & itidem domini populorum non fierent diuites (prout fiunt) emptionibus horum officiorum, in tot, ac tantum detrimentum commune, ac publicum, & vicinorum pauperum onus & grauamen. Et ideo circa hæc Rex, & eius consiliarij multum aduertere deberent, vt finis iis venditionibus imponatur: miserrimum enim est videre concilia ciuitatum, villarum, ac populorum, vbi similia officia vendi-

tionibus sunt acquisita, ibi enim iam non tractatur de bono publico, ac de conseruatione bonorum populi, sed de vindicta inimicorum, ac de proprio vniuscuiusque commodo, & qui plura vota habet, is vincit, siue bonum, siue malum sit, quod desiderat fieri. Quas ob res in iis & circa hæc officiorum horu venditio maxime est euitanda, neque venditium conscientias securas esse iudico, cum hæc sciât & permittât, & maioribus pretijs quam decet vendi hæc officia video, & in quaslibet personas trãsmitti.



TITULO QVARTO

De la renunciacion de los officios publicos.

ET quia ea, quæ electione aut mercede adquiruntur plerumque, si non renuntiantur perduntur, ideo post titulum præcedentem, vbi de officiis renuntiabilibus actum est, sequitur titulus noster prouidens de enuntiationis remedio.

S V M M A R I V M.

Lex nostra an corrigat leges. 1. & 2. titu. 3. istius lib. in. n. 1.

Potentibus hodie prouidentur etiam officia decurionatus. n. 2.

Rex in conscientia tenetur officia hæc idoneis prouidere. n. 3.

ET pro declaratione rubricæ solum scire oportet, quid sit renuntiatio † siue resignatio & dicendum est, quod propriæ rei vel iuris spontanea refutatio *cap. super hoc, de renuntia. quem adhoc allegat Rebus. in l. inter diuortium. 191. in ordine. ff. de verborum signifi. pag. 849. & tex. in cap. quam periculosum. 7. quæst. 1. quem adhoc considerat Angelus de Clauasio, in summa, in verbo renuntiatio, vel vt breuius diffiniuit idem Rebus. in praxi benefi. titu. de Resigna. in princi. pagina. 314. scilicet, quod renuntiatio siue resignatio est iuris sui libera dimissio seu cessio, & dixit iuris sui ad differentiam alieni, quia iuri, quod tertius habet † in beneficio, renuntians nihil ago. *cap. dilecto, in fin. de præbend. Et etiam dixit iuris, quia si nullum ius habeam non possum renuntiare, vel resignare. l. si vniuersa delegatis, Codice. l. traditio. ff. de acquiren. rerum domi. l. obseruare, in fi. ff. de offi. pro consul. dixit, libera dimissio ad differentiam coactæ dimissionis, quæ nullius est momenti, ex dicto cap. super hoc, de renuntia. & renuntiare idem est quod repudiare † siue resignare, vel cedere. l. naturaliter. §. nihil commune, in fin. ff. de acquiren. posses. l. sed & siquis §. quæsitum ibi, sponte renuntiatum est. ff. siquis caution. nor. Rebus. in l. inter stuprum. §. diuortium. ff. de verb. signi. pag. 594.**

in prin. Et huius renuntiationis siue resignationis etiam quoad rectorias & officia † duplex est forma: 4
Prima est tacita, altera vero expressa, sicut in beneficiis distinguit etiam *Rebus. in d. titu. de Resigna. titu. de tacita renuntia.* Et tacita est, cum per secundi officij ademptionem primum vacat, vt *in casu. l. 3. tituli præcedentis*: Expressa vero est, quæ à resignante verbis ad hoc accommodis fit, & hæc etiam est duplex, sicut in beneficijs Ecclesiasticis, distinguit *Rebuffus vbi supra in d. praxi benefi. titu. de resigna. expressa*: vna enim est pura & simplex, quæ ex mera liberalitate procedit: Altera vero conditionalis, scilicet, quæ fit sub conditione, vel ob causam, vt quia officium Rectoriæ tibi renuntio ob tale prædium, vel ob causam aliam permutationis vel venditionis, vel vt tibi detur in solutionem legitimæ à me tibi obuientis, vel ad implemetum legati alicuius, vel ratione sanguinis, amicitia, vel affectionis, & dicitur hæc in fauorem, & quotidie in vsu habetur, renuntiat enim obtinens rectoriam, vel officium aliud publicum renuntiabile in manibus Regis in fauorem talis, & non aliàs neque alio modo, aliter si non admittatur per Regem renuntiatio, renuntians protestatur in renuntiatione sibi eam retinere, nec perdit renuntians officium illud † donec is, apud quem resignatur, admittat resignationem, ex *tex. in c. fin. de renuntia.* resignatio enim debet fieri in manibus eius, qui conferre potest officium resignatum, vt *in l. 5. infra isto tit. dicemus.* & sic facta apud eum resignatione supradicto modo, si non conferat officium neque velit conferre, remanet apud resignantem, eo quod non fuit impleta conditio, in fauorem talis, & non alias neque alio modo, notandum tamen est in transcurso præ rubricæ complemento, quod etiam siquis non renuntiet in manibus Regis, sed coram tabellione aliquo, valebit renuntiatio † quoad renuntiantem & resignantem, vt non repetat officium si per viam contractus & ob causam permutationis, venditionis aut alterius onerosæ facta sit, ex *tex. in cap. quod in dubijs, & cap. 3. de renuntia. notat Rebus. in d. titu. de resigna. expressa num. 23. pag. 316. in resigna-*
tionem

tionem tamen liberali & mere gratuita, hoc non habet locum in ijs officiis publicis, quia reuocari potest renunciatio à renunciente, interim quòd coram Rege non presentatur, vt quotidie videmus fieri.

S V M M A R I V M.

- Lex nostra an corrigat leges. 1. & 2. tit. 3. istius lib. in. n. 1.*
- Potentibus hodie prouidentur etiam officia decurionatus. n. 2.*
- Rex in conscientia tenetur officia hæc idoneis prouidere. n. 3.*

Lex Prima.

S V M M A R I V M.

Qui sunt prouidendi in officijs publicis vacantibus per mortem, vel resignationem, declarat lex nostra.

BI, MANDAMOS QUE LOS QUE VACAREN POR RENUNCIACION, hic constituitur primus casus, & prima dispositio nostræ legis, scilicet in officijs publicis vacantibus per resignationem, & in ijs inquit, quod habita informatione qualitatis & sufficientiæ idoneitatisque personæ, in cuius fauorem sit renunciatio prouideatur: ex quo videtur, quòd text. hic in ijs verbis, & præsertim attenda secunda dispositione nostræ legis, scilicet, quando vacat per mortem, vt vna ab alia differens sit, corrigat leges. 1. & 2. tituli præcedentis, † vbi in 1. illa lege disponitur, quòd officia hæc alijs quam naturalibus & vicinis populique illius habitatoribus non dentur: in secunda vero lege dicitur, quod exteris à regno non prouideantur, lex tamen nostra in hac sua prima dispositione hæc non requirit, sed tantum quòd qualitas & sufficientia consideretur, ergo correctio inducitur, quæ tamen vt euitetur (prouit est omnino vitanda) eo quòd est miserrimi ingenij eam inducere & non euitare, dicendum est legem nostram per illas intelligi & declarari, scilicet, vt sub verbis, *qualidad, habilidad*, in nostra insertis lege qualitates ab illis alijs legibus necessarijs, & inducte inspiciantur, vt concurrant in illo, in cuius fauorem renunciatio fit, prout quotidie per informationem factam & missam regi & eius supremo senatui constat, & constare debet, vt renunciatio admittatur, & in hac renuntiationis vacatione strictius proceditur, & strictior sit informatio, quàm in illa, quæ per mortem, in qua quidem rex prouidet, cui vult officium vacans, inspiciendo tamen qualitates prouisi, ne sit exterus, & itidem vt sit illius loco vicinus si ibidem idoneus reperiri potest, sin minus alienigena dum tamen regnicola sit persona talis per Regem præficatur & nominatur tali officio, & sic lex nostra non est contraria primæ & secundæ tituli præcedentis, non est enim nouum leges præcedentes per sequentes intelligi & declarari, & è contra, vt in *l. non est nouum. ff. de legibus*, potentibus tamen non prou-

debantur antea hæc officia, secundum *Auenda. capit. 19. prato. numero 18. versiculo notabis igitur. lib. 1.* hodie tamen in multis † partibus (prouit Toletum & Hispali) potentibus prouidentur.

¶ Ibi, *En los que vacaren por muerte*, hic est secundus casus & secunda nostræ legis dispositio, cum per mortem vacant officia hæc, nam & tunc Rex qualitates & idoneitates prouidendi respicit, & iure optimo, nec posset salua conscientia Rex aliter officia hæc prouidere, quàm idoneis ibidem existentibus † vt inquit *Dida. Per. l. 23. titu. 2. lib. 7. Ordin. pag. 414.*

¶ Ibi, *Y las preferimos*, ex ijs verbis colligitur clare vera esse dicta per nos in glossis præcedentibus, vt concordemus legem hanc cum l. 1. & 2. tituli præcedentis, & not. in propositum *Auend. c. 19. prat. num. 17. lib. 1. de naturalibus præferendis.*

Lex 2.

S V M M A R I V M.

Renuntiationes officiorum nullo modo admittendæ sunt nisi de patre in filium, cum Regis assensu & voluntate, non excedendo numerum antiquum, & filio tali idoneo existente.

BI, SALVO DE PADRE A HIJO, antiquata sunt hæc verba hodie & vsu contrario abrogata, in quoscunque enim fit iam renuntiatio horum officiorum, & admittitur, verum tamen est quòd huic legi in concessione derogatur, & eius dispositioni, & sic nihil obest, nam & ille, qui legem condit potest, eam, cum voluerit, abrogare, & suspendere ac declarare, vt prouisis non obstat.

Lex 3.

S V M M A R I V M.

Ciuitates, villa, ac populi ex consuetudine aut priuilegio officia hæc publica prouidentes, non possunt per renuntiationis modum illa prouidere, nisi obseruauerint tunc contenta in lege nostra.

BI, ESTABLECEMOS, declaratoria est legis 4. tit. 2. supra isto lib. vbi diximus & declarauimus, & ad ibi dicta te remitto.

S V M M A R I V M.

- Renuntiatio ac resignatio an per procuratorem fieri possit. num. 1. dum tamen habeat speciale mandatum ad hoc.*
- Renuntians debet viuere per viginti dies post renuntiationem. n. 2.*

- Viginti ij dies à quo tempore currant n. 3.
 Viginti ij dies renuntiationis an debeant esse completi, vel sufficiat tangere vigesimum Diem. numero. 4.
 Natura dictionum post, postea, posteaquam. n. 5. & 8. & 9. & 11.
 Termini currunt de momento ad momentum. n. 6. nisi vt ibi.
 Aëtus vt valeat & non pereat in dubio debet intelligi. n. 7.
 Dies termini computatur in termino. n. 10.
 Dies computatur more Romanorum. 24. horarum num. 12.
 Renuntiationem in aliquem idoneum factam an possit Rex non admittere. n. 13.
 Quare lex nostra assignauerit potius viginti quam 30. dies. n. 14.

Lex 4.

S V M M A R I V M.

Renuntians officium publicum renuntiable, viuere debet post renuntiationem viginti diebus aliter enim per mortem vacabit, & Rex illud providebit absque renuntiationis obstaculo.



IBI, ENTONCES LE RENUNCIA, sed an per procuratorem poterit ꝑ hęc renuntiatione fieri, & dicendum est, quòd per procuratorem ad id specialiter constitutum fieri poterit, tum quia id possum per alium, quod per me l. certe. §. 1. ff. de precario. cap. cum olim de offi. deleg. cap. mulieres. §. illi verò de senten. excommunitum etiam ex clemen. vnic. de renuntia. vbi Card. inquit in 1. oppo. requiri speciale mandatum quia procurator, seu administrator sine speciali mandato non potest donare. l. contra iuris. §. fin. ff. de pact. l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. & ita expresse hanc opinionem tenet Didac. Perez l. 22. tit. 2. lib. 7. Ord. pag. 412. vers. vtrum autem.

IBI, *Veinte dias*, idem in beneficiorum Ecclesiasticorum renuntiatione ꝑ dispositum est, ex regula 18. cancellarię Apostoli. Innocen. 8. & Pauli tertij reg. 19. de infirmis bene. resig. quam refert Gometi. in ead. reg. & Mandosi. ibidem, vbi ipsi & alij scribentes super ea plura dicunt, quę hic possent transcribi, per ipsos tamen videri poterunt, & ob fraudes & ne Regio præiudicaretur patrimonio statutum est, vt ex tex. nostro clara collegitur, & in materia beneficii sic ob fraudem euitandam asserbat Gometi. ibidem quest. 25. & Didac. Per. eam allegans in d. l. 22. glos. 1. tit. 2. lib. 7. Ordina. pag. 406. in fine, vbi in pag. 407. vers. *quæritur vtrum*, inquit legem nostram esse fauorabilem, & non odiosam, & ad hoc ibi alios allegat, ego tamen odiosam iudicavi in mea Curia Pisana lib. 4. cap. 2. Sed à quo tempore currant ij viginti dies, ipse Dida. Per. in ead. pag.

407. in prin. vers. *quæritur ꝑ primo*, inquit, quod à tempore, quo adm. ff. fuit resignatio per Regem, ita quòd post factam & admissam renuntiationem per Regem currant ij viginti dies, vt & ipse Dida. Per. repetit, in eadem pag. 407. vers. *sed est dubium*, & iterum in glos. fi. *illiusmet legis*. 22. pag. 413. de quo miror virum valde peritum & expertum hanc asserere opinionem, cum & vsu communi & praxi notoria receptum sit, à die renuntiationis etiam nondum admittæ per Regem in iis officiis publicis currere hos viginti dies & numerari, & itidem ex eadem l. 22. quæ est nostra in præsentem, non requiritur admissio, vt ij viginti dies currant, sed sufficit renuntiatio, & sic ab actu renuntiationis currunt, vt patet ibi, *si no viuere veinte dias despues que fueré otorgada*, quę verba sunt ita clara, vt nullam patiantur Responsonem: nisi velimus dicere ipsum Didac. Per. ibidem, in verbis sequentibus dum dicit per Regem, vel alium, qui habuit potestatem recipiendi eam, intellexisse de tabellione coram quo renuntietur in illis verbis, vel alium qui habuit, &c. & verba illa, per regem intelligantur, quoties in manibus regis ipsius fit renuntiatio, quòd si hoc voluit dicere Didacus Perez, prout credendum est voluisse, bene locutus est, aliter enim male loqueretur, cum renuntiationes quotidie fiant coram tabellionibus publicis, & à die renuntiationis coram eis factæ dies ij viginti numerantur. Sed dubitatur an ij viginti dies debeant esse completi, vel sufficiat tangere ꝑ vigesimum diem? & dicendum est debere esse completos, neque tangere vigesimum diem sat fit, vt tenet Dida. Per. vbi sup. pagi. 409. in prin. & dixi in dicta Curia Pisana. d. li. 4. c. 2. num. 2. & 3. Imò & quòd plus est dies totus in quo renuntiatio fit, non computatur in termino si constat de hora renuntiationis, sed ab ipsa potius hora numerantur ij viginti dies, ita vt de momento ad momentum sint numerandi, & currant, vt expresse tenet Gometius Leon, in sua Centuria informationum iuris. c. 22. num. 5. & sequent. quem sequutus sum in mea Curia Pisana, dict. l. 4. cap. 2. num. 2. cum sequent. aliquibus ponderando ad hoc verba nostri text. ibi, *No vala si no viuere veinte dias despues que otorgare la tal renuntiatione*, ponderando dictionem illam, *Despues*, Latine post, vel posteaquam, postquam, quarum quidem dictionum natura est, quòd vbiicumque adijciuntur alicui actui successiuo, qui ad sui perfectionem non habet ꝑ terminum præfinitum, significant tactum cœptum sed non finitum, & sic si dictat statutum, quòd si quis fuerit inuentus post sonum campanæ quod pœna duplicetur, quod tunc sufficit quod sit incepta sonatio campanæ propter vim illius dictionis, post, adiectæ actui successiuo secundum Socin. l. 2. §. creditum. n. 6. ff. si cert. pet. sed si actus ille successiuus, cui adijcitur aliqua dictarum dictionum, habet terminum præfinitum, vt in nostro casu, tunc inspicitur finis actus illius, & requiritur eius implementum, secundum Bart. & omnes, in dict. §. creditum. & cum in text. nostro requiratur actus renuntiationis consummatus & perfectus, statim quod facta est renuntiatio adest perfectio, & ex tunc currunt ij viginti dies: tum etiam quia de iure est, quod termini currunt de momento ad momentum ꝑ nisi aliud sit expressum, vt communem testatur Corneus, consil. 279. volum. 4. Tiraq. de retract. Linagiel. §. 1. glo. 4. n. 9. & Villalobos, in arario opin. comm.

comm. litera T. nume. 19. ac proinde ab illa hora, qua renunciatio facta est viginti ij dies incipiunt, & implentur de momento ad momentum, & hoc si constat de hora facte renuntiationis, sed si de ea constare non posset, tunc vbiq; totus ille dies in quo facta est renuntiationis computatur, neque dies ille excludendus est ab iis viginti, sed numerandus in eis, cum lex nostra non loquatur per præpositiones illas, a, vel ab, quæ exclusivæ sunt, prout loquitur *Gome. in quæst. 37. Regula cancel. de infr. resig.* & quia semper debemus capere intellectum ꝑ per quem actus valeat, & non pereat, *ex l. quoties. ff. de rebus dub.* & hæc præsumptio per quam actus sustinetur aliis prævalet præsumptionibus, & cum in meliorem partem trahitur, prout est, ne perdat officium, ob quod renuntians tractat de damno vitando, Rex verò de lucro captando, & ita tenuit in dicta Curia Pisana, *dict. cap. 4. num. 6. & 7. etiamsi Dida. Per. in d. l. 22. pagina 407. cum sequent.* aliud velit fundare, & male meo videri, contra quem, & ultra ibidem, *dict. num. 6. & 7. per me dicta*, considero etiam quòd lex nostra & pragmatica, quam in illo cap. 4. refero non dicunt, *Despues del dia de la renunciacion*, sed dicunt, *Despues de otorgada la renunciacion*, & sic actus & non dies consideratur, quæ multum differunt, nam in primis verbis clarum est, quòd dies ille remanet exclusus, in secundis verò verbis, non excluditur dies renuntiationis, sed tantum actus ille renuntiationis factæ, & tempus in quo renuntiationis fit, ea tamen facta, statim incipiunt ab eo momento currere viginti dies, vt inquit *Tiraquel de retract. Linagi. glos. 11. nume. 24.* sicut & inciperent currere alio die post renuntiationem si lex nostra loqueretur per verba, *Despues del dia de la renunciacion*, quæ tamen non loquitur. Item quia si fatetur ipse Dida. Perez ibidem, quòd si constat de hora renuntiationis currunt dies ij viginti de momento ad momentum, ergo & cum de hora non constat, current à principio illius diei factæ renuntiationis ij viginti dies, & sic computabitur terminus in termino. item quia dictiones illæ postea vel post, aut posteaquam, politæ inter ea, quæ naturæ talis ꝑ sunt quòd in eodem tempore concurrant, non inducunt temporis interuallum, secundum *Roman. relatum per Tiraquel. in l. si vnquam, verbo, & postea, num. 3. C. de reuocand. dona.* qui licet illum non sequatur ibidem num. 7. tandem concludit ex subiecte rei argumento indicandum, denotare dictas dictiones interuallum temporis an non, nostra tamen materia dilationem non requirit, imò potius vult statim facta renuntiatione coram tabellione & testibus currere hos viginti dies, igitur habemus intentum, maximè in odium pœnæ hic appositæ si non vixerit renuntians dictis viginti diebus, nam perditur officium, in cuius pœnæ odium ꝑ dictio postea intelligitur in continenti, secundum *Corsic. singul. incipi. postea: dictionesque post & similes tempus præteritum excludunt, non verò sequens, ex l. Emilium. ff. de minori. notant Doctores in cap. cum tu. de testib. Parisi. consil. 31. num. 83. volum. 1.* & cum constat de die renuntiationis non excludit illum sed præcedentem diem. Item quia de iure ciuili dies termini computatur ꝑ in termino, vt magis communem testatur *Cornelius, consil. 279. numero 1. lib. 4. relatus per Villa lobos, in Antinomia iuris ciuilib. & Regiæ, verbo, Dies. & lex septuagesima*

Tom. 4.

Tauri, quam ibi allegat, non probat contrarium, quia loquitur in casu speciali, vt optimè aduertit *Olanus, in Concordia Antinomiarum, verbo, Dies termini. num. 36. cum sequentibus, & dato quòd in hoc adsint hinc inde opiniones, in propositum tamen nostrum hæc est tenenda ex dictis, scilicet, quòd dies renuntiationis computatur in termino dictorum viginti dierum, totus ipse dies, si de hora factæ renuntiationis non constat, sed si de ea constaret, tunc vtique ab ipsa renuntiationis hora current. Et quia licet dictio, post, adiecta alicui dici vel actui excludat diem, vel actum illum ꝑ, vt inquit *Rebus. in l. Labeo. §. item si Dominus, versiculo, & hæc. pagina. 139. ff. de verborum signific. & Tiraquell. de retract. Linag. §. 1. gloss. undecima. numero. 50. pag. 193.* tamen nihil hoc obstat, nam quantumuis excludatur per hanc dictionem tempus renuntiationis, ea tamen facta statim currunt viginti dies, vt in simili inquit *Tiraquel. dict. glos. 11. num. 28.* & cum de momento & hora renuntiationis non constet, nimirum si totus ille dies computetur in termino, cum id sit regulare ob euitandum odium, vel fauorem adipiscendum, secundum *Tiraquel. in dict. glo. 11. num. 45.* & quia secundum eum *ibi num. 32.* contra legistatorem, qui legem dicere potuit apertius est interpretatio facienda, & ex aliis ibi dictis per *Tiraq. in numeris sequentibus maxime in num. 34.* hæc fortificare poteris. Et computatur iste dies more Romanorum ꝑ vigintiquatuor horarum à media nocte vsque ad aliam mediam noctem, quia vbi ius ciuile facit mentionem de die, de tali intelligitur, secundum *Rebus. in l. 2. §. fin. ff. de verb. signific. pag. 30. in medio, vbi pag. 29. ad fin.* ita expresse tenet, & inquit sic fuisse pronuntiatum, & idem *Rebus. in praxi benefi. titu. de infr. resig. glo. 9. & Tiraq. dict. glo. 11. nume. 7. pag. 186.* & in beneficiis conferendis testatur idem seruari *Ioseph. Ludouic. decis. 116. num. 7. par. 2.* Et an Rex possit renuntiationem in aliquem idoneum factam non admittere ꝑ, latè *Matiuzo, in Dialog. Relato. 4. part. cap. 12. per totum,* nunquam tamen vidi eam non admisisse, sed potius contrarium. In supradictis tamen semper consulo, vt tempus computetur de momento ad momentum, si de hoc constare possit, vt veritas consideretur, & vera relatio fiat, ne aliter graues conscientiam tuam. Et quare lex assignauerit potius viginti quam triginta dies ꝑ dubitauit *Gometi. in dict. Regul. Cancel. de infr. resignan. questione. 25.**

S V M M A R I V M.

Resignari non potest officium nisi coram concedente. num. 1.

Lex 5.

S V M M A R I V M.

Renuntiationis officij publici resignabilis intra triginta dies à die renuntiationis numerandos, presentanda est coram Rege.

O 2

Ibi,

IBI, ANTE NOS, non enim potest officium resignari, nisi coram concedente, † ex dictis per Rebus. in praxi bene. titu. de resig. express. num. 14. pagin. 476. in fin. in antiquis, & in nouis, est in num. 11. pag. 315. per text. in cap. admonet, ibi, te in consulto dimittere, & in cap. fin. de renuntiatio. & Roma. singul. 352. an tabellio, quod intelliges, ne videamur nos contrariare dictis in l. præcedente, vt sufficiat præsentare resignationem coram tabellione publico factam per renuntiantem, & ab ipso tabellione signatam per ipsum renuntiantem, vel procuratorem suum ad hoc specialiter constitutum coram rege intra triginta dies ab hac lege constitutos, non verò vt intelligas, quod coram alio, quam coram ipso Rege renuntiari non possit, nam eundem coram publico & approbato tabellione renuntiatur quotidie, sed vt admittatur resignatio debet fieri præsentatio cum renuntiatione signata coram ipso Rege intra terminum nostræ legis.

S V M M A R I V M.

Publicatio prouisionis facta de Decurionatu requiritur quod fiat intra. 60. dies post gratiam factam. n. 1.

Possessionem decurionatus an sufficiat per procuratorem capi. n. 2.

Possessio mobilium, & immobilium, & iurium & actionum potest per procuratorem capi. nume. 3. & etiam per actum fictum procuratoris vt ibi.

Lex 6.

S V M M A R I V M.

Postquam admissa est per regem renuntiatio, & expeditus titulus nouus in fauorem illius, cui datur & conceditur, tenetur iste nouus successor se cum titulo præsentare in concilio ciuitatis, villa aut populi vbi tale officium est constitutum, & capere possessionem ipsius officij intra 60. dies à die concessionis numerandos sub nostri tex. pænis.

IBI, LO PRESENTE EN EL CONCEIO, Ex iis verbis habes notare, quod sicut in beneficijs ecclesiasticis † requiritur publicatio ex Reg. Cancell. Apost. de publi resig. ita etiam in officiis secularibus publicatio requiritur intra sexaginta dies à lege nostra constitutos post diem gratiæ à Rege factæ numerandos, vt bene aduertit Dida. Perez, in dict. l. 22. titu. 2. lib. 7. ordi. pag. 412. col. 2. in fi. cum sequentibus. & sic plures ex quaestioibus per Doctores, in dict. Regula Cancell. mot as poteris hic adaptare.

IBI, Y tome possession del, sed an sufficiet per procuratorem capere hanc possessionem †, videtur quod non, quia tenetur iurare statuta ciuitatis, villæ, aut populi vbi officium illud consistit, & capitula alia, quæ ab omnibus iurari solent, quod iuramentum personalem præsentiam requirere videtur, & per l. 3. tituli sequentis disponitur, quod non detur hæc possessio, nisi prius iurentur ibidem contenta, & per consequens alij committi non possunt, quia industria personæ videtur requisita. Nihilominus tamen contrarium verius mihi videtur, imò quod per Procuratorem ad hoc specialiter constitutum id fieri possit, nam id regulare est, quod per talem procuratorem possit hæc possessio capi, tam mobilium †, quam immobilium, & etiam iurium. & actionum ex l. 1. §. per procuratorem. ff. de acquir. possess. tex. in cap. accedens, de præbend. & utrobique scribes, optima l. 3. tit. 30. part. 3. ad eò vt etiam per actum fictum factum per procuratorem acquiritur domino vera possessio, secundum Dyn. consi. 15. questio talis est, Bart. & Ias. num. 396. cum sequentibus. in l. si is qui pro emptore. ff. de usu. capio. potest enim quis per alium, quod potest facere per se ipsum vt in Reg. potest quis, de reg. iu. in 6. neque obstat quod debet iurare, nam & prælatus tenetur iurare statuta suæ ecclesiæ, & nihilominus per procuratorem capit possessionem sui Episcopatus, vt quotidie videmus, sicque & sponsalia per procuratorem fieri possunt, soletque procurator in animam domini sui præstare iusiurandum c. nouit. de officio dele. & in alijs casibus relatis per Doctores, maxime Per. Pekium, in dict. cap. potest quis. Industriamque personæ non videmus in hoc casu de iure requisitam, & sic iure optimo potest per procuratorem capi possessio hæc, quoniam & procurator nomine Domini iuramenta præstare poterit, & itidem ipse Dominus cum primum venerit ad consistoriū poterit implere obligationem hanc iurandi statuta sicut & prælatus facit, cum primum (capta iam possessione Episcopatus) ingreditur Ecclesiam suam Cathedralē, & licet hæc scrupulo non carere aliqui dixerint, hæc mihi posterior placet opinio. Habes tamen notare, quod hodie habemus quandam nouam pragmaticam, quam retuli in mea Curia Pisana, de decurio. lib. 4. capitulo. 2. circa has renuntiationes & possessiones officiorum capiendas disponens ad euitandas fraudes solitas fieri ne officia perderentur, quam post hæc in vltima impressione nostræ Recopilationis facienda insertam reperies, & hæc pro hoc titulo.

Lex 7.

NON Summatur.

S V M M A R I V M.

Nouus ordo seruandus in renuntiationibus officiorum renuntiablem in presenti apponitur.

HE hac lege meminimus in curia Pisana, lib. 4. c. 2. & in l. 4. istius nostri tituli. 4. ideo hic non insisto amplius.

TITV.

TITULO QUINTO

De los propios y rentas de los concejos.

ET cum superioribus titulis dictum sit de concilijs populorum & officijs publicis eorum, nunc consequenter de bonis proprijs agendum est in hoc titulo.

S V M M A R I V M.

Respublica duplicis generis communia bona habet.
num. 1.

Lex Prima:

S V M M A R I V M.

Propria ciuitatum & populorum & officia eorum ab aliquibus occupata restituenda sunt, non obstantibus Regijs literis & provisionibus contrarijs.

IBI, EN SVS PROPIOS, & hæc sunt propria ipsorum locorum, non vero publica, omnis enim resp. duplicis generis bona communia ¶ habet: quædam enim sunt, quæ velut in peculjo, vel in pecunia ipsius populi consistunt vt *l. sed Celsus, in princ. ff. de contra. empti. l. 15. titu. 5. part. 5.* veluti serui, molendina, redditus & similia, quæ sunt velut quælibet priuatorum bona, & hæc strictissime publica appellantur, vt in *l. inter publica, & ibi glo. ff. de verbo. signifi.* & quia verè publica non sunt, datur eorum propria & vera venditio, quod non est in alijs, quæ sunt in publico vsu, & de his bonis, quæ sunt velut patrimonium populorum loquitur Iuriconsultus in *tit. ff. de adm. rerum ad ciuit. pertin. & tex. in l. 10. tit. 28. part. 3.* & lex nostra & sequentes, debentque hæc bona communia, quæ sunt in redditibus populorum in communem omnium vicinorum vtilitatem erogari, vt probatur in *l. 20. titu. fi. part. 3. ibi Deuen ser metidas en pro comunal de toda la ciudad, o villa cuyas fueren,* veluti in pluribus exemplis positus per *Auend. cap. 10. prato. num. 3. cum sequent. lib. 2.* Quædam verò bona sunt in vsu publico & communi, vt Platea, theatrum, via & similia, quæ nunquam occupanti conceduntur, vel quæ cælo terraque inteniuntur, & occupanti naturali iure conceduntur, & licet proprie non sunt reipub. particularia, sed totius orbis, sunt tamen in vsu publico, & conceduntur, vt diximus, occupanti, vt *l. fin. & ibi Paul. sic distinguens. ff. de vsucapio. & de iis bonis loquitur Bar. in Rub. C. de contra. empti. & Bar. in l. prohibere.*

Tom. 4.

S. plane. ff. quod vi aut clam. l. 9. tit. 28. par. 3. de quorum vsu abunde tradit Auend. cap. 4. & 12. prato. lib. 1. & nos diximus in l. 1. tit. 15. lib. 4. supra, quæ sunt necessaria pro nostri tituli declaratione, & sic considerauit *Auend. cap. 10. prato. num. 1. & 2. lib. 2. & Rebus. in l. inter publica. 17. in ordine. pagin. 155. versic. Glo. prima cum sequentib. ff. de verb. signifi. & nouissime Humada, in l. 5. tit. 26. part. 2. gl. 6. num. 16. cum sequentib. vbi late examinat in cuius dominio sunt hæc bona, & diximus in dict. l. 1. num. 56. cum sequent. tit. 15. lib. 4. supra.*

¶ *Ibi, Que las tiendas, y boticas, y albondigas, y lonjas, y suelos,* in quibus etiam habebit locum dispositio *l. 3. tit. 7. infra isto lib. remedium adhibens contra occupatores bonorum concilij ciuitatis aut alterius populi, ex text. in ea l. 3. ita disponente, & ex nostro hic, ita adnotante Auend. cap. 4. prato. num. 32. versic. item remedium lib. 1. & id sine dubio est, cum habeamus has leges ita disponentes.*

S V M M A R I V M.

Rex in dubio non videtur velle alicui præiudicare.
num. 1. nisi vt. n. 3.

Tollere vni & dare alteri, non licet nisi ex causa publica. num. 2.

Lex 2.

S V M M A R I V M.

Beneficia principum concedentium propria ciuitatum vel populorum nihil valent.



IBI, DE GVARDAR SVS DERECHOS, Y RENTAS, Y PROPIOS, A LAS NVESTRAS CIVDADES, VILLAS Y LVGARES, rex enim ¶ in dubio non videtur velle alicuius iuri præiudicare, ex *l. 1. §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco pub. in cuius propòsitum plura dixi in l. 4. tit. 3. num. 39. lib. 1. supra, & in l. 1. titu. 1. lib. 4. supra, & in alijs pluribus locis, & sic in nostra lege dicitur, quod non est voluntatis Regis iuribus & proprijs ciuitatum & villarum & vicorum præiudicare, nata postquam Rex unicuique ciuitati, villæ, aut populo terminū assignauit, & terras ac redditus concessit vt propria illius essent, non est censendum velle donationem hanc reuocare, cum priuilegium eius debeat esse mansurum, vt & notat *Areti. consi. 15. col. 2. & eo relato Auend. c. 12. prato. n. 20. in prin. lib. 1. & diximus latè in l. 1. tit. 15. l. 4.**

O 3

supra,

Supra, num. 56. cum sequentibus. neque licet vni tollere
 2 † & alteri dare nisi ex causa publica, ex l. *item si ver-*
beratum. §. 1. ff. de rei vend. & in l. Lucius. ff. depositi.
& l. 2. tit. 1. par. 2. & Auend. dict. nu. 20. & dixi-
 3 *mus in dict. l. 1. tit. 1. lib. 4. supra, nisi rex ex certa*
scientia terras † has concederet derogando legibus
 & priuilegijs, nam si id faceret, obtemperandum
 esset, secundum Bald. *in cap. cum adeo, de rescript. raro*
 tamen id facit, & tunc cum causa, & populo citato,
 & non contradicente, vt inquit tunc fieri posse
Auend. dict. num. 20. versicul. & in tali casu, & ha-
 bemus etiam l. 11. titu. 7. infra isto lib. vbi idem
 quod in nostra prohibetur, & ad administratores
 ciuitatum & populorum extenditur, vbi & alia di-
 cemus annuente Deo.

S V M M A R I V M.

Tabelliones & alij hic prohibiti non possunt con-
ducere redditus Regios. num. 1.

Procurator communis, vulgo Procurador del
comun, ciuitatis vel villa, & procurator terræ
an possint conducere Regios redditus. n. 2. nisi
vt ibi.

An decimas Ecclesiarum & Ecclesiasticorum cen-
seantur prohibiti conducere decuriones & alij
hic contenti. num. 3.

Bona populorum & vicorum ciuitati vel villa
subiectorum an poterunt decuriones vel tabellio-
nes vel aduocati talis ciuitatis vel villa con-
ducere. num. 4.

Vecaria populorum habentur vt propria eorum nu-
mero. 5.

Lex 3.

S V M M A R I V M.

Personæ in lege nostra contentæ con-
ducere non possunt propria, vel redditus concilio-
rum, neque census ac bona Regia, neque esse
fideiussores, vel assecutores conductorū sub
nostra legis pœna.

IBI, QVE NI IUSTITIA, & sic neque iudex
 fraternitatis, vulgo, *Alcalde de Herman-*
dad, hæc poterit facere, nam & hic iustitia
 dicitur, & ad eam administrandam in populo illo
 electus est & nominatus, & eadem ratio militat in
 eo, quæ in alijs iudicibus ordinarijs, præsertim cum
 in præcedentibus, verbis, *Ningun alcalde*, generali-
 ter loquatur, & de alijs omnibus dixerit, ita vt in
 iis verbis, *Ni iustitia*, iudex fraternitatis etiam com-
 prehendatur, & ampliatiuè non verò restrictiuè
 verba hæc intelligamus, maximè in hac materia fa-
 uorem publicum concernente.

¶ Ibi, *Ni del numero*, Ampliantur per nostram le-
 gem. lex 4. 5. & 9. titulo 10. lib. 9. infra, prohi-
 bentes tabellionibus iis, *Del numero*, redditus hos
 1 Regios conducere, † vt iam lege nostra addantur

tabelliones ij personis ibidem prohibitis con-
 ducere Regios hos redditus, & sic lex nostra est amplia-
 tiuà dictarum legum, prout ex subscriptione mar-
 ginali nostri text. colligitur, vbi inferitur capitu-
 lum 25. anni. 1525. à Carolo. V. Toleti constitu-
 tum, quod in tabellionibus concilij loquebatur, &
 per cap. 77. Anni. 1528. per eundem Carolum ad
 tabelliones numeri extenditur, de quibus & in l. 25.
 titu. 7. libr. 3. *suprà* vbi & alia dixi, & sic considerat
Auiles. c. 32. prato. glo. Officiales.

¶ Ibi, *Ni otros officiales que han de ver hacienda de con-*
cejo, idem in aduocatis populi illius disponitur, per.
 l. 4. tit. 10. libr. 9. *infra*, de quibus personis legem
 nostram considerando tradit *Auen. cap. 12. prato.*
num. 13. vers. Octauum est, lib. 2. ex quo infero ma-
 lè dixisse eundem *Auend. cap. 19. pratorum. numero*
24. vers. & hac ratione, libr. 1. dicentem, quod de-
 putati & alij, qui tantum consulunt, & assistunt
 concilio ciuitatis non censebantur per legem no-
 stram prohibiti conducere redditus populorum &
 Regis, nam id ex lege nostra in iis verbis, & ex re-
 petitis in fine nostræ legis dum dicitur, *Por los otros*
officiales que no son de los susodichos que no han de ver ha-
zienda de los concejos, videtur comprehensum, ergo
 deputati & assistentes concilij, qui debent videre
 distribui bona ciuitatis nullo modo possunt con-
 ducere bona hæc, contra *Auend. vbi supra*, quod
 intelligo de deputatis ad videndum bona concilio-
 rum distribui, & de consultoribus eorum à ciuitate
 nominatis & designatis, quorum consilio hæc fieri
 debent. Ex quibus infero, quod procurator com-
 munis, vulgo, *Procurador del comun de la tal ciudad, †*
 2 *o villa*, & procurator terræ & districtus, vulgo, *Pro-*
curador de la tierra, qui in concilijs assistunt, vt vi-
 deant an ibi aliqua statuatur in præiudicium com-
 munis vicinorum ciuitatis, vel terræ suæ, vel an in
 iis fiat aliquid contra præiudicium ciuitatis, aut
 terræ, non videtur, quod sint comprehensi sub no-
 stræ legis prohibitione, & ex iis verbis, *Ni otros offi-*
ciales que han de ver hacienda de concejo, colligitur cla-
 rius, quia isti duo procuratores, communis scilicet
 vicinorum ciuitatis, vel terræ suæ iurisdictionis,
 nihil aliud agunt, quam contradicere ea quæ in ta-
 libus concilijs in præiudicium suarum partium sta-
 tuuntur, non verò vident bona propria concilio-
 rum, neque de eis administrandis se intromittunt,
 & cui non conueniunt verba legis, neque eius con-
 uenit dispositio. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. l. 1. §.
loquitur. ff. de aqua quori. & est. late Mexia in l. de To-
ledo, in 1. partis fundamento 2. num. 2. & 3. & quia
 lex nostra prohibitiua & pœnalis est, neque de vna
 persona ad aliam debet fieri extensio in qualibet
 dispositione, vt alibi diximus, & sic videtur ita te-
 nendum nisi in casu in quo esset consuetum, quod
 & ij procuratores assisterent in expendendis vel re-
 uidendis proprijs talis ciuitatis & populi, nam tunc
 & ipsi censerentur comprehensi sub legis nostræ
 dispositione, & hæc mihi pro nunc placent, latius
 qui consilium aut sententiam super iis præstare
 voluerit, considerabit, nollem enim nouarum opi-
 nionum propositione aliquem lædere.

¶ Ibi, *Ni sean fiadores*, vt est text. in l. *Curialis. C.*
locati. Platea in l. si quis procuratore. C. de decurio. libro.
 10. Boeri. *decisi. 315. num. 2. & Auiles, vbi supra, vbi*
 ampliat ad sacerdotes & milites.

¶ Ibi, *De rentas de propios, y cõcejales, ni de rentas Reales,*
 sed an

sed an & de Decimis Ecclesiarum clericorum, vel religiosorum censentur dicta persona & prohibita conductionem facere, & videtur dicendum qd sic, nam ex illis decimis Rex habet tertias coronae Regiae incorporatas, de quibus in *tit. De las tercias del Rey, infra lib. 9.* ergo cum ibidem includantur redditus Regij necessario videtur dicendum idem esse prohibitum. Nihilominus tamen contrarium mihi verius videtur, nam decimae hae Ecclesiasticae non sunt de proprijs ciuitatum, neque de redditibus Regijs, sed Ecclesiarum & ministrorum ipsarum, in *toto titul. extra de decimis, & in partit. 1. tit. 20. & in lib. 1. supra* & ipsis Ecclesijs & ministris eius principaliter competunt, & quamuis in eis Rex habeat ex concessione Romani Pontificis partem, tanquam decimalia tamen sunt censenda, & sic de eis debet iudicari, sicut de alijs decimis, nam subrogatus debet sapere naturam illius in cuius locum subrogatur, & quod principaliter agitur est attendendum, non vero id quod incidenter, vt per *iraq. in Tract. res inter alios acta, & ex dictis per nos, in l. 34. tit. 6. lib. 3. supra* & cum principaliter decimae conducantur, licet sub eis tertiae dandae Regi contineantur, non videtur hoc consideratione dignum in proposito nostrum, & cum in decimis lex nostra & similes non loquantur, neque disponant, merito dici potest earum dispositiones non habere locum in decimis maxime si Regis nomine tertiae eius separatim ab alijs decimalibus administrantur & conducantur, prout fieri solet, nam licet quoad has tertiae tunc dici possent legem nostram & similes locum habere, non tamen quoad alia bona decimalia Ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum vel religiosorum.

Ibi, *De las ciudades, villas y lugares, donde tuuieren los dichos officios*, sed an de vicis & populis tali ciuitati subiectis idem dicendum & erit, & in hoc duo casus sunt considerandi. Primus circa officiales talis vici & populi subiecti, & quoad propria eorum, & redditus Regios ab ipsis vico & populo Regi soluendos, nihil dubium quin officiales talis vici & populi hae conducere non possint, cum de omnibus lex ista loquatur: Secundus casus est, circa officiales ciuitatis volentes conducere propria vici & populi alicuius illi ciuitati subiecti, vel redditus Regios ibidem Regi soluendos, & in hoc casu idem videbatur dicendum, sicut in primo casu circa officiales ipsiusmet vici & populi, sed an circa officiales ciuitatis loci & vici illius saltem circa rectores & tabelliones del numero, dubium mihi videtur, nam quod idem sit in eis facit, nam & isti suis temporibus visitant vicos & populos iurisdictioni suae ciuitatis subiectos infimul cum iustitia, & rationes quaerunt & gerunt priorum talium vicorum, & sic videntur comprehendi sub dispositione nostrae legis & similium, & quia cum lex nostra fauorabilis sit territoria comprehendit, *ex dictis per Alexand. in l. finita. §. si de vectigalibus. num. 6. ff. de damno infecto cum quo est communis, secundum Gome. in. §. rursus. num. 19. Institu. de actio. & traditur per Balb. in Tract. de praescriptio. 3. part. 5. partis princip. quaest. 2. in contrarium tamen facit lex nostra, ibi, Donde tuuieren los dichos officios*, ergo non extra illum locum, quia qualitas adiuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi, ex iuribus vulgatis, & quia videtur non militare rationem nostrae legis,

Tom. 4.

nihilominus tamen dubiam credo esse questionem hanc circa rectores & tabelliones ciuitatis illius, cui vici illi & populi subiecti sunt, nam circa rectores & officiales suos talis ciuitatis nulli dubium nisi quod neque in vicis suae iurisdictionis non possint conducere propria locorum illorum neque redditus Regios, eo quod in ciuitate & tota eius iurisdictione prohibitum est per alias regias leges, ne emant bona aliqua neque negotientur, quod non est in tabellionibus & rectoribus ciuitatum circa populos iurisdictionis suae ciuitatis subiectos, & sic circa tales rectores & tabelliones latius erit cogitandum.

Ibi, *Ni de las carnicerías dellas*, hic habes text. probante quod vecariae & populorum habentur, vt propria eorum & sic in eis sicut in alijs proprijs procedendum est, & dispositum censetur, & habent locum omnia circa propria locorum disposita, vt diximus in *l. 2. num. 13. titulo. 1. libro. 2. supra*.

Ibi, *Recibidos a la posesion*, vide ad quid notauimus & considerauimus hae verba, in *l. 5. tituli praecedentis; verbo, Tome la posesion*.

S V M M A R I V M.

Bona ciuitatis vel villa non est de essentia vt locentur, nam & per personas nominandas a concilio administrari poterunt. numero. 1. hodie secus. numero. 5.

Locatio in publica subhastatione facta exclusiva est omnis doli & fraudis. num. 2. potest tamen probari contrarium, vt nume. 3. & nume. 4. declaratur.

Ex licitatione ad diem certum facienda colligitur vera certificatio ad licitandum. num. 6.

Assignatione diei ad vltimam subhastationem si aliquis licitationem fecerit, non licebit diem illum prorogare. num. 7. nisi consuetudine aliud sit introductum. vt ibi.

Praeco si deficiat ad praconizandum per edicta, in loco publico affixa potest locatio bonorum fieri numer. 8. vel per tubam & sonum campanae si ita est consuetum, vt ibi. num. 9.

Subhastationis forma qua sit. num. 10.

Subhastatio quid sit. num. 11. & ibi a quo dicatur & deriuetur.

Bona ciuitatum vel villarum non possunt extra formam nostri textus locari. num. 12.

Interest nostra conuicinos fundos acquirere etiam supra iustam aestimationem. num. 13.

Praeconia in loco consueto sufficit dari etiam si ibidem non sit res locanda. num. 14. vbi quid si adest pestis, vel sunt in diuersis territorijs.

Terminus Praeconiorum arbitrarius erat hodie in rebus ciuitatum & villarum locandis, iam est taxatum ad nouem dies. num. 15. vbi quid in venditione. vbi & an minui vel prolongari possint.

Praconium quolibet horum nouem dierum dari an sit de substantia. num. 16.

Iudex licet praecipiat alicui quod intra nouem dies

- continuos accedat ad eum adhuc datur vnus ad quietem. num. 17.
- Vltima subhastatio non debet fieri in aliquo horum nouem dierum sed eis elapsis est assignandus dies para el Remate, vel intra nouem dies ad diem primum secundū vel tertiu post nouem dies. n. 18.
- Vltima subhastatione ritē & rectē facta non admittitur alius licitator. num. 19.
- Adiectio del quarto non admittitur in alijs bonis quam Regijs. num. 20. nisi vt ibi.
- Per viam Restitutionis benē admittitur nouus licitator. n. 21.
- Plus offerenti danda est res licitata, num. 22. & nu. 28. declaratur.
- Lege nostra attenda corrigitur dispositio distinctio- nis Bart. in l. si tempora. C. de fide instrum. lib. 10. num. 23.
- Non ad precium, sed ad maiorem conciliorum vti- litatem est attendendum, de quo & de hac vti- litate meliori. num. 24.
- Idoneus debet esse ille, in quem bona conciliorum subhastantur. num. 25. & ideo fideiussores dan- tur quotidie per talem etiam si idoneus sit.
- Licitatore secundo plus dante an primus ante eum liberetur. num. 26.
- Si quis per errorem adiectionem fecit super precio, quod in rei veritate non erat auctum, an vale- bit. num. 27.
- Quilibet admittitur ad locanda prædia Reip. qui non sit in iure prohibitus. num. 29.
- Requisita in rebus ciuitatum adhibenda. num. 30.
- Aliquid si est expendendum pro reparanda re locata ciuitatis, iudex cum rectore habet potestatem cō- sumendi tertiam partem pensionis. num. 31. vbi ad omnes locationes rerum priuatarū extenditur.
- Facta locatione statim conductores possunt vti ea & recuperare & administrare ac si haberent mādatū. num. 32. imo & inter ipsos conductores censetur adesse mandatum ad agendum. num. 33.
- Respub. etiam potest agere contra conductores & eorum socios statim facta locatione, & adue- niente termino solutionis designato per conducto- res ipsos ac si a principio ipsi socij conduxissent. num. 34. vbi an idem sit in alijs socijs.
- Lex nostra non loquitur in rebus, quæ in foro ven- duntur, vt frumentum, vinum, oleum & simi- lia, quia hæc sine præconio venduntur. num. 35.
- Solemmitates esse adhibitas, quis debet probare. n. 36.
- Rectores tanquam administratores reip. tenentur de negligentia. num. 37.

Lex 4.

S V M M A R I V M.

Forma locandi propria & redditus po- pulorum describitur in præfenti.

Bi, Y LO OVIËREN DE ARRENDAR, Ex ijs verbis colligitur clarē, quòd non est de necessitate † locare propria ciuitatis, villæ, aut populi, nam & per suos administratores possent coli prædia publica & fructus percipere sicut tu- tor facit in rebus pupilli, vt in l. 15. titu. 16. part. 6. ibi, *Hazer labrar las heredades*, nam intelligitur siue per se, siue per colonū, & ita lex nostra innuit, dū in ca- su in quo propria sunt locāda, inquit seruādas legis nostræ sollemnitates, & per consequens quòd non subijcitur necessitati, vt locari omnino debeant, sicut & Rex ipse suos redditus per suos thesaurarios administratores ac collectores plerumque admini- strat, & hoc præfertim cum non reperitur, qui pre- cio iusto ea conducat, verum quia legnius guber- nantur per plures bona communia, nam videntur quasi neglecta, vt in l. 2. C. quando & qui 4. par. de- be. Idē vt neque iustitiæ & rectoribus imputetur, frequentior est horum bonorum communium locatio, & vtilior: & exclusua est omnis doli & fraudis locatio hæc publica subhastatione † facta, vt probat *Abb. consil. 69. volu. 2. & Ripa, Responso 9. sub titulo de legibus & probatur ex. l. 32. tit. 26. par. 2. & ex. l. 52. titu. 5. part. 5.* & faciunt notata per *Barto. in l. 2. C. de præd. curi. & Ange. in l. precia re- rum. ff. ad l. falci. potest tamen probari † contrarium,* & transfert onus probandi in aduertarium, quia non est iuris & iure præsumptio, sed iuris tantum, vt per *Mascardum, de probatio. conclusio 655.* & quia cōmuniter iam solēt locari bona hæc ciuitatū, & po- pulorum, sicut & pupillorum & minorum sic sem- per consulo fieri vbicunq; fieri potest. Habes tamē notare quòd in subhastatione bonorum executato- rum quæ fit in executione contractus publici sen- tentiæ aut cōfessionis iudicialis, vel priuatę scriptu- ræ recognitiæ cum minori precio vendi soleant quā debeat fieri & submissa voce præconia dentur, fraus præsumitur licet publica subhastatio † dicatur, se- cundum *Didac. Per. in l. 4. tit. 8. libr. 3. Ordin. col. 1073. in prin. & facit in Argumentum. l. 40. in fin. titu. 5. part. 5.* Ex quibus habes etiam notare, quod licet de iure in locationibus non requirebatur sub- hastatio, secundum *gl. in l. quamuis, in verb. Prædj. C. de vend. rei ciuit. lib. 11. & in l. 3. verb. Licitatio. C. de fund. patri. lib. 10.* tamen verum est & erat in rebus priuatorum, secus si locentur † res publicæ, vt hic, & notabat *Bertachi. de gabellis. 2. p. q. 6. & seq. per l. penes. C. de vestig. & com. notar. Rebus. de præconijs. in 2. tom. consti. Franc. art. 4. gl. vnic. num. 32.* & idem est in rebus pupilli minoris, vel Ecclesiæ, vbi & quando locantur, secundum *Guido. Damhoud. in tract. de subhast. c. 1. num. 15. cum seq. & c. 2. vbi. c. 4. tractat, de subhastationis forma & modo, ibidemque. num. 1.* asserit, in hac subhastationum materia opiniones *Bart. Bald. & Specular.* & eorum dogmata & inter- pretamenta omnes sequi Doctores passim & lau- dant & asserunt.

† Ibi, *Dia cierto*, nam ex tali assignatione colli- gitur vera certificatio ad licitandum †, facit *text. in l. at qui aliter. §. 1. ff. quòd vi aut clam.* & ibi probatur, quòd si assignatio diei esset obscura num valeret, vt per *Roma. consi. 379. & facit lex, ea quæ. §. si. ff. de contr. empt. notar. Auend. d. c. 12. præto. nu. 4. requisito. 3. lib. 2.* vbi tamē inquit q postquā semel assignatus fuerit dies iste *Para el remate*, si aliquis fecerit licitationē, quæ vulgo dicitur, *Postura*, postea non licebit varia- re

7 re ¶ in assignatione termini, quia esset in præiudicium iuris adquisiti, secundum *Platea in l. 2. C. de fund. reip. lib. 11. & Bart. in l. si tempora. C. de fide instrum. lib. 10. in versic. Quinto quero utrum. num. 5. & quando sit, En almoneda, loquitur. l. 32. tit. 27. p. 2.* in hoc tamen posteriori dicto praxis se in contrarium habet in hac ciuitate Placentina in qua id ausim affirmare, in ea enim quotidie siue in bonis priuatis, siue reip. siue minorum etiam si sit assignatus dies & terminus ad vltimam adiectionem, & sic *Para el remate*, & etiam si dictum sit quod die illo & termino elapso res illa remaneat subhastata. *De vltimo remate*, facta licitatione aliqua, si alius maiorem licitationem fecerit intra terminum illum cum hac conditione, quod terminus assignatus *Para el remate*, prolongetur in longiorem terminum, vel in breuiorem, admittitur talis licitatio, & si bene inspiciatur *Bart. in d. l. si tempora. num. 5.* non dicit id ad quod *Auend. ubi supra.* eum allegat, sed potius contrarium, nam *Bart. ibi.* loquitur, quoties iam est lapsus dies & terminus assignatus *Para el remate*, tunc enim mirum non est si alius non admittatur, nisi per viam restitutionis in rebus publicis minorum Ecclesie, vel Regis, vt inquit *Bart. ubi supra, num. 7. & alibi* diximus latè, secus verò est si antequam dies ille & terminus assignatus *Para el remate*, labatur, alius compareat plus offerens tunc enim nimirum si admittatur plus offerens intra terminum illum cum conditione, vt longius prorogetur, quia tunc non est adquisitum ius primo offerenti ex assignatione termini, cum intra terminum illum alius possit comparere, & maiorem licitationem facere.

¶ Ibi, *Por pregon*, si in loco illo adest præco, nam si ibidem deficeret per edictum fieri posset in valuis ecclesie positum, vel in alio publico ¶ & consueto loco, nam ista solemnitas edicti æquipollet voci præconis & plus, vt est *text. in l. loca*, & ibi notat *Platea. C. de loca. prædi. Fiscal. lib. 11. & per Angel. in Authen. de alien. & emphyteut. §. hoc etiam, colla. 9. & Auenda. eos referens, in dict. cap. 12. num. 2. versic. & aduertat. lib. 2.* Itidem si consuetum esset has publicationes fieri per tubam vel sonum ¶ campanæ sufficere, neque hoc debet omitti, vt notat *Bart. in l. 1. C. de pascuis publi. & Bald. in Rubr. C. de rescinden. vendi. Felin. in cap. cum M. col. 3. de constitu. Auend. ubi supra num. 3.* vbi tamen adesset præco per præconium hæc fieri deberent, eo vero deficiente per edictum & programma, vt dictum est, nam præconiū est inclamatio, & præco est, qui hæc programma inclamat, cuius etiam officium est dicta Regis & præceptum Magistratum publicare, & programma dicitur Edictum publicum, vt in *Rubric. C. communa. Epis. pro grammata*, vt not. *Rebuf. in 2. tomo constit. Franc. titu. de præconis, in princ.* Et sic inquit *Barto. in l. licitatio. ff. de publi. & vectig. subhastationis formam esse*, quod edicto ¶ aut præconis voce notum manifestumque sit dicendo, quod quicumque talentem emere aut comparare voluerit coram talibus infra tot dies ad promittendum, vel licitandum compareat, & plus offerenti dabitur, vt refert *Iodocus Damhouderi, in Tract. de subhastat. cap. 4. num. 4.* & sic secundum eundem *Iodoc. ibi. c. 1. num. 9.* subhastatio est rei venalis publice ¶ expositio cum præconis voce, vel edicto, vel proclamatione, quæ pluris licitanti, seu offerenti conceditur, vt probatur in *Authen. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccles. & in l. 1.*

C. de fide instrum. & iure bas. ff. lib. 10. & dicitur subhastatio ab hastario, quod secundum Papiam, locus est vbi venduntur, vel vendebantur proscriptorum bona, vt ibi per *Iodocum*, vel secundum *Rebuf. ubi supra. num. 6.* subhastatio vocatur illa venditio in publico loco facta: quia olim ea, quæ publicè vendebantur, veteres hastæ supponebant, & hasta in Auctionibus ponebatur, vt terror esset debitorum, quorum Bona vendebantur, nè vendere impedirent. Et idem fiebat, quando illa ad fisci vtilitatem vendebantur, vel bona debitorum fisci, vt in *tit. C. de fide instrum. lib. 10.* Ex quo nunc intellexi à quo habuerint originem hic Placentiæ tempore publicæ feriæ in die sancti Andree quolibet anno habendæ, in portis publicæ Domus de cōsistorio apponitur quædam hasta cum vna rodela per tempus, quo feria illa durat, quod credo processisse à dicta antiquitate apponendi hastam in subhastationibus publicis, vt nemo audeat per tempus illud feriatum impedire rerum venditionem. Et notandum est quod absque nostri text. solemnitate nõ possunt locari propria hæc ciuitatis vel populi, nisi Rex præberet licentiam ad contrarium obseruandum & faciendum, secundum *Humada. l. 5. tit. 26. par. 2. glo. 6. num. 18.*

¶ Ibi, *Pregonandolo*, intellige in locis consuetis, & vbi bona sunt sita, nam verisimile est, quod ibidem facilius emptor reperietur quàm alibi propter affectiones vicinorū, qui sæpè habent fundos conuicinos, quos nostra interest acquirere etiam supra iustam ¶ æstimationem. *l. si cui, de lega. 2. l. 1. §. sed si alij. ff. si quid in frau. patro. notat Pelaez, de maiora. l. par. q. 58. num. 23. & ante eum Rebuf. in dict. tit. de præconis, art. 1. glo. 2. num. 6. ubi num. 7. inquit*, quod non intelligit, quod super fundo ipso locando, vel vendendo debeat præconium fieri, sed sufficit, quod in ciuitate vel loco ¶ consueto præconia dentur, ex *l. unica, in fin. vers. edictis. ex more propositis. C. de iust. codi. confir. & in locis frequentioribus ciuitatis, per text. in l. iubemus, ibi in frequentioribus locis proponendi. C. de defensori. ciuit. quod si locus ille esset peste confectus in alio proximo loco debet præconizari, & multiplicari, vt *Doct. notant. in l. 1. §. si iusserim. ff. de acquir. poss. quæ enim proxime sunt inesse videntur. l. lecta. ff. si cer. pet. sed si in pluribus locis res sitæ sunt, ita vt sub diuersis tribunalibus & territorijs existant, tunc in quolibet territorio debent præconizari & publicari, secundum eundem *Rebuf. ubi sup. art. 7. gl. vna. num. 5. & Pelaez, ubi sup. id ad bona vendita virtute executionis super eis petita applicans, ita vt ex contratio facta multæ executiones rescindi possint & annullari.***

¶ Ibi, *Por nueue dias*, de iure communi (excepta venditione rerum fiscalium & minorum & Ecclesie vbi viginti dies dabantur ad subhastationem) tempus hoc erat arbitrium in rebus aliarum ciuitatum ¶ & conciliorum, vt notat *Bar. in l. licitatio. in princ. ff. de pub. & vectig. quem & alios referens sequitur Auend. d. cap. 12. patro. num. 2. lib. 2. & Menoch. de arbit. iudi. lib. 2. cent. 2. casu. 171. num. 28. & Clarus in eadem centu. 2. casu. 129. per totum*, ex lege tamen nostra vides determinatum, quod in locatione bonorum & reddituum conciliorum, ciuitatum, villarum & populorum nouem dies dantur & assignantur, in venditione vero triginta dies assignari solent. Et nouem ij dies de quibus in nostra lege minui non possunt,

sunt, prolongari verò sic, & valebit subhastatio, vt
 per *Auend. d. n. 2. & 10. locū, in d. tract. subhastationum.*
c. 5. num. 2. & sic, secundū Auend. vltra nouem dies
 durabit & hodie arbitrium iudicis & decurionum
 ad subhastationem vltimam faciendam rei locan-
 da, sicut olim durabat. Ex quibus deducitur quod
 16 non est de substantia quod quolibet die. † horum
 nouē præconizetur, sed sufficet interpolatim præ-
 conizari, dū tamē per nouem dies dentur præconia
 publicè & in loco consueto, nam si nouē dies pro-
 longari possunt ergo non quolibet die præconia
 danda sunt, item quia licet tempus censetur esse
 continuum, *ex text. in c. 1. & ibi Ioan. And. de vita*
& hon. deri. in 6. c. laudabile, cum glo. de frigi. & ma-
les. Alex. in Rubr. de diuers. & temp. præf. Ant. Gom.
tom. 3. c. 1. num. 3. tamen adhuc dicitur continuum,
 etiam si adsit interuallum. *c. sint tibi, de consecr. dist. 5.*
text. l. 1. §. 2. & 3. ff. de aqua quotid. & esti. quos alle-
gat Addio. glo. continuatis, in cap. quamuis, de offi. ordin.
in 6. nam & secundum illam gl. quantumuis dica-
 tur alicui per iudicem, quòd intra decem dies con-
 17 tinuos accedat ad eum, adhuc datur † vnus dies ad
 quietem, quam gloss. allegat *Orosim in l. 1. ff. si quis*
cautio. col. 688. in fin. neque vitatur contractus licet
 interuallū transeat inter præconium & obligatio-
 nem secundum *Auiles c. 32. præf. glo. De pujar. num. 5.*
 & sic neq; vitabitur vltima subhastatio licet inter
 vnum & aliud præconium interuallum adsit, dum
 tamen in illis nouem diebus non vnū aut duo præ-
 conia dentur, sed plura potius, licet nō quolibet die
 præconizetur, vt inquit *glo. Pregonar, l. 52. tit. 5. part. 5.*
 18 † Ibi, señalando despues dia para el remate, nota di-
 ctionem illam, *Despues*, vt intelligas non † ad vlti-
 mum nouem dierum signandam esse vltimam sub-
 hastationem, sed ipsis nouem diebus elapsis signan-
 dus est dies ad eam neq; dico quòd assignatio huius
 diei sit omnino faciendā lapsis iam nouem diebus,
 sed quòd dies ille assignandus sit illorum dierū post
 nouem dies labentium, qui quidem & intra hos no-
 uem dies poterit dies aliquis assignari, in quo nouē
 ijs diebus elapsis fiat vltima subhastatio, & detur
 vltimum præconium. Dilatione enim nouem dierū,
 stante non sit Remate neq; est aliquid aliud facien-
 dum, quam præconizare, vt *l. siue pars. C. de dilatio.*
 notat *Auend. dict. cap. 12. num. 5. lib. 2. præf.*
 † Ibi, *Y se rematen*, quo quidem remate facto
 iuste, iuridice, absq; dolo, fraude & collusione non
 19 admittitur amplius adiectio aliqua † precij, vt re-
 moueatur res ab emptore vel conductore & detur
 nouo huic adiectori, *ex text. in l. Lucius. §. fin. ff. ad*
municip. & ibi glof. alia iura allegat, & notant. Bart.
 & relati per *Auend. d. c. 12. præf. num. 9. lib. 2. & 10-*
docus, in dict. tract. subhastatio. cap. 3. num. 5. Adeò vt
 neque adiectio, *Del quarto*, admittetur, prout admit-
 20 titur in gabellis, quæ quidem adiectio, *Del quarto* †,
 non practicatur in alijs bonis ac redditibus quàm
 Regi debitis, non verò in alijs bonis ciuitatum &
 conciliorum, vt per *Auenda. vbi supra. num. 10. &*
 11. nisi id, in pactum deductum sit vel statuto, aut
 consuetudine obrentum, vt per eundem *Auend. ibi-*
dem, & Auiles, vbi supra. num. 9. Cessante verò pacto
 statuto aut consuetudine, *Hecho el remate*, nullus alius
 21 admittitur licitator, nisi per viam restitutionis † in
 casibus in quibus dixi *in l. 2. glof. Porque diga, titulo. 1.*
lib. 2. supra, & me referens Doctor Gutierrez, dixit,
in suis practico Questionibus libro. 1. questione. 38.

† Ibi, *Que mayores precios diere*, plus enim offer-
 renti est danda res † licitata, per *tex. in Authen. hoc* 22
ius porrectum. C. de Sacros. Eccles. l. si tempora. C. de fide in-
strum. lib. 10. Barto. inquit, illa verba inducere
 obligationem, ita quòd non sit gratificationi lo-
 cus, vt & per *Bertachi. de Gabellis. 2. parte, quest. 9.*
facit glof. fauere in cap. venerabilem, de electio. notat
Rebuf. vbi supra artic. 7. glof. vnica. numero. 18. & tradit
Auend. d. cap. 12. numero. 7. & Auiles cap. 32. præf.
glof. de pujar, qui ambo inquirunt lege nostra arten-
 ta † corrigi distinctionem *Barto. in dict. l. si tempora.* 23
nume. 4. & in l. licitator, vbi Angel. altercat, ff. de pu-
blic. & vecti. idem Angel. in l. is, qui bona ff. de pigno-
ri. qui distinguebant, quod si verba præconij dice-
 bant, quòd plus offerenti daretur, omnino esset dan-
 dum, si verò hoc non dicebant, non astringeretur
 ad hoc ciuitas, quæ quidem distinctio ex lege nostra
 cessat, nam siuè præconium dicat, quòd dabitur plus
 offerenti in die signato *Para el remate*, siue hoc non
 dicitur præco, omnino vltima subhastatio est fa-
 cienda in fauorem illius, qui tunc maiorem auctio-
 nem & licitationem fecerit, & id expresse in ijs
 verbis probat lex nostra dicens: *Y se remate en aquel*
que mayores precios diere, & ponderandum est quòd
 lex nostra non dicit, *Que mayor precio diere*, sed in
 plurali, *Que mayores precios diere*, vt intelligamus,
 quòd nō ad solum precium nummarium est atten-
 dendum, sed etiam ad quamcumque vtilitatem
 † conciliorum, de qua vtilitate & meliori condi- 24
 tione ponit exempla, *text. in l. cum qui emit. §. melior*
cum duabus sequentib. ff. de in diem addictio. & not. Lu-
cas de Penna, in l. congruit. C. de locati. præd. ciuil. lib. 11.
& Rebuf. in d. art. 7. glo. vnica. n. 21. & diximus in
 propositum aliqua *in l. 2. tit. 1. lib. 2. supra*, & notat
Auiles. c. 32. præf. glo. De pujar num. 6. vbi & inquit qd
 est aduerendū, qd ille in quē subhastatio † vltima fit, 25
 sit idoneus ad soluendū *ex text. & ibi Bald. in l. & si*
proponebatur. ff. de in diē addictio. & in dict. §. melior, &
 hac de causa licet lex nostra nō requirat, quòd fide-
 iussores præstet ille, in quem fit vltima subhastatio,
 de consuetudine tamen semper petuntur & dantur,
 ne postea iudex & decuriones commissarij tenean-
 tur, & cum de consuetudine id fiat, tenentur omni-
 no fideiussores recipere & petere, secundū *Auiles,*
dict. num. 6. & Auenda. id pro requisito ponentem
in dict. c. 12. num. 13. Sed an per secundum maiorem
 licitatore liberetur † primus ante eum minorem 26
 summam offerens, & dicendum est qd sic per *text. in l.*
Valerianus. ff. de pratorijs stipula. l. stipularus es. ff. de fide-
iuss. l. cum plures. §. lege. ff. locati. dicit singulare, Cremē-
sis. singu. 41. tu scis quòd forma, vbi refert Bald. dicen-
 tem ex eo fuisse lucratum centū ducatos: quia per
 secundum actum ante rem receptam à prima lici-
 tatione videtur recessum, vt in *Authen. qui. mo. testa.*
infra. §. posteriore, & nouissimè factum præualet, lex
 pacta nouissima. *C. de pactis. tradit plura Cassan. in Ca-*
talog. glor. mund. part. fina. conside. fina. & hanc opi-
 nionem vltra *Bald. & Cremens. vbi supra*, tenet *Paul.*
de Castro, in dict. l. licitator. in princi. num. 3. ff. de publi.
& vectig. vbi dicit se recordari vidisse Bald. consu-
 lere pro hac parte in ciuitate Arimini, dum esset Pa-
 piæ, & sequitur Hippolit. Boeri. relati per *Additio-*
na. Cremensis, in dict. singul. 41. & Auiles, vbi supra.
num. 8. & Auenda. dict. ca. 12. pratorum, num. 8. versic.
item insertur. libro. 2. Contrarium tamen, imo quòd
 primus non liberetur, tenuit *Bart. in dict. l. licitatio.*
 ff. de

ff. de publica per text. in l. sabinus. ff. de in diem addictio. quem ad hoc refert *Rebus. vbi supra, num. 21.* cum tamen pro concordia intelligens, quoties secunda licitatio non est acceptata, secus vero si acceptata sit, nam tunc procedit Baldi & sequacium opinio, & bene, prout & tenet *Cassan. in consuetud. Burgun. Rubr. 5. §. 2. num. 23. & 24.* Sed quicquid sit de iure civili, de iure tamen Regio in redditibus Regijs habemus. l. 11. tit. 11. lib. 9. infra. opinionem Bart. approbantem & iubentem esse re deuoluendam *En quiebra*, ita vt primus non liberetur licitator, quam legem ad hoc considerat *Castillo l. 70. Taur. num. 37.* & de ijs fractionibus, vulgo, *Quiebras*, vide optime per *Boer. deci. 248. per totam, & Cassan. vbi supra, & Benuenut. in Tract. de mercatu. ritu. de Decoctori. 5. p. num. 8. fol. 331. in paruis*, vbi cum sequentibus numeris alias quaestiones proponit: Sed reip. quod remedium dabitur contra conductorem si deserat rem locatam, & de nouo locatur a Reipublica, quod vulgo dicitur, *Torno se en quiebra*, qualiter agat de interesse, *Auenda. vbi supra. num. 16. versi. & qualiter*, remittit se ad *Ias. in l. diem functo, num. 34. ff. de offic. assessor.* Et vt euitares tu conductor primus hac inconuenientia, consulerem quod quando feceris hanc licitationem, dicas, *Hago esta postura contanto que en mi se remate, o si se rematare en mi. y no de otra manera*, sed raro recipietur hac licitatio maxime in Redditibus Regijs: sed pro Reip. commodo essent statuta faciendā, quod propria ac redditus Reip. locarentur eisdem conditionibus, & grauaminibus ac formis, quibus locantur redditus Regij, prout in Ecclesiasticarum decimarum locatione de consuetudine habetur. Sed quid si quis per errorem putans primum licitatore[m] † in tanto posuisse rem aliquam, super hac licitatione, aliam maiorem fecerit, an tenebitur ex ea? vide *glo. Prometido, in l. 33. titu. 26. part. 3. & Auend. dicto cap. 12. prae. num. 7. lib. 2.* Notandumque itidem est pro complemento huius glossae, quod in quantum in ea diximus, bona Reipub. esse locanda iis, qui maiora precia obtulerint, vt lex nostra probat, est intelligendum dum tamen non excedant verum valorem † & precium, nam in foro conscientiae ultra precium iustum non est licitum reslocare, quia non debet plus offerenti dari, sed iustum pretium offerenti, secundum *Auenda. vbi supra. n. 8. versi. & nota*, inquit tamen ibidem, quod in dubio licitatio designat iustum precium. Et an rectores aliud facientes teneantur in conscientia ad restitutionem, & memini me hanc quaestionem legisse apud *Nauarra, in Tract. de restituti.* & dum hac scriberem non potui reperire, solummodo enim reperi quod in conscientia non licet plus iusto precio vendere vel locare, conducere vel emere, vt per ipsum *Nauarra, vbi supra, tomo. 2. lib. 3. cap. 2. num. 13. cum sequentibus aliquibus*, vbi, hanc asserit esse veram & tenendam sententiam, & contrariam erroneam, & consequenter neque rectores ciuitatum alium facientes excusantur.

¶ Ibi, *En las personas prohibidas*, de quibus in lege praecedente diximus, & de illis & aliis tractatur in titulo. *C. quibus ad conductu. lib. 11.* & cum numerentur personae prohibita[e], Regula erit in contrarium, scilicet, quod quilibet admittitur ad locanda praedia † Reip. qui non sit iure prohibitus, vt colligitur ex *l. ad officium. C. communi diuidum.* & voluit *Auend. d. c. 12. num. 13. requisito. 8. vbi in fi.* inquit, quod licet decurio prohibeatur conducere bona sua

Reipub. non tamen prohibetur ea retinere, ex textu expresso, in *l. decurio. ff. de decurio.* & ibi *gl.* quod non vsquequaque firmum reputo propter leges nostras Regias, de quo alibi me latius dixisse credo.

¶ Ibi, *Hago juramento*, hic est aliud requisitum pro locandis rebus ac redditibus conciliorum, quod quidem rarissime obseruatur, neque tale iuramentum vidi, neque auditum factum, neque receptum a conductoribus, ita vt in defuetudinem abierit. Ex quibus omnibus habes requisita adhibenda † in locatione rerum ac reddituum populorum. Primum enim dies certus est assignandus ad licitandum & subhastandum. Secundum, per praconium publicum vel per modum consuetum est publicanda locatio & licitatio. Tertium, per nouem dies est praconizandum. Quarto, dies vltimae subhastationis debet assignari ad aliquem ex diebus currendis post dictos nouem dies praconij. Quinto, debet subhastari in maiori licitatore. Sexto, quod non locetur personae prohibita[e] locari similes res. Septimo quod detur idoneo & cum fideiussoribus. Octauo debet licitatio & subhastatio fieri iudice praesente, vel saltem praesentibus officialibus Reipub. quibus a concilio id commissum est, aliter non valet licitatio, secundum *Bald. in l. fin. C. noua. vestig. & Auenda. d. cap. 12. prae. num. 6.* Nono quod conductor iuret se non conducere dictos redditus, vt sint personae alias prohibita[e] eos conducere, & hoc in locis vbi ita vitur, in alijs vero vbi simile iuramentum abiit in defuetudinem, non erit necesse illud facere: quibus requisitis impletis locatio bonorum ac reddituum conciliorum non erit irrita, vt inquit *Auenda. vbi supra num. 14.* vbi in fine inquit, quod si pro reparanda re locata aliquid erit necessarium expendere † iudex habet cum rectoribus potestatem consumendi in reparatione rei locatae tertiam partem pensionis ac emolumenti locationis, *exl. reparationi. C. de diuers. prad. urb. lib. 11.* vbi platea, ad omnes locationes etiam rerum priuatarum id extendit, quod est singulare: factaque locatione conductores eius statim dicuntur habere ius in rebus & redditibus locatis, & tanquam procuratores concilij & communitatis poterunt vti omni iure concilij a quibus conduxerunt, competente, etiam si non fuerit datum † mandatum, vulgo recudimento, secundum *Barr. in l. in Prouinciali. §. si ego. ff. de noui. oper. nunti.* imo si sunt plures arrendatarij videntur inuicem habere mandatum † ad agendum, vt not. *Ias. in l. si vnus ff. de pactis, & eo relato Auenda. d. c. 12. prae. num. 15. vbi. nume. 16.* inquit, quod resp. etiam poterit agere contra socios in locatione illa per conductores nominatos ac designatos † sine mandato Reip. ac si a principio ipsi socij conduxissent, sicut contra ipsos principales conductores, & notat *Anchar. cons. 332.* & an idem esset in alijs socijs vide *Bertarch. in reperto. suo verbo, socius, versi. 120.* & in nume. 17. ipse *Auenda.* vbi supra intelligit legem † nostram non loqui in rebus, quae in foro venduntur publico, in quibus non cadit particularis affectio, nam tales res, vt frumentum, vinum & oleum sine licitatione vendi possunt, & valet venditio, & hac pro huius legis declaratione sufficiant, caetera per Doct. videbuntur: solum tamen, vt nihil necessarium omittamus, erit conueniens scire, quis debet probare solennitates † omnes & sic requisita intervenisse in talibus locationibus, & in hoc dic, quod

si instrumentum dicat solennitates interuenisse, qui contrarium dixerit probare tenetur, nam pro instrumento præsumitur. *l. cum precibus. C. de probatio. si vero instrumentum nihil diceret, & emptor vel conductor eas allegauerit, probare illas tenebitur l. ci qui. ff. de proba. ita Bart. Plar. & Rebuf. in l. 1. C. de fide instru. lib. 10. quos & alios referens sequitur Rebu. in d. titu. de Præconis. ar. 7. glos. unica. num. 23. & 24. in 2. tomo consti. Fran. Et no. quod rectores tanquam administratores Reipu. & bonorum eius tenentur refarcire ciuitati id, quod per eorum negligentiam ꝛ amisit *l. fin. C. de iure Reipu. lib. 11. & habet hypothecam in bonis ipsorum. l. 2. C. eo. titu. & lib. Rebuf. in l. inter publica, pag. 151. ff. de verbo. signi.**

Lex 8.

- 1 Non Prouideantur iudices ad vendendos terminos publicos populorum. num. 1.

S V M M A R I V M.

Iudices vltierius non prouideantur pro vendendis terminis publicis ciuitatum, ac populorum.



LBI. EN PROVEER IVEZES QUE VENDAN LAS TIERRAS CONCEGILES Y TERMINOS PVBLICOS Y BALDIOS QUE LAS CIVDADES, VILLAS Y LVGARES DESTOS REYNOS HAN TENIDO POR PROPIOS. Cum iudices ad hæc aliquãdo vidissem prouideri mirabar equidem, *ex dictis per me, in l. 1. num. 56. cum seqq. aliquibus. tit. 15. libr. 4. supra. sed quia à Rege & eius consilio factum videbam, tacebam, cum causam nescirem, sed re vera, contra ius erat, & sic iuste per legem nostram cessare iussum est.*

Lex 9.

- 1 Traditur noua forma pro conseruatione depositorum publicorum panis. num. 1. Et verba proæmij ponuntur ad litteram.
- 2 Horrea frumentaria est idem, quod depositus & quomodo in iure intelligatur. num. 2. Et annona militaris prouincialis, municipalis, ciuilibus sunt sinonima, & vere dicuntur annona panifica. numero. 3.
- 4 Tempore famis ne pauperes pereant, aut vilius frumentum dari debet, aut de toto donationem facere. 4. Et de origine panis, fiscalis, & quomodo distrahebatur. num. 5.

- 6 Tessera quæ sit, & quomodo intellegatur in fine nostro. num. 6.
- 7 Stelateffera & stelatura, vnde dicatur. numero. 7.
- 8 Præfectus annonæ, & ædiles cereales dicebantur iudices panis prouisionis tempore Romanorum. numero. 8.
- 9 Quomodo interpretetur horrea Galliana. num. 9.
- 10 Panis gradilis, vnde dicatur. num. 10.
- 11 Ad euitandam frumenti necessitatem collecta imponi inter vicinos potest. n. 11. Et in hoc casu priuilegiatus. num. 12.
- 13 Tempore necessitatis habentes pecunias, cogi possunt eas mutuare Reipublicæ. num. 13.
- 14 Forma prouisionis necessitatis tempore. numero. 14.
- 15 An horrea annonæ siue depositi sint vtilia nec ne? bene discutitur. num. 15. de eadem re. numero. 16. & 17.
- 18 An taxa panis omni tempore, aut famis tantummodo Regno conueniret. numero. 18.
- 19 Disputase de los reuëdedores, y las cautelas que hazen para engañar a los que compran dellos. numero. 19.

S V M M A R I V M.

Nouus ordo, nouaque forma pro conseruatione depositorum publicorum panis in hac lege proponitur, quam commentandam latè vtile esse duxi, in sequentem modum, & quia proæmium eius apponi vidi esse necessarium, ideò sequens est.

Proæmium.



DON Felipe, &c. Alserenissimo Principe don Felipe nuestro muy caro y muy amado hijo, y a los Infantes, Prelados, Duques, Marqueses, Condes, ricos omnes, &c. Bien sabéis, que por nuestro mandado se han fundado positos de trigo, para la prouision y sustentamiento en tiempo de necesidad, de que ha resultado mucha utilidad y beneficio, especialmente a la gente pobre, y caminantes, en el tiempo que ay mas falta de pan, en el qual los dichos positos han proueydo y proueen a justos y moderados precios. Y auiendo entendido que ha auido exceso, y mucha desorden en la administracion dellos, assi en no auer auido buena orden en el comprar el pan a sus tiempos, como en el distribuirlo: y que en muchos lugares se ha conseruado en approue chamiento de los particulares, principalmente de los officiales, tomandolo prestado, y dandolo a sus deudos y amigos, y metiendo en ellos el pan de su cosecha. Y otro que compra para venderlo en pan cozido, por de los dichos positos, al precio que mas caro sale, lo que verdaderamente se compra para ellos en diferentes partes y lugares: y coneste

fin embian a comprar pan para los positos, a donde mas caro les salga, que de mas del gran daño que resulta a los pobres y gente necesitada, para quien principalmente se hizieron los dichos positos, por esta via se contraviene a la prematica, en que por nos esta prohibido vender pan cozido, y usar de semejante trato y graueria a los que no lo tienen por trato y oficio, y conuerten en sus aprouechamientos particulares el dinero de los dichos positos, y lo que con licencia nuestra se toma a censo para comprar pan pa-

ra ellos. Y por importar tanto al bien y beneficio publico de estos Reynos subditos y naturales dellos, que de estos positos se use bien, y se conseruen y aumenten, auendose por nuestro mandado plauicado en ello, por los del nuestro Consejo, y con nos consultato, ha parecido, que deuamos proueer y mandar, como por la presente nuestra carta y prouision, que queremos aya fuerça de ley prematica, prouemos y mandamos lo siguiente.

SEQUITUR DECLARANDA pragmatica, sobre la conseruacion y aumento de los positos, y distribucion del pan de- llos, quæ est. l. 9. titul. 5. libr. 7. Recopilatio.

IN Cuius quidem declarationem, quia eius proœmium non est traductum in hac recopilatione, prout traduci deberet, tanquam ratio finalis & causa concedendi hanc pragmaticam sanctionem, & vt etiam proœmium commento nostro deseruiat, illud inferere in præsentis libuit, & illud aliquibus glossis commentare, & eius tenor iam insertus est, & eius verba recitata, & incipit commentum.

Ibi, † in Proœmio. *Se han fundado depositos de trigo.* Latinè horrea frumentaria, vel annonæ frumentariæ appellatur de quibus fit mentio, in *tit. de cõdit. in pub. horre. lib. 10.* & in *tit. de erog. milit. an.* & in *tit. de frument. Constanti.* & in *tit. de frum. Alexan.* & in *tit. ad leg. Iul. de anno. eod. lib. 10.* & in aliis pluribus locis. Romæ enim erant plura horrea, in quibus non tantum frumentum sed gemmæ, aurum, & argëum, aliaque pretiosissima homines reponabant. Præsertim qui hæc apud se tuta non esse timebant, vt in *l. 3. §. effraetura. ff. de offi. præf. Vigil. l. pig. 8. C. de pig. action.* & *ex tit. de erog. milit. anno. lib. 10.* etiam apparet. Sicque fuerunt ferè olim in singulis ciuitatibus Romani Imperij, vt apparet *ex l. fi. §. ibi. Bnde. de mune.* & *ex Volph. Laçi. lib. 2. Respub. Roma. c. si. quem post hæc scripta vidè relatum per Castillo in politic. de goniernos. in lib. 3. c. 3. n. 3.* vbi in illo. c. plura circa hæc panis deposita scribit. Præfectus vel curator frumeti, vèditor, mësor, distributor, sub præfecto annonæ, notarius, adiectus tritico, Parochus qui præbebat annonã, vtq; ait Horatius sermo 1. & Parochi, qui dabãt ligna, salëq; quos Porphirio Copiarios dictos ait, & tamen eo nomine Cicero vsus in 13. ad Atti. episto. Artobarzani filius venit, vult opinor Regnũ aliquod à Cæsare emi. Omnino enim Sestius noster parochijs publicis occupauit, quod quidè facile parior: verũtamen inuito eum per literas, vt apud me diuerfetur. Erat cũ parocho, & opinator, qui exigebat annonã *l. misopinatores. C. de exacto. tribu. lib. 10. l. opinatoribus. C. de erog. milit. an. lib. 11.* & Dardanus, & Thesserarius. Annona enim dicitur, omnis annus fructus, qui ad victum pertinet, quare ad frumetum & panẽ quoq; diarium coctũ extenditur. *l. 1. C. de frum. ad vinum, & urb. const. & alia edicta. l. 1. §. l. iubemus. 1. C. de erog. mil. ann. li. 12.* & *pensiones l. 1. §. 10. C. de ann. civil. lib. 11.* Salarium victus causa datum, vt in *auth. vt indices sine quo. suffra §. igitur. collatione 2 & paleã & fenum, vt in l. 2. & in l. promittarium. C. de erog. milit. ann. li. 12.* & ad ligna. vt per

Tom. 4.

gl. in l. septem diebus eod. tit. Fulgo. conf. 115. istud nomen. Eratq; annonã olim † militaris, prouincialis, municipalis, ciuilis, sub qua ciuili etiã panifica, vt in *auth. de nõ alien. rebus Eccle. §. hæc ergo. inde & panis ciuilis. l. fi. §. his illud C. de secund. nup. & l. fi. §. fi. C. de iure dot.* Annonæ enim istæ ciuiles liberalitatis gratia, vt plerunque à principibus populo, vt congiaria donabantur, vel certis quibusdã personis, vt per *Altia. libr. 8. Parerg. iuris. cap. 5.* & sic plurium rerum annonæ & horrea apud Romanos adderãt, de quibus in nostra Hispania solum frumentaria reperimus esse horrea, quæ positos vocat hic Legislator, abbreviato nomine depositos, quasi ibi deponantur frumenta pro ciuium & aliorum sustentatione.

Ibi. *En tiempo de necesidad.* † Ob quam medendam præcipua Romanorũ cura fuit, ne plebs fame laboraret, cui etiã ad eam, sibi conciliandam frumentum, quandoque etiã vilius dederunt, atque etiã donarunt. Populus enim famelicus nulli obediret, & inquietus esset, vt inquit *Castilo, vbi sup. n. 1. 2. & 3.* Et sic annonæ potissimũ hæc functio æstimari debet, tempore famis & sterilitatis, vt obuiam eatur diuitum tyrãnid: nam vt ait Theodosius Gothorũ Rex teste *Cassidor. libr. 4. var. Epif. 5.* Tunc grande commodum est, cum indigentibus pacisci, quando fames solet totum contemnere, vt suam necessitatem possit expellere: nam cum ambitioni suæ seruiat, propemodum donare videntur, qui vendit rogatus, ad saturatos ire cum mercibus certamen est. Instituit Augustus, ne plebs deuocaretur à negotijs, frumentationis causa, ter in anno quaternorum mensiũ tesseras dari. *Sueton. in Augusto.* Erat autem tessera signum æneum in quo nomen accipientis, & grani accipiendi quãtitas cõtinebatur & sic *Isidorus in lib. orig. ult. c. 14.* inquit: tesserae sunt quibus frumentorum numerus designatur. Atque Archadius & Honorius statuerunt † panẽ fiscalem, atque Hostienalem vno nummo distrahi, imposita pœna etiam illis, qui pro maiori pretio supplicari ausi fuissent, in *l. vni. de pretio pan. Hostien. lib. 14. C. Theodof. tit. 18.* & vt panis pro necessitate adimplenda cõseruaretur in militari annonã fiebat distributio per tesseras, secundum † præscriptum numerum dierum, bucellari, panis, vini, aceti, lardi, veruecinæ carnis in *l. 1. C. de erog. milit. anno. li. 12.* Cũ tessera enim poterat quis annonã tutè petere, & cũ ea annonã hæc ere videbatur. *l. mortuo boue. l. 50. §. 1. de leg. 2. l. 2. C. de fru. Ale. li. 11.* aliquãdo ex priuilegio septè dierum

P

dierum

dierum spacio, quædam aliæ species dabantur pro rebus quotidianis, & loco tesserae cõmunis, dabatur stellateffera, & illa distributio dicebatur stellatura. † De quibus meminit *Decia. de delict. 2. tom. lib. 7. c. 22. de fraudan. anno. n. 29* in quas species aliæ dabatur, & cõstitutum; nè in stellatura fraus militibus fieret, neq; res illis maiori pretio æstimarentur, quã vendi possent in foro publico. *l. septem diebus. C. de erog. milu. anno. lib. 12. l. specibus. C. de cohortal. li. 11.* & illa æstimatio ab ærario dicta est, annona æraria, Alexad. Cæsar annona militum diligenter inspexit, Tribunos, qui de stellaturis militibus aliquid abstulisset, capitali pœna affecit Lampridi, in Alexand. & Pelcennius Imperator, Tribunos duos quos constituit stellaturas accepisse, lapidibus obrui ab auxiliariis iussit. Ecce ergo quanta fuit apud Romanos cura ac diligentia, ne plebs fame laboraret, militarisq; annona cõseruaretur, & militibus prouideretur, neq; illis fraus fieret. Patet etiã antiquitas annonarũ, præsertim frumentariarũ, quam antiquitatem, ex *Genes. de sumi. c. 41.* refert nouissimè *Castillo. d. c. 3. Politic. lib. 3. n. 27.* ubi & inquit: quis primus horrea instituit. Primumq; frumentũ populo assibus in modicum elargitũ fuisse, Manniũ Marcium ædilem plebis asserit *Plin. lib. 8. cap. 3. & refert Tyber. Decian. de delict. tom. 2. lib. 7. cap. 22. de fraudan. anno. 8. cum sequẽ.* idẽ alij quãdoq; fecerunt. C. vero Grachus Tribunus plebis, legem tulit, vt semisse, & triete frumentum populo daretur, vt author est Ilorus, post eum. M. Catõ. ad diminuẽdam. C. Iulij Cæsaris potetiam. 1250. talenta ad diuidendum plebi menstruum frumentum quotannis impendi, suasisit, vt per Plutarchum in. C. Cæsar. demũ. P. Clodius Tribunus pleb. authore Asconio, legem annonariam tulit, vt frumentum populo, quoad ante semisse æris, ac triete, in singulos modios diuidebatur, gratis daretur, fuerunt viginti & trecenta millia hominum, qui hoc frumentum acceperunt, quẽ numerum, C. Iul. Cæsar ad 150. millia retraxit, vt per *Tranquil. c. 41. & Dion. lib. 43.* postmodum capta Africa iussit. 20. myriades Medimnorum Atticorum frumenti, id est, 200 millia ad alendũ populũ, Romã aduehi, & olei librarum myriades. 300. id est trities centena millia, † vt author est Plutarch. duosq; Prætores, & totidẽ ædiles Cereales à Cerere nuncupatos instituit, vt post hæc refert *Castillo. ubi supra. dict. c. 3. lib. 3. num. 3. de su. Politica*, qui hoc frumentum Romam aduehendi, & populo distribuẽdi curam haberent. *l. 2. §. capta. deinde Sardinia ff. de orig. iur.* Augustus vero, & ipse rerum potitus, vnum ex ordine equestri annonæ præfectum elegit, cum enim rei frumentariæ penuria plebs præmeretur anno ab vrbe condita 732. illi cum fascibus. 24. occurrẽs dictaturã annonæq; præfecturam obtulit, qui illa reiecta hæc accepit, ex Agyptoq; ducentis cõtena millia modiorum frumẽti Romam aduehi curauit, & vt refert Sextus Aurelius, esse possunt fermẽ decies ducenta quinquaginta millia sacorum frumenti: est enim modius quantum octo diebus ad vnus hominis victum sufficit, & pedit libras. 18. alij dicunt 20. Medimnum est lib. 120. secundum alios. 108. *Suid. in verbo. Mesimnos. Re. fami. Palemon. de ponderi. Bude. 5. de assẽ.* Duos etiã viros Prætorios creauit, qui prout vsus exigebat, hoc frumentum inter plebem, gratuito, aut admodum vili pretio distribuerent. Nã vt ait *Tranquillus in Augusto. cap. 40. & 41.* frumentum in annonæ difficultatibus sæpe leuissimo, interdum nullo pretio, vili tamen diuisum est, horreaq; Galuæ, vt præcipua in-

ter plura alia nominantur, tam in descriptione vrbs ante notitiã, quam à P. Victore in tertia regione. Sed ipse legit horrea Galuiana quemadmodum, & in hoc monumẽto antiquo scriptũ reperitur. NVM. DOM. AVG. SACRVM fortunæ conseruatrici horreorum Galuianorum. M. Lorinus Fortunatus Magister. S. P. DD. id est sua pecunia dedicauit. Dominus Augustus Theodosio Iuniori, & Valentiniano. 3. velut habet inscriptio, numini dominorum Augustorum dictum est hoc simulacrum fortunæ conseruatricis, quã horrea conseruare opinabantur, Galuio vnus fuit ex Ducibus Valentiniani cõtra Bonifacium Africæ tyrannũ missus circa annũ. 429. vt author est dict. Prosper. à quo Galuiana horrea, quæ forte ille annonæ impleuerat aut ad hũe vsũ Reip. tradiderat, sũt appellata, & ita putatur legendũ, vt est apud Victorẽ, Galuana vero à Galua Principe, vel alia ex ea familia deriuatur, sed aliqua anterioribus tẽporibus mẽtio fieret. Magister autẽ de quo in supra dicto Epigramate fuit Regionis. 13. cũ enim Augustus in Regiones, vicosq; vrbe diuisisset, his ex plebe viros præfecit, quos magistratos appellauit, vt ait Tranquillus in Augusto, cap. 30. Alius vero hic horrea Galuiana interpretatur, in quibus frumentũ populo dandũ cõdebatur, quorum vt facta testis essent, hic curator percipiebat, nam de operũ & ædificiorũ curatoribus agebatur, alius vero hic, & omnibus horrei frumentarijs, Comes horreorũ dictus, vt in *l. vni. C. de pistori* præerat, qui grana illæsa conseruari panẽq; plebi, & militibus distribuẽdũ cõfici prouidebat, de quo, & pragmatica, ac Regia lex nostra disponit etiã, vt ex eius capitulis vidẽbis, & cũ frumẽtũ de quo supra actũ est, ab Augusto pæstitum, præstari desisset. Nerua fermẽ quingẽtibus millibus aureorũ agrũ emit vnde pauperes alerẽtur, vt author est Dion. Mox: Trajanus quinq; millia impuberũ ex publico aluit, Plinius in Panegerico, quẽ numerum & Adrianus, & Antonius auxerũt, vt Capitolinus memorat, & alimẽta vsq; ad 18. annos puris dederũt, *l. Mella §. 1. ff. de alimẽ. & cib. leg. 3.* & ipsũ primum à cõmodo per annos nouẽ intermissũ, à Pertinace sublaturũ fuit, Capitolinus in Pertinace, alimẽtaria, inquit, cõpẽdia, quæ nouẽ annorũ ex instituto Trajani debebatur, obdurata verecundia substulit, sed enĩ Severus Imperator vt in Heliogabalõ author est Lampridius moriẽs. 7. ann. in Canonẽ Romæ reliquit, ita vt quotidiana 75. millia dipõdiorũ expẽdi, possent, & *ex. l. 2. C. de annõ. civil. lib. 11.* cõtũ viginti quinq; modios frumenti præter solitũ Canonẽ per singulos dies de præfenti, sexta indictione, ex die Kalẽd. Ianuarij nomine Parapeteumatis de horreis publicis huius almæ vrbs infra nostræ pietatis liberalitate tribuimus: itaq; dederunt postea operam posteriores Principes, vt frumentum pecunia publica cõparatum in vrbe abundare, panes & ipsi inter plebem diuiserũt, quibus Aurelianus, inquit Vopiscus, vnciam addidit, frumentum enim ex Africa vehebatur. *l. 3. C. Theodosia. Decano. frum. vrbs Romæ* ac ducenta millia modiorum purga tritici, leuiore pretio pistoribus venundabatur, vt plebs vilis emeret. *l. d. C. Theodosia & dicti tituli*, sed cum panis sordidus duarum vnciarum & semis pondus non excederet, eum mundum, & sex vnciarum Valentinianus, & Valens fieri præceperunt, & nullo pretio inter pauperes distribui, quorum nomina aneo titulo, seu tabula, cum modo panis, quem accipiebant, inscribebantur Valentinianus. A. gradilis, inquit in *l. ciues. C. Theodosi. de anno. civil.*

ciuil. & pan gradil titulus figendus est æneus, in quē & panis modus & percipientis nomen debet incidere, hunc titulum quandoque æream tabulam appellat. in *d. l. ciues*. Panis vero vocabatur ciuilis, quia inter ciues diuidebatur, & gradilis, quoniam à Præfecto annonæ in alio tribunali ad quod per gradus ascēdebat distribui cōsueuerat, neque enim ex pristino, aut aliūde sumi poterat. *l. 2. C. Theodosia. eodem tit. cū uulsi sequentib.* hunc creditur esse panem, qui vno nūmo, id est, sextertio Archadio Imperante ueniebat. *l. 1. C. Theodosia de pretio pan. Hostiens.* porrò Romæ pecunia à diuitibus ad emēdum triticum conferebatur quēadmodum & Constantinopol. *l. 1. C. Theodos. C. de frum. urb. constan.* ubi ducēta millia modiorum empta pisto-ribus leuiori pretio uēdebantur, ut & ipsi uilius plebi panē distraherēt, ut in *l. 1. de frumen. urb. Rom. C. Theodos.* ex pretioq; uenditi frumētī, pecunia in aliud cōparandum cōuertebatur. *l. ultima. §. iidem rescripserunt. s. ff. de administ. rer. ad ciui pert. l. 28. §. 5. & §. qui annonā. s. ff. de mune. & honor. l. 2. §. ad frumētī ff. de administ. rer. ad ciuitat. pertin.* Hæc omnia & panē gradilem inter plebem diuidi, annonę præfectus curabat, ut apparebat ex *l. 3. & 6. C. Theodosi. de annon. ciuil. & sic Casiodo. in 6. in formula præfecti annon.* Tui (inquit) stultij est: ut sacratissimæ urbi præparetur annona, ubiq; redūdet panis copia, & tam magnus populus, tāquam vna mensa facietur, per officinas pistorum, cibosq; discurrens, pēsūm & mundiciē panis exigit, nec vile iudicas esse, unde te Roma possit laudare: & addit, Carpentum præfecti urbi mixta glorificatione conscēdis: tu illi in spectaculis cōiunctissim⁹ inueniris, ut plebs, quam industria tua faciat, in suā reuerēciam te honoratum esse cognoscat: nam si querela panis, ut assolet, cōcitetur, tu promissor uertutis seditiones ciuitatis momentanea satisfactōne dissolis: & subdit: Agentes res pistorum per diuersas mundi partes annonæ præfecto subiectas esse vsuarias, & mox, tribunal, ait, tuum nō est inter minimas dignitates, quando & Romana gratia frueris, & prouintiis iura transmittis: triticeas quidem copias præfectura prætoriana procurat, sed nō minor laus est dispensationem probabilem facere, quā frumenta colligere: sic Ceres frumenta dicitur inuenisse. Pan primus cōspersas fruges coxisse perhibetur, unde & nomine eius panis est appellatus, ita & illa prædicata est, quæ reperiit, & iste laudatus, qui decenter edēda humanis vsibus applicauit, panis pōdera æquus examinatore intende: hæc ille. Cū uero Romæ conficiēdo & coquēdo pane pistores nō sufficerēt, singulo quinquennio ex Africa noui pistores Romam mittebantur, qui hoc officiū ibi exercerēt. *l. secundū. C. Theodo. de pistori. scholis & militibus ipse præfectus urbi officialiū manu panē distribuēbat. l. 8. & seq. C. Theodosi. de anno. ciuil. & pan. Gradil.* Vides igitur quāta diligētia, cura, & solitudine Romani frumento urbē & alia loca & populos prouidebāt, & qua forma & ordine distribuēbant, à quot annis horrea publica frumētī & aliarū rerū cōdita fuere vsq; ad hodierna tempora licet temporibus intermediis aliquando defecerint, hæc temporis necessitatis tēpore frumenta & alia necessaria nō deficerent caristiaque consuleretur, & occurreretur, ob quā euitandā collecta imponi potest: nā si publica annona, quæ uel ex publicis prædiis percipitur, uel ex pecunia publica cōparatur, ut in *l. 1. §. secūdo & seq. ff. de administ. rer. ad ciui. pertin.* haberi nō potest, quia Resp. & prædia nō habeat, neq; araturū, & uigeat in ædia, fiet collecta, à qua nemo quātumcunq; priuilegiatus excusatur, quo mi-

nus secundum ratā patrimoniij conferre teneatur. *l. 1. C. ut nemi. lic. se excus. in empt. Spe. lib. 11. Frā. Mar. de cis. Delph. 542. n. 1. cum seqq.* ubi hoc onus dicit esse patrimoniale, & quod sic diuites nō excusantur, interest enim Reip. ne pauperes fame moriātur, quia sine pauperibus non est ciuitas perfecta. *l. 2. ff. de nundin.* silent enim priuilegia, nec loqui debent tempore famis, & guerra. *l. pro tyronibus. C. de priuileg. domus Augusti. lib. 11. nā secundū Cicer. offic. l. 2.* nō est dubiū propter ararij tenuitatem tributum esse conferendū, ut omnes intellegant pro salute Reip. necessitati parendū, imo illud uti uerissimū quotidie uidemus fieri, scilicet quod tēpore necessitatis & habētes pecunias cogi possunt eas mutuare Reipub. non sub usuris ut plerique faciunt, quia omni iure sūr prohibita, sed gratis & restitutionem spectare tenentur donec fiat collecta, ex qua sibi possit satisfieri, secundum *Guillel. de Cug. in l. nemi. C. de sacros. Eccl. argu. tex. in l. 1. C. de omn. ag. desert. lib. 11. ubi expresse Platea. & Messia, in prag. iassa pan. conclus. 1. num. 58. & sequentib. retuli hæc & alia in l. 1. tit. 25. nu. 21. cum sequent. lib. 5. Recopila.* Sed si ciuitas nollit collectam imponere, ut quia cognoscat apud ciues locupletes esse sufficiētem annonæ quātitatem, quem uendere differant, uel cariori pretio, quā par sit distrahere contēdant, hic erit ordo adhibēdus. & Primo prouidēdum erit, ut quilibet secundum ratā facultatum, & bladorum recollectorū singulo die mittat in plateā ad uendendum cerram annonæ mensuram, *l. 1. C. ut nemi. lice. in empt. Spe. se excus. lib. 11. secundum tertium intellectum,* licet enim nemo cogi possit rem suam uendere fauore Reipub. Potest, ut dixi in *d. l. 1. tit. 25. nu. 21. lib. 5. Recop. & sic inquit Salic. in l. 1. C. de Episcop. aud.* quod ualet statutū, quod quilibet mercator teneatur intra certum tēpus præsentare præfectis annonæ tot sextaria frumenti, sequitur *Martin. Landen. in tract. de officialibus do. vers. 123.* & nō solum ciues, sed etiam comitatenses ad ferendam annonam, & uictualia ciuitatem arctari possunt, sicut cōpelluntur portare cōmeatum ad exercitum. *l. pro locis. C. de anno. & tribu. lib. 10. & tradit Messia in di. prag. iassa pan. conclus. 1. n. 37. 38. & 39. & 64.* minus tamen grauandi sūt remotiores propter expēsas quæ maiores fiunt ratione lōgis itineris, ut uidetur in *d. l. pro locis, quā ibi notat Bar. pro comitatētib.* qui quotidie grauātur deferre paleas, bladū, & similia, ut minus grauari debeāt, qui longius existūt & distant, & bene facit text. in *l. 1. ubi Pleica. C. de fundo limit. eo. li. 11. & in l. nemo. C. de anno. & tribu. lib. 10.* uiciniores ergo sūt primo grauadi, argū. *l. quicumq; idone. vers. illud. C. de omn. ag. desert. lib. 11. secundum Platea. in d. l. pro locis. & bene pro hoc facit tex. in l. sicut fieri. C. de erog. mil. anno. lib. 12. & ibi notat Bar.* quod Rustici nō sūt compellēdi deferre stramina paleas, lectos, & similia militibus hospitalibus in loco distātī ultra uiginti milliaria: & si comitatēses nō possūt supplere necessitatibus ciuitatis: uicini etiā alterius prouinciæ possūt à superiore suo cōpelli portare annonā ad ciuitatem egentem, secundū *Angel. in d. l. pro locis. per tex. in l. in nomine Dñi. C. de offi. præf. à fri. & quia tempore necessitatis omnia debēt esse communia. l. 2. §. sed si. ff. ad. l. Rodi. de iact. & saltē isto casu relaxādus esset deūctus seu prohibitio exportādi frumentum extra prouiniam, argum. *l. si quis per diuitiam. C. de aqua duct. lib. 11. & quod ibi notat Bar.* ut autem exteri & ciuitatenses alliciantur ad portandum uictualia in ciuitatem, poterunt ordinare, quod quicumque portauerit frumentum, uinum, & similia ad urbem, habeat pro suo labore duos grossos profal-*

profalmata. l. i. C. de frum. Alex. lib. 11. item providebunt, quod deferetes annonam, & cetera ad victum necessaria, nullam ab incolis vim patiantur, neq; pro represaliis capiatur, neq; tunc ratione delicti, vel contractus conueniatur, neq; gabellis, portoriis, pedagiis vllavè impositione angarientur. l. i. C. de nauicul. lib. 11. facit etiã. l. i. ff. de nundi. & Papiæ vigere statutum inquit Ripa de peste. tit. de remed. praeseru. contra pestem. n. 194. quod venientes die Sabbathi ad mercatum non possint pro aliquo debito publico, vel priuato molestari, vt haberetur in statutis de regimine potestatis, tit. 14. & hæc mihi iusta videntur, illud tamen de excusando à gabellis, pedagiis, portoriis per Regem inductis, nullo modo fieri posset existente licentia Principis, vides igitur quot & quanta inopia, necessitas ac inedia panis introducat, ita vt liceat patri ob famem filium vendere & pignorari, vt per Couarru. libr. 3. Variar. cap. 14. num. 4. & à nu. 3. alia huius propositi & supra dictorum refert, & Tiraguel. de retract. tit. 1. §. 26. à num. 4. usque 28. multa scribit de necessitate famis, quæ omnia sic congesti, vt præ manibus habeantur, ne deinde sit opus tot libros reuoluere.

- 15 Ibi. De que ha resultado mucha utilidad y beneficio. † Si hæc verba referas ad sequentia, en el tiempo que ay mas falta de pan, negari non potest, quin eo tempore, scilicet, famis & carestia, & inopia panis, deposita hæc atque annonæ horrea frumenti sint necessaria, & vtilia, & ita iura de iis tractantia, si bene consideres, loquuntur, & ex dictis in glossa præcedente decerpes, sed quod in omni tempore & sine aliqua distinctione necessitatis & inopia, ac carestia deposita hæc vtilibet, prout hodie, habeantur, & an vtilia sint, hic pendeat leges & Prophetæ, quibusdam enim visum est omni in tempore esse vtilia ac necessaria frumenti horrea: tum quia providebatur pauperibus, tum etiã quia laboratoribus mutuatur ad seminandum, tum etiam quia ad alias eorum necessitates succurrendas necessaria sunt hæc horrea frumentaria, nam dū egent, datur eis pecunia dictorum horreorum, vt tempore messis panis pecuniam illam adimpleant pretio quo valuerit in mercatis sequentis messis, secundum quod à l. 17. tit. 11. li. 5. Recop. tempus hoc est limitatum, & sic necessitati suæ succurrat, & quia inquit Castillo, in sua Politica. lib. 3. c. 3. num. 1. & 2. de nihilo leges seruirent in populo famelico. Alij vero sunt in contraria opinione, imo quod sint nociua dicta horrea frumentaria: tum quia successerunt, in locum reuenditorum panis, nam horrea hæc vniuersum prouinciæ panem colligunt, & nunquam debent perdere sed lucrari, hoc autem erat officium reuenditorum panis, quod erat maximè nociuum & sic prohibitum est per l. 18. tit. 11. lib. 5. Recop. & iam quod in prohibitione illius. l. 5. hæc non contineantur, vt dicit Messia in rassa panis, conclus. 1. nu. 53. tamen negari non potest quin idem officium exerceant horrea hæc quod exercebant reuenditores, licet isti sibi appropriabant, illa vero pro publica subleuanda necessitate: † tum etiã quia laboratores rustici consili quod ex dictis depositis sibi mutuabitur panis ad seminandum. Panem ac triticum collectum statim vendunt pro supplendis excessiuis impensis ab eo factis, quæ nõ facerent, si occasio nẽ hanc non haberent prout cura deficiebat non faciebãt: tum quia ante tempus vendunt panem seminatũ pro habedis pecuniis ab iis horreis, & eorũ administratoribus, & post non colligunt panem pro satisfaciendis iis pecuniis, & consequenter vendunt boues & aratra, & omnia alia

bona & pecunias illas multoties ludunt, & expēdunt in non necessariis causis, & sic pauperes fiunt, & cultura relinquunt, vt in propositum considerat Francof. Marian. de cessione Delphin. 5. o. n. 2. Vterius etiã horrea hæc frumentũ totius prouinciæ colligunt, & eo recollecto penuriã frumenti causant, & per consequens nõ venditur in foro publico frumentũ prout vendendũ erat, si horrea tomne frumentũ non recolligerent, q̄ si videretur in publico, vilesceret & viliori pretio valeret, & cū deficiat necesse est vt carius vendatur, imo & fraudibus & technis occasio datur vt carius valeat in mercatis mensis Septēbris: tum itidẽ quia cum adsit pragmatica rassa panis faciliter & ob quãlibet occasione viliori, ac minori pretio, quã à pragmatica constituitur, nõ inuenitur, & sic videtur quotidie labefactari cultura, & rusticos laboratores in diẽ pauperiores fieri, qua de causa vltra tempus necessitatis & instantis famis horrea esse odiosa aliquib. visũ est, & in pluribus locis & populis nõ habetur horrea hæc, sed solũ in anno sterili cum malis pecuniis à diuitibus populi siue ad censum, siue mutuatis, empto frumento pro illo anno & fame illius præseruata, deficit annona, & pecunia suis dominis soluitur, quasi cessante fame cesset & depositum ob quã sedandã erat constitutum: hæc sunt, quæ pro vna & altera parte solent considerari, quæ autẽ pars sit tutior & melior, aliorum melius sentiendum erit iudicium, in re enim tã graui meum exiguum non est cur desideretur, & sic cogitandi locum relinquo, sicut & esset pensandum multum, † an Regno conueniret rassa panis omni tempore & in perpetuum durare, vel solum fieri cum famis timetur & carestia, nam esse perpetuum plus incõmodi quã com modi afferre credo, vt & voluit Nauarr. in Manual. cap. 23. nu. 88. quem refert Magis. Lopez. in suo instruct. conscientia. 1. part. cap. 226. col. 2. pagin. 559.

Ibi. Otro. que comprã para vender en pan coẽdo por de los dichos depositos al precio que mas caro sale. Quod solebant facere alio in tempore Dardanarij & panis reuenditores, ementes panem, quem in prouincia inueniebãt, ea ratione vt soli postea pretio, quo vellent, eũ vendere possent, in quos pœna statuerat, aliquando enim relegabantur, interdum si & humiliores essent ad opus publicum dãnabantur, quandoque negotiatione priuabantur, vt. l. annonam. ff. de extraordin. crim. Et qui monopolium facit quo annona carior fiat, pœna viginti aureorũ puniebatur. l. vni. C. de monopol. & qui quicquã faciunt, quo annona carior vendatur, & qui dolo impediunt quominus ad ciuitatem deferatur. l. Julia. de annonâ tenetur. l. 2. ff. ad l. Julia. de annon. & qui imposturam faciunt id est, qui publice emunt annonã vel quid aliud pluris quam valeat, vt ceteri eodem pretio ad emendum incitentur, tenentur crimine stellionatus. l. 3. §. si quis, secundum intellectum Bart. ff. de crimin. stellionat. & in hoc crimine incidunt quotidie illi qui habent panem venditum horreis publicis pretio quo valebit in mercatis mensis Septembris, secundum dispositionem dict. l. 17. tit. 11. lib. 5. supra nam & solent ipsi vel per alias personas ab eis suppositas panẽ in illis mercatis emere cariori pretio quam valeret, vt sic testimonio habito ipsi depositis & administratoribus eorum prebeant panem antea ab eis venditum, & hac de causa & ipsa deposita carius vendunt, quam venderent, si dicitur technæ & cautela non fieret, imo & si habebant isti panis quantitatem abscondunt illum in tempore illo, vt hac forma carius vendatur, nam abundantia vel penuria cuiuslibet rei pretium vilius vel, carius

carius facit, & hæc pro præmio huius pragmaticæ sufficient.

Caput primum.

- 1 Pecunia depositi quomodo custodiantur. n. 1.
- 2 Thesaurarij & receptores eligendi sunt, qui annonam & pecuniam frumentariam suscipiant. nu. 2. & in hoc casu nullus excusatur quantocūque sit privilegiatus. nu. 3. eum aliquibus limitationibus. Et quibus modis tenetur custodiam facere. num. 4.
- 5 Non possunt Thesaurarij pecunias frumenti retinere ad suos vsus, nisi per terminum à lege ista assignatum, & quomodo computetur. n. 5.

Bi. † QUE EN CADA LVGAR AYA VN ARCA DE TRES LLAVES, hic est ordo conseruandi depositi pecunias, sine quo faciliter perditur, vbi enim non est ordo deficit substantia, secūdm *Bal. in cap. 1. col. 1. qui succedente. in vsibus feudo. Hippol. in prac. §. secunda. nu. 77.* & de ordine seruanda, plura dixi in mea *Curia Pisana de decuri. cap. 2. nu. 12. lib. 2.* ex mala enim administratione & ordine in rebus non seruato multa mala proueniunt, & cito venit ad inopiam, qui non viuunt ordinate, & ideo lex nostra in præsentī capitulo ordinem proposuit, quo mediante pecuniæ horum depositōrū conseruentur, & non pereant, vel diminuātur, vt per *Rip. de peste. tit. de Remed. ad conserua. vber. nu. 1. Lucas de Pen. l. 1. C. de frumen. urb. constan. lib. 11.*

Ibi. † Y la vna llave la tenga la justicia y la otra vn Regidor, ad conseruandam enim vbertatem prius & ante omnia idoneos susceptores. qui annonā & pecuniā frumentariā suscipiant & custodiāt eligere procurandum est, secūdm *Ripā de peste. tit. de remed. ad conserua. vber. nu. 1. vbi. n. 2. 3. & 4.* inquit, quod debēt tales susceptores esse nobiles, prudētes, fideles, bonæ conscientię & optimæ integritatis, ex *l. 1. C. de condit. in publi. horreo lib. 10.* habere etiā debent rerū experiētiam *C. de nou. cod. confir. §. sed cū sit necesse.* Experientia enim est rerū magistra, secūdm text. in *cap. quam sit. de elect. in 6. & in clem. 1. cū gl. de sent. excom. & in cap. anterior. 2. quest. 6. & gl. experientia. in cap. cupientes. eod. tit. & lib.* & sic inquit *Philosop. natura potentē, ars facilē, vsus prōptum reddit artificē, & cuilibet artificio præbet experientia nutrimentū, vt l. legatis. §. ornatricibus, delegat. 3.* & sic inquit *Vegetius de re militat. libro secūdo: omnes artes, omniāq; opera quotidiano vsu, & iugi exercitatione proficiūt, & sic Doctor vel artifex non dicuntur effectualiter Magistri sine practica, ex quo inquit, Boheri. de disciplina Scho. Sine vsu scientia parū, vsus autem cū scientia multū. Et Ecclesiast. 74. dicitur: Vir in multis expertus cogitabit multa, & qui multa didicit, enarrabit intellectu: qui autem nō est expertus pauca recognoscit Et in *cap. stote in fi. 1. quest. 1.* ab expertis dicitur esse requirēdum consiliū, & text. in *auth. quib. mod. natur. effici. leg. §. illud quoq; & in auth. de ind. & quia vero, probat multa ex rerū experimēto cognosci: ex quo mirādū est quomodo aut qua ratione eligūt ut in iudices tā maiores quā minores homines inexperti sine practica, multoties sine scientia, ex quo plurimi causantur errores, plurimā iniustit. plurāq; mala proueniūt, qua de causa in nostra materia susceptōrū annonæ publicæ experientia desideratur: ita & instrumentū esset ab eis extorquendum omni**

Tom. 4.

dolo, & fraude remotis iniunctam sibi sollicitudinem peracturos. *l. per hanc. C. de eroga. mili. an. lib. 12.* prout & iurant tutor & curator, vt in *auth. vt hi qui obliga. se perhi. habe. res. m. §. fin. Tradu Bart. in l. legitimos. ff. de legiti. tuto. idem facere debere, licet nō vratur executores testamentorū, inquit, *Consultus in l. de creationibus. C. de Episcop. & Cleri. & Rectores hospitalium, vt in Clement. quia contingit de religio. domi. iurant etiā iudices, in auth. ius iurad. quod præ. ab ijs in princp. quod iuramentū etiā notarij subire tenentur. c. ad audientiam. de præscripti. sed quia negligentia hominum quotidie maior est, ideo similia iuramenta facere susceptores hos in præsentī nostra constitutione non iuberur, nē periculis occasio præbeat, & iustē, sufficit enim pœnis nostræ legis & similibus negligentibus & delinquentibus puniri.**

Ibi. *Que para ello seran non brados.* A quo neminem excusari, inquit *Castillo, in Politica de Corregidores. lib. 3. cap. 3. n. 3. 4. in medio.*

Ibi. *Iustamente impedido.* Pura morbo, vel conualescētia morbi, vel necessaria absentia, vel morte vxoris, aut filij, fratris, vel sororis, vel incarcerationis & similibus iustorū impedimētorum, culpa enim in impedimēto nō est dabilis, ex *tex. in cap. 1. de iudic. & in cap. quia diuersitatem. de cōces. præb. & ibi Doctores, & Ripa, in eodē. capit. 1. n. 28. nā & à cōtumacia excusat iustum impedimentum. l. contumacia. §. pœnā. de re iudic. & alia plura iura allegata per *Tyb. Decian. respon. 14. n. 16. volu. 3.* vbi dicit ex *l. thesaurus. ff. ad exhib. & c. 1. 22. dist.* quod iuramento probatur impedimentum, & in n. 39. inquit ibi ipse *Decian.* quod ex reliquiis præcedentis morbi diceretur quis impeditus, cū facile posset in præcedentem, imo peiorem morbum cadere. Debetq; esse iustū impedimētū, vt excuset, vt notat *glo. in c. 1. de atat. & qualita. quam & alias ad hoc allegat Tyber. Decian. respons. 8. n. 186. volum. 3.* prout sunt illa à me supra in princ. huius gl. specificata, dū tamen non sint ad hoc procurata, tūc enim nocerent potius, quā prodesset, cum ipsi susceptores per seipos, nō existēte legitimo impedimēto, iniunctum munus horreorū & annonę inspicere teneātur, ex *l. 2. C. de cōd. impuber. hor. lib. 10.* Sed quid si substitutus hic delinquat in cōmissa sibi administratione, an punietur ipse, vel substituens eū? & videtur mihi dicendum, † quod si cōmissarius hic substitutus deliquerit circa sartatecta horreorum, tenebitur cū substitutis, nā licet tutor vnus magni, patrimonij, vel aliquis alius positus in magna administratione excusetur, si negotio preponat aliquem sufficientem factorē, vt ex *l. argenti. ff. commoda. notat Bart. in dist. 1. 2. C. de cond. impub. hor. quē ibi sequitur Iaco. Rebus. & ceteri. & Fran. Marc. decisi. Delphina. 541. nu. 1. & facit. l. 1. C. de cond. impub. horrer. lib. 10.* tamen, quoad prouidendū circa sartatecta, & domus reparationē non excusatur si substitutus non reparauerit, ex *d. l. C. de cond. impub. hor. vbi Bart. & alij notāt, & Fran. Mar. decisi. Delph. 541. n. 1. & Rip. de peste. tit. de remed. ad conserua. vber. nu. 13. & 14.* nam secundum eum, ibi nu. 11. & 12. quoties susceptoris negligentia quicquā ex publica annona perierit, ad damnū ipsius referendum est, maximē si pluuuis stilicidie cadentibus sui memū fuerit denastatū, ex *d. l. 1. est enim administrator in maxima culpa & negligentia si domos et horrea nō inspexerit & sartatecta reparari nō fecerit, in tantū, quod nō erit excusandus, etiā si idoneū factorē ad custodiam dimiserit, quia sartatecta inspicere debuit per seipsum, vt ibi videtur per *Imperatorem, &***

P 3

clarus

alarius per Bart. explicatur, secus vero si susceptor hic impeditus sustinuerit aliū pro nummis recondēdis in arca triū clauium, si substitutus hic communiter reputabatur diligens & idoneus excusabitur, ex *text. in cum. §. final. ff. commod. & in l. 1. C. de peri. nominator. libr. 10. & in l. 1. §. quod si satis. ff. de magist. conue. faciuntque dicta per me. in l. 13. num. 6. cum. 3. sequent. tit. 9. lib. 3. supra.* & à contrario si idoneum & sufficientem substitutum non elegerit, ipse substituens tenebitur, quia negligenter amico qui rem constituendam dedit, de se quāri debet.

5 Ibi. *No lo pueda tener en su poder tres dias enteros.* Nota verba hæc, & præsertim negatiuam; & illā, no, iunctam cum verbo, *pueda*, quæ quidem inducit impotentiam, vt diximus, in *l. ut. num. lib. 5. supra.* ita vt sic per tres dies integros non possit retinere pecunias depositi frumentarij, & consequenter dies ille in quo pecuniam recepit computandus est in termino, nam licet de momento ad momētum terminus iuris currat: id tamen verum est nisi aliud exprimat, vt dixi in *l. 4. tit. 4. lib. 7. supra. num. 6.* & cum in præsentī per tres dies integros non sit retinenda pecunia, totus primus dies receptionis cōputabitur cum aliis duobus sequentibus diebus, & vt dixi in *dl. 4. n. 12. computatur dies. 24. horarum, more Romanorum à media nocte vsque ad aliam mediam noctem maximè ad excusandam pœnam. & con. tex. l. diu. C. de suscepto. Præposit. & Arcar. libr. 10.*

Caput secundum.

- 1 *Frumenta custodiuntur in domibus concilij ciuitatis & non alijs, & rationem assignat. n. 1.*
- 2 *Susceptores non possunt in horreo annonæ deputato aliquod frumentum priuatum reponere. numero 2.*
- 3 *Pœna imponitur in hac lege contra œconomos & susceptores, & dominos habentes frumenta in horreo publico, & in quibus casibus possunt pœnam istam vitare. nu. 3.*
- 4 *Disiunctiua, O, Regidor, Diputado, an comprehendat iudicem ordinarium, vel tantum Decurionem. nu. 4. Pro vtraque parte discutitur.*



Bi. AYA CASA DE PANERA, A DONDE SE META EL PAN. Aliter enim si domibus priuatorum immitteretur, merces pro domo illa est tribuēda dominis harum domorum, & sic carius venderetur triticum, in superq; in maiori periculo constitueretur, quam si in propriis domibus constitutis ad custodiam frumentariam & in publicis horreis introduceretur, & sic ordo seruatur, quo ordine seruato crescit patrimonium, aliter enim perditur cito, vt inquit *Plate. in l. 1. C. de frumen. urb. constan. libr. 11. vbi Iacob. Rebus. nu. 3.* inquit, quod ponitur casus, quod in qualibet ciuitate reponitur frumentum commune in vna domo, vt tempore necessitatis distribuatur per homines ciuitatis, & refert *Fran. Mar. decis. Delphin. 540. nu. 3.* qua de causā horrea publica essent construenda, vt ibidem

frumentum reponatur custodiendum.

In eod. c. 2. ibi. *En la qual dicha casa y paneras della no se ha de meter otro ningun pan.* Non enim possunt susceptores annonæ publicæ in horreo tali annonæ deputato aliquod frumentum priuatum reponere. *l. frumenta. C. de suscepto. præpo. & archa. lib. 10. vbi Rebu* inquit ibi esse tex contra rusticos, qui ponunt, archas in Ecclesijs, & Io. de Platea ibid. inducit illum tex. contra Massarios, qui in terris domini intromittunt aliena animalia, quia non possunt hoc facere sine licentia domini, facit *tex. in l. vni. C. ne quid one. pub. ampo.* vbi nauta prohibetur in nauī deferente publicas species imponere quicquam quod sit alicuius priuati, & illum text. inducit Bart. contra eos qui in dorso equi conducti superimponunt valisiam, siue malam, aut sociū, vel quodlibet aliud, quia non possunt, & si equus deterior fieret, teneretur ad damna, & interesse, quod tamen ego intelligo si onus illud equo impositum esset nimis graue, ob quod equus deteriorandus omnino esset, secus vero aliās, & sic quotidie super imponitur dorso equi onus conueniens, non vero excessiuum: nam ex excessiuo teneretur imponens ad damnum inde secutum, secus vero si esset conueniens & consuetum.

In eod. c. 2. ibi. *El dueño, O dueños dello loayan perdido.* Verba hæc intelligo, vel cum panis priuatus immixtus est eiusdem depositarij, ac œconomi talis horrei publici, vel si est alterius personæ, est introductus cum consensu & scientia huius personæ, vel iam quod talis persona & dominus panis priuati est ignorās, depositarius panem illum immittens est diues & sufficiens ad soluendum pretium illius panis domino eius ignoranti ibidem esse immixtum, in quolibet enim horum casuum panis amittitur, sed si depositarius hic non esset sufficiens, ad illum soluendum: tunc dominus panis illius ignorans immixtionem restituetur aduersus dispositionem huius nostre legis & panem suum recuperabit. Secundum, quod dixi in *l. 25. num. 22. & 23. tit. 18. libr. 6. supra.* & tunc ignorantia præsumitur, vel saltem iuramento domini probabitur: poterit tamen probari contrarium, vt *ibidem dixi num. 24.* & in hoc casu cum dominus panis restituitur, depositarius non habens bona punietur aliqua pœna, vel fideiussor eius, aut nominatores, si neque fideiussor est soluendo, tenebuntur soluere æstimationem talis panis domino eius esui dictæ restitutionis reddito. Sed cui applicabitur panis hic perditus, vel eius pretium, & crederem, quod ipsi annonæ, cui præiudicium inferte procurabatur per depositarium, vel dominum panis huius priuati. Neque obstat capitulum. 15. nostre legis, dicens pœnas eius in quatuor partes diuidendas, cameræ, annonæ, iudici, & denuntiatori: quia loquitur in pœnis, quas incurrunt personæ illæ, quæ contraueniunt huic legi, & sic in præsentī capitulo, in iis verbis, *Le ayan per dido.* non habet locum hæc distributio, sed tantum in pœna decem mille marapetitorum, & hoc videbatur dicendum prima facie: sed consideratis verbis dicti capituli. 15. omnes personas contra facientes respicientes, etiā in pane hoc amisso fiet hæc distributio, quæ fit in dictis decem mille marapetinis, quia amissio & panis priuatio pœna est.

In eod. cap. 2. ibi. *Y el dicho depositario, o Regidor deputado.* Nota disiunctiuam illam, *O*, qua quidem significatur, vnos tantū decem mille marapetinos esse soluēdos, neq; teneri depositariū decē mille soluere, & recto.

& rectorem alia decem mille, sed vnum decem mille per vnum ex eis est soluendum, & sic vno solente alius liberatur: Sed contra hæc videntur facere verba sequentia, dum dicitur, *De cada diez mi maravedis* Quasi vellit dicere per illā dictionem, cada, quæ dicitio distributiua viderur: & sic quod ad ambos, depositarium videlicet & rectorem, referatur, & consequenter vnusquisque eorum soluat decem mille, sed quia hoc viderur multum repugnare naturæ illius aduersatiuæ, O, de cuius natura est, vt sufficiat vnā partem esse veram, & quia initio rem pœnam debemus eligere. Crederem vnā tantum decem mille deberi, & esse soluenda per depositarium, siue per rectorem, soluens tamen poterit ab alio recuperare dimidiam mille partem: quia vterque est in culpa, cum vterque habeant suam clauem, neque immitti possit panis, nisi ambobus videntibus & scribentibus in suis libris, & sic æqualis est, quoad eos culpa, panis tamē priuatus immisus in annona, si est vnus eorū, iste solus perdet illum, neq; recuperabit partem eius ab altero, & sic mihi viderur dicendum circa hæc, & sunt meæ nouæ considerationes, quarum occasionem tolleret Legislator, si hæc prout posset clarius disponderet.

Caput tertium.

- 1 Per quas personas erit nominandus œconomus susceptor annonæ. n. 1. Et medicus Syndicus, & professores ciuitatis. n. 2. Et an maior pars sequenda sit. nu. 3.
- 4 Si decuriones nollunt, vel negligunt custodes deputare, quid erit agendum per dominum loci, aut iudicem ibi positum. nu. 4.
- 5 Rectores, seu decuriones tenentur œconomus, seu susceptore salarium assignare, secus erit si ipsi rectores officium in se suscipiant. n. 5.
- 6 Quando aliquis tenetur dare fideiussorem non sufficit iuratoria cautio, & quomodo intelligatur. numero 6.
- 7 Excusio contra susceptorem facienda est, antequam deueniatur ad decuriones eligentes, seu nominatores dictum œconomum. nu. 7.
- 8 Oeconomus nominatus, si tempore nominationis sit idoneus, & postea constituatur in paupertatem, non tenentur nominatores, seu decuriones. numero. 8.

stodiam corporum, † vt sunt syndici, medici, thesaurarij professores, custodes annonæ, & similes ad decuriones ciuitatis spectat. l. 2. & l. nominationum. C. de decurio. libr. 10. l. item eorum. §. si decuriones. ff. quod cuiusque vnivers. nom. Sicut & competit decurionibus electio custodum ciuitatis, & clauium, vt per Ripam in dicto tractatu de peste. titul. de remed. ad conferu. vber. nu. 84. cum sequentibus pluribus. & ad hanc nominationem, & electionem faciendam, debent adesse personæ, quæ secundum mores ciuitatis adesse solent. & cessante consuetudine, vel statuto, secunda est forma, de qua in dict. l. nominationum. C. de decurio. libr. 10. vbi Lucas de Pen. notat, & vocandæ sunt ad sonum tubæ, vel campanæ, prout moris fuerit. vt in l. obseruare. C. de decurio. libr. 10. & in tempore signato, vt hæc adducuntur per Auedan. capit. 19. prator. numero 14. per totum. Spectandaque est & sequenda maior pars nominantium, vt, apparet ex dict. l. nominationum, & ex l. quod maior. ff. ad municip. & ex aliis à nobis relatis in Curia Pisana. libr. 1. capit. Possuntque decuriones sic congregati aliquibus committere vices suas, vt ij commissarij possint nominare & eligere: quia factum ab eis, censetur factum ab omnibus decurionibus, ex text. in dict. l. item eorum. §. si decuriones. ff. quod cuiusque vnivers. nom. quem ad hoc allegat Bar. in l. vnum ex familia. §. si de falcidia deleg. 2. & Deci. cons. 543. num. 8. & Alex. cons. 232. vol. 6. Possuntque vnum de se eligere. vt. ff. de tuto. & curato. l. vbi & gl. munera. in dicta. l. obseruare. debentque nomina eligentium & electi in albo scribi, vt l. 1. ff. de alb. scrib. notat Auedan. dict. numero 14. versic. item si electio est ardui negotij: vel debet dici secundum eum ibi, duas partes interuenisse, & quod maior pars consentit, de quo & diximus in dict. Curia Pisana. lib. 1. capit. 2. nu. 4. & 5. Sed quid si decuriones nollunt, vel negligunt custodes deputare, quid erit agendum per dominum loci, aut iudicem ibi positum, & in hoc Ripa vbi supra. numero 202. duplici vtendum est remedio. Primo, per pœnas & multas, & captis pignoribus, poterit compellere iudex consiliarios & decuriones ad nominandum custodem annonæ, ex cap. peruenit. de immun. eccles. ver. compellantur. l. fin. in princ. & §. 1. ff. de mun. & hono. Secundo, potest iudex decurionibus præcipere, vt intra certum terminum habeant deputare custodes cum comminatione, quod elapso termino deputabit, & tunc si elabatur terminus confitit de negligentia decurionum iudex ipse poterit eligere & deputare talem annonæ custodē, ex capite, irrefragabili. de offic. ordin. facit text. in l. si eo tempore ff. de remissio. pig. & in capit. 1. & per totum de supplend. negli. prelato. Sed an huic custodi depositario erit præbendum salarium, & per quem Ripa, vbi supra. numero 209. inquit quod sic: quia nemo tenetur suis stipendiis militare; & probatur ex nostro tex. in præsentī, ibi. Vn salario moderato. Et soluetur ex bonis ipsius annonæ, computabitur tamen in qualibet faneca frumenti salarium hoc pro rata, vt soluetur ab emptoribus frumenti, & panis cocti. ex tex. in l. si. §. inter personalia. ff. de mun. & hoc. & quia iustum viderur, vt custodes ab eis mercedem recipiant pro quorum salute laborant. cum secundum de præben. & hanc opinionem approbari consuetudine testatur Rip. d. num. 209. & apud nos quotidie seruatur, sed an excusabitur talis nominatus de positarius annonæ publicæ, & dicendum est excusati

NBI. EL DEPOSITARIO QUE ASSI SE NOMBRARE. Sed per quem nominandus erit depositarius, lex nostra non declarat expresse, virtualiter tamen, sic cum decurionibus ciuitatis & loci committat annonæ ad nominationem, & consequenter committere videtur officialiū ipsius annonæ ad nominationem: nam propter vnū quodque tale, & illud magis, *authentica multo magis* C. de sacros. Eccles. & cui committitur aliquod exercendum & agendum censetur committi omne illud sine quo exerceri non potest, ex text. & eius materia, in l. cui iurisdictio. ff. de iuris. om. iud. Item & quia nominatio officialium habentium nudam administrationem bonorum ipsius Reipublicæ, vel nudam cu-

eisdem de causis, ex quibus excusaretur ab aliis officiis publicis ciuitatis, vel populi, de quibus dixi in rubr. tit. 14. lib. 6. sup. & traditur per Anto. Thesau. in deci. Delphi. 267. & diximus etiam in l. 1. tit. 1. numero 96. cum seqq. aliquibus. eod. lib. 6.

5 In eod. capit. 3. ibi *Al qual el ayuntamiento le señale un salario moderado.* Horum verborum, *al qual*, faciendū est relatio, ad illud verbum depositario, in princip. huius capituli positum, cui quidem depositario moderatum salarium per concilium decurionum est pro labore, & pro periculo obligationis signandum, vt in præcedenti glos. diximus, quod ego intelligo, quoties alium, quam vnum ex rectoribus nominant Rectores in depositarium: nam si vnum ex se ipsis in depositarium eligerent, vel in deputatū annonæ, nullo modo posset ei constitui salarium, nisi exiret ciuitatem pro emendo frumento, vel pro aliis annonæ negotiis, nam tunc posset ei pro diebus itineris & absentia constitui salarium, vt in terminis nostris inquit *Messia in pragma. tasse panis. conclu. 1. numero 68. cum. 3. seqq.* nimis enim graue & laboriosum esset Regem adire in singulis salariis deputandis in iis & similibus negotiis ciuitatis & populi.

6 In eod. c. 3. ibi. *De fianças abonadas.* Et sic cautio iuratoria non sufficeret, neque diuitem depositariū excusarem à præstatione fideiussionum sufficientium, ex dictis per glos. *Tomar, in l. 6. tit. 4. par. 3. & per nos in l. si. glos. Sea preso, tit. 21. libr. 4. supra, & in l. 23. tit. 7. numero 11. lib. 3. supra, & quia vbi pro forma requiritur satisfactio (psout hic per legem nostram nouam) & ex necessitate, non sufficit cautio iuratoria, vt per *Cramer. consi. 31. num. 4. vol. 1. & Auenda. in tit. De las excepciones. num. 36. ver. item sequitur. & ante eos Iaf. in l. 1. numer. 23. limitatio. 10. ff. qui sat. dar. cogan. & quia vt ipse ibidem in 9. limitatione inquit, vbi aliquid est præsentandum per alium sub satisfactioe, non sufficit iuratoria cautio, secundum *Molinam de primogen. libr. 2. s. 16. numero 44. & Roland. Valle consi. 43. numero 6. cum sequentibus pluribus. vol. 2.***

7 In eo cap. 3. *Y si las fianças no fueren bastantes.* Ergo excussio requiritur prius quòd fiat, quam ad decuriones nominantes depositarium deueniatur, sicut in tutoris & curatoris nominatoribus requiritur etiam de iure, ex *tex. in l. aduersus. C. de magistr. conueniend.* Sed an debeant fideiussores esse soluendo tempore solutionis, vel sufficiat, vt decuriones nominantes depositarium excusentur, quod tempore nominationis, & depositarius & fideiussores sint sufficientes, & dicendum est sufficere, neque requiri, quod etiam tempore solutionis sint etiam idonei, ex *tex. in l. 1. C. de peri. nomina. lib. 11. & ex tex. in l. 1. §. si magistratus ab initio & in l. quod ad heredem. ff. de magistr. conue. & faciunt dicta per nos in l. 13. num. 14. tit. 9. lib. 3. Recop.* Imo si tempore nominationis non esset electus depositarius sufficiens, neque dati fideiussores, sed tamen essent tempore solutionis faciendæ, sufficeret, nec tenebuntur decuriones, ex *d. l. 1. vbi glos. ver. mutillarum. C. de peri. nom. libr. 11. & quis teneatur probare fuisse, vel non sufficientes, vide *text. in dict. §. magistratus. in ver. probatio autem.**

8 In eod. c. 3. ibi. *Esten obligados por ellos que le nombrauen.* Prius facta excussione in bonis depositarij, & fideiussorum eius, vt in glos. præcedente diximus: Imo vt ibi diximus si tempore nominationis essent idonei, licet post mutilentur non tenebuntur decuriones nominantes, & ex *tex. nostro colligitur, dum*

dicitur, *De fianças abonadas.* Dum loquitur, de præfenti tempore, & sic si tunc sint sufficientes excusabuntur, qualitas enim illa, *Abonadas*, debet intelligi secundum tempus præfens, & intelligenda est, secundum tempus verbi, cui adijcitur, ex iuris Brocardico.

Caput quartum.

- 1 Susceptores tenentur conficere librum & scribere annonam susceptam & pecuniam frumentariam. num. 1.
- 2 Susceptor tenetur veritatem scribere & non clare, & qua pœna puniatur contrarium faciens. num. 2.
- 3 Partitas vtriusque libri tenentur firmare, non solum susceptores, sed decuriones nominati ad hoc faciendum. num. 3.
- 4 Depositarius, seu sionomus, non potest pretium ponere in pane cocto, nec in tritico, quia pertinet ad ciuitatatem villam, seu populum. num. 4.
- 5 Ordo in omnibus rebus est seruandus & in hac lege interpretatur in frumenti distributione. num. 5.
- 6 Decurionum consilium, an possit taxam imminus iusto pretio imponere. num. 6. Forensibus, seu vicinis & è contra. num. 7.

RBI. QVE AYA DOS LIBROS † Debēt enim susceptores annonæ susceptæ & pecuniæ frumentariæ librum conficere, quem alii qui breues appellant, in quibus scribantur quâtes specierum & pecuniarum, vt secundum illos breues fiat distributio annonæ, vt probat *text. in l. excellentia. C. de erog. mil. an. libr. 12. & text. in l. 1. C. de apoch. pub. libr. 10. & in auth. de col. in prin.* nam qui tenetur reddere rationem tenetur habere & ostendere librum & partitas hinc inde datorum & receptorum, & ostendere singulos actus administrationis, & reliqua restituere, secundum. *Soci. consi. 24. num. 38. vol. 1. & decisi. Genue. 187. nu. 2.* & alibi, nos diximus, & sic tutores librum rationum conficere & pupillo reddere tenentur. *l. 1. §. offic. ff. de tuto. & ratio. distrah. plura per Bae. de decima tuto. cap. 2. num. 172. cum sequen.* Sic & quilibet obligatus habitorum & gestorum rationem reddere, Codicem rationum conscribere debet. *l. si quis sub conditione rationum. ff. de stat. lib. facit. l. inter cetera. §. 1. ff. d. lib. lega.* aliàs contra non conficientem librum iurati potest in litem, secundum *Bald. in d. §. officio. & in l. Tutor, qui repertorium in princ. per illum tex. ff. de adm. minist. tuto.* Ita enim præsumitur contra non conficientem librum, sicut contra non conficientem inuentarium, secundum *Socin. consi. 46. cum in præfenti. 2. dub. lib. 1.* Tenenturque itidem susceptores, cui libet annonam, vel pecuniam frumentariam deferenti apocham de summa recepta facere. *l. frumenta. C. de suscepto. & arcar. libr. 10. cui apocha. præstat. plena fides contra ipsam susceptorē, adeò quod contra ipsam apocham non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. l. in contractibus. §. quoniam. C. de non num. pecun. l. 1. C. de apoch. Public. libr. 10. vbi Ant. de Baro. & 10a. de Plat. inferunt quòd si Camerarius Regis, vel ciuitatis confiteatur se debitum recepisse à debitore Regis, vel ciuitatis, illico debitor*

debitor est liberatus, licet reuera non soluerit, licet in subsidium agi possit contra debitorem camerario nō existente soluendo, de cuius dicti veritate videndus est *Salicetus in dict. l. in contractibus. §. quoniam.* ubi optime distinguit.

2 Ibi *Assistent el pñ.* † Veritatem scribendo, & nihil celando, vt probatur ex *tex. in d. l. excellentia. C. de erog. milit. an. libr. 12.* & si aliquid omiserit scribere in dubium Reipublicæ tenetur, ex *d. l. excellentia. ubi DD.* quem text. in hoc dicit singul. *Roman. sing. 355.* Positus ad scribendum, ubi dicit, quod positus ad scribendum introitus communes si deficiat inscribendo aliquem particularem, sibi manus est amputanda, in *auth. de mandat. princip. §. coges.* sed si scribit diminutive, ita quod totaliter non omittat, tenetur in duplū eius, quod omisit, ex *dict. l. excellentia.* & cum ij non sint in præsentī positi ad solum scribendū, sed ad plura alia eis incumbētia, ex nostræ legis dispositione, in duplum non in manus amputatione erit pœna imponenda: & tradit *Castillo in l. 27. Taur. sub materia rationum reddend. in ver. quoad septimū. folio mibi. 24. colu 3* & hanc annonæ descriptionē facere debent susceptores gratis, sine eo quod subditi aliquid pro ea scribenda præbeant, ex *tex. in authen. de mand. princip. §. deinde competens. ibi, pro ubertate necessariorum iuncto §. illud tamen. ibi, sed propter quandam occasionem.*

3 Ibi † *Y entrambos firmen las partidas en entrambos libros.* Sic enim facile fraus inueniri poterit si ambo nō firmauerint partidas veriusq; libri: ita vt si hoc factum nō sit, vterq; teneatur ad damnum inde securum annonæ, & ad dupli pœnam, cum diminutē scripserint, ex *dict. l. excellentia* & ille qui innocās in effectu fuerit, id quod soluerit, ab alio, qui culpā habuit, ius habeat petendi, nē vnus pro alio puniatur: Ex iisq; verbis manifestē deducitur depositarium hunc huius annonæ debere scire scribere, cum sua subscriptione veriusq; libri partidas teneatur subscribere, & consequenter, videtur posse electū in depositarium nescientem scribere hac de causa se excusare ab officij huius susceptione, sicut ex *l. 2. tit. 17. part. 6.* Tutoribus se excusandi causa præstatur, sed in practica nullo modo excusatur nesciēs scribere à susceptione huius officij: quia licet lex nostra id requirat, satis videtur subscribere ille, qui per se, vel per alium, si nesciat scribere, subscriptiones has fecerit.

4 Ibi. *No puedan dar pan ninguno, ni poner precio en el.* Dictio hæc, *Ni,* in præsentī nō apponitur copulatiuē, sed disiunctiuē, cum nihil horum depositarius possit facere, neq; tradere panem, neq; in pane tradito pretium apponere, cum id concilio ciuitatis de iure cōmittatur, vt licet videre, ex *l. 1 §. cura. ff. de offi. pref. urbis. Ripa de pest. tit. de remed. praeser. fol. 16. n. 1. 95. cum seq.* ubi an minus, quā valeat possint taxare, & intellige quod rectores taxāt pretia victualiuū accumulatiuē ad correctorē, qui potest taxare & reuidere taxandū ad querelā videntis, vel procuratoris, populi, seu concilij, secundum *Bal. per tex. ibi in l. si in aliqua. n. 5. ff. de offi. procons. §. lega. Messia in pragma. pan. cōcl. 1. n. 52.* & ex nostra etiā lege depositarius si aliquid horum fecerit, vltra damni restitutionē, arbitrariē puniri poterit.

5 Ibi. *Sin orden y mandado del ayuntamiento.* Bonum enim cōsistit in ordine, secundū *Augusti. in lib. de natura boni. Datq; ordo rei perfectionem. 7. quaest. 2. c. nihil.* & ex malo administrationis ordine crescit frumētī carestia, secundum *Bar. in l. 1. C. de frum. urb. constā. lib. 11.* & ideo priores qui habent arbitrium super a-

bundantia, possunt huius nomine ponere ordinem, qualiter & quo ordine in ciuitate, & quantum frumentum possit vendi qualibet die & mense, secundum *Fran. Marc. decis. Delphn. 340. n. 1. §. factu. l. 1. §. cura carnis. ff. de offi. pref. urb. §. qua dicit Rip. in glo. proceden. allegatus.* Vnde quando frumentum est ordinatum pro annona, sub pane cocto, nō debet solum frumentum pro annona, vel pane cocto, vt in *dict. l. 1. C. de frum. urb. consi. lib. 11.* vnde inquit ibi *Platea,* quod prohibitus portare frumentum, extra districtum, non prohibetur portare panem, nisi facere in fraudem. *l. fraus. ff. de legib.* sed si prohibetur portare frumentum, bene prohibetur portare farinā, vt per *Fran. Mar. ubi supra. nu. 2.* & sic iure optimo lex nostra in iis verbis ordinem & modum dandi panē & pretium constituendi frumētō annonæ Cōcilio ciuitatis relinquit: ordo enim decurionum potest constituere pretium, modum, & mensuram, & taxare omnibus rebus vendendis. *l. fin. §. Episcopi. ff. de mun. & hono. §. alia iura allegata in mea Curia. Pisan. de decurio. lib. 2. c. 18. nu. 8.* Ubi ego in additione, sub literis. *M. §. in alia dixi, & iradit idem Fran. Mar. ubi supra, nu. 42. §. Grego. in syntag. iur. 3. par. pag. 740. in fin. cum sequenti.* & an liceat maius pretium constituere forensibus, quā ciuibus, dixi in *dict. cap. 18. Curia Pisana. nu. 17.* & per *Tyber. Decian. respon. 5. n. 7. vol. 1.* ubi inquit quod per statutum posset fieri, vt plus forensibus venderetur, & de iis etiam agit *Rebus. in 2. tom. const. Fran. tit. de hospit. conclu. 8. num. 14.* Et an possit Concilium decurionum in minus iusto pretio † taxam imponere, tradit *Rip. in glo. proceden. allegatus, ubi distinguit, ex Bar. in dict. §. cura carnis. §. ex Abb. in cap. 1. de emptio. §. vend. quod aut subest necessitas, quia est tempus caritiæ, & tunc taxare poterit etiam minus, quā valeat arbitrio suo, vt cōmunem cum *Bar. dicit Mes. in prag. pan. conclu. 1. nu. 4.* nam tempore caritiæ diuites cogi possunt, nō solum vendere minus iusto pretio, sed etiam officio iudicis possunt cōpelli facere elemosynam, secundum *glo. in c. sicut. 47. distm. §. in capit. exiguntur. 1. q. 7. Abb. in cap. 1. de cleri. agro.* Imo & diuitibus reluctans elemosynam facere, liceret ipsis egenis furari & derobare pro necessitate victus tantum. *c. si quis propter. de fur. c. discipulos de consecratio. distm. 1. Messia in prag. taxa pan. conclusio. 1. nu. 11. 12.* † Aut nulla subest caristia, & tunc, aut taxare volunt decuriones triticum & victualia minus iusto pretio, & non possunt, & ita loquitur *tex. in l. fin. §. item rescripserunt. ff. ad leg. lal. de anno.* Aut volunt taxare iustum pretium, & prohibere ne carius vedatur. & tunc possunt ex *dict. §. cura carnis.* & in *dict. §. item Episcopi.* hæc autem distinctio procedere potest in pretio apponēdo personis vendentibus frumentum, cibaria, & alia similia in Republica, sed in pretio apponēdo in expeditione frumenti publicæ annonæ, nullo in tēpore apponi potest per concilium ciuitatis in minus iusto pretio, ex nostra lege & pragmatica, maximē in eius capit. 6. & sic practitari communiter videmus quotidie: lucrantur enim & non perdunt annonæ frumētariæ quapropter in dies magis ditescunt fortassis in pauperum detrimentum, & ideo maxima cum cōsideratione consilium ciuitatis debet pretium frumēti annonæ constituere, nē annona perdat, neque multum, sed moderatē ditescat, nē pauperibus detrimentum fiat, & nē caristia in populo constituatur, vt & inquit *Messia in prag. taxa pan. conclu. 6. num. 17.**

Caput quintum.

- 1 *Intelligentur verba secus pragmatica & bene. n. 1.*
- 2 *Priores ciuitatis, seu decuriones possunt ordinare qualiter, quanti, & quo ordine vendi debeat frumentum. num. 2.*
- 3 *Decuriones possunt nominare discussorem, qui prouinciam visitet, discutiat & inquirat, & susceptorem qui emat frumentum cum salario iusto. n. 3.*
- 4 *Rustici non tenentur portare paleas, lectos, & similia militibus hospitatis, ultra. 20. milliaria. nu. 4. cum aliquibus limitationibus. numer. 5.*
- 6 *Qualitates quas debet habere emptores frumenti. n. 6*
- 7 *Præfectus annonæ potest constituere salarium emptoribus frumenti sine licentia Regis. nu. 7. cum ampliacionibus & limitationibus. num. 8.*

Ibi. VN MES ANTES DE LA COSECHA. Si is verbis adderentur verba sequentia, à me considerata, scilicet, *Entendiendose que el año es estéril, y falto de pan,* iusta esset eius dispositio, sed ijs verbis non additis perniciosam esse credo & causatiuam caritatis panis, nam cum ante panes collectos à laboribus habeant eos venditos ad forum publicum, tēpore messis, & postea nullus est, qui afferat panem, & panis penuria causat caritiam, & consequenter nullo in tempore reperitur minori prætio taxæ panis, vt experientia videmus, & sic suppleda essent verba hæc nostræ legis, dicto modo.

In eod. c. 5. ibi. *Acargo del qual ayuntamiento.* Ipsi enim concilio (vt ex gloss. præcedente apparet) incumbit apponere non solum ordinem expediendi panem annonæ, & pretium huius panis constituere, sed & omnis alia annonæ publicæ administratio, vt apparet ex nostra pragmatica, & ex iuribus in glossis præcedentibus allegatis: nam (vt inquit *Bart. in l. 1. C. de frum. urb. const. lib. 11.*) priores ciuitatis possunt

2 ordinare, qualiter, quanti ꝑ, & quo ordine vendi debeat frumentum, & consequenter, quando & quomodo emi debeat pro annonæ publicæ prouisione, vt inquit *tex. noster* in iis verbis.

3 *Ibi. Y nombrar las personas que han de yr a comprarlo.* Pro conseruâda enim annona hoc facere potest ciuitatis cōcilium, sicut pro conseruâda annonæ vbertate possunt eius præfecti, cum expediēs videbitur, mittere discussorē, qui prouinciā visitet, discutiat, & diligenter inquirat quantitatem annonæ & singulorum capitānum morumq; describat, vt sciat an tantū annonæ sit in prouincia, quæ singulorum necessitatibus sufficiat, an vero vigeat necessitas præuidendi aduersus ingruentē inediā, qua nihil durius & populo perniciosius. *cap. 2. de obseruatio. ieiun.* & vbi descriptione facta cognouerint non plus annonæ in prouincia esse, quā sit necessarium vsibus prouincialium, poterunt edictum proponere, nè quis extra prouinciā annonā deferat, sub pœna quæ eis cōuenire videbitur, valet enim tale edictum, & obseruandum est pœna cōtrafacienti imminente. *l. si quis post. C. de adif. priua. l. cotem ferro. in princip. ff. de publica & vectiga. l. 1. § 2. C. quares expor. non deb. vt in propositum inquit Rip. in tracta. de peste. tit. de remed. ad conseruan. vber. nu. 40. cum duobus sequentibus vbi à numer. 43. cum sequentibus pluribus,* plures in propositum edicti prohibitorij annexit quæstiones, de quibus & in hac diximus

pragmatica, an scilicet prohibitus frumentum extrahere, possit extrahere farinam, panem coctum, & alia similia. Sed an poterunt cogi comitatēses, ibi deferre frumentum. & dicendū est, quod sic, sicut compelluntur portare cōmeatum ad exercitum. *l. prolocis. C. de anno. & tribu. lib. 10.* minus tamen grauandi sunt remotiores propter maiores expensas ratione longioris itineris, vt dicitur in *d. l. pro locis. quā ibi notat Bar.* pro comitatensibus, qui quotidie grauantur deferre paleas, bladum, & similia, vt minus grauari debeant, qui longius distāt. & bene facit *tex. in l. 1. vbi Plat. C. de fund. lituro. lib. 11. & in C. de anno. & trib. l. 10. l. nemo* viciniore ergo sunt primo grauadi, argumēto. *l. quicunq; idoneū. ver. illud. C. de omni arg. deferto. lib. 11. secundum Plat. in d. l. pro locis & bene pro hoc facit *text. in l. sicut fieri. C. de eroga milit. anno. lib. 12. & si propinqui passibus viginti millibus possunt sufficienter prouidere de annona necessaria, nō sunt remotiores vlllo pacto vexadi. l. 2. de eroga. milit. anno. lib. 12. & ibi notat Bar. ꝑ quod rustici non sunt com-**

4 pellēdi deferre stramina, paleas, lectos, & similia militibus hospitatis, vltra viginti milliaria, sed si comitantes non possunt supplere necessitatibus ciuitatis: tunc vicini, etiam alterius prouinciæ possunt à superiore suo compelli portare annonam ꝑ ad ciuitatem

5 egentē, *secundum Ange. in dict. l. prolocis. per text. in l. in nomine Domini. C. de offi. præse. a fri. & quia tempore necessitatis omnia debent esse communia. l. 2. §. sed si. ff. ad legem Rhod. de iact. & saltim isto casu relaxandum esset deuctus, siue prohibitio exportandi frumentum extra prouinciam: argumento. l. si quis per diuiniam. C. de aqua duct. lib. 11. & ibi notat Bartol. vt autē exteri aliciantur, & comitatenses ad portandum victualia in ciuitatem, poterūt ordinare quod quicunq; portauerit frumentum vinum & similia ad urbē, habeat pro labore suo duos grossos pro salmata. *l. 1. C. de frum. Alex.* item prouidebunt, quod deferentes annonam, & cætera ad victum necessaria nullā ab incolis vim patiantur, neq; pro repræsaliis capiātur, neque tunc ratione delicti, vel cōtractus cōueniantur, neq; gabellis portariis, pegadiis, vllavē impositione angarientur. *l. 1. C. de nauicul. lib. 11. facit *text. in l. 1. ff. de nandi. ita Rip. in d. tract. de peste. tit. de remed. præfer. contra pes. nu. 190. cum. 4. seqq. fol. 16. & plura refert Messia in prag. cassæ pan. conclus. 1. numero 1. cum sequentibus pluribus.***

6 *Ibi. Y las personas que nombraren han de ser de quien se tenga mucha confianza, que lo haran con mucha fidelidad, y con el mas aprouechamiento delposito que se pudiere.* Copulatiuē procedit hic legislator, scilicet, quod personæ hæc sint fideles & maximæ cōfidentia, & insuper quod sciat id facere ad vtilitatē possibilē depositi, & vnū sine alio nō sufficiat, quia copulatiua vtriusq; copulati requirit verificationē & sic fidelitas & experientia requiritur, ad hæc adimplenda, & aduertat ad hæc conciliū, quoniā ex mala electione, & nominatione tenebuntur concilij nominatores talem eligētes, vt dictum remanet de electione depositarij, ad eorum tamen excusationem sufficeret probare sufficientem, & fidelem tunc reputari tempore nominationis, sicut & de depositario dictum est.

7 *Ibi. A los quales se les dara vn salario moderado.* Licet enim Decuriones nō possint alicui cōstituere salariū sine licentia Regia, *ex. l. 1. C. de præb. salariū. & diximus in l. 13. tit. 9. lib. 3. supra n. 4. & Octavian. decisio. Pedamonia. 95. n. 26. & glos. penul. l. 10. tit. 28. part. 3. tamen*

ramen in hac materia dispositum habemus de iure, quod præfecti annonæ possunt eligere vnum vel plures expertos & discretos viros, qui pro frumeto comparando se conferant ad alienas prouincias, & eis sine iussu Principis salarium constituere ex. l. 1. C. de frum. Alex. lib. 11. & ita quotidie practicari inquit Messia, in pragmat. pan. conclu. 1. n. 54. & tenet Ripa, in tracta. de peste. tit. de remed. præseru. contra pest. fol. 15. n. 186. & Aued. c. 10. part. n. 17. lib. 2. & hoc non solū si aliis personis extraneis à concilio Decurionum negotium hoc committatur, verum etiā si aliquibus de concilio, nam quamuis Rectores populi non possint habere salarium ob hoc quod operibus publicis construendis seu reficiendis tantum adstant, seu præficiantur, & quod illud restituere tenentur iure fori, & iure poli, vt per plura comprobant Dominicus & Fran. in c. statutu. §. assessorem. de rescrip. in 6. ita vt remissio eos non excuset à reali & vera restitutione, secundum eosdē, & alios relatos per Messiam vbi sup. n. 69. tamen secundum eum ibi. nu. 70. id intelligendū est quādo intra vel prope populum quem regunt illa fierēt operā, seu aliās occuparentur secus autēsi ad alia deputarentur negotia Rempublicam concernētia extra eius terminos, limites, seu districtum, peragenda, in quo officialis deberet eques ire, aut eum oporteret aliquas expensas facere pro annona frumenti, vel carniū emenda, vel pro legatione faciēda: nam tunc populi concilium iudicis autoritate atque decreto potest in expeditione cuiuslibet negotij taliter se habentis salaria administrantibus deputare pro exigentia temporum & personarum qualitate, secundum Lucam de Pen. & Platea. dict. l. 1. C. de preb. salar. & idem in tutore peregre proficiscente inquit Messia vbi supra. num. 71.

Caput sextum.

- 1 Quomodo publica annona eroganda sit, & per quas personas. num. 1.
- 2 Decuriones tenentur ratione sui officij gratis annonam inter vicinos erogare. num. 2.
- 3 Decuriones debent inspectis sumptibus iustum pretium annonæ imponere. num. 3.
- 4 Fraus est obuiādum in casu huius legis, & quod nō mensuretur fideliter frumentū, & annona. nu. 4. & quomodo hoc intelligatur, & forma, quæ in distributione seruanda sit. nu. 5. & fraus dignoscatur & possit euitari. num. 6. & num. 10.
- 7 Decuriones tenentur resarcire, & restituere damnum in conscientia, si per negligentiam, vel malitiam pretium iniustum pani cocto, vel tritico imposuerunt in vicinorum præiudicio. num. 7.
- 8 Si prohiberetur ne Decuriones possent vendere panem suum nondum collectum tempore Augusti pretio constituto à lege nostra: plura vtilia sequerentur. num. 8.
- 9 Per Decurionem constituatur pretium frumenti cum consideratione. num. 3. Idem in pistoribus faciendum est. num. 9. & 10.
- 11 De eadem re. num. 11.
- 12 In pane cocto & non in tritico nec farina distributio faciēda est, vt pauperibus maiorem afferrat vtilitatem. num. 12.

- 13 An possit vendi panis coctus maiori pretio exteris, quam vicinis, bene discutitur. num. 13.
- 14 Intelligitur litera pragmatica cū distinctione bona ad veramdubij & questionis. interpretationem. nu. 13. & n. 14. & iterum quomodo sit distributio inter pauperes faciēda. num. 15.
- 16 De eadem re. num. 16.
- 17 Susceptor tenetur resarcire damnum si sua negligentia, vel mala administratione annona perderetur, per incēdiū sua causa causatū, vel per aliā rē. n. 17
- 18 Noua frumenta non emantur, nec comparentur nisi antiqua consumantur. num. 18.
- 19 Renovatio frumenti faciēda est, & in quo casu & tempore. num. 19.
- 20 Mutuare frumentum vicinis, & è contra quando, & quomodo fieri potest. num. 20.
- 21 Decuriones possunt cum autoritate iudicis tempore fertilitatis triticū inter vicinos, aut mutuare, aut vendere, & qua de causa hoc faciendum sit bene traditur. numero 21.
- 22 Vicini an teneantur reddere triticum in pecunia, vel in specie tritici. num. 22.
- 23 Susceptores tenentur proestationē facere Decurionibus, vt debita sibi debita per vicinos recuperentur, aliās ad restitutionē damni obnoxij sunt. n. 23



Bi. QVE EL REPARTIMIENTO Y GASTO DEL DICHO PAN, LA IVSTICIA Y REGIMIENTO PVDIE DOSE BVENAMENTE IVNTAR, Y DONDE NO, LA IVSTICIA Y DOS REGIDORES POR LO MENOS QVE PARA ELLO SERAN NOMBRADOS. Ab officialibus enim ad id deputatis specialiter, (quia actuarij possunt nominari) eroganda est publica annona, secundum Plateā, in l. nē diuius. C. de numu. & actua. lib. 12. per illū tex. eligunturq; erogatores ije eodē tempore, & eodē modo quo eliguntur depositarij, & susceutores annonæ, & sic iij actuarij in principio officij. Idē præstabunt iuramentum quod debent susceutores præstare, & vltterius iurare solebāt de iure antiquo, ex. l. per hanc. C. de erogation. milu. an. lib. 12. se propria manu & non per alium quemquam erogaturos, quod nō seruarur regulariter præsertim tēpore carestia, & necessitatis, sed apponuntur particulares personæ, id facientes ordine ipsorum erogatorū, neq; ad hoc erogatorū officium aliquis eligeretur, qui sit in dignitate cōstitutus, nē ratione dignitatis fiat audacior ad fraudādā publicam vtilitatem. l. nemini. C. de mune. & actua. lib. 17. nōat Ripa. de peste. tit. de remed. ad conseru. vber. n. 141. vbi n. 142. inquit prudenter erogatores officiū suum exercere, si nihil de nouis fructibus tanquam prius, quam veterem erogauerint annonam. l. 1. C. de condit. impub. hor. nisi frumentum nouum incipiat corrumpi, & vetus nou, tunc enim prius detraheretur ex. l. is autem. §. qui legatorum seruandorum, & vbi glof. ff. vt in pos. legato. vel vt inquit Ripa vbi supra. nn. 145. miscetur corruptum cum frumento bono: ita edim fiet quod velata corruptio Rempublic. à damno cōseruabit, ex dict. l. 1. C. de condit. impub. horr. Sic etiā oportunum est malum venenum miscere cum bono, quia hoc modo sit optimum antidotum. l. quod sape §. veneni. ff. de contrahend. emptio. l. qui venenū. ff. de verbor. significa. Et si dicatur talem mensuram in se pecca-

se peccatum habere, respondet *Ripa ubi supra. n. 145. cum Platea, in d. l. 1.* quòd illa procedunt quando corrupta cum incorruptis taliter incorporantur, quòd scire vel discerni non possit mixtura, seu fraus, tunc quia còtrahens decipitur peccatum est, secus quando mixtura patet, & cognosci potest, non enim tunc potest còtrahens allegare dolum vel fraudem. *l. 1. §. si intelligatur. l. queritur. §. si. ff. de adil. edi. De quo diximus late in l. 3. tit. 5. lib. 1. sup. & in l. 8. tit. 18. lib. 7. sup.* cum tamè mixtura hæc panis corrupti cum bono facièda est ab erogatoribus annonæ publicæ debet ita fieri, nè sit maior mixtio corrupti, quam est mensura boni frumèti, & quòd corruptum nõ sit ita corruptum quòd sit nullius utilitatis, ita deniq; debet pretium còmensurari ratione frumenti corrupti vt sit minus, quam esset, si non immisceretur corruptum cum bono: ad hæc enim omnia debèt boni erogatores annonæ aduertere. Erogatoresq; ij debent esse prudentes, scilicet, quòd sint discreti industris & fideles. *Clem. 1. §. sane. & ibi notat Card. & Imol. de heret.*

2 *Ibi. A cuyo cargo ha de ser esto.* Scilicet, dictorũ duorum rectorũ nominatorum debentq; gratis id facere cum ex necessitate officij ad id teneatur, vt notat *Plat. in l. 1. C. de delato. lib. 10.* & satis eorum honor illis pro præmio esset, & reipub. còsuluisse quòd; qui renetur aliquid facere gratis, & suis saltim expèns debeat facere, secundum *Bart. in l. cũ seruus. n. 4. ff. de verb. oblig. idem Bart. l. ne seruus. ff. de nego. gest. Campe. in tract. de dote. 1. p. priuil. 16. Rip. l. 1. n. 90. ff. solut. matrim. sicui per Mess. in pragmat. pan. cõclus. 1. n. 68.* & id regulare est in quocunq; obligato, ex *ext. in l. suo victu ff. de op. liber. in l. §. si nõ sorte. §. libertus. ff. de condit. indebit. & hanc notat Bart. regulam communem vocat *las. in l. cum seruus. n. 4. de leg. 1. Baeza, de decim. tit. 10. cap. 1. nu. 17. & optimè Barto. Socin. consi. 26. nu. 3 lib. 1.* & si aliquid pro hoc recipitur, turpiter recipitur, & restituere tenetur, vt ex *l. 1. C. de condit. ob turp. cau. probat Loazes in allegatione de mula. 1. dub. pagin. 163. cũ seqq. in paruis, & iterũ diximus in l. 1. tit. 4. glo. esten. per totã. lib. 6. supra etiã si *Aniles, capit. prator. glos. abogados, nu. 1.* aliud vellit, & coram quam allegat, scilicet *Curia Pisana, de Decurion. lib. 2. cap. 23. vbi & ego dixi in additione,* nihil ibidem Curia ipsa de hoc salario tractat, vbi ex iis dixi Rectorẽ ciuitatis in iudicẽ electum in causis decẽ millia morapetitorũ si iteratus est non posse asserioria recipere: sic & itidẽ Rectores ij ad reuidẽdas cõputationes & rationes, annonæ publicæ, nõ possunt pro iis recipere salariũ ab ipsa annonæ neq; de publico aliud sit cõsuetum, secundum *Guid. Pap. pecisi. Delph 68. relatum per Anedan. cap. 2. Prator. n. 8. lib. 1.* & hæc vera nisi foras extra ciuitatem & mœnia eius proficiscerentur tales Rectores & Deputati annonæ, nam tunc salariũ est eis præstandum, vt dictum remanet *supra, in glos. a las quales.***

3 *Ibi. Con el mayor beneficio y aprouechamiento del posito que sea possible.* Obseruadum est enim annonæ rationẽ magistratibus habendã, vt nõ vili, sed iusto pretio veneat, quòd & arguit *Amianus Marcelinus. l. 22. historia, relatus per Petrũ Gregor. in Syntax. iuris. 3. part. lib. 36. ca. 30. n. 4.* nulla inquit probabili ratione susceptæ popularitatis amore utilitati studebat venalium rerum, quæ nõ nunquã secus, quam conuenit ordinata, inopiam gignere solet & famem, quapropter iustè dixit lex nõstra cõmoditatis possibilis habendã rationem pro cõseruatione annonæ publicæ, & dicitur hic, *que sea possible,* quasi cum maxima consideratione a-

gendum sit, ita vt annonæ publicæ non minuat ex vilis pretij cõstitutione, neq; multum augeatur pretium cuiuslibet fanecæ in detrimentum vicinorũ & præsertim pauperum, sed omnibus cõsideratis pretiũ cõstituatur iustum in argumentum, & non in diminutionẽ annonæ: cautio enim ad magistratus nunc politicos (maximè annonæ) esse debet, vt iustis pretiis vendantur, singula vt frumenta, & ad victum potissimũ necessaria quotidianum, prout inquit *Petrus Grego. ubi sup. nu. 10. cũ seq. aliquibus.* de quibus & in hac mentionẽ fecimus pragmatica, & sic quotidie videmus Dardanariis (vulgo recatones) qui hostes Reipub. sunt Dariali, quòd lucrum iustum pro reuendẽdis minutatim rebus, quas emerunt, quòd iustus est vt fiat cum annonæ publicæ frumentaria.

4 *Ibi. Que en ello no aya fraude ni cautela alguna.* Fraudib; enim & malitiis obuiadum est, & fiet fraus si fideliter non mensuretur, & detur mensuradũ minuta panificis sibi appropriadũ aliquid erogatores panis, prout ante pragmaticã tassæ panis, vtrariæ fieri asserit, *Messia ibide, conclusio. 1. n. 48.* vel cum quadraginta panificis deberent dari certæ mensuræ triginta tantũ dentur sibi alia retinentes, vel dãdo vnis & non aliis, vel si maiori pretio detur vnis, quàm aliis, illud plus sibi vsurpates, annonam tẽnim publicã fraudare est, id agere, vt tandem carius vendatur, ad priuatã eius, qui fraudat utilitatẽ, vt inquit *glos. in l. vis certis. verb. annona. ff. de iudi. fraudare etiam annonam, videtur dispensator annonæ, id est, cibariorum, quæ solebant dari militibus, si iustam portionem singulis non tribuat, vt in l. 1. C. de erog. milit. annon. lib. 12.* Vnde inquit *Aræti. in l. qui Roma. §. cohæredes. ff. de verbor. oblig. quòd in hoc multũ solers, & prudens debet esse iudex, vt videat si possit perpendere fraudem, quæ quidem fraus & dolus coniecturis & præsumptionibus probatur ex l. dolum. C. de dol. & l. apud Celsum in princi. cũ glos. ff. de dol. mal. except. late plurimè ponens cõiecturas Menochi. de præsumptio. libro. 5. præsumptione. 2. Vbi allegat *Lucam de Pen. & Mascard. latius agentes, & in lib. 1. præsumptio. 58. ipse Menochi.* alia describit, quæ coniecturis & præsumptionibus probantur, & sic *Aurelianus Imperator* grauissimas pœnas infligebat iis, qui annonam militibus fraudabant, vt scribit *Vopsic. in eius vita,* variisque pœnis puniebantur annonam grauantes: fuit enim *lex Julia de annona, vt in toto tit. ff. ad. l. Julia. de anno.* qua puniebatur, qui quid faciebat, quo annonæ carior venderetur, vel qui impediabat, quo minus annonam in ciuitatem asportaret. *l. 2. ff. eodem.* Vbi viginti aureorum pœna imponitur, item lege monopoli puniebantur etiam, qui pactiõnem inibant, vt species & annonæ carius venderetur. *l. 1. C. de monopol. pœna viginti aureorum, crimine etiam stellionatus puniebantur ementes annonam pluris quam valeat, vt ceteri tẽ eodem pretio ad emendum 6 incitentur, & sic pretium augeatur. l. 3. §. item si quis, secundum intellectum Bart. ff. de crimin. stellionat. extraordinariẽ itidem puniebantur, qui totam coemebant annonam, quam in prouintiis reperiebant, vt soli postea pretio, quo vellent eam vendere possent. l. annonam. ff. de extraord. crim. Ripa de peste. fin. p. numer. 178.* imo & in conscientia tenentur resarcire damnum commune tẽ ex eorum 7 malitia resultans, secundum *Magis. Fra. Lud. Lop. in suo instructo. cons. 1. p. c. 226. col. pen. pag. 561.* vbi & inquit Rectores habentes taxare pretium p̄ vnis cocti,*

cocti, si negligenter in hoc se habeant teneri restituere damnū ex hoc secutū Dardanarij autē erant præcipuē illi, quia annonam onerabant, vt ex *d. l. annonam. hæc referens, inquit Decia. in 2. tom. de delict. lib. 7. cap. 22. de fraudan. annon. num. 7. cum 4. precedent. vbi. num. 14. cum. 4. sequen.* plura describit specialia contra eos, qui annonam fraudantes vitæ totius populi insidiantur, & *num. 19.* quærit cum crimen hoc legis Iulix. de annona, sit publicum, vt dicitur in *l. 1. in fin. ff. de pub. iudic.* & inter publica crimina titulis ille sit positus quare tam leui puniatur delinquens nempe viginti aureorum, vbi *num. 39.* in hoc propositum concordat leges, quæ contrariæ videbantur, & *num. 120.* inquit etiam annonam onerare falsis ponderibus videntes, & *num. 21.* refert illud pro subleuanda annona rescriptum Seueri, & Antonini, vt ius non esset ordini, cuiusque ciuitatis pretium graui constituere, nescilicet, ipsi qui de ordine sunt, nempe nobiliores plebem pro priuato commodo in annonam grauare valeant. *l. final. in principio. & §. 1. ff. ad l. Iulia. de anno. l. non debere. ff. ad municip. l. Decuriones. ff. de administra. rerum ad ciuit. pertin.* & sicut hoc iustum erat ¶ ita & esset hodie si prohiberetur ne Decuriones ciuitatis possent vendere panem suum nondum collectum, præstandum tempore ætus pretio constituto à lege Regia, cum ante tempus venditur, *qua ex l. 17. titul. 11. lib. 5. infra: nā ex anticipata emptione Decuriones sibi appropriant omnem pecuniam annonæ, ita vt pauperibus laboratoribus parum aut nihil pecuniarum superfit ipsis pro frumento suo dandarum, quibus pecunijs necessitates præsentis subueniant, vel saltem esset in hac distributione dandus ordo quidam, vt subueniri posset laboratoribus, sicut & Decurionibus.*

9 Ibi. *Que distribuya el pan a los panaderas y personas que mas conuiniere, y mas dieren por hanega.* Intellige, hæc verba, *que mas dieren por hanega;* scilicet, in pane cocto, vt sic panis coctus distribuat prout in verbis sequentibus iubet distribui, non vero quod pro faneca tritici detur id quod plus reperietur in pecunia: nam triticum, non debet in excelsiuo pretio dari, sed intaxato per ciuitatem habita consideratione pretij, quo emptum est, & expensarum, & cum aliquo moderato lucro cum pro pecunia dandum est pisto-ribus vt ipsi suo periculo in pane cocto vendant, & istud fieri solet cum non adest inopia & penuria, sed ea existentē datur pisto-ribus vnaquæque tritici faneca, vt ipsi in pane cocto reddant depositario tot panes pro faneca præstando, & in hoc, qui plures panes dederit præferendus est, & quærendus qui plus det, & de hac forma dandi triticum annonæ loquitur istud capitulum in ijs verbis: duobus enim modis solet pisto-ribus dari triticum annonæ. Primo vendendo ipsis pisto-ribus triticum annonæ pro tali pretio pro faneca moderato per concilium ciuitatis, vt ipsi pistores suo periculo vendant illud in pane cocto pretio per ciuitatē intaxato. Secundo modo datur triticum vt vendatur in pane cocto per depositarium annonæ & deputatos eius, vel alios ad id nominatos publico præconizando, vt qui plus panis cocti dederit pro faneca, ei detur, & afferatur, ad domum publicam & ad vendendum deputatam, vt ibidem pro ipso deposito vendatur: & in hoc secundo

Tom. 4.

modo loquitur lex nostra, & in hoc secundo casu potest non solum dari pisto-ribus, à consilio designatis, sed etiam alijs quibuscunque personis meliorem conditionem & licitationem panis cocti offerentibus, vt apparet ex verbis his, quæ commetamus, quæ est optima limitatio ad pragmaticam taxæ panis, disponentem, quod panem coctum nemo vendat, nisi sit pisto- deputatus ad hoc, vel persona talis, quæ secundum qualitatem suæ personæ id potest facere. 11

Ibi. *Con el mayor beneficio y aprouechamiento delposito que fuere posible.* Verè quæ diximus supra eodem in glos. cō el mayor beneficio, & cauēdo ne longi temporis breuis hora consumat, vt *extra de cens. cap. cū pluribus. notat Lucas de Pen. in l. 1. ad fin. C. de frum. urb. const. lib. 11.*

Ibi. *se distribuya y gaste en pan cozido.* Vtilius 12 enim & salubrius est in pane cocto, quam in frumento erogationem facere, ne si detur frumentum pauperibus, dispergant illud, & in alios vsus conuertant. *l. 1. C. de frument. urb. const. lib. 11.* & sic capitulum obligatum ad dandum tot panes, & tot vini amphoras singulo die interessentibus, in diuinis non poterit dare frumentum vel pecunias, secundum Ioann. de Platea, in ead. *l. 1. & Franc. Marc. decisi. 540. num. 1. & Ripa de peste. tit. de remed. ad conserua. vbert. num. 147. vbi. num. 148.* inquit, id male obseruari Canonici Auenionenses: nam si panem & vinum dietim acciperent, quæ vsui superessent, pauperibus pie erogarent, sed quia frumentum recipiunt, ex pretio quandoque thesaurizant, & ex auro aurum quærunt, quod & alij multi, vltra Auenionenses Canonicos faciunt, quod vt ibi inquit *Ripa. num. 149. cum duobus sequentibus.* non conuenit viris ecclesiasticis, & quod aliud facientes faciunt male, & contra executores testamentorum debentes dare pauperibus panem coctū & dant in pecunia, notat *Franc. Marc. vbi supra. nu. 4.* ex quibus iuste lex nostra erogationē fieri iubet in pane cocto, qua de causa inquit *Angel. in l. anno. nu. 5. & Fran. Mar. vbi supra. nu. 18.* quod caupones, stabularij, & pistores possunt emere frumētū & hordeū pro suorū officiorum fulcimentō, & vendere in minuto hordeum, & in pane cocto frumentum, quia eorū officium est necessarium & quod frumentū commune, (vulgo dicitur, *del posito*) potest ante dicta ratione mutuari, vel (vt melius duas attenda lege nostra) vendi pisto-ribus, & tradi vt faciant panes ad sustentationem Reipub. si quidem hoc etiam tendit ad expeditionem ipsius negotij, in quod reponitur & congregatur frumentum commune, refert *Messia in pragmat. tassæ pan. conclusionē. 1. num. 55.*

Ibi. *se de el que viuere a los dichos caminantes y 13 vezinos pobres, y que mas necesidad tuuieren.* Ex æqualitate hac parificantem viatores cum vicinis pauperibus in erogatione panis cocti publicæ annonæ colligitur, non posse vendi panem coctum exteris plusquam vicinis, vt ex *cap. 1. de emptio & venditio. tenent Doctores per me allegati in 7. 25. titu. 13. lib. 8. Recopil. & in mea Curia Pisana de Decurio. lib. 2. cap. 18. num. 27. & tradit etiam Rebuf. in 2. tom. const. Fran. tit. de hospit. conclusi. 8. num. 14. & faciunt dicta per Tyber. Decian. consi. 55. num. 7. vol. 1. Vbi per statutū id posse fieri contendit, sed statuto sublato nō potest id fieri, vt & inquit *Castillo in Politica de Corregidores, lib. 3. cap. 4. n. 31. & 32.* quicquid velit distinguere *Rip. de peste. 4. p. tit. de remed. preserua. contra pest. num. 200. & 201.* Sed an tempore*

necessi-

necessitatis, prout nostra lex in hoc capitulo loquitur, prius exteris, quàm vicinis erit erogatio faciendā, & ex ordine literæ nostri text. vocatis primo viatores, & sic exteros, videtur quod sic, tū ab ordine literæ, quod est validum argumentum in iure, vt per *Bal. in l. conuentulam. C. de Episcop. & Cleric.* tum etiā quia ex ordine arguitur prærogatiua, secundum *glos. in c. ita quorundā, verbo, prædicatorum. de electione in 6.* vt vtrumque traditur per *Euerardum in centuria locorum, loco. 1. ab ordine literæ:* & sic exteri, qui in principio, & prius sunt nominati, videntur præferendi vicinis in casu nostri text. sed quia hoc iniquū videbatur, quia ex legum dispositione vicini exteris præferuntur, eo quod charitas bene ordinata à seipsis incipit, frumentariæque annonæ regulariter expensis vicinorum construuntur, vel saltim populus ipse est qui constructioni earum adfistitur, & locum præbet & ordinem assignat, & nummos ac frumentū, vt prouideatur annona præbet, ideo nimirū si vicini præferantur, & sic videmus quod *Theodoricus Gothorum Rex*, vt reperitur apud *Casiodor. lib. 4. var. 34. Epist.* Fauto præposito scribens, iubet, vt prius incolis frumentis frumentorum propria feruiat, & rursum *Comiti Silacariorum, scribit in lib. 2. var. Epist. 12.* ipse *Casiodor.* speciem lardi nullatenus iubemus ad peregrina transmitti, sed in vsus nostros propitia diuinitate seruentur, ne quod in nostris partibus conficitur nostra negligentia deesse videatur. Item quia si testator iussit bona sua distribui inter pauperes, nec dixit cuius loci debent distribui inter pauperes illius loci, vbi domicilium testator habebat, ex *l. si quis ad declinandam. C. de Episco. & Cleric. l. 20. tit. 3. part. 6.* & *ibi. De a quel lugar, alia iura allegat.* ergo ne quod iniquum ex hoc resultet intelligendum est ordinem literæ nostri text. † non esse appositum restrictiue, & substantialiter, sed demonstrationis causa, neque aliud hic voluisse legislatorē intelligendum est, quo casu non curamus de ordine, ex *text. in cap. autoritate Martini. de concessio. præb. in 6. quem & alios allegat Euerardus, vbi supr. vers. secundum quod volo.* vbi in fin. capituli, idē esse dicit, quoties apponitur ordo gratia exempli, neq; est censendum legislatorē voluisse hic exteros vicinis præferre in erogatione annonæ publicæ. Estque publica annona per actuarios illis eroganda, quibus erogari debere mandantur Decuriones seu annonæ præfecti. *l. his scholaribus. C. de erga. milit. annon. libro. 12.* in qua quidem erogatione tempore inopiæ & mediæ ac carētia erogatores inquirere debent, quot & quales sint pauperes in ciuitatē, & si facultates suppetat, pium est omnibus subuenire: est enim omnis donationis immēsitās in pauperes mensura, vt in *authetica de non alienand. §. finim. ss. quorum pauperum nomina, & singulorum habitationes in vno libro debent † scribi, & cuilibet assignandi sunt vnus, vel duo panes singulo die secundū vires reddituum ipsius ciuitatis, argumento. l. final. C. de frument. Alexand.* qui panes debent per hominem ad id electum deferri ad habitationes ipsorum pauperum ne pro elemosyna pauperes maximè contagiosi discurrant vrbe, & discurrendo alios inficiant. Sed si reddituum tenuitas obstet, quo minus omnibus subueniri possit, solum describantur pauperes originarij eiectis forensibus. *l. final. C. de annon. ciuil. libr. vndecimo. secundum intellectum Bartol. communiter approbatum.* Ex quibus vt dictum remanet executor testamēti prius pauperibus loci domicilij testatoris

tenetur subuenire, quā alienigenis, & dicere solebat Cicero. Potiores nobis sint ciues quàm peregrini: ex quibus multa apposui originariis & vicinis permiffa, quæ forensibus sunt prohibita in *l. 14. titul. 3. lib. 1. supra ad fin. legis, & sic valet statutum quo prius ciues quàm exteri vocantur ad honores officia. l. vt gradatim. §. & sic lege. ff. de mun. & hono.* prout Veneti obseruant, quod si Respubli. omnibus originariis nequeat succurrere, tunc infirmis & inualidis pauperibus prius est subueniendum, ex dict. *l. si quis ad declinandam. & ex authentic. de Ecclesiast. titul. §. si quis autē unum sanctorum, & data paritate, pauperibus magis dignis, secundum Ioann. Andr. in capitulo primo. de testament. in nouel. argumentum. l. cum quidam. delegat. 1. Frederic. consil. 282. factum tale est, & magis digni sunt, qui maioribus abundant virtutibus. l. 1. C. de annon. ciuil. & pauperibus monialibus magis, quàm iuris etiam religiosi, propter maius periculum. capit. 1. de statut. regul. in 6. & sic inquit text. in dict. l. 20. titul. 3. part. 6. quod pauperibus in carcere, aut hospitali existentibus subueniendum, & danda est elemosyna pauperibus relicta, quia nequeunt foras exire ad eam procurandā: & potius pauperibus nobilibus, quàm iusticiis, & potius senioribus, quàm iuuenibus, capit. consideranda. 86. distinctione. & erogatione facta inter ciues, & inter eos prius inter pauperes, & eorum infirmis, & inualidis prius, & nobiles anteferendi, & eorum seniores iuuenibus & moniales viris etiam religiosi, & carceratis præstabatur annona si de suo nō habebat, ex *l. iudices. C. de Episcop. aud. notat Alciat. Parerg. libro. 1. cap. 17.* Tum iis impletis exteris ibidem existentibus prouidendum est, ita latè colliges ex *Ripa, in dict. tracta. de peste. in titul. de remedi. ad conseru. vbertat. à numer. 151. vsque ad 174. vbi multa infert, & eo tacito per Messiam, in pragmat. taxa pan. conclusionē, 1. num. 42. cum seqq. pluribus, & late quomodo & quibus sit largienda elemosyna, verè per Lucam de Pen. in l. 2. C. de annon. ciuil. lib. 11. verbo, ciuibus. Et in summa Ripa vbi supra. nu. 175. inquit modū erogationis esse optimum si ad tria erogator animaduertat, videlicet, ad honestū, necessarium, & debitum: nam assignare determinatam prælationis regulam in singulis impossibile videtur, quia singulares conditiones, quæ considerandæ sunt dinumerari facillè non possunt: erogatorem etiam doceat ratio, & prudentiæ consilium.**

Ibi. *Y que mas necessidad tuuieren.* Nam inter pauperes pauperiores præferes, & horum magis dignos: nam quoties causa pietatis aliquid pauperibus relinquit, pauperiores eligēdi sūnt saltim in foro conscientiæ, secundum *Deci. consilio. 72. num. 3.* de quo alibi in consiliis meis latius videbis Deo volente.

Ibi. *Y de los daños que por ello vinieren.* Nam si vbi susceptoris negligentia quidquam ex publica annona aperierit, susceptor tenetur reficere instar tutoris, vt in *l. 2. C. de condit. impub. horreor. refert Messia, in pragmat. taxa pan. conclusionē. 1. numero. 72. Ripa de peste. titul. de remedi. ad conseruand. vbert. fol. 18. num. 11. cum 4. sequentibus,* vbi ampliat etiam si dimiserit factorem, & sic etiam tenetur de incendio horrei, secundum *Menochi. de arbitrar. casu. 390. num. 6.* ergo à fortiori tenebitur si fraude eius vel dolo aliquid perpetretur, ob quod annona detrimentum ad damnum patiatur.

In Capit. 7. ibi. *Y fuere menester.* Aliter enim non debent noua frumenta emi, nisi consumantur antiqua. *l. 1. C. de condit. impuber. hor. libro. 10.*

Ibi.

19 Ibi. *Renouallo*. Oportet enim præfectos annonæ diligentes esse, & admonere concilium pro vendendo, aut renouando annonæ frumento, si præuicacitate, vel alia ratione adsit, vel immineat deterioratio, vel speretur in proximo vbertas, nec enim tunc concilium aut quiuus alius mutuans ad renouandum frumentum, vt nouum recipiat, vsuram committit, secundum *Ioan. de Lignia, in capit. in ciuitate. de vsur. quicquid Hostiens. & Gofred. in summis distinguunt*, qui tamen possent procedere quando quis mutuaret frumentum putrefactum, & nihil valens vt melius recipiat, vt inquit eos referens *Mesia in dict. pragmat. pan. conclusionem prima. num. 73*. Vbi & inquit sic intelligendos *Abb. num. 20. & Anani. num. 36. in capit. fin. de vsur.* dicentes non licere recipere frumentum, quod valet carius, quam valebat tempore mutui, quando quis mutuauit frumentum vetus, vt reciperet nouum, vt intelligatur quando esset putrefactum aut corruptum, nam tunc esset vsura. vt per *Iacob. de Graf. in decisione consilij. libro secundo. cap. 103. num. 11. pagin. 387. & declarat late Frat. Lud. Lop. in suo instructo. consil. 1. part. cap. 225. per tot. pag. 566. cum sequentibus.* secus si non esset corruptum, & bona intentione quis mutuasset, nam qua ratione si vilius valeret teneretur mutuans recipere, eadem potest licite recipere si carius valet, ex qua ratione infert idem *Mesia ubi supra*, quod si tempore mutui, frumentum est carissimum, & quis hoc pacto mutuauit, quod certo tempore reddatur sibi tantum frumentum, 20 quantum potuisset habere pro illa pecunia, quam nunc tempore mutui valet frumentum mutuarum non est vsura, licet sit plus frumentum in quantitate quod restituit, quam quod fuit mutuatum, & est etiam ratio quia iste intelligitur vendere alteri frumentum nunc & mutuare pecuniã gratis, quam sibi vult reddi in frumeto tempore solutionis, & ad hoc ibi allegat *Ioan. de Fantu. & Anton. & Anan. num. 37. in dict. cap. final. de vsur. & Ancharra: in capitulo primo. eodem titul. in 6.* quod ego sine dubio procedere non credo, tñ quia mutuatur frumentum tempore quo carissimè valet, reddendum tempore, quo certum est minus valere, quo casu vsura committitur, vt per *Auto. Nat. in consilio 670. per totum. libro quarto.* Secus si se exponit æquali alexæ perdendi & lucrandi, nam tunc non esset vsura, sed licitus contractus, secundum *Frat. Ludouic. Lopez, in loco infra proximè allegando in colu. final. de quibus remissiuè diximus in l. 1. titul. 25. num. 8. libr. 5. supra.* Tum etiam quia fortassis exceditur tassa panis, quod non licet, & sic non caret scrupulo si reddendum est tempore, quo à communiter accidentibus carius valet, & sic circa hæc cum maxima prudentia procedendum est. Sed an poterunt populi statuere licite & in cōscientia & sine restitutionis obligatione, vt triticum, vinumq; populi prius vendatur & expendatur, antequam vendatur triticum, aut vinum forensium, vel aliunde allatum, & interim cariori pretio exponunt, quam valeret si aliunde traheretur, vide *Magist. Lop. in suo instructo. consil. 1. par. c. 224. col. pen. pag. 556.*

21 Ibi. *Que los ayuntamientos lo manden prestar.* Et nemo excusabitur ab hac receptione, vel emptione, ex *l. vni. C. vt nemin. lice. ab emp. spe. se excus. libr. 10.* Imo si quis se excusaret tempore caritatis nihil ei erit dandum ex *l. 7. C. de eroga. mili. anno. libr. 11.* ita vt si ciuitas habet annonam non distribuendam inter pauperes, sed quam conseruat, vt obuiaret future in-

diã, & contingat tanta vbertas, quod expediat forte propter vetustatem eam vendere, nec sit qui emere velit, poterit Resp. ordinare, quod quilibet ciuis teneatur emere certum quid de dicta annonâ plus & minus, secundum ratam patrimonij, ex *l. vni.* quod dicit *Barrol. se practicasse in ciuitate Perusij pro sale Reipub. vendendo.* refert *Ripa de peste. tit. de remed. ad conser. vbert. num. 176.* vbi inquit hoc intelligendum, vbi necessitas vendendi vrget. Secus si causa lucri & mercimonij ciuitas velit grauate ciues: quia non posset *l. nec emere. C. de iur. delib. & ibi Rip. numer. 177.* ex hoc inuehit cōtra Principes, qui causa lucri mercantur sal, & subditos compellunt illud emere pro numero capitum, non enim id iure agunt: quia angariant eos emere pluris quam valeat, quot est peccatum mortale, ob quod Papa & Metropolitanus possent interponere partes suas, & prohibere, nè de cætero maiori pretio vendatur, quã sit iustus valor. *c. 1. de emp. & vend. & ibi alia Rip. in propositum asserit per ipsum videnda & per Principes, & consultores eorum consideranda, hæcque (vt ad propositum redeamus) procedunt, vt etiam compellantur ciues emere partem etiam vetustarum, ne fiscus, vel Resp. detrimentum patiantur, ex d. l. i. C. de condi. in pub. hær. notat *Décia. in 2. tom. de delict. lib. 7. capit. 22. de fraudanti annonam num. 23.* vbi inquit Principes abuti dicta lege.*

Ibi. *De que lo bolueran.* Sed an in frumento, vel in pecunia ad taxam restituum si annus sit sterilis te committit nouissimè *Castillo in Politica correcto. libr. 3. c. 3. num. 72. cum seqq. & Iaf. num. 4. Ripa. 10. & 11. in l. 2. §. mutuum. ff. si cert. per. & l. 8. & ibi gl. i. tit. 1. p. 5. & l. 5. tit. 2. p. 5. Suarez in l. post rē. 3. amplia. pag. 285. & in §. antep. incipien. quaratur. pag. 362.* vbi an crescat æsti. ob Mora.

Ibi. *Sino lo hiziere sea a su culpa, y se le haga cargo dello.* 23 Intellige, scilicet, depositarij, cum quo in proximis præcedentibus verbis loquitur: quod tamen intelligo procedere si ipsi depositario per prædecessorem suum, vel per concilium ciuitatis sunt tradita instrumenta debitorum à quibus habet debita illa recuperare: secus verò aliàs, & ideo soleo ego consulere depositariis iis, vt requirant concilium, vt præbeat sibi instrumenta quibus cum debita illa recuperentur: aliter enim, quod non si culpa eius, sed ipsorum de concilio: imò & itidem requiro, vt rationes exquirant à præcedente depositario, vt & ab ipso, & ab aliis debitoribus, ex rationibus captis resultantibus possit residuum & debita recuperari, sub dicta protestatione, sic enim remanebit depositarius requirēs liber à pœna nostri text. aliter vero non.

Caput octauum.

- 1 *Præfectus annonæ decuriones, seu susceptores qui aliquid de publica annonâ conuertunt in proprios vsos, aut subtrahunt, aut male distribuunt, aut ex pecunia publica, vel ex frumento horrei quicquam mecati fuerint qua pœna plectantur. numero. 1.*
- 2 *Pecunia publica negociantes, an debeat lucrum illud ab eis auferr. num. 2.*

I BI. INCURRAN EN PENA DE PRI-
CION DE SVS OFFICIOS, Y LO BVEL-
VAN CON EL QVATROTANTO. Sus-
ceptores enim, & annonæ præfecti,
qui aliquid de publica annona conuertunt in pro-
prios vsus, aut subtrahunt, aut male distribuunt, aut
ex pecunia publica, vel ex frumento publico, quic-
quam mercati fuerint, bonorum publicationis pœ-
na plectuntur. *l. fin. C. de condi. impub. hor. libr. 10.*
licet aliàs pro furto sit imposita pœna arbitraria, ex
l. fin. ff. de furt. Nam cum uti non debeat re ad
alium vsus, quam destinatum ex *l. Parhippum. &*
ibi Plate. C. de Curis. pub. libr. 12. notat Pala. Rub. in re-
petitio. c. per vestras. notab. 6. §. 3. in fin. Nimirum si dicta
pœna puniantur susceptores ij, & præfecti annonæ
vsus non seruantes: quæ omnia notanda inquit *Ri-*
pa de peste. tit. de remed. ad conseru. verb. fol. 18. num. 18.
contra officiales, qui de pecunia communitatis, &
de frumento faciunt mercancias: nam contra tales
durissimè agunt iura, & acriter sunt castigandi. *l. 2.*
C. de his. quæ ex pub. colla. illa non vsurp. libr. 10. Et vltra
criminales pœnas, etiam Reipub. tenentur in qua-
druplum. *l. 1. & 2. vbi Bartol. C. de ijs qui ex pub. ratio.*
pecu. muta. accip. libr. 10. facit rex. in l. 2. §. quod de frumē-
taria. ff. de administra. rer. ad ciuit. perti. & l. fi. C. de cano.
frum. urb. Rom. libr. 11. & ex lege nostra priuationis
2 officij, & quadrupli pœna imponitur. † Sed dubitat
Ripa vbi supra, num. 17. an si tales pecunia publica &
frumento publico negotiantes lucrati fuerint, de-
beat lucrum illud ab eis auferri, & communitati,
vel annonæ publicæ, cuius sunt pecuniæ, vel frumē-
ta applicari, & inquit Bartol. in l. prima. C. de aur. pub.
per secut. libr. decimo, per illum text. applicandum esse
tale lucrum Reipublicæ, cuius erat pecunia, vel an-
nonæ, cuius erat frumentum: vnde qui tale lucrum
tenet, contra conscientiam facit, & licet idem Bartol.
in l. Titium, aut Meuium. §. altero. vers. qui dixit. ff. de
administ. tutor. aliud vellit, tamen in pecunia frumē-
taria & publica annona primam Bartol. opinionem
inquit Ripa dict. numer. 17. esse tenendam. Tum, quia
sic prohibitum reperimus: tum etiam, quia ad alium
vsus, quam destinatum conuertit non debet, de qui-
bus & agitur per Mesiam in pragma. panis. cōclusionē. 1.
n. 57. & diximus latè in l. 22. num. 12. titul. sexto.
libr. 3. supra.

Caput nonum.

I Necesitatis causa, an possint decuriones, vel præ-
fectus annonæ, hoc est (hodie iudex ordinarius) ali-
qua de frumento horrei pecuniæ publicæ accipe-
re. *num. 1. Et quando speciale mandatum consilij*
requiratur. num. 2. & 3.

I BI. PVRA NINGVNA NECESSIDAD. Pro-
cessit à *l. 2. §. de frumentaria. ff. de administ.*
rerum ad ciuit. perti. not. Parla. libr. 2. rerū quo-
tidia. cap. fin. par. §. 33. n. 39. pag. 229. in nouis.
2 In eo cap. 9. ibi. *que no se pveda tomar dinero ningun-*
no del posito para ninguna necesidad que se ofrezca. Prout
& probatur ex *l. 1. & ex l. fin. C. de frum. urb. const. lib.*
11. non enim debet in alios vsus conuertit, vt dictum
est in præcedenti glos. & ex dictis iuribus probatur.
Ibi. *saluo si tuncire especial comission para ello.* Sed à
quo habenda est hæc commissio, & dicendum est q̄

à Rege: quia eius est soluere legem, cuius est conde-
re: & sic videmus quod ad mutuandū frumentū ru-
sticis laboratoribus ad seminandum, Regia prouisio
petitur quotidie & datur à Rege & eius consilio, &
aliter non eis mutuatur etiam ad hoc.

Caput decimum.

1 Mutuare triticum, hordeum, vel farinam, quando
feri potest per decuriones, & iudicem. *nu. 1. cum*
limitatione. num. 2.
3 De eadem re, & de pœna contra mutuantes. *n. 3.*
4 Dictio, *so color*, quomodo in iure intelligatur. *n. 4.*
5 Noctis tempore non potest metiri frumentaria
annona, & qua de causa. *numer. 5. Et quando di-*
catur nox, numer. 6. & eius partes. num. 7.

I BI. QVE NOSE PVEDA PRESTAR DINERO,
TRIGO, NI CEVADA DEL POSITO. Non enim
(vt dictum remanet) debet ad alium vsus
conuertit, quam ad deputatum, prout in pe-
cunia fisci disponit *text. in l. 1. & ibi glos. sumpserit. &*
in l. 2. C. de his qui ex pub. ratiocin. libr. 10. & in l. 1. 2. &
3. C. de ijs qui ex pub. col. illata sunt. libr. 10. & facit illud
quod inquit. Fran. Mardecisione Delphin. 40. numero. 3.
quod vbi consuetum est dari præbendam canonis
in specie, non debet dari in alium modum.

Ibi. *Fuera de lo que dicho es. Scilicet, in capit. 7. supra*
eod. cum panis est renouandus ob superabundantiã,
vel ob vetustatem panis, & detrimentum eius, nè
deterioretur in totum, & sit nullius effectus: nam in
vnoquoque horum casu mutua re possit, licet enim
dictum capitulum. 7. solum ob abundantiam dispo-
nat, nè deterioretur panis, à fortiori idẽ erit si cœ-
pit deteriorari & conrodi, cum sit tunc eadem &
fortiori ratio.

Ibi. *Con el quarto tanto. Vt & in fiscalis pecuniæ*
mutuatione disponit text. in l. prima. C. de ijs qui ex pub.
ratiocin. libro decimo.

Ibi. *So color de dezir, que presto de su hazienda, o de otra*
alguna. Ponderandæ sunt dictiones illæ, so color, quæ
licet vnica dictio videantur, sunt tamen duæ: nam
illa, so, latinè sub, verificatur: & illa, color, est nomen
latinū color coloris: & dictio illa sub, importat cõ-
ditionem, nam idem est, quod cum, vt probatur in
capit. penult. extra de sent. excom. ibi, sub hac for-
ma, & cap. extranmissa. de for. comp. ibi, sub debito
fidelitatis, & ideo conditionem inducit. l. si cum hæ-
res. vbi Bartol. & alij. ff. quando dies legat. cad. l. cau-
sam. §. fin. ff. de manumis. Tradit Bartol. in l. 1. colu. 4.
vers. quero. quid de coniunctione. ff. de conditio. & de-
mons. & in l. Iulianus, in 1. opp. eod. titul. & not. in l.
qui promisit. vbi Ias. numer. 1. ff. de condi. indeb. &
per Paris. consi. 15. numer. 18. volumine. 2. & consi.
38. numer. 76. volu. 3. Allegat Tiber. Decia. respon.
1. numero. 28. volum. 3. & nomen illud color,
capitur aliquando pro velamento, fucio, siue
prætextu, quo veritas obscuratur, aut culpa excusa-
tur, vt ex Iuuen. Satira. 6. probat Calepinus in suo
dictionary. verb. color, ex quibus cum dictio illa sub,
pro, cum, accipiatur, & conditionem impor-
tet: & nomen illud color, figmentum, fucum,
siue prætextum, manifestè colligitur, legem
nostram

nostram velle, tunc mutuante triticum, dum esset annonæ depositarius, vel deputator, aut præfectus teneri legis nostræ pœna, quoties probatur per denuntiatorem frumentum illud mutuatam esse dictæ annonæ, licet denuntiatum allegauerit & dixerit esse suum, vel alterius tertiæ personæ, cum in effectu nõ esset, sed annonæ, verumtamen, ad esse excusandum id allegauit, vt sub hoc quæsito colore, pretextu, aut figmento se excusare posset, non vero, quia sic esset, qua de causa si denuntiator figmentum & colorem quæsitum non probauerit, probando quod ipse, vel tertia illa persona frumentum non habebant, quod mutuare possent, sed quod ex annona erat, erit denuntiatum excusandum à denuntiatione, quia actore non probante, reus si & nihil præstiterit, est absoluendus. *l. actor. C. de probationibus.* & in occultis, prout est figmentum, semper accipimus interpretationem in optimam partem, nisi contrarium probetur. *c. si omnia. 6. question. 1. c. ex tuarum. de priuil. notat Menoch. de presumpcio. libr. 5. presumpcio. 37. numer. fin.* Conditioque illa figmenti & coloris quæsiti, probanda est per denuntiatorem, quod si denuntiatum probauerit, se tunc habuisse frumentum, quod mutuare posset, erit facilius absoluendus à denuntiatione, & sic in facti contingentia, si bene recordor, pronuntiaui, vel vidi pronuntiatum, & iure optimo, quæ notanda sunt, & sunt ex meis considerationibus ad hanc legem factis.

5 Ibi. *Que de noche no se pueda medir pan ninguno del dicho deposito.* Ne detur causa & occasio furtis, damnisvè inferendis, in frumento annonæ, nocturno enim tempore multa mala perpetrantur, agensque malè, odit lucem, & cum lex occurrere iis debeat nõ fiant, merito noctis tempore prohibuit frumentariam annonam metiri, vel aperiri: & dicitur nox, quando sol nõ est super terram. *l. hac verba. ff. de verb. sig. vt & inquit Bertachi. in reperto. ver. nox.* & dicitur à nocendo, quia hoc tempus nocentibus aptum est, vt inquit *Rebus. in l. II. ff. de verbo. sig. pa. 28. ad fi. vbi* 6 inquit quod nox est umbra terræ † in solis oppositum diametraliter extensa, ex quo inquit *Bar. in l. 1. §. hoc autem senatus consultum. ff. ad Sillania.* quod mane ante solis ortum dicitur nox, & sero post perfectum solis occasum, & ideo inquit *idem Bar. in l. aut tempus. ff. de pœn.* quod quando testes deponunt aliquid esse factum de sero, vel de mane, debent adiungere ante ortum solis, vel post, seu ante occasum, vel post, vt sic appareat an de nocte, vel de die sit factum: & hæc de nocte vera procedunt, de qua lex nostra est intelligenda, non vero deficta, vt quando sol adhuc est super terram: sed tamen pulsata est campana, quæ ex statuto noctem interpretatur, vt quando statutum dixit, quod nox intelligatur à primo sono campanæ de sero, vsq; ad aliam campanam de mane: quia post primum sonum campanæ de sero, dicitur nox tamen si sol nedum occiderit: ita *Bart. in dict. §. hoc Senatus Consultum:* noctis autem veræ supra declarata, septem † sunt partes, scilicet vespèrũ, crepusculum, conticiniũ, intempestiuũ, gallicinium, matutinũ, & diluculum. Vespèrũ à stella Occidentali vocatur, quæ solẽ occidũ sequitur, & tenebras sequentes præcedit. Crepusculũ est dubia lux: nam creperom dubiũ, quod est inter lucem & tenebras, significat: quia scilicet, dubiũ est, an sit vltima pars diei, vel prima pars noctis. Conticinium est, quando cuncti filer: conticere enĩ filere est, iuxta illud Virgilij:

Tom. 4.

Conticuere omnes intentique ora tenebant.

Intempestiuũ est mediũ & inactuosũ noctis tempus, quando nihil agitur, & omnia sopore quieta sunt: nam tempus per se nõ intelligitur, nisi per actus humanos: mediũ autem noctis actu caret: ergo intempestiuũ dicitur quasi sine tempore, id est sine actu per quem dignoscitur tempus. Gallicinium propter gallos lucis prænuntios dictum est. Matutinũ autẽ est inter abscessum tenebrarum, & auroræ aduentũ, & dicitur matutinũ, quia hoc tempore mane fit. Diluculũ dicitur quasi parua lux iã incipiẽ, & præcedens auroram, quæ solem præcedit. Est autem aurora diei clarescentis exordium, & primus splendor aëris. Ita de istis septẽ partibus noctis loquitur *Archidia. in c. superueniens. 1. quest. 1. & eo relato Mōrolonis in suo propuuario iuris, ver. nox. in glos. 1.* quæ hic inserui, vt præ manibus habeantur, & sciatur, quando dicitur nox ad incurrendam nostri tex. pœnam, quæ lex cum sit pœnalis de vera & propria nocte, non vero deficta est intelligenda.

Cap. Decimumsecundum.

1 *Tempus ad erogandum frumentũ assignatur. n. 1.*



BI, DENTRO DE TREINTA DIAS. Idẽ tempus dabatur erogatoribus frumenti annonæ publicæ, vt erogati frumenti rationẽ redderent, & fidem facerẽt per scripturas, & instrumentum publicum, ex text in *l. actuarij. C. de erogat. milit. anno. libr. 11. quem ad hoc allegat. Rip. de pest. tit. de remed. ad conser. vber. num. 180. & 181.*

Ibi. *Y despues del tiempo que se les huuiera dado para empleallo.* Rarò vel nunquã terminus pro hoc solet assignari, sed simpliciter, & sine termini assignatione dantur nummi pro emendo frumento in tali, & tali parte, & quia nescitur quod tempus erit ad hoc necessarium non solet assignari & præfixi, verum tamẽ postquam venerit tenebitur statim implere dispositionem nostri tex. si nullum emit frumentum, sed si emit, reddet rationem frumenti empti, vbi & quo pretio illud emit, & frumentũ emptũ introduceretur in annonæ domum, prout solet fieri quotidie.

Cap. decimumtertium.

- 1 *Susceptoris & thesaurarij officium annale debet esse, & rationem reddere tenetur. num. 1. Et plura de ratione reddenda traduntur. num. 2.*
- 3 *Ecclesia an habeat tacitam hypothecam in bonis suorum debitorum. num. 3.*
- 4 *Decuriones an possint, vt assistant in rationibus aliquod salarium accipere. num. 4.*
- 5 *Pluries potest revideri ratio susceptoris luci ad partis petitionem, sine officio iudicis, quod est notabile in hac lege. num. 5.*



BI. CADA AÑO SE TOME QVENTA DEL DICHCHO DEPOSITO. Officium enim susceptoris & thesaurarij, debet esse annale, & nõ vltra nisi consuetudo ciuitatis, aut autoritas ordinis decurionum illũ per bienniũ in officio permanere compellat. *l. neminem. C. de susceptor. & arca. libr. 10. in calu tamẽ, in quo ob aliquã iustã causã per bienniũ illum depositarium remanere compellat*

Q 3

conci-

concilium ciuitatis, eum refirmando, omnes debent consentire, aliàs vno reluctante non valebit confirmatio, vt est *text. vni. in iur. in auth. de defen. ciui. §. si quem singularizant per me allegati in l. 4 tit. 5. libr. 3. supra.* Itidemq; debet finito officio, antequam refir-
 2 matione dicta facta depositarius vtatur, reddere rationem anni præteriti, nullus quippe qui ex aliqua administratione prætedatur debitor Reipublicæ potest ad honores in eadē ciuitate promoueri. *l. rescripto. §. debitores. ff. de mun. & hon.* Sed an elapso bien-
 nio refirminationis & electionis poterit ordo decurionum, † iterum susceptorem in officio refir-
 2 glos. *in dict. l. neminem* inquit quod non, & sequuntur *DD. ibi.* Nè videatur susceptor vsurpare dominium dicti officij, & bene probatur in *d. §. fin. in ver. modis omnibus, & ibi glos. ita expresse concludit,* nō enim debet ciuitas vilo modo eligere officiales perpetuos, nisi vellit Remp. occupatam & opressam teneri. *l. 1. & per totum. C. de mun. & hono. non continuam. declarant rationes Abb. & Fel. in cap. si. de iudi. & quia omnis actus pro prima vice intelligitur. Est tex. & materia in l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbor. signifi. & sic refir-
 matio & relectio pro prima intelligitur vice, finitoque officio depositarij & susceptoris annonæ, est ab eo exquirenda ratio administrationis, vt si fuerint inuenti in furto, facilius queant recentem reintegrare iacturam, ex dict. *l. neminem. & facit text. in l. 1. C. vt omnes iudices, tam ciui. quam crim. in ratione;* reddenda tenentur edocere quibus titulis suscepta dispensauerint, & quibus nominatim tradiderint, causam traditionis & diē demonstrando. *l. 2. C. de nautic. & ibi Bar. dixit nota. ibi esse tex. docentem modum conficiendarū rationum, tenenturq; susceptores ij & depositarij, statim soluere reliqua, & ad id præcisē cogi possunt: quia pecunia frumentaria moram solutionis nō accipit l. 2. §. frumentaria. ff. de administ. rer. ad ciui. perti. aded vt nō habeant dilationem quatuor mensū, quæ iudicatis à iure conceditur, neque itidem possunt compensationis exceptionem opponere. l. 3. & l. si ex venditione. C. de Compen. & l. 26. tit. 14. par. 5. & ea est ratio, quia pecunia frumentaria non debet in alios vsus conuerti, vt semper ciuitas vbertatem seruare valeat, vt inquit expresse *Alberi. in d. l. 3. per illum tex. in ver. neque eius, qui statutus sumptibus seruit, ad idem est bonus text. in l. 2. ad frumenti. ff. de administ. rer. ad ciuit. perti. & text. in l. a. fertur. §. vt debitoribus. ff. de iure fis. & hæc sūt singularia in iure pro cōseruatione vbertatis annonæ publicæ. Sicut & illud q̄ cōtra debitores, debitorū exactio fieri potest fauore dictæ vbertatis conseruandæ. ex. d. §. frumentaria. secundum vnum intellectum, & facit *tex. in l. in fraudem. §. multa. ff. de iure fis. & debitor ex hac causa ad vsuras semisses olim tenebatur. d. l. 2. §. si indemnitas. ff. de administ. rer. ad ciui. perti. & si frumentariam pecuniam susceptor in vsus proprios conuertisset ad centesimas vsuras conueniri poterat. l. qui sine. ff. de neg. gest. Item & est aliud singulare, scilicet, quod licet regulariter ciuitas non habeat tacitam hypothecam in bonis debitorū suorum. l. simile. ff. ad municip. Traditur per gl. & *Bal. in l. 2. C. in qui. cau. pig. ta. cont.* tamen bona debitoris ex causa frumentaria sunt Reipu. tacitè hypothecata. *l. Imperatores. §. itē rescripterūt. ff. de administ. rer. ad ciuit. perti. & præcipuè bona susceptoris pro mala administratione: nā bona administratorū regulariter sūt tacitè obnoxia Reip. secūdū glos. Abb. & Cano. in c. 2. de pigno.*****

*Bal. in l. pignus. ff. qui potio. in pig. hab. not. in l. 2. C. de iur. Reipub. & in l. fin. per text. ibi. C. de reb. ciuit. & sic bona magistratū, & decurionū sunt tacitè obligata pro mala administratione bonorū Reipu. Sicut & in tutore, & pro tutore, probat *text. in l. pro officio. C. de administ. tut. vbi Alberi. & glos. magn. in medio. l. 23. titul. 13. partit. 5. & Rebuf. in 2. tom. constit. Fran. tit. de consti. reddituum. arti. 1. glo. 14. nu. 29.* vbi per totam illam glos. ponit casus in quibus tacita inducitur hypotheca, & in bonis administratorum publicorum, sed non priuatorum, esse hanc tacitam hypothecam inductam pro mala administratione, tenet etiam *Matth. Afflict. in consti. Sicil. libr. 3. rubr. 10. de nominibus baronum. num. 9. fol. 89. & Auerda. capit. 10. nmer. 39. in fin. & cap. 12. num. 16. ver. & an Respublica. lib. 2.* Item & est aliud singulare, scilicet, quod pro mala administratione, & præstatione reliquorum, ex ordine primo conuenitur susceptor, mox eius fideiussor, & demum in subsidium nominatores si principalis & eius fideiussor non sint soluendo, ex *l. prima, & per totum. C. de peri. nomi. & ibi DD. & cum in subsidium teneantur, debet prius fieri executio in bonis debitoris & fideiussorū, ex dictis per *Anto. Gom. tom. 2. var. c. 13. num. 3.* quorum debitorum annonæ publicæ bona capi possunt & distrahi, secundum formam traditam in *l. 1. & 2. C. de capien. & distrah. pig. lib. 10. secundum glo. in d. §. item rescripterunt.* Et si ciuitas dubitauerit officiales esse de præda suspectos, poterit eis officium interdiceret, & alios subrogare. *l. 2. C. de fru. Alex. & efficitur ineligibilis susceptor, qui fraudem in officio conuictus fuerit commisisse. l. 2. C. de pala. sacra. largi. l. si cui. §. his ff. de accusatio. & idem in notariis & similibus, secundum *10a. de Plat. l. si aliquid per illum tex. C. de susceptor. at si susceprores & thesaurarij laudabiliter officio functi sunt, à muneribus personalibus, immunitatem consequuntur. d. l. Imperatores. §. item rescripterunt. Si conus, aliàs, Sitomocas, idest curam annonæ habentes, vt annotauit *Alcia. lib. annotatio. c. 2.* Sed an Ecclesia habeat tacitam hypothecam in bonis suorum debitorum, & dicendum est, quod non, sicut in ciuitate dictum est, vt tenet *Bald. in l. fin. C. de sacros. Eccles. & in rubr. C. de iur. fis. Alexand. l. si filio familias. §. fin. numero. 5. ff. solut. matrimo. & DD. in l. 2. C. qui potio. in pig. hab. Ias. in §. item seruiana. nu. 71. inst. de actio. & Bertathi. in reperto. verb. ciuitas. in prin. vbi quid in Ecclesia Romana, sed in administratore Ecclesiæ secus est, nam & in bonis eius inducitur tacita hypotheca pro mala administratione, secundum quod asserunt Canononista, ex *gl. in c. ex litteris. extra. de pigno. & in. c. similiter. 16. q. 1. teste Ias. in d. §. itē seruiano. n. 76. vbi n. 73. differit quid in fisco, & quid in camera Episcopali.******

Ibi. Hallandose presente el Regidor, diputado pasado, y el 4 presente. Sed an rectoribus pro reuidēdis rationibus iis existentibus, debetur aliquod salarium? Dicendum est, quod non, nisi aliud sit consuetū, & tunc illud quod consuetum est solui pro salario, vel pro expensis soluetur, secundū *Guid. Papæ decis. Delphi. 68. n. 1. & 2.* faciunt dicta supra, scilicet, quod non datur Rectoribus salarium nisi foras mittantur.

Ibi. Puedan reueer siempre estas quantas. Limitatio singularis ad *text. in l. cum putarem. ff. famil. ercis. vbi habetur diuisionem, ac computationē factam cum hærede, etiā putatiuo, retractari non posse si iudicis autho-*

authoritate facta sit & comprobata, secus si sine ea fieret, vt probatur in l. 1. C. famil. ercis. secundum intellectum. glo. vltimum magis communiter approbatum, vt inquit Menes. in l. si post diuisionem. num. 4. C. de iur. & fact. igno. & tradit nouissime Ayora de particio. 3. p. quest. 6. 7. & 10. & sic etiam debet declarari. l. 8. tit. 4. libr. 3. fori. vel quoties competit beneficiū restitutionis: tunc enim eo mediante retractari posset diuisio, & computatio rationum facta, etiam cum iudicis authoritate, secundum Menes. vbi supra. nu. 4. & ex d. l. fori. probatur. Hæc tamen, quoad rationes annonæ frumentariæ locum non habent, ex tex. nostro, in eis enim aditus iudicis auctoritas in redditione rationum possunt semper reuideri, siue ad partis petitionem, siue ex officio iudicis. De quo an rationes semel redditæ iterum reddendæ sint allegato calculi errore, verb. consilium 4. Achillis de Pedroche. num. 1. cum sequentibus. & Bart. Socin. consi. 149. lib. 2. Et notandum est, quod cum lex nostra loquatur per dictionem semper quæ perpetuitatem denotat, non consummitur in prima, neque in secunda reuisione: itidem & quia est legis dispositio, quæ semper duratura est, & in ea non consummitur in primo actu, sicut consummitur ex dispositione hominis, secundum Tira. in l. bonus §. hoc sermone ff. de verb. sig. in 9. limitatione. per totam.

Cap. decimumquartum.

- i. Non potest pecunia publici horrei in alios vsus conuerti, & duas assignat rationes & mouet quæstionem quotidianam. num. 1.



Bi, NINGVNO PVEDA TOMAR DE AQVI ADELANTE EL DICHO DINERO, NI PARTE ALGVNA DEL, AVNQVE PAGVE LOS REDITOS. Lex nostra, in iis verbis fundatur duabus rationibus. Prima, quia non debet in alios vsus commutari pecunia publica, quam in eis ad quos destinatur: hæc autem pecunia ad cæsus redemptionem destinatur, ergo ad hoc & non ad aliud debet applicari. Secunda ratio est, ne detur fraudibus occasio si aliud permitteretur. Tertia vero est, & verior, & quæ ex text. nostro desumitur, scilicet, quod semper bona ciuitatis, vel annonæ huic censui obligata semper remanēt, sub hac obligatione interim, quod census non redimitur, & sic ab eis peti potest census, & post debet ab illo qui nummos cæpit peti, & damna, & expensæ, ex inde sequuntur annonæ: ideo lex nostra hæc fieri prohibuit, non vero ex hoc quod esset illicitus talis contractus, sed potius licitus: nam si ego habens censum impositum super rem mea volens verè illum redimere, accessit Petrus, & dixit, Præbe mihi hos nummos, & ego redimam censum & interim soluam redditus decurrendos, licitè fieri potest, ne remaneat in damno dominus horum nummorum, ex dictis per Syluest. in sum. verb. usura. 1. num. 22. & 23. & per Magist. Lopez in suo instructo. conscien. 1. par. c. 213. pag. 523. col. 2. in 4. conclu. Nam si iudicemus in hoc casu adesse damnum emergens, prout adest, in eo concurrunt requisita illud iustificata, de quibus dixi in l. 1. tit. 6. libr. 8. infra num. 19. cum seqq. siue dicere

Tom. 4.

quis velit esse lucrum cessans, etiam hic concurrunt eius requisita, de quibus dixi in ead. l. 1. num. 26. cum seqq. & refert Aragon. de iust. & iur. q. 86. art. 2. pag. 517. ver. his ergo iustificatur hic contractus, vt licitus sit: dum tamen verè & realiter & non fictè habeatur pecunia illa pro redemptione illius census, cuius redemptio cessauit: quia amicus ille petijt, sibi dari, & quod indemnè seruabit censualistam à principali sorte & censibus decurrendis, & ex dictis per Vegam in Sylu. casu. consi. lib. 1. casu. 181. & per Rebuf. in rep. l. vni. C. de sent. qua pro eo, quod interest. num. 25. & in gl. verb. dupli. num. 29. & Rolan. Valle. consi. 35. num. 11. cum 4. seqq. vol. 1. promissorque indemnitas ad sortem & vsuras teneretur, vt per Deci. consi. 551. num. 7. & ad omne interesse & lucrum, secundum Alexand. consi. 32. vol. 4. & consi. 199. numer. 7. vol. 7. & dicta per me in l. 1. num. 24. tit. 6. lib. 8. infra.

Cap. decimumquintum.

- i. Pœna contra transgressores huius legis interpretatur, & conciliantur plura iura. num. 1.



Bi, QUE TODAS LAS PERSONAS PECUNIARIAS. Intellige de expressis in capitulis huius pragmaticæ: nam in capitulis, vbi pœna non est imposita, si neque per aliam iuris dispositionem reperitur expressa: ac imposita, erit pœna arbitraria contraueniens puniendus: quia vbi ius non definit, pœnam remanet in arbitrio iudicis, & cum arbitraria est pœna, si pecuniaria imponitur, dimidia eius pars debet fisco applicari, vt diximus in l. 2. numer. 23. & 4. titul. 26. libr. 8. infra. Et alia dimidia, para gastos de justicia, o obras pias. Solet applicari secundum, quod iudici videbitur, & hæc dico ne intelligat lector legislatorum in hoc capitulo velle, vt pœna arbitraria iudex, sibi partem ferat, vel diuidat, secundum quod in hoc capitulo distribui iubentur pœnæ in præsentem expresse pragmatica.

Cap. decimumsextum.

- i. Iudices tenentur legem istam in executionem mandare, sub pœna ibi imposita. num. 1.
2. Constitutiones, seu statuta ciuitatis, vel populi, an sint ante confirmationem consilij Regis seruandæ, bene interpretatur. num. 2.



Bi, QUE LAS JUSTICIAS TENGAN QUENTA QUE ESTA NUESTRA LEY SEA CUMPLIDA Y EXECVTADA. Sic etiam per l. 2. C. de cond. in pub. hor. iniungitur iudicibus, vt curam habeant annonæ publicæ, & eius domorum, & faciunt verba legis. 3. C. ne sanctum Bap. reiteretur ibi, quæ omnia ista custodiri decernimus, vt nulli iudicū liceat delatū ad se crimē minori, aut nulli correctio- ni mādari, nisi ipsi idē pati velit, & aliis dissimulādo cōcesserit, & iis tota ista lex & pragmatica remanet satis cōmentata, ac declarata. Solum habens notare pro complemento ad capit. fin. dum dicit, quod, ordinationibus, si quas populi habent contrarias, huic legi & pragmaticæ, non debent eis vti, nisi

Q 4

prius

prius reuideantur in consilio, & hoc tam in depositis factis à ciuitatibus & populis, quàm in relictis à particularibus personis. Etiam si *Castillo in sua Politica. libr. tertio. cap. 3. 57. numer.* aliud vellit circa annonas à particularibus personis relictas: nam idem quod in aliis ciuitatum lege nostra attempta esse credo, cum nemo possit facere quin leges in suo testamento locum habeant. *l. nemo. delegat. primo,* & quia lex nostra in hoc capit. generaliter loquitur, neque restringitur per proœmium eius, cum eius ratio generalis non debeat restringi ad deposita ciuitatum tantum, sed omnia deposita quæ frumenti pro communi & publica utilitate relinquuntur per particulares personas comprehendit lex nostra. Item erit hic vnus casus specialis in quo ordinationes ac statuta populorum etiam concernentia bonum eorum commune absque Regia confirmatione non sunt exequenda, quæ quidem specialitas, regulam videtur constituere, in contrarium, in confirmationem meam, & de iure nostro maximè Regio, verioris opinionis regulariter similibus statutorum obseruationem non requirere confirmationem Regiam, sed quia authoritati Regiæ & auditorum eius aliquantulum præiudicari videbatur, secundum aliorum iudicium (non verò secundum meum) quia eorum sententia spectabatur declaratoria, an essent iusta vel non talia statuta, vt sic obseruari iuberentur, sin minus tolerentur Regia prouisio solet dari vt interim quod non confirmantur non obseruentur.

S V M M A R I V M.

Ciuitates villæ & populi habent fundatam suam intentionem intra terminos sui districtus. numero 1.

Occupans terras publicas iniuste censetur occupasse. num. 2.

Ciuitates an possint compromittere super terminis suis sine Regis licentia. num. 3.

Lex 21.

S V M M A R I V M.

Ciuitates, villæ & populi non sunt spoliandi, vicis, terminis & locis nisi præuia citatione aliter enim restituendi sunt.

NBI, ESTANDO EN POSSESSION DELLOS NOSEAN DESAPODERADOS, habent enim ciuitates, villæ & populi fundatam suam intentionem intra terminos sui districtus postquam termini sunt diuisi, vt inquit *Auenda. 1. cap. 4. prato. num. 3. in prin. lib. 1.* & sic alius possidens terras has præsumitur eas occupasse iniuste & de facto, & nisi ostendat titulum cogitur ad restitutionem possessionis, qua quidem detentor ipse ciuitatem vel villam spoliavit, secundum *Auenda. ubi supra. num. 10.* Vbi inquit quod in hoc casu si de spolio cum violentia constaret non loquitur lex de Toledo. 3. titu. 7. infra isto lib. neque auditur volens docere de titulo, sed ante omnia restituere debet secundum tex. in præfenti, dum in finalibus verbis dicit, *sean restituydos sin alongamiento de audiencia y juyzio,* nisi notoriè constaret in continenti de titulo spoliantis, secundum quod dixi in *l. 2. gl. pen. tit. 13. lib. 4. supra,* & de iis etiam aliqua dixi. *l. 1. titu. de las prescripiones, eodem lib. 4.* dum de iis terminis ciuitatum disseruimus aliqua, sed an super iis terminis possit compromitti per ciuitates & villas sine licentia Regis, vide *gl. magnam, in l. 24. tit. 4. p. 3.*

¶ Ibi, *sin que sean llamadas y oydas,* nullus enim etiam detentor debet re sua priuari nisi prius audiatur, ex *tex. & ibi Docto. in cap. licet Episcopus de præben. in. 6. & alibi dixi.*



T I T V L O S E X T O

Del repartimiento que pueden hazer los pueblos, y de la quiebra que se ha de hazer los lugares despoblados.



Vperiore titulo dictum est de propriis ciuitatum, villarum & populorum, & quia in defectum horum priorum fit aliquando collecta communis pro subueniendis necessitatibus communibus & publicis, nunc consequenter subsequitur titulus noster ponens formam & modum circa hæc obseruandum.

S V M M A R I V M.

Ciuitas imponere collectas non potest quia est de

regalibus. num. 1. nisi pro suis necessitatibus vt. num. 2. Vbi quid sit hodie. num. 4. ampli. & num. 6.

Vsque ad tres mille morapetinos potest sine Regis licentia imponi collecta etiam per viam sise in pane vel vino aut victualibus ad limitationem l. 16. tit. 18. lib. 9. infra prohibentem imponi sifam. n. 3.

Collecta iam acquisita bene potest præscribi. numero 5.

Licentia

Licentia presumpta non sufficit vbi expressa requiritur n. 7.

Limitatur legis nostre conclusio quod vltra tres mille morapetinos non potest imponi collecta sine licentia Regis aliquibus modis. n. 8.

In Francia idem quod in nostra lege est statutum. num. 9.

Lex Prima.

SVMMARIVM.

Concilia ad quam vsque summam in defectum priorum possunt diuidere ad subueniendas necessitates communes & publicas sine pena, & quam penam incurrerent contra facientes absque Regia licentia.



IBI, SIN NVESTRA EXPRESSA LICENTIA, licet de iure communi ciuitas imponere et collectas non possit, quia est de regalibus, & de Principi reseruatis, ex cap. 1. qua sine regalibus, not. Bald. in l. etiam C. de executi. rei iudic. & est in l. 1. vbi diximus titu. 11. supra lib. precedente, tamen ciuitas & villa pro suis necessitatibus et bene poterat imponere collectam, vt not. Bart. in l. 1. C. de superindicto, & in l. 1. C. de muli. & in quo loco lib. 10. & concludit Alex. multa allegans in l. si non obtulit. ff. de re iudi. & hoc de iure communi esse indubitatum assererat Cassan. in consu. Burg. rubric. 1. §. 4. in glos. & surses. num. 47. & Afflictis, & Grammaticus, relati per Auenda. cap. 14. prato. n. 2. in fi. lib. 2. vbi ampliabant etiam pro necessitate vicorum, & aliorum, qui sunt intra prouinciam: Ego tamen etiam de iure communi id non ita indubitatum video, sicut asserit Cassan. & sequaces vbi supra: nam Sicul. in c. peruenit, de immuni. Eccles. colu. 7. tenebat, quod ciuitas etiam pro vtilitate publica non poterat imponere collectas, ex l. vni. c. de superindicto lib. 10. & ibi Bar. Alex. & Iacob. Rebuf. sed pro necessitate ciuitatis bene posset, & idem in prouincia tenebat Barto. Imol. & Rebuf. in ea l. vni. C. de superindict. lib. 10. & in l. vni. C. de muli. & in quo loco, & in l. Placet, de excus. mun. lib. 10. idem Ang. Bar. Bald. & moderni l. 4. §. actor. ff. de re iudi. & ibi 10. de Imol. & Bald. in l. etiam. C. de execu. rei iudi. & glos. & Bar. in l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cuiusque vni nomi. & per eundem Bar. in cons. punctus questionis talis est, quidam nomine, & facit quod notat Innocen. in cap. grauem, de sent. excom. per Ang. in authen. qui. mo. nat. offi. sui. §. si quis igitur in 2. & in preallega. §. actor, Bal. in l. ciuitas. ff. si cer. per. propter quod Iacob. Rebuf. in d. l. vni. C. de super indicto, formans questionem in consulibus, rem distinctione concordare volebat, scilicet, quod aut consules volunt facere collectam propter necessitatem, sine qua non possunt perficere suam administrationem, vt puta propter litem vel debitum exoluendum, & tunc possunt, vt in d. l. 1. ff. quod cuiusque vni. nomi. cum glos. aut propter publicam vtilitatem, vt quia volunt constitucere salarium Medico, vel Aduocato, & itidem possent, ex l. ambitiosa. ff. de Decret. ab ord. faci. & l. vni. C. de Decret. Decuri. lib. 10. aut volunt facere collectam propter ludos, vel pro nouo aduentu Principis, & non possunt, vt l. 1. C. de probend. sala. quod intelligit inuitis & nolentibus, vt in l. 1. C. de spectaculis lib. 11. & hoc esset verum, nisi consuetudo esset in contrarium, tamen vt alicui donaretur non poterat imponi collecta, secundum Bar. in pradictis locis, quia esset decretum ambitiosum, ex d. l. ambitiosa, neque itidem pro vtilitate publica totius Imperij, nisi cum licentia Principis. l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cuiusque vni. nomi. & ibi Bar. & in l. 1. C. de muli. & in quo loco. l. vni. C. de superindicto, Angel. de Clauasio, in summa. §. tallia. vers. 2. & seq. quos omnes ad hoc allegat additio capelle Tolosa. q. 347. & distinctio Iacobi Rebufi etiam de iure communi refutari posset, ita vt res hec esset in conflictu opinionum, hac de causa lex nostra vt opiniones sedaret, processit disponendo, quod vsque ad tres mille morapetinos possint iudex & consules ciuitatis collectam imponere in ciuitate, & vicis itidem cum consensu iudicis & consulum ciuitatis, cui subsunt ex lege sequente, vltra vero tres hos mille morapetinos nullo modo sine Regis licentia pro nulla necessitate pro nullam causa potest imponi collecta, vt videt ex iis legibus nostris, & sic in parte approbatur & in parte corriguntur opiniones Docto. vt inquit Auenda. vbi sup. n. 4. in vbi vers. & istas leges inquit optime, quod vsque ad hos tres mille morapetinos non solum imponi potest per viam collecte sed etiam et fita in pane, vel vino, vel in alijs victualibus, & sic limitabis. l. 118. gabellarum transcriptam, in l. 16. tit. 18. lib. 9. infra prohibentem imponi fitam, nam procedet quoties vltra hos tres mille morapetinos imponenda esset, secus vero si vsque ad eos, ex text. nostro, qui tanquam specialior declarat generalem illius l. 16. dispositionem, prout tenet Auenda. vbi supra, & bene, que quidem nostri text. conclusio ampliatur primo, vt consuetudo etiam immemorialis contraria nihil opituletur, et ex l. 25. tit. 6. lib. 4. supra, reprobante contrariam consuetudinem, quo casu etiam immemorialis reprobata censetur ex dictis per nos in l. 3. titu. 1. libr. 2. supra & tenet in nostrum propositum Auiles, in cap. 24. prato. glos. o prescription numero. 10. & Auenda. dict. cap. 1. n. 5. lib. 2. vbi inquit ex hoc corrigi dicta Baro & Alex. ibi relatorum contrarium volentium non tamen negatur secundum eum, ibi eo num. 5. in fine, quin collecta iam adquisita & alicui debita prescribi non possit, quia bene poterit et ex Barto. in l. si publicanus. §. in omnibus. ff. de publi. & velliga. secundo ampliatur noster text. vt etiam si sit casus in quo princeps aditus concederet collectam adhuc tunc non licet ciuitati vltra taxam nostri tex. eam imponere, et quia sola opinio, quod princeps eam concederet non est iusta concedendi causa, vt excusetur a pena concedens, quia non sufficit licentia presumpta vbi expressa et requiritur, vt hic, ex communi asserta per Corset. in sig. verbo licentia, & tenet expresse Auendano, in d. cap. 14. num. 6. tertio ampliatur nostra lex & conclusio eius etiam si pro donando principi in aduentu, vel quolibet alio casu non licet excedi meta nostri tex. vt tenet Auenda. dict. numero 6. versic. tertio extende, & Auiles, cap. 34. prato. glos. sin nvestra licentia. n. 1. limitatur et tamen nostra lex & eius dispositio quatuor modis a me propositis

positis in dict. l. 25. tit. 6. lib. 3. supra & quatuor modis limitabat eam *Auenda. dict. cap. 14. nume. 7.* 8. & 9. qui si bene inspiciantur non sunt omnes limitationes, quia exceptio debet esse de regula, quia prima limitatio & tertia ibidem proposita, cum aliqui homines particulares non per modum concilij, sed inter se ad aliquem bonum finem se congregant & ad illum implendum finem aliquid de suis pecunijs aut bonis contribuunt, hæc non sunt limitationes nostræ legis, quia lex nostra loquitur quoties ciuitas villa aut populus se congregant ad collectandum cæteros vicinos, & hoc est differens à dictis duabus limitationibus: Item & quartus casus ibidem ab *Auend.* propositus in num. 9. scilicet, quod possunt compelli ciues aliqui diuites mutuare ciuitati pro subueniendi aliqua necessitati, neque itidem hic est casus nostri text. quia hic omnes vicini collectari prohibentur ultra metam hic taxatam sine licentia Regis, vt & semel collecta soluta nihil amplius teneatur concilium eis solvere, in casu vero *Auendañi*, non collectantur omnes, sed vnus aut duo diuites, & id, quod mutant, est ipsis postea soluendum, & sic male hos tres casus pro limitationibus nostri text. ibidem *Auenda.* considerauit, licet veri sint in suis terminis: Secundus verò casus ibi per eum constitutus num. 8. scilicet ob magnam & eminentem necessitatem, hæc est vera limitatio ad legem nostram, quam & posui in d. l. 25. & sic non dantur ultra illas tres aut quatuor limitationes ibi à me constitutas nostro text. in præfenti, & ultra ibidem descriptas reperi nunc aliam ex l. 41. tit. 13. li. 8. infra quam addes supradictis in illa l. 25. per nos. Et idem quod in nostra lege vt in Francia † assererat *Rebus. i. tomo consti. Fran. tit. de lite. obliga. articu. 2. glos. 1. numero. 80. & 81. & Carolus à Grassallis, lib. 1. regali. Franci. iure fin. versic. ius in dicendi. pagina. 300. in paruis.*

S V M M A R I V M.

Lex hæc declaranda est per legem præcedentem. numero 1.

Vici vbi solent per se contribuere tunc poterunt inter se tres mille morapetinos impartiri. num. 2. & num. 3. declaratur.

Lex 2.

S V M M A R I V M.

Nulla diuisio fieri potest per statum tributariorū & plebeiorum nisi præfente iustitia & rectoribus populi ciuitatis aut villa illius, vbi status ille plebeiorum de per se vniuersitatem constituit.

Bi, NINGVN REPARTIMIENTO, intellige legem hanc cum diuisio hæc & partitio non est ultra tres mille morapetinos, secundum dispositionem legis præcedentis, non verò vt intelligas legem nostram velle derogare legi

præcedenti quia ei non derogat, sed nostra potius per illam † declaratur.

¶ Ibi, *Sin ser a ello presentes las justicias y regidores,* idem notabat *Barto. in l. omnes populi. quest. 1. ff. de Iusti. & iure, & Auend. cap. 19. præro. num. 10. lib. 1.* vbi limitat, nisi vici legitime præscripserint contrarium, vt & per *Ripam, de peste. 2. parte. num. 468.* & probatur ex text. nostro in finalibus verbis. Item nota quod ex lege nostra videtur probari & clarius ex d. l. 25. tit. 6. li. 3. supra quod vbi vici & sic loca ciuitati aut villæ subiecta solent † perse contribuere, tunc poterunt inter se hæc tria milliaria morapetinorum distribuere, secus, vero alias, quia tunc non possent, sed vna cum eis & villa vel ciuitate esset hæc partitio & contributio facienda horum trium mille morapetinorum, vbi vero vici solent per se imponere collectam tunc ciuitas, vel villa poterit imponere ciuibus suis tres mille morapetinos, & vici ei subiecti alios tres mille inter se, etiam si sint plures vici, non enim poterit quilibet † vicos inter se illos distribuere, vt vtrumque considerat *Auend. d. cap. 14. præro. num. 4. in princi. & num. 10. lib. 2. vbi in eo. num. 10.* quærit, an vici petere poterunt, quod fiat diuisio inter eos & ciuitatem aut villam, cui subsunt & dicit quod non, sine autoritate superioris, aut consuetudinis, vt ibi per eum, & vide *glos. porlo. in l. 20. titu. 32. parti. 3.* an vici possint reclamare male fuisse factam distributionem.

Lex 3.

S V M M A R I V M.

Reparationes murorum, & eis adiacentium ciuitatis, aut villa quibus expensis sint faciendæ in casu in quo pro talibus reparationibus est imponenda aliqua collecta.

Bi, QUANDO SE OVIERE DE HAZER Y REPARTIR ALGVN REPARTIMIENTO, notanda sunt verba hæc, vt scias, quod quamuis repartitiones hæc sint faciendæ non semper est imponenda collecta vicinis & habitatoribus, sed tunc demum cum deficiunt propria ciuitatis & villæ, tunc enim eis deficientibus si collecta imponatur, contribuent in ea ciuitas, vel villa, & omnes vici ei subiecti, secundum quod dixi. in l. 2. titu. 5. libr. 6. supra.

S V M M A R I V M.

Casus specialis est iste vbi vicini nouiter venientes contribuunt pro tributis præteritis. num. 1. vbi vide an id probet.

Lex 4.

S V M M A R I V M.

Pro locis desertis alicuius ciuitatis aut villa quo modo collecta est imponenda alijs non desertis, & itidem si iterum populentur, quid fiet.

Ibi,

Bi, MANDAMOS, hanc legem & dispositionem allegat in suo casu nouissimè. Lasarre, de decima venditio. cap. 4. num. 42. lib. 1.

Ibi, *Vini. ren en ellos tantos vezinos poblados.* hic est casus specialis vbi vicini ⁊ nouiter venientes contribuunt pro tributis præteritis tempore aliorum vicinorum contractis, cum regulariter de iure aliud sit, vt dixi in l. 10. titu. 14. lib. 6. supra quod tamen si bene consideras, lex nostra non probat, sed potius contrarium, nam tributa præterita & debita antequam tales vicini popularent loca hæc deserta non tenentur vicini noui populatores soluere, sed illa rantum, quæ post populationem decurrunt, prout deducitur ex illis verbis, *que ellos sean obligados a lo pagar de alli a delante,* ergo non includuntur tributa præterita vsque tunc decursa, sed abinde decurrenda, & per consequens non probat lex nostra casum specialem contrarium, nisi dicamus, quod eo quod tributa hæc habent dependentiam de præterito, dicuntur præterita, non tamen vt decursa ante populationem soluant noui populatores, sed decurrenda populatione facta, licet habeant dependentiam à tributorum distributione antea facta. Et quid erit si in populis regni sint aliqua loca diminuta & alia aucta, ita quod æqualitas antiqua non est conueniens seruabitur tunc dispositio legis sequentis, quæ est eiusdem materiae, non tamen aperit à quot annis & in quot annos esset eius dispositio exequenda, ideo conueniret tempus assignare vt eius dispositio verificari posset; & nunc & toties, quoties opus fuerit, quod quidem faciliter medebitur si regnum vel aliqua eius prouincia in Senatu regio id peteret, prout ex tenore legis sequentis colligitur. Et hæc pro hoc titulo sufficient.

Lex 6. tit. 6. caput 98. Curiarum De Madrid. Anni. 1573.

1 Quia breuis est non summatur. num. 1.

S V M M A R I V M.

1 Ordo seruandus in distributionibus & sisis faciendis & distribuendis inter vicinos populorum, hic apponitur.



Bi, LA LEY SEGUNDA DE ESTE TITULO. Vbi aliqua diximus, & lex nostra auget formam illius legis 2. vt ad minus cum iustitia in his distributionibus faciendis adsint duo populi rectores. Sed videtur superflue disponere legem nostram, duos ad minus Rectores debere adesse iis distributionibus disponendo; nam cum illa l. 2. hic relata loquatur in numero plurali, duorum numerum requirebat, ergo non erat necesse in præsentem legem condere super hoc; & reuera ita est, nisi superfluitatem hanc saluamus, ex eo, quod lex nostra pœnam addit contra facientibus imponendam, & ex hac additione superfluitas euitatur, vel quia lex illa 2. iam in desuetudinem venerat, & pro renouatione eius lex nostra constituta sit, & de iis sisis, & distributionibus nouissimè & late tradit Castillo, in sua Politica de Corregidores, libro. 5. cap. 5.



TITULO SEPTIMO

De los terminos publicos y de dehesas

y montes y pastos de las ciudades, villas
y lugares.



CM superioribus titulis dictum sit de propriis ciuitatis, ville & populorum, in quibus etiam pro vicinorum commodo adesse solent exitus defensæ & prata publica, nunc consequenter subsequitur titulus noster.

S V M M A R I V M.

Montes dupliciter designantur, in. num. 1.

Montium vsus omnibus communis est. num. 2.

Termini à montibus differunt. num. 3. & ibi declaratur quomodo diuidatur terminus in terras baldias, & alias. num. 4.

In vsu & commoditate harum terrarum publica-

rum siue in pastu siue in agricultura consuetudo antiqua seruanda est. num. 4. & deficiente consuetudine rex aduendus est pro eius declaratione. num. 5.

Regis proprium est pensare & statuere ordinem quo eius subditi vtantur incommoditate terrarum publicarum. num. 6.

Regia licentia necessaria est vt vsus terræ publice mutetur in alium vsu. num. 7. & 13. & 16.

Bona publica ciuitatum & populorum quæ & qualia. num. 8. & 9. & 10.

Forma legis de toledo seruata circa restitutionem terminorum publicorum exequetur condemnatio sine obstaculo appellationis, non vero alias. numero II.

Limita-

Limitationes legis nostræ remissive. num. 12.

Alienationis verbo quid contineatur. num. 14.

Vbi solum de venditione fit mentio non comprehenduntur alij contractus. num. 15.

Rex est administrator bonorum publicorum in vendendo, pignorando, & alienando ea. num. 16.

Regis licentia an requiratur in compromisso faciendō super rebus ciuitatis. num. 17.

Lex Prima.

S V M M A R I V M.

Termini montes exitus & hereditates conciliorum per aliquos occupata ipsis concilijs sunt restituenda, non tamen possunt concilia ipsa vendere cultiuare aut alienare ea, sed vsui publico & communi sunt relinquenda, & si aliud est factum erit destruendum.



Bi, MONTES, dupliciter ꝛ hoc intelligi potest, vel de montibus in alto positis sine lignis agriculturæ solum appropriatis, vel partibus animalium, vel de montibus ad scindenda ligna deputatis, vel ad vsum glandis legendæ secundum naturam & proportionem terræ:

Et utroque modo sunt in vsu communi & publico, non tamen debent esse omnes ad vsum lignorum, nam sic fere totus terminus esset in vsu montium, sed certa montium pars solet limitari ad vsum glandis legendæ, alia ad vtilitatem pastuum ouium & aliorum animalium, alia vero ad agriculturam, vt sic omnibus prodesse possint, nam vni ligna vendunt, alij culturæ intendunt, alij autem oues creant, vaccas & alia generis huius vel alterius in partibus publicis pascendo cum eis, sicut alij vicini & habitatores terræ, & in effectu sic voluit *Auend. c. 4. præto. num. 9. vers. & hæc dupliciter lib. 1. & diximus in l. 5. tit. 7. lib. 3. supra*, vbi alia in propositum conducibilia retulimus: Et vsus horum montium communis est ꝛ omnibus habitatoribus terræ *ex l. 9. tit. 28. p. 3. quam corrupte allegat Auend. c. 12. præto. num. 1. li. 1. & probatur etiam ex tex. nostro, quem adhuc considerauit ipse Auend. in d. c. 4. præto. num. 9. vers. facta autem eo. li. 1. & num. 4. versiculo. item fontes cum sequen.*

¶ Ibi, ꝛ terminos, ex hac copula, ꝛ, quæ solet quasi semper inter diuersa poni, vt per *glos. & Docto. in l. 1. ff. de Iust. & Iur. colligitur*, terminos differre ꝛ à montibus, vt per *Auend. d. cap. 12. præto. vers. & dicta lex. li. 1.* nam alia pars terræ publicæ extra montes, est intra terminos ciuitatis vel villæ, quæ non est deputata alicui communi vsui, & solet dici, *terras baldias*, in quarum vsu & commoditate antiqua ciuium consuetudo siue in agricultura siue in pastu, siue in aquis diuidendis siue inscindendis lignis seruanda est, ꝛ vt elegantissime not. *Bald. in c. 1. §. 1. de pace constan. col. 4. in parte sicut ab antiquo, vbi allegat tex. in l. domini prædiorum. C. de agricol. &*

cons. li. 11. & Auenda. d. c. 4. præto. num. 9. versic. alia pars terræ, cum sequen. vbi & inquit consuetudinem hanc esse omnino seruandam, quod si consuetudo circa hæc non adsit tunc, secundum Auend. ibidem vers. si vero non sit consuetudo, tunc adeundus est rex ꝛ vt eius arbitrio fiat terrarum distributio, sicut ꝛ in diuisione aquarum statuitur in l. de vsu. ff. de var. & extra. cog. proprium enim Regis est pensare & statuere ꝛ quo ordine & qua cultura debent vti ꝛ subditi sui in proprium commodum terrarum regni, vt l. 1. tit. 11. p. 2. & facta diuisione Regia auctoritate tunc ipsi vicini singulatim vtentur terminis & terris in communem eorum vtilitatem, vt per Auend. d. num. 9. vers. ideo cum sequent. quæ diuisio cum facta sit in qualibet ciuitate & villa & terminis suis ipsi iam vicini consuetudine introductum habent modum & formam eis vtendi, ad mutandum tamē hanc formā antiquitus habitā: puta quod illud quod erat pastui appropriatū cultiuetur, Regia auctoritas esset necessaria, quæ dabitur si pro aliqua subuenienda necessitate esset culturæ tradenda terra illa, aliter enim videtur quædam noua impositio, quæ non nisi auctoritate regia fieri potest, sed si in vicinorum commodum resultaret, ita vt sicut antea pastu illius terræ vtentur, nunc possint eam cultiuare omnium consensu in publico concilio habito id fieri posset dum tamen id in futurorum vicinorum damnum non resultaret, neque infructifera remaneret in posterum terra illa licet securius esse iudico & cōsulo vt indistincte in hac terrarum mutatione saltim de pastu ad culturam Regia procuretur ꝛ auctoritas, vt & vult Auend. d. ca. 7. 12. præto. num. 29. versic. si tamen, & ex dispositione l. 12. infra isto lib. & titu. decerpitur.

¶ Ibi, *De los concejos*, non intelligas quod hæc sint propria conciliorum, vulgo, *proprios de concejo*, sed quia in vsu publico & communi vtilitate sunt constituta, vt *ex l. 9. tit. 28. p. 3. colligitur*, & ex dictis per *Auend. c. 4. præto. num. 8. vers. item ex his cum sequen. lib. 1.* nam quædam ꝛ bona sunt à legibus huius regni deputata in vsu publicum, quæ ad vtilitates particulares, & proprias singulorum deuenire non possunt, vt est platea, via, defensa exitus, mercatorum forum, Ripæ, Riui & flumina publica, montes, muri, & viæ iuxta muros, pontes, fontes publici & hæc in communem & publicum vsu vicinorum deputantur, vt colligitur *ex l. 4. & 6. tit. 28. & l. 7. tit. 29. & l. 20. 22. & 23. tit. 32. p. 3.* quædam vero sunt bona ad vniuersitatem pertinentia & non sunt in vsu publico, ꝛ sed redditus talium bonorum seruiunt in communi, vt in casu *l. 10. titu. 28. par. 3.* & bona ista possunt mutari in alterum vsu, & ad alias deuenire personas, quod non est in præcedentibus bonis: Alia vero sunt bona appellata vulgariter, *tierras baldias*, quæ sunt de termino ꝛ ciuitatis aut villæ, non tamen sunt à lege deputata in certum vsu, & in iis consuetudo vtendi eis seruabitur, vt dictum est, ita bona hæc considerat *Auenda. dicto cap. 4. pratorium. n. 8. & 9.* vbi & quibus modis & temporibus hæc adquiri possint, declarat, & ego dixi in *l. 1. nume. 60. cum sequentibus aliquibus titu. 15. lib. 4.* supra quæ hic repetere non est necesse, sed tantum scire quod de dictis bonis loquitur lex nostra.

¶ Ibi, *Sean luego restituídos*, nam spoliatus est ante omnia restituendus, vt sunt iura vulgaria, & in

& in legibus titu. 13. lib. 4. supra clarius id patet, & ex sequentibus quatuor legibus nostri tituli: Et cum procedere vult ciuitas spoliata vel villa aut vicus, secundum terminos l. 3. de Toledo infra isto titulo, forma ibidem assignata cum l. 4. sequente seruanda est, & operabitur, vt illa forma seruata executio sententiæ restitutoriæ fiat sine obstaculo † appellationis, vt ex l. 5. & 6. infra eodem constat quod non erit si forma illa non seruetur, nam ea seruata non exequetur sententia restitutoria parte condemnata appellante ab ea, nisi constitisset esse omnino appellationem frivolum, ex cap. appellationibus frivolis, de appellatio. in 6. quod iudex bonus arbitrabitur secundum iuris obseruationes, & dispositiones: limitabis † tamen legem nostram vt non procedat in casibus descriptis per *Auenda. capit. 12. prat. nume. 29. versic. 1. cum duobus sequentibus libro. 1.* quas in progressu huius tituli referam.

¶ Ibi, *No se pnedan labrar*, similes sunt text. in l. 6. & 7. istius tituli. & in l. sed & Celsus. ff. de contra. emptio. noi. *Rebus. l. inter publica*, pag. 155. de verborum significa. & hoc nisi populus creuit, & necessaria est agricultura pro frumentis colligendis, nam tunc arari poterunt, vt per *Auend. dict. cap. 12. & nume. 29. versic. & non omittam cum sequenti.* dum tamen secundum eum

13 ibi, interueniat † ad hoc Regis licentia quã tamen faciliter ipse Rex præstabit si de necessitate & commodo constiterit, & quod sine magno pãssu incommodo fiat, vt inquit *Mexia, in l. de Toledo in 9. fundamento. 2. p. num. 54. & 55.* & faciunt dicta per *Suarez alleg. 15. in fi.*

14 ¶ Ibi, *Ni enagenar*, alienationis verbum † generale est, per text. in § alienationis in auth. de non ali. re. eccl. col. 2. & latissima est eius significatio, secundum *Anchar. conf. 10. contra. col. 1.* omnis enim contractus per quem dominium transfertur comprehenditur, & sic vlucapio, transactio, promissio, obligatio, pignoris datio vbi non est spes lutionis, vt hæc & alia prosequitur singulariter *Rebus. in l. Alienationis verbum. 28. ff. de verb. signi. pag. 221. cum sequen. cõquibus.* Sed cum ex venditione dominiũ transferri intendatur, & transferẽdũ omnino sit vt effectus venditionis sequatur, & cũ itidẽ alienationis verbo venditio comprehendatur. *l. si. C. de reb. ali. non ali. in d. § alienationis, late Fabian. de Monte de emptio. & vendi q. 4. versic. 12.* siue alienatio prohibita fuerit à lege, siue à testatore, vt in d. l. si. noi. *Soci. consil. 75. vol. 1.* quomodo in verbo præcedente hoc nostrum, quod commentamus, de venditione fuit facta mentio cũ omnis superfluitas euitanda sit, & dicendum est ad maiorem claritatem id esse factum, & quia si solum de venditione † fieret mentio regulariter non comprehenderentur alij contractus, ex l. voluntas. C. de fideicom. & *Rebus. vbi supra, pag. 226.* ideo post mentionem factam de venditione, fuit verbum generale constitutum, *ni enagenar*, vt omnis alius contractus quilibet is sit, comprehenderetur, si ex eo dominium transferretur, aded, vt & locatio ad decennium, quæ dicitur ad longum tempus censetur etiam prohibita, ex ca. nonnullis, de rebus Eccl. non ali. noi. *Rebus. pag. 224. in prin. cum licentia tamen Regis ad populi petitionem*

alienari possunt, & sine licentia eius nullo modo, quia ipse est administrator † horum bonorum in vendendo, pignorando, alienando, vt per *Paul. Cas. in l. continuus. §. cum quis. num. 4. ff. de verb. obli. & ibi Bar. num. 5. & Humada, in d. l. 5. tit. 26. p. 2. glos. 6. num. 10.* & an in compromisso faciendo super rebus ciuitatis licentia † Regis requiratur. vide glos. *estonce. l. 24. tit. 4. part. 3.* Et an Rex ipse possit alienare populis non petentibus, tradit *Humada, in d. l. 5. tit. 26. p. 2. glos. 6. cum pluribus sequen.* quæ cum otium habueris videbis.

¶ Ibi, *Para el pro comunal*, vt in d. l. 9. tit. 28. p. 3. continetur & supradictum remanet.

¶ Ibi, *Y si algunos han labrado*, non contrariatur. l. 7. & 9. inf. eo. vt ibi dicam.

S V M M A R I V M.

Lex hæc specialiter prouidet contra rectores ciuitatum bona ipsarum occupantium. num. 1.

Ea, quæ communiter omnibus profunt, ijs, quæ specialiter quibusdam vtilia sunt, præponimus, n. 2.

Lex 2.

S V M M A R I V M.

Officiales concilij restituere tenentur, id, quod à concilij ipsi & bonis eorum occupatum & detentum habuerint sub nostræ legis pœna.



Bi, QVALQVIER ALCAIDE MAYOR, OREGIDOR, specialis lex hæc est prouidens contra officiales conciliorum iniuste occupantes † & detinentes eorum bona, secundum *Auenda. in c. 4. pratorum. nu. 32. in fi. lib. 1. & Mexia, in l. de Toledo, in 1. fundamento. 1. partus. num. 15. fo. 3.* non tamen ex hoc tollitur, quin & remedio legis Toleti sequentis & eius instructionis vti non possit ciuitas & villa spoliata bonis suis, nam equidem poterit, ne quod in earum fauorem est introductum in odium ipsarum retorqueatur, contra. l. quod in fauorem. C. de legibus Et cum lex nostra specialiter prouideat contra rectores & officiales concilij, non potest argui de superfluitate, sed potius notanda est aduersus rectores ciuitatum, villarum, & vicorum, qui semper intendunt occupare, & appropriare sibi res & bona ad ciuitatem & villam pertinentia in detrimentum ipsarum ciuitatum & villarum, cum iuxta officium eis commissum debuissent ad comoda publica exclusis suis particularibus attendere, ea enim, † quæ communiter omnibus profunt, ijs, quæ specialiter quibusdam vtilia sunt, præponimus, vt in authen. res. que. C. com. de leg. cap. ratio nulla, de præben. vbi *Deci. num. 2. l. 2. tit. 28. p. 3. Loues, de ma-*

rim. regis Anglia. fo. 21. col. 2. num. 1. nam quæ sunt publica, & ad vsum publicum destinata, nemo potest etiam Rex diminuire ex lege nostra & ex sequente, & not. Signorol. de Homod. conf. 26. col. 7. & Auiles. c. 1. prato. verbo, tierra. num. 2. & vide. l. 1. tit. 5. supra istolibro nostra similem.

¶ Ibi, *T allende de las otras penas contenidas en las leyes destes reynos, scilicet in lege præcedente, & in l. sequente, quæ est antiquior hac nostra, vt ex earũ subscriptionibus marginalibus patet, & sunt salutiferæ iustæ & vtilis dispositiones si bene obseruentur, & exequerentur.*

S V M M A R I V M.

Lex hæc an habeat locum in locis ducum comitum & marchionum. nu. 1.
Dictio præsertim, vel maxime implicatiua sunt eiusdem iuris sed per maiorem. n. 2.
Lex nostra an comprehendat Ecclesiam & ecclesiasticas personas. n. 3.
Quilibet de populo an possit secundum terminos nostræ legis denuntiare & petere vt procedatur. numero 4.
Præscriptio nunquam currit contra vniuersitatem & ciuitatem ad petendum bona publica occupata si dominus terræ illius contradicit. numero 5.
Libellus in remedio nostræ legis. n. 6.
Domus tiendas y alhondigas conciliorum comprehenduntur in dispositione nostræ legis. numero 7.
Commissio particularis an requiratur vt procedi possit secundum terminos nostræ legis. numero 8.
Etiam iniustus possessor & occupator citandus est. numero 9.
Ciuitas intra terminos suæ iurisdictionis habet fundatam intentionem. n. 10.
Tuendus non est quis in possessione refragante iuris præsumptione. n. 11.
Aduersus spoliū præsumptum vel clandestinum habet locum exceptio dominij, secus contra verū. numero 12.
Contra iniuste occupantes & sine titulo res publicas lex nostra loquitur non vero contra titulo possidentes. n. 13.
Dominium nõ probatur per possessionem etiam præsumptiue. n. 14.
Possessorium remedium non datur ei à quo difficulter recuperari res posset. n. 15.
Titulus principalior demonstrandus per reum contra quem agitur ex remedio nostri tex. est licentia principis. n. 16.
Princeps potest donare ex causa publicos terminos & terras ciuitatum, non vero sine causa. numero 17.

Titulus etiam contra remedium nostræ legis est possessio immemorialis. n. 18.

Possessio immemorialis præbet titulum. numero 19.

Platea, exitus aut defensa publica an possint tempore immemoriali præscribi. n. 20. Vbi quòd nullo modo possunt alienari.

Declaratur. l. 7. tit. 29. p. 3. n. 20. & 21.

Sylua vel defensa manente publica potest acquiri ius venandi. n. 22.

Bona publica & terræ si rediguntur in vsum & commodum particulare ciuitatis alicuius præscribuntur. per. 40. annos. numero 23.

Ædificia facta in plateis & defensis publicis cum populi consensu possunt relinqui dum tamen vjs publicis non offendant. 24.

Demolitio factorum in vjs publicis potest fieri mandato iudicis secularis etiam si fiat ab Ecclesia. numero 25.

Dominium in antiquis probatur per indicia. nume. 26. Titulus circa terras xerbidas baldias vocatas quando probetur. numero 27. cum seq.

Appellatione terræ vel agri non venit plantata vel vineata. numero 28.

Restitutio datur concilio intra quadriennium post impletam præscriptionem. numero 29.

Lex nostra non loquitur quando cum licentia populi adest possessio. 40. annorum. num. 30.

Quadragenta annorum possessio cum quolibet colorato titulo in terris plantatis & aratis sufficit vt non demoliantur. num. 31.

Plantata & ædificata si populis restituantur debent in eodem esse conseruari. numero. 32. nisi vt ibi.

Titulus etiam erit ad excusandum quem à restitutione rei occupatæ ex publico, scilicet, estimum & allibratio eius in libro publico. numero 33.

Titulus alius consideratus per autorem pro excludenda prætentione concilij petentis terram aliquam. num. 34.

Confinia & limites multis modis probantur. numero 35. Vbi quòd probatio per aspectum est potior.

Probatio per aspectum oculorum numquã censetur exclusã. num. 36.

Limitum continuatio debet fieri recta via, & non indirecta. num. 37.

In probandis confinibus & in contrarijs probationibus ea quæ de antiquiori probat, præfertur. numero 38.

Pascuatio, aratio, liberatio sunt modi significatiui possessionis terminorum. nu. 39.

Probata antiqua possessione præsumitur antecessores iuste possedisse & fouere iustitiam. numero 40.

Verum dicitur & est id quod præsumptiue est probatum. nu. 41.

Testes deponentes de limitibus solo affixis & in terraratis, vel per montes vel flumina aut riuulos præferuntur. n. 42.

Præsumptio naturalis præfertur alij cuiuscumque opinioni. n. 43.

Ex continguitate & vicinitate verisimilitudo capitur. n. 44.

Vna scriptura per aliam declaratur. n. 45.

Si dono tibi vel vendo talem fundum talis nominis, solum corpus considerando, etiam si adiuciam, qui est sub talibus limitibus, & tot iugerum, si plura iugera post appareant erunt donatarij, & emptoris. n. 46. cum sequen.

Demonstrationis causa dicta non disponunt. numero 47.

Casus vbi inquisitio fieri potest contra occupatores terminorum publicorum. n. 48.

Appellatio non admittitur quoties agitur remedio nostri tex. etiam inter duo concilia. numero 49.

In casu nostri tex. admittitur probatio de dominio per nouas probationes vt euitetur restitutio. numero 50.

Ciues an admittentur in testes in causis nostri tex. numero 51.

Testium repulsa non admittitur in causa summaria. n. 52. nisi vt ibi.

In casu nostri tex. an possint instrumenta contradici. num. 53.

Pœna nostræ legis non incurritur vbi non est obseruata eius forma. n. 54.

Appellatio in casu nostræ legis non perdit effectum deuolutiuum, sed tantum suspensiuum. nu. 55. nisi vt ibi per totum numerum.

Restitutio an admittetur in casu nostræ legis contra sententiam secundum formam eius latam. numero 56.

In appellationibus nostræ legis an ad cancellariam sit recurrendum vel an ad senatum regium. numero 57.

Lex 3. Toleti anno. 1480.
constituta.

S V M M A R I V M.

Forma & ordo habendus & habenda per iudices in restitutione terminorum & bonorum occupatorum & iurisdictionum ciuitatibus villis & populis facienda, describitur in lege nostra cum. 3. aut. 4. sequentibus.

BI, LOS PROCURADORES DE LAS CIUDADES Y VILLAS, quorum procuratorum concursu Curia congregatur, vbi disceptandum est de præiudicialibus ac damnis ciuitatibus, villis & populis regni obuinentibus vt medeantur, & lex nostra confirmata fuit quadam pragmatica Madritij facta anno. 1552. per me relata in meo repertorio de cortes sub. l. 5. tit. 1. lib. 7. vt me referens inquit Didac. Perez, hic sub l. 5. tit. 3. lib. 7. ordi. pag. 417. quæ quidem prag. inferitur sub. l. 5. infra. isto tit. & lib.

¶ Ibi, De nuestros reynos, sed an in locis ducum, comitum & marchionum habebit & locum lex nostra & eius dispositio & Auend. d. c. 4. prat. num. 50. versi. sed quæro. cum seq. lib. 1. arguit pro & contra dicens quod videtur quod non, ex l. si. in fine, titu. 1. lib. 3. ordi. veter. que est lex. 7. tituli proxime præcedentis, quæ videtur decidere quoad id, quod est Regiæ coronæ, procedendum esse ad restitutionem occupatorum non extra eam, prout sunt terræ dominorum, quæ non sunt dictæ coronæ, & cui non conueniunt verba neque dispositio. l. 4. §. toties. ff. de dam. infro. cum similibus ibi allegatis, hoc tamen non obstante inquit & bene Auend. ibidem contrarium esse tenendum, imo quod lex nostra Toleti habeat locum non solum in terminis Regiæ coronæ, sed & in terminis locorum dominorum huius regni, & quod ipsi possunt iudicibus suis committere vt procedatur secundum formam nostræ legis nam lex nostra generalis est, & sic vniuersaliter in toto orbe seruanda à dominis inferioribus vt diximus in titulo. 1. libro 2. supra sub. l. 5. idque & ex lege nostra probatur clarissime, ibi de nuestros reynos especialmente de nuestra corona Real, nam cum dicat, especialmente, Latine, præsertim, vel maxime de cuius naturâ est, quod implicet & idem ius, sed per maiorem vt est text. & glos. in l. illud. ff. ad. l. Aquil. & glos. in l. quod si minor, in §. restitutum. ff. de minori. & per Barto. in extraneis. ad reprimendum, verbo maxime, & sic quod statuitur in locis coronæ Regiæ censetur etiam statutum in locis dominorum inferiorum, quod ibi intelligit verum Auend. in locis dominorum populatis tamen & habentibus remp. secus vero si sunt termini Heremi dominorum, nam de his non loquitur nostra lex Toleti, & tunc in eis ad querelam dominorum ordo iudiciarius erit seruandus, non vero forma nostræ legis, quæ in rebus publicis tantum loquitur neque obstat supradictis illa lex. fin. ut. 14. lib. 3. ordi. veter. nam secundum nostram est intelligenda, & quia licet sit transcripta in l. 7. titulo 5. supra. isto lib. verba illa finalia de corona regia loquentia non sunt ibidem iam inserta & sic nihil dictis obstat, ex quibus hanc etiam opinionem tenet Mexia in l. de Toledo, in prima partu. 1. fundamento. num. 112. cum sequentibus.

¶ Ibi, Se quexaron. tanta est enim hominum cupiditas, & hisce præsertim temporibus, vt nitantur totis viribus ascendere ad iurisdictiones, honores, possessiones, & bona conciliorum, vt inquit Ferrara in pract. in forma libe. in acti. confes. versi. plenam, & vt iis malis medela adhibeat lex nostra de remedio prouidet, ita vt licet in ciuilibus regulariter inquisitio non fiat in hoc tamen casu fieri possit.

¶ Ibi, *Y otras personas*, an eius series & tenor comprehendat Ecclesiam † & ecclesiasticas personas, *Auend. cap. 4. prat. numero 17. in prin. libr. 1.* voluit quòd non, cum lex nostra contra seculares loquatur, & sit noua dispositio corrigēs. *l. iudices. C. de iudicijs*, & multa alia iura in propositum allegata per *Afflictus. in consti. Sicil. lib. 1. rubri. 73. incip. bayulos*, & per *Hippoly. singul. 13. in fine*, ita quòd cum contra Ecclesiam agitur, admittitur appellatio, & idem videtur tenere *Mexia, in l. de Toledo. 1. fundamento part. 2. nu. 3. cum seq. fol. 36.* mihi tamen tenendum videtur legem nostram & sequentem & earum tenores comprehendere etiam Ecclesias & ecclesiasticas personas occupantes absque iure bona & terras populorum, ita quòd possint compelli secundum tenorem nostrarum legum per iudices suos restituere sic occupata, non tamen est eis deneganda appellatio, neque est exequendum ea non obstante contra Ecclesiam ecclesiasticas personas hospitalia & monasteria & ordines militares, etiam si secundum tenorem legis sequentis procedatur prout ex ea clarissime colligitur, quæ nostræ declaratoria est, nam cum lex nostra sit iusta, sancta & fauorabilis ac utilis reipublicæ, ita obligat ecclesiasticas personas sicut laicos, debet tamen vnusquisque sub suo iudice conueniri secundum quòd dictum est, & ex dictis per Doct. *Ignatium de Salzedo, in addi. ad prac. Ber. Diaz. c. 55. addi. 1. versi tamen si clericus cum aliquibus seq.* licet ex lege nostra aliud detur intelligi. in locis vero de abbadengo itidem & clarus est locus nostræ legis, *secundum Auend. vbi supra. nu. 33. in fine.*

¶ Ibi, *Especialmente de nuestra corona Real*, ex ijs verbis notauit in glo. 2. nostræ legis, quòd lex nostra etiam in terris dominorum locum habet.

¶ Ibi, *Que quando algun concejo*, sed an idem sit si ab vno tantum vicino alicuius ciuitatis, villæ, aut populi id petatur tanquam ab vno de populo. † & dicendum est, quòd si bona petatur fide, valet quòd actum erit, & habebit locum petitio, cum actio sit popularis, de qua *in l. cum qui. §. in popularibus. ff. de iure iur. notat Matib. Afflict. in consti. Sicil. rubri. 37. numero 10.* quem sic tenendo refert *Auend. d. c. 4. prat. numero 31. in prin. libr. 1.* vbi ad istud inquit posse induci *l. 10. tit. 11. p. 3.* & ibi itidem inquit, quòd si populus vel vniuersitas vult petere terminos occupatos à Domino, vel ab alijs, & dominus loci prohibeat peti ob id nunquam contra vniuersitatem † currit præscriptio terminorum, & semper potest petere quòd vsurpatum est ex *l. 10. tit. 29. p. 2.* & itidem tenet *Mexia, in l. de Toledo, in 9. fundamento. partis. numero 87. vbi. 2. numero 88.* hoc intelligit procedere, quoties nullum remedium dari posset ad remouendum obstaculum istud, secus verò si dari potest, puta quia dominus prohibens est inferior à Rege & recognoscit superiorem, nam tunc debet populus adire Regem & senatû eius, vt id medeatur, quia vbi potest tolli impedimentum nihil prodest, vt ibi per *Mexiam* cum aliquibus numeris sequentibus, & alibi nos diximus, & ita teneo, licet idem *Auend. cap. 12. preto. num. 2. libr. 1.* velit dicere quòd si alius quam vniuersitas petat, tuendus erit in possessione reus, quasi excludat alium agentem, quam vniuersitatem, sed fallitur meo iudicio, nam si vnus de populo petit tanquam vnus de populo,

nomine vniuersitatis petit, & per consequens militat ratio & dispositio nostri text. & quia possessio non datur in occupatore, cui ius resistit. *ex cap. ad decimas, de restit. spol. in 6.* & ex traditis per *Couar. in pract. c. 17. numero 6.* Et qualiter formabitur libellus in remedio nostri tex. tradit *Aules. d. c. 6. preto. glos. ley de Toledo fol. 119. numero 6.* scilicet, compareo † coram vobis, & conqueror de Titio & dico quòd cum ciuitas hæc vel villa aut populus (pro quo agitur) possederit & possidet talem terminum, dictus Titius turbat dictam ciuitatem, villam vel populum in possessione sua, quare peto vsque ad tales terminos & fines dictæ ciuitati, villæ vel populo adiudicari, & tales debere esse confines & terminos declarari, & super talibus finibus silentium dicto Titio imponi, quem tamen libellum ego intelligerem quoties termini occupantur per aliquem, sed si certa pars terræ petita sub confinibus ciuitatis vel villæ ab ea ab antiquo possessis posita petatur, tunc melius meo iudicio ordinabis libellum dicendo: coram vobis compareo & conqueror de Titio, & dico quòd cum talis ciuitas, vel populus habeat suos terminos distinctos & diuisos per sua confinia & limites, intra eos dictus Titius habet iniuste & contra ius occupatam talem partem terræ in tali parte & sub talibus confinibus & limitibus turbans dictam ciuitatem, villam, vel populum in sua possessione, quam de iure fundatam habet in tota sua iurisdictione, termino & territorio, quare peto breuiter, & summarie secundum formam, ordinem & terminos legis de Toledo Titium ipsum excludi à turbatione dicta, & ciuitatem, villam, vel populum in sua possessione defendi, & si de aliqua decidit possessione restitui, & in pristinum statum reduci & reponi turbatorem ipsum vel spoliatorem sub grauibus compescendo pœnis, ne deinceps contrarium attemptet, & quòd suis expensis si aliquid ibidem ædificatum habuerit demoliat, super quibus omnibus & singulis & annexis & dependentibus peto mihi ius & iustitiam ministrari omni meliori modo, & expensas peto & protestor, & iuro, &c. & peto quòd procedatur secundum formam & ordinem nostræ legis & eius terminis assignatis & obseruatis. Et hic mihi videtur congruentior libellandi modus in materia nostræ legis, ex qua si bene inspiciatur colligitur clare.

¶ Ibi, *Y otras cosas pertenecientes al tal concejo*, & infra in hac columna dum dicitur, *otra qualquier cosa comun quem ocupe*, per hæc verba etiam comprehenduntur domus, † *tiendas y albondigas de concejos*, & alia descripta. in *l. 1. tit. 5. supra isto lib.* quam ad hoc sic tenendo allegauit *Auend. dist. c. 4. pretorum. num. 32. versic. item remedium lib. 1. & Mexia, in l. nostra de Toledo, in 1. fundamento partis. 1. n. 15. fol. 3.*

¶ Ibi, *El pesquisidor que sobre ello por nos fuere dado*, & sic particularis commissio † requiritur vt executio nostræ legis locum habeat, nam si absque commissione hac processum fuerit, non habebit locum executio sententiæ parte condemnata appellante, nam cum lex nostra sit noua, & noui iuris introductiua, ita vt non obstante appellatione executio sententiæ sit facienda si secundum legis nostræ formam processum

processum fuerit, quæ substantialis forma est, & omnino seruanda sub nullitatis pœna, vt tenet *Mexia*, vbi supra, in 12. fundamento partis. 2. numero. 1. cum sequentibus, merito quod omnia ad eadem proposita requirantur in progressu litis & sic quod commissio specialis requiratur Regis, vel eius supremi senatus, vt videtur voluisse *Auendaño*, dict. cap. 4. prato. numero 31. versio. tamen in ciuitatibus, vbi numero. 32 in principio, inquit, facillime debere Regem concedere iudices ad inquirendum super terminis ijs, ex. l. 5. titu. 17. pariter. 3. maxime contra facientes defensas, aut prata, quæ vulgo, *pratos acotados*, vocantur, de quibus in l. 13. infra eodem, vbi aliqua dicemus. His tamen non obstantibus contrarium mihi tenendum videtur, imò quod specialis commissio non requiratur, sed quod corrector talis ciuitatis aut villæ poterit procedere secundum terminos nostræ legis, & sic procedendo eius remedium locum habebit, vt colligitur ex lege nostra, ibi que el corregidor o otro juez, &c.

¶ Ibi, *Llame a la otra parte*, nam etiam detentor & occupator ¶ iniustus citandus & vocandus est, vt late diximus, in l. 2. titulo. 13. numero 3. cum sequentibus pluribus, supra libr. 4.

¶ Ibi *Treynta dias*, per legem sequentem septuaginta constituuntur.

¶ Ibi, *Y muestre el titulo y derecho que tiene*, nam cum ciuitas & villa possidens terminos sub certis limitibus & intra illos censeatur de iure habere fundatam suam intentionem tam quoad ¶ dominium quam quoad possessionem, vt inquit *Auendaño*, cap. 12. prator. num. 3. lib. 1. & in cap. 4. versio. constituo, cum sequentibus. lib. 1. & iterum ibi. nu. 5. versio. patet. & diximus in l. 1. tit. 15. n. 58. cum aliquibus sequenti. li. 4. supra, nimirum si, vt ibi dixit *Auend.* cogatur occupator terrarum intra terminos illos existentium demonstrare titulum, vt inquit lex nostra, neq; quis est tuendus in possessione ¶ refragante iurispræsumptione, secundum *Couar.* in practi. c. 17. n. 6. versio. undecimo, cum sequentibus. & *Auenda.* c. 4. prato. n. 7. versio. si vero regio li. 1. & faciunt dicta per nos in l. 2. titu. 1. lib. 4. supra, & per *Mexiam*, in l. de Toledo. 9. fundamento partis. 2. n. 15. 16. & 17. fol. 82 Sed cum hic agatur de remedio restitutorio, & sic spoliationis quomodo admittitur exceptio tituli, cum in remedio restitutorio soleat dici non habere locum regulam illam, frustra petis quod statim restitutus es, sed omnino sit facienda restitutio spoliatae possessionis non obstante exceptione dominij, & dicendum est ideo id esse vel quia lex nostra loquitur in spolio præsumpto vel clandestino sine violentia per occupationem terrarum facta, in quo admittitur probatio dominij in continenti ¶ facta, ex. l. 27. titu. 2. p. 3. & in l. 5. tit. 10. ea. par. quod non est in spolio facta per violentiam in quo non auditur volens docere de titulo etiam incontinenti in odium violentiæ, ex regula spoliatus est ante omnia restituendus, vt. c. in literis, de resti. spoli. & in l. si quis ad se fundum. C. ad. l. Iulii. de vi. & probatur ex l. si. tit. 10. p. 7. & ideo nimirum si lex nostra titulum admittat etiam probandum per testes nouiter receptos & examinatos intra terminum nostræ legis, quod non est in spolio cum violentia facta, in quo exceptio dominij non admittitur nisi statim constet de dominio ex titulo, vel probatione probata inter easdem partes, vt diximus latissime. in l. 2. titu. 13. num. 73. cum se-

quen. pluribus libr. 4. supra & ita hanc rationem ad nostram legem assignat & considerat, *Auenda.* d. c. 4. prato. nu. 12. vbi. n. 10. & 12. inquit legem nostram in dicto spolio præsumpto loqui non vero si cum violentia, & *Mexia*, in l. de Toledo. in 9. fundamento partis. 2. num. 19. & 21. fol. 83. vel quia ex consuetudine & sic à fortiori ex legali dispositione, vt hic, induci potest, quod simul de possessorio & petitorio agatur, vt not. *An. o. de Bur.* in c. si. in fine, de ordine cogni. & expresse *Auenda.* d. numero 12. versio. etiam preest cum sequentibus. & ideo iuste lex nostra admittit probationem tituli si iusta enim causa ostenditur, quare concilium non possideat, sed reus conuentus, etiam si allegetur præsumptum spolium, non sit restitutus, vt not. *Innoc.* in c. cum ad sedem de resti. spoliati. Afflictiis decis. Neap. 392. numero 27. & sic contra iniuste & indebite occupantes nostra lex loquitur non vero contra ¶ possidentes cum titulo, secundum *Mexiam*. vbi supra in 1. fundamento. 2. par. numero 1. fol. 35. & Latius in 2. fundamento eiusdem 2. par. numero 1. & sequentibus. ad hoc ponderando verba nostræ legis, ibi, *injustayno deuidamente*, & bene: debet tamen à reo conuento probari titulus vel ius certum ex tex. nostro in iis verbis, *muestre el titulo o derecho que tiene*, & sic ius proprietatis non vero antiquioris possessionis, eo quod in hoc casu non sufficit probare possessionem ad probandum dominium, quod quidem etiam præsumptiue non probatur per eam, ¶ vt not. *Bar.* in l. si duo, in fine. ff. vii posside. & *Auend.* in d. c. 4. numero 8. in prin. & iterum ibidem. numero 13. ad finem, eo quod constituto quod res occupata erat intra confinia talis ciuitatis vel villæ probata est eius intentio tam quoad dominium quam quoad possessionem, & sic resistit ius possessioni contrariæ ab occupatore allegatæ, & per consequens nihil prodest, neque quoad dominium inducit probationem, & consequenter reus conuentus debet ostendere titulum & ius certum, vt inquit *Auenda.* d. numero 13. in fine, & *Mexia*, vbi supra in dicto. 9. partis. 2. numero 20. fol. 83. Aliam rationem quare lex nostra admittit tituli probationem reddere poteris, scilicet, quia cum ciuitas sit persona potens & à qua, facta ei restitutione, difficulter res restituta recuperari posset, ideo denegatur ei possessionis restitutio, nisi in defectum probationis tituli à reo conuento demonstrati, vt regulare est, in hoc casu, in quo & denegatur possessio ¶, vt colligitur ex *Abb. consil.* 55. & aliis relatis per *Auend.* dict. numero 14. & diximus in l. 3. numero 85. titu. 13. lib. 4. supra. Sed est necessarium videre in casu & remedio nostræ legis, quem titulum tenebitur demonstrare reus conuentus ad excludendam ciuitatem, villam, aut populum à possessionis petita restitutione, ex remedio nostræ legis intentata, & quia hic est principalior nostræ legis punctus eum late declarandum iudicauimus. Et in primis principaliorem titulum reputo, licentiam Principis datam ¶ ciuitati vt huic reo conuento daretur terra illa super qualis mota est, hæc enim licentia est verus titulus, ex l. 11. infra isto tit. & libr. Rex enim est legitimus administrator rerum ciuitatum & villarum ac populorum & bonorum eorum, & ad eum super ijs est recurrendum. Et ante assignationem terminorum potest illas, cui voluerit donare, post assignationem vero non liceret nisi ex populi consensu & adhuc non nisi ex

- causa publica id Rex faceret, vt vtrumque mem-
 17 brum † prosequitur *Auend. in dict. cap. 12. numero 19. & 20.* Rex enim ipse nisi ex causa & cum maxima moderatione & causæ cognitione id facere non solet, vt experientia compertum habemus, maximè ijsce temporibus in quibus magnæ necessitates populis contingerunt ex militum congregationibus; & missionibus in has partes, vbi pro eorum sustentatione & expensis, magna consumpserunt bona, pro quibus damnis reparandis necesse eis fuit imponere censum, & alienare aliqua ex publicis, & id neque rex concedebat, nec alienari volebat, nisi adhibita causæ cognitione necessitatum illarum, & expensarum factarum, & quod nō habebant populi alia bona, ex quibus id satis fieri ac solui posset, & alia, quæ in ipsa schedula Regia iuebantur probati, quorum informatio cum ipsa originali schedula Rēgi remittebatur & cameræ suæ, & ab inde cum maxima deliberatione prouidebatur id, quod iustū erat, & necessarium pro illorum necessitatum reparatione & satisfactione, & titulus ob hæc datus à rege, datus cēlebatur ad petitionem populorum, & hic est verus titulus pro defensione habiturū à populo illo. Secundus verò titulus erit, possessio
 18 immemorialis †, probando, q̄ reus conuentus & antecessores sui possidet & possederunt rem illam per tantum tēpus, cuius in contrarium non est memoria articulando immemoriam ipsam, & probando eam iuxta iuris formam, sufficeret: probans enim eā, probat se esse verum † Dominum & possessorē, vt in cap. super quibusdam. §. 1. de verbo. signifi. l. 1. §. denique, de aqua plu. arcen. per glo. l. 1. de serui. & aqua, vt per Fel. & Ripam. relatos per *Auend. sic tenentem in dict. cap. 13. præto. num. 5. libr. 1.* & de hac immemoriali tradit plura *Conar. in Regul. possessor. 2. par. §. 3. num. 6. & 7. de regul. iur. in sexto, & nos alibi diximus.* Quod adeo verum est, quòd *secundum Auend. dict. cap. 12. num. 6.* non solum procedit quo ad terminos zerbidos, vulgo *Baldios*, sed etiam intra illud, quod dicitur, *Plaza, Exido o Dehesa*, † nam licet ista sint impræscriptibilia, ex l. 7. tit. 29. part. 3. & ex l. vltimam publicam. ff. de via publi. neque in talibus possit constitui seruitus perpetua, ex l. 13. tit. 3. part. 3. & sic non possint pro censu obligari, sed neque pro censu vniuersitatis vendi, *secundum Alex. in l. commodis. ff. de re iudi. & præsumitur publicum omne quod est intra limites illos, secundum Bal. in Rub. C. de contrah. emptio. secutum per Socin. cons. 227. volu. 1.* Tamen hæc præsumptio excluditur per probationem possessionis immemorialis & priuata esse præsumitur & non publica terra illa petita, cessaret tamen hæc præsumptio ex tali immemoriali causata si quoque modo constasset terram illam fuisse publicam, ex l. si arbiter, & ibi glos. ff. de probatio. notat *Fels. alios allegans in c. sicut olim. de re iudi.* & sic cum de certa parte agitur, non verò de tota platea, vel defēsa aut exitu præscriptio immemorialis procedit, *secundum Auenda. dict. num. 6. vbi num. 7. & 8.* Responder legibus contrarijs vt non obstant huic ampliacioni. Ego tamen in l. 1. num. 64 tit. 15. lib. 4. supra, tenui & nunc etiam teneo contrarium, vt verius, imo quod etiam in parte plateæ exitus, aut defēsa publicæ non procedat præscriptio immemorialis quo ad proprietatem, quo ad quam impræscriptibilia sunt, licet quo ad vsum & seruitutem pascendi bibendi & similitū benè procederet hæc immemorialis præscriptio. Et cum quo ad proprietatem non procedat vlla præscri-
 ptio, & pars exitus defēsa aut platea sit in ipsis exitu platea vel defēsa inclusa, nulla ratione effici potest quin illa pars sit publica, cum aliæ partes & publicæ sint, id enim indicandum est de parte quod de toto, & accessorium naturam sequitur principalis, quod si totam plateam exitum vel defēsam impræscriptibilia esse fateretur *Aduēd. cur & non partem sub toto & in toto illo comprehensam non reddemus etiam impræscriptibilem, & sic ampliatio hac Auenda.* quoad exitum plateam & defēsam non placet, nisi tantum quoad vsum pascendi vel bibendi & similitum, non verò quoad proprietatem & sic consului cum alijs in quodam colmenario posito ab immemoriali tempore in quadam defēsa publica *boyal*, vel quando defēsa exitus & platea non redeunt ex tali præscriptione in potestatem priuatorum, sed manet semper publica, vt est videre in defēsa, quæ est communis duabus ciuitatibus vniuersitatibus vel populis, nam per prohibitionem vniuersitatis contra homines illius alterius vniuersitatis acquiritur ius, vt illa defēsa, quæ erat communis, remaneat apud vnam ex illis vniuersitatibus publica, & in vsum publicum tantummodo altera vniuersitate à communionem & iure eius exclusa, vt per plures allegaciones concludit *Iacobus in sua practica, titulo de serui. peco. & voluit glo. l. 7. tit. 29. part. 3. & Auend. eos allegans in dict. cap. 12. nu. 9.* & in dicto Colmenario, sic ego conclusi, & alij adhæserunt huic meo consilio, scilicet, quòd Colmenarijs terra illius publica remaneret, vt omnes illius partu vti possent, nec prohiberi per Dominū colmenarij, prout volebat & prætendebat, & sic vsum non vero proprietatem præscriberet, & secundum hæc dicta. l. 7. tit. 29. part. 3. † Est declaranda, procedatque quoties niti-
 21 tur per præscriptionem bona talia, quæ sunt publica, facere particularia & priuata, sed si semper publica manent, lex illa hoc non verac, vt optimè probat *Auend. in eo. cap. 12. numero 9. & 10. vbi numero 11.* ex supra dictis infert, quòd manente sylua vel defēsa publica † potest adquiri præ-
 22 scriptione ius venandi in illa per certos homines alijs exclusis, & ius piscandi, & hoc est quòd diximus supra nos tenuisse in *dict. l. 1. numero 64. tit. 15. lib. 4. supra*, quòd ius piscandi, bibendi vel pascendi potest hac præscriptione immemoriali adquiri in defēsa platea aut exitu publicis, non tamen proprietatis, & secundum hæc etiam est intelligendum id quod inquit *Auend. dict. c. 12. num. 11. versic. Quarta conclusio. cum. numero 12.* Itidem etiam notandum est in declarationem supradictorum; quòd si id quod est occupatum, per aliquem particularem ad petitionem ciuitatis, villæ, vel populi restituatur ciuitati ipsi villæ vel populo, & ipsemet populus retinet huiusmodi bona non in forma platearum exitus viae aut defēsa publicæ, sed retinet sibi illa ædificia, plantas, aut arbores ibi constituta per priuatum illum occupatorem & restitutum, & vtitur populus eisdem velut bonis ipsius particularibus, & non in vsum communis facultatis, in huiusmodi casu, quia rediguntur ad bona communia in redditum solius vniuersitatis, & non in vsum omnium, tunc si quis huiusmodi bona sic redacta possederit per spatium quadraginta † annorum præ-
 23 scribet ea, vt in l. 7. tit. 29. part. 3. ibi, *X esto es por que maguer sean de todos comunamente, no usan comunamente dellas todos*, mutant enim talia bona naturam primæ-

primæuā mutato vsu possessionis, *ut in l. 23. tit. 3. part. 3. ibi; Deuen usar dellas ansí como de las otras rentas comunes que ouieren*, si ergo sic uti eis debent, præscribi poterunt, cum cesset prima causa ob quam impræscriptibilia reddebantur, & sic debet cessare effectus, *ex cap. cum cessante, de appellat. & ex notatis per Docto. in l. maritum. ff. solut. matrim. ex quo infert idem Auend. dict. cap. 12. numero 16. versic. & ex hoc infertur, lib. 1.* quod si defensa, quæ debet esse in vsu pascendi tantum pro bestis agriculturæ & non pro aliis, quam defensam vulgus vocat, *Dehesa boyal*, si talis defensa mutatur ab vniuersitate, & aratur vt fructificet frumeta & hordea in redditu populi ad soluenda vectigalia Regia, puta seruitia & familia (vt nunc fit, *Para pagar lo de los ocho millones.*) vel forte quot annis veditur herba ad dicta onera soluenda, tali casu lapsa decennio quo consuetudo hæc & populi voluntas hoc approbantis colligitur, dicta defensa, quæ iam non est in commo publico & vsu communi, poterit sicut alia bona, quæ sunt in redditu vniuersitatis præscribi spatio quadraginta annorum, vt ex ratione *dict. l. 7. tit. 29. part. 3. inquit Auenda. ubi supra*, colligi, quod vt firmum non refero, obstat enim & nimis huic illationi *De la dehesa boyal*, prohibitio. *l. 12. infra isto tit. & lib.* Item intellige supradicta quod ædificia facta in viis, plateis & defensis publicis populo restitutis possint populo volente facta remanere, 24 quoties non nocent † viis publicis & plateis & pastui communi, nam tunc volentibus & consentientibus singularim omnibus in publico concilio non sunt demolienda *ex l. dict. 23. tit. 32. part. 3.* secus verò si impediunt cursum publicum & pastum, vel aliter offendant, nam tunc iudex populi poterit ea diruere non obstante consensu concilij, nec sunt tunc retinenda vt inde populus commodum, vel redditum percipiat, vt deducitur *ex l. 7. infra isto tit. & lib. ibi, Pero en quanto toca a los pozos, y aximezes, &c.* quæ sic est intelligenda ne obstat legi. 9. huiusmet tituli & libri ædificia non esse demolienda disponenti, vt & ibi dicemus, & ita inquit *Auend. dict. cap. 12. numero 17. & 18.* vbi asserit, quod hæc demolitio 25 poterit fieri per iudicem † secularem etiam si ædificium factum sit ab Ecclesia, *vt per eundem Auend. c. 19. pravo. numero 39. eod. libr. & Menochium, de retinen. possess. remed. 3. numero 489.* Et notandum est pro hac secunda forma probandi, quod si de antiquis agatur per indicia † probatur dominium & per famam publicam & possessionem, vt optime per *Beroium, in questione familiari. 65. numero 6. cum sequent.* Tertio modo probatur titulus circa 26 terras *Zerbidas †, Baldias*, vulgo dictas, de quibus noster est sermo, quando cum populi licentia datur aliqua pars terræ huius alicui, vt ibidem seminet hordcum, auenam, vel aliud genus leguminum, vel vt ibi plantet arbores, vel vt ædificium faciat ad populi ornatum, & eam sic isto titulo possederit spatio. 20. annorum seminando & arando, vel plantando arbores, vel ædificando: nam licet sit prohibitum administratoribus ciuitatum & aliis regulariter terras has dare vicinis, *ex l. 17. infra isto tit. & lib. notat Auend. dict. cap. 12. numero 21. & 22.* Tamen si dantur per populum & concilium eius ad plantationem, seminationem vel ædificationem, licet licentia sola esset inutilis, ta- 27 men si cum ea probetur possessio illa 20. annorum & quod plantatum est, aratum, vel ædificatum & factum id ad quod fuit concessa talis terra valet vtique, & tuendus est in possessione possessor hic imposito sibi solario & censu, *ex l. 9. infra isto tit. & lib.* quam sic semel feci practicari, & tener per eam *Auend. dict. cap. 12. numero 24. versic. item dictum cap. cum sequentib.* nam appellatione terræ vel agri non venit plantata, vel vineata †, *vt 28 in l. nulla, & ibi per Bal. & Apostil. C. de acquir. posses. secundum Auend. d. cap. 12. numero 22. & 23. vbi in versic. quod intelligerem*, hoc intelligit adeo esse verum, quod etiam si vellent possessores arbores dirumpere & tollere, & ædificia destruere, non possent, nisi essent, vt diximus, ædificia & plantationes populo nociua, & ornatui eius, nam tunc essent diruenda *ex dicta. l. 7. infra, eod. & prosequitur ipse Auend. ibidem. numero 27. versic. si verò cum sequentib.* vbi idem inquit si adesset titulus hæreditarius, puta quia possessor talis terræ eam habuit à maioribus suis titulo hæreditario vel dotali, vt ibi per eundem *Auend. numero 29.* vel alio particulati vel vniuersali cum possessione. 40. annorum & ædificatam, vel aratam & cultiuatam secundum terræ illius qualitatem, & sequitur *Mexia, in l. de Toledo in 9. fundamento. part. 2. numero 42. fol. 86.* datur tamen concilio restitutio intra quadriennium † post impletam præscriptionem, secundum *Suarez, allegatione. 15. allegatum ad hoc per Auenda. in dict. numero 27. versic. si tamen*, vbi in versic. sequente, addit ad *Suarez*, de plantatis solum loquentem, vt idem sit de aratis, vel ad culturam appropriatis, prout sunt terræ datæ, *Para alcazales* licet secundum eam ibi in *eod. numero 27. versic. in plantatis*, datur quid plus in plantatis quàm in aratis, scilicet, quod post factam plantationem si terræ sunt habitæ à consilio perpetuo durabunt apud possessores etiam si possederint minori tempore. 40. annorum, & istud operatur licentia populi & bona fides causata ex titulo illo imposito eis solario, siue censu *ex dict. l. 9. infra eod.* nam si vltra quadraginta annos dicta bona sic fuerunt possessa in tali casu liberè & sine vilo solario præscriberentur, nam dicta, l. 9. infra eod. non loquitur quando cum licentia † concilij adest 30 possessio maior. 40. annorum. In terris vero aratis, de quibus lex illa. 9. non meminit, vel in plantatis habitis tamen alio titulo quam Regis vel concilij quadraginta annorum spatium † cum titulo dotis vel hæreditatio requirerem vt possessor tueatur in possessione imposito sibi censu ex dict. l. 9. si probet eas arasse temporibus congruentibus, vt voluit *Auenda. dict. cap. 12. numero 27. versic. quando vero, & in versic. in plantatis.* Imo & plantata si ad populum reuertantur eique restituantur ex aliqua causa debent, vt dictum remanet, conseruati † in eisdem plantis & ædificiis, *secundum. l. 7. infra co. & secundum hæc est declaranda lex. 1. supra isto titu. disponens quod omnia plantata vel ædificata in publicis terris & partibus demoliantur, nam non procedit in iis, quæ per spatium quadraginta annorum cum quolibet titulo possessæ sunt, vel spatium viginti annorum cum licentia Regis vel concilij, plantatæ sunt; ædificatæ, vel cultiuatæ, nam 31 32*

non auferuntur à possessoribus, sed imponitur census, secundum quod in dict. l. 9. infra eo. disponitur, nisi aedificia essent multum nociua tunc enim diruuntur, ex dict. l. 7. infra eod. & sic declarat dictam legem *Auend. d. cap. 12. pratio. numero 29. in princ. lib. 1. & Humada, in l. 5. titu. 26. part. 2. glos. 6. nu. 10. cum sequent.* Quæ notabis, quia non sic reperies congesta & declarata. Alius & quartus titulus vel quintus possit esse ut possessor in possessione tueretur, scilicet, quoties res, quæ peritur, fuit in extimo publico † posita & allibrata tanquam illius à quo petitur, nam quo ad ipsum populum agentem alio non petente probatur dominium ex extimo illo, secundum *Paul. in l. si pater. C. de Actio. emptio. notat Soci. consil. 90. col. 4. volu. 1. & Auenda, dict. c. 12. numero 29 versic. item ultra,* ubi in versic. alios, allegat. l. 10. tit. 14. part. 3. alios modos assignantem, quibus titulus iste probari possit. Ultra quos ego considero alium probandi modum titulum hunc, saltem ut possessor excusetur à petitione concilij, scilicet probando, quod res illa existit extra limites & territoria populi illius, vel quod populus ille petens non habet fines † & terminos limitatos & confinibus distinctos, nam hoc probato, obtineret utique possessor hic conuentus & excluderetur concilium à petitis, eò quod lex nostra solum loquitur & procedit, quoties populus habet terminos distinctos, & facta est assignatio terminorum illius loci ab antiquo, idque debet concilium probare ut obtineat, ut iam in hac diximus lege, & tenet *Mexia, in l. de Toledo, dict. 9. fundamento, 2. part. numero 2. cum sequentib.* aliter enim dicerentur *Tierras Realengas.* ut inquit *Auend. in cap. 4. pratio. numero 5. versic. patet ergo lib. 1. & Humada, in dict. l. 5. tit. 26. part. 2. glo. 6. numero 15.* Probanturque limites & confinia † multis modis, & decem modos concludentes probationem terminorum, not. *Guido Papa, decis. 193.* & octo descripsit *Cassa in Consu. Burg. Rubric. 1. §. 1. glo. Outerritore. verbo. Multa.* & *Auend. dict. cap. 4. numero 19. & Auiles, cap. 6. pratio. glo. La ley de Toledo, numero 14. cum sequentib.* & *Mexia ubi supra. numero 2. cum sequentib.* & *Mascard. de probatio. tom. 1. concl. 393. cum. 9. sequent.* & in probationibus confinium & terminorum probatio per aspectum est potior, ex *tex. in l. si irruptione. §. ad officium. ff. fini. regun. l. 4. tit. 14. part. 3. l. fin. titu. 15. part. 6. notat Auend. in dict. ca. 4. num. 19. versic. ideo lib. 1. Hippolyt. in pract. §. secunda. numero 23. cum plurib. sequent.* & *Mexia, ubi supra,* nunquamque probatio hæc per aspectum † oculorum censetur exclusa, secundum *Ias. in l. eum. §. in popularibus. numero 6. ff. de iur. iur.* & requisita ut iure fiat hæc oculorum inspectio, siue per iudicem causæ, siue per commissarium eius, vide per *Rebus. in 3. tom. consti. Franc. tit. de dilatio. art. 2. glo. 2. numero 21. cum seq.* & continuatio limitum attentio iure communi & omissa prouinciæ consuetudine debet fieri recta via †, & non indirecta, ut in *l. adeo. §. insula. ff. de acquir. rer. domi. cum quo concordat. l. 27. titu. 28. part. 3. not. Soci. consil. 81. col. 3. vol. 1. Auend. d. numero 19. versic. & continuatio, & Mexia, ubi supra. numero 6.* & in conflictu probationum se inuicem contrariantium, prout quotidie contrariantur, & in finalibus quæstionibus antiquior probatio tam restium, quam instrumentorum debet † preualere, secundum *Alberi. in l. in finalibus ff. fini. reg.*

& *Auend. d. numero 19. versic. & ob id, & glo. Mojanus. l. si tit. 15. p. 6.* standum est enim vetustati, ut *l. 2. C. fini. regun. in Authen. de admi. offi. in fi. col. 3. l. siue possidetis C. de probat. & testes de actibus posituius deponentes preferendi sunt aliis de eis non deponentibus: qui actus positui sunt, liberatio pasculatio, vel aratio terrarum, qui sunt, modi significatiui possessionis † terminorum, secundum *Bald. l. sicut. §. 1. ff. quod cuiusque uni. nem. sequitur Afflictis. decisio. 376. & Auend. d. c. 4. numero 20. versic. & inter alios, & probata in iis antiqua † possessione, præsumitur antecessores iustè possedissee, secundum Bald. in cap. si diligenti, ad fin. de præscript. & præsumitur possessorem fouere iustitiam perennem, & habet talis possessio vim tituli, constitutionis & priuilegij, ut per *Rolan. Valle, consil. 3. numero 96. 97. & 107. vol. 1. & præsumptio oritur ex antiquo actu, ut not. in c. veniens, de verb. signif. & quod constat præsumptiuè satis dicitur apparere, secundum Abb. in c. scribam, de præsump. Bald. in l. si. ff. de her. instit. Afflict. decis. 13. numero 24. & verum dicitur & est, quod præsumptiuè est probatum † æquè ac si uerè probaretur, secundum *Tyraquell. in l. si unquam, verbo. Donatione largitus numero 158. cum seq. pag. 238. & sic antiqui limites præferuntur, ut per Franc. Marcum, decisio. Delphin. 216.* Itidemque testes deponentes de limitibus solo affixis & in terratis, vel per montes, vel flumina † aut riuiolos distinctis præferuntur testibus de limitibus diuersis deponentibus, qui solum sunt positi supra terram, vel in arboribus & positus per manus hominum, ij enim mutabiles sunt, appositi uerò à natura immutabiles ut flumina, & æterni ut montes, & in eis quod olim fuit uerum, & hodie etiam est uerum. *l. qui bona. §. si quis stipulaturus. ff. de damno infect. notat Bald. in dict. l. in finalibus ff. fini. regun. & ubi duæ concurrunt rationes & præsumptiones, naturalis præfertur, accidentali. l. eum qui probabilem. C. de episcopis & cleri, & ibi Bald. inquit, quod præsumptio † naturalis præualet alteri cuiusque opinioni, & tenet Crauet. consil. 250. numero 2. volum. 1. & quia limites ut tales sint, debent esse erecti & terræ affixi. l. 1. §. qui in rebus. ff. de falsis. l. qui tabulas. in princip. ff. de furtis, & debent ire recta uia non uero indirecta & tortuosa, ut *l. adeo. §. insula. ff. de acquirend. rerum domi.* Item & præferuntur testes de limitibus deponentes in fauorem rei ad excludendum delictum reo impositum ex occupatione limitum, & eorum functione, præfertur enim præsumptio exclusiua delicti, secundum *Roma. consil. 68. ex Bart. Doctrina, in l. non solum. §. sed ut probari. ff. de noui ope. nunt. quam sequitur totus mundus, secundum Ias. ibi, sequitur Gramma. decis. 18. numero 2. eò quod præsumptio est potentior, quæ benignior, ex *Bart. in l. si pupillo. ff. ad. l. Falcid. Ias. in l. nominatum. numero si. ff. de libe. & posth. Alciat. l. 2. in princ. numero 34. ff. de uerbor. oblig. præmaximè si terræ conuicine itidem limitantur per eosdem limites, quibus terra de qua est quæstio, nam ex contiguitate & uicinitate † uerisimilitudo capitur & colligitur, ex *text. in l. si seruus plurius. §. fin. de legat. 1. l. heredes palam. §. sed si notam. ff. de testam. quæ iura ad hoc allegat Dynus, in capit. inspicimus, de regul. iur. in 6. Mantica de coniect. ult. volunt. lib. 6. tit. 13. numero 3. & Mascard. tom. 3. de proba. conclu. 1409. uicinitas, & prius in 1. tomo. conclu. 271. Castrum, sicut & una scriptura per aliam decla-*******

- 45 declaratur, & vnum priuilegium † per aliud, vt hæc & alia per *fafo. in l. triticum. numero 6. ff. de verbis oblig. fol. 127.* quæ & alia multa in facti contingencia in quadam oculorum inspectione ab vno ex auditoribus Pincianæ cancellariæ facta allegauit, quæ longum esset hic referre, & aliis itidem præsumptionibus iustificari potest, per coniecturas enim limites probantur, vt per *Mascard. dict. tomo. 1. conclu. 393. cum s. sequentibus.* Quem post supradicta vidi. vnum tamen in proposito volo te scire tanquam singulare, scilicet, quod si dono tibi vel vendo talem fundum talis nominis, solum fundi illius corpus considerando, etiam si adijciam, qui est sub talibus limitibus † & tot iugerum, si post appareat alia plura iugera continere, erunt donatarij & emptoris, ex *tex. in l. si venditor habens, in princ. & in versic. sin minus. ff. de actio. empt.* vbi si vendo tibi seruum cum peculio, quod peculium est decem aureorum, si peculium est maius, erit emptoris, sin minus debet suppleri vsque ad illa decem, & ratio est quoniam tunc solum corpus consideratur, & illa decem vel iugera & iugera causa demonstrationis adijciuntur, & apponuntur, & ea quæ demonstrationis causa † dicantur non disponunt, ex *l. iis verbis. C. de testu. mul.* & cum non disponant non obligant, & sic augmentum est emptoris, vel donatarij, prout in specie consuluit *Oldrad. consil. 197. communiter approbatus secundum relatos per Burgos de Paz, consil. 25. numero 22. & in l. 3. Tauri. numero 268. & 269. & Socin. Ian. consil. 42. numero 1. volu. 2. & Antio. Gom. tom. 2. cap. 2. numero 16. afflicti. decisio 68. numero 3. & ibi Additio.* vbi declaratur quando diceretur inceptum à corpore, latè per *Pinel. in l. 2. C. de resc. vend. 3. part. 6. 2. numero 3. cum pluribus sequentibus.* & illam *Oldradi* doctrinam sequitur *Deci. consil. 347. & Soci. consil. si. lib. 3.* vbi optimè infert ad plura, & *Tyber. Decia. Resp. 44.* per totum lib. 1. declarat & exornat, & *Alex. consil. 8. lib. 4.* neque obstabunt doctrina adductæ per *Barr. Socin. consil. 98. volum. 1.* quoniam vt ibi ipse attestatur in facto illius consilij alia diuersa & vrgentia interuenerunt ad contrarium consulendam, quæ in transitu retuli vt cum casus euenerit scias partem tuam defendere ex dictis Docto. veriora colligendo.
- ¶ Ibi, *O otra qualquier cosa,* & sic etiam pro officijs conciliorum & iurisdictionibus & similibus locum habebit, prout iam dictum remanet.
- ¶ Ibi, *Pesquisa, simpliciter y de plano,* hic est vnus casus vbi in ciuibus potest fieri inquisitio contra occupatores terminorum publicorum †, quem & alios refert *Auiles. c. 3. pratio. glo. Ley. numero 5. cum sequentibus. fol. 119.* & quod fiat simpliciter & de plano est maximi effectus, vt constat ex dictis per *doct. in Clem. sape, de verb. signifi. & per Marant. in pract. 4. p. dist. 9. numero 12. & per nos in l. 10. numero 125. cum sequ. aliquibus. titu. 17. libr. 4.* supra quorum duos effectus describit *Auend. dict. cap. 4. pratio. numero 16. lib. 1.* scilicet. vt non admittatur testium repulsa in casu nostri text. vt infra in glo. *Ni racha de testigos,* dicemus. Item quod etiam si inter duo cõcilia agatur remedio nostri text. non admittitur appellatio † in isto possessorio, & ob id non procedit practica *Marantia. in tit. de appellat. numero 301.* posita, vt aduertit. *Auend. ibidem. d. numero 16.*
- ¶ Ibi, *O testigos,* & sic nouis testibus probari po-

terit. Sed an & ex parte occupatoris nouis testibus probari poterit dominium in iudicio † restitutorio, vt impediatur restitutio petita ex remedio nostri text. & crederem quod sic, & quod est hic specialis dispositio in hoc, ita vt licet de iure ciuili in remedio recuperandæ possessionis (secundum aliquorum opinionem) admittebatur exceptio defectus dominij & proprietatis, hoc tamen verum est & procedit, dum tamen non ex nouis probationibus id probetur, sed ex probatione probata antea inter eadem partes in alio iudicio, vel ex sententia vel instrumento, vt diximus in *l. 2. numero 42. titu. 13. lib. 4. supra,* tamen in remedio nostri text. id est singulare, scilicet, vt admittantur probationes dominij & eius exceptiones probatæ etiam ex nouis dictis testium nunquam antea super hoc examinatorum, & hoc nulla alia ratione, nisi quia proceditur in casu nostri text. ex præsumpto spolio, vt supra dictum est, & ideo nimirum si hæc probatio, quæ alias in remedio probati spoliij & veri & non præsumpti non admitteretur, admittetur in terminis nostræ legis. Sed an admittentur † ciues in testes pro ipsa ciuitate vel contra, & contra eam nulli dubium: pro ea vero an admittendi sint, vide quæ latè diximus, in *Tract. de decurioni. Curia Pisana. lib. 2. ca. 19. per totum, maxime in additione magna.*

¶ Ibi, *Dentro del dicho termino,* ita vt si lapsio eius termino fiat probatio nihil proffit, nam cum lex ista sit noua dispositio cum nouis modificationibus facta, quidquid in ea expresse est, censetur esse de forma substantiali, ita vt ea non obseruata corrumpant in contrarium acta, vt in simili diximus in *l. 3. iii. 10. lib. 4. sup. & in terminis nostri text. dixit Auend. d. cap. pratio. 4. numero 17. versic. item est aduertendum, lib. 1.*

¶ Ibi, *Ni rachas de testigos,* nam cum ista causa sit summaria non admittitur † testium repulsa, vt not. *Roma. singul. 283. & Maran. ca. 1. & Lanfran. relati per Auend. dict. cap. 4. numero 16. in princ.* eo quod præiudicium in summarijs est reparabile, secus vero si irreparabile esset, nam tunc admittentur testium reprobationes, secundum *Rebus. in tract. de repro. testi. artic. 1. gl. 1. & 2. numero 14. relatum per Auend. dict. numero 16.* sed cum ex lege sequente sint termini prorogati, datur potestas reprobandi testes, vt ibidem expresse disponitur.

¶ Ibi, *Ni de las escripturas,* putà si esset allegandum, quod erant falsa instrumenta †, cancellata, fraudulenta, nulla, vel à notario aut tabellione publico non confecta, vel quod non erat tabellio. Hæc enim in materia legis nostræ allegari non possunt, cum sit causa summaria, & in qua simpliciter & de plano procedendum est, & attenda lege nostra id sine dubio procederet, sed cum ex sequente terminus prolongetur, & datur facultas reprobandi testes, poterunt & instrumenta contradici.

¶ Ibi, *Que luego sin otra figura de iuyzio,* & sic absque obstaculo appellationis, vt in glo. *Aunque,* istius legis dicemus.

¶ Ibi, *Pierda y aya perdido,* quam tamen pœnam tunc incurreret resistens hic, quoties in sententia illa & processu super quo lata est obseruatus fuit

54 tus fuit ad vnguem tenor nostræ legis, secus vero si non esset nam tunc neque dicitur † perturbari concilium neque contraheri sententiæ, neque incurritur legis pœna, secundum Mexiam, hic supra. d. l. De Toledo, in 4. fundamento. 2. p. numero 2. fol. 2. vbi cum sequent. id fundat. eo quod vt ipse ibidem in. 5. fundamento eiusdem partis, fundat sententiã nullã, non est sententiã, & in 6. fundamento, etiam ex aliis pluribus id fundat & profequitur.

¶ Ibi, *Y que pierdan*, in casu proximè precedente hæc intellige, scilicet, cum legitimè & iuridicè lata sententiã secundum terminos nostræ legis contra talem occupantem officia hæc, & restitutionem rei iam factò concilio condemnatus ille adhuc persistit resistendo & turbando concilium in possessione sua, tunc enim amissio officij locum habet, non verò pro prima occupatione, & itidem idem dicendum, quoties in defectum officij est imponenda pœna amissionis tertie partis bonorum, vt inquit versiculus sequens, *Y si no tuuere*, qui in casu in quo loquitur versiculus hic, *Pierdan los officios*, intelligendus est, cum subrogatum sapiat naturam illius in cuius locum subrogatur, ex iuribus vulgaribus.

¶ Ibi, *Aunque la parte que tuuere hecha la tal ocupacion apele*, hic versiculus correspondet primæ nostræ tex. dispositioni, scilicet, cum proceditur ad restitutionem rei occupatæ contra occupatorem, tunc enim si processum est seruato legis nostræ tenore exequenda est sententiã absque obstaculo appellationis, quod intellige, vt non tollatur ex toto appellatio, sed tantum quod appellatio non obstat quin executio fiat, ita vt hæc appellatio non habeat effectum suspensiuum, non tamen perdit deuolutiuum †, nam executione 55 sententiæ facta profequi potest appellatio, vt colligitur ex finali versiculo nostræ tex. *Y porque estas causas*. Limitatur tamen hæc nostræ tex. conclusio aliquibus modis. Primò quoties non appellatur à sententiã, sed ab inordinato processu, tunc enim admittenda est appellatio, secundum Bald. in cap. ex conuestione, col. 1. de restit. spol. Bart. l. 2. col. 2. ff. de appe. recip. las. in l. 1. notab. 3. ff. de bon. poss. secund. tabul. Mexia. in d. l. de Toledo, in resp. ad. 2. fundamentum. 1. part. numero 49.

Secundo limitatur nostræ lex, vt procedat respectu executionis sententiæ in possessorio, secus vero quoad condemnationem fructuum in ea factam, quoad eam enim benè admittitur appellatio & supersedetur in executione quoad fructus, & ita colligitur clarè ex nostræ lege dum tantum quoad restitutionem possessionis loquitur, & verba profert, nihil autem de fructibus meminit, vt scribit Baldus in lege prima. C. si de momentanea possessio. Afflictiis, decisione septuagesimasextima, & alij relati & secuti per Mexiam. vbi supra, numero quadragesimooctauo, folio centesimo sexagesimooctauo. & Auendanum dict. cap. 4. prato. numero decimosextimo. versic. item ex serie. Tertio limitatur nostræ lex, vt non procedat quoties agitur contra Ecclesiam, aut Ecclesiasticas personas, hospitale, vel monasterium, vel ordinem militare, tunc enim ex lege se-

quente suspenditur executio sententiæ interposita ab ea appellatione, & refert Auendanus, dicto numero decimosextimo, versiculo, *Itaque quando*. & tunc appellatio est interponenda & presentanda coram supremo Regio senatu, non verò in cancellaria secundum legem sequentem, vbi repetemus. Nota tamen quod si Ecclesia, vel aliqua ex dictis personis in hac limitatione contentis tantum pro fundamento suæ intentionis ostenderunt solummodo licentia concilij loci illius, & faterentur se nullum alium titulum habere, neque possedissent longo tempore, in hoc casu etiam contra Ecclesiam & personas ecclesiasticas & loca pia fiet executio non obstante appellatione, vt colligitur ex lege quinta, infra, isto titulo & libro, adnotante sic subscriptione marginali posita in columna penultima, in fine, legis quartæ sequentis. Nam etiam si antea ex lege nostræ presentato titulo concilij, interim quod disputatur de eius validitate, esset admittenda appellatio, tamen iam ex lege quinta, infra eodem, non admittitur, si solummodo titulus concilij presentetur, pro vt inquit Auend. dict. numero 17. versiculo, *Item quando, & Mexia, vbi supra, numero 50. fol. 169.* Sed an admittitur † 56 restitutio iam quod cesset appellatio, & in hoc videtur non cessare, eo quod lex nostræ non excludit expressæ restitutionis remedium, sicut appellationis, & restitutio non censetur exclusã, nisi aliud expresse dicatur, vt diximus in lege prima, titulo sexto, numero vigesimoprimo, libro quarto, supra & late per Franciscum Becium, consilio duodecimo, numero sexagesimooctauo, cum sequentibus, & ita in terminis nostræ legis tenet Auenda. dict. c. 4. pratorum, numero decimosextimo, in fine, cum principio sequentis libri primi, & Mexia, in dicto Responso ad secundum fundamentum, primæ partis, numero quadragesimoquinto. folio 168. Sed eorum pace dixerim, Mihi videtur in terminis nostræ legis contrarium, nam lex nostræ postquam exclusit appellationem, & itidem nullitatem, omne etiam quodcunque aliud remedium excludit, & sub vniuersali illa, *O de otro qualquier remedio contra la sentencia*, restitutio censetur exclusã, vt neque per eam executio sententiæ impediatur, vt in simili late diximus, in l. 2. numero 4. & 5. titulo. 19. libr. 4. supra, & in l. 4. titulo. 17. numero 5. cum sequentibus. eodem lib. Et hoc (supposito pro vero) esse processum in causa secundum tenorem nostræ legis, & eo seruato, tunc enim etiam si inspectis proqationibus videretur iudicem ius partis conuentæ læsisse non impideretur executio sententiæ ob restitutionem contra eam intentatam, & ita mihi videtur salua in omnibus dictorum patrum & aliorum censura, & versiculus nostræ legis in finali eius columna, ibi, *Pero si las tales sentencias fueron dadas sin llamar, e sin oyr las partes*, non obstat, nam loquitur & procedit, vt ex præcedentibus versiculis apparet, quoties executio sententiarum iam productarum petitur, & ex tenore earum, & processu apparet formam nostræ legis non esse seruata, ex eo quod pars condemnata non fuit audita, quia tunc non est exequenda, sed de nouo est processus fulminandus, nos verò non loquimur

loquimur in hoc casu, sed cum pars est audita, grata tamen in condemnatione, in hoc enim casu dicimus nullitatem & restitutionem denegandas, ut non impediatur executionem sententiae condemnatoriae latae contra talem occupatorem, idque etiam colligitur ex aliis verbis, versiculi sequentis nostri text. dum de pendentia litis dixit, addit, *Y no embargante otras qualcsquier causas y razones que allegare para impedir la execucion*, notanda sunt enim haec vniuersalia verba, & geminatio, ut etiam in contrarium allegata quaecunque sint non impediunt executionem, nisi illa tantum, quae impedire lege nostra attempta dictum est.

¶ Ibi, *Que pareçcan ante vos en el nuestro concejo*, hoc ut inquit subscriptio marginalis nostri text. alteratum est per l. 21. titulo. 4. libro. 2. supra, scilicet, quod super appellationibus prosequendis in iis causis non est ad eundem Rex, neque eius senatus supremus, sed cancellaria & districti illius, in quo fuit restitutio occupatorum ex dict. l. vigesima prima, fallit tamen eius generalis dispositio in casu. l. sequentis, proposita sub versiculo, *Saluo si la senencia fuere dada*, scilicet, cum processum est contra Ecclesiam, aut ecclesiasticas personas, hospitale, monasterium, vel ordinem militare, nam tunc etiam a sententia lata contra Ecclesiam, & personas ecclesiasticas, & hospitale, & monasterium, vel ordinem militare, in gradu appellationis ad eundem est Rex, & eius Regius senatus, & hic casus cum sit specialis & in fauorem dictorum statutus non censetur derogatus per dispositionem generalem dicta. l. vigesima prima, sed potius haec. l. vigesima prima, per supradicta declaratur, ut non procedat quoad haec.

¶ Lex Quarta sequens est declaratoria huius l. nostrae terrae, & ideo quae in hac. l. 3. dicta sunt, sunt etiam pro declaratione huius l. 4. dicta, ut ibi videri potest, & sic non est necesse iterum ea repetere.

¶ Lex Quinta itidem est declaratoria dictae nostrae. l. 3. & eiusdem materiae, & circa eam solum notare debetis quod licet titulus solus concilij per reum conuentum allegatus non sufficiat, tamen si cum eo concurrat possessio longa & res illa sit plantata, vel aedificata sufficiet ad impediendam executionem sententiae condemnatoriae, durante appellatione, ut ex. l. 9. infra eodem dispositum est ad huius declarationem, alias nullo modo leges haec se compati possent, & in l. 3. supra eodem diximus.

Lex 6.

SUMMARIUM.

Quae sunt illa, quae reducenda sunt ad pastum communem, declarat. l. nostra, quae iquidem breuius summari non potest.



T L E X ista diuiditur in quatuor casus. Primus apponitur in princip. ibi, *Por ende para obrar*, vsque ad versiculum: *Y los otros terminos*, & ab inde vsque ad versiculum, *Y los terminos y exidos*, ponitur secundus casus, & ab isto versiculo, vsque ad versiculum, *Y en quanto*, apponitur tertius casus: & ab isto versiculo, *Y en quanto*, vsque ad finem, apponitur quartus casus, & in versiculo, *Lo qual todo*, in fine nostrae l. iubetur omnia dicta in iis quatuor casibus esse omnino seruanda & exequenda, & in relatione senatui Regis supremo mittenda illa, quae in executione supradictorum egerint, & haec continet tota nostri text. dispositio, quae solum loquitur quoad reducendum ad pastum illa, quae cum antea pastui communi essent deputata, in culturam redacta sunt, ut ad pastum antiquum communem reducantur & restituantur.

¶ Ibi, *Rompian los pastos*, ex quo magna incommoda proueniebant, ut inquit noster text. hic, expedit enim Reipubl. pastibus abundare, ita ut licet militum animalibus sint danda & pascua & alimenta, id tamen ita fieri debet si sine laesione curalium & vicinorum id fieri possit, ex text. in l. 2. Et ibi Doctores, C. de pascuis publ. libro. 11. Aded ut si statuto vsu munito concedatur singulis de populo, certo tempore anni, quodeorum animalia cuiuscunque sint generis syluas publicas, seu ipsius populi pascua depascantur: & deinde maior pars ipsius populi statutum hoc reforment, & constituent, nulli licere sub certis poenis syluas seu pascua, aut eorum partem eius animalibus pasci, nisi illis tantum, quibus agri & terra arantur, quod ab hac reformatione, seu statuto & utpote iniquo, appellare licet, imo & hoc vltimum statutum esse diruendum, eo quod praedicto vltimo statuto ciues oppidorum expelluntur ab vsu communium pascuorum, contra. l. 1. C. de pascuis publ. libro. 11. Et in l. in tantum. §. vniuersalis. ff. de rerum diuisione, & ex eo etiam quia pauperes tali reformatione onerantur, quos ipsis pascuis iure uti posse non est ambiguum ut colligitur ex. l. 4. titulo. 28. part. 3. & tenet in expressis terminis Ripa Responso 93. quem refert & sequitur Burgos de Paz in l. 1. Tauri, numero 352 cum tribus sequentibus, vbi & alia infert, vbi in l. 3. num. 502. cum sequentibus pluribus examinat an pascua pro modo possessionum, vel indigentiae ciues habere & debeant, & an plus diuitibus quam pauperibus sint applicanda: & nota quod pascuorum quaedam sunt & aestiua, quaedam hyberna, ut inquit Ripa vbi supra, numero 12. & rerum experientia vbi que & praesertim in iis prouinciis De Estremadura, clarius apparet & quotidie videtur, locantur enim hybernalibus suo tempore & aestiua itidem suo, quae vulgo vacantur, *Inuernaderos*, y *veranaderos*, ibi, *Sin licencia nuestra*, ex his verbis iunctis verbis sequentibus, *Sin embargo de qualquier apellation*, colligit *Auenda*. cap. 4. praeo. numero 17. versic. *Item quando*, libro. 1. quod vbi adest licentia Regia in terminis occupatis per personas particulares appellatio & ab eis interposita a sententia condemnatoria de restituendo eas suspendit effectum sententiae, ut in l. 3. supra eodem, diximus: Neque obstat versiculus nostri text. ibi, *Y los terminos y exidos*, vbi appellatio

latio reiicitur etiam si adsit licentia, quia non reiicitur si durante tempore licentiæ fieret condemnatio restitutoria, sed tunc demum cum tempus licentiæ est adimplerū, & sic non est contrarius versic. ille nostro.

¶ Ibi, *Y reduzir à pasto comun;* iudicem enim decernere debere eam manere depascendi necessitatē quam statuit antiquitas, disponit Imperator, l. 1. C. de pascuis publ. lib. 11. & notat Ripa, Responso 93. nu. 13.

S V M M A R I V M.

- Ciuitas potest edificatum vendicare. numero. 1.
 Maior fauor publicus vertitur in conseruatione plātarū & vinearū & edificiorum ciuitati restitutorum, quā in destructione. n. 2. vbi ampliatur.
 Statuto fieri solet vt ligna de siccis & non de viridibus fiant. num. 3. Nisi aliter vtatur, & tunc ordo nostri text. erit seruandus, vt ibi.
 Locatio pastuum communium nihil valet nisi omnes præstent consensum, vel ex licentia Regis fiat. num. 4. quod ibi discutitur & examinatur.
 Diruenda sunt edificia & plantæ si vjs publicis impediunt. num. 5.
 AEdificium vbi lædit viam potest iudex illud propria autoritate diluere. nu. 6. & hac de causa potest ius prohibere ne quis proprium fundum vallet aut circumdet, vt nu. 7. & n. 8. quod ex hac causa potest appenditia frangere, nisi vt vbi.
 Ciuitas vt latior & pulchrior efficiatur potest iudex destruere domos parui præiudicij soluto precio. num. 9.

Lex 7.

S V M M A R I V M.

Omnia restituta ciuitati siue montium, vinearum & edificiorum vt aliarum rerum conseruanda sunt pro bono communi, & vtilitate, nisi impeditiua sint publici commodi, hoc dicit in summa.

Ibi, OTROS AEDIFICIOS, potest enim ciuitas si vult edificatum vendicare †, ex text. vbi glo. Barto. & Platea in l. 1. C. de diuersis prædi. lib. 11.

¶ Ibi, *Y fueren restituídos,* intellige in casu, in quo de iure essent, restituenda, & restituta forent, non vero ex hoc intelligas quod indistincte restituantur, sed in eo casu in quo de iure restitutio fit, eo quod possessor non docet de titulo, vt in l. 3. supra eodē dictum remanet & sic declarabis. l. 9. infra eodem, vt dixi in dicta. l. 3. & in eadē. l. 9. repetemus, nam hæc l. 9. loquitur & procedit quoties non aufertur terra, aut edificium à possessore, quia probauit titulum, nostra vero cum aufertur.

¶ Ibi, *Los conseruen para el bien y pro comun,* cum in hoc maior fauor publicus vertatur †, vt inquit Auēda. in nostra. l. propositum, in cap. 12. præto. nu. 23. versicul. Cum in hoc tantus. lib. 1. vbi in versic. quod intelligerem, ampliatur hoc, vt etiam si edificantes, vel plantantes voluerint diruere edificia, vel arbores asportare

non possint, & nota quod bona populi restituta quæ debent, in redditu populi remanere & non in cōmuni vsu, possunt præscribi etiā si sint plātata, secundū Auēda. cap. 12. n. 16. in f. n. lib. 1. & alibi dixi in l. 3. supra eod.

¶ Ibi, *Y dexando en ellos horca y pedon* hoc regulariter iubetur seruari in l. o. infra eod. vbi cūq; montes ad ligna facienda scindi possunt, imo & in locis bene gubernatis solet statuto ordinari, quod ligna solū de siccis arboribus fiant, non vero de viridibus † sed vbi aliud liceret, debet seruari ordo nostri textus, scilicet, vt cū moderamine scindātur, ita vt non ex toto incisi arbores remaneāt, sed relinquatur *Horca y pedon*, idque quotidie inter partes conuenitur dantes & recipientes defensas aliquas habentes mōtes, arbores ad cultiuandū. Et nota quod in præsentī versiculo: *Saluo los montes*, vsq; ad finem. l. triplex casus cōstituitur in modo fruendi terminis restitutis ciuitatibus, villis, & populis Primus casus est, in isto versiculo: *Saluo los montes*, scilicet, vt si mōtes sint magnorū multorumq; arborum, de quibus montibus hic loquimur, deputentur ad vsu lignorum scindendorū. Secundus casus est in versiculo sequenti: *Y que los otros montes*, scilicet, vt si montes ij non sint ita populosi sicut in versiculo sequenti dicitur, tunc non scindantur, sed remaneant potius ad glandes legendas, & tutamen armentorū tēpore hyemis, & ipsi montes & alij etiā termini sint etiam pro pastu cōmuni armētorū. Tertius vero casus, cōstituitur in versiculo: *Y las viñas, y huertas, y plantas*, scilicet, vt si restituta ciuitatibus, villis, & populis, sint plātata, tunc remaneāt pro propriis cōcilij, & hæc omnia debent esse, vt in hoc titulo, dixim⁹, ad scindenda ligna, vel pro pastu, vel pro propriis cōciliorum, sed diuidi & applicari certa pars lignis, alia pasturæ, alia verò cultura, & alia propriis conciliorum, nisi aliud videatur conuenire, nam tunc & modum fruendi designabit, eo quod vt alibi cum licentiā Regis facta relatione moderabitur, diximus, ipse est administrator generalis eorum & moderator verus pro vtilitate vicinorum.

¶ Ibi, *Y los otros terminos*, hic decerpitur aliud esse, mons, aliud vero terminus vt iam diximus in hoc titulo, & notat Auēda dict. cap. præto. 12. num. 29. versic. & dicta lex tertia, lib. 1.

¶ Ibi, *Embien ante nos*, hic colligitur conclusio cōtradicta per Auēdaño, dict. cap. 12. præto. n. 25. in princip. libr. 1. dicentem, locationē siue arrendationē pastuum communium in redditum populi nō valere †, si omnes habētes ius pascendi non assentiant, nisi fieret ex Regia licentia, quasi velit quod si omnes, habētes ius pascendi assentirent valeret sine regia licentia, nam est expresse contra textum nostrū, & sic assumptum illud Auēda. à contrario sensu est falsum & nō tenendū & cōtra illud est noster text. hic, qui postquam pasturandi & scindēdi & vtendi montibus & terminis publicis & conciliorū restitutis ciuitatibus & populis modū constituit, & inquit quod si ciuitatibus, villis, aut populis aliud visum fuerit cōuenire, id cū Regia licētia fiat, & nō aliter & licet videatur id procedere in terminis restitutis ciuitatibus & populis, idem tamē est in illis, quæ semper fuerunt ciuitatū & populorum, neq; in manus particulariū personarū peruenerunt, ita vt restitutionē facere necesse foret, nam ex l. 1. supra isto libro & titulo. Generaliter id vetatur, & antiquus vsus vtēdi terminis publicis seruandus est, & si aliud est faciendū debet fieri cū Regis licētia & nō aliter, vt eadē l. 1. dixim⁹, & sic assumptū

Auendani non est verum à contrario, sensu, nisi Regis adsit licentia quæ solet dari, licet cum maxima consideratione, & causæ cognitione pro soluendis tributis & oneribus impositis ciuitatibus, villis, populis, & habitatoribus earum, & sic videmus fieri & non aliter, & itidem & à fortiori resultat esse falsa nec sequenda dicta, per Auenda. in eod. nu. 25. versic. item licet, dum inquit, quod maior pars populi sufficeret ad locationem hanc faciendam, sicut & sufficeret ad hoc, vt Rex licentiam concederet, & valet quantūuis alijs dissentientibus, nā licet hoc de Regia licentia cum maiori parte populi, sit verum, illud tamen quod Regia licentia non requireretur est falsum, & secundum hæc intelliges dicta per eundem, Auend. in eodem cap. 12. num. 16. versicul. ex hoc inferitur, & dicta per eundem Auend. cap. 12. num. 1. libr. 2. de proprijs ciuitatum, quod locentur, procedunt in diuerso casu, & sic circa propria & redditus proprios ciuitatis & populorum, quæ solent quasi semper locari, secundum quod disponitur in l. 4. titulo. 5. supra isto libro.

Ibi, Pero en quanto a los poyos, versic. hic limitatiuus est præcedentium & itidem dictorum & dispositorum in l. 9. infra eodem, scilicet, quod si ædificia in publico facta & restituta ciuitati, villæ aut populo, eo quod in solo publico facta, vel itidem in publico plantata, essent impeditiua cursus platearum aut callium, vel viarum publicarum, tunc vtiq; non sustinenda, sed diruenda sunt, ita notat Auend. c. 12. prator. n. 24. versic. quod si, ex supradictis libr. 1. & clarius ibidem num. 17. in princ. & num. 18. versic. quod si & sic voluit. l. nostram cum. l. 9. infra eodem concordare, Doct. Humadain. l. 5. titu. 26. part. 2. glo. 6. nu. 10. & supra in l. 3. diximus iterum.

Ibi, Calles, vbi enim ædificium publicam lædit viam, aut vtilitatem, propria etiam autoritate potest iudex et demolire, vt notat Bald. l. lapilli. ff. de rerum diuisione, & facit l. Proculus. §. fin. ff. de usufruct. & l. præscriptio. C. de oper. publ. & hoc est, quod prouidetur in toto titulo. ff. ne quid in loco pub. notat Ias. in l. de quibus. num. 21. ff. de legibus, & ex l. 23. titu. 32. part. 3. Id videtur consideratū dū dicit, Ca estos lugares tales fueron dexados para apostura e pro comunal de todos los que hi viene, y no los deue ninguno tomar, ni labrar para si mesmo, quam ad hoc considerat Auend. cap. 4. pratorum. num. 7. versiculo quod iure. libro. 1. & iterum corrupte tamen eam allegando, in eo lib. cap. 19. nu. 39. versiculo & quando, & itidem in capitulo. 12. numero 17. in princip. vbi in versiculo, & talis, ampliatur etiam si ædificium sit factum ab ecclesia, prout in l. 3. supra eodem, diximus, & hæc de causa, ne via publica occupetur & transitus eius impediatur potest iudex prohibere, ne quis proprium fundum valler, aut circundet, etiam si fundus esset longè à ciuitate, si scandalum ex hoc oriri potest, secundum Platea. l. 1. C. de fund. limitroph. & Auend. dict. cap. 19. numero. 39. vbi sic inquit intelligendā glof. & text. in l. per prouincias. C. de adif. priua. & hæc de causa potest iudex frangere pondera & mensuras quantumcumque iustas in via publica et pendentia, secundum Cassan. in consuetud. Burgund. titulo Des justices, §. 1. in princip. num. 97. ad fin. fol. 20. licet secundum Auendan. dict. cap. 39. versiculo, item limico pergulas, quibus vendentes vtuntur, vt se tueantur à vento & pluuijs non debet iudex prohibere, ex Bas. in l. Basilicam. C. de operi. publi. item supra dicta intellige nisi occupatio hæc esset,

temporalis, & non perpetua, puta dum aliquid in ciuitate ædificatur, nam lapides & rudera, ac ligna possunt poni in via publica, ad tempus, nam si ædificatio licita est, omnia illa ad eam necessaria sunt toleranda, vt nominatim not. Bald. in l. preses. ff. de officio. presid. Ias. l. quo minus. numero 68. ff. de flumi. quos sequitur referens Auend. dict. cap. 19. numero 39. versic. & istam. Imo vt via latior efficiatur, vel pulchrior ciuitas potest secundum Auend. ibidem dict. numero 39. in princip. iudex de facto proijcere et destruere domos parui præiudicij soluto precio dominis: & hæc quoad occupantes vias publicas, quoad illas tamen quæ sunt iuxta muros, loquitur text. in l. 22. titu. si. p. 3. & quæ erat pœna de iure communi, occupantium vias publicas vide per eundem Auend. dict. cap. 19. numero 40. & iterum in dict. cap. 4. nu. 9. versic. facta autem per totum.

Lex 8.

S V M M A R I V M.

Balcona & similia diruenda sunt, nec reedificanda si ruant, ita vt via & calles sint clara, & non occupata sub nostri text. pœna.



Ibi, PASSADIZOS, Y VALCONES, post multum tempus à publicatione huius. l. lapsum, vidi executionem eius in hac Placentina ciuitate fieri, & iustificatur eius dispositio, tum ne prospectui publico officiat, tum etiam ne viæ publicæ obscurentur, & sic latior aperiat delictis viæ, de quibus balconibus meminit Capola, de serui. Vrba. præd. ca. 62. de fenestra. nu. 13. vbi se remittit ad alia loca.

Ibi, Ni reedifiquen, ni renneuen, ni adoben, hic est specialis casus vbi nō licet reparare, reficere, vel construere ædificia, cum regulariter omnibus id licitum sit de iure in rebus suis, & hoc efficit vtilitas publica, ob quam multa sunt specialia in iure introducta, de quibus per Hippolyt. de Marsil. in præf. mi. §. aggredior. nu. 61. cum sequentib. plarib.

S V M M A R I V M.

Lex hæc nostra, & l. 1. supra eodem, in quibus casibus loquantur. num. 1.
Lex. II. infra eod. declaratio. num. 2.
Lex nostra non procedit quoad ædificata in plateis & vijs publicis. num. 3.
Lex nostra etiam in terris aratis procedit pro censu imponendo. num. 4.
Ædificanti in publico potest census imponi. num. 5.
Vbi quid in ædificante in litore maris.

Lex 9.

S V M M A R I V M.

Ædificatum plantatumve in solo publico cum licentia concilij & per viginti annos possessum, non est demolendum, sed census super eo imponendus ad mensuram in l. nostra declarata, & est singularis lex, quam iam semel feci practicari, multo ante Copilationis huius publicationem.

Ibi, CON LICENCIA DE LOS TALES CONCEJOS, & sic l. 1. supra hoc tit. non loquitur cum adest licentia concilij, sed potius ea deficiente, lex vero † nostra cum adest dicta licentia & possessio cum ea. 20. annorum, tunc enim si solaria hæc publica sunt ædificata & plantata non sunt diruenda nec auellenda à possessoribus, sed eis potius census imponendus, vt in nostro text. disponitur & sic eas declarauit in l. 3. supra eod. & not. *Auenda. dict. cap. 12. præt. num. 29. lib. 1.* & legem in sua dispositione considerat *Anto. Com. in l. 46. Tauri, num. 13. in fin.* Neque obstat l. 11. infra eod. † prohibens conciliis & rectoribus eorum datas concedere particularibus personis exterminis publicis & communibus, quia l. illa procedit generaliter & vniuersaliter prohibendo, sed si concessæ fuerint ad plantationem ædificium, vel culturam, & plantatæ ac ædificatæ sint vel aratæ suis temporibus, *y a sus hojas que dixen*, tunc vtique non diruentur neque tollentur à possessoribus, sed imponetur census de quo hic, & sic l. illa. 11. per nostram declaranda est ne sibi contrariantur, prout non contrariantur & ita intelligit *Auend. d. cap. 12. nume. 23. in princ.* neque obstat l. 7. supra eodem ibi, *pero en quanto toca*, quia loquitur ibi dixi quoties ædificia hæc essent nociua, & impeditiua viarū & sic quoad plateas & vias publicas & exitus † occupatos non procedet. l. nostra, quia illa omnino restituntur conciliis & ad plateas & vias ac exitus publicos rediguntur pro vt antea, quia esset alias nimis nociua impositio census, quibus quidem declarationibus leges istæ optime sustinentur, & practicantur quotidie.

¶ Ibi, *Y por luengo tiempo*, scilicet. 20. annorum vt ex nostra. l. patet, dum infra in decisione meminit de. 20. annis, sed si licentia concilij, vel titulus alius non adest, quadraginta anni essent necessarij, & sufficerent, vt per *Auenda. d. cap. 12. prætorum, n. 27. & 28. & in l. 3. supra eodem, diximus iterum.*

¶ Ibi, *De veynte años a esta parte*, non intelligas quod isti viginti anni sint numerandi à data potius & licentia concilij, alias parum aut nihil operaretur legis nostræ dispositio. & quia cum l. futura regulariter respiciat, non hæc sed præterita omnino respiceret, vt post vidi considerasse *Auenda. in d. cap. 12. nu. 23. versic. & illa pragmatica. lib. 1.*

¶ Ibi, *se les ponga censo*, eam in hoc considerat *Auend. d. cap. 12. præto. n. 23. in princ. lib. 1. qui in num. 27. versic. & in quantum. l. nostram pro censu imponendo* intelligit etiam procedere in rebus tantum aratis †

licet non plantatis, quamuis in aratis ibidem in d. num. 27. versic. quando vero, quadraginta annorum spatium requirat etiam cum titulo, vt sic in hoc distinguantur à plantatis in quibus cum titulo viginti anni sufficiunt, vt in l. 3. supra eodem, dictum est, & nu. 28. ipsemet *Auenda.* inquit quod si cum titulo possessæ sint istæ terræ cum transcurso plusquam. 40. annorum, nihil solatij nomine est imponendum, sed liberè apud possessorem relinquenda, intelligitur tamen nostra. l. vt non procedant secundum quod in glos. 1. nostræ. l. diximus, quoties essent nociua talia ædificia, quia tunc omnino sunt destruenda, & l. nostram in hoc de censu imponendo allegat *Suarez allegatione. 15. versicul. & quia, & Grego. Lopez in l. 23. titu. 32. par. 3. & quis census sit iste in glos. sequenti videbis, itidem non procedit si in platea, via publica, vel exitu sit plantatum: nam tunc destruitur & diruitur ex. l. 7. tit. 29. par. 3. vt iam dictum est.*

¶ Ibi, *Cinco maravedis por cada alanzada*, olim ex l. 1. c. de diuer. prædi. lib. 11. & in l. si legatum. §. fin. ff. de operib. pub. & in l. 1. §. nequis nemine. ff. nequid in loco pub. & in l. præscriptio. c. de oper. pub. indeterminatum erat & incertum pretium, ex l. tamen nostra videmus. iam decisum, nisi in casibus de quibus per *Alex. in l. 1. §. nunc videmus. ff. de noui. oper. nun. vt inquit Auenda. d. cap. 12. prætor. lib. 1. nu. 23. versic. ex quo concluditur*, & hoc nimirum est, nam ædificanti in publico † imponi potest census, secundum *Roma. ind. d. l. 1. §. quod siquis, per text. l. 1. §. siquis. ff. ne quid in loco pub. & Alex. relatus per Floros. in l. in tantum in prin. ff. de rerum diuisione colu. 331. vbi tamen inquit ædificanti in litore maris non esse censum imponendum citi iure permittente id faciat, vt per *Auend. in d. c. 12. n. 27. versic. item quæ dicta.**

Lex 10.

S V M M A R I V M.

Donanda non sunt per Regem restituta concilijs ciuitatum & populorum.

Ibi, Y EN DAÑO DE LA COSA PVBLICA, cui quidem nūquam princeps vult præiudicare vt in l. 2. §. siquis à principe. ff. ne quid in loco pub. deduxi plura in propositum in l. 14. tit. 3. lib. 1. supra, num. 38. cum sequentibus aliquibus, imo non potest princeps vt ibi dixi, absque peccato alicui tertio præiudicare, neque tollere ius quæsitum nisi ex publica causa & adhibito bono cābio, vt diximus in l. 1. titu. 1. lib. 4. supra, & in alijs pluribus locis, & ideo nimirum si Rex in præsentem sibi auferat facultatem similia bona restituta conciliis & ab occupatoribus ablata, alijs quam conciliis tradendi & dandi: esset enim vnum altare cooperire, alterum discooperiendo, vt dicitur, imo & proprius diceretur, quod esset, sumere panem filiorum & dimittere canibus.

S V M M A R I V M.

Terminorum publicorum ciuitatis, villæ aut populi non debet Rex mercedem facere nisi ex causa publica. n. 1. nisi vt ibi.

Corrigitur per tex. nostrum. l. 3. tit. fi. p. 3. permittens dari publica per concilium ciuitatis. num. 2.
Omni populo consentiente an possint dari data hæc. num. 3.

Compromissum factum ab vniuersitatibus super iure pasturandi an valeat. num. 4.

Domini in terris suis an possint dare licentiam capiendi publica. num. 5.

Indices & rectores ciuitatis non possunt alicui concedere viam publicam sine speciali regis licentia. num. 6.

Lex II.

S V M M A R I V M.

Beneficium à principe non passim concedendum, bonorum publicorum ciuitatum & populorum, neque concilia & iustitia possunt in contrarium præbere, & super datis iustitia ministranda est.



Bi, NO SE HIZIESSE MERCED, intellige per Regem, nam populi nullo modo eam facere possunt, vt in versiculo, pero mandamos, nostræ l. disponitur, Rex autem non debet facere quia postquam fecit assignatione terminorum ciuitati, villæ, vel populo, hanc do-

¹ nationem non debet reuocare nisi ex causa ꝑ publica ex l. item si verberatum. §. ff. de rei vendi. l. 2. titu. 1. par. 2. dixi. in l. 1. titu. 10. lib. 4. supra & in alijs locis, si tamen Rex ex certa scientia id veller derogando legibus & priuilegijs contrarijs, & sic l. nostra, & l. 2. tit. 5. supra isto lib. valeret vtique tale beneficium, secundum Bald. in c. cum adeo, de rescrip. relatum & secutum per Auend. c. 12. præt. num. 20. in prin. lib. 1.

² ¶ Ibi, Pero mandamos, hic corrigitur l. 3. titu. fin. par. 3 permittens ex licentia populi capi posse ꝑ publica, & sic datas dari per concilia populorum, ex l. tamen nostra id veratur, neque est contra l. 6. supra eod. quia vt ibi dixi, illa quantum ad hoc procedit quoties dantur terræ ad ædificium, vel plantationem, nostra vero quoties non datur ad hoc: item & nostra procedit etiam in terris datis ad plantandum, & ædificandum & nondum est transactum tempus 20. annorum de quibus in illa l. 6. tunc enim etiam si adsit licentia populi dirueretur, nisi præcessisset tempus. 40. annorum nam tunc etiam sine licentia populi non dirueretur secundum quod diximus in l. 3. & in l. 6. supra isto tit. & lib. ad ibi dicta me remitto, ne sæpius eadem repetamus & l. nostram ad hoc considerat Auend. d. c. 12. præt. n. 21. li. 1. & Mexia l. de Toledo. in 9. fundamento secunde partis. num. 44. cum seq.

³ ¶ Ibi, Que la justicia y regidores, ergo si omnis populus id veller, valeret vtique talis data, ꝑ quia l. nostra id non prohibet, neque censetur velle corrigere l. fi. C. de vendi. reb. cini. lib. II. disponentem

Tom. 4^a

quod si omnes de populo ad id congregati adhibita forma & solennitate illius l. id concessissent, valeret vtique concessum, quia l. nostra tantum loquitur quoties iustitia, & rectores ciuitatis id faciunt, non vero si omnes ciues, secundum Auenda. in d. cap. 12. num. 21. versic. iure autem cum sequentibus, libro. 1. vbi num. 22. id ampliat etiam quoad actiones ad terminos vel terras. nam & hæc sine licentia Regia alienari non possunt: attenda tamen nostra l. & l. 1. supra eodem titu. & l. 2. titu. 5. supra eodem lib. ego tenerem quod etiam si omnes ciues consentirent, nisi licentia Regis adhiberetur, nihil posset fieri contra l. nostræ prohibitionem, neque valerent in contrarium acta, & sic vide postquam hæc scripta haberem quod tenet Mexia in l. de Toledo 9. fundamento. 2. part. num. 45. contra Auend. & alios ibi relatos, & an valeat compromissum factum ab vniuersitatibus super iure pasturandi, vel similibus commoditatibus terminorum, ꝑ vid. optime Cornueum conf. 148. volum. 1. ibi, no pueden dar, neque minus vendere secundum text. in l. 15. tit. 5. par. 5. vbi glos. optime & l. 1. supra isto. tit. & lib. aliquando tamen nuntius Regiis aliquid dant secundum Auend. c. 10. præt. num. 11. lib. 2.

¶ Ibi, Sin preceder licencia nuestra, vel dominorum ꝑ in terris suis, secundum Auenda. cap. 12. præt. num. 24. in princip. quod dubium apud me est, eo quod domini ij non possunt derogare l. nostræ Regiæ & similibus ex dictis per nos in rubric. titu. 1. lib. 2. supra. licet de facto, id aliquando domini faciant, sed fortassis quia non contradicitur: multa enim, per patientiam tolerantur, quæ si in iudicio deducta fuissent non tolerarentur.

¶ Ibi, Ni valgan las dadas en que no ouiere interuenido la dicha licencia, intellige Regia, de hac enim locuta est l. nostra permissiue: & sic de ea tantum debet intelligi: ita vt si ipsa non interuenerit, nihil valeant data concessæ per iudices vel rectores ciuitatis terminorum publicorum contra l. nostræ dispositionem, nam officiales Regis non possunt concedere aliquam viam publicam alicui priuatæ personæ ꝑ sine speciali licentia Regis, secundum Bald. in Rubrica. C. de contra. emptio. colu. 1. quem & Matth. Afflict. referens sequitur Cassan. in consue. Burgun. rubrica des iustices, rubrica 1. num. 37. fol. 15. & alia huic nostræ l. concernentia diximus. in d. l. 3. & 6. supra eo. ex Auenda. d. c. 12. præt. num. 21. cum tribus seq. vbi de nostra tractauit l. prout in dictis legibus resoluimus.

S V M M A R I V M.

Defensa boum ad id deputata non potest cum alijs pasci animalibus. num. 1. nisi, vt ibi.

Rusticus vt pascere possit cum suis bobus defensam boum requiritur quod sit habitator illius populi, num. 2. Vide ibi.

Pena damnificantium prata, exitus aut vineas. n. 3. Animalia inclusa in custodia publica an dabuntur sub fideiussoribus. num. 4.

Custodes pratorum si animalia ibi capta pro pretio dimiserint sunt grauissime puniendi. num. 5.

Custodes defensæ alterius quam de la labor non possunt pignorare nisi à iudice saltem sint confirmati. num. 6. Vide ibi.

S 2

Custodes

Custodes capientes pignora non possunt sibi ipsis illa applicare nec capere penam sine iudicis mandato & pignoratione. num. 7. & 8.

Lex 12.

S V M M A R I V M.

Defensa pro animalibus cultura deputata custodienda sunt, pœnaque contra transgressores constituta exequenda per hæredes & conductores, vel quoslibet alios laboratores terrarum illius populi, vel familiares eorum.



IBI, POR QUANTO NO, rationem finalem nostri tex. vt sic ea cessante cessare debeat eius dispositio, & consequenter vbi non adest consuetudo deputandi tales defensas pro pastu boum † & animalium cultura solummodo, non impediuntur vicini alia animalia ibidem immittere, vbi tamen talis consuetudo adesset, hæc & non alia sunt immittenda, & ita apparet ex iis verbis & seq. *para lo qual siempre fueron situades, & ibi, en que ay la dicha costumbre, & iterum ibi, salvo tanfolamente con los dichos bueyes, nisi, sit pro aliis talis defensa sufficiens, nam tunc seruabitur dispositio l. finalis infra isto titulo, & libr. versu. y porque.*

IBI, *Los herederos y vezinos y moradores en ellos, ex iis verbis videtur quod si non est habitator illius loci † non potest depasci cum animalibus suis, etiam si habeat partem, & sit hæres terrarum illius loci, & hoc ex copulatiua, y, de cerpit & colligit Auend. d. c. 1. prat. num. 13. lib. 1. vbi tamen inquit aliquando fuisse iudicatum in cancellaria, que los herederos pazcan aunque no sean moradores, imo & non solum aliquando, sed & semper sic fuit iudicatum, & iure optimo, nam copulatiua hæc, y, inter ista verba apposita resoluitur in disiunctiuam, pro vt multoties fit in iure, maxime vbi resultaret absurdum. pro vt hic resultaret nisi sic intelligeretur, nam ex l. 9. tit. 28. parti. 3. habitator solummodo alicuius loci gaudet eius pastibus publicis & communibus, ergo absurditas esset, dicere, quod si non est habitator non gauderet pastu huius defensæ boum cultura, nisi esset, vicinus & hæres, ergo vt hæc euiteretur absurditas necessario est fatendum copulatiuam in presenti in disiunctiuam resolui, & consequenter ille qui solum est heredo, gaudebit pastu dictæ defensæ boual, cum suis animalibus cultura, pro vt iudicatum quotidie fuisse in cancellaria inquit Burg. de Paz. in l. 3. Taur. num. 391. cum sequentibus.*

IBI, *Cayan en pena de cinco maravedis por cada cabeza, intellige nisi plus, vel minus percipiendi sit consuetum, nam tunc consuetudo seruabitur, vel statutum vsitatum, aut à Rege confirmatū, vbi tamen hoc deficeret l. nostræ pœna imponetur, & que*

fit pœna damnificantis prata aut exitus aut vineas † aut messes. vid. per *Auenda. cap. 13. prat. nume. 3. l. 1. lib. 1. vbi. nume. 3. an imponi possit pœna quinti, & vid. l. 15. infra eod. titu. permittentem imponi posse pœnas contra scindentes montes, de quo & dixi in l. 5. titu. 7. lib. 3. supra.*

IBI, *Que puedan ser prendados, de pignoratione armentorū contra legis aut statuti prohibitionem depascentium in publico, vel in priuato loco, vid. l. 24. titu. 15. parti. 7. & dixi plura in propositū in l. 1. glos. pen. tit. 17. lib. 5. supra, & an animalia inclusa in custodia † publica dabuntur sub pignoribus mortuis vid. *Auenda. cap. 4. prat. num. 30. ad fin. lib. 1.**

IBI, *O renteros, quiquidem & alij custodes pratorum & vinearū si recepto precio dimiserint animalia grauissime † puniendi sunt, ex text. & ibi Platea in l. 1. C. de fun. & sal. rei domi. lib. 11. & Rebus in l. vinculoꝝ. 224. in fine. ff. de verbo. signifi. pagi. 993.*

IBI, *O otros labradores, etiam si in custodes talis defensa deputati non sint secundum Auend. d. c. 1. num. 13. in princi. lib. 1. & hæc, in defensa de qua hic, que esta diputada para pasto de ganados de labor, procedunt: nam si defensa esset propria populi, & non tantummodo in vsu agriculturæ, de quo est text. in l. sed & Celsus ff. de contrahend. emptio. in isto casu quia pignorare est de mere imperio vel mixto, sola vniuersitas sine autoritate domini illius loci aut saltem iudicis, non potest huiusmodi custodes † ad pignora capienda creare, quia esset tribuere speciē iurisdictionis, quam non potest dare. secundū *Auenda. d. c. 1. n. 13. versu. si autem, qui licet ita teneat, ego tamen cum Bald. in l. 1. nu. 2. C. locati teneo. scilicet, quod resp. potest creare custodem publicū, vt bene per Alber. Brun. conf. 101. & ita quotidie apponuntur custodes non solum pro custodia defensarum publicarum, sed etiam priuatarū, qui nominantur ab ipsis dominis & præbent eis mandatum sufficiens ad hoc coram tabellione publico, & pignorant, vel ad locum destinatum ducunt animalia reperta ibidem damnum dantia, & includunt ibi, vel pignora capiunt, vsque dum pœna vel damnum soluatur, licet vt credatur tali custodi de damno secundum l. 7. titu. 4. lib. 4. fori, debent præsentari coram iustitia & rectoribus ciuitatis tales custodes & iurare priusquam damnum fiat, & ita vtitur & practicatur quotidie, nam custodes ij non iudicant, sed pignorant, recurritur tamen ad iudicem pro condemnatione faciendæ pœnæ vel damni, & probatur ex nostra l. vt in glos. sequente, & ex statutis ciuitatum & populorum sic est prouisum.**

IBI, *Con tanto que las dichas prendas se lleuen luego ante la justicia, hic videtur tex. probans quod capientes pignora non possunt sibi ipsis illa applicare, neque itidem poterunt capere † pœnam sine iudicis condemnatione, de quo tradit in custodibus pratorum & vinearum, *Auenda, cap. 1. prat. num. 13. ad fin. cum sequenti. lib. 1. & in iudice diximus in l. 11. titu. 6. lib. 3. supra vbi nouissime Ioann. Gutierrez sub lib. 1. pract. questio. 9. 35. num. 4. deuiauit à nostra opinione, vt in glos. sequente dicemus, vbi & an si pars volens soluit pœnam recipi poterit.**

IBI, *Y si algunos no quisieren pagar las dichas penas, ergo à contrario sensu colligitur quod si voluerint soluere pœnas possit custos, vel hæres, vel habitator loci reperiens animalia damnum dantia pœnas ipsas recipere absque condemnatione, cum*

cum lex tunc demum iudicem adeundum dicit, cum reus non vult soluere pœnas, vel tradere pignora prout voluit *Auend. d. ca. 1. num. 13. & 14. lib. 1. & iterum in c. 13. num. 12. eod. lib.* sed salua eius pace & alterius melius sentientis contrarium crederem
 8 † esse de iure, imo quod etiamsi pœnam soluat, non possit sibi ipsi capere custos vel pignorat, vel tradere alij absque iudicis condemnatione, idque probat ex l. nostra, nam si hunc casum cum pœnam non vult soluere damnificator equiparat l. nostra casui illi, scilicet, cum pignora non vult tradere, ita vt in iis casibus iudex prouideat, & in casu in quo custos capit pignora inquit text. noster in præcedentibus verbis quod statim sint illa pignora coram iudice portanda, ergo itidem & in pœnis, nam cum lex duos casus æquiparat dispositum in vno censetur & in alio dictum & dispositum, ex dictis per *Doct. in l. 4. Tau.* & alibi diximus, sicut & in iudice idem diximus in *l. 11. tit. 6. lib. 3. supra*, quod non possit super pœnis condemnatis per eum concordia cum reo facere si sententia non est lapsa in rem iudicatam, nam licet vt ibi dixit *Gutierrez sub lib. 1. prac. quest. 9. 35. num. 4.* pro iudice sit profumendum, quod nihil iniquum faciet, hoc non sufficere credo, nam leges sicut & formam recte iudicandi proponunt, ita & iniquitatibus obuia re intendunt, & ansam & occasionem leges calumniandi intercidunt, & consequenter in nostra l. custodibus, & habitatoribus, vicinis, colonis, & agricolis incidenda est occasio, ne forte si absque iudicis condemnatione pœnam capere possent, & manifestare ei non tenerentur faciliter se concordarent, in damnum aliorum agrorum, quibus ex l. nostra pœnæ hæc sunt applicandæ, quod & leges nolunt, & vetare ac euitari omnibus procurant modis, plurimum tamen circa hos custodēs operaretur inueterata consuetudo inter vicinos populi illius, circa quos ab apprehensis damnum dantibus volentibus soluere pœnam, accipiunt eam, cum certa & determinata est per populorum statuta, neque vlla requiritur sententia iudicis, nam negotium hoc iam iudicatum est, & damnificator soluendo sponte pœnam acquiescere videtur condemnationi à lege vel statuto facta, neque requiritur in notoriis ordo iudicialis, sed si damnificator renuerit, tunc vtique esset, iudex adeundus, & sic vbi daretur hæc consuetudo sic faciendi per custodes seruari poterit, quod totum contrarium est dicendum in iudicibus, quibus nulla consuetudo, nullum velamen iuuaret, vt absque cōdemnatione pœnas caperet etiam notorias, prout distinguit *Auenda. id late prosequens in d. cap. 1. num. 13. 14. & 15. lib. 1. & diximus in d. l. 11. tit. 6. lib. 3. supra.*

S V M M A R I V M.

In concessione territorij alicui Baroni per Regem facta non venit id, quod antea erat vicinis concessum. num. 1.

Rex si concedit ciuitatem cum terminis & aquis, solum iurisdictionem concedere videtur non vero terminos ipsius ciuitatis. num. 2.

Rex sicut sine causa non tollit rem priuatam, ita neque qua communia sunt. num. 3.

Tom. 4.

An cum consensu populi & domini illius possit quis defensare aliquam sui termini partem. num. 4.

Herba nascens naturaliter in terra collectis iam fructibus est & debet esse in pastu communi, neque potest dominus terræ illius defendere, vicinos ne immittant ibi animalia. num. 5.

Lex nostra licet localis videatur, tamen idem per eam est iudicandum in quibuslibet locis vbi est eadem ratio. num. 6.

Lex 8.

S V M M A R I V M.

Hereditates & cortijos regni Granatensis nullo modo possunt defensori defendi, aut prohiberi fructus naturales eorum absque Regia licentia, & mandato, neque in eis possunt pignorare si non sunt plantata vel plane seminata sub nostri tex. pœna.

IBI, O HIZIEREMOS MERCED, nam quod particulares vicini possidebant tempore donationis alicui baroni à rege factæ, quodque iam per occupationem, vel ex alio legitimo titulo, vel à lege, erat acquisitum, id nullo modo venit in concessione illius territorij alicui domino, † vel baroni facta, vt est tex. & ibi *Bald. in c. 1. de capit. qui ciui. vend.* scribens quod si imperator concessione alicuius Castri cū pertinentiis fecerit, in huiusmodi concessione non veniunt defensione, vel molendina, quæ communitatis propria erant, neque res vicinorum singulares, quia tantum videtur Rex concedere quod eius erat proprium *l. si dominus. §. si. deleg. 1. l. vxor patru. C. delega. i. qui tabernam ff. de contrah. emptio. & Bald. sequitur Areti. consi. 15. volu. 3.* cum enim ab ipso Rege (cuius proprium est prouincias diuidere *l. si eadem. ff. de officio, assessorum l. 1. C. de metropo. ve. lib. 11. c. 1. §. præterea ducatus de prohiben. feud. alic. per Frederi. notat Brunus conf. 93.* in causa & lite) illud territorium integrum assignatum prius iam fuerit, formamque limitibus Rex ipse dederit, nimirum si noui domini non possint terminos hos diuidere, neque permittere intra eos ædificari, vel septa & nouas defensas fieri herbarum, vel fundorum vt inquit *Bald. relatus per glos. in l. 5. tit. 28. par. 3. & Bertran. consi. 1. 3. par. & Auend. cap. 4. prat. num. 7. lib. 1. & Mexia. in loco nunc allegando. num. 67. contra Suarez contrarium asserentem allegatione. 7. colu. pen. versi. habito, quem in hoc reprobabat idem Mexia in l. de Toledo. 9. fundamento 2. partis. num. 75.* vbi tamen inquit eius dictum procedere posse quando de consuetudine immemoriali aliter in regno esset, assuefactum, vt ante ipsum Mexia dicit *Auend. d. ca. 4. num. 7. versic. quod notat, ex Boerio, decisione. 227. num. 16.* & sic si Rex concedit villas aut ciuitates cum suis terminis & aquis, iurisdictionem tantummodo concedere † videtur non vero terminos ipsos talis villæ aut ciuitatis, secundum *Mexiam vbi. supra. num. 77.*

S 3

§ Ibi,

¶ Ibi, *Que sin nuestra licencia y especial mandato no los puedan dehesar*, quam quidem licentiam non passim & in distincte Rex eam concedere potest, sicut enim sine causa publica rem priuatam tollere non debet, ita que communia sunt prohibere, ac que omnium sunt tollere, ¶ vt scribit *Ifernina in titu. que sint Regal. verbo, portus, colu. 2. & eo relato Mexia in d. l. de Toledo in 9. fundamento. 2. partis. n. 69. & ante eum Auend. d. c. 12. prato. num. 31. in prin. lib. 1. à quo multa eo tacito desumpsit Mexia in ea l. de Toledo, & ideo Rex difficulter licentiam hanc & cum maxima deliberatione & causa concedere debet, & non alias: aduertendumque est hic esse text. contra *Auenda. cap. 12. num. 30. lib. 1. & Mexiam in d. num. 69. & 70.**

4 dicentes, quod ex voluntate & consensu ¶ populi & vniuersitatis, possint domini in aliqua parte defendere, & sic commoda pasturæ prohibere, vel si omnes ciues singulatim voluerint sponte renuntiando iuri suo, & obligando per pactum se & suos ad obseruantiam huiusmodi defensionem possint id facere: nam ego semper dubitavi & dubito de hac opinione, & teneo id non sufficere, sed expressam Regis licentiam omnino requiri, ex text. nostro & ex *l. 1. titu. 14. §. 8. lib. 3. supra*, vbi id etiam asseruimus, nisi, vt ibi dixi, id fieret ad paruum tempus.

¶ Ibi, *Ni deheren*, eam in hoc considerat *Auenda. cap. 4. prato. num. 7. in prin. & nume. 12. versic. item nota, & cap. 12. nume. 30. & 31. lib. 1. & Mexia vbi supra num. 66. & 68. & Couarru. in pract. cap. 37. num. 2. in prin. & num. 3. versic. quiquid sit, & num. 4. in fine legē nostram allegat.*

¶ Ibi, *Ni defendan la yerua ni otros frutos que naturalmente la tierra lleua*, iustificat hæc verba doctrinam Fabri. in rubric. de lege fusi. cani. tollen. relati per *Auend. cap. 13. prato. num. 8. & ca. 4. num. 31. versic. item nota, & cap. 1. nume. 30. lib. 1. & Coua. d. cap. 37. num. 3. versic. quiquid. dicentis*, quod herba nascens naturaliter in terra collectis ¶ iam fructibus, est & debet esse in pastu communi, nec potest dominus terrę defendere alios vicinos immittentes animalia sua ad pasturandum talem herbam temporibus consuetis, prout quotidie fit, *en los alcazeles cercados*, nam collectis fructibus appetitur porta vt possit herba ibi nascens depasci per animalia vicinorum, & vide *Couarru. d. c. 37. num. 2. cum sequen. alia in propositum adducentem*. & nota quod licet ista lex videatur localis circa Mauros regni Granatæ, tamen idem est iudicandum in quibuslibet locis

6 vbi eadem ratio decidendi ¶ dari potest, ex dictis per nos in rubric. titu. 4. lib. 3. supra pro lege 14 sequenti. sufficiunt in hac l. dicta & quod l. hanc 14. in finali eius colum. & dispositione, allegat *Auenda. in dict. c. 4. prato. num. 32. versic. & ideo lib. 1.*

S V M M A R I V M.

Ripa quæ sit, & quæ dicatur. num. 1. Vbi & quid sit littus.

Riuum habens an possit in ripa eius salices plantare. num. 2.

Illud quod personaliter est expediendum non potest committi. num. 3.

Ciuitas potest imponere pœnas pro conseruatione montium publicorum. num. 4.

Populus potest res suas per custodes publicos custodire. num. 5.

Lex 15.

S V M M A R I V M.

Plantandi montes & frondosi arbores, & pro eorum conseruatione & montium nouorum & antiquorum facienda sunt statuta & ordinationes.



Bi, EN LAS RIBERAS, quæ sit ripa ¶ & alia huic l. concernentia dixi in *l. 5. tit. 7. lib. 3. supra* & ripa dicitur fluminis, litrus vero maris, licet aliquando ad maiorem declarationem dicitur ripa fluminis, & littus maris vt *l. 2. & l. nemo. ff. de rerum diuisione. l. qui autem. ff. de acquir. rer. domi. optime per Rebuf. in l. littus est 96. ff. de verbo. signific. pagi. 572. vbi pagin. 573. ex hoc infert aliquas vtilitates, quas longum esset referre: & an riuum habens possit in ripa eius ¶ salices plantare, vide *Rebuf. in l. subsignatum in princ. pag. 294. ff. de verb. signifi.**

¶ Ibi, *Por sus personas y sin lo cometer*, nam illud quod personaliter est expediendū non potest alteri committi, ¶ glos. personaliter in ca. prelatorum de accusatio. 3 not. in c. cum dilecta de rescrip. neque habet locum regula qui per aliam de reg. iur. in 6. notat glos. iuncto tex. versic. publice & personaliter, in *clēm. 1. de vita & honest. cleric. not. Bart. in l. aut qui aliter. §. hac verba. ff. quod vt aut clā. & l. hac verba. ff. de adulte. quod no. pro statutis imponētibz pœnam aliquid personaliter facienti.*

¶ Ibi, *Alos vezinos*, idem crederē quoad alios, qui & si vicini non sint, habitatores tamē sunt illorum locorū, nam cum & ij gaudere possint si velint dictis terminis, vt *l. 4. & 9. titulo. 28. partit. 3. nimirum si teneantur ad hanc contributionem*, nam qui commodum sentit, sentire debet & onus, ex regula, qui sentit commodum de regulis iuris, in 6.

Ibi, *Y so las penas*, & sic ciuitates ¶ in hoc casu imponere possunt pœnas & statuta pœnalia facere pro conseruatione & plantatione montium in qua publicum versatur commodum, vt dixi in dicta. *l. 5. titulo. 7. lib. 3. supra.*

¶ Ibi, *Y que deputen las personas*, aliquando enim custodia datur ab homine ad custodiendū defensas populorū, quia necessaria est custodia illius defensionis, vel alterius saltus publici, vt *l. si ira. §. ff. de fund. instr. populus eiusque vniuersitas ¶ potest rem suam per custodes publicos custodire*, vt inquit *Auēda. in c. 1. prat. num. 13. in princ. lib. 1. secus vero secundum eum ibi, si defensa sit propria populi: nam tunc secundum eundem *Auend. ibidem in versic. si autem*, nō potest sola vniuersitas sine autoritate saltem iudicis custodes hos ponere ad pignorandū, quod tamē iam supra hoc titulo, reprobauimus, nam vbiq; ponuntur per dominos defensionum, & pignorant, non tamē creditur eis de damno dato nisi cum licentia iudicis id fecerint, vt in *l. 12. n. 6. supra isto tit. diximus.**

¶ Ibi, *Fuere ordenado*, & id etiam clerici tenebuntur seruare quia redundat in commune & publicum omnium commodū, secundum *Auend. cap. 4. prato.*

prato. num. 25. versic. & sicut lib. 1. quod si iudices in suis locis seruare non faciunt hæc, puniuntur in syndicatu, ut dixi in d.l. 5. tit. 7. lib. 3. supra. & ex verbis seq. id colligitur, ibi, porque es bien vniuersal al bien y pro comun. Lex sequens. 17. ponit formam & ordinem seruandi, & exequendi dispositione nostræ l. 15.

Pro legibus 18. & 19. & 20. eius declaratorix & restrictorix, solū scire debes, & notare quod in sciendis lignis etiam si sit pro vsu domus Regiæ certus ordo seruandus est, quo mediante: montes non dissipentur & destruantur, & sic hac de causa in pluribus locis statutum est, quod ligna solum fiant de arboribus siccis, vel infructiferis, ut dixi in d.l. 5. tit. 7. lib. 3. supra, vel vbi sicce arbores deficiant, iubetur secundum quod in l. 20. infra eod. disponitur, & in l. 7. supra. eod. quod in qualibet arbore relinquatur *borca y pendon*, quod verum intelligerem, ut dico nisi adsint sicce arbores, & cæsa, nā tunc de ijs ligna potius facienda sunt quam de fructiferis, & non cæsis, vbi de hoc, ut dixi, esset in loco statutum, quod de siccis fiat ligna.

S V M M A R I V M.

Monasteria concilia, & hospitalia an veniant appellatione personæ. num. 1. Vbi aliqua inferuntur cum num. sequent. Vbi. num. 4. in propositum nostræ legis aliud est.

Excommunicatio prolata contra quascunque personas non comprehendit vniuersitatem. num. 2.

Privilegia derogantia quibuscunque personis non derogant collegio. num. 3. Vbi idem in procuratore constituto contra quamlibet personam, & num. 6. declaratur id de procuratore.

In lata significatione appellatione veniunt capitula & alia corpora inanimata. num. 5. Vbi ex hoc declarantur aliqua doctrina.

Qualitatem vnam sufficit rem aliquam acquisiuisse, ut perpetuo illam conseruet. num. 7.

Res semel alienabilis effecta perpetuo talis remanet, num. 8.

Legis nostræ dispositio, an cessauerit iam. num. 9.

Concordia & intellectus legis nostræ. & l. 3. supra eod. & l. 24. infra. eod. num. 10.

Conductor defensionis per plures annos, an possit ultimo anno eam excoctam, y de rastrojo, relinquere. num. 11.

Lex 22.

S V M M A R I V M.

Defensæ pastui deputatæ si cultinata & rupta sunt à tempore constituto in nostræ. l. reducantur ad pastum antiquum.



Bi, Y DE OTRAS QVALESQUIER PERSONAS, cum in verbis præcedentibus lex nostra de Ecclesijs, monasterijs, hospitalibus, & concilijs, dixerit, & in iis lo-

Tom. 4.

quatur per verbum, *otras*, Latine alius, alia, aliud, quod est repetituum similitum, secundum Bald. in l. conuenticulam. C. de Episcopis & cleric. manifeste videtur probari in nostræ. l. cum adiunxerit dictioni illi, *otras*, illam aliam, personas, quod monasteria concilia, & hospitalia sunt personæ, & quod appellatione personarum venient, contra quod videtur, quia actus actiuorum debent cadere in subiecto bene disposito, ut fuit sententia Aristote. & tradit Domi. in cap. sicut colum. 27. questio 1. sed in collegio, concilio, vniuersitate, monasterio, & hospitali non datur subiectum, cui conueniat verbum personæ, ergo l. nostra in hoc assumpto procedere non potest, ex quo inquit Domi. vbi supra, quod excommunicatio prolata contra quascunque personas non comprehendit vniuersitatē. c. Romana. §. vniuersitatem, de sententia excom. in 6. quia excommunicatio ligat animam, & vniuersitas non est materia subiecta ad hoc, cum animam non habeat, & idem inquit Daci. in l. familia colum. 2. ff. de iurisd. omnium iudic. & reassumit latissime Felin. in cap. eam te in 12. colum. cum sequentibus de rescrip. item & ex hoc in collegio, vniuersitate, vel monasterio, vel simili, corpore representato, non cadit administratio sacramentorum, debet enim eorum administrator confessiones audire, & sacramenta omnia fidelibus suis administrare, quod personis representatis & fictis non conuenit, ut in fœmina & vniuersitate not. Abbas, & omnes per text. ibi in capi. noua de pœnitent. & remis. Sanctus Thomas in 4. distinctione 25. questione 2. sunt enim huiusmodi personæ corpora inhabilia, tum respectu sexus, tum etiam respectu corporis imaginati: ex quo Romanus consil. 436. ait quod privilegia derogantia quibuscunque personis, non derogant collegio: & procurator constitutus contra omnem personam non poterit agere contra vniuersitatem, vel capitulum per dictum Bald. in Rubrica. C. ad Trebellian. & in authen. item quicumque. C. de episcopis & clericis Belin. dicto capit. eam te, in 2. columna de rescrip. & in cap. dilectus. 2. columna penult. de simon. Paul. in dict. authent. item quicumque. Romanus. l. si quis mihi bona. §. seruis ff. de acquirend. heredita. Iacobus de Sanct. Georgin. l. collegium. C. de heredi. institu. Cassanens. in consil. 1. dubio. 5. Deci. in d. l. si familia. igitur ex dictis assumptum nostræ. l. procedere non potest. Sed ijs non obstantibus in propositum nostræ. l. verum est dictum & assumptum, nam cum l. nostra continet materiam fauorabilem, & reipub. conuenientem, & sic eius verba late sint interpretanda quoties datur fauor hic & lata interpretatio appellatione personæ indistincte comprehenduntur omnes tam masculi quam fœminæ, & vniuersitates, & capitula, & ut tradit Domi post. Ioann. Andr. & alios in ca. cum in illis. §. 1. in fine, de prebend. in 6. cum concord. ut scribit Iaso. in l. si quis maior colum. 2. C. de transactio. & Roma. dict. consil. 436. quod indult & in hoc casu est intelligendum id quod dixit Bald. in l. quicumque in 3. columna de seruis fugi. & in l. vtrum. §. aduertendum. ff. quod met. causa, dicens indistincte contrariū sic & in hoc casu intelligitur dictū eiusdē Bald. in cap. 1. de noua, form. fide dicuntis, mandatum contra personas comprehendere vniuersitatem, capitula, & representatas personas, quem sequi videtur Barb. in ca. cum non ab homine in 1. notabi. de iudi. & consil. 47. colum. penul. volumi. 4. tamen intelligendum est hoc, quoties tale mandatum est ex parte rei conuenti, & datur

6 tur † ad ipsum defendendum, quod est fauorabile, vt inquit *Cassa. vbi supra, & sentit Alexan. in apostil. ad Bar. in l. mortuo. ff. de fideiussor.* & sic in procuratore rei procedet hoc dictū *Bald. & Baraba.* eū sequentis, nam in procuratore actoris in contrarium est communis, & ita Rotæ iudicatum esse reperi asserunt per *Gometi. in regul. de idiomate questione 2. in fine,* vbi & in quacunque dispositione, vbi verba debent proprie accipi intelligitur, vt appellatione personæ non comprehendatur vniuersitas, & similia corpora repræsentata: & sic iure optimo in nostra. l. fumpimus assumptū illud, quod appellatione personarum veniebant monasteria, & vniuersitates, & collegia, & sic eis numeratis, dicit. l. nostra, & aliæ quæcumque personæ.

¶ Ibi, *De doce años a esta parte,* ergo si ante hos duodecim annos ruptæ fuissent, non habebit locum l. nostræ dispositio, nam limitata causa limitatum producit effectum. l. age cum *Geminiano. C. de transfactionibus,* & ad tempus prohibitum, post illud censetur permissum ex text & eius materia l. in tempus. ff. de heredi. instit. idque ad eum in nostra l. verum esse credo, quod si semel ante terminum nostræ l. ruptæ fuerunt hæ defensæ, quantumcunque post multum temporis non rumpantur, neque arentur, postea vero ruptæ sint, non habebit locum l. nostra, sufficit enim rem in tempore habili acquisisse vnam

7 qualitatem vt perpetuo illam conferuet, † secundum glos. sufficit in l. videamus. ff. quod met. causa, commendatam ad hoc per *Otaloram de nobilitate. 3. par. 3. partis princ. cap. 6. num. 4. cum. 2. sequenti.* & sic res

8 semel effecta alienabilis perpetuo talis manet. † l. codicillos. ff. de legat. 2. *Molin. de primogen. & Ioannes Gutierrez in consi. 21. numero. 16.* vbi in causa ibidem relata ipse & ego informationem illam iuris fecimus & misimus Regiis auditoribus Pincianis, & eius de causa fuit postea Regia lex statim sequens facta, quæ in plurimum correxit ius, & est l. satis exorbitans, & ambitiosa meo videri, sed est dubiū,

9 num dispositio istius l. cessauerit iam, † ita vt tempora ab ea constituta sint computata à data nostræ l. & adimpleto eius mandato vltius non procedat, nec sit necessaria nec seruanda eius dispositio, & videbatur dubium hoc constituere, verba ista a *esta parte,* ergo vsque tunc & non in posterū, item quia, si cum l. nostra, tempore quo fuit condita, fuit adimpleta, cessabit dispositio eius, nihilominus tamen contrarium teneo, & sic quod & nunc & quotiescunque casus ab ea propositi contingerint, & nunc, sicut ante eius dispositionem, habebit locum nostra

10 l. quia eius ratio non defecit, scilicet, ne deficient pastus, & ne defensæ, & terræ pastui deputata, mutetur forma & consuetudo ac vsus vtendi ea: lexque semper est in viridi obseruantia, & ad euitandum hoc dubium in curijs de Madrid. anni. 1573. fuit iussum vt obseruaretur, & quod pro eius obseruantia darentur in consilio Regio prouisiones necessaria, & lex nostra non est contraria. l. 3. supra eodem, † vt ibidem & in hoc titulo, diximus, & intellectū huius. l. ne contrarietur legi. 24. & sequen. descripsit *Gutierrez consil. 34. num. 2.* sed nullo modo sunt contrariæ: loquuntur enim in diuersis casibus, nam l. nostra loquitur in defensis, quæ solo pastui erant deputatæ, & vt non rumpantur aut arentur: lex vero sequens. 24. loquitur in differenti casu, scilicet, cum quis vult conducere pastus alicuius defensæ, ne

conducatur per conductorem non habentem animalia ad pascendum ea, vt reuenditioni herbarum via precludatur: quod est differens. licet quoad casum ibi propositum per ipsum *Gutierrez* lex nostra obstare videbatur, sed ei respondet ibidem ne intētui suo obstare possit, sed quia alio in loco apponi non poterit quæstio quotidie contingibilis in ijs partibus & similibus vbi defensæ vel terræ aliqua conducuntur ad culturam per quatuor quinque aut plures annos, solet dubitari an in vltimo anno possit conductor talem defensam & terram relinquere † excoriatam, & consumptā, y de *rastrojo*, quæ quidem quæstio cum sit dissimilis nostræ materiæ videbitur per *Iosephum Ludouicum in deçisione Perusini. 62. per totam partis secunda.*

Lex 23.

- 1 Non indiget summario, quia litera legis eius mentem declarat. num. 1. & casum in quo fuit aduocatus contra iudicem de la mesta, tradit. num. 2.
- 3 Verba, esta sin embargo de apelacion, remissiuè declarantur. num. 3.

SUMMARIUM.

Defensæ per viginti annos inculta & ad pastum solum locatæ, quæ ante dispositionem legis præcedentis non fuerint ruptæ, pro cultura earum nullo modo rumpi possint, sed subiacent sub pænis & dispositione harum legum, quod si in parte ruptæ sunt ante dispositionem dictæ legis præcedentis in illa parte solum remaneant cultiuatæ: in ceteris verò partibus sint incultæ, & pro pastu tantum locari possint, sub dictis pænis.

RBI. AGORA SEA ANTES DE LA FECHA DE LA DICHA LEY, O DESPVES. Hęc est noua dispositio ampliãns habenas fratribus & iudicibus de la mesta, & coarctans dominis defensarum potestatem culturæ habitæ in dictis defensis, etiã cultiuatis ante dispositionem legis præcedentis in cap. sequente.

In. §. Otro si. ibi. *Por auerse rompido alguna parte della antes de los años que se declara en la dicha ley antes desta, y que aquello que verdaderamen te estaua rompido antes del tiempo en ella contenido, se aya por rompido para que se pueda labrar, y lo demas, &c.* Dispositio hęc fuit facta † post litem habitam cum iudice quodam de la mesta, & eius concilio in simili casu, vbi condemnati fuerunt reddere quod perceperant, secundum quod *D. Gutierrez*, & ego in formauius de iure superioribus iudicibus Pincianæ Chancellerie, vt ipse in consilio 21. deduxit in lucem, & in fine illius consilij asserit, & reuera illud erat de iure: nam vt ibi ex *Abb. in terminis in consi. 71. num. 2. vol. 2.* refert, ager vel fundus in parte redactus ad culturam, non potest dici rumpi, neque de nouo coli in altera parte inculta ipsius fūdi, quod quidē. l. nostra voluit corrigere & corrigi

corrigit, & dura lex est, sed seruanda sicut de l. *prospexit*. ff. qui & a quib. dixit Bal. ibi, & leges has iustum est seruari & pro earum obseruatione prouisiones in regio consilio concedi per c. 29. *Curiar. de Madrid. an. 1573.* quod quidem capitulum licet in nostra Recop. non sit insertum, dabuntur nihilominus dictarum prouisiones si petantur.

3 Ibi. *sin embargo de qualquier apelacion.* Vide quæ diximus circa hanc clausulam, in tit. *de los juezes entregadores.* lib. 3. sup.

S V M M A R I V M.

Lex nostra an habeat locum in defensis ad pasturam & culturam locatis. num. 1. & num. 5. & ibi concordia auctoris.

Mixtum comprehenditur sub simplicibus ob fauorem publicum. num. 2.

Habens potestatem legitimandi spurium, & item legitimandi incestuosum, an possit spurium, & item incestuosum legitimare. num. 3.

Legitimandi facultas fauorabilis est. num. 4.

Legis nostræ dispositio an cessabit si tempore conductionis non habet conductor armenta & gregem, emit tamen postea. num. 6.

Qualitas excludens vel admittens quando debet ad esse. num. 7. & 8.

Lex nostra an procedat si tempore conductionis herba habebat pecora ad pascendum post vero illa vendidi. num. 9.

Venditio non datur in herba sed locatio, & sic non debetur gabella. num. 10.

Lex 23. Quæ secundum ordinem nouiorem est. 24.

S V M M A R I V M.

Carens gregibus non potest defensas, pastui destinatas conducere sub pena nostri text. potest tamen pastum necessarium & tertiam etiam partem ultra conducere, & quod supererit alteri habenti gregem locare pro eodem precio, sub amissione totius gregis.

1 IBI, DEHESAS DE YERVA, sed an idem erit in defensis & pastus & cultura, vel cultura solum locatis, & videtur quod sic, quia lex hæc fauorabilis videtur, cum concernat publicum commodum, ne ob hæc causam pastus deficiant, & reuenditioni herbarum locus detur, quo casu ob fauorem hunc, mixtum comprehenditur, sub simplicibus, & ex l. *si ita scriptum.* in prin. ff. de liber. & post. & l. *clemens* in prin. ff. de here. insti. not. *1af. in §. omnium institut. de action. num. 28.* & ibi *additio*, & sic secundum eum ibi. n. 30. & 31. habens potestatem legitimandi spurium, ite & legitimandi incestuosum poterit legitimare spurium & incestuosum

simul, & ibi hæc dicit magis communem opinionem, quia legitimandi facultas fauorabilis dicitur, ut per *Villalobos in arario mille commu. opi. verbo legitimandi & facultas*, communem etiam dicit *Alciar. in 4 l. 2. num. 46. ff. de verb. oblig.* ergo idem in nostro casu dicendum videtur, nihilominus tamen contrarium tenendum credo, & tunc quia lex nostra expresse, & *en dehesas de yerua*, loquitur & pœnalis est, & exorbitans, in quibus casibus mixtum non comprehenditur sub simplicibus, ut per *additio. 1af. in d. n. 28.* & quia regulariter mixtum non comprehenditur sub simplicibus, ex c. *mandato de simonia. l. vim passam §. prescriptione iuncta. l. mariti. §. hoc quinquennium. ff. ad l. Iuli. de adulter.* & quia publicus etiam & maximus versatur fauor publicus in cultura terrarum & earum agricultura, quæ maxime in iure est privilegiata, ut licet videre per *Cassane. in catalogo gloria mundi, parte 11. consider. 37.* & sic licet in curijs de Madrid anni 1563. petatum fuit ob euitandas plurimum iudicium malitias, volentium legem nostram in defensis de labor intelligere nihil prouisum fuit, & ut capitulum non prouisum, non fuit insertum in secunda impressione nostræ recopilationis, in qua capitula decisa in curijs post primam editionem factis inseruntur: & ita hanc opinionem videtur tenere *Gutierrez in d. cons. 34.* ego tamen in hac contrarietate distinguere, scilicet, quod si solebat defensa illa in toto, vel in parte cultuari & arari, tunc utriusque esset clarior casus quod l. nostræ dispositio locum non habeat, quia cessabat fraus & occasio fraudandi. l. nostram, & hæc etiam verba cessabant, cum dicant, *dehesas para yerua*, si vero non solebat arari, tunc utriusque fraudis coniectura sumi poterat ob fraudandam. l. nostram conduxisse defensam herbe ad pastum & culturam, & tunc posset procedi ad l. nostræ executionem, licet & in hac contrarietate, & dubietate opinionum semper inclinare me in mitiorem partem pro reo: cum casus occurrerit vnusquisque latius pensabit, & ex dictis per *Alciar in d. l. 2. in prin. num. 4. & sequen. ff. de verb. oblig.* hæc prosequuntur & declarabuntur.

¶ Ibi, *No teniendo ganados*, quid tamen si postea emat armenta an cessabit. l. nostræ dispositio, & videtur quod non, & quia lex nostra tempus locationis & conductionis considerasse videtur, dum dicit, *no sean osados arrendar*, iunctis ijs verbis, *no teniendo ganados, para ellas*, & sic qualitas illa habendi pecora debet adesse tempore, quo herba conducitur, nam qualitas adiuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi. l. *in delictis. §. si extraneus. ff. de noxali.* & qualitas aliquem admittens, vel excludens ad aliquem actum & debet esse tempore actus, ex glo. *con-* 7 *stitutus & ibi Docto. in clementina secunda, de atate & qualitate, dixi in l. 4. ritu. 1. libro. 2. supra numero. 2.* Nihilominus tamen contrarium est tenendum, imò quod etiam si non habeat tempore locationis pecora aliqua quibus cum herbam depascatur, si tamē postea habuerit tempore, quo pascenda est herba illa sufficit, nam omnia in contrarium dicta non procedunt, quoties in tempore disponendi, vel exercendi actum illum adest qualitas illa, & ut in *terminis. d. 8 §. sic extraneus, tenet Bar. in l. ex facto in prin. nu. 1. ff. de vulg. & pupil. & in terminis. d. glos. in d. clemens. 2. tenent ibi Doct. maxime Imol. & quia in hoc casu militat ratio nostræ. l. scilicet, ne pastus deficiant, vel fiant cariore & reuenditionibus locus denegeretur, & pat*

& par est aliquid esse de per se, vel per relationem ad aliud, & sufficit quid ex æquipollētibus fieri, verum tamen est quod si esset homo solitus reuendere & in quo fraus præsumeretur & denunciatio fieret antequam emeret emptor herbæ pecora ad illam herbam pascendam, non vtique excusarem eū licet post emeret, deberet tamen fraus hæc liquido probari, & consuetudo hæc per illum faciendi, & quod intelligebatur post venditionem emisse pecora, vt euitaret pœnā & fraudis præsumptionē, cum aliàs hæc facere soleret sine pecoribus, & reuēdebat, & pecora non trahebat quæ iudex rectus debet cōsiderare, cum casus occurrerit. Sed quid si dum herbam ꝑ conduxim pecora ad illius pastum acgregeꝑ habebam, post tamen ex aliqua de causa vendidi pecora illa, an sine pœna potero vēdere herbā illā, & in hoc nulli dubiū quin possim, ex doctrina Barto. & omnium in l. cetera. §. sed si parauerit de leg. 1. & Hippolyt. sing. 86. & Tiraq. de vtro retract. in præfatio. num. 78. vbi hoc intelligit, cum Barto. procedere dummodo constet de primo illo proposito, aliàs enim præsumeretur id fuisse ab initio propositum reuendendi, vt postea fecit.

¶ Ibi, *Cient açotes*, si personę viles sint, vel ignobiles, secus si nobiles, nam nobilibus non est imponenda similis pœna, vel alia infamatoria, vt alibi dictum est.

¶ Ibi, *El arrendamiento non wala*, non solum lo-

catio & conductio, à tali facta contra. l. nostræ dispositionem, sed etiam locatio illa, siquam ipse primus conductor alteri fecit, nam cum principalis causa non subsistit plerumque neque ea, quæ sequuntur locum habent ex l. cum principalis. ff. de reg. iur. & sublato principali tollitur accessorium ex l. fin. ff. de const. pecu. & resolutio iure dantis, resoluitur ius accipientis, neque potuit primus conductor in secundum plus iuris transferre quam ipse habet, & sic secunda locatio ab eo facta nihil valebit: & notandum quod hæc nullitatis pœna non habet locū, neque censetur repetita in versi. & dispositione sequente, cum sit diuersa dispositio & diuersus casus, & vnusquisque casus pœnam specialem sub se contineat.

¶ Ibi, *Pueda arrendar*, non dicit, *vendar*, quia in herba non datur ꝑ venditio, vt per *Lafarte de deci.* vend. c. 2. num. 53. li. 1. & sic in pluribus partibus herbæ locatione non debetur gabella, quia licet sonet contractus in venditionem non est venditio sed locatio, licet in hac nostra Placētina ciuitate ex antiquissima consuetudine inductū est deberi gabellam ex tali locatione herbarum, & vocatur, *alcauala de yeruas y landes*.

¶ Lex finalis nostri titu. declaratoria l. 12. supra isto titu. prohibente in defensis boum, alia pecora quā agriculturæ nō esse immittenda, vt fallit tamen vt in versic. y porque, nostræ. l. & hæc pro hoc tit.



TITULO OCTAVO

De la Caça y pesca, y que no se maten

terneros ni terneras.



VM in defensis pratis & mōtibꝑ tam volatilia quam terrestria animalia reperiantur, & in riuis ibidē sitis & transcuntibus piscatilia itidem adsint, & vitelæ creentur & nascantur, post titulum præcedentem de montibus, terminis publicis & defensis tractantem, iuste sequitur hic noster de aucupio, venatione ac piscatione tractans, & in huius rubricæ declarationem plura ad notanda & singularia differemus antequam ad textualium declarationem deueniamus.

S V M M A R I V M.

Venatio quid sit. num. 1. & num. 2. quod tres habet species, & num. 3. que sit venatio licita, & que non.

Piscatio piscaria & piscatura ijs nominibus vocatur & que sit, n. 3. & n. 4. quod dupliciter exercetur, & an licita sit & quibus.

Venatio & piscatio quo iure sint introducta. n. 5.

Venatione & piscatione an possit quis prohibere alium vti. num. 6.

Domini terrarum cum prohibent vassallus ne pascetur aut venationem faciant in tali loco & parte debent vassalli protestari contradicendo, ne videantur consentire. num. 7.

Ius venandi aut piscandi adquiri potest. num. 8.

Venatio & piscatio potest per principem prohiberi ex causa. num. 9. & per dominos inferiores etiā ad tempus, vt ibi. & num. 10. ponitur triplex causa prohibendi.

Prohiberi potest ne venetur aut piscetur instrumento quo cum animalia vel pisces destruantur. n. 11.

Crudele est pœna corporali plecti ingredientes loca vetita venditionis causa. num. 12. nisi vt ibi.

Princeps debet resarcire damna data à venditionis prohibitione ab animalibus inclusis. num. 13.

Venari an liceat in alieno territorio. num. 14. vbi & an ciuitas possit exteris prohibere venationē, aut piscationem in flumine vel loco.

Sex casus vbi nō licet piscari in flumine publico. n. 15.

Fundum

Fundum alienum licitum est ingredi ad venandum vel piscandum. num. 16. nisi ut ibi, & ibi quid in conscientia, & ibi ampliatur.

Ibi, CAÇA, Latine venatio nuncupatur, & est venatio † ferarum persequutio, seu aliter dicendo, venatio est exercitium ordinatum ad captionem animalium terrestrium, sicuti aucupium ad captionem avium, & piscatio piscium, ut inquit *Silues. verb. venatio. n. 1. in prin.* & venatio in genere sumpta tres habet species † scilicet, ferinam, aucupium, & piscariam, ferina quæ fit multis modis, retibus, scilicet, laqueis, pedicis, præcipitijs, arcu, iaculis, cuspide, indagine, pennarum odore, accipitribus, canibus, aucupium autem fit retibus, laqueis, pedicis, præcipitijs: arcu, visus, hamo, piscatura autem fit retibus, sagenis, gargustijs, hamis, faculis, secundum *S. Antonium in 1. par. tit. 1. c. 3. §. 3. verbo, venatio,* & itidem venatio † quædam est & dicitur opressiva hominum, & hæc est omnino illicita. *c. non est. §. his itaque. 6. dist. ut faciebat ille. Nemrot Genes. ca. 10. in bello tamen iusto intellige, licita est hæc venatio, quædam adulatoria quæ fit per verba, & hæc etiam est illicita. c. qui venatoribus. 86. dist. c. sunt nonnulli. 56. d. ca. plurimi. 6. q. 1. quædam vero venatio dicitur clamorosa, saltuosa & laboriosa, ut ad apros, vrsos, leones & similes bestias feras. ca. 1. §. nemo retia, de pace tenen. l. 1. c. de venatoribus. lib. 1. & talis venatio est licita laicis, secus clericis, nisi in casu necessitatis, quando tales bestie deustarent fructus bonorum Ecclesiæ, vel religionis quia tunc talis venatio esset eis licita, secundum *Ganfre. in summa de cleri. venato. & Henri. Bobic. in c. 1. eod. tit. alia vero dicitur arenaria vel arenosa, ut cum quis contra feram bestiam in arenam pugnat, prout fuit mos Romanorum antiquorum ut in spectaculis populorum ludi loco exhiberentur fere bestie, cum quibus homines aliqui decertarent, & ab arena arenarii dicti sunt. lob carmen. §. sic ca. ff. de testi. l. hæc de m. ff. de ope. liber. hos bestiarios appellat Iulius Capitolinus in Antonino philosopho, qui exercendæ virtutis suæ gratia, in arenam descendebant, non infames, sed laude digni existimabantur l. Athletas. ff. de his qui not. infam. sed si ad hæc precio operas suas locarent infames reputabantur & viles l. 1. §. item senatus. ff. de postul. l. 2. §. fin. ubi omnes. ff. de his qui not. infam. hæc tamen venatio est mala ex cap. infamis. §. tria. 3. quest. 6. & non solum clericis, verum & laicis est interdicta, siquidem ex quo hominum interitus sequitur peccatum est mortale, ut admonuit *Turrecrema. in ca. qui venatoribus. 86. dist. n. 3. qui hoc declarat nisi hoc fiat ex causa necessitatis ad mortem evitandam, nec dissentiunt Abb. & ceteri in cap. 1. de cleri. venato. & summiste verbo, venatio.* Quædam vero venatio est spaciola seu recreativa ad excitandum calorem naturæ, & talis dum tamen non sit de prohibitis & infectis, vel alio tempore prohibito facta, est permessa maxime laicis, secundum *glos. & Henri. in d. c. der. vena. Hostien. in summa de cleri. vena. §. 1. & clericis etiam dum tamen raro fiat per eos tempore congruo, ut tenent dicti Docto. & Bern. Diaz in pract. crim. c. 67. ubi novissime eius additionator Salzedo, plures Doct. de his agentes retulit, & disserit an episcopis etiam hæc ultima***

venatio licita sit, & ex. c. quorundam. 24. dist. & ibi *glos. omnis venatio episcopis est prohibita, & sic inquit ibi glos. secundum Hieronymum non inveniri neque legi venatorem sanctum, & licet Beatus Eustachius qui fuit venator dicatur beatus, fuit, quia non permansit in venatione, sed dimisit & penituit, alias existente venatore non reperitur Sanctus, secus vero in piscatore. ca. Esau. 86. d. ubi ponit glos. rationem differentiarum, scilicet, quod venatio fit cum clamore, piscatio sine eo, vel quia maior delectatio est in venatione, quia tunc nihil potest cogitari de diuinis, secus in piscatione, nisi & piscatio esset continua & fieret causa voluptatis, nam tunc etiam clericis censetur prohibita, si ex ea Ecclesia damnum pareretur in spiritualibus & temporalibus, & sic potest procedere quod dicebat *Specula. in tit. de cler. vena. vers. piscationibus,* dicens etiam piscationem clericis prohibitam, ita *Fran. Mar. decis. delphi. 530. num. 8.* alias rationes quare venatio clericis prohibetur non vero piscatio, vide per *Sebast. Med. de venatione. q. 8. n. 2. cum seq. & ibi, n. 13. cum seq. reasumit,* quæ venationes sint clericis prohibite, episcopis tamen causa recreationis honestæ, vel ex necessitate ut suam sanitatem defendat, venari liceret, ut per *Menoch. de arbit. cent. 5. casu. 413. n. 13.* & hoc dum tamen ipsi episcopi, non venentur suis manibus, sed venari videant, ut probatur *ex l. 57. titu. 5. parti. 1. ad hoc allegata per Salzed. ubi supra in 1. additione in prin. & de ijs venationibus, licet non ita clare & late agitur per glo. & Doct. in c. 1. de cler. vena per summis. verbo, venatio, & per Fran. Mar. & Menoc. ubi supra, per Sebastia. de Medi. in tract. de venatione in prin. n. 34. cum seq. & in q. 1. & 3. in 17. volu. tract. diverso. Doct. & Cassane. in cathal. glori. mun. 11. parte. considera. 49. cum seq. Monachis tamen hæc recreationis gratia licet, etiam si suos redditus habeant in venatione, debent hæc per alios facere, non per se nec eis interesse, secundum *Doct. communiter teste Dida. Perez. l. 1. titu. 22. libr. 2. ordi. colum. 693. in medio, & vide c. 13. sess. 24. concil. Trident.***

Ibi, Pesca, Latine, piscatio †, piscaria, & piscatura à doctoribus vocatur, & est quasi piscium captio, & potest diffiniri sicut venatio, in glo. precedenti diffinita est, scilicet, quod piscatio est quasi piscium persecutio, vel est exercitium ordinatum ad piscium captionem, & genus piscandi duplex est & dupliciter exercetur †, scilicet, retibus & hamo, secundum *glo. Archid. Turrecre. & Bellam. cap. est & aliud. 24. questione. 1. de retibus dicitur capit. non turbatur, ead. causa, & questione, an sit licita piscatio & quibus personis, & in hoc Turre. relatus per Cassane. in Cata. glori. mundi. dict. 11. part. consider. 51. inquit quod si sit propter necessitatem, ut sunt illi, qui de ea victum quarunt, est licita, & dicit istam esse conclusionem *Gregory super Ioan. 21. ubi legitur, Apostolos post Christi resurrectionem rediisse ad opus piscationis, quod idem dixit si propter solatium adhibitis circumstantiis, de quo & per Menoc. de arbit. dict. lib. 2. centuria. 5. casu. 413. numero 20. & 21.* Sed quod ad venationem & piscationem inuestigandum est quo iure sit venatio † & piscatio introducta, & in hoc dicendum est, iure gentium ex §. fera. *Instit. de rerum divi. ibi, fera igitur & bestie, & volucres, & pisces, & omnia animalia, quæ celo, & terra nascuntur simul atque ab alio**

ab alio capta fuerint, iure gentium statim illius esse incipiunt, quod enim ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur, vt & in l. 1. §. 3. l. quod in litore. ff. de acquirend. rerum domin. l. 1. ff. de acquirend. possessio. l. 17. titu. 28. p. 3. summus enim Deus omnia animalia creauit in hominum vsum, & cibū Genes. c. 1. facit. l. in pecudum ff. de usur. & Cicero lib. 3. de finibus, cumque hæc animalia ipsa natura fecerit, plane licet per eandem naturæ legem cuilibet primo capienti, ea acquirere, vt per Couar. in cap. peccatum. 2. part. §. 8. numer. 1. Sanct. Thom. 2. 2. q. 64. artic. 1. Soto de iust. & iur. lib. 4. q. 6. artic. 4. communis, secundum Ias. consil. 119. volum. 4. Eman. Suárez in suis commu. opin. verbo, Venatio. quos & alios alia adducens refert sebast. Medi. in dict. tract. de venatio. q. 2. nam cum ex communi iure & vsu aquæ, mare, & ripæ eius, & aer omnibus sint communia, vt per l. 3. titu. 28. part. 3. ideo omnis homo, secundum text. ibi, potest eis vti libere. Sed an prohiberi poterit quis per aliquem eis vti †, & regulariter dicendum est, quod non, etiã per principem, eò quod princeps non possit ea, quæ sunt iuris gentium, & naturalis tollere, ex §. sed naturalia inst. de iure natu. gent. & ciu. & quia quæ nullius in bonis sunt capientis fiunt, vt proxime dictum est, & per consequens princeps, & à fortiori, domini inferiores in terris suis hæc prohibere non possunt, prout tenuerunt Hostiens. & alij plures relati & secuti per Couar. in cap. peccatum. 2. part. §. 8. nu. 1. vbi hanc ex Ias. consil. 119. lib. 4. testatur esse communem opinionem, & tradit glo. fin. l. 6. tit. 28. part. 3. & Mencha. de success. creat. §. 26. nu. 79. & Didac. Perez. in l. 1. tit. 22. col. 693. lib. 2. edi. & Iacob. de sancto Georg. in Tract. de feudis sub. §. & cum venationibus. 17. volum. Tracta. diuersorum Docto. vbi pluribus modis respondet text. in cap. nemo retia. de pace tenen. & eius viol. in vsib. feud. qui si bene consideretur non modo non est contrarius, sed facit & pro hac opinione, vt optime considerat Couar. vbi supra, & de ijs etiam tradit Francisc. Marcus, decis. Delphina. 530. nu. 14. cum tribus sequentibus. & Roland. Valle consil. 22. nu. 27. cum sequent. volum. 2. vbi tamen inquit quod quando domini terrarum † faciunt has prohibitiones debent protestari & contradicere, ne videantur consentire, & præscriptione acquirant ius hoc prohibendi venari aut piscari in certa silua, defensa vel flumine prout acquiri † posse inquit Auend. c. 12. prato. nu. 11. & 12. lib. 1. & late Balbus de præscriptio. 4. part. 5. partis princip. quest. 6. per totam, & Symon in Tract. de Ant. temp. q. par. §. materia ista singularitatis. nu. 79. cum sequent. aliquibus. Ex variis tamen causis secundum dictos Doct. prohiberi possunt venatio & piscatio per principem non recognoscentem † superiorem, & per dominos inferiores ex iustissimis causis ad tempus & non in perpetuum, vt per Iacob. de Sancto Georgi. vbi supra, & Couar. vbi supra, nisi secundum eum ibi ius id per immemorabilem præscriptionem legitime quis acquisierit. Imo & tunc cautè est recipienda & seruanda præscriptio hæc tam in foro exteriori quam interiori, præsertim si ea initium à tyrannide habuit, vt & hæc per Rebuf. in l. inter publica. 17. ff. de verbo signifi. pag. 160. & tradit Sebastia. Medina, in Tract. de venatio. questione. 5. fol. 397. in 17. volum. Tractatum, vbi inquit ex triplici † de causa hæc prohiberi posse. Primo si

venationis locus sit communis ciuitatis aut oppidi, vetari potest, à principe vel à domino per viam gubernationis, nam feræ, volucres, & pisces non solum ornamento sunt, verum & necessitati seruiunt, quò idque non est vulgi temeritati venatio committenda, sed debet ordine ac lege fieri ne dispereat. Secundo, quia Princeps etiam communia loca Reipub. potest alicui proprio vsui dicare, neque ad hoc, vt quidam putant, requiritur consensus populi, iustum quippe est, vt pro sua dignitate, gratia recreandi animi, venationem habeat paratam, præterquam quoad apros, & ceruos, & id genus bestiarum non decet à plebeijs venatu impeti, sed vt reseruentur ingenuis, quæ præliorum simulacra aduersus eos imitentur. Tertia ratio est, quia prohiberi potest venatio, nempe quia est in loco non communi oppidi, sed proprio ipsius domini, quo suam custodit venationem, nam si potest fundi dominus particularis prohibere, ne quis venationis gratia illud ingrediatur, multo magis princeps, quod tamen in magnatibus & principe inferioribus nõ procedit. Imò & princeps ipse in totum prohibere non debet venationem, sed pro loco & tempore, adde tu, & pro forma piscandi, aut venandi, nam vt cum fraude venatio aut piscatio non fiat prohiberi potest, vt si fiat cum instrumentis, vel modo, quibus quidem omnia illius generis † animalia capi possent, & postea non inuenirentur, vt inquit Rebuf. in l. unica. c. de venatio. fera. libro. 11. & eius nepos. Pet. Rebuf. in 3. tomo constit. Fran. titulo de vsu & consuet. in præfatio. numero 48. & Couarru. vbi supra, numero 3. versic. Secundo. & hoc est quod leges nostræ prohibere voluerunt, ne ermentur animalia & pisces, modum, & formam, venandi & piscandi, & locum, & tempus, leges nostræ declarant in præfenti, & in propositum dixit Sebastia. Medina, in dicto Tractatu de venatione, questione. 5. per totam, in 17. volum. Tract. vbi & inquit quod in prohibitione etiam cauendum est ne pœnæ acerbæ statuantur, quia illud non æstimatur furtum, aut latrocinium, proinde ac dum domus aut bursa expilantur: vnde crudele est pœna corporali plesti ingredientes loca vetita venationis † causa, sed satis si duplum aut simplum perderent, & retia ac instrumenta quibus venantur ac piscantur, quod si in iis cresceret contumacia possent relegari, quod si contemptus superioris adesset, tunc non ratione venationis prohibita, sed contemptus posset pœna corporali puniri pro modo contemptus, de quo debet expressè constare, itidem & in prohibitione hac debet aduerti vt damna data ob eam resartiantur à principe † his personis, quæ damna passa sunt ab animalibus à principe ipso in setu inclusis, vt hæc & alia aduertenda prosequitur Sebastia. Medina. in dict. questione. 5. & Couarru. vbi supra. numero. 11. & an in alieno territorio liceat † venari vid. Francisc. Marc. deci. Delphina. 533. ex quibus habes prohiberi non posse venationes & piscationes, nisi per principem, & tunc ex causis publicis, vel si ex causis priuatis causa recreationis ipsius principis facientis seruum, Corò, vulgò nuncupatum, & tunc cum modera-

moderamine & aduertentijs dictis faciendum est, posset tamen ciuitas in cuius territorio est flumen exteris piscationem fluminis illius prohibere per. *l. Diuus. ff. de serui. rusti. prati. l. 16. titu. 28. part. 3.*
 15 *not. glo. fi. l. 6. eod. tit. & part. & sex casus ¶ in quibus piscari non licet in flumine publico. vid. per Capolam de serui. rusti. prati. titu. de piscatione. & Babbum de praescript. 4. part. 5. part. princip. q. 6. nu. 4. cum sequent. & vide Anto. de Cardoua, in sua summa. q. 119. per totam, vbi plura dicit in conscientia annotanda. ex supradictis etiam infertur licite posse ingredi fundum ¶ alienum ad venandum vel piscandum, nisi venatio, vel piscatio sint fructus, & in redditu ipsius fundi consistant. aded vt etiam si domino prohibente fiat venatio in fundo alieno non teneatur capiens restituere in conscientia, neque itidem in iustitia animalia ibidem capta, licet venator teneatur actione iniuriarum, vt per *Seb. Medi. vbi supra, quest. 7. asti. 7.* & comprobat *Couar. dict. cap. peccatum. 2. p. § 8. numero 4. versic. Quarto ab eadem, & latius & nouissime Humada in l. 12. tit. 2. part. 1. in glo. 2. numero 1. cum sequentib plurib. vbi respondet leg. 1. tit. 28. p. 3.* & alijs legibus, quæ in contrarium facere videbatur. & in numero 9. versic. *Quinto ab eadem,* id ampliat procedere etiam si dominus agri ius venandi alicui locauerit, aut in vniuersum venationem in eo fundo prohibuerit, ea ratione quod ipse capere vellet easdem feras intra proprium agrum enutritas, & pecunia vendere. Tenebitur tamen venator talis in alieno fundo capiens animalia ad restitutionem damni in eo fundo, ob venationem facti & contingentis domino prohibenti, & in hac æstimatione habenda est ratio animalium, quæ nisi extraneus venatus fuisset, dominus fundi eiusve conductor habuisset, suaque fecisset per apprehensionem, habendaque itidem erit ratio venationis, quæ in eo fundo per dominum solum exerceri solebat, ita vt hic venator, qui domino prohibente agrum alienum ingreditur. non tenetur ad restitutionem ratione captorum animalium, sed ratione damni illati per venationem ipsi domino, qui venari iure & iustitia solitus intra proprium agrum fuerat vt inquit. *Couar. vbi supra, nu. 11. versic. Prætere. vbi,* & inquit ad damnum factum in segetibus & fructibus illius fundi teneri tales venatores: aliud & itidem damnum in piscatura considerat *Couar. vbi supra, numero. 12. versic. quin & præter. inquit tamen, ibi. Couar. numero. 14 & 15.* quod licet animalium captorum in segetibus & saltibus euangantium sit captio propria capientium. neq; teneantur ad restitutionem, tenebuntur tamen ferarum & piscium, qui priuatim alicuius proprii sunt, puta quia priuatim inclusa sunt viuariis, leporariis, piscinis, & stagnis, vt *ibidem per Couar. dictis numeris. 14. & 15. & per Sebast. Medi. dict. quest. 7.* vbi hæc ampliat & limitat, quæ longum esset referre. Et hæc pro Rubric declaratione sufficiant, vt ad declarationem legum deueniamus vbi alia declarabimus Deo volente, alia per *Sebast. Medi. vbi supra* videri possunt.*

S V M M A R I V M.

Ciuitas potest ex causa publica vtilitatis prohibere venationem & piscationem. numero 1.

Tom. 4.

Ecclesiastica persona tenentur etiam seruare leges nostras venationis & piscationis. nume. 2. vbi coram quo iudice agendum.

Clericis repertis cum instrumentis prohibitis ad venandum, vel piscandum, possunt eis priuari per seculares officiales. numero 3.

Venatores, vel piscatores, contra legem nostrarum dispositiones venantes, vel piscantes, an peccent mortaliter. numero 4. & ibi quid si in die festo.

Ludere contra legem dispositiones, an sit peccatum. numero 5.

Lex Prima.

S V M M A R I V M.

Tempore quo animalia nutriuntur, omne genus venationis cessare debet sub nostri text. pena.



*Bi. TIEMPO DE CRIA, Hæc est vna de iustissimis causis prohibitioni venandi & itidem piscandi occasionem præbens, ne tunc omnia animalia capiantur, & publica vtilitas lædatur, qua de causa & ciuitas ad hoc posset statuta facere ¶ vt inquit *Deci. con. 179. relatus per glo. fin. in l. 6. tit. 28. part. 3. & legem nostram ad hoc notat Couar. in dict. cap. peccatum. 2. p. § 8. num. 3. & eo relato Sebast. Medi. in dict. Tract. de venatione. quest. 11. per totam.**

*¶ Ibi, De qualquier estado y condicion que sea, & sic ecclesie personæ censentur etiam prohibita contra prohibitionem nostrarum legum venari aut piscari; nam eum leges nostræ publicam concernant vtilitatem & commodum publicum, imò & priuatum commodum cuiuslibet, ecclesiastici etiam tenentur hæc seruare leges ¶ vt in proposito nostrum inquit nouissime *Docto. Salzedo, ad pract. Bernard. Diaz. cap. 67. addi. 1.* vbi tamen inquit pœnam nostræ, l. & sequentium imponendâ talibus ecclesiasticis per suum iudicem debere imponi, vt & ipse dixit in cap. 55. ibidem. & nos alibi diximus. Inquit tamen ibidem in eod. c. 67. addi. 1. in versic illud autem noue, quod si clericus repertus fuerit cum instrumentis prohibitis venationi vel piscationi, poterunt ab eo capi per iudices seculares eos sic repentes ¶ prout quotidie fit cum perdices in iabula reperiuntur ad venandum, vel aucupandum, vel cū retibus prohibitis. Sed an venatores seu piscatores contra prohibitionem harum legum venantes, vel piscantes, peccent mortaliter ¶ & in hoc quoad restitutionem nulli dubiū, quin ad eam non teneantur, vt tenet *Couar. dict. cap. peccatum. 2. par. § 8. nu. 3. & Sebast. Medi. in dict. Tract. de venatione. q. 7. nu. 14. & q. 8. n. fi. volum. 17. tractatum diuersarum,* vbi & inquit quod etiam si in die festo quis venetur aut piscetur licet malefaciat non tenebitur ad restitutionem captorum animalium & piscium in campo, vel flumine publico, sed an peccabunt, & in hoc *Me- 1 est. in l. p. r agrum. numero 8. C. de serui. & aqua,* inquit, quod sic, quod durum videtur, quia lex nostra satis contentiatur pœna ab ea imposita, & nihil*

& nihil ultra exigit, sicut & ludere contra leges non esse peccatum †, asserit *Nauar. in Manuali, capit. 19. num. 6. & 7.* non est enim Regiæ intentionis obligare ad peccatum cum pœnam imponit temporalem secundum eundem *Nauar. ibidem, cap. 23. num. 56.* licet in controueniente iudicis præcepto præcipientis non piscari aut venari per aliquem, asserit *Couar. d. § 8. n. 4. in princ. & Didac. Perez, in l. 2. titu. 9. lib. 2. Ordin. col. 502. versic. hinc etiam est*, & quamuis res dubia fuerit apud aliquos in mitiorem partem inclinarem, ne leges sint laquei animarum, cum ipsæ satis pœna temporali se contentant, & hoc dum tamen non fiant venationes & piscationes in die festo, dum diuina celebrantur officia, licet hæc de peccatis theologis & confessoribus, potius determinanda relinquere sit melius, qui circumstantiis circumspicis hæc deliberare poterunt.

Lex 2.

S V M M A R I V M.

Tempore niuis, venari non licet sub pœna in lege præcedente contenta.

Ibi, DE FORTVNA Y NIEVE, Allegateam *Couar. in dict. cap. peccatum. 2. part. § 8. n. 3. & Sebast. Medi, in dict. Tract. de venatione. q. 11.* Est enim & eadem tunc ratio, sicut tempore quo prægnantia sunt animalia hæc siue perdices.

¶ Ibi, *Con ningun genero ni instrumento de caça*, Et sic neque retibus aut instrumentis permissis venari licebit hisce temporis, hic & in lege præcedente contentis.

S V M M A R I V M.

Prohiberi potest piscari, aut venari, certo instrumento, numero 1.

Pœna nostri text. vt incurratur, debet esse actus perfectus. num. 2.

Perdices habere in domo, ad aucupandum prohibetur hic, non verò si recreationis causa habeantur. n. 3.

Lex 3.

S V M M A R I V M.

Venari non licet instrumentis & rebus hic contentis sub pœna hic contenta, & quod nemo perdices habeat ad venandum, neque in domibus suis sub nostri text. pœna.



Ibi, CON LAZOS DE ALAMBRE, Potest enim prohiberi ne rali instrumento, venetur aut piscetur †, ne publica lædatur utilitas in captione multorum animalium aut piscium ex tex. in c. 1. §. nemo retia, de pace tenenda, & eius viol. not. *Couar. d. 2. p. §. num. 8. num. 3. & Sebast. de Medi. de venationib. q. 10. num. 1.* eo

quod secundum eum, ibi, feræ, volucres, & pisces, non solum sunt pro ornamento vniuersi, sed etiam pro utilitate hominum, vnde princeps prohibet venationem, quæ fit cum instrumento, tonæ. quia eo plures extinguuntur, & capiuntur feræ, atque inde sequitur animalium siluestrium, & ferarum innumera extinctio, quæ Reipub. incommoda est: non enim retia laquei, aut alia instrumenta permittuntur ad capiendas venationes nisi vrsos, lupos, & apros, ex dict. §. nemo retia, not. *Guid. Pape dec. f. 218. num. 2. quod conduci ad legem. §. & 6. infra eod. & Capola de ieruit. resti. prædi. cap. 21. n. m. 8. & 9.*

¶ Ibi, *Ni con oiro genero de instrumento*, obscura sunt hæc verba, & dimittite fuerunt apposita per compilatorem, nam in originali dicitur, *Ni biro genero ni instrumento dello*, vt designaretur, non quod omne instrumentum, quo cum animalia & perdices capi possunt, prohiberetur, sed tantum illud, quod simile præcedentibus, & proxime dictis simile esset, ita quod cum eo venatio destruebatur, & extinguebatur, non vero cum alio, in quo ratio hæc deficeret, nam lex de habilitate est restringenda, ex l. vt gradatim ff. de mune. & honor. & ex præcedentibus & sequentibus declaranda sunt intermedia, cumque ex præcedentibus & sequentibus de instrumentis iis venationem extinguentibus loquatur lex nostra, verba hæc intermedia, *Ni con oiro genero de instrumento*, de iis intelligenda sunt, aliter enim & lex nostra absurditatem contineret & superfluitatem si indistincte de omnibus instrumentis intelligeretur, & quia cum lex nostra providere voluerit extinctioni animalium, vbi hæc cessat, dispositio cessare debet, & sic practica communi declaratum videmus, nam cuniculi cum canibus & retibus venantur, lepores itidem, & perdices cum cane & balista, & similibus, quibuscum animalia non destruantur neque fugantur, & nisi sic intelligeres, destrues legem nostram, & praxim ac usum quotidianum.

¶ Ibi, *Ni con reclamationes ni bueyes*, Hæc enim venatio fraudulenta dici potest & cum fraude facta, utpote quia hæc instrumenta eremant animalia & aucupia, & deficere faciunt, & sic iuste prohiberi possunt, & sunt prohibita, secundum *Rebus. l. 1. c. de venatio. fira. & Petr. Rebus. 3. Tom. constit. Franc. tit. de vsu & consuet. in præfatione. numero 48. & Mexia in pragm. panis, conclu. 4. numero 19. & Sebast. Medicis. d. Tract. de vena. quest. 10.*

¶ Ibi, *Que lo contrario hiziere*. Notat verba hæc, quia denotant factum non verò faciendum, & sic cum delicta hæc cum effectu sunt facta & perfecta non vero si intentata † solummodo, pœna enim à iure imposita locum tantum habet in actu consummato, non vero incepto tantum, nisi aliud dictum sit, vt per *Didac. Perez, in l. 16 titu. 3. col. 145. ib. 1. Ordin. & iterum in l. 2. titu. 13. lib. 8. Ordin.* & nos alibi etiam diximus.

¶ Ibi, *Ni los tengan en sus casas*, intellige para caçar, vt in præcedentibus verbis dictum est, ibi, *para caçar* †, nam quando lex vnum disponit, & alterum præsupponit, vt habeat locum dispositum debet verificari præsuppositum, ex glo. singul. & communiter approbata in l. si mancipia. C. de seru. fugit. de qua plura alibi diximus, cumque lex nostra præsupposuerit in præcedentibus, quod nullus perdices ad aucupandum habeat, disposueritque statim

statim & immediate, vt neq; domi illas habeant, intelligendum est sub præsupposito illo, ad venandum, quasi secus sit, si pro recreatione & cantu illa habuerint domi, nam tunc non incurritur. l. nostræ pœnâ. Et ex hoc perperâ faciunt iudices & eorum ministri, qui nullâ præhabita informatione, quod perdices habeantur ad aucupandum, statim eas capiunt, & occidunt, cum deberent prius hæc per informationem eis constare, & sic vidi iam in facto discussum, & quia qualitas hæc non erat probata fuit absolutus dominus perdices, & iure optimo, sed quis hæc iudicibus persuadere tenenda & sequenda, tanta est enim eorum cupiditas per fas & nefas aliena percipiendi, nè dicam surripiendi.

¶ Ibi, *Le maten*. Intellige vt dixi in præcedente glo. si habuerit quis illos ad aucupandum, & tunc etiam clericus tenebitur, & ei poterit occidi talis perdix, vt inquit *Salcedo in practica, ad Bernard. Diaz. d. cap. 67. additio. 1. pag. 213. col. 2. in fin. cum seq. & iam in hoc tit. remanet dictum.*

Lex 4.

S V M M A R I V M.

Aucupium aliquod occidi non potest arcubusio, vel alio sulphuris instrumento, neque cum balista, cum herba, neque aliquis eam domi habeat herbam sub nostri text. pœna.

B I, CON ARCAVZ, nam vltra quod arcubusio ermantur aucupia, & extinguntur, terrentur etiâ & fugantur, vt inquit *Couar. in nostrum propositum, in dict. cap. peccat. 2. par. §. 8. num. 3. & Sebastia. Medi. de aucupatione, quest. 10. numero 2.*

¶ Ibi, *Ni con yerua de ballestero*, probanda est hæc qualitas, vt scilicet, cum herba hac sint animalia, vel aucupia occisa, nam si hoc non probaretur, etiam si probaretur cum balista & hasta jarea occisa fuisse, non haberet locum nostri text. pœna, nam cum possint occidi cum balista sine pœna, vt pœna incurrat nostri text. probanda est qualitas hæc, aliter enim licite præsumitur occidisse, ex Bart. doctrina communi & ab omnibus laudata, in l. non solum §. sed vt probari. ff. de noui. ope. nuncia, de qua pluries diximus, cum arcubusio tamen aut alio sulphureo instrumento, occidens puniretur, etiâ si nulla toxica herba sit immixta, vt ex nostro text. clarissime patet, & hoc nulli dubiû.

¶ Ibi, *No pueda hazer ni tener en su casa la dicha yerua de ballestero*, Intellige quod neque domi haberi possit, neque fieri, scilicet, ad occidendum animalia, vel aucupia in l. nostra occidi prohibita, idque etiam fundatur, ex dictis in præced. l. in glo. *Ni los tengan en su casa*, & sic qualitas hæc est probanda, quod ad occidendum animalia & aucupia non permittitur occidi ea habebat, nam cum ex l. sequenti possit haberi ad occidendum animalia in ea expressa debet denunciator probare ad prohibita habuisse herbam hanc, vel eam fecisse, vt in glo. præcedente diximus, hæc tamen quam iteog-nita sint iudicibus experientia docebit.

S V M M A R I V M.

Premia constitui possunt capienti lupos. n. 1. vbi n. 2. quid si quis capiat lupam prægnantem, vel lactantem.

Tom. 4.

Lex 5.

S V M M A R I V M.

Populorum concilia formam & ordinem præbebunt ad occidendum lupos etiam cum herba, & præmia occidentibus constituent.

B I, COMO SE MATEN, licitum est enim feras venari, vt in l. unica, de vena. fer. lib. 11. ¶ Ibi, *Pueda señalar el premio, & Quotidie præmia hæc constituuntur & dantur, secundû *Auéd. c. 2. prato. n. 8. in medio. lib. 1. vbi. n. 9.* querit an possint absq; Regia licentia constitui præmia hæc, stâte. l. nostra nulli dubiû quoniam non sit necessaria dicta Regis licentia, cum hic concedantur, & dentur apprehendentibus & capientibus, non vero reperiētibus solû, secundû *Mexiâ in prag. panis. cõclu. 1. fol. 17. n. 34.* & probatur ex text. nostro dū dicit, *Que los traxeren*, & tunc etiâ si casu & non ex proposito lupos capiat debetur præmiû constitutum secundû *Auéd. vbi supra*, præmiû tamē iudex solus, nisi simul cū cõcilio cõstituerē non potest, vt dixi in l. 4. tit. 18. supra. lib. 6.*

¶ Ibi, *Por cada cabeça de lobo*, Quid si reperiat quis & capiat lupam prægnantem, an debeat habere vnû vel plura præmia, & respõdet *Bald. in l. si. ff. de lib. causa.* quod habebit vnû præmiû, & non plura, secus verò esset, si caperet lupam lactantem cum lupatinis, vt inquit *Imol. in l. in lege. ff. ad l. Falcid. & Felin. in c. sicut, de homic. & Sebast. Medi. in d. Tract. de venario. q. 42. & hoc est quod inquit text. noster. *X por cada cama dellos.**

¶ Ibi, *Venado con yerua*, hic clarius probatur qualitatē hanc herbe esse probandâ, vt pœna legis nostræ imponatur occidenti ceruum, vel aliam prohibitam venationem, quæ omnia notanda sunt, quotidie enim præ manibus habentur.

S V M M A R I V M.

Foveas facere ad capiendos apros, vrsos, & lupos licitum est dum ne in itineribus fiant. nu. 1. & 2. Declaratur. l. 21. tit. 15. p. 7. eodem. num.

Lex 6.

S V M M A R I V M.

Foveas aut cipos in montibus facere nemo audeat sub nostri text. pœna.

B I, CEPOS GRANDES, Qui enim vrsorum ceruorumque capiendorum causa, faciunt, si in itineribus fecerint, eoq; aliquid deciderit factûq; sit deterius, lege Aquilia obligati sunt, vt l. qui foveas. ff. ad l. Aquil. l. 7. tit. 15. par. 7. notat *Capola de serui. Vrba. cap. 80. n. 2.* vbi idem esse, dicit; infossatis ad frumenta collocada, quæ solent dici *Alholies de pan*, tradit idem *Cæpol. de serui. rust. cap. 21. num. 12.* & *Couar. in d. ca. peccatum. 2. p. §. 8.* & *Sebast. Medi. d. Tract. de venatione. q. 13.*

¶ Ibi, *En los montes*, Intellige in quibus hæc fieri non solent, ne sit correctoria. d. l. qui foveas. & d. l. 7. partita in itineribus solum prohibentiû fieri, & in aliis locis, vbi non solent fieri, quasi vsus & cõsuetudo ea faciendi in tali, vel tali loco certioretur homines vt illuc non vadant, neq; animalia sua mittant, quod si non fecerint, sua sit culpa, & ita declarandâ l. nostrâ in iis verbis tenendum est, ne sit correctoria iurium antiquorum, & sic etiam intelliges. l. 21. tit. 15. p. 7. quæ cipos hos & foveas videtur permittere.

T 2

¶ Ibi,

¶ Ibi, *Por el peligro, quod omnino vitandum est, vt iniquant dicti Doctores & iura.*

S V M M A R I V M.

Columbaria, an licite in conscientia haberi possint. nume. 1. & nume. 2. quid in attrahente eas ad suum columbarium.

Aucupia, venationes & piscationes esse in fructu. num. 3. & num. 5. an sint fructus industriales, vel immobilia reputentur.

Vsfructuarius potest venari in fundo, in quo habet vsfructum, neque potest à proprietario prohiberi. num. 4.

Columbas capere iuxta columbarium delictum est. num. 6. & ibi declaratur.

Casus speciales nostræ legis, vbi statur iuramento damnum passi. num. 7.

Iuramento alicuius quoties standum est pro plena probatione nō admittitur probatio in contrarium num. 8. & ibi declaratur.

Lex 7.

S V M M A R I V M.

In columbarijs, vel in alijs domibus particularibus instrumenta, ad capiendas columbas, vel ad attrahendum eas non adsint sub nostri text. pœna, & alia circa hæc in l. nostra contenta seruentur.

IBI, PALOMARES, An licite hæc columbaria † in conscientia teneri possint, vid. *Siluest. verbo. Restitutio. 3. q. 4. & Anto. de Cordo. in Summa de casis de consciencia, q. 121. vbi, tradit an licite columbæ aucupari, vendi & emi possint in conscientia.*

¶ Ibi, *Ni añagazas, & vltra pœnam nostri text. renetur artibus & fraude columbas alterius columbarij † ad suum attrahens ad restitutionum secundum Couar. in c. peccatum 2. p. §. 8. num. 14. versic. Tertio. & Sebast. Medi. dict. Tract. de venatione. q. 65.*

¶ Ibi, *Vender palomas, si no fuere al dueño del palomar. Hic videtur probari, aucupia, venationes †, & piscationes, itidem esse in fructu, vt probatur in l. venationem. ff. de vsuris. l. item si §. aucupium. l. vsufructuarium. ff. de vsufruct. & ideo vsufructuarium posse venari in fundo in quo habet vsufructum †, neque posse à proprietario prohiberi, ne venetur ipse vsufructuarius. l. vsufructum. ff. de vsufruct. & l. item si §. aucupiorum: eod. titu. notat. Franc. Marcus, decisione Delphina. 532. Sebast. Medi. in dict. Tract. de venatione, quest. 15. & 16. vbi an sint fructus † industriales, & in quest. 17. an inter mobilia, vel immobilia computentur, & an decima debeatur ex eis, vid. Fran. Marcus, decisione, 531.*

¶ Ibi, *No ayân osadia de tomar palomas, nam colūbas capere in colūbario, vel iuxta de iure prohibitū est, & furtū † cōmittitur, vt per Dynum & Doctores, in §. pa-*

uonū Inst. de rer. diuis. & Guid. Papa decis. Delfi. 218. n. 2. quod intellige verum quando abire & redire solent, prout sunt domesticæ, quæ in columbarijs, domicilijs; retineri solent, secus autem in siluestribus, ex §. panonum. Insti. de rerum diuis. & l. 23. tit. 28. p. 3. & notat Couar. in d. c. peccatum. 2. p. §. 8. n. 14. per totum, & Sebast. Medi. d. Tract. de venatio. q. 65. vbi inquit reuertendi animum desinere habere, cum reuertendi consuetudinem deseruerint, & hac de causa, neque occidi possunt tales columbæ domesticæ, & reuertentes, vt per Couar. dict. num. 14. versic. 4. & Cordon am in dict. q. 121. vbi de ijs late agit.

¶ Ibi, *Que el tal juramento haste por entera pronuncia, Specialissimus casus est hic, vbi statur iuramento damnum † passi, & fortassis non reperias similem, & hoc quia id quod fit in campo difficulter probatur, tum etiam vt deterreantur homines ab hoc delicto, tum etiam quia non imponitur delinquenti pœna corporalis, quo casu id fieri potest, vt inquit Hippoly. in præf. §. ex prædicta. n. 75. adeo vt non admittitur probatio in contrarium, quia quoties iuramento alicuius standū est pro plena probatione, non admittitur probatio † in contrariū, secundū Auiles. c. 52. prælo. verb. En tierra, n. 14. fol. 255. Paul. tamē Castro, in l. si. n. si. ff. de prælo. stipul. contrarium videtur tenere, sed Paul. loquitur quoties lex tantū dicit quod sterur iuramento, damnum passi, secus verò si vltra addiderit, scilicet, quod vltra non possit inquiri, vel quod habeatur pro plenaria probatione vt hic, nam tunc non admittitur probatio in contrarium, secundū Auiles, vbi sup. & Capol. caute. 104. multa sunt, in si. ex Ias. in l. 1. §. si absens. nu. 6. ff. si ex noxali causa, agatur, vbi alijs modis limitatur.*

Lex 9.

S V M M A R I V M.

Nullus in fluminibus ad piscandum immittat aliquam ex rebus in hac. l. contentis sub eius pœna.

BI, NO ECHEN EN LOS RIOS CEVOS DE CAL VIVA, Y VENENOS. Pisces enim taxo infecti solēt esse nociui hominibus eos comedentibus, imo & animalib. bibentibus ex aqua illa, & ideo iure optimo prohibitio nostra. l. procedit, quam ad hoc not. *Auend. cap. 19. pratorum, num. 30. illatione. 8. lib. 1. & Mexia in prag. tasse panis. 4. conclusionem. num. 19. ex Maith. Afflict. in consti. Sicilia, Rubric. 41. in consti. quicumque toxicum, lib. 3. & Sebast. Medi. alios allegando in dict. Tract. de venatione. quest. 10. num. 5.*

S V M M A R I V M.

Piscationes in quibus aquis communes sunt. num. 1.

Piscatores, an dicantur negociatores. num. 2.

Vendito lacu, an veniant etiam naues piscatoriæ. num. 3.

Vendito fundo, an veniant pisces, ibi, exstiteres. n. 4.

Denunciare non licet de venantibus & piscantibus contra leges Regias lapsis tribus mensibus. n. 5.

Lex 10.

S V M M A R I V M.

Piscari in flumine cum pannis & rebus alijs hic declaratis & tempore quo nutriuntur & pisces freant, prohibet legis huius conditor sub eius pœna.

Ibi, CON PAÑOS DE XERGA, Destruunt enim hæc pisces, & publicæ utilitati nocent, quæ conseruatione piscium, consistit; & ideo neque tempore quo nutriuntur licebit, vt inquit text. hic, sicut in venatione dictum est in l. 1. supra isto titu. & lib. & per Mexi. in dict. prag. tasse panis. conclusione. 4. num. 19.

¶ Ibi, *Que no saquen los rios communes de madre*, hoc enim etiam piscaturas ermat, & pisces destruit quod est maxime nociuum, & negotiatoribus & piscium depopulatoribus adimitur occasio destruendi piscaria, & pisces in breui tempore: sed in quibus aquis † communes sunt piscationes, dubitat *Balb. de præscript. relatus per Sebast. Medi. in dict. Tract. de venatione, sub titulo de piscatione, quæst. 58.* & inquit, quod in mari, flumine publico, in stagno, lacu, & similibus. *laso. l. possideri. § nouerca. num. 22. ff. de acquirend. possess. & Corneus consil. 211. num. 2. & 3. volum. 4.* sed an piscatores dicantur negotiatores †, ibidem in quæst. 59. tradit ipse *Sebast. Medi.* & inquit quod non, ex *l. legatis seruus. de legat. 3.* quod intelligit ibi verum, quando domino tantum piscatur, secus si vt venderent pisces, quia tunc viderentur negotiatores, & consequenter gabellam ex tali venditione deberent. Et an vendito lacu veniant etiam naues † piscatoriæ, ibidem in quæst. 62. inquit *Sebast. Medi.* quod sic, licet vendito fundo in quo sunt pisces non veniant pisces † in venditione, non magis quam venient nec ne pulli, aut cætera animalia quæ in fundo sunt, prout non venire, probatur ex *l. Iulianus. § sic. cum. l. sequent. ff. de actio. emptio.* Et notat quod lex hæc dicit, *Los rios*, vt scias non comprehendi riuulos, & torrentes, qui in æstate desiccantur, nam flumen dicitur continuo decurrens & perennis, torrentes qui æstate siccantur, vt per *Calepi. verbo, Flumen.*

Et habes notare quod in curiis de Madrid. Anni. 1573. prouisum fuit prout in nouiori quam mea impressione huius Recopilationis reperies insertum & declaratum, quod intra tres menses à die venationis, vel piscationis, denuntiandum est de venatoribus & piscatoribus transgredientibus legum harum dispositiones, non verò post † & sic denunciator vt contineatur tenetur omnino probare, quod intra hos tres menses facta est denuntiatio, aliter nõ obtinebit, & fuit hæc iustissima prouisio, vt cupiditariiudicum obuietur, & an licita sit piscatura in Rubric. nostri tituli diximus.

¶ De lege sui. nostri text. de vitulis tractans, dixi in l. 2. verbo, *Terneros. titu. 14. supra lib. 5.* ad ibi dicta te remitto, & de laudatione carnis vitulæ & aliarum carniarum. vide *Cassane. in Catalogo glor. mundi. 12. parte, confide. 85.* & hæc pro hoc titu. sufficiant.

Tom. 4.

Lex 13.

- 1 Tribus mensibus elapsis non est procedendum contra venationem, & piscationem aucupium, & rationem legis tradit. num. 1.
- 2 Et quis teneatur probare elapsos esse hos tres menses denunciator, aut denunciatus. num. 2.

S V M M A R I V M.

Tribus mensibus elapsis non est procedendum ad executionem legum prohibentium aucupium venationem & piscationem.



Bi. ORDENAMOS. Iustissima lex est, auferens & tollens vexationes & molestias, quæ quotidie inferebantur per iudices miseris rusticis in tempore, in quo defendere se non poterant, vel quia testes quibus probare debebant suam defensionem mortui tunc erant, cum denuntiatio contra eos interponebatur, vel quia & si viuerant non recordabantur, & plerumque prouomet delicto bis & amplius condemnabantur: quæ quidem omnia cessabunt ex legis nostræ dispositione.

Ibi. *Passados los tres meses.* Sed quis tenebitur probare esse necne lapsos hos tres menses, denunciator, an vero denunciatus? & sine dubio teneo denunciatori incumbere probationem, quod tres hi menses non sint elapsi, dum denuntiatio interponitur: nam cum sit fundamentum suæ intentionis iustificare denuntiationem, eam non iustificat nisi probet se intra tempus, trium mensium denuntiasse, & sic eo non probante, est omnino denunciatus absoluendus: item quia quando aliquid est prohibitum fieri vno tempore, & in alio tempore permissum, ille qui dicit Petrum contrauenisse prohibitioni, debet probare in tempore prohibito id fecisse: aliter enim non præsumitur, sed totum contrarium, ex notabili doctrina *Bartol. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de non. oper. denunt.* quam totum mundum sequitur testatur ibi *las.* & alibi pro eius exornatione alios allegauimus, sic & in nostro casu, cum lapsis tribus his mensibus sit liber denunciatus, omnino tenetur denunciator probare tempore denuntiationis nondum fuisse lapsos: aliter enim denunciatus, & si nihil præstiterit, est absoluendus, Præsertim cum. l. nostra tunc demum præbet potestatem denunciandi quoties hi tres menses non sunt elapsi, non vero postea, imo & iudici adimit l. nostra potestatem procedendi lapsis dicto tempore, dum dicit, *no se pueda proceder de officio, ni por denunciacion.* Verbum enim, potest, præcedente negatiua, impossibilitat & denegat potentiam, vt diximus in l. 2. tit. 3. lib. 5. num. 29. & sequent. vbi asseruimus contrarium factum esse nullum & nullius effectus, & consequenter neque iudex potest procedere lapsis tribus mensibus, neque

T 3

aliquis

aliquis denuntiare, & sic incumbit denuntiatori probare denuntiationem intra hoc tempus fuisse factā: aliter enim reus absoluetur, & hæc est veritas, quantumvis aliqui iudices auari & immemores salutis terræ aliud male obseruent.

S V M M A R I V M.

Piscaria cum sale maris salientur, sub nostræ legis pœnis.

Lex 14.

I *Sale maris salietur, sub legis pœna. numero. 1.*

Hic Bi. MANDAMOS. Processit hæc lex ad tollendas illorum cautelas, qui cum aqua maris piscaria salebant, vt plus ponderis essent, & processit etiam pro conseruatione horum piscariorum, quæ quidem faciliter cum maris aqua corrumpuntur, & itidem pro conseruatione ea comedentium, vt ex l. nostra apparet.



TITULO NONO,

De los que se van a morar de vn

lugar a otro.



CVM superioribus titulis dictū est de terminis publicis & piscaturis ac venationibus, quæ omnibus habitatoribus locorū communes sunt, & eis potiuntur, & quia dubitari posset, an tales habitatores ijs fruentes rebus, possint populum derelinquere. in quibus deditis commodum reportarunt, ideo post titulos præcedētes subsequitur hic noster, & nisi sic, continuaueris difficulter cōtinuari potest.

S V M M A R I V M.

Cui libet licet transire se & sua ad alias ciuitates & populos. num. 1.

Oppida horum Regnorum an compelli possint aliquem recipere in ciuem. num. 2.

Ciuitatem statuere minimè posse iniuste à ciuitate expulsam non amplius recipiendum. num. 3.

Titulus non licere habit. metro. lib. 11. localis est. numero. 4.

¹ *Fœmina originaria vnius loci licet alibi nubat non propterea vocatur forensis. n. 5. vbi infertur ad gabellas. & nu. 6. quoad quid desinat esse ciuis.*

Sententia vicinitatis vel pluralitatis facit ius quo ad omnes. n. 7.

Lex Prima.

S V M M A R I V M.

Vnusquisque libere potest transire ex vniis locis ad alios habitandos, neque prohiberi potest sub nostri text. pœna.



Licet Bi. LO PVEDAN HAZER, Hæc est conclusio totius nostri tit. & materiæ, scilicet, quod cui libet libera est potestas transferendi se & sua † de vno loco ad alium, ne libertas à iure naturali concessa restringatur, cōtra dispositionem l. Titio centum §. Titio ff. de condi. & demonstr. potest enim quis vbicumque ei placuerit, ni prohibeatur iuste, domicilium habere, vt in l. nihil. ff. ad municipalem, tradit Bart. in l. assumptio. & in l. de iure. ff. eod. tit. & Abb. in cap. si. notab. 2. extra de paroch. Soci. lun. consi. 7. num. 5. volum. 2. adeò vt licet fuerit anceps quæstio in cancellaria Pinciana, an oppida horum regnorum possint compelli aliquem † recipere in ciuem, probabilior tamen & verior ac tenenda sententia est, quod compelli possint, tam ex dictis & ex l. nostra, quam etiam, quia Reipu. interest oppida ciuibus ampliari, vt in l. 2. C. de indict. vidui. tollen. & ex l. fin. §. penult. ff. de bonis damnato. ex quo non immodice ciuitates illustratur, vnde interrogatus Homerus, qui essent maximi ciuitatis ornatus, inquit, pueri & turres: per pueros populi amplitudinem significans, quibus & alijs rationibus hanc tueretur sententiam vt probabiliorem, Burgos de Paz in l. 3. Tauri. num. 513. cum aliqui. sequentib. vbi & inquit ciuitatem statuere minime posse, iniuste à ciuitate † expulsam, nec vllō tempore ad ciuitatem recipiendam, quia statutum sapiens monopolium iure diruitur, ex l. 1. de monopolii, neque aliud ex l. ff. ad muni. colligi potest, nam licet ciuis à ciuitate recipiendus sit, vt talis dicatur, nullo modo ex inde colligi potest ciuitatem non esse cogendam illum recipere, sed potius contrarium ex dictis & hoc verum est nisi in materia titi. & l. 1. C. non licere habit. metro. lib. 11. localis enim est titulus ille †, & sic ad alia non extendendus: ex quibus domicilia contrahantur ultra text. & ibi Doctores, in cap. cum nullus, de tempo. ordina. libr. 6.

libr. 6. § l. 2. titulo. 24. part. 4. § l. 32. titulo. 2. part. 3. tradit Menoch. de arbitr. iudi. casu 86 per totum vbi singulariter loquitur. Habes tamen notare quod fecmina originaria vnius loci licet alibi nubat † non propterea vocatur forensis, vt inquit *Decian. Responso 71. num. 1. volumine. 2.* nam vt inquit *Bald. in l. 1. §. quod autem ff. de tutori. § curato. dat. ab his relatus per gl. Natural. in dict. l. 32.* illi proprie dicuntur de loco aliquo, qui ratione originis sunt de illo loco, ex quibus semel in facto dixi, quod si mulier hæc in sua ciuitate originaria, vel quilibet alius originarius, vendat, sicut contrahat, non dicetur forensis, neque vt talis soluet gabellam, gabellario, *Del viento*, sed vt originarius soluet eam, adeo vt etiam si mulier hæc esset alibi nupta, idem dicendum esset, nam licet nupta, quandiu est nupta, desinat esse ciuis propriæ originis, hoc est verum in quantum retraheretur à seruitiis viri, non verò in aliis †, secundum glo. *De casamiento, in dict. l. 32.* vbi allegat *Placem* limitantem. Et notandum itidem est, quod sententia vicinitatis, & popularitatis lata in contradictorio † iudicio facit ius quoad omnes, secundum *Adauio. Barto. in l. quotiescumque. C. de decurio. libr. 10.*

¶ Ibi Saluo si per concordia. Versic. hic limitatiuus est præcedentis dispositionis & conclusionis, in glo. præcedente à nobis formata, efficitq; in hac materia magis pactum expressum ciuium ei vicinorum oppidorum, quam statuta & ordinationes ipsorum populorum, vt ex l. nostra clarissime probatur, sed an conuentione partium possit quis adstringi ad perpetuò viuendum in aliquo loco alibi diximus.

S V M M A R I V M.

Ciuitas, an possit concedere immunitatem ciui nouello. num. 1.

Ciues noui an teneantur ad contributionem veterum debitorum. num. 2.

Lex 2.

S V M M A R I V M.

Domini locorum exemptiones non possunt tribuere transferentibus se ad habitandum in locis & terris suis, sub pœna nullitatis talium exemptionum, & ea vtentes proditores iudicabuntur & confiscationem bonorum patientur.

BI. QUE LA TAL EXEMPCION NO VALA, Est enim in præiudicium Regis & suorum iurium, & cõtra. l. præcedentis dispositionis, & ne eius terra inhabitabilis relinquatur & deserta, cum potius augenda & amplianda sit, vt inquit *Consul. in l. 2. in fin. C. communia de manu. ibi ciuitatem nostram ampliandam potius quam minuendam esse censemus, & ex. l. 2. C. de indi. vidui. tollen. § l. si quis patronorum §. idemque iuris est. C. de bon. libe. §. glof. quamuis. in cap. ex parte de resti spoliat. & an possit concedi per ciuitatem immunitas † nouello ciui, tradit *Roma. consil. 252.* & dixi in mea*

Curia Pisana de decurio. & an noui ciues teneantur † ad contributionem debitorum veterum, dixi in l. 10. tit. 14. lib. 6. supra.

¶ Lex 3. sequens est ampliatiua nostræ. l. 2. scilicet, vt quæcumque obligationes à talibus personis factæ dominis terrarum vbi se conferunt, nullæ etiã sint, sicut & exemptiones fuerunt, & quod nihilominus teneantur tales contribuere pro bonis in terris Regis relictis.

¶ Lex etiã. 4. ampliatiua est, in quantum ibidem dicitur quod possunt habitantes in tetris Dominorum ad oppida Regis se conferre, & bona libere ibidem trahere, & relictæ in locis, *De Señorio*, possunt cultiuare & administrare & nullo modo in hoc possint impediri, & ex istis legibus cessant dicta per *Egidi. Thomau. in Tractat. de collectis, in §. incipienti paupres, numero 13. in 12. volumine. Tract. diuerso. Docto. fol. 148.* vbi dubitabat cum aliis, an sine licentia ciuitatis, vel Domini possit incola, alibi se transferre.

S V M M A R I V M.

Tributa debita ratione rei, ibi sunt exigenda vbi res sunt, numero 1. vbi. n. 2. an consuetudo immemorialis contraria valeret.

Electus in loco originis & in loco domicilij, vbi seruiet. numero 3.

Lex 5.

S V M M A R I V M.

Habentes bona in vno loco contribuunt pro eis, etiam si in alio viuant.



BI. QUE PECHEN Y PAGVEN POR LOS TALES BIENES, EN LAS TALES VILLAS Y LVGARES DONDE LOS DEXARÉ. Tributa enim debita ratione rei, ibi sunt exigenda vbi res collocata est †, quemadmodum in decimis, not. glo. in *summa. 13. quest. 1. cap. significauit, § ibi glo. de parrochi. cap. quoniam § ibi glo. fin. § in cap. Apostolica, verbo consuetudo. § glo. in c. cum sint de decim. Didac. Perez. in l. 1. glo. 1. q. 3. tit. 5. lib. 1. supra, tradit in propositum nostræ. l. Auend. ca. 1. præto, numero 34. versic. item alij volunt. lib. 2. & ibidem num. 18. alia in propositum prosequitur, & iterum in responso. 16. § Bart. Soci. consil. 129. lib. 1. § tenet Tyberius Decia. in Respon. 55. numero 18. volu. 1. Et *Crauetta, in consil. 201. vbi numero 14.* inquit valere statutum, quod forenses grauiores collectas soluant, quæ ciues. Et diximus alia in l. 10. tit. 14. lib. 6. supra, sed an consuetudo immemorialis contraria valeret, crederem quod non †, ex text. nostro omnem & quamlibet consuetudinem reprobante, quo casu immemorialis etiã censetur reprobata, vt diximus in l. 3. n. 21. titu. 1. lib. 2. supra. Et tradit *Pelaez de maiora. 4. part. quest. 20. numero. 51.* sed *Auend. in Respon. 16.* in propositum nostræ. l. in numero 3, in versic. sed prædictis, cum sequentibus. distinguit, vt quoad præiudicium Regis, de quo lex nostra loqui videtur, etiam*

immemorialis non valeat, sed quoad ipsos populos contententes valeat. nimis tamen suppletiva est hæc distinctio ad l. nostram, quæ populis & vicinis populorum prouidere vult, & sic dubia mihi videtur dicta distinctio *Auēd. ibi, Como personales*, his verbis destruitur opinio *Angel. in l. 1. C. de muli. & in quo loco, & in l. cum neque. C. de incolis*, dicentis, quod forensi possidenti aliquid in ciuitate, vel comitatu non potest indici onus custodiæ, neque potest indici collecta, & fuit opinio *Barto. in dict. l. 1. & in dict. l. cum neque. & in l. forma. §. 1. ff. de consi. teste Agidio*

Thomasi in Tract. de collectis, sub §. exposuimus supra, numero 35. volum. 12. Tract. diuerso. fol. 164. & Zephal. consil. 317. numero 23. & infra. Quod quidem ex l. nostra cessare videtur, siue sint personalia munera solum, siue realia, siue mista, & diximus in dict. tit. 14. supra isto. lib. sub. l. 10. crederem tamen quod si in illo loco vbi habet bona eligeretur ad munera personalia, & in loco vbi habitat itidem eligatur ad alia, compelleretur tamen vbi prius electus fuit munera subire & adimplere.



TITULO DECIMO, De los Nauios.



TITVLVS hic continuari ad præcedentes potest, hoc videlicet modo, quod cum dictū sit de venatione, & piscatione, quæ quidem piscatio in fluminibus & mari fieri solet, nunc consequenter sequitur videre de nauibus, quæ in fluminibus & mari quotidie ver-

entur.

S V M M A R I V M.

- Plaustrorum & nauium præstationes de Regalibus sunt. num. 1.*
- Nauium appellatione omnia nauigiorum genera continentur. nu. 2. nauis scapha non est instrumentum nauis. num. 3.*
- Qualitates rei & accidentia, quæ rebus adduntur, differentiam specificam non constituunt neque rem specie differre faciunt. num. 4.*
- Naves in multiplici sunt differentia. num. 5.*
- Nauigia etiam pro omni genere nauis capiuntur numero 6.*
- Naves habent quasi membra sua. num. 7.*
- Nauigari in flumine nemo prohibetur. num. 8. nisi vt ibi.*
- Nauis reparata nouis tabulis an sit eadem vel alia numero 9.*
- Nauem suam si quis ex alienis tabulis reficiat an remanebit sua. numero 10.*
- Nauis si tempore, quo recedit refectio indigebat, & itidem cum ad locū destinatum peruenit præsumitur medio tempore etiā refectio indiguiffe. numer. 11. vbi infertur ad magistros nauium.*
- Nauis dominium non transfertur per solum emptio-nis titulum, sed per traditionem. num. 12.*
- Nauigare licet vtile exercitium sit & necessarium tamen est periculis plenum. nu. 12. vbi pericula. Socius est in culpa si res societatis per mare vehere*

voluerit. num. 14. nisi vt ibi.

Maris procellæ inexorabiles sunt & nemini par-cunt. num. 15.

Nauigantes miserabiles persone dicuntur. num. 16.

Nauis paratur ad hoc, vt nauiget. num. 17. vbi in-fertur ad socios nauis dissentientibus, an nauis, nauiget, cui stabitur.

Lex Prima.

S V M M A R I V M.

Naves vt fiant pro tuitione maris, dispo-nit l. nostra.



NBI, A NVESTRO REAL ESTADO, Plaustrorum enim & nauium præstantiores inter t Regalia numerantur, vt apparet ex titu. quæ sunt Regalia.

¶ Ibi, *Nauios*, verbum hoc generale est, & sub eo omnia nauigiorum genera t continentur, id-² que probatur ex tit. *C. de nauibus non excus. lib. 11. & ex l. si. ff. de fund. instr. ibi, scapha t nauis non est* ³ instrumentum nauis, & *tex. in l. 7. tit. 24. part. 2. Etenim mediocritate non genere ab ea differt, de quo meminit Ias. in l. 1. num. 67. ff. de acquir. possess. & facit. l. quemadmodum. §. si nauis & sequent. ff. ad. l. aquil. & l. 1. §. nauim, & §. igitur. versic. quadam autem naues. ff. de exercitor. & quid Accurs. scripsit in l. 1. §. qui sunt igitur. versic. de exercitori. ff. nauit. camp. & denotari euidenter potest ex allusione, seu vocabuli deriuatione, ex qua propria vocabuli significatio sumitur. *l. pupillus. §. territorium. ff. de verborum signi-fic. not. in l. turgirij, eodem titu. Barto. copiose scripsit in l. omnes populi. num. 59. ff. de Iust. & iure, & legitur in l. 2. verbo, Appellata. ff. si cert. petat. nam siue assentiamus his qui nauim, a, no verbo quod est nato, deductum aiunt, siue frequentibus, qui Græcum vocabulum esse tradidere, ab illis enim, nauis, naos, vel neos, quod est nauis. & nao, siue nauo, quod est fluo, vt sic nauis tanquā fluens omnia instrumenta fluētia**

per

per riuos, vel mare comprehendatur, & sic verbum nauis generale sit, vt dictum est ex dictis iuribus, & ex. l. i. §. ait prator. ff. de flumi. & ex. l. i. §. magister. ff. de exercitio. ibi, nauem (ait) accipere debemus siue maritimam, siue fluuiatilem, siue in aliquo stagno nauiget, siue Synedria sit, est enim genus nauis synedria, quæ spaciandi causa facta est, & in qua sint sedilia. Qualitates namque & accidentia, quæ rebus addunt, differentiam specificam ¶ nō constituunt, neque rem specie differre faciunt, licet substantialia sic, vt sensit consultus in l. si. ff. de fundo instru glo. in l. sin. §. quoties. verbo, Anno. ff. de publ. not. Bart. in l. i. nu. 19. ff. de actio. & oblig. & per eund. & alios in l. ius civile. ff. de iust. & iur. & sic quantumuis accidentia addantur rebus & qualitates non immutatur species, & res, sed eadem sunt, & consequenter nauis generale nomen est omnia illa instrumenta comprehendens, quibus cum nauigatur, siue in flumine, siue in mari, siue in stagno. Naues enim in multiplici sunt differentia ¶ quædam marinæ, aliæ fluuiales. l. 3. ff. de excusa. num. *Maritima, quæ in mari ducitur. l. semper. §. Diuus Adrianus. ff. de iure iur. & harum quædam sunt longæ l. 2. ff. de capti. aliæ vero sunt naues onerariæ. d. l. 2. quæ ad onera vehenda paratæ sunt, & quædam sunt naues lignariæ, ad ligna deferenda, aliæ fænarariæ ad fænum aptæ ferendum, aliæ frumentariæ, vinarariæ l. vulgaris. §. sed & si, de nauis. ff. de furt. aliæ carbonariæ & id genus, aliæ piscatoriæ naues sunt, piscium capiendorum causa paratæ, quas nauicellas Iuricons. vocat in l. iem pistoris §. 1. ff. de fund. instru. actuariæ verò aliæ vocantur in d. l. 2. quæ remis aguntur & cito agi possunt, de quibus, & in d. l. 7. ut. 24. part. 2. Et omnia hæc etsi quæ sint aliæ sub dicto nomine nauis continentur, vt apparet ex dict. eius allusione, seu deriuatione, sic & nauigia ¶ capiuntur pro omni genere nauis. l. 2. §. vim fluminis, ibi, nauigium non fletit. ff. si quis cautio. Authen. nauigia. C. de furt. notat Rebus. in l. malum nauis. 142. ff. de verb. signi. pag. 1070. cum sequenti, habentque naues quasi membra sua ¶ veluti gubernaculum, malum, antenas, de quibus in l. sca; h. m. ff. de euiclio. & in d. l. malum, & de armamentis nauis, vid. l. Marcellus. §. arma membra. ff. de reuendi. & adde ad prædicta. l. nauis. ff. de euiclio. & in notabili quæstione ex his argumentum sumit Socin. consil. 55. numero 5. & 8. volum. 4. nauis que priuatim habere non erat de iure prohibitum. l. 1. C. de nauis. non excons. libr. 11. nauigareque in mari ¶ & flumine publico nemo prohiberi potest. l. 2. §. si quis in mari. ff. ne quid, in loco pub. §. & quidem. insti. de rerum diuisio. & ff. ut in flumi. pub. nauis. lic. nisi ab eo qui ibidem habet iura Regalia, nam tunc impediri posset, secundum Bart. in Rubr. dict. titu. ff. ut in flum. pub. nau. lice.*

¶ Ibi, ¶ *Y reparen*, Egent enim plerumque naues reparatione, vt innuit Consultus, in l. sin. ff. de exercit. nec etiam longo tempore durant, licet nouis tabulis reficiantur, secundum Angel. in l. foramen. ff. de seruit. urba. prædi. sed an si nauis dissoluta & refixa ¶ iisdem tabulis compacta vel refecta sit, an alia nauis erit dicenda, vel eadem, Respondit eleganter Iuriconsult. in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obligat. & in l. quod in rerum. §. fin. de legat. 1. in l. qui res. §. aream. ff. de solutio. & in l. quid tamen. §. in nauis. ff. quibus modis, usufruct. amitta. ex quibus iuribus deducitur, quod si nauis ea mente resoluta est,

vt in alium vsum tabulæ destinerentur, si mutato consilio nauis reficiatur, non prior nauis, sed alia dicenda est. Quod verum si carina nauis dissoluta & mutata sit, item verum, si nauis penitus, seu in totum vno contextu dissoluta fuerit, secus si per partes dissoluta, & per partes refecta, tunc enim eadem nauis dicitur, & vide Alex. in dict. §. sacram. nu. 11. & ad prædicta facit. l. proponebatur. ff. de iudi. & plenè scripta per Fel. in cap. cum accessissent. numero 56. de consti. & facit l. Mucius & ibi Bald. ff. de rei vendi. sed an si quis nauem suam ex alienis ¶ tabulis refecisset, an nihilominus nauis reficientis maneret, & manere iuris cons. in d. l. Mucius. ff. de rei vend. respondit, contra vero erit, si ex alienis tabulis ad vsum nauis paratis nauem quis ædificasset, fit enim nauis domini materia, nam proprietates totius nauis carinæ causam sequitur, vbi vero quis ex aliena materia, vt ex cupressu, fecit tabulas & ex tabulis ædificauit nauim nauis est facientis, lege, sed & si ex meis. ff. de acquir. rerum dom. l. si conuenerit. §. si quis sic cauerit. ff. de pigno. actio. quæ iura à glou. & Docto. hanc interpretationem receperunt, cuius rei ratio redditur, quia altero casu ad priorem & rudem materiam res reduci potest altero vero nō potest §. cum ex aliena, insti. de rerum diuisi. & notandum est quod si nauis tempore, quo ex aliquo loco recedit, refectioe eget & cum ad destinatum locum ¶ prouenit, similiter refectioe egeret, præsumitur, quod & medio tempore, quo nauigauit, refectioe indiguisset, vt optime per Sigismund. consil. 195 in quæstione, quod optimum, & notandum, quia naues plerumque vitium facere solent, & merces ibidem inclusæ madefactæ deteriores redduntur & magistris nauium integras in locatione promittunt, vt damna ex hoc obuentionia petere scias, item nota quod cum solo emptionis titulo non transfertur dominium nauis, ¶ sed per traditionem vt optime per Socin. consil. 55. lib. 4.

¶ Ibi, *Robos y represarias*, huic periculo nauigantes subiecti sunt sicut & multis aliis, nam licet nauigare ¶ exercitium vtile & necessarium sit, & ad summam reipub. pertinet. l. 1. in prin. & §. si is qui nauem. ff. de exercit. ac naues ipsas ad marcaturam exercendam necessaria instrumenta esse nemo est, qui nesciat, tamen periculis & remis plena est nauigatio, ita vt Næcaris Scythes, nauigantes tantum abesse à morte dicere confueuerat, quantum digitorum nauis esset crassitudo: cuius sententiæ Satyricus assentit, dum ait,

Digitis à morte remotis,

Quatuor aut septem si sit latissima teda.

Et Bias ille philosophus Priennensis nauigantes, inquit, nec inter viuos, nec inter vita functos censebat, vt per Jus. in l. 1. numero 9. ff. si quis cautio. & Sene. in *Medea*.

*Audax nimium qui freta primus
Rate tam fragili perfida rupit
Terrasque suas post terga videns
Animam lenibus credidit auris
Dubiaque secans æquora cursu
Potuit tereti fidere ligno
Inter vita mortisque vias
Nimium gracili limite ducto.*

Et Horatius, & plures alij plura de nauigantibus dixere, vt refert *Minchaca, controuer. illustri. c. 20.*

numero 11. cum sequentibus pluribus, ubi nititur probare, contra naturam esse navigationem, & sic *Plurarchus in vita Catonis refert*, Catonem dicere consueuisse, pro tribus rebus per omnem vitam poenitentiam egisse, si quod arcanum mulieri credidisset, si per aquam traiecisset, quo poterat terra proficisci, si aliquis dies per incurtam sine studio transisset, ex quibus dicit Iuriscōsul. in l. cum duobus, §. damnatum in sine ff. pro socio, in culpa socium esse, si mari et merces aduehere voluerit, cum terra potuisset, nisi aliter sit solitum: incertam enim & periculosa navigationem appellat Imperator in l. ciuitas. C. de officio rector. prouin. Bald. consil. 345, pro domino Arnaldo, colum. fin. volumine. 2. dicitque glos. in c. nouimus 17. q. 2. in illis verbis text. nauigasti id est, uxorem duxisti, ut enim nauigans se variis periculis subiecit, nec proprie motu regitur, sed ventis, sic uxorem habens: Aduersæ namque nauis procellæ sunt inexorabiles, & nemini parcunt, et ut Bald. & Salice. scripserunt, in l. 2. C. de nau. feno. qui homini potenti & crudeli comparabant mare, & ideo & merito prudentissimi viri, legumque latores aggressum eorum miserati, quoad eius fieri potuit, naufragiis consulere studuerunt, ut in tit. ff. de incen. rus. nau. & in Auth. nauigia. C. de furtis extra de rapto. c. excommunicationi. cap. Rhodia. 2. distin. ubi glos. & Doct. & sic nauigantes tanquam miserabiles personas esse de foro ecclesiastico et inquit Specul. in titu. de compet. iudi. adi. §. 1. versi. 28. & de mari multa tradit Cæpola de serui. rust. præd. sub titulo de mari, & sequenti.

17 ¶ Ibi, *Anden por la mar*, nauis enim ad hoc et paratur, ut nauiget, glos. in l. si nauis. ff. de reuend. & Juriscons. inquit in l. v. ique §. culpa. ff. de reuendi. in l. arboribus. §. nauis. ff. de re fruct. ex quibus verbis sumpsit argumentum Accursius socium inuito socio re communi ad usum, in quæ parata est, uti posse: ita ut si sint duo socii, & domini vnius nauis, & vnus eorum vult congruo tempore ad nauigandum ipsam nauim nauigatum mittere, alius vero mauult eam in portu permanere, præfertur ille, qui nauis ad usum paratam uti velit, & utiliter agere, recusante socio, & tradunt Bart. & Paul. in l. hæc distinctio. §. cum fundum. ff. locati, & idem Bart. in l. serui electione. §. labeo. ff. de legat. 1. ubi latissime Ias. & Doct. scribunt in l. duo fratres. ff. de acquiren. hære. & in l. Sabinus. ff. communi diui las. in l. quominus numero 159. ff. de flumi. & eleganter & late idem Ias. consil. 98. accedo, colum. 2. lib. 1. & copiose, Socin. consil. 58. in causa. per totum volumi. 4. ex quibus seducitur, quod ubi negotium est tale ut ex parte expediri non possit, socium inuito socio, si utiliter agit re communi, uti posse ad rem paratam, facit text. in l. heredes. §. si vnus. ff. fam. heres. & alibi si bene memini credo me dixisse latius.

S V M M A R I V M.

Flumen quid sit & à quo dictum. numero 1. & in quo differt à lacu seu stagno.

Flumina quotuplicia sint. numero 2.

Flumina publica nullo modo impedienda nauigantibus piscatoribus & aliis. numero 3. nisi ut ibi.

Nauticam consuetudinem esse spectandam num. 4.

Et quid si deficiat consuetudo vel lex quid fiet in nauticis negociis. num. 5.

Lex 2.

S V M M A R I V M.

Nullus impediatur flumina aut transitus per quæ solent naues transire & piscatores, & alij vicini commodum reportare sub nostri text. pœna.



Bi, Rros, Latine flumen, siue fluuius dicitur à fluendo, quia nihil aliud est flumen, et quam fluens aqua, ut inquit Seneca quarto natural. & ex text. in l. 1. §. flumen. ff. de flumi. & ideo differt à lacu siue stagno. quia flumen fluit, & discurret de loco ad locum: lacus autem, stagnum, & fossa continent aquam stagnantem, & ociosam non fluentem. l. 1. §. lacus & sequen. ff. de in flum. pub. nauis. lice. valebit ergo argumentum non fluit aqua, neque exitum habet, ergo non est flumen, cum valeat argumentum ab etymologia vocabuli siue deriuatione. l. 2. ff. de acquir. possess. l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. petat. & fluminum et quædam sunt publica & nauigabilia, & ista dicuntur regalia, ut in c. 1. que sint regal. in vfi. feudo. & ideo ista sunt principis, neque alicui licet aliquid sibi in eo adscribere absque ipsius principis concessione. l. quominus. ff. de flumi. quædam sunt publica, sed non nauigabilia, & in istis pariter nihil licet iure proprio, cum sint publica sine permissione, vel principis, vel eius reipu. cuius sunt. Quædam vero sunt priuata ut riuus ex text. l. 1. §. riuus. ff. de riuis, & pariter quæ in fundo nostro nascuntur item priuati iuris sunt stagna, lacus, fossæ. l. 1. §. stagnum, & §. lacus, & §. fossa. ff. de in flumi. pub. nauis. lice. ut prædicta declarat Bald. consil. 188. dicitur quod opus publicum, volum. 2. & tradunt omnes in d. l. quominus. ff. de flumi. & ea quæ sunt priuati iuris in nihilo differunt à cæteris locis priuatis. l. 1. §. hoc interdictum, eod. titu. ex quibus ut in nostri text. materiam non egrediatis decerpes quod flumina publica nullo modo sunt impedienda nauigantibus, et piscatoribus, & aliis personis ex eis commodum reportantibus sub nostri text. pœna, quod intelligo nisi ex consuetudine immemoriali ius impediendi sit acquisitum ut in tit. præcedente diximus, vel habuerint priuilegia Regis ad hoc ut probat nostra. l. in finalibus verbis, nam licet nauigare cuilibet liceat in mari aut flumine, prohiberi tamen potest ab eo, qui habet iura regalia secundum Barto. in Rubrica. ff. de in flumi. publi.

¶ Ibi, *Acostumbran apronechar*, hæc est enim regula generalis, nauticam scilicet, consuetudinem et expectandam esse, dum modo legi non aduersetur, hoc est à lege non reprobetur l. deprecatio. ff. ad. l. Rod. de iact. §. fin. in auth. de usur. naut. ubi glos. & maris consuetudinem seruandam scribit Bald. in l. obseruare. §. antequam. ff. de offi. proconsul. probat Cæpol. de serui. rusti. præd. tit. de mari col. penul. Brunus in tracta. de constitu. verbo. mare. si enim lex ipsam consuetudinem reprobareret, non valeret, ut in authen. nauigia. C. de furt. sic enim legem deprecatio, intre-

5 tio, interpretandam esse plerisque placuit & videbis Barto. in l. omnes populi. numero 26. ff. ac iust. & iur. in iis tamen quæ nautica consuetudo non viget, neque legis dispositio reperitur, & si scriptum, & non scriptum cesserit, in nauticis negotiis ad peritos, & valentes nautas confugere debemus, est enim regula generalis, peritis in arte standum esse l.1. ff. de vent. insp. glo. longiori. in §. præterea instituu. de rerum diui. quam regulam plene quidem declarant Abba. Felin. & Deci. in c. proposuisti de probatio.

S V M M A R I V M.

Naucerus sive nauicularius quis dicatur. numero 1.

Magister nauis quis dicatur. numero 2. & 4.

Exercitor nauis quis dicatur. numero 3.

Nautæ qui dicantur. numero 5.

Nautas, qui merces ob mercedem vehendas accipiunt, locatores dici, & mercatores, conductores. numero 6.

Magistro nauium incumbit cura mercium ibi gestarum. numero 7. & an tunc debeat pars citari. numero 8. Equo nauis æquiparatur. numero 9.

Lex. 3. & 4. eius declaratoria.

S V M M A R I V M.

Naues exterorum non sunt oneranda in portibus maris, existentibus ibidem nauibus regnicolarum, quorum naues in hoc præferenda sunt, etiam si extiterint in portibus aliquorum dominorum particularium, sub pœnis in iis legibus contentis, exceptis vassalis regni de Inglaterra.



IBI, EN NAVIOS, ALGUNOS DE ESTRANEROS, hic est vnus de casibus specialibus in iure nostro descriptis, in quibus regnicolæ præferuntur exteris, quorum casuum plures descripsimus in l. 14. tit. 3. lib. 1. supra. numero 50.

Ibi. El maestro del nauio, qui quidem nauclerus ꝛ vocatur, eo quod nauem gubernat, & nautis imperat, quæcunq; ad faciendam nauigationem pertinent, vt apparet ex l. 5. titu. 24. par. 2. & etiam dicitur nauicularius, vt in titu. de nauicular. & in tit. de prædi. nauicul. lib. 11. l. 1. quod cuiusque vnuer. nomi. & l. semper. §. negotiatores. ff. de iure immu. & magistru ꝛ nauis vocat Iurisconf. in l. 1. §. magistru. ff. de exercit. actio. eum, cui totius nauis cura mandata est. Magistri autē imponentur, vel locandis nauibus, vel mercibus, vel vectoribꝝ cōducēdis, armamētisve emendis: Magistru etiam accipimus non solum, quem exercitor præposuit, sed & eum, quem magister, ibidem: & exercitorem dicimus eum ꝛ ad quem obuentiones & redditus nauis omnes perueniunt, §. exercitorem ibidem, ita Rebus. in l. malum vers. nauclerus, pag. 1071. ff. de verbo. sig. potest etiam magister ꝛ hic nauta appellari, quod est verbum generale, nam vt inquit Iurisconf. in l. 1. §. qui

sunt. ff. naut. caup. stab. nautæ appellantur omnes, qui ꝛ nauigandi causa in nauis sunt, & in l. vni ff. fur. ardueris nauis. inquit idem suntque plura officia versantium in nauis, quæ recensere longum esset, & aliqua referuntur in l. 5. cum sequenti. 24. par. 2. & vide etiam quid de magistro nauium dixit imperator in l. quoties. C. de nauis. lib. 11. notandumque est, nautas, qui merces vehendas accipiunt, & ꝛ propter hoc mercedem recipiunt locatores dici, & mercatores ibidem merces includentes, conductores appellari, vel quia operas ad exportandas merces locant, vel quia nauticum vsu præstant: mercatores vero conductores dici, qui ibidem ducendas merces conducunt, ex Barto. in l. si vno. §. item cum quidam in princ. & num. 20. ff. loca. & in l. opus quod, eod. titu. & scribunt idem Barto. & las. in l. 1. ff. de præscrip. verbis, & vid. Bart. in l. certu. in iis. C. locati, & probatur ex l. 13. tit. 8. par. 5. vbi imponitur magistro ꝛ nauium cura custodiendarum mercium, & quod si sua culpa perdantur tenetur ad restitutionem earum, de quo late per Stracham, in tractat. de nauis in 3. par. in tom. 6. parte. 1. tractatum diuersorum Docto. vbi plures quæstiones circa hæc annectit, & posuit hunc tractatūcum tractatu de mercatura, qui ibidem in 2. parte, annectit vnum singulare verbum Barto. in l. 2. C. de nauis. scilicet, quod in examine peragendo casus ꝛ naufragij partem citari, quæ in longinquis forsitan partibus commoratur, non esse necessarium, idque mirabile esse, subdens sic posse intelligi legem, scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa iusto. ibi, cuius fidem sufficit affirmare ex ipsa naturali iustitia, & idem probat Anani. in ca. excommunicationi, colum. antepen. de rapiori. & placet Hippol. singu. 25. clarum est in iure, & non improbat Decius consil. 82. viso processu, colum. 1. & fin. quod & mirum mihi non videtur, cum eiusdem iuris sit in illo, qui equum aut mulam conductam vehit pro itinerando. & in loco aliquo equus hic, vel mula infirmatur & moritur, nam tunc sufficit de hoc fieri informationem in loco illo, parte & sic domino illius equi vel mulæ non citato, & valet vbique ex eo quod casibus ibidem occurrit, & saluum manet ius domino ipsi probandi contrarium si potuerit, & nauigi ad equum & contra potest ad hoc sumi argumentum, cum equo nauis æquiparetur, ꝛ ex l. 8. titu. 24. par. 2. & vide 9 l. 8. istiusmet tituli, ampliatem nostram. l. 3.

S V M M A R I V M.

Nauis si patitur naufragium merces ibidem constitutæ aduectæ litori non sunt fisci, sed cuius antea erant. numero 1.

Incensa domo si aliquis surripit aliquid vim publicam committit. num. 2.

Lex 9.

S V M M A R I V M.

Naues fractæ in mari & merces ibidem contentæ & inclusa sunt illorum, quorum antea erant, & surripiens ea, tenetur furti, &

ti, & idem est de rebus in mari proiectis ad nauim subleuandam.

IBI, SEAN DADAS A AQUELLOS CVYAS ERAN ANTES QVE EL NAVIO QVEBRASSE, nã vt inquit *Imperator in l. 1. C. de naufraga. lib. 11.* quod si quando naufragio nauis, & expulsa fuerit ad litus, ad dominos earum pertineat, & fiscus meus non se interponat. Quod enim ius fiscus habet in aliena calamitate? vt & in *authen. nauigia. C. de furt. & in iusu. ff. de incen. rui. nauis.* & adeo hoc verum est quod consuetudo in contrariũ non valeret, cum à dicta auth. nauigia sic reprobata, & si de facto fiscus aliud permittit & petit, vt inquit petere, *Benedictus in cap. Ramentius verbo. & uxorem num. 292. de testa. male agit,* & hæc non est consuetudo. sed corruptela, neque valet vt in propositum inquit *Rebus. in d. l. malum versi. naufragium,* pag. 1071. ff. de verbo. significa. & *Couar. in cap. peccatum. 3. par. §. 1. num. 5.* vbi inquit, non dubitare iniquam esse talem consuetudinem nec dubitari posse. Quid enim obsecro (inquit ibi Couar.) naufragiis miser fecit vt dignus sit amissione rerum, quæ ad ipsum lege naturæ pertinent? Quid itidem principem Christianissimum mouere potest, vt tam impiam & crudelẽ consuetudinem probauerit, aut eam à iudicibus seruari permiseris? Vnde *Rebus. in proæmio. 1. tom. consti. Fran. glos. §. num. 74.* scribit non esse in conscientiaz foro tuto dominos hæc bona occupantes.

¶ Ibi. *Como de furto,* notandum est verbum illud, como quod siquidem similitudinem denotat non vero veritatem, ita vt non puniatur pœna furri veri ordinaria, sed tantum extraordinaria ex dictis per *Rebus. de ali. rerum. num. 101.* & nos etiam alibi diximus: sicque & incensa domo & surripiens aliqua ex bonis ibidem existentibus vim publicam committit, vt est *ex l. 3. pertotam. ff. ad l. ful. de vi publi. & in l. 3. tit. 10. parti. 7.* & lex nostra ex duabus sequen. itidem confirmatur, & probatur etiam in *l. quo naufragium. ff. de incen. rui. nau.*

S V M M A R I V M.

Omnes portantes merces in nauis tenentur contribuere pro damno ibidem contingente ex casu fortuito. num. 1.

Domini domuum contiguarum domui diruptæ ne incendium transfiret non tenetur pro domo illa destructa sed ille qui in incendio culposus fuit. numero 2.

Lex 10.

S V M M A R I V M.

Proiectum in mari ob tempestatem soluendum ab aliis in nauis illa existentibus.

IBI, SEAN TENIDOS DE PAGAR CADA VNO SEGVN LA CANTIDAD QVE TRAXEREN EN EL NAVIO, hæc est singularis conclusio & specialis casus, & hoc propter casum fortuitum tempestatis in mari superuenientis in quo nulla culpa imputari potest nauitæ & magistro nauis, ideo nimirum si inter omnes alios partiatur & damnum, & sic ex hoc deducitur quod si culpa nauis, magistro imputari posset, tunc ab ipso & non ab aliis nauitis esset resarciendum, sicut in incendio domus aliqua ne incendium transeat ad alias non tenentur vicini pro reparatione illius domus destructæ. sed ille, qui & incendium posuit, vel cuius causa successit. vt per *glos. in l. 12. tit. 15. parti. 7. & per tex. ibi, & Bald. relatum & secutum per Manoch. de arbi. iud. casu. 390. num. 14. vid. Roland. Valle consi. 95. volu. 2. & glos. d. l. 12.* hoc limitat vno modo, & notandum quod tex. hic generaliter disponit, lex vero sequens specialiter, & sic non sunt contrariæ neque superfluæ, & per hoc titulus iste remanet expeditus.



TITULO VNDECIMO

De los oficiales y jornaleros, y mestrals, y mesneros.

Lex Prima.

S V M M A R I V M.

Sutor autalius coriorum officialis non potest insimul esse coriarius, neque domum aliquam ad hoc habere potest.

Ibi;

IUPERIORI dictum est titulo de nauibus in quibus plurimi sunt operarij pluraque sunt constituta officia diuersa, & quia illa sunt specialia ad nauigandum, nunc consequenter subsequitur titulus noster generaliter disponens de officialibus, operariis, & mestrals, & hospitalariis.

Bi, CVRTA NI TENGA, hic habes text. probantem si bene illum consideres quod duo officia incompatibilia non potest quis habere, neque exercere. pro vt diximus in curia pitana lib. 2. cap. 22. nume. 9. & in hoc tom. iterum diximus.

S V M M A R I V M.

Labor non debet esse vacuus nec sine mercede. numero 1.

Menestrales qui sint numero 2.

Rustici laboratores an differant à menestralibus. num. 3.

Ciuitas si indiget artificibus alicuius artis, potest compellere aliquos vt addiscant illud artificium. numer. 3.

Obligatus ad aliquid faciendum tenetur afferre instrumenta. num. 4.

Obligatus aliquid facere, suis expensis debet id adimplere. num. 5. nisi vt ibi.

Laborator ex mandato eum locantis laborantis in re aliena non tenetur. num. 6. nisi vt ibi.

Lex 2.

S V M M A R I V M.

Operarij ac menestrales alij à quad diei horatenentur ire ad laborandum.

Bi, NO SEAN DEFRAVDADOS, quia labor non debet esse vacuus neque debet laborator sua mercede defraudari, vt. l. penul. §. illo. C. de neces. seru. Bald. in l. precipimus. C. de impub. & aliis, notat Auiles. l. nostram allegans in c. 17. prao. glos. menestrales. numero 1. & 2.

Ibi, Y menestrales, qui sunt, vltra hic enumeratos et alij de quibus in l. 5. iij. 20. par. 20. quam ad hoc allegat Auenda. d. c. 19. pratorum. n. 28. vers. pro vero lib. 1. vbi allegat etiam ad hoc glos. in l. 1. §. 1. de tributo, & per glos. in l. legatis, delega. 3. & ibi Barto. & Alex. in l. 1. C. de nau. lib. 11. & licet idem Auenda. vbi supra num. 30. vers. 9. dixerit ex. d. l. 5. laboratores, vulgo labradores, venire etiam et appellatione menestralium, illa tamen lex meo videri potius probari contrarium, cum eos à menestralibus differri dicat, & sic Cassane. in catalo. glori. mundi. 11. parte consid. 46. eos vt differentes ab officialibus, de quibus in aliis considerationibus dixerat, maxime in 2. consideratione, licet ratione laboris, & quia locat operas suas, sicut alij officiales, etiam appellatione de menestrales comprehendi dici possit, & est notandum vnum bonum verbum de quo per Lucam de Pena, in l. mechanicos. c. de excus. arti. lib. 10. relatum per glos. menestrales in d. l. 5. scilicet, quod si ciuitas indigeat et artificibus potest compellere aliquos, vt discant illud artificium, & exerceant pro vtilitate reipub. & officiales dicuntur ab officio officis per antiphrasim, quod n. m. ini. officiant, sed omnibus profuit, vt docet Lucas de Pena. in l. prohibitum colum. fir. C. de iur.

Tom. 4.

ff. & Rebus. l. pupillus. §. munus, vers. vnde quidam pag. 1051. de verb. signi.

Ibi, Con sus herramientas, hic est tex. probans quod ille, qui tenetur ad aliquid faciendum, tenetur afferre instrumenta, et quibus id fiat, & sumptu suo se debet alimentare, & sic de pecunia promissa pro labore, vt ex. l. suo victu. ff. de oper. liberi. notatur, quia sicut ibi facit propter remunerationem, ita hic propter mercedem, qui enim tenetur aliquid facere, suis expensis id debet adimplere, et vt per Buega de d. cim. 6. tuio. c. 1. num. 17. & est communis secundum Jaf. in l. cum seruus. num. 4. de lega. 1. notat in nostris terminis Auiles. d. ca. 17. prao. d. glos. menestrales. num. 4. §. 6. vbi, ex Bar. in l. si non fortem. §. libertus. ff. de condi. indeb. nu. 31. id intelligit nisi aliter se habeat consuetudo, nam tunc illa seruabitur, vt & inquit Euerardus in centuria locorum, in loco ab usitato seu à soluis pag. 440. in prin. in paruis, & alias de operariis quaestiones annexit ibi Auiles cum sequen. numeris.

Ibi, Y dexten la louor, imo & ante occasum solis si sciebant quod laborabant in re aliena, tenentur laborem derelinquere, nam licet laborator conductus ex mandato eum conducentis laboret, in re aliena non tenetur, et secundum glos. & ibi Barto. in l. in rem. §. iugnum. ff. de rei vendi. quam sequitur Soci. consi. 54. numero 26. 29. 30. & 31. volumi. 4. & Roland. Vall. consilio. 54. volu. 1. Anto. Gom. de delictis ca. 3. num. 42. & Auiles. c. 17. pratorum glos. menestrales. num. 4. cum sequen. Ferrara in pract. in forma lib. pro turba posse. glos. animo & intentione, & Manoc. optime de retinere posse. reme. 3. num. 314. cum sequentibus Iuli. Clar. in practi. crimin. §. fin. quest. 60. numero 16. vbi omnes limitant, nisi tales laboratores essent requisiti per dominum verum terrae, ne ibidem laborarent, nam tunc si fecerint tenebuntur: item si sciebant id non posse facere, quia terra erat aliena, vel erant vicini, & consanguinei in quibus scientia praesumebatur, nam tunc idem esset: idem si venirent ad laborandum cum armis, nam tunc mala fides praesumitur in eis, secus si bonae fidei essent, vt dictum est, quae nota quia quotidiana.

Lex 3.

S V M M A R I V M.

Concilia taxant salaria & mercedes laboratoribus praestanda.

Bi, MANDAMOS QUE VALA Y SEA GUARDADA, hic est tex. probans quod populus in rebus suis vtendis & fruendis & conseruandis possunt sine vlla dubitatione, vel confirmatione statuta condere, maxime si illa sint temporalia super victualibus, vel similibus negotiis, vt not. Bal. in Rubrica de consuet. in colum. 4. & alij relati & secuti per Auenda. in cap. 19. prao. num. 5. vers. supra dicta conclusio, de quo & nos huc tractauimus in hoc tomeo sub isto lib. 7. ad ibi te remitto.

S V M M A R I V M.

Mercenarius dignus est mercede sua. num. 1.

Mercenario an sit soluenda merces de die in diem.

V

¶ Ibi, *Por los aposentamientos*, in quibus isti hospitalarij statim quod signum hospitij apposuerunt, tenentur omnes ibidem venientes ad hospitandum
 9 † recipere *argumento text. in l. verum ff. de furtis*, & notat *Bario. in l. 1. ff. nau. caupo. stab. & Cassane. in catalog. gloria mundi. 11. parte confide. 46. versiculo*, & facit *& Auenda. dict. cap. 8. pratorum. numero 2. in princip. lib. 2. Auiles capit. 17. pratorum glos. a rasonables. numero 8. vbi ampliat ad notarium, & ad locatorem equorum, vel mul-*
 10 larum, † nam licet ab initio in eorum arbitrio est, ne quem recipiant, apponendo tamen signum patens quasi contrahere cum peregrinis, & aduenis videtur, & facto eis promittere, vt eos recipiant, resque eorum & personas saluas faciant, & idem facto sicut verbo, voluntatem suam declarare. *l. de quibus. ff. de legibus. cap. dilecti. de appellatio. facit text. in l. vnica in fine*, ibi nec repellere possunt iter agentes. *ff. fur. adue. nau. ita Rebuf. in l. pupillus. §. aduena pag. 1057. in prin. ff. de verborum significatione*, & in 2. tomo constitution. *Fran. titulo de hospitibus n. 1* vbi limitat, & limitat supra dicti Docto. nisi
 11 hospitium esset iam repletum, † secundum *Bar. in dict. l. vnica Fredrici. consilio. 11.* vel nisi fuerint banniti & alias improbati, vel malefici & suspecti homines vel mulieres, nam tunc non tenentur eos recipere, imo debent denunciare iudici loci, facit *l. 1. & sequentes. ff. de recepta. vbi Bario. & alij*, item nota quod in aduentu Regis, vel quando multus
 12 numerus Armigerorum, † adfuit, tenetur quilibet hospites recipere. *l. 1. & 2. C. de metat. lib. 12. vbi Bario. & alij*, licet in Armigeris & soldatis, clerici, & nobiles laici, & Doctores, ac aduocati excusantur, vt alibi diximus & notandum quod
 13 inter hospites praeferendus est, qui prius † receptus fuit, nec caupo propter superuenientem aduenam primum repellere potest. *l. vnica in fine. ff. fur. adue. nau. vbi Angel.* quia melior est conditio occupantis. *§. si duo de procurato, in 6.* & qui vigilauit praeuenit alium, & suam conditionem fecit meliorem. *l. pupillus ff. qua in fraud. credi. nisi ex magna causa*, vt si episcopus vel legatus Regis superueniret, vt inquit *Angel. l. 1. ff. nau. caupo. relatus per Auend. d. cap. 8. numero 2. versiculo. imo etiam lib. 2* quod intelligo non vt eiiciatur in totum ab hospitio, sed a cubiculo domus vbi erat hospitatus, & dabitur ei aliud inibi, non enim debet ab hospitio repelli, si ipse ibi nulla hospitia inueniret *argum. l. inbemus. C. de sacrosan. Eccl. vbi notatur teste Rebuf. in dict. 2. tom. constitutu. Fran. titu. de hospitibus. numero 5. & 6.* vbi & inquit primum hospitem reiciendum, si esset riuosus & iniuriosus ita vt non expediebat eum sic pati. *ex. l. si conueneru in fine. ff. pro socio*, nam tunc ratione vitandi scandali repelli poterit *argum. cap. nihil. de praescriptio. vbi multa Felinus de hoc*, & sic quotidie dantur his hospitalariis mandata per iudices ne similes homines recipiant in suis hospitiiis. & certiores iudices de eis.

¶ Ibi, *T mandamos que los nuestros alcaldes*, hic habes tex. probantem, quod vbi curia adest, tassa
 14 tio † vicualium & habitationum iudicibus curiae vulgo *Alcaldes de Corte*, pertinet, quem ad hoc allegat *Auend. c. 19. praeo. num. 5. versi. & inde lib. 1.*

¶ Ibi, *Tessen lo que han de llevar*, ne sit in arbitrio stabularij & cauponis extorquere ab hospitan-

tibus quantum voluerint, si quidem caupones, stabularij, tabernarij & hospites solent in iis excedere metas rationis, *secundum Rebuf. d. titu. de hospitibus, & Cassane. in catalo. glor. mun. 11. parte confide. 46. in princip. & Auend. dict. cap. 8. numero 3. lib. 2. & Auiles. cap. 71. praeo. glos. a rasonables. numero 6. & Mexia in prag. tassa panis conclusionem. 4. numero 14. ad fin. & sic inquit Angel. in l. 1. in fine. ff. furt. aduer. nau.* quod videmus † paucos hospites diuites, & eorum diuitias modicum durare, & in mendacijs non iustificabuntur, est enim nauta, caupo, stabularius, & publicanus genus improbum. *l. quanta. ff. de publi. ex quo inoleuit practica*, vt detur eis *aranzel*, vt in propositam inquit *Mexia in pragmati. panis. conclusionem. 4. numero 14.* & in praconijs quotidie dandis per iudices nouiter aduenientes, quod vocatur praconium, *de buena gouernacion*, sic iubetur in vno capitulo, quod hospitalarij habeant bene hospitia praeparata & habeant itidem aranzel renouandum in tantum tempus, vt apparet ex Doctore *Paz in sua practica. 8. parte tomo. 1. cap. vnico numero 13.* & exigentes vltra tassa non solum in foro fori, sed & in conscientia foro tenentur, *secundum Auenda. dicto cap. 8. praeorum numero 3. in prin. lib. 2.* neque debent pluris vendere transeuntibus, quam in mercato, † vendatur habito tamen honesto lucro, vt inquit *Rebuf. dict. titu. de hospiti. conclusionem. 8. numero 14 & diximus alibi, in lib. 2. Curie Pisana in c. 18. num. 27.*

¶ Ibi, *Las justicias y regidores*, qui quidem vbi curia Regis non adest tassa in iis stabularijs & cauponibus imponunt, sicut alijs quibuscumque victualium † rebus, vt latissime per *Mexiam in dict. conclus. 4. num. 11. cum sequen. pluribus*, vbi quae considerare rectores debeant in hac tassa declarant.

¶ Ibi, *T que en todo esto se ayau fiel y diligentemente*, tam ad iustitias in compellendo caupones exercere officium fideliter & cum diligentia, quam ad ipsosmet caupones vt haec obseruent, possunt verba ista referri, cum de vtrisque supra dictum sit, tenentur enim iudices vt diximus visitare hospitia, tenenturque itidem ipsi hospitantes & caupones & eorum uxores & famuli bona & res quas hospites in hospitium immittunt, fideliter & cum diligentia † custodire: eò enim ipso quod ibidem introducuntur videntur eorum curam suscipere, ideo si pereant tenentur. *l. 1. in fin. ff. nau. caupo. Berba. consil. 53. volum. 1.* debentque hospitibus restituere quicquid ab eis acceperint custodiendum, vt in toto titu. *ff. nau. caupo.* quod si non restituerint actionem, sedaturum praetor in eis pollicetur. *l. 3. §. 1. ff. eod. tit. nisi vt ibi, in §. ad hoc edito*, res damno fatali perierit, vel vis maior contigerit, vt & probatur in *l. 26. titu. 8. part. 5.* imò non solum res, sed & personas custodire tenentur, nam si tenentur pro rebus fortius pro personis. *l. nauta, in fin. l. licet. §. in factum & l. debet. ff. nau. cau.* adeo vt etiam pro sua familia caupones † teneantur, imputent enim sibi si maiorum hominum opera vtuntur, vt. *l. fin. ff. eodem, & §. fin.* instituta pro socio, explorare enim debent caupones, cuius fidei & innocentiae essent famuli sui ante quam eos in suum seruitium recipere ideo culpa nomine ciuilitate tenentur, si aduena in nulla fuerit culpa, & datum fuerit damnum a suis notis & familiaribus, secus si a viatoribus inter se absque cauponum culpa *l. 2. nic. in fine ff. de furt. adue. naut. l.*

nav. l. debet. §. 1. ff. nau. caupo. stabu. consuluit Ioann. Andr. consil. 2. adeo ut etiam si caupo protestetur, in contrarium tenebitur, quia cum ex necessitate officij teneatur, protestatio officio contraria nihil iuvat, ex doctrina *Imol. in c. Cumana, de electione, & Auenda. cap. 8. pratio. num. 4. lib. 2.* amplia etiam ut quantumcunque hospitans hic famulum furantem exhibuerit, non liberetur a solutione rei furatae & damni illati, quia in habentibus officium publicum in optione, damnum passi est contra quem velit suam actionem dirigere, an contra hospitem an vero contra familiam, *secundum Aufred. decisione. 195.* ne videlicet fraudem committant caupones exhibendo famulum pauperrimum & non soluendo, qui sic eludat quoscunque aduenas, *ita Rebus. l. pronuntiatio. §. seruiuntum. ff. de verborum significatione. pagi. 860.* nisi secundum eundem *Rebus. ibi & in 2. tom. constitu. Fran. titu. de hospitibus. numer. 13.* famulus communi opinione haberetur in bona reputatione, & fidelis reputatus erat, & bonus, tunc enim excusaretur caupo ex delicto talis sui famuli, si contra ipsum cauponem aliquid culpa in illo delicto extitisse non probaretur, item excusatur caupo si hospes posuerit res suas in euidenti loco periculoso, *secundum Bald. l. 1. & in l. certi iuris. C. locati, & Auend. d. cap. 8. numero 4. lib. 2.* quod intelligo verum & procedere, nisi hospitator ille sciuisse res illas in sua domo positas, nam tunc tenebatur etiam si in loco non tuto sua domus essent positae, *ex text. expresso in l. 26. tit. 8. par. 5. ex quo etiam intelliges supra dicta, scilicet, quod non tenebatur caupo pro furto commisso per aduenam aliquem in hospitio existentem, ut id verum sit, quoties hospitator, & sic caupo non recepit res illas furatas, secus vero si recepisset eas nam tunc tenebatur etiam de facto aduenae, secundum glo. que venen, per tex. ibi in d. l. 26. tit. 8. par. 5. & voluit Ant. Gom. tom. 2. c. 7. numero 2. post principium & sic declarabis & intelliges dicta per Auend. d. c. 8. numero 5. in prin. & per Rebus. d. titu. de hospitibus num. 7. dicentes pro furto aduenae & viatoris cauponem non teneri. Vt etiam excusatur caupo si viatori suo tradidit clauem cubiculi, nam tunc excusatur a custodia, caupo ipse & non tenebitur de subtractis in cubiculo illo, *secundum Rebus. in dict. tit. de hospitibus. numero 9.* quod intellige ex l. 26. tit. 8. par. 5. quoties insimul cum clauis traditione caupo ille dixit ipsi hospiti, accipe clauem & custodi diligenter res & cubiculum, nam tunc non tenebitur, secus vero si tantum tradidit clauem, & nihil dixit nam tunc non excusaretur caupo, *secundum glo. penult. in dict. l. 26.* eo quod tunc magis videtur tradita clauis ut res ponat hospes in abscondito, quam ut liberetur caupo a custodia, *secundum Angel. l. 1. ff. nau. caupo.* & quia solent caupones isti plures vnus cubiculi & arcae clauem habere, & post discessum hospitis ad ciuitatem, solent aperire alia clauem, ut inquit *Rebus. in d. titu. de hospitibus. numero 10.* ex quibus semper contra stabularium solet fieri inquisitio super iis, & attenda qualitate & indicis posset torqueri, *secundum Auend. dict. cap. 8. numero 6. in prin. & Angel. de malef. verbo. quod fama publica numero 107. in par. fo. 280.* vbi inquit quod contra cauponem est presumpcio, & quid erit si amico tradatur res custodienda*

vid. tex. & ibi glos. in dict. l. 26. & quid si cista, aut balista tradatur clausa cauponi & reddat eam apertam, vide quae diximus. l. fin. glos. fin. *tuu. de las demandas, lib. 4. supra & de iis omnibus & aliis traditur per Auenda. dict. cap. 8. per totum, & Rebus. in dict. titu. de hospitibus, & per alios Doctores supra relatos ex quibus haec collecta sunt, & in ordinem reposita & digesta, nouissime Mascard. de probatio. 2. tom. conclusione. 832. numero 10. cum sequentibus aliquibus, vbi & de cista data clausa & reddita aperta, & Iuli. Clarus in lib. 5. practi. crimi. §. furum. numero 27.*

S V M M A R I V M.

Moderanda sunt vendenda hospitibus, & quomodo, numero 1.

Stabularij, si ut debent officium exercent, charitatem exercentur, numero 2.

Stabulariorum officium vilissimum, num. 3.

Lex 7.

S V M M A R I V M.

Permittitur cauponibus victualia in suis hospitibus habere, & vendere aduenas & hospitibus precio moderato per indices.



IBI, Y QUE SE VENDAN A IVSTOS Y MODERADOS PRECIOS, quae quidem precia moderanda sunt ut inquit *Mexia in pragmat. panis conclusione. 4. numero 12.* quatuor principalia considerando, primum an ciuitas Regia abundet talibus mercibus & victualibus, an vero deficiat, vel mediocriter se habeat, nam si superabundat non est valor earum ad tantum precium taxandus sicut si deficient: & tunc an defectus hic accidentalis vel naturalis sit, erit itidem inspiciendum, ut non taxetur valor ad tantum precium ex accidentali, quam ex naturali secundum dispositionem temporis, nec enim tanti debent merces aestimari & taxari, quando temporis dispositio est apta, sicut quando non est apta, tertium, dispositio & hominum conditio in naturalibus & moralibus, nam vbi in regione sunt homines temperati & pauci victus, & laboriosi, in cultura terrae victualia sunt taxanda ad minus precium, quia censenda sunt tunc superabundare respectu alterius regionis, vbi sunt homines ignaui, & non bene laborantes, gulosi, & voraces, & iurgatores, voluptuosi, vel vane gloriosi, qui plurima propter necessitatem consumunt, ut haec latius prosequitur *Mexia vbi supra.* Quartum est considerandum, quanta & qualis sit indigentia illarum rerum taxandarum, quae omnia ingens tempus demonstrabit, sed vae temporum nostrorum: considerantur ne haec hodie ab aliquo iudice, vel rectore prout considerari debuissent, aliis iudicandum relinquo.

¶ Ibi, Que no les sea hechar en guerra vexacion ni molestia

por las dichas justicias, ni otras personas a los dichos me-
soneros, subleuandi enim sunt, & non opprimendi ta-
2 les caupones, qui quidem si vt decet officium † exer-
cuerint, charitatis officium exercent, quæ charitas
consistit in hospitalitate, quæ ab Apostolo commen-
datur ad Romanos. 12. ibi hospitalitatem sectantes,
vt in propositum inquit Cassane. in cata. glo. mundi. 11.
parte, confide. 46 vbi laud. eos, & Tiberi. Decia. Resp.
60. num. 36. cum sequentibus, volumine. 3. sed hodie
differunt multum ab hac charitate & hospitalitate

caupones, quorum genus, vt dictum est in lege præ-
cedente, rapidissimum est & furtibus plenum, & pa-
rum aut nihil conscientiam prouidentes, sed per fas
aut nefas bursas implere deliderant, vt inquit Cassa-
ne. vbi supra & Clarus, & Mascardus in fine. l. præ-
cedentis relati, & ideo hodie vexantur & molestan-
tur per iudices & iuste quidem, & vilissimum † ho-
rum cauponum officium reputatur vt videre licet
per Gutierrez in consiliis suis consi. 99. num. 7. cum seq.
& hæc pro hoc tit. sufficiant.



TITULO DVODECIMO

De los Trages y vestidos.



Continuatur ad præcedentem
& præcedentes hoc vide-
licet modo, quod cum in præ-
cedentibus actum sit de præ-
bendis, forma & modo, & or-
dine officialibus, menestrali-
bus operariis, cauponibus, &
aliis, & itidem in præcedenti-

bus titulis ordinem viuendi & vtendi terminis pu-
blicis & priuatis præstitit legislator, nunc hunc or-
dinem sequendo, apponitur etiam, ordo circa vestes
portandas, vt excessui earum medeatur, præsertim
iisce temporibus miseris, vbi pauperes & infimi ho-
mines ita sicut nobiles & magnates vestiuntur, &
mulieres eorum splendidius quam vnquam quæ
emere mariti coguntur ad extremam interdum in-
opiam neque legum dispositiones ad id impediend-
um sufficiunt eo quod ignaui & male eorum exe-
cutores hodie reperuntur, tum quia eis non appli-
catur pars pœnæ contrafacientibus impositæ, tum
ob fauorem & importunitates potentium, tum &
fortassis ob pecuniarum, donorum & munerum in-
teruentum, hæc enim peruertunt iustitiam.

¶ Ex pro huius Rubricæ declaratione qui voluerit
multa videre de vestibus & nominibus earum, vltra
Cassaneum, in Cathalogo glor. mundi. 11. p. confide. 96.
videat latissime & ad saturitatem Tiraq. in legibus
connubialibus. in l. 3. per totam, & hunc legisse sufficiat,
& Rebus. in l. vestis appellatione. ff. de verborum signifi.

S V M M A R I V M.

- Insignis & Vestibus Regalibus inferior, vt non
potest num. 1.
- Purpuram deferre pertinet ad principes. num. 2.
- Imperatrix, vt potest Vestibus Regiis. num. 3.
- Vestes hic prohibitas, non sufficit quod portentur per
aliquem, nisi vestitæ deferantur. num. 4.
- Rex potest constituere formam in Vestibus, à qua
recedi non possit. num. 5.
- Domi etiam censetur prohibita delatio Vestium pro-
hibitarum. num. 6.

Maritus si leget uxori omnes vestes, non intelligas
mulieribus prohibitas portari. num. 7.

Lex Prima.

S V M M A R I V M.

Omnibus aliis quam personis Regiis pro-
hibentur vestes in presente lege contentæ &
sub eius pœna.



Ibi, QVE NINGVNA, NI ALGVNAS, Sed
an ecclesiæ comprehenduntur, vid. Didac.
Perez, in l. 1. tit. 1. lib. 4. col. 1333.

¶ Ibi, Exceptio nvestras personas Reales.
Exceptio hæc firmat regulam, & fortificat prohibi-
tionem præcedentem, vt omnes personas cuiuscun-
que qualitatis sint, comprehendat, & hoc nimirum,
nam † si insignis Regalibus nullus vti potest, ex text. 1
in l. sacri affatus. C. de diuers. res. & text. in l. 8. titu. 1.
supra, lib. 4. vbi diximus. imo neque forma scribendi,
ita vestibus in l. nostra descriptis alius quam Rex
& Regia persona vti non potest, ex text. in l. 1. & ibi
glo. C. que res vend. non poss. notat Meneses in dict. l.
sacri affatus num. 5. & ratio est quia magnos magna
decent, & potentioribus alij pares esse non possunt,
ex l. 3. ff. de alie. iud. mut. causa fact. nam non digno-
scitur à plebeio, nec nobilis à Principe, & ob id in
vestitu saltim ostendetur. l. item apud. §. si quis virgi-
nes. ff. de iniuriis. cap. si iudex, de senten. excom. in 6.
ex quo Seneca, uxori Neronis dixit, indue te delicate
charissima non propter te, sed propter honorem
imperij, vt per Speculato. titu. de aduocato. §. sequitur.
num. 1. Faber. in proæmio, Instir. verbo, Augustus. nu-
mero 8. & sic purpuram deferre spectat † ad Princi-
pes, & est prohibita. l. temperent. de vesti. olo. lib. 11.
in personis enim Regiis vestes ad gloriam & hono-
rem esse dici potest, vt Exodi 28. & ad ornatum, se-
cundum Lucam de Pena. C. de vesti. olo. lib. 11. nam
vt inquit Cicero, de Oratore, vestis primo depellendi
frigoris causa, reperta est, postea ad ornatum & cor-
poris dignitatem reperta est. ex quo iam hodie ex

vestibus se quisque magnificat & ex contrario vilipenditur, iuxta illud, *Vir bene vestitus pro vestibus esse peritus*, vt refert *Cassane. in dict. Cata. 11. part. consideratione 96.*

¶ Ibi, *O de la Emperatriz*, Has enim licet Regina, & Imperatrici deferre vestes, quas licet Regi, 3 siue Imperatori ꝛ eius marito, iuxta illud *Psalm. 44. astuit Regina à dextris iuis in vestitu deaurato*, & faciunt late tradita per Docto. in *l. femina. ff. de senato.* & per nos alibi, & in iis terminis tradit *Charo. à Grassallis, libro. 1. Regali. Franc. iure. 18. versic. hinc est etiam.*

¶ Ibi, *Nuestros hijos*, Qui multum sunt priuilegiati, vt in *Clem. 1. de baptismo, in extranagan. excommunicabilis. Ioann. 22.*

¶ Ibi, *No sean osados de traer, ni vestir*, hæc est regula principalis nostri text. vt scilicet, nemo deferat vestes hic prohibitas, & versic. præcedens est exceptio huius regulæ, vt scilicet, in Regibus & Regiis aliis personis & Regina hoc non procedat. Et sic regula hæc ad alios quam ad Reges & Regias personas directa est, ponderandaquæ sunt hæc verba, *De traer ni vestir*, quæ sunt copulatiua ex dictione illa, *ni*, quæ negatiua est & copulatiua vt diximus in *l. 10. titu. 1. lib. 4.* supra, vt intelligas non sufficere vt nostræ. l. pœna incurrat quod vestes hic prohibita deferantur ꝛ nisi & deferantur vestitæ, quia copulatiua vtrumque copulatum requirit verificari, & consequenter si precio aliquis venderet vestem hic prohibitam, & ad vendendum deferret non incurreret legis nostræ pœnam, non itidem comprehenditur si per nuntium mittitur, prout comprehenditur si tantum delatio prohiberetur, *secundum Palac. Rub. in Rubr. §. 30. num. 7.* & cum hac Regula, concord. text. in *l. 1. C. de vesti. olou. lib. 11.* & in Francia, adest itidem constitutio de hoc, vt apparet ex *Rebus. in tom. 2. consti. Fran. ritu. de pannis aureis argenteis, sericis.* & hoc nulla alia ratione quàm quod excessus vitetur, & prodigalitas quorundam in vestibus habita, ad quam vitandam potest Rex certam formam constituere, vt ab ea non ꝛ excedatur, vt in *l. 2. §. ibi nota. ff. de iis qui sunt sui, vel alio. iur. §. not. Auend. c. 14. pratorum. num. 1.* vbi in illo cap. plura cumulat, quæ propter excessum sunt vetita, & ego etiam considero aliam rationem ex *Diuo Chrysesto. super epist. Paul. ad Roma. homil. 24.* dicente, nõ est vestibus ornanda caro, nè ornatu illam perdas, nam & molliorem inde facies, & bonam ipsius valetudinem corrumpes dum nimia mollitie dissoluis, ex quo colligo, quod cum homines molliores efficiantur, vt hisce temporibus videmus, deficiunt in labore, in militia, in bonis operibus, & ideo iuste prohibenda est vestis excessiua, & ad ornatu tantum facta vt hodie fit, Quare *Beatus Grego.* vnus ex ecclesiæ Doctoribus in homilia quã in *euangeli. Matih. c. 1.* edidit, inquit, nemo existimet in luxu, atque studio preciosarum vestium peccatum deesse, quia si hoc culpa non esset, nequaquam Petrus à preciosarum vestium appetitu compesceret, dicens: Non in veste preciosa. Pensate ergo, quæ culpa sit, hoc etiam viros appetere, quo curauit pastor Ecclesiæ, & fœminas prohibere: Hæc *Gregor.* qui & ipse in alia *Homilia in Diuum Lucam. c. 16.* enarrans illud. Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso, hæc quoque scripta reliquit, sunt nonnulli qui cultum subtilium preciosarumque vestium non

putant esse peccatum, Quod si videlicet culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quod diues qui torquetur apud inferos, bysso & purpura indutus fuisset: & paulo post, quam culpam possumus melius etiam ex diuerso colligere, quia si abiectio vilis indumenti virtus non esset, Euangelista vigilanter, non diceret, erat indutus pilis camelorum, hoc de B. Ioanne Baptista referens, prout hæc refert *Tiraq. in d. l. 3. connubiali. num. 3. vbi num. 4.* prosequitur contra mulieres figmentis se ornantes. Et sic clericis prohibitum est vestes has excessiuas & diuersi coloris portare, vt apparet ex *Bernard. Diaz §. ibi eius additio. in Pract. crimi. cap. 75. per totum*, vbi tandem inquit quod secreto vestes prohibitas subtus alias vestes portare eis licet, vel si alias non habent, vel in studio & secreto domus, quod licet in clericis id procederet, non tamen in laicis quin punirentur pœna nostri text. cum ad euitandos excessus & nimios sumptus & propter eos, ex quibus homines depauperantur, processit lex nostra & sequentes, & ideo etiam domi censetur ꝛ prohibita delatio harum vestium prohibitarum, vt inquit *Didac. Perez*, post longam disputationem in *l. 1. tit. 1. lib. 4. Ordi. col. 133. cum sequent. §. ex. l. 2. §. 14. cod. colligitur*, & hæc est vna de rationibus nostri text. vt prohibeantur vestes in ea contentæ, vt in simili inquit *Rebus. dict. 2. tom. consti. Franc. iuu. de pannis aurat. num. 20. cum duobus seq.* & ego addo ne effœminentur homines, & in veneris blanditiem conuertantur, prout hodie videmus conuerti, iam enim homines figmenta mulierum, & vestes earum se se affœminando portant, & ideo noua pragmatica Matritij facta, anno. 1590. præsentem, hæc etiam ponderantur & taxa imponitur & prohibentur plurima, quibus homines etiam pauperrimi utebantur. Et sic vestes ita deberent moderari vt solum illæ quæ necessariæ essent pro defensione frigoris in hyeme, & pro defensione caloris tempore æstus, permitterentur portari, vt inquit *Rebus. in l. vestis appellatione in fi. de verborum signifi.* quæ hyemales intelliguntur à Calend. Septemb. æstiuæ vero à Calend. Aprilis, vt colligitur ex text. in *l. 1. C. de milit. veste. libr. 12. Roma, singul. 595. aliud, Corset. singul.* vestis pro salario, *Rebus. vbi supr. num. 29.* vltra has enim vestes, vel superbiæ causa, vel voluptatis aut vici vestiri censeo, dum tamen vnusquisque secundum statum suum vestiatur, in iisce enim rebus sicut in cæteris mediocritate quadam vtendum est, vt in propositum plura referens, inquit *Tiraq. in d. l. 3. connubiali. num. 54.* vbi cum multis numeris ante, & post multa de ijs disserit, & refert, vbi num. 57. inquit, mores cuiusque regionis eorumque quibuscunque versaris, esse maxime obseruandos. Ex quibus infero quod si maritus leget vxori suæ omnes vestes non intelligitur legare illas quæ ex dispositione legis vel statuti ꝛ, 7 mulieribus prohibita sunt, secundum *Bart. & alios relatos per Molè. de Primogeni. libr. 1. c. 13. nu. 87.* vbi quod vnique secundum statum suum censetur legatum vestitum, aliàs nihil valet.

¶ Ibi, *Por reuerencia y acatamiento de la Iglesia*, Summa est enim ratio, quæ pro religione facit. *l. sunt persona. ff. de religio. §. sumpt. fune.* & summa est reuerentia Ecclesiis debita, & multa sunt eis constituta priuilegia in iure, quæ longum esset referre, & ideo nimirum etiam si in dispositione nostra priuilegiatur.

S V M M A R I V M.

Fœmine, an comprehendantur eius dispositione.
num. 1. & 2.
Vestis dicitur à vellere. num. 3.
Vestimenta prodigalia modernus vsus introduxit.
numero 4.

Lex 2.

S V M M A R I V M.

Ordo & forma vestium hic describitur,
quæ per sequentem legem declaratur.

Ibi, DE HOMBRES Y MUGERES, vide dicenda in §. 18. huiusmet legis.
 ¶ In §. ibi *Que ninguna persona de qualquier estado y condicion que sea, & sic mulieres ¶ comprehenduntur, cum qui totum dicit nihil excludat. ex. c. si Romanorum. 19. dist. & clarissime colligitur ex. §. 9. istius nostræ l. vbi nostrum hunc §. refert, & in mulieribus idem esse ibidem disponitur, & l. 3. inc. 1. istius nostri titu. & vide. c. curiarum de Madrid. 52. huius anni 1590. circa hæc alia dispensens, & in c. 53. ibidem.*

In §. ibi, *En la guerra, & hoc ne tales nobiles, & milites in bellis interficiantur vt plebeij, sed capiuntur & dato pretio postea redimantur, vt ex l. uni. C. nulli licere infranis, ibidem not. Rebuf. teste Petro Rebuf. in 2. tom. constitu. Fran. titu. de pan. aur. & arge. glos. 1. num. 28. vbi per totam illam glos. plura similia, & ad titulum nostrum conducibilia dicit, & vide. cap. 4. l. sequentis nostræ declaratoriæ.*

¶ In §. 18. ibi, *Qualesquier personas, & sic Ecclesiæ etiam, vt tenet expresse Didac. Perez. l. 1. titu. 1. lib. 4. & ordi. colum. 1333. versic. dubium, vbi inquit, quod coram ecclesiastico erunt super hoc conueniendæ, prout in armis diximus in titu, de las armas, libr. 6. supra.*

¶ In eod. §. 18. ibi, *O hembras. ¶ istud dicebat, esse sine ratione Bald. in l. quod non ratione. ff. de legibus, dicens, quod statuta, quæ fiunt contra dominas, ne margaritas, vel alias gemmas deferant, sunt præter rationem & ideo non debere extendi, vt etiam not. Socin. in c. veniens, col. 12. vers. præterea, de accusatio. dicens hæc statuta sapere iniquitatem, quia mulieres melius conseruant suâ vestimenta, quam viri, refert Rebuf. in 2. tom. consti. Franc. tit. de pan. aur. argent. in princ. numero 17. & Capola de serui. rustic. præd. titu. de serui. aqua haust. col. penul. late Benedictus in Repet. cap. Raynu. verbo, Quidam Petro. eo quod secundum eol. mulieribus competit propter honorem sexus margaritis, & preciosis vestibus vti, & sic statutum prohibens portare vestes aureas in dubio non intelligitur in mulieribus, secundum Rebuf. vbi supra, num. 16. sed ob euitandos sumptus iustum est id statuere, & hac de causa valere tale statutum, inquit Bald. parum sibi constans in præmio Gregor. in parte Rex pacificis, sub. num. 34. & eo relato, Auend. in ca. 14. præq. nu. 2. in princ. lib. 1. & Rebuf. vbi supra, num. 18. & Tiraq. in l. 3. connubia, num. 14. prout*

in nostrâ. l. fuit factum vt not. Dida. Perez. in l. 1. tit. 1. lib. 4. Ordinam. col. 1330.

¶ Ibi, *Vestidos, Vestis dicitur à vellere ¶, quod est vniuersa ouis lana, vel à velando, quod corpus nostrum velet, secundum Varro. vestis enim primum depellendi frigoris causa reperta est, postea ad ornatum, & corporis dignitatem haberi cœpta est, secundum Cicero. de Oratore, & Chrysol. super Epist. Paul. ad Roma. homil. 24. inquit, non est vestibus ornanda caro, nè ornatu illam perdas, nam & molliorem inde facies, & bonam ipsius valetudinem corrumpes, dum nimia mollitie dissoluis per abusum: tamen potius ad pompam quam ad necessitatem nimis excreuerunt vestes in quo non deest peccatum, vt inquit Tiraquel. in dicta. l. 3. connubiali. num. 3. vbi per totam illam l. plures vestium formas descripsit, & plura dixit & retulit, & Rebuf. in l. vestis appellatio. ff. de verborum signific. & in d. 2. tom. titu. de pannis aure. & argen. nam vt inquit Bald. in c. iurauit, in si. de probatio. prodigalia vestimenta ¶ modernus vsus introduxit: & ideo iuste per. l. nostras moderantur.*

¶ In §. 21. Ibi, *Mandamos que, nisi lex id clare disposuisset, comprehenderentur sub eius dispositione vestes antea factæ, vt inquit Felu. c. quoniam, col. 12. de consti. & in cap. constitutus. col. pen. de rescript. & per Hippolyt. in pract. §. secundo. numer. 56. vbi cum numeris ante & post plura similia retulit.*

S V M M A R I V M.

Dictio, Pierda, presentis temporis est, & sic ipso iure incurritur. num. 1.

Monasterium monialium pium est. num. 2.

Exteri possunt ligari legis dispositione. num. 3.

Lex 3.

S V M M A R I V M.

Lex hæc nouam formam inducit vestibus portandis cum declaratione. l. præcedentis.



N §. 4. Ibi, *LO CONTENIDO EN EL CAPITULO, Quod est sextum in ordine legis præcedentis.*

¶ In §. 5. Ibi, *Del año de treynta y siete, quæ est lex præcedens. c. 7.*

¶ In §. 14. *Dentro de su casa, o fuera, tollitur ex iis verbis dubium antea per Docto. propositum, an prohibitus portare vestes aliquas censeretur etiam id ei prohiberi, etiam domi, de quo per Did. Perez. late in l. 1. tit. 1. lib. 4. Ordina. col. 1331. cum. 2. sequent.*

¶ Ibi, *X pierda, presentis temporis est & sic ipso iure ¶ incurritur pœna hæc, vt ex glo. in l. in criminali. C. de iurisd. omn. iudi. not. Auend. ca. 27. prætorum. num. 11. libr. 2. Declaratoria tamen adhuc tunc requiritur sententia pœnæ incurstæ, secundum Didac. Perez. in l. 3. titu. 1. lib. 4. Ordin. col. 1346. cum sequent. & alibi nos plura adduximus circa hæc.*

¶ In eod. §. 14. *Como Iglesias, hospitales, monasterios,*
 Hiç

Hic est text. expresse probans monasterium monialium reputari ¶ locum pium, vt de iure est teste *Mexia in prag. tasa pan. concl. i. numero 45. hoc ad l. nostram notante.*

¶ In §. 17. Ibi, *Quanto toca a los estrangeros*, Hic est text. probans posse dispositione legali exteris ¶ etiam prohiberi, & contineri sub eis, vt notauit *Mexia, in dict. prag. tasa pan. conclusion. 5. nu. 78. cum pluribus seq.*

Hodie tamen habemus nouissimam dispositionem curiarum de Madrid, hoc anno. 1590. factam circa vestium portationem & declarationem, etiam hisce diebus ibidem factam, quas in nouissima hac impressione huius Recopilationis descriptas reperies ideo eas non refero.

Lex 5.

- 1 Portantes vestes vetitas cum rigore huius legis plectendi sunt. num. 1.
- 2 Propertij carmina referuntur notabilia quidem. num. 2. & plura de muliebribus vestimentis traduntur. num. 3.
- 4 De eadem re. num. 4.
- 5 Pœna huius legis insinuat contra portantes vestes. num. 5.

S V M M A R I V M.

Iudices cum rigore pœnas exequantur contra portantes vestes prohibitas.

IBI, DEL EXCESSO DE LOS TRAGES Y VESTIDOS. Quibus quidem vestibus pretiosis, etiam hodie vtuntur omnes quilibet hi sint, & maximè mulieres, ita quot leges nostræ non seruantur, nec exequuntur, sed potius præbent incentium faciendi in contrarium, fortassis enim si non priuarentur vestibus quibuslibet vt, eis non vterentur: est enim priuatio causa appetitus, vt inquit *Tiraquel. in l. 8. connub. num. 19 & in l. 9. num. 31.* Semel amen factis legibus exequendæ sunt, præsertim illæ moderantes vestium sumptus: nam vt ait *Aristotel. libro secundo Politic. caput. 7.* quin etiam vniuersa Respublica malè se habet, vbi fœminarum sumptus non cohibentur, neque enim seipsas duntaxat, sed & parentes, filios, fratres, & maritos perdunt, ac totam ferè Rempub. secum trahunt in perditionem, timendumque quidem est nè illa iam redierint tempora ¶ quando Propertius cecinit.

*Matrona incedit census induceta nepotum,
Et spolia opprobriis nostra per ora trahit.
Nulla est poscendi, nulla est reuerentia dandi
Aut si qua est, pretio tollitur ipsa mora.*

Ex quo etiam *Biesius lib. 2. de Republ. dicit:* oportet, vt quam commodissimè minimoque pretio tota ciuitas viuat: oportet vt ciues in suppellectibus etiam atque vestibus reliquisque rebus omnibus suam teneant mediocritatem, nulla namque Respublica nisi frugaliter fuerit vnquam beata, iam vero non sat est habere vestes innumeras, atque molissimas nisi

plurimis futuris, iterum exasperentur, ¶ quid ego nunc modos mulierum recenseam, quibus magna ex parte Reipub. pecuniæ continentur? necesse est ab vltimo terrarum orbe quærere gemmas, quibus scilicet pretiosarum istarum fœminarum inexplabilem inanis ostentationis libidinem expleamus: at ineptissimi sumus. qui non videmus hoc pacto nimis onerari præmiisque respublicas aut si videmus & negligimus scelerati etiam & nefarij sumus, & sic inquit *Casar. d. B. l. Gallico*, adducuntur iam pridem inutiles merces quibus adolescentes otiosi, & vani & mulieres leues, & fatuæ facillè decipiuntur: nam vt præteream plumas, telas, picturas, & mille talia, quid dicam de vestibus istis, quibus Hispani iuuenes alioqui futuri fortissimi examinantur. quibus fœminæ magno suo & parentum & maritorum malo impudentiores fiunt, vt hæc & alia affert *Siman. de Repu. lib. 9. c. 27. & inquit Tiraq. in l. 3. connub. numero 9. quod Pythagoras Samius Crotoni*, fecit vt matronæ auratas vestes, & alia ornamenta velut instrumenta luxuriæ deponerent, eaque omnia delata in Iunonis ædem consecrarent, proferentes, vera ornamenta matronarum pudicitiam. non vestes esse, sed vè temporibus istis in quibus nulla est, nec fuit vnquam inuentio talis ordinandi se mulieres, imò & homines, sicut nunc de quibus & multa dixit *Petr. Gre. in Synagm. iur. lib. 9. c. 19. per tot. & Castill. in Polii. de Correg. lib. 2. c. 17. num. 148. cum seq. & nos diximus alia in l. 1. num. 5. tit. 17. lib. 7. supra.*

Ibi. *Con que en quanto a traer los vestidos y trages que estuieren hechos.* Hic habes text. probantem, sumpto argumento à permissione, & expressione, quod vestes factæ ante legis prohibitionem censentur prohibita deferri, nisi aliud dicatur, vt hic dicitur, & ita asserbat *Bul. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. & eum referens Hippolyt. in practic. §. secunda numero 55.*

Ibi. *So pena de quarto años de destierro.* Occurrendum enim est (vt inquit *Biesius, de Repub. lib. 3.*) bonis legibus malis moribus: & puniendi sunt factores & sarcinatores seuerissimè, si quid in vestibus contra leges fecerint: & vt fœminarum licentia reprimatur. Expediret fortasse, vt lex fieret contra mulieres nobiles & illustres addito præmio, quia honestatis, molestiæ, atque frugalitatis exemplum cæteris omnibus esse debent: ac simul permitteretur vsus illarum vestium plebeis fœminis & meretricibus, tunc enim infames fierent vestes illæ, atque ab omnibus repudiarentur, nulla enim esset mulier, quæ nobilis & honesta æstimari non vellet, contra, cum lex nobiles excipit, rixarum & iniuriarum est causa, & vix ad effectum perducitur potest hæc *Biesius* vbi supra. Sed vestium damna penes futorem vel fullonem ad quem pertineant verè per *Petr. Gregor. in Synagma, lib. 18. caput. 26. num. 4.*

Lex 6.

- 1 Quia breuis est non indiget summarie. num. 1.

S V M M A R I V M.

1 Nullus tegumētū portet super bestia equina, exceptis mulieribus, sub nostri text. pœna. Ibi.

Bi. MANDAMOS, QUE AGORA Y DE AQUI ADELANTE. Idem eademmet lege fuit dispositum per. l. 6. titu. 19. lib. 6. supra ubi per errorem fuisse appositam credo, & sic in posterum non inferetur ibidem, quia esset superfluè apposita.

Ibi. *Aunque no sea suyo.* Nisi hoc lex nostra expressisset alienum, non omitteretur, secundum quod diximus in l. 25. tit. 18. numero 19. in fin. cum. 3. seq. lib. 6. supra.

Lex 7.

1 Per sex anni menses permittitur equitare in equis cum tegumento. numero 1. cum aliquibus ampliacionibus, & limitationibus. numero 2.

S V M M A R I V M.

1 In sex anni mensibus hic declaratis permittitur equo ambulare, tegumento super eo imposito, & cuius formæ esse debeat tegumentum hoc.

Bi. TENEMOS POR BIEN. Limitatiua est legis præcedentis, quæ tantum de bestiis equinis loquebatur ad differentiam legis sequentis, quæ de mularibus bestiis loquitur.

Ibi. *Con que mandamos, que esto no comprehenda a las mugeres,* quæ quidem ex verbis iis, & ex similibus in fine legis sequentis positæ earum dispositionibus non comprehenduntur, cum exceptio firmet regulam in contrarium.

Lex 8.

1 In mularibus bestiis deambulare personis ecclesiasticis cum tegumento permittitur, similiter graduatis in Vniuersitatibus approbatis. numero 1. & 2. cum aliquibus declarationibus. num. 3.

S V M M A R I V M.

Prohibetur itidem in bestiis mularibus ambulare cum tegumento, nisi in personis, & casibus hic permisis, & in lege sequente, quæ est nostræ declaratoria.

ANSI MISMO MANDAMOS: ANSI MISMO Latinè, est item, quæ est dictio repetitiua similium, ut inquit DD. in l. in reparatione, de leg. 3. & cum per verbum, *mandamos,* & verbis prohibitiuis loquatur lex nostra respicit prohibitionem l. 6. præcedentis, quæ in bestiis equinis loquebatur, ut idè sit in bestiis mularibus, secundum quod hic disponitur, & prouidetur.

Ibi. *En la ley antes desta.* Quæ est. 6. adde tu, & in lege sequente. Nam in proxima, ac præcedente lege nullæ personæ exceptantur, quæ possint per totum annum tegumenta trahere in bestiis equinis, sed in l. 6. *mularibus* permittitur, & in l. sequente, ¶ hominibus literatis, & graduatis in bestiis mularibus sexus fœminini, & sic aliis personis non censetur promissum.

Ibi. *Ni en mula con gualdrapa.* Non est enim iniuriosa lex hæc prohibens equitare super mulas cum tegumento, maxime cum respiciat publicam vtilitatem imminente bellorum necessitate, & equitandi exercitio super equos, ut in simili inquit glos. mas. in l. 1. titu. 21. partit. 2.

Ibi. *Y no en machos,* exceptio hæc omnes personas supra memoratas & exceptas etiam comprehendit, dum tamen non sint mulieres, hæc enim & in mulis, & in mulabus possunt per totum annum equitare sine pœna cum tegumento super eis imposito, & super *el sillon, o angarillas que lleuarè puestas sobre la tal mula, o macho.*

Lex 9.

1 Non summatur, quia facilis est & aliqua tradita fuerunt in num. 2. legis præcedentis. num. 1.

S V M M A R I V M.

1 Literati graduati gradu licentiatuæ ad minus in qualibet scientia possunt equitare per totum annum super mulabus cum tegumento super imposito.

Bi. TENGO POR BIEN. Est limitatiua dispositionis principalis legis præcedentis, & ampliatiua exceptionis ibidem positæ circa monachos, & ecclesiasticas personas, ut idem sit circa personas literatas gradu licentiatuæ ad minus insignitas in qualibet scientia, & in qualibet vniuersitate approbata huius Regni, vel extranei.

Lex 10.

1 Quibus modis tegumenta faciendâ, & portandâ, sunt. numero 1.

S V M M A R I V M.

1 Prohibet lex nostra tegumenta, & alia portari cum rebus hic designatis, sub pena harum legum.

Bi. NI DE PAÑO. Intelligè quæ sit munita cum serico, ut designatur in verbis sequentibus, *con terciopelo, ni passamano.*

Ibi. *Ni freno ni copas,* ut in toto titulo nulli licere, in *franis lib. 11.* prohibitum reperimus.

Ibi. *En estas leyes.* Quæ inferuntur in l. 6. supra eodem & in sequentibus legibus approbantur.

TITULO DECIMOTERTIO

Del obrage de los paños.



Vmque superiori titulo, vestibus portandis sit modus descriptus, nunc sequitur immediate seruandus, circa cōficiendos pannos. Et de artificiis lanificiorum, quam sint necessaria in vita humana, tradit late *Cassan. in Catalog. gloria mund. confid. 41. per totam*, & quia tituli quatuor sequentes sunt nostri declaratorij, & cū lex declarans cum declarata esset apponenda vt confusio & labor euitaretur, & non sit factum, licet sit laboriosum, vtile tamen, hic interferam vnam post aliam, prout inserui in meo *Repertorio de cortes. sub tit. 13. lib. 5.* quod quidem repertorium fuit primus liber per me compositus & Regia approbatione impressus, cessauit tamen per nostram Recopilationem, licet non in omnibus.

S V M M A R I V M.

Artificia lanificiorum, sunt necessaria in hac vita. numer. I.



In hac. l. Compiler in inscriptione marginali remisit videndam. l. 4. titu. 15. infra isto lib. debuit tamen allegare. l. 37. titu. 17. infra isto lib. quia lex illa. 4. nihil in propositum nostræ disposuit.

¶ Lex 3.

In hac. l. subscriptio marginalis pro eius declaratione allegat. l. 1. titu. sequent. vbi & addit ad. l. nostram, allegat itidem. l. 2. tit. 16. infra eod. corruptè tamen allegauit titulum. 16. nam est in tit. 17. infra eod. lib. & faciunt l. 11. tit. 16. & l. 11. tit. 17. infra hoc lib. pro declaratione nostræ. l. de qua memini in l. 12. tit. 13. lib. 5. mei repertorij *de Cortes.*

¶ Lex 4.

Pro declaratione huius nostræ. l. videnda est. l. 2. tit. 14. sequentis, quæ & addit alias pœnas ad nostræ. l. & etiam videbis. l. 11. tit. 16. & l. 11. tit. 17. infra isto lib. lanæque (de quibus in præfenti) consumi non possunt in pannis declaratis in l. 17. titu. 14. sequentis.

¶ Lex 5.

Pro declaratione huius. l. Compiler in margine allegat. l. 9. tit. 14. infra eod. & vide etiam. l. 31. istius nostri tit. 13. infra.

¶ Lex 8.

Compiler in margine corruptissime pro declaratione nostræ. l. allegauit. l. 23. titu. 13. infra eod. nam debuit allegare in titu. 14. Item corruptius allegauit etiam l. 2. & 12. tit. 16. infra eod. nam debuit dicere titu. 17. & pluries sic reperies in hoc tit. quæ

nisi nunc emendarentur per me, laboriosum esset pluribus eas reperire, & alij eas omitterent quærere. & inuestigare.

Lex 9.

Itidem in hac. l. corruptè allegatur pro declaratione nostræ legis. l. 3. tit. 13. infra, nam est in titu. 14. quæ declarat. l. nostram, vt non habeat locum, vbi non vtitur, *Arquear, sino carduzar, y añade mas penas.* & posui ego pro. l. 18. titu. 13. lib. 5. mei repertorij.

¶ Leges 15 & 16.

Pro declaratione harum duarum legum videbis l. 4. tit. 14. sequentis, quæ disponit, *Que las hilaraderas, no puedan hilar, ni tener para ello mas de dos fuertes de lana: vna de estambre, otra de pie o de trama,* & posui pro. l. 24. tit. 13. lib. 5. mei repertorij.

¶ Lex 20.

Pro declaratione huius. l. Compiler, in subscriptione marginali allegat l. 5. titu. 13. debuit dicere titu. 14. sequentis, vbi ipsemet Compiler in margine allegauit pro declaratione. d. l. 5. l. 1. tit. 15. infra eod. & bene allegauit etiam l. 2. tit. 16. infra eod. lib. quæ nihil ad nostram. l. facit, nisi iungatur cum dispositione. l. 1. titu. 17. infra eod. lib.

¶ Lex 21.

Pro ista. l. vide similem legem. 113. infra isto tit. & lib. vbi idè in similibus disponitur & prouidetur.

¶ Lex 22.

Vide etiam. l. 20. tit. sequentis.

¶ Lex 23.

Compiler in subscriptione marginali, inquit. l. hanc. 23. corrigi per l. 6. tit. 14. sequentis, vbi ipsemet Compiler & bene inquit effectum. d. l. 6. suspendi per. l. 2. tit. 15. infra isto libro, & tandem per l. 3. tit. 16. infra eodem lib. fuit contra hæc ordinatū circa certos pannos *Veruies*, attamen per principium & proœmium tit. 17. infra eod. lib. iussum est & permissum quod possint in iis Regnis fieri panni hi *Veruies*, & miror quod Compiler ad hæc non aduerterit, præfertim cum id potuerit videre in l. 31. tit. 13. lib. 5. mei repertorij, *Y con que peynes*, id. posse fieri disponit. l. 26. infra isto tit. 13. nostræ Recopilationis.

¶ Lex 25.

Compiler hic sicut solet pro declaratione & extensione huius. l. allegauit. l. 9. titu. 14. cum debuisset allegare. titu. 15. sed fortassis impressorum fuit error, & non compileris, & quod signum debet in iis pannis apponi, vide. l. 49. infra isto titu. 13.

¶ Lex 26.

Vide. l. 23. supra istius nostri titu. 13. vbi dixi, & posui sub. l. 31. tit. 13. lib. 5. mei repertorij.

¶ Lex 28.

Allegatur in margine nostræ huius. l. 8. titu. 16. & est titu. 17. & in meo repertorio est. l. 36. titulo. 13. libro 5.

¶ Lex 31.

Pro eius declaratione marginalis subscriptio allegat. l. 7.

gat. l. 7. titu. 5. infra eodem, debuit dicere. titu. 6. & in meo repertorio est. l. 30. tit. 13. lib. 5. & dixi l. 22. supra eodem, & ibi posui declarationem antiquam.

In ead. l. ibi, *En las ordenanças de los bastilleros*, quæ in l. præcedenti referuntur.

In eadem. l. ibi. *Por lo menos treinta y ocho varas*, Compiler hic sub iis verbis in margine nostræ. l. inquit, quod cessat rigor nostræ. l. etiam si ad sit minor mensura, ex. l. 9. tituli proximi sed debuit dicere, titu. 15. & ex l. 7. tit. sequentis, & posui etiam ad declarationem. l. 5. & 25. supra isto tit. & lib.

¶ Lex 33.

Circa istam legem & tres sequentes inquit subscriptio marginalis hic videndas. l. 18. 19. & 20. titu. 16. infra eod. debuit dicere titu. 17. prout posuit sub. l. 41. tit. 13. libr. 5. mei reportorij.

¶ Lex 34.

Vide quæ diximus in l. præcedente, & quid statuatur, *En estameñas, dozenas*, vide. l. 30. tit. 17. infra eod. lib.

¶ Lex 35.

Vide quæ diximus in l. 23. supra eodem. tit. & lib.

¶ Lex 36.

Vide dicta in dict. l. 23. supra eod. titulo & libro.

¶ Lex 37.

Compiler in margine, hic inquit per. l. 39. tit. 16. debuit dicere titu. 17. infra eod. lib. *Se permise echar mas libras, y lo mismo en los otros paños contenidos hasta la ley*, adde. l. 24. istius nostri tit. 13.

¶ Lex 41.

Subscriptio marginalis allegat prout solet corrupte. l. 9. titu. 14. infra eod. debuit dicere titu. 15. quæ lex. 9. addit. ad nostram.

¶ Lex 41.

Ad istam. l. & quinque præcedentes, vide. l. 39. tit. 17. infra eod. lib.

¶ Lex 46.

Hæc lex inducta est ad declarationem præcedentium & similibium aliarum.

¶ Lex 49.

Vide ad hanc. l. 49. text. in l. 19. tit. 14. infra eod. lib. & l. 8. tit. 15. infra eodem lib. & l. 12. tit. 16. infra eod. lib. & quæ diximus in l. 8. tit. 1. lib. 4. supra, & in l. 6. tit. 12. lib. 5. supra hac recopilatione pro declaratione harum legum, & dicenda in l. 14. infra isto tit. 13.

In ead. l. 49. ibi, *Y ansi mismo*, hoc declara procedere secundum quod disponitur in l. 8. tit. 15. infra isto lib. & in hoc casu limitatur. l. 12. tit. 16. infra isto lib. ut lex illa in iis textoribus non procedat: non tamen potest textor signum apponere, nisi prius sit factum & impletum dispositum in l. 14. titu. 15. infra isto lib.

¶ Lex 50.

Circa declarationem istius. l. videnda est. l. 7. tit. sequentis, quam & posui. sub. l. 58. tit. 13. lib. 5. mei reportorij.

¶ Lex 55.

Circa istam. l. inquit Compiler hic videndam. l. 3. debuit dicere l. 2. titu. 16. infra eod. & adde tu. & l. 12. tit. 15. infra eodem lib.

¶ Lex 57.

Vide ad eam. l. 13. tit. 17. infra eod. & not. ad hanc nostram, *Que si es ruuia la que se muele, ha de ser molida en molino*, vt. l. 41. titu. 17. infra eod.

¶ Lex 59.

Compiler hic in subscriptione marginali pro declaratione nostræ. l. allegavit. l. 8. titu. sequentis, sed melius eam allegasset pro declaratione l. sequentis & vid. l. 20. tit. sequentis aliud iis officialibus prohibentem.

¶ Lex 60.

Pro declaratione huius. l. videnda est l. 18. tit. sequentis, quam per errorem ad l. præcedentem allegavit ibidem Compiler in subscriptione marginali.

¶ Lex 61.

Ibi, *Que tenga barras*, corrigit text. in l. 9. tit. 12. libr. 5. supra, vt ibi dixi, & declara, vt in l. 9. sequentis, & vide dict. l. 25. & 31. istius nostri tit. 13.

¶ Lex 64.

Corrupte in margine allegatur. l. 40. titu. 16. infra eod. cum debuissent allegari tit. 17. & de iis visoribus, vid. l. 15. tit. sequentis. & vide etiam. l. 105. infra isto tit. 23. & lib. vbi latius dico.

¶ Lex 65.

Ad hanc. l. nota quod vendentes instrumenta ad tingendum, debent ea vendere bona, vt disponit l. 24. titu. sequentis, & non possunt tingere cum brasil, vt in l. 27. tit. 17. infra eodem.

Ibi, *Y el çumaque*, vt in l. 7. tit. 15. infra eod. lib.

¶ Lex 66.

Circa huius. l. declarationem videnda est. l. 10. titu. 14. sequentis, & l. 21. & 23. tit. 17. infra eod. lib. & posui sub l. 74. tit. 13. lib. 5. mei reportorij.

¶ Lex 67.

Videnda est l. 11. tit. sequentis ponens nouum ordinem & formam circa hæc nostri text signa generalia. & l. 14. infra tit. 17. quem titulum corrupte hic allegavit subscriptio marginalis, & est in meo repertorio. l. 75. titu. 13. lib. 5.

¶ Lex 68.

Compiler hic in margine, inquit pro declaratione nostræ. l. *Acerca de estos celestes que en esta ley, y en las tres siguientes se mandan dar a los paños*, videndam. l. 14. tit. sequentis. & l. 2. tit. 15. infra eod. lib. & l. 17. tit. 16. debuit dicere. titu. 17. hoc eod. lib. Sed hæc. l. 17. est melior aliis in hoc propositum, & dictum est supra hoc titu. in l. 5.

Ibi, *Con media arroba de ruuia: puede se tambien en paños, de sezenos arriba echar çumaque*, vt in l. 7. titu. 15. infra eod. libr. disponitur.

¶ Lex 69.

Videndum inquit, legem. l. 6. tit. 16. debuit dicere Compiler, tit. 17. infra eod. libr. pro nostræ. l. declaratione, & in l. præcedente dixi.

¶ Lex 70.

Itidem pro declaratione eius, inquit, videndum. l. 15. titu. 16. aliàs est titu. 17. infra eod. lib. & in l. præcedente. 68. dixi.

¶ Lex 71.

Videbis. l. 7. titu. 16. aliàs est titu. 17. infra eod. lib. & dicta in l. 68. præcedente.

¶ Lex 74.

Circa declarationem huius legis, videnda est l. 12. titu. sequentis, & l. 5. titu. 15. & l. 13. & 14. tit. 17. infra eodem lib. & retuli in l. 82. tit. 13. libr. 5. mei reportorij.

¶ Lex 77.

Videnda est. l. 32. infra titu. 17. quæ corrupte pro titulo. 16. allegatur in margine.

¶ Lex 81.

Videnda est. l. 17. titu. 14. sequentis, infra hoc lib.

¶ Lex 84.

¶ Lex 84.

Videbis. l. 22. titu. 17. quæ corrupte pro titulo. 16. allegatur in margine, & posui sub. l. 92. tit. 13. li. 5. mei repertorij.

¶ Lex 95.

Vide. l. 8. titu. 16. infra eod. quam posui sub. l. 106. tit. 13. lib. 5. mei repertorij, ibi congressa, nõ enim posunt per aliquem vendi panni ingrassati, vt. l. 7. tit. 12. lib. 5. supra.

¶ Lex 96.

Ibi, *So pena que si lo rundero*, idem disponitur in l. 10. titu. 12. lib. 5. supra.

¶ Lex 97.

Vide. l. 8. titu. 16. infra eod. & dicta per nos in l. 95. supra isto tit. & lib.

¶ Lex 98.

Ibi, *que no sea osado de mezclar*, idem, en los tundidores, vt in l. 95. & 97. disponitur, & in l. 8. tit. 16. infra eod lib.

¶ Lex 99.

Compiler in marginali subscriptione, inquit, videndas. l. 10. & 11. tit. 15. infra eod. & facit itidem. l. 10. & 11. tit. 6. & l. 42. tit. 17. infra hoc lib. & limita nisi in casu. l. 48. eiusdem titu. 17. & sic per istam. l. & per illam. 42. corrigitur text in l. 10. tit. 15. infra eod. lib.

¶ Lex 100.

Videndam, inquit, compiler hic legem præcedentem, & quæ ibi diximus, videbis.

Ibi, *Que ouieren de hazer obraje de paños*, & qui sint ij, traditur in l. 42. titu. 17. infra eod. lib.

Ibi, *Cada vno en su officio*, neque potest quis se intrmittere in alio officio quam in illo ad quod est examinatus, vt in l. 11. titu. 15. infra eod. vbi etiam aliud in propositum disponitur, & posui. l. 108. tit. 13. lib. 5. mei repertorij.

Ibi, *Los dichos paños*, si alieni sint, secº verò si proprii: nam proprios facere possunt, etsi examinati nõ sunt, secundum tex. in d. l. 11. tit. 15. infra eod. lib.

Ibi, *Mas de un officio*, hic habes text. probantem, quo quis duo officia incompatibilia non potest obtinere, prout diximus in nostro tractatu de decurionibus vocato, curia pisanã sub lib. 2. c. 22.

¶ Lex 104.

Lege. 13. tit. sequentis declaratum est, *Que lleuen por derechos del retajo lamitad que por paño*, & retuli sub. l. 102. tit. 12. libro 5. mei repertorij.

Ibi, *Saluo*, intellige vt per. l. 6. tit. 15. infra hoc lib.

¶ Lex 105.

Cõpilator in præsentì, inquit, videndam. l. 14. tit. sequentis, & l. 40. titu. 16. infra eod lib. debuit dicere tit. 7. & posui sub. l. 113. titu. 13. lib. 5. mei repertorij, & vide. l. 64. supra isto titu. & lib. quæ quidem leges seruandæ sunt sine obstaculo. l. 14. tit. sequentis, & ita posui sub. l. 72. titu. 19. lib. 5. mei repertorij.

¶ Lex 106.

Ibi, *Sean obligados a pagar el daño*, tinctorum enim pannorum, qui pannos corrumpunt tenentur de danno, & præsumitur damnum suã culpa factum, & secundum Bar. in l. Laphij & Genesij nu. 2. C. de murilegu. lib. 11. & vide. l. 12. tit. 8. parti. 5.

¶ Lex 109.

Videndam, inquit, compiler. l. 15. tit. sequentis, & l. 43. tit. 17. infra eod. lib. & posui sub. l. 117. titu. 13. lib. 5. mei reperto. vbi retuli quoddam capitulum. 10. prag. de los paños. anni. 1549. quod est l. 9. tit. 16. infra eod. lib.

¶ Lex 111.

Videnda est. l. 8. tit. 14. seq. in fine.

Ibi, *Vna blanca de plomo, y no mas*, per. l. 46. tit. 17. corrupte allegatam per compilatorem hic, permittitur,

que lleue vn quarto, & posui sub. l. 122. titu. 13. lib. 5. mei repertorij.

¶ Lex 112.

Ibi, *so las penas en ella contenidas*, seruato prius id quod dicitur in l. 5. tit. 16. infra eod. vbi aliam. l. 40. tit. 17. infra eod. lib. allegat compiler pro declaratione dictæ. l. 5.

¶ Lex 113.

Ibi, *Mando a los veedores*, qui sint isti veedores de vara, põnit. l. 13. titu. 15. infra isto lib. vbi & disponitur quod visitatores ij apponantur, & nominentur etiam sartoribus, & aliis vendentibus ad mensuram.

Ibi, *si fueren falsos*, & tunc possunt dicti visitatores denunciare, vt dicitur in l. 15. tit. 14. infra isto lib. ad finem: & quam pœnam incurrunt visitatores ij signantes pannos pro bonis, vid. l. 45. tit. 17. infra eod. lib. & notandum, quod si visitatores ij habet partem in pannis, & multo fortius si omnes sunt sui, non possunt illos videre, neq; signare, vt dicitur in l. 44. titu. 17. infra eodem libro.

¶ Lex 114.

Ibi, *Sean vistos y sellados por el veedor o veedores para ello deputados en la ciudad, o villa, o lugar donde se vendieren*, intellige hoc in casu, in quo tales panni nõ sunt signati signo loci illius in quo sunt facti, secus si signo loci vbi sunt fabricati signati sunt: nam tunc non est necesse signari per visitatores loci illius vbi venduntur, secundum text in l. 5. tit. 4. infra eod. tit. Neque obstat. l. 20. tit. 19. nam loquitur in casu speciali, scilicet, cum venduntur in gesso, & nõ minutim, & quod conductores gabellarum ne fraudentur sua gabella, & vbi gabella non debetur, cessauit dict. l. 20. dispositio. Et nota quod panni licet non afferant signum officialium eos facientium, non puniuntur vendentes pannos tales, sed fabricatores eorum, vt constat ex l. quæ est. 113. titu. 13. lib. 5. mei repertorij: neque intelligas quod signum loci in quo panni fiunt est necessarium: nam non est, vt apparet l. 8. titu. 15. infra eod. lib. & in l. 12. titu. 16. infra hoc eodem lib. sed quod tatum operatur quod tali signo apposito excusat si non signetur à visitatoribus loci vbi venduntur, vt dictum remanet.

¶ Lex 115.

Videnda est. l. 3. tit. 12. lib. 5. supra, & l. 16. titu. sequente. Ad declarationem & ostensionem huius nostræ. l. & posui sub. l. 125. titu. 13. libri. 5. mei repertorij.

Ibi, *Sin que primero*, idem, *En sedas y brocados*, disponitur in l. 6. tit. 12. libro 5. supra.

Ibi, *Sopena de perder el tal paño*, aliter pœna imponitur in l. 5. titu. 12. libro 5. sed nostra est nouior ideo seruanda, sed si bene inspiciatur eadem pœna ibidem imponitur pro prima vice, & vide quæ posui in l. 2. & 3. titulo. 12. libro 5. supra glos. 1. & pro ostensione nostræ legis, videndæ sunt leges, secunda, tertia, & quarta, & quinta dicti tituli. 12. libro 5. supra, & que sea lo mismo en los sayales y otros paños semejantes, colligitur ex dict. l. 3. tit. 12. lib. 5. supra, prout vt ibi declarauit, ne bis eadem repetamus.

¶ Lex 119.

Compiler hic in margine allegauit l. 12. titu. 13. infra. quã vsque nõc non reperi, sed melius facit. l. 45. hic allegata in margine. corrupte tamen allegata pro titulo. 16. cum debuisset allegari sub titulo. 17. & sic finitur titulus. 13.

TITULO DECIMOQVARTO

De las primeras declaraciones de las leyes del titulo passado del obraje de los paños.



Thæ declarationes fuerunt factæ annò. 1528. *En Toledo*, & in hoc titulo, remissive, sicut in præcedente procedemus.

¶ Lex 1.

In margine dicitur videndâ. l. 11. tit. 15. infra eod. debuit dicere titulo 16. quæ quidem lex 11. facit ad declarationem nostræ huius legis, vt dixi in l. 3. tit. 13. supra eod. lib. & l. 11. titu. 17. infra eodem libro.

¶ Lex 2.

Ibi, al Capitulo quarto, quod inseritur in l. 4. tit. 13. supra isto lib. vbi diximus.

¶ Lex 3.

Ibi, al Capitulo, noueno, insertum in l. 9. tit. 13. supra eod. vbi dixi.

¶ Lex 4.

Ibi, Capitulo quinze y diez y seys, inserta in l. 15. & 16. tituli præcedentis, vbi dixi.

¶ Lex 5.

Ibi, al Capitulo veynte, insertum in l. 20. titu. præcedentis, vbi dixi.

¶ Lex 6.

Ibi, Capitulo veynte y tres, insertum in l. 23. tit. præcedentis, vbi vide quæ diximus.

¶ Lex 7.

Ibi, Capitulo cinquenta, insertum in l. 50. tit. præcedentis, vbi dixi.

¶ Lex 8.

Ibi, Capit. cinquenta y nueue, insertum in l. 60. tit. præcedentis, vbi dixi.

¶ Lex 9.

Ibi, Capitulo sesenta, de quo dixi in l. 25. & 31. & 63. tit. præcedentis.

¶ Lex 10.

Ibi, Capitulo sesenta y seys, dixi in l. 66. tit. præcedentis, & marginalis subscriptio allegat hic. l. 23. tit. 16. est in titulo 17.

Ibi, *Tansi mismo*, vide. l. 21. tit. 17. infra eod. quam corrupte hic in margine allegauit compilor.

¶ Lex 11.

Ibi, Capitulo sesenta y siete, de quo dixi in l. 67. titu. præcedentis & subscriptio marginalis hic allegat. l. 5. tit. sequentis, & leges. 13. & 14. titu. 16. debet dici in titu. 17.

¶ Lex 12.

Ibi, Capitulo setenta y quatro, insertum in l. 74. tit. præcedentis. & subscriptio marginalis hic allegat. l. 5. tit. sequentis, & leges. 13. & 14. titulo 16. debet dici in titulo 17.

¶ Lex 13.

Ibi, Capitulo ciento y quatro, insertum in l. 104. tit. præcedentis, vbi dixi & vide. l. 6. tit. sequentis.

¶ Lex 14.

Compilor hic in margine, inquit, videndâ. l. 40. infra. tit. 16. est in tit. 17. quæ. l. 40. corrigit nostram, vt dixi in l. 105. tit. præcedentis ad quam nostra se refert.

¶ Lex 15.

Ibi, *Capitulo ciento y nueue*, insertum in l. 109. tit. præcedentis, vt ibi dixi, & allegauit. l. 43. titu. 17. infra eod. hic corruptè allegatam.

Ibi, *T otrofi mandamos*, vide quæ dixi in l. 114. tit. præcedentis.

¶ Lex 16.

Ibi, *Cap. ciento y quinze*, insertum in l. 115. tit. præcedentis, vbi dixi.

¶ Lex 17.

Ibi, *Pero mandamos*, hanc applicauit legem ad. l. 4. & 81. titu. præcedentis, pro earum declaratione & limitatione.

¶ Lex 18.

Ad. l. 15. & 16. tit. præcedentis legem hanc applicauit.

¶ Lex 19.

Pro eius declaratione, vide quæ dixi in l. 49. & 114. tit. præcedentis, & l. 12. tit. 16. infra eod.

Ibi, *Ni nombre de otro*, hoc enim prohibitum est, vt diximus in l. 8. tit. 1. lib. 4. supra, & ultra ibi allegaos tradit *Gomezus Leon*, in sua *Centuria informationum iuris loco 56.* & ante eos, *Paris*, *confi. 29. n. 8. & 9. lib. 1.*

& Maria. Soci. late in c. dilecta de excessi. prala. n. 6. cum sequent. aliquib. & Bembenius in tract. de marca- tura. p. 2. numero 80. & 96. cum sequent. vbi numero 71. cum pluribus aliis tractat, an præsumantur mercès esse illius, cuius signo, aut nomine sunt assignatæ, & ideo in l. 12. tit. 16. infra isto lib. dis-

ponitur quod nullus mercator in pannis ponat nomē suum & signū, sed solum signū ciuitatis, villæ aut populi vbi panni fiunt, nisi in textoribus qui quidem possunt ponere nomen suum, secundū. l. 49. tit. 13. supra isto lib. & hoc certa forma adhibita per. l. 8. tit. 15. infra eod. lib. & de iis tractat late ultra dictos *Cassane. in Cata. glor. mund. i. part. confid. 31. vsque ad. 36.* vbi in 35. tractat. assigna talis mercatoris probent, & in consil. 23. tradit qualiter vnus nobilis non potest insignia & nomina alterius nobilis.

¶ Lex 20.

Ibi, *Descolâr, ni trasseñalar*, ad. l. 22. titu. præcedentis applicui.

¶ Lex 23.

Ibi, *Segun y de la manera que en las dichas ordenanças se contiene*, sub. l. 8. tit. præced.

¶ Lex 24.

Ad. l. 65. tit. præcedentis applicui hanc. l.

¶ Lex 20.

Ibi, *Descolâr, ni trasseñalar*, ad. l. 22. titu. præcedentis applicui.

¶ Lex 23.

Ibi, *Segun y de la manera que en las dichas ordenanças se contiene*, sub. l. 8. tit. præced.

¶ Lex 24.

Ad. l. 65. tit. præcedentis applicui hanc. l.

TITULO DECIMOQVINTO

de la segunda declaracion que se hizo de las dichas declaraciones y feyes primeras de los paños.



Thæ declarationes fuerunt factæ Toleti, Anno 1529. per eosdem Legislatores Carolum Quintum, & Ioannam matrem eius.

¶ Lex 1.

Ibi, *Quinto capitulo*, insertum in l. 5. titu. præcedentis.

¶ Lex 2.

Ibi, *Sexto capitulo*, de quo dixi in l. 23. titu. præ-

cedentis & videndam dixi ibidem. l. 3. tit. sequentis.

¶ Lex 4.

Ibi, *Al nono capitulo*, quod est. l. 9. tit. præcedentis vbi remisi.

¶ Lex 5.

Vide quæ diximus in l. 74. titu. præcedentis.

Ibi, *Se guarden los retazos*, sic declarabis. l. 104. tit. præcedentis vbi, dixi. Ibi, *Sean de cinco varas arriba*, intellige.

intellige, en los paños para prietos, porque estos solos se hã de sellar siendo de cinco varas arriba, y de ay abaxo no, y los retazos de colores ninguno es necessario sellarse aunque sean de cinco varas arribalos tales retazos, eo quod verific. iste, que sean de cinco varas arriba, esta claro que se ha de referir a los retazos de paños prietos pues la principal disposicion desta ley habla destos, y de los paños que se han de sellar, en especial pues saca esta ley los retazos de colores.

¶ Lex 7.

Ad. l. 68. tit. præcedentis applicui hanc, & ad declarationem. l. 65. eo. tit.

¶ Lex 8.

Vide. l. 49. titu. præcedentis vbi, diximus.

¶ Lex 9.

Ad. l. 31. tit. præcedētis hæc applicui, & ad. l. 5. illiusmet tit. meli⁹ ad. l. 25. versiculo, y el peyne, eod. tit.

Ibi, y estambre tres libras, addit ad l. 41. tit. præcedentis.

¶ Lex 10.

Ibi, *Al capitulo*, quod est. l. 100. titu. præcedentis, quod quidem declaratur per nostram. l. vti dixi & in l. 99. eiusdem tituli.

¶ Lex 11.

Ibi, *Quatro officios*, & que sint hæc, vide in l. 42. infra. tit. 17. istius libri, & in l. 100. tit. præcedētis disponitur qualiter habentes pannorū mercimonia & cōtractationem tenentur esse prius examinati.

¶ Lex 12.

Ad. l. 55. tit. præcedentis hanc applicui legem.

¶ Lex 13.

Ibi, *Señalados, vvedores de mercaderes de vara*, de quibus fit mentio in l. 113. tit. præcedentis, vbi dixi.

Ibi, *De los lugares de la tierra*, idem in omnibus officialibus statuitur in l. 4. tit. 14. lib. 8. infra.

¶ Lex 14.

Ad. l. 49. tit. 13. supra eod. applicui, hanc.

TITVLO DECIMOSEXTO

De la tercera declaracion del obrage de los paños y leyes suso dichas.

Er eisdem legislatores sunt factæ hæc leges istius titu. en Bruselas. anno 1549.

¶ Lex 2.

Vide dicta per nos in l. 20. titu. 13. præcedente.

¶ Lex 3.

Vide dicta per nos in l. 23. eodem titulo 13. supra isto lib.

¶ Lex 5.

Ad. l. 12. tit. 13. supra eod. li. i. hanc applicui, & vid. l. 40. titulo 17. infra eodem.

¶ Lex 7.

Vide dicta per nos in l. 31. tit. 13. supra isto lib.

¶ Lex 8.

Vide quæ dixi in l. 95. & 97. tit. 13. supra eod. lib.

¶ Lex 9.

Vide dicta per nos in l. 109. tit. 13. supra isto lib.

¶ Lex 10.

Vide dicta in l. 99. tit. 13. supra isto lib. & vid. l. 42. tit. 17. infra. eod.

¶ Lex 11.

Vide dicta in l. 4. titu. 13. supra eod. lib.

¶ Lex 12.

Vide. l. 49. tit. 13. supra isto lib. vbi diximus. & in l. 114. eiusdē titu. & lib. & dixi in l. 6. tit. 12. lib. 5. supra.

TITVLO DECIMOSEPTIMO

De los paños berbies y estambrados, y quarta declaracion cerca del obrage de los paños.

Ae eodem legislatore sunt factæ leges huius nostri tit. Matriti anno. 1552. & sunt nouiores vt vides.

In proemio huius tit. ibi, *por la ley presente permitimos*, vide quæ dixi in l. 23. tit. 13. supra isto lib.

¶ Lex 2.

Ad. l. 55. tit. 13. supra eod. lib. applicauit eam compiler in margine. l. 3. tit. 13. supra hoc lib. & in l. 8. titu. 13. eo. licet corrupte hanc allegauit.

¶ Lex 3.

Ad. l. 57. tit. 13. supra isto lib. eam applicui.

¶ Lex 7.

Ad. l. 71. tit. 13. supra isto lib. applicui hanc.

¶ Lex 11.

Ad. l. 1. tit. 14. supra isto lib. applico hanc legem.

¶ Lex 12.

Ad. l. 8. titu. 13. supra isto lib. applicabimus hanc.

¶ Lex 13.

Dixi in l. 74. titu. 13. supra. isto lib.

¶ Lex 14.

Dixi in d. l. 74. tit. 13. supra isto lib.

¶ Lex 16.

Facit ad. l. 69. titu. 13. supra eod. lib.

¶ Lex 17.

Dixi in l. 68. tit. 13. supra isto lib.

¶ Lex 18.

Hæc lex & duæ sequentes faciunt ad declarationem. ll. 33. cum tribus sequenti. tit. 13. supra isto lib.

¶ Lex 20.

Compiler hic dicit videndam. l. 30. infra isto tit.

¶ Lex 21.

Dixi in l. 66. tit. 13. supra isto lib.

¶ Lex 22.

Ibi, *capitulo ochenta y tres*, quod insertum est in l. 84. tit. 13. supra eod. lib. vbi dixi.

¶ Lex 23.

Dixi in l. 66. tit. 13. supra. isto lib.

X 2

¶ Lex 24.


¶ Lex 24.
Dixi in l. 67. tit. 13. supra isto lib.
¶ Lex 27.
Ad l. 65. titu. 13. supra isto lib. facit ista lex.
¶ Lex 32.
Dixi in l. 77. tit. 13. supra istomet lib.
¶ Lex 37.
Ad l. 1. tit. 13. supra eod. lib. applicabimus.
¶ Lex 38.
Dixi in l. 28. titu. 13. supra isto lib.
¶ Lex 39.
Ad l. 37. tit. 13. supra eod. lib. applicabimus & ibi dixi.
¶ Lex 40.
Compiler hic dicit videndam. l. 15. tit. 14. supra isto lib. & dixi in l. 64. titu. 13. & in l. 105. eiusdem titu. supra isto lib.
¶ Lex 42.
Ad l. 57. titu. 13. supra isto lib. applicabimus.
¶ Lex 41.
Dixi in l. 99. tit. 13. supra isto lib.
¶ Ibi, *Perayles*, istud officium in duos diuiditur modos

secundum quod reperies in l. 56. tit. 13. supra eod. lib. & qualiter debet esse examinati officiales de quibus hic vide. l. 100. tit. 13. supra eod. & l. 11. tit. 15. supra eod. ponentem poenam textori non examinato, *aunque tenga oficiales examinados*, nisi sit in proprijs pannis, ut ibi & probatur etiam in l. 48. infra isto titu. & lib.

¶ Lex 43.
Vide dicta in l. 109. titu. 13. supra isto lib.
¶ Lex 44.
Ad l. 14. tit. 13. supra isto lib. applicabimus hanc.
¶ Lex 45.
Ad l. fin. titu. 13. supra isto lib. applicabimus, & ad l. 113. ibidem.
¶ Lex 46.
Dixi in l. 111. tit. 13. supra istomet libro.
¶ Lex 48.
Ad limitationem. l. 99. titu. 13. supra hoc lib. & l. 42. istius nostri titu. 17. notauit eam & ijs, tituli *de los paños*, remanent expediti in quibus antea satis laboriosum erat inuestigare leges declarantes alias, & nunc iunctim reperies eas.

TITULO DECIMO OCTAVO

De los Cereros, y candeleros de sebo.

 Vm de artificijs pannorum & officialibus eorum dictum sit in titulis praecedentibus, nunc autem continuatur etiam materia aliorum officialium. Et candelarij an dicantur facientes candelas, vel an vendentes, vide additio. Bart. in l. legatis. ff. de lega. 3. fol. 67.


S V M M A R I V M.

Officialis faciens velas non examinatus, non tamen habens officinam publicam an punietur nostra legis poena vel alia. n. 1. & n. 2. quid si non eas signat.

Lex 2.

S V M M A R I V M.

Examinandi prius sunt illi, qui publice vendere volunt velas cereas, vel de sebo, sub nostri text. poena.

1  Bi, QVE SE EXAMINEN, sed an si officialis ¶ hic non examinatus non habet officinam publicam punietur poena nostrae. l. tanquam non examinatus, & crederem quod non, quia hic est casus omissus, punietur tamen virtute dispositionis legis sequentis prohibentis vendi aliquid, ijs pertinens officijs, si non habeat officinam publicam, sed an si talis officialis examinatus non habens publicam ¶ officinam vendit velas has non tamen eas signat secundum quod disponitur. in l. 12. infra isto titu. an punietur duplici poena, vna ob hoc quod non habet officinam publicam, alia vero quia absque signo vendit velas, & dicendum est quod tantum vna poena punietur ex glof. in l. qui de crimine. C. de accusatio. qua ibi sequuntur omnes, & Bart. in l. quemadmodum § illud. ff. ad l. Aquili. & ex alijs pluribus relatis per Hippoly. in l. si in rixa numer. 14. ff. ad l. Corne. de sicari. vbi ita tener in simili quaestione.


S V M M A R I V M.

Cera corrupta & mala an possit misceri cum bona & non corrupta. n. 1.

Lex 8.

S V M M A R I V M.


Cerea vela & alia facta ex cera, vel sebo debet esse ex eadem massa & non ex differenti sub nostri text. poena.

1  Bi, VNA MASSA, neque debet immisceri ¶ corruptum cum incorrupto, vel malum cum bono, ut diximus late, in l. 3. tit. 5. lib. 1. supra. & ultra ibi relatos, vide etiam Menoc. de arbit. iudi. li. 2. centu. 4. casu. 382. & 383. & Fran. Marcum deciso. Delphina. 540. n. 17. & 541. n. 4. & Marien. l. 1. glof. 9. n. 2. cum seq. titu. 14. lib. 5. supra & in glof. fin. l. 6. titulo. 12. libro. 5. supra diximus iterum.

Lex 12.

S V M M A R I V M.

Signanda sunt opera facta ex cera alba aut alterius coloris.

1  Bi, CADA VN CANDELERO, intel- ¶ lige de illo qui habet officium publicum, quia nullus alius quam talis ex. l. 3. supra eo. potest facere vel vendere velas has.


Qualiter puniatur, & applicetur, poenae in hoc nostro tit. constitutae, declaratur in l. fin. huius nostri tit.

Lex 16.

1 Ordo inter cerarios habenda describitur. nu. 1.

S V M M A R I V M.


1 Ordo habendus per cerarios in labore cera disponitur in praesenti.

1  Bi, MANDAMOS. Declarat dispositionem ¶ leg. 8. istiusmet tituli, & auget poenas illius legis contra faciendis impolitas, & ibi alia diximus, quae esset superfluum hic referre.

Alij duo tituli sequentes nihil habent quod commentari sit necesse, & sic cum dictis remanet expeditus liber hic septimus & totus iste quartus tomus nostrorum commentariorum ad leges has Regias.











17. 2. 21



